BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 4
Numero: 22

17-1-
Nº 1
2-51

R·27

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

# TRACTATVS
## DE
# PENSIONIBVS
## ECCLESIASTICIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA




*Os, ex quo Themidis fluxere oracula, mutum*
*Hic in proposita cernitur effigie.*
*Non responsa dabit: ſed, qui ſine fine loquentur*
*Innumeris libri vocibus, illa dabunt.*

*I. Sangeneſius.*

# TRACTATVS DE PENSIONIBVS ECCLESIASTICIS;

## AD STYLVM CVRIÆ ROMANÆ,

Et ad praxim Tribunalium Galliæ accommodatus.

*AVTHORE PERILLVSTRI DOMINO PETRO FRANCISCO*

**DE TONDVTI, SANLEGERII**

DOMINO ET TOPARCHA, I.C. AVENIONENSI,

Comite Palatino, & Sancti Officij Conſultorum Decano.

*ADIICITVR IN FINE OPERIS SELECTARVM ATQVE RECENTISSIMARVM Rotæ Romanæ Deciſionum Centuria, pro confirmatione eorum, quæ ab Authore reſoluta ſunt in materia Penſionum & Beneficiorum: Cum Notis quibuſdam ad præcedentia Opera.*

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.




LVGDVNI,
Sumpt. PHILIPPI BORDE, LAVREN
& CLAVDII RIGAVD
M. DC. LXI.
CVM SVPERIORVM PERMISSV.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. C. N.

21/824165

# AD DEVM OPTIMVM MAXIMVM
## Regem Regum & Dominum Dominantium,

## ET AD GLORIOSISSIMAM ET IMMACVLATAM Virginem Dei Genitricem Mariam.

*AEQVVM eſt, vt cui vitam, ſalutem animi & corporis, facultatum commoda, omniáque mea debeo, aliquam ſaltem tot tantorúmque beneficiorum penſionem, in huiuſce de Penſionibus Eccleſiaſticis tractationis exordio perſoluam; ſortem propediem, prout Diuinæ Majeſtati tuæ placuerit, redditurus. Fructus hic eſt honeſtæ miſsionis, quam in hac ſenectute mea, ex pluſquam ſexagenaria librorum Legalium reuolutione fatigatus, tua annuente clementia, volens lubenſque ſuſcepi. Dediſti Domine Deus meus pauperrimo ſeruo tuo ſufficientia vndique ſubſidia, quibus ſuſcepti huius ad publicam vtilitatem laboris deſiderium confoueres. Duplicem agnoſco hac in re tuæ immenſæ erga me bonitatis effectum, Pietatis videlicet aduerſus infimam creaturam tuam, & Miſericordiæ aduerſus abiectiſsimum & immeritum peccatorem: cui duplici reſpondere conabor quoad ſciam poteróque debitæ venerationis & ſeruitutis officio, Amoris nempè, quem in tuis creaturis expetis, & profundiſsimæ ſubmiſsionis. Quod ſi rebus factiſque præſtare non ſit in mea manu, verbis tamen, & ardentiſsima animi contentione proteſtabor.*

*Te verò Glorioſiſsimam & Immaculatam Dei Genitricem & ſponſam, quibus poſſum affectibus omnimoda cum humilitate & reuerentia, Lucubrationes iſtas Deo primùm, Tibique (Quam* Librum obſignatum *Gregorius vocat) dicatas, precor, vt benignè tanquam Sanctiſsima ſtudiorum meorum Præſes excipias, méque famulum tuum ſub tuis auſpiciis in hac mortalis vitæ breuitate militantem, ad cælum intendere facias, & æternam illam palmam tuis interceſsionibus, obtinere. Hoc ſupplex poſtulat*

Pauper ſeruus & humilis
TONDVTVS SANLEGERIVS.

## APPROBATIONES.

Nos adſcripti ex Societate Iesv Theologiæ Profeſſores, legimus librum cui titulus eſt, (*Tractatus de Penſionibus Eccleſiaſticis*) à Per-illuſtri Domino Petro Francisco de Tondvti elaboratum, in quo tam eruditè, tam ſolidè, tam ſapienter de Penſionibus Eccleſiaſticis diſſerit, vt Roma & Gallia eius ore loqui videantur: inueniet Rota in cauſis Penſionum id deciſum quod ipſa decideret, inueniet Gallia id dictum quod ipſa diceret; inuenient Patroni cauſarum quod aſſerant; inuenient Iudices quod definiant; inuenient lectores quod diſcant; nec inuenient Critici quod reprehendant. Hoc itaque Opus, in quo nihil à fide Catholica alienum, nihil ſacris Canonibus, aut bonis moribus diſſonum eſt, luce publica digniſſimum iudicamus: In cuius rei fidem lubentes ſubſcripſimus. Auenione 2. Nouemb. anno Dom. 1660.

P. Petrvs L'Abbe' Societ. Iesv.
P. Iacobvs Rochette, Soc. Iesv.

---

Imprimatur: Datum Auenione, die 16. Nouembris 1660.

Fr. Ioannes Icard, Inquiſit. Auenionenſis.

---

Tractatum de Penſionibus Eccleſiaſticis à Domino Petro Francisco de Tondvti, Domino loci Sancti Leodegarij, &c. elaboratum, vnà cum Selectarum Rotæ Romanæ Deciſionum Centuria, attentè percurri. Nihil verò his in Operibus à fide Catholica, aut probis moribus alienum deprehendi. Lugduni 11. Septembris 1661.

Fr. Cyrillvs Morel, Facultatis Pariſ. Doctor Theologus, Carmeliſque Lugdunenſis Prior.

---

Viſa præfata Approbatione hunc *Tractatum de Penſionibus Eccleſiaſticis*, authore D. Petro Francisco de Tondvti, Typis mandari permittimus: Lugduni, die 15. Septembris 1661.

De Nevfville, Vic. Gen.

---

## CONSENSVS.

Viſis præmiſſis Doctorum Sacræ Theologiæ Approbationibus hunc Librum qui inſcribitur *Tractatus de Penſionibus Eccleſiaſticis Authore Domino* Petro Francisco de Tondvti, *Domino de S. Legier*, Typis mandari & in lucem edi Sumptibus Philippi Borde, Laurentij Arnaud, & Claudij Rigaud Bibliopolarum Lugdunenſium, Ego Regis in Præfectura Lugdunenſi Procurator non impedio, & ne quis alius citra facultatem excudat prohibeo: Lugduni die 16. Septembris 1661.

VIDAVD.

---

## PERMISSIO.

Præmiſſæ Concluſiones Procuratoris Regij debitæ executioni mandentur. Lugduni, 15. Septemb. 1661.

SEVE.

---

Per-illvstri Domino, D. Petro Francisco

# DE TONDVTI SANLEGERIO.

## ELOGIVM.

Invenisti autem viuendi poſt vitam (Vir Ervditissime) Superſtes eris tibi ipſi, dabis Reſponſa mortuus, quæ dediſti viuus; Oraculum eris numquam taciturum, loquêris poſt fata, & viues poſt funera.

Illuſtre ſanè Immortalitatis inuentum, volitare per ora virûm, etiam mortuum, conſuli quaſi viuum, & audiri, legi in Muſæis, citari pro roſtris, doceri ex pulpitis, definire controuerſias vtriuſque iuris, forum eſſe fori, & beneficium beneficij.

Talis eris in libris tuis (Sanlegeri) ſuperſtites erunt tibi, & tu illis, videberis in illis, & audieris, ſpecula erunt quibus ſpectaberis, voces quibus loquêris, characteres quibus legêris; quódque librorum priuilegium eſt, extendunt illi præſentiam Authoris ſui, atque vt videatur à multis, multiplicem faciunt; talem Te exhibebunt Libri tui, ſedes Auenione, & vbique præſens eris.

At quales, & quàm eruditi Libri tui! ea dicis de Beneficiis vno, & altero volumine, quæ Roma probat, & laudat Gallia, reuelas vtriuſque Iura, etiam arcana, doces quid illa poſſit, quid iſta velit; diſtinguis vtriuſque ſtylum, & places vtrique dum vtrique faues; ex vtroq; Iure erigis beneficia, inſtituis, reſignas, permutas, & de Simonia diſſeris, abſq; Simonia.

Nec minor eſt ſcientia tua Iuris Ciuilis quàm Canonici; ſcis antiquas leges & nouas, condere illas poſſes ſi non eſſent, & reſtituere ſi periiſſent; repræſentas antiquos Authores, & exhibes nouos, addis Teipſum, & numerum auges, & meritum, nec Interpres tantùm es aliorum; ſed nouus Author interpretaris alienam doctrinam, & tradis tuam.

At quales illæ de Penſionibus Eccleſiaſticis deciſiones, quàm diues eſt hoc Volumen Quintum, dum Penſiones omnes deſcribit, & penè diſtribuit; doces Penſiones portiones eſſe beneficiorum, non beneficia; creas illas, & extinguis; ſubtrahis beneficiis, & reſtituis; oſtendis quò eant, & vbi deſinant; imponis illis modum & terminum; denique de Beneficiis & Penſionibus tam bene meritus, dignus eſſes penſione publica, niſi diues de tuo malles merita præmiorum quàm præmia.

Expreſſit vultum tuum in præfixa huic Volumini effigie eruditus ſculptor, at non expreſſit ingenium, mutum eſt os illud, quod diu fuit Auenionis Oraculum, cæci ſunt oculi, ſurdæ aures, & imago tui eſt hæc imago, non tua: Pinxiſti Te in libris tuis pictor tuus, & tui; apparet in illis vultus & animus, nec ſurda eſt imago, nec muta; Audis interrogantes & reſpondes, idem eris poſthumus, qui fuiſti viuus; viuis in Libris & Liberis tuis, immortaliter victurus, dum tales ſemper ſuccedent hæredes.

P. Petrvs L'Abbe', Societ. Iesv

AD PERILLVSTREM DOMINVM PETRVM

# FRANCISCVM TONDVTVM, SANLEGERII DOMINVM.

NON ſatis eſt, TONDVTE, hominum quod Iura tueris,
Iura etiam magni, reſque tuere Dei.
Diſcet ab hoc Libro, nummos tractare Sacerdos
Cautius, & ſacras non male tradet opes.

I. SANGENESIVS.

---

AD CLARISSIMVM IVRISCONSVLTVM, DOMINVM

## PETRVM FRANCISCVM TONDVTVM, Dominum de Saint-Legier.

*ANAGRAMMA.*

PETRVS TONDVTVS SANLEGERIVS,
TV TOTVS PRVDENS ANGELVS ERIS.

REgina ex alto Salomonem conſulit Auſtro;
Omnes ex variis ſic tua ſcripta locis:
Ex his Prælati ſument Oracula libris,
TV TOTVS PRVDENS ANGELVS alter ERIS.

Le MESTRE, Canonicus Sancti Geneſij.

---

*Epigramma eiuſdem.*

MEnte vigens vltra vires ſortemque ſenectæ
TONDVTVS ſcriptis viuere Iura facit.
Mitia ſuſtinuit ſub Iudice prælia linguæ,
Nunc Libris, omni tempore, Iura dabit.
Sic SANLEGERIVS vitam producit in æuum,
Nam Virtus mortis tela timere nequit.

---

AD PERILLVSTREM D.

## DE TONDVTI, DOMINVM DE S. LEGIER.

*ODE.*

INſigni luce, miro molimine,
Iura reſoluis, ô Vir Ampliſſime!
Audaci manu & docto pollice
Leges euoluis felici ſidere.
Doctrina aurea, maturo pondere
Arcana Legum pandis mirificè,
Superans ardua diuino munere,
Vt ſis Oraculum, dicam intrepidè.
Quam alta mente, duplici nomine,
Obſcura reſeras auguſto culmine
Canones, Leges, tam miro ordine,
Vt profis Orbi, præclaro dogmate.
Scribis ſæculis Pario marmore,
O alme Heros, Mineruæ capite
Satus, Aſtrææ illuſtri ſemine,
Doctrinæ culmen inimitabile.
Coruſcans radiis, virtutis fulmine
Ad aſtra ſurgis, natiuo pondere,
Illuſtris Orbi, ſcientiæ lumine
Sublimi feries ſidera vertice.

DE GVILLELMIS, V.I.D. *Aduocatus Aueníonenſis.*

INDEX CAPITVM

# HVIVS TRACTATVS de Penſionibus Eccleſiaſticis.

CAP. I. *EPiſcopos iuſtis ex cauſis penſiones ſuper beneficiis imponere poſſe, ſed interueniente Summi Pontificis authoritate etiam ſine cauſa imponi poſſe; ſi tamen cauſa falſa ſit, nullas eſſe; Ipſos tamen Epiſcopos nec in fauorem tertij, nec in vim pacti præcedentis reſeruare poſſe. Quid dicendum ſit de Legato Aueníonenſi. De penſione per Epiſcopum conceſſa in fraudem, vtrum qui beneficij incapax eſt, ſit etiam incapax penſionis. Pro perſona incerta, vtrum penſio reſeruari poſſit. Ex cauſa reſignationis vtrum penſio dicatur reſeruata ſi poſt reſignationem facta fuerit reſeruatio. In Gallia quæ ſint cauſæ ſine quarum interuentu penſio declaratur nulla.* 1.

CAP. II. *Quæritur vtrum reſignans poſſit ſibi reſeruare collationem beneficiorum à beneficio reſignato dependentium loco penſionis. Et vtrum in Gallia Summus Pontifex qui ex concordatis poteſt ſemel in vita grauare mandato Apoſtolico acquirentem beneficium poſſit duplici grauamine ſeu mandato vti, videlicet aduerſus reſignantem reſeruatis ſibi loco penſionis collationibus, & reſignatarium. Et de interpretatione* Concordati. *Et vtrum ſic reſeruans collationem loco penſionis ſubijciatur indultis Curiæ Parlamenti & Graduatorum, aut nominatorum ab Vniuerſitatibus.* 5.

CAP. III. *Penſio ſine cauſa per Pontificem reſeruata non obligat ſucceſſorem in beneficio niſi Penſionarius probet veram & realem numerationem, ita vt ficta ſolutio per aditionem hæreditatis non ſufficiat neque confeſſio de recepto. Et vtrum ſufficiat confeſſio multis adminiculis roborata. Item vtrum probari debeat ſolutio termini illius ſemeſtris cuius dies ceſſit aliquot diebus ante obitum conſentientis impoſitioni penſionis. Denique vtrum probari debeat ſolutio tempore concordiæ, an verò tempore expeditionis literarum. Et quid in iudicio poſſeſſorio ſtatuendum ſit.* 8.

CAP. IV. *Penſionem Summi Pontificis authoritate etiam in quota fructuum vel alternatiuè in quantitate pecuniæ vel quota fructuum reſeruari. Et cuius tunc ſit electio, & facta ſemel electione vtrum licita ſit variatio. Quotæ fructuum reſeruatio vtrum comprehendat quotidianas diſtributiones. Quid importet clauſula percipiendi fructus propria authoritate ſi pecunia loco fructuum ſoluta fuerit vno anno vel pluribus vtrum ex eo fiat præiudicium pro annis ſequentibus. Reſeruatarius Quotæ fructuum ad quæ onera teneatur. Donatarius fructuum à Summo Pontifice durante tempore ſedis Epiſcopalis vacantis, vtrum teneatur ſoluere penſiones ſuper Epiſcopatu impoſitas & alia onera Epiſcopatus. Reſeruatarium Quotæ fructuum non teneri probare valorem ipſorum. Quando Titularis fructus non percipit ſine ſua culpa non tenetur ad Quotam illorum.* 13.

CAP. V. *Vtrum fructus omnes beneficij reſignati poſſint reſeruari reſignanti loco penſionis. Et quid obſeruetur in Gallia vbi hæc reſeruatio admittitur fauore Cardinalium; In aliis annullatur ſed nõ annullat reſignationem & ad legitimum modum reducitur. Cauſa vnionis fructuum omnium reſeruationẽ fieri poſſe medietatis fructuum, reſeruationem fauore reſignantis quandoque admitti in Gallia. Quid ſi procurator hoc caſu formam mandati exceſſerit. Publicatio huiuſmodi reſignationũ cum reſeruatione fructuum loco pẽſionis, quomodo fieri debeat tã in Gallia quã extra Galliam.* 16.

CAP. VI. *Vtrum penſionarius teneatur contribuere pro rata ad ſolutionem charitatiui ſubſidij & aliorum onerũ ſiue penſio fuerit reſeruata in quota fructuum ſiue in quantitate & vtrum ad onera tam ordinaria quàm extraordinaria, veluti ad collectas, ad reparationem Eccleſiæ, ad reformationem Abbatiæ, ad decimas Papales, vel Regias. Quid in religione S. Ioannis Hieroſolymitani. Denique quid operentur clauſulæ exemptionis à quibuſcunque oneribus in penſionis reſeruatione appoſitæ.* 20.

CAP. VII. *De penſionibus ſeu præſtationibus annuis quæ dantur ad neceſſariam vitæ ſuſtentationem pro perſonis Eccleſiaſticis, veluti pro Epiſcopis qui iniuſtè a ſuis Epiſcopatibus expulſi ſunt. Item Clericis excommunicatis, aut ſuſpenſis vel depoſitis vtrũ Clericis detur penſio miſerationis cauſa, quando aliunde viuere poſſunt vel ex ſua induſtria. Vtrum taxatio pẽſionis illius alimentariæ fieri debeat iuxta neceſſitatem, an verò perſonæ qualitas attendi debeat. Vtrum illorum ſolutio fieri debeat in principio vel in fine anni. De exemptione huiuſmodi*

iuſmodi penſionum ab oneribus. Et de illis quæ dantur à Rege Chriſtianiſſimo ſuper beneficiis fauore militum indigentium. 25.26.

CAP. VIII. De penſione ſeu portione congrua vicariis perpetuis Eccleſiarum Parochialium aſſignanda, & per Parochum primitiuum ſoluẽda, & ab eo qui decimas percipit; & quid circa hoc ſeruetur in Gallia; & vtrum hæc penſio ſit immunis ab oneribus. Et an diminutis fructibus beneficij hæc portio ſit minuenda. 29.

CAP. IX. Ille cui dignitati Parochialis eſt vnita & de ſuo ſoluit penſionẽ Vicario habet ius nominandi, idquè non obſtãte quod vicaria amouibilis reducta ſit in perpetuam per Epiſcopum vigore diſpoſitionis Concilij Tridentini; & vtrum Legatus poſſit huic iuri derogare, & quatenus poſſit, ex quibus cenſeatur voluiſſe. Legatus vtrum poſſit derogare diſpoſitioni iuris communis. 31.

CAP. X. Vtrum de penſionibus debeatur annata per pẽſionariũ ſoluenda. Quid ſit annata; quid commune ſeruitium, quid minutum. De quibus & quando debeatur annata, vel compoſitio. Quid de pẽſionibus Regularium; & vtrum pẽſio deducatur de valore beneficij ad excuſandum à mala expreſſione valoris fructuũ. Vtrum annata debeatur ex diſtributionibus quotidianis, aut ex illis quæ aſſiſtentibus certis diuinis officiis perſoluũtur, & in fine anni diſtribuuntur, quæ proprie non ſunt diſtributiones Annatam deberi ſuper quibuſcunque beneficiis etiam patronatis. Quid ſint quindennia, à quibus & quomodo ſoluenda. 34.

CAP. XI. Onus ſoluendæ penſionis, quibus in caſibus trãſeat ad ſucceſſorem in beneficio. Quid ſi penſionarius debitam non adhibuerit diligentiã in exactione penſionis contra antiquum beneficij poſſeſſorem; & quando penſionarius excuſetur ob non adhibitam in tempore diligentiam, aut omnino non adhibitam; maximè cum nimis durus aut inhoneſtus in exactione eſſe non debeat. 37.

CAP. XII. Quando reſignatio eſt nulla, vtrum penſionis reſeruatio nulla ſit; & quæ ſit differentia inter reſignationem ſimpliciter nullam, & eam quæ nulla eſt ipſo iure, veluti ſi in ea adſit ſimoniæ labes ſi autem nullitas oriatur ex defectu publicationis, remanet nihilominus valida penſionis reſeruatio, & is qui beneficium ex defectu publicationis impetrauit, ad illius ſolutionem cogendus eſt. 38.

CAP. XIII. Quæ ſit vis clauſulæ Habita, vel non habita poſſeſſione in penſionis reſeruatione adiecta. Vtrum quis illius virtute cogendus ſit penſionem ſoluere ſi ſine ſua culpa poſſeſſionem beneficij obtinere non potuerit; An verò liberetur à ſolutione penſionis cedendo actiones contra illos qui fructus perceperunt. Conductor qui ſe obligauit ad ſolutionem mercedis nomine proprio, habita vel non habita poſſeſſione ſi non potuerit frui re conducta non tenetur illam ſoluere. Tandem varij caſus referuntur in quibus penſio debetur non obſtante non fruitione titularis. 41.

CAP. XIV. De clauſula quæ in reſeruationibus penſionum apponi ſolet. Dũmodo remaneant centum pro Rectore, vel mille pro Epiſcopo, vtrum onus verificandi quod illa ſumma remaneat apud Rectorem vel Epiſcopum ſpectet ad Titularem, vel ad penſionarium. Quomodo, & cuius temporis valor ſit probandus. A valore fructuũ quænã onera ſint detrahenda. Quæ ſit probationis differentia quoad hoc inter iudicium petitorium & poſſeſſoriũ & alia multa has clauſulas cõcernẽtia tractãtur. 45.

CAP. XV. Penſio in parte nulla, vtrum ſit in totum nulla. Et ſi in ea adſit exceſſus vtrum reduci debeat aut nulla declarari. Reſignatariũ aut reſignatarij reſignatarium penſionem impugnare nõ poſſe. Diminutis notabiliter fructibus beneficij vtrum penſio diminuenda ſit. Quod ſi reſignans habuerit reſpectum ad certam ſummam, cum clauſula & non alias, ſi penſio ex parte corruat, nulla in totum declaranda eſt. 49.

CAP. XVI. De reſeruatione penſionis ex cauſa permutationis ad coæquandam beneficiorum inæqualitatem tam in Gallia quam extra Galliam. De penſione impoſita ſuper beneficio æqualis vel maioris valoris, vel ſuper beneficio tertij in Gallia, aut etiam ex cauſa pacis; Et quod tales penſiones ſi Epiſcopi authoritate fieri poſſint, non obligent ſucceſſores in beneficio. Penſionem cum penſione, vel cum beneficio permutari non poſſe, nec cum capella nondum erecta, aut cum Hoſpitali. 51.

CAP. XVII. Reſignatio cum reſeruatione penſionis quando ſimoniam contineat veram vel interpretatiuam & quis inde quoad priuationem beneficiorum reſultet effectus. Quando & ex quibus penſio dicatur laicalis, & quid inde ſequatur Penſionis commoditatem alteri cedi poſſe etiam ad vitam penſionarij; non tamen ius ipſum penſionis quod eſt ſpirituale ſed tandem ſimoniam propriè in penſionibus non committi concluditur. 55.

CAP. XVIII. Vtrum reſignans poſſit ſibi reſeruare loco penſionis fruitionem domus Canonicalis ſpectantis ad beneficium reſignatum. Et ſi patruus reſignans ſuo nepoti, poſt reſignationem diu permanſerit in eadem domo, vtrum ex eo arguatur ſimonia. Quando permutatio facta fuit de beneficiis inæqualibus cum reſeruatione penſionis, vtrum ex ea oriatur præſumptio fraudis ad euitandum concurſum qui non requiritur in permutationibus Eccleſiarum Parochialium.

CAP. XIX. Si penſio fuerit alicui adiudicata cauſa miſerationis, & ille ſit in quaſi poſſeſſione exigendi; vtrum poſſit intentare remedia poſſeſſoria pro conſeruãda ſua quaſi poſſeſſione. Et vtrũ pro præſtationibus annuis dentur remedia poſſeſſoria ſaltẽ ex officio Iudicis. 62.

CAP. XX. Succeſſor in beneficio pro qua rata debeat concurrere in ſolutione penſionis, an pro rata temporis, an pro rata fructuum. Et quomodo fieri debeat proportio ſi penſio anticipatè ſoluta fuerit. Imò etiam ſucceſſorem ad terminos decurſos teneri ſi penſionarius diligens fuerit in exigendo. Quales hoc caſu diligentiæ requirantur. Fructus pro penſionis ſolutione eſſe hypotecatos, & dari electionem penſionario agendi contra ſucceſſorem in beneficio, vel cõtra hæredes antiqui poſſeſſoris; Et quomodo fieri debeat inter illos calculus ratæ & vnus contra alium indemnitatem conſequatur. Et vtrum inter illos diuiſio fiat iuxta diſpoſitionem l. defuncta ff. de vſufructu, an verò iuxta l. diuortio ff. ſolut. matrim. 63.

CAP. XXI. De actionibus, obligationibus, & hypotecis pro ſecuritate penſionis, & illius executione contra bona vel perſonam debitoris, & nominatim contra fructus beneficij penſione grauati. De exceptione cap. Odoardus, de ſolutionib. Et de effectu Cameralis obligationis præſtitæ pro ſolutione penſionis. De prælatione penſionarij aduerſus alios creditores ſuper fructibus beneficij. De duobus penſionariis eodem tempore in executione concurrentibus, aut de duobus eodem tempore nominatis, aut etiam de duobus ceſſionariis quis præferatur. De diuerſis nominatis in Gallia à duabus vniuerſitatibus. Penſiones an & quomodo cõputentur in numero redituum vt nominatus dicatur ſufficienter repletus. Mortuo penſionario, aut facta penſionis extinctione quomodo fideiuſſores liberentur. Denique vtrum penſionarius poſſet extinguere penſiones in præiudicium ſuorum creditorum. 69.70.

CAP. XXII. Quando & quibus caſibus, in Eccleſiis in quibus adeſt conſuetudo optandi, ille qui optauit beneficium penſione grauatum teneatur ad ſolutionem penſionis ſuper illo impoſitæ. Et quomodo ad hunc effectum penſionis procedat ius optandi. Quando per optionem dicatur acquiſitus nouus titulus ad effectum penſionis. Pluraquè alia notabilia circa hanc optandi conſuetudinem exponuntur. 76.

CAP. XXIII. Quando penſio ſuper pluribus beneficijs in ſolidum fuit impoſita, vtrum penſionarius teneatur agere contra ſingulos poſſeſſores pro rata. Separatione & diſmembratione fructuum beneficij facta, vel titulorum, quomodo ſolutio fieri debeat. Et vtrum diuiſio penſionis inter diuerſos debitores fieri debeat iuxta proportionem Arithmeticam, vel Geometricam vt qui plus percipit, plus ſoluat. Pluribus ex Pontificia conceſſione factis tranſlationibus, ſummã limitatam excedentibus, vtrum anteriores ſubſiſtant. Pluribus de eadem re factis in eodem teſtamento diſpoſitionibus, vtrum primæ præualere debeant. Quid dicendum ſit de duabus penſionibus incõpatibilibus ſuper eodem beneficio, & ſub eadem data conceſſis. 79.

CAP. XXIV. Confeſſio titularis facta in precibus, probat quidem factum & exiſtentiam penſionis, ſed non illius validitatem. Quæ ſit efficacia cõfeſſionis factæ in precibus Principi oblatis. Quid ſi confeſſio fuerit conditionaliter aut dubitatiuè facta, aut Titularis alleget reſcriptum ſine eius mandato fuiſſe obtentũ, aut confeſſio fuerit facta aliter quam in reſcripto; vtrum confeſſio ab vtraque parte facta probet valorem ad effectum vt ex eo penſio valida declaretur, & non poſſit impugnari ex defectu valoris expreſſi. 82.

CAP. XXV. Vtrũ conſenſus Patroni Laici ſit neceſſarius ad validitatẽ penſionis ſiue iuſpatronatus ex fundatione, vel dotatione competat, ſiue ex priuilegio. Et quid hac in re obſeruetur in Gallia. In retentione beneficij patronati conceſſa promotis ad Epiſcopatum per Papam, non requiritur cõſenſus Patroni Laici, etiã in Gallia. Quod non obſtantibus variis Doctorũ ſententiis in Gallia concluditur niſi tamen iuſpatronatus ad vnũ & ius præſentandi ad alium pertineret. Quibus modis Patroni Laici cõſenſus in impoſitione penſionis interuenire poſſit. Quid ſtatuẽdum ſit circa prouiſiones factas in legatione, tam ex ſtylo Galliæ quàm ex facultatibus legationis. Vtrũ conſenſus tutoris pro pupillo vel vſufructuarij pro Laico Patrono ſufficiat; Et quibus remediis hac in re Patronus Laicus ſibi prouidere poſſit. Agitur etiam de penſione ſuper beneficiis Regiæ nominationis vel collationis. 85.

CAP. XXVI. De duplici confidentia in penſionibus videlicet licita & illicita vtrũ confidentia interueniens in tranſlatione penſionis ſubiaceat pœnis ex Põtificiis conſtitutionibus contra confidentiarios introductis. De cõfidentia in reſignatione beneficij cũ reſeruatione fructuum vel partis illorũ ſiue fauore reſignantis ſiue ad vtilitatem tertij, vtrum indiſtinctè pœnis illis ſupponatur. De pẽſione impoſita ex reſignatione ſimulata, aut ex impetratione illius pro quo tertius quidẽ ſic ſe ſuppoſuit examini. De confidentia licita quando cum authoritate Papæ penſio imponitur ad vtilitatẽ vnius, & ſub nomine alterius confidentis. Et enumerãtur caſus in quibus ius & titulus penſionis pertinet ad fiduciariam, aut ad illum cuius contemplatione datur penſio, & circa hoc fiduciariæ penſionis genus variæ quæſt. deciduntur. 90.

CAP. XXVII. Tranſlatione penſionis facta abſque vlla reſeruatione, vtrum transferens

habeat ius petendi fructus penſionis decurſæ, ſaltem pro rata temporis, & quid in reſignante ſimpliciter aut in fauorem vtrũ habeat ratam fructuum quam non reſeruauit. Et quæ ſit differentia inter ceſſionem voluntariam & neceſſariam, & inter fructus naturales & ciuiles. Penſionum tranſlationes quando in Gallia admittantur. Quæ dicatur in Gallia patria obedientiæ, & quæ reducta, aut non reducta ad regnum Galliæ. Et quid nouiſſimè Summus Pontifex Vrbanus VIII. circa penſionum tranſlationes decreuerit. 95.

Cap. XXVIII. Literæ tranſlationis penſionis habent paratam executionem ſi fuerint iuſtificatæ, aut etiam in certis caſibus non niſi ex ſeipſis iuſtificatæ. Inter viam executiuam, & mandatum de manutenendo quæ ſit differentia. Tranſlatio fieri poteſt per breue Apoſtolicum cuius parata executio diuerſa eſt ab ea, quæ fit vigore obligationis Cameralis, vel per inſtrumentum publicum in conſequentiam conceſſæ à Pontifice facultatis, aut etiam per viam vltimæ voluntatis: ſed vt executor ſit certus de ſua iuriſdictione, debent coram eo produci literæ originales, vel ſumptum regeſtri legitimè extractum. In Gallia verò quomodo hac in re procedatur. Quando autem facultas transferendi eſt notoria produci non debet. De militibus Sancti Petri, conclauiſtis qui habent priuilegium transferendi penſiones & vtrum facultas retinendi vel transferendi penſiones extendatur ad poſtea impoſitas. 99.

Cap. XXIX. Facultas retinendi vel transferendi penſiones debet exerceri per ſe vel per procuratorem, mandatum tamen expirat morte transferentis, quid ſi publicatio fuerit ſubſcripta in ipſius transferentis vita. Vtrum per ſecundam tranſlationem nullam, cenſeatur reuocatum mandatum prius antea pro tranſlatione factum. Reuocationis mandati coniectura eſt ſi transferre volens poſtea per plures annos penſionem exegerit nullitatis tranſlationis penſionis, plurimi caſus proponũtur. 104.

Cap. XXX. Electionem perſonarum ad quas poteſt tranſlatio fieri penſionis non poſſe fieri in vim vltimæ voluntatis per deputatos niſi viuente deputante. Quomodo reſcribatur in negotio tranſlationis ſiue actum fuerit iudicio poſſeſſorio ſiue via executiua. Quomodo verum ſit penſionem tranſlatam eſſe nouam penſionem Iuriſpatronatus laicalis aliarumvè qualitatum quæ in illius conceſſione fieri deberet expreſſionem non eſſe neceſſariam ſicut nec aliarum penſionum præcedentium iam ſuper eodem beneficio impoſitarum; nec de iure patronatus Regio, nec denique litis pendentis; & vtrum facta tranſlatione penſionis obligationes & fideiuſſiones extinguantur. 107.

Cap. XXXI. Tranſlatio penſionis non poteſt fieri niſi in perſonas capaces, & in Clericatu conſtitutas: vtrum fieri poſſit in illegitimos maxime in Eccleſiis Cathedralibus. Quid de tranſlatione facta per patrem in filium legitimum vel illegitimum maxime ſuper Eccleſia, quam pater obtinuit; & enumerantur caſus in quibus pater filio illegitimo aut nepotibus legitimis ab eo aliquid conferre poteſt circa beneficia quæ pater ipſe obtinuit, diffuſius autem ea quæ ſupra capite præcedenti num. 27. exponuntur circa expreſſionem penſionum antea ſuper eodem beneficio impoſitarum tam in reſeruatione quam in tranſlatione penſionis. Quando facultas transferendi eſt limitata quis teneatur probare tranſlationem non excedere ſummam limitatam. 111.

Cap. XXXII. Mandato facto ad reſignandum ſub facultate transferendi penſionem reſeruatam, quamuis Datarius caſſauerit facultatem transferendi, penſionem validam eſſe concluditur. Tranſlatio penſionis valida eſt non obſtante variatione in quantitate quia eſt diuidua, & in ea vtile per inutile non vitiatur; ſecus ſi error ſit in corpore vel in perſona, vel in penſione quæ fuerat extincta, licet poſtea renouata. Fructuum reſeruationem cum facultate illos percipiendi propria authoritate non contineri in indulto penſiones transferendi. Expreſſio facta in penſionis conceſſione non exigitur in tranſlatione. Per tranſlationem penſionis vtrum fideiuſſores liberentur. Transferens non abdicat ius donec tranſlatum ius fuerit acquiſitum. 117.

Cap. XXXIII. Clericus qui penſionem obtinet vtrum ex eo ſolo gaudeat fori priuilegio & petere poſſit ſe remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum, quamuis non habeat qualitates ex Cõcilio Tridentino requiſitas. Quæ ſit differentia quoad fori priuilegium inter eum qui eſt in minoribus & qui in maioribus Ordinibus conſtitutus, & eum qui penſionem habet aut beneficium & eum qui non habet. Quid de Laico qui ex ſpeciali Summi Pontificis licentia penſionem obtinet, quibus ex cauſis penſio Laicis perſonis aſſignari ſoleat. Penſionem loco tituli beneficialis poſſeſſam fori priuilegium tribuere. Tandem concluditur ex veriori ſententia Clericum poſſidentem penſionem, eo ipſo fori priuilegio gaudere. 119.

Cap. XXXIV. Vtrum ex titulo pẽſionis poſſit Epiſcopus ſibi ſubditum ad ſacros ordines promouere, Epiſcopi familiares Epiſcopi eſſe ſubditos illius ad effectum, vt ad ſacros ordines promoueri poſſint ſi per triennium continuum cum eo commorati fuerint, quibus tamen de beneficio ſtatim Epiſcopus prouidere debet ſi illud non habeant. Quomodo quis dicatur ſubditus Epiſcopi ratione originis vel domicilij, vtrum quis dicatur ſubditus Epiſcopi ratione penſionis, & quomodo hoc procedat & quibus in caſibus. 122.

Cap. XXXV. Vtrum confiſcatis omnibus bonis clerici penſio etiam ſit confiſcata, ſiue confiſcatio, fiat per ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici, ſiue laici, & vtrum Iudex laicus de cauſis penſionum cognoſcere poſſit. Quid hoc in capite obſeruetur in Galliæ tribunalibus. In conſiliatione omnium bonorum vtrum contineatur vſusfructus, feudum, emphyteuſis, beneficia, alimenta & ſimilia & quid ſit hoc caſu ſpeciale, quando agitur contra hæreticos. 124.

Cap. XXXVI. Quæ ſit differentia inter penſiones temporarias ſeu tempore perituras quæ dantur ratione tituli beneficij, & reales atque perpetuas, quæ vni Eccleſiæ per alteram debentur vtrum ſit locus reductioni perpetuæ ſi fructus beneſiiij ſeruientis notabilem diminutionem patiantur. Tranſactionem ſuper rebus Eccleſiæ non afficere ſucceſſores, niſi fuerit à Summo Pontifice confirmata, nec temporis diuturnitatem quid iam operari niſi concurrat illius obſeruantia Tituli notoriè defectuoſi productionem actori producenti præiudicare. 128.

Cap. XXXVII. Vtrum penſionario debeãtur termini penſionum decurſi à die datæ ſupplicationis, quamuis literæ poſt aliquod tempus fuerint expeditæ & vtrum ex ſolo partium conſenſu cum derogatione regulæ Cancellariæ contrariæ, licitum ſit penſiones exigere, quomodo ſola ſupplicatio ſuſpiciat in iudicio poſſeſſorij Summariiſſimi, quid ſi agatur de ſucceſſore in beneficio. Penſionario deberi penſiones decurſas quamuis ſolum poſt nouem menſes literas expediri curauerit, literas expeditas capere robur à die ſupplicationis, quamuis poſt obitum penſionarij fuerint expeditæ niſi expeditæ ſint poſt terminum. 132.

Cap. XXXVIII. Pẽſionem in loco vbi ſitum eſt beneficium ſoluendam eſſe niſi aliter conuentum fuerit, etiamſi penſionarius eſſet Cardinalis, & ſi penſionarius tempore adueniente non fuerit in loco deſtinatæ ſolutionis per ſe vel per legitimum procuratorem vtrum ſufficiat proteſtatio illius qui penſionem ſoluere debet, an vero præterea requiratur depoſitum penſionis, vtrum ſufficiat ſi Titularis loco ſolutionis afferat penſionario omnes fructus beneficij illius anni. Quando cauſa commiſſa fuit cum clauſula, ſine retardatione ſolutionis penſionis, illi non ſatisfit per proteſtationem, ſed integrum & actuale depoſitum requiritur, etiamſi penſionarius tempere ſolutionis faciendæ non eſſet præſens eo tempore, quo ſolutio fieri debet. 135.

Cap. XXXIX. Colluſio facta inter duos ſub prætextu litis ſimulatæ ad hoc, vt penſio ſuper aliquo beneficio imponatur etiã interueniente Summi Pontificis homologatione, nulla eſt tanquam ex falſa cauſa facta & vltra nullitatem ſic colludentes tam beneficio quam penſione priuandi ſunt, explicatur verus ſenſus cap. Audiuimus 3. De colluſ. detegenda. colluſio quid ſit, quomodo probetur & quibus ex coniecturis arguatur. 138.

Cap. XL. Si penſio reſeruata fuerit in ducatis auri de Camera, in qua moneta & ſub qua forma ſolutio fieri debeat, ſolutionem penſionis fieri debere iuxta monetam loci, in quo fuit conſtituta, & ſic iuxta morem curiæ Romanæ, niſi aliter expreſſum fuerit, ſi enim penſio in certæ monetæ ſpecie reſeruata fuerit, in illa ſolui debet nec obſeruantia contraria ſuffragatur. Quid ſi monetæ ſpecies expreſſa non reperiatur bonitas intrinſeca vel extrinſeca monetæ quando mutata dicatur. Quid ſi reſeruatio fuerit facta in moneta imaginaria, veluti in ea quæ tunc non reperiebatur reſeruatio ſcutorum auri in auro quomodo exequenda, æſtimatio auri in penſione quando dicatur facta taxatiuè aut demonſtratiuè & quis valor ſit attendendus quando demonſtratiuè. In Gallia quid contineatur appellatione floreni vel Ducati auri de Camera. 140.

Cap. XLI. Papa non poteſt de poteſtate ordinaria penſionem ſuper beneficio imponere niſi conſenſus poſſeſſoris interueniat ſi autem Papa id faciat per viam tranſlationis liberantur fideiuſſores qui erant obligati intuitu certæ perſonæ, conſenſus cauſalis & formalis quomodo inter ſe differant, quis ſit effectus derogationis regulæ Cancellariæ de conſenſibus præſtandis. Quæ ſit praxis præſtandi parũ conſenſum de conſenſu præſtito per eum qui nulliter de beneficio fuit prouiſus, Procurator vtrum validè conſentire poſſit reſeruationi penſionis poſt obitum reſignantis, conſenſus vtrum præſtari poſſit per procuratorẽ, quando principalis eſt præſens in Curia. Mandatum ad præſtandũ iſtum conſenſum vtrum ſufficiat fieri per epiſtolam, Cardinales ſub qua forma conſenſum præſtare ſoleant Regulam de conſenſibus in Gallia non obſeruari. Procuratoris conſenſus ex quibus non ſit validus. Regula de conſenſibus non eſt de dandis & quid, ſignificet quando dicitur aliquam ex regulis Cancellariæ eſſe vel non eſſe de dandis. 145.

Cap. XLII. Penſionis ſuper diſtributionibus quotidianis imponi non poſſe; Impoſitas tamen authoritate Summi Pontificis validas eſſe. Quando penſio ſuper fructibus beneficij fuit impoſita, non contineri diſtributiones quotidianas. Quid ſi fuerit impoſita ſuper fructibus, reditibus & emolumentis & quæ hac in parte ſit differentia inter penſionis reſeruationem & tranſlationem. Incerti reditus qui dicantur. Capitulum &

*Camera dum abſentis vel vacantis benef.cÿ fructus percipiunt ad penſionis ſolutionem teneri, & quibus in caſibus ſit locus iuri accreſcendi vel non decreſcendi in fauorem Canonicorum, vel quando fructus ſeu diſtributiones non ſingulis de Capitulo ſed maſſæ capitulari æquirantur, vel totum capitulum vel ſingulares perſonæ ad ratam penſionis teneantur.* 150.

CAP. XLIII. *Quamuis facultas diſpenſandi ſit fauorabiliter extendenda, ipſa tamen diſpenſatio tanquam odioſa, ſtrictam recipit interpretationem, nec extenditur ad caſus in diſpenſatione non contentos quod variis propoſitis exemplis demonſtratur. Diſpenſatus ad beneficia non obſtante defectu natalium, verum ex eo cenſeatur diſpenſatus ad obtinendas penſiones Eccleſiaſticas. Tandem concluditur verius eſſe, diſpenſationem ad beneficia obtinenda, complecti etiam facultatem ad penſiones obtinendas quod multis rationibus comprobatur.* 155.

CAP. XLIV. *Secundæ penſionis ſuper beneficio iam alia penſione grauato reſeruatio nulla eſt ſi in ea anterioris illius penſionis non fiat expreſſio Dummodo prima illa penſio non ſit nulla aut inexigibilis ſeu inefficax. Primam illam penſionem eſſe nullam aut inexigibilem non tenetur probare is qui ſecundam obtinuit ſed illius validitas probanda eſt per eum qui penſionem ſecundam impugnat. Illa autem ſecundæ penſionis nullitas prouenit ipſo iure, adeo vt per obitum primi penſionarÿ aut extinctionem non conualidetur, nec penſionarius ſecundus ſub prætextu ignorantiæ excuſetur. Etiamſi motu proprio ſecunda fuiſſet impoſita, quibus clauſulis huic nullitati remedium adhiberi poſſit; quid ſtatuendum ſi prima penſio eſſet reſeruata ſub conditione tam illa purificata quam ante conditionis aduentum.* 158.

CAP. XLV. *De regreſſu conceſſo reſignanti ad beneficium reſignatum, quando reſignatarius penſionem nullam eſſe prætendit, aut alias illam ſoluere recuſat, & quid circa hanc obſeruetur an Gallia Reguli proponitur cum ſuis ampliationibus & limitationibus, quomodo verum ſit reſignantem excludi a regreſſu, aut reductionis penſionis electione, quando reſeruatio penſionis facta fuit de certa ſumma ſoluenda* & non aliàs, *&c. Incapacitas regredientis vtrum illum excludat à petitione regreſſus conceſſo regreſſu vtrum titularis recuperet priſtinam ſedem & omnia alia iura antiqua. Et quæ ſit differentia inter ingreſſum, Acceſſum & Regreſſum.* 165.

CAP. XLVI. *Quia penſiones reſeruatæ vt plurimum per regreſſum extinguuntur, quatuor alÿ præcipui modi regreſſus exponuntur, videlicet ex cauſa permutationis, & ex cauſa conualeſcentiæ in Gallia eius qui in extremitate morbi reſignauit Per reſignationem minoris 25. annis læſi ſeu decepti & per euictionem beneficij incompatibilis quod à Papa alteri per præuentionem erat collatum. Explicantur circa hoc variæ quæſtiones & inter cæteras vtrum regrediens teneatur ſoluere penſiones in reſignatione reſeruatas. Vtrum regrediens indigeat noua collatione, vtrum recuperet primum locum, & an teneatur ſoluere iura quæ per nouos Canonicos in ingreſſu ſolui conſueuerunt.* 167.

CAP. XLVII. *Qui regreſſum intentauit aduerſus beneficium reſignatum, vtrum ſibi præiudicec quominus poſſit penſiones exigere vel petere, & vtrum per talem actionem ſibi præiudicet in actione regreſſus. Quid ſi exigat etiam penſiones in futurum decurrendas & vt cum propter vim & efficaciam iuramenti penſiones ſimul & regreſſus peti poſſint. Et quæſtio iſta per varios caſus explicatur. Quomodo proteſtationem ſuam concipere debeat qui penſionem exigit vt ſibi non præiudicet quoad regreſſum. Quid dicendum ſit ſi petitio aut exactio facta fuerit per procuratorem.* 172.

CAP. XLVIII. *Cauſam regreſſus tanquam præiudicialem in primis & ante omnia tractandam eſſe maxime quando in conceſſione penſionis adeſt illa clauſula* Quod de nullitate dici non poſſit, *Quæ ſit vis illius clauſulæ. Et vtrum opponi poſſit de defectu intentionis Summi Pontificis Intentari tamen hoc caſu poſſe, iudicium ſpolij tam contra primum quam contra ſecundum reſignatarium Actionem ſpolij eſſe priuilegiatam, & ab illa reijci omnia quæ titulum vel proprietatem reſpiciunt, Quamuis hoc remedium non competat tertio nouam penſionem obtinenti ſuper eodem beneficio poſt primam extinctam non obſtante clauſula ſubrogationis & aliis prægnantibus ſpolium competit habenti coloratum titulum aduerſus allegantem nullitatem reſignationis De colore tituli & de appellatione à declaratoria regreſſus.* 175.

CAP. XLIX. *Quæ remedia prodita ſine aduerſus beneficiarium non ſoluentem penſionem tam per viam mandati executiui, quam per viam ſententiæ declaratoriæ cenſurarum qui termini ſubſtantiales ſecundum ſtylum curiæ Romanæ ſint ſeruandi, aut etiam ſi agatur aduerſus obligatum in meliori forma Cameræ ad ſolutionem penſionis. De executoribus & ſubexecutoribus & de Iudicibus ordinariis. Quæ ſit forma proceſſus fulminati & executionis illius, necnon ſententiæ declaratoriæ cenſurarum. Quando ſubexecutor non conſtitutus in dignitate Eccleſiaſtica deputari poſſit quandiu duret executorum facultas, & vtrum ordinariorum iuriſdictio per eam ſuſpendatur ne pro penſione exequi poſſint & alia notabilia exponuntur.* 179.

CAP. XLX. *Solam ſupplicationis productionem ſine literis ſufficere in iudicio ſummariiſſimi poſſeſſorij pro penſione intentati, Quæ in illo iudicio ſint probanda vel non, etiam dum agitur contra ſucceſſorem in beneficio, quæ ſit forma articulandi in illo iudicio, An pro ſimplici dilatione ſolutionis locus ſit actioni ſpolij Titulus produci debeat, & an productus iuſtificari, In iudicio ſpolij quæ ſint extrema, & quomodo probanda, Poſſeſſorium pro penſione Eccleſiaſtica debita, quomodo intentari poſſit, quæ dicatur perſona legitima ad hoc vt penſionarius dicatur conſtitutus in quaſi poſſeſſione exigendi & ex quibus adminiculis colligatur ſolutionem fuiſſe factam de mandato titularis, quid ſi penſionarius dicat ſe recepiſſe ſolutionem per manus tertij ſoluentis nomine titularis, Confeſſio de recepto vtrum noceat ſucceſſori in beneficio. Quid ſi ſolutio facta fuerit per fideiuſſorem de ſolutione facta metu cenſurarum vel metu executionum de quittancia facta pro reſiduo, Aliaque multa hanc poſſeſſorij pro penſionibus materiam concernentia pertractantur.* 186.

CAP. XLXI. *De pluribus exceptionibus quæ opponi poſſunt in iudicio penſionis tam Summariiſſimo quam executiuo vel quæ ad aliud iudicium remittendæ ſunt, veluti nullitatis, vel non expreſſi veri valoris beneficij vel de exceptione extinctionis penſionis quæ non retardat executionem niſi ſit omnino clara, & de ea aliunde conſtet quam per teſtium depoſitiones Quando penſio fuit reſeruata loco alimentorum compenſationis exceptionem non retardare ſolutionem, quando agitur de alimentis futuris qualia ſunt decurſa à die litis motæ, & in hac materia plures & diuerſi caſus conſiderantur & reſoluuntur.* 197.

CAP. XLXII. *De pluribus aliis exceptionibus quæ in iudicio penſionis occurrunt, veluti, de exceptione non iuris penſionarÿ, nullitate penſionis reſeruatæ ſuper beneficio incompatibili quod penſionarius non ſit clecicus, vel ſit ab alieno Epiſcopo tonſuratus quod titularis à cenſuris propter paupertatem ſit excuſandus, quod penſionarius adeptus fuerit poſſeſſionem eiuſdem beneficij penſione grauati, Incompatibile beneficium cum alio retinentem vtroque priuari nec reſignare poſſe vel penſionem ſibi reſeruare. Illud vero dimittentem nec illud penſione grauare poſſe. Dimiſſio vtrum coram Notario facta valeat defectus clericatus vtrum obijci poſſit in poſſeſſorio, & is quomodo probetur. A cenſuris paupertatem excuſare Conſolidationem penſionis cum titulo doloſè factam nocere penſionario, & vtrum hoc procedat, quando illius adeſt licentia ſine dolo.* 201.

CAP. XLXIII. *Inſtrumentum conſenſus tranſlationis penſionis non ſubſcriptum contra formam ſtatuti vtrum ſit validum, Quid proſit exceptio de non iure titularis oppoſita per penſionarium ipſi Titulari cedenti beneficium penſione grauatum. De clauſula* etiamſi nullum ius, *&c. de diſcordia inter ſupplicationem & bullas, De diuerſitate Summarum inter tranſlationem & reſeruationem penſionis, de penſione expedita per breue Apoſtolicum. Cardinales vtrum comprehendantur in tranſlatione penſionis impoſitæ ſuper beneficio per eos poſſeſſo. De periurio per Titularem vel penſionarium commiſſo. Penſio vtrum imponi poſſit ſuper beneficio Pœnitentiarij & vtrum hæc circunſtantia ſit exprimenda.* 205.

CAP. XLXIV. *De gratia penſionis per Papam in ſupplicatione deleta & caſſata, & per ſucceſſorem in Pontificatu conceſſa nulla facta huius denegationis expreſſione Tranſlatio penſionis facta in articulo mortis per balbutientem, vtrum ſit valida, vel ſi ita infirmus modo affirmatiue & paulo poſt negatiue reſpondeat Quid ſi Notarius atteſtetur ſe laceraſſe memoriale tranſlationis. vtrum inſtrumenti erronea cancellatio impediat illius executionem. Quomodo executio penſionis impediri poſſit ſi per ſententiam fuerit vulnerata, quamuis agatur de obligatione Camerali, De nullitate oppoſita per viam exceptionis, quod impediat executionem obligationis Cameralis pro penſione.* 209.

CAP. XLXV. *In hoc capite inſeritur deciſio Rotæ Romanæ* in Hiſporgenſi penſionis coram R. P. D. Meltio *per quam approbantur & confirmantur reſolutiones capitis præcedentis, quod obligatio præſtita pro ſolutione penſionis, tanquam acceſſoriæ gratiæ recipiat omnes conditiones in ea appoſitas; multa etiam in ea reſoluuntur conformia concluſionibus præcedentibus circa clauſulam* Dummodo remaneant, &c. *Et quod illa clauſula habeat temporis tractum ſucceſſiuum, aliaque plurima in hac penſionum tractatione notatu digna.* 212.

CAP. XLXVI. *Obtinens beneficium incompatibile non poteſt ſuper illo quod prius obtinebat penſionem ſibi reſeruare, ſed purè & ſine conditione illud dimittere tenetur ſi ſecundi beneficij poſſeſſio ſit pacifica, & nulla lis adſit ſuper titulo beneficij, nec enim excuſat lis ſuper illius fructibus. Exceptio ex quibus dicatur oriri ex ventre literarum, Exceptionem literarum penſionis non expedita-*

*rum non prodeſſe mercatori in forma Cameræ obligato iuxta mentem Rotæ Romanæ quod explicatur. Extinctionem per procuratorem factam contra formam mandati, aut illa non obſeruata non eſſe validam ſed triplicatam penſionem ſub Summi Pontificis authoritate fieri poſſe ſimulatio penſionis ex quibus colligatur.* 216.

CAP. XLXVII. *Extinctionem penſionis gratuitam ſolo partium conſenſu fieri poſſe. Si autem pecunia interueniat Pontificis authoritatem requiri. Idem de penſionis reductione ſtatuendum. Quamuis autem extinctio penſionis eſſet abſque pretio, tamen ſi penſio loco alimentorum fuerit aſſignata requiritur authoritas magiſtratus & decretum. Et quando penſio dicatur aſſignata loco alimentorum. Item quando induat naturam contractus vel vltimæ voluntatis. In iis quæ naturam contractus ſortiuntur locus eſt pœnitentiæ re integra. Dicitur autem integra quamuis præſtitus fuerit paruus conſenſus. Iuramento autem adhibito non eſt opus decreto magiſtratus Quæ ſint penſiones habentes cauſam oneroſam, & quæ lucratiuam, & quibus clauſulis adhibitis cognoſcantur.* 220.

CAP. XLXVIII. *Quibus in caſibus poſſeſſor beneficij penſione grauati habeat ius petendi reductionem penſionis ad minorem Summam ſiue fructus tempore conceſſæ penſionis non ſint ſufficientes ad alimenta Rectoris ſiue poſtea ex accidenti notabiliter minuantur. Clauſula* Aliunde viuere valeas, *quomodo & iuxta quod tempus ſit iuſtificanda Reſignatio facta ab eo qui aliunde viuere non poteſt quando ſit valida. Reductio penſionis exceſſiua peti poteſt coram Ordinario, quamuis in reſcripto appoſita ſit clauſula*, quod reductio peti non poſſit. *In beneficiis curam animarum annexam habentibus congrua ſuſtentatio apud Parochum reſignantem remanere debet quicunque caſus diminutionis redituum beneficij eueniat. In aliis beneficiis diſtinguendum eſt inter prouiſum per reſignationem aut alio vocationis modo, Item vtrum fructuum mentio facta fuerit taxatiue aut demonſtratiuè, quod ex quibus dignoſci poſſit, oſtenditur. Et diuerſi caſus circa hanc quæſt. proponuntur & explicantur.* 223.

CAP. XLXIX. *Quæ fuerit antiqua, & quæ ſit noua ſcedulæ bancariæ praxis, vtrum per ſcedulam campſor fiat fideiuſſor vel conſtitutarius. Quomodo concipi debeat ſcedula bancaria ad hoc vt habeat vim ſolutionis & Titularis eximatur ab obligatione ſoluendi penſionem, quando per ſcedulam bancariam inducatur nouatio actionis ſeu delegatio campſoris. Exceptio reductionis penſionis, vtrum opponi poſſit poſt datam ſcedulam bancariam. Illam ex ſtylo Romanæ curiæ vim habere obligationis Cameralis Campſori quibus caſibus competat beneficium excuſſionis aduerſus Titularem. Solutio notata à tergo ſcedulæ bancariæ vtrum fidem faciat. Qui ſemel fideiuſſorem dedit pro penſione vtrum mortuo vel decocto fideiuſſore dato teneatur alium idoneum ſubrogare.* 230.

CAP. LX. *Si reſignatarius qui gratiam obtinuit in* forma dignum *non fuerit repertus idoneus, vtrum reſignans conditionaliter in fauorem huius perſonæ & non aliter nec alio modo poſſit petere penſionem ab eo, qui aduerſus hunc non idoneum beneficium impetrauit. Ex quibus probetur reſignantem ſcienter in fauorem inhabilis reſignaſſe, & hoc caſu quando tam beneficio quam penſione priuandus ſit. Quid ſtatuendum ſit de Epiſcopo conferente alicui non idoneo, & de patrono non idoneum præſentante.* 235.

CAP. LXI. *Narrans falſo beneficij expreſſo valore, vtrum ſic reſignans cadat à iure ſuo, etiam in caſibus in quibus valorem exprimere non tenebatur. Quid iuris ſi valor non fuerit expreſſus in certa quantitate ſed tantum ad ratam quantitatis fructuum beneficij. Quid operetur illa clauſula*, Quod verior expreſſio valoris fieri poſſit in literis. *Quid ſi non maior, ſed minor valor fuerit expreſſus. Titularis quando à mala valoris expreſſione excuſari poſſit. Reſignatarius quando reſignanti opponere poſſit de falſa valoris expreſſione maximè ſi per longum tempus beneficium poſſederit & penſionem ſoluerit.* 239.

CAP. LXII. *De reſignante nullum ius habente in beneficio quod reſeruata penſione reſignauit. Et quæ ſit vis illius clauſulæ*, etiamſi nullum ius, &c. *Reſignatio ſimoniaca, nullam reddit penſionis reſeruationem. Quomodo procedat quod dicitur gratiam collationis beneficij & gratiam reſeruationis penſionis eſſe duas diuerſas gratias, & vna corrruente aliam ſubſiſtere Penſionis aut fructuum reſeruationem non annullari quamuis reſignatarius non publicauerit. Quando reſignatio facta fuit ſpreto Patrono laico, vtrum penſio debeatur reſignanti.* 241.

CAP. LXIII. *Illum qui beneficio ipſo iure priuatus eſt reſignare aut penſionem reſeruare non poſſe. Referuntur multi caſus in quibus beneficij vacatio inducitur ipſo iure vtrum incendij author vel conſultor beneficium reſignare & penſionem ſibi reſeruare poſſit. Quæ ſint incendiariorum pœnæ. Ex quibus clauſulis, reſignatio facta per eum qui ipſo iure priuatus eſt poſſit reddi valida. Ceſſionem iuris ex tranſactione non colluſoria cum reſeruatione penſionis eſſe validam, quamuis cedens, ius non haberet in beneficio ceſſo.* 244.

CAP. LXIV. *Vtrum ſicut obtinentes beneficia tenentur exprimere illa quæ iam poſſident, ita & penſiones, non quidem eas quæ ſuper beneficio penſione grauato antea ſunt impoſitæ, quas omnino exprimendas eſſe ſupra demonſtratum eſt, ſed dum beneficium aliquod impetratur; & concluditur pro negatiua contra multorum ſententiam. In penſione conceſſa* in forma pauperum *omnino penſionum obtentarum faciendam eſſe mentionem. Quomodo inter ſe differant literæ* in forma gratiæ, & in forma pauperum. *Quæ dicantur literæ* in forma communi, & *quæ* in forma ſpeciali. *Quid ſi penſio reſeruetur pro Graduatis, & quæ hoc in caſu notanda ſint. Religioſus ſiue* in forma gratiæ *ſiue* in forma pauperũ *obtinens penſionem, tenetur illas quam antea obtinuit exprimere. Penſiones vtrum numerum faciant Graduatis ad illorum repletionem.* 247.

CAP. LXV. *Penſionem non niſi ſuper bonis Eccleſiæ temporalibus imponi poſſe. Quomodo diſtinguantur penſio & cenſus ſuper bonis Eccleſiæ temporalibus impoſitus; nouum cenſum authoritate Epiſcopi ſuper bonis Eccleſiæ imponi non poſſe, nec antiquum augeri niſi interuenientibus ſolemnitatibus in alienatione bonorum Eccleſiæ requiſitis. Quando Epiſcopus quinquageſimam vel centeſimam redituum alteri Eccleſiæ vel Capellæ conſtruendæ remittere poſſit, & ad quem hoc caſu Eccleſiæ ſic conſtructæ iuſpatronatus ſpectet ſuper bonis Hoſpitalium, leproſaliarum & aliorum ſimilium locorum penſionem imponi non poſſe ſi non ſint Eccleſiaſtica & ex quibus dignoſcatur vtrum ſint Eccleſiaſtica vel laicalia; illorum locorum bona vtrum ſine ſolemnitatibus alienari poſſint.* 251.

CAP. LXVI. *Penſionem ſuper præbenda Theologali etiam in Gallia imponi non poſſe, ſi tamen reſignatarius conſenſum præſtiterit ad illius ſolutionem cogendum eſſe in odium perfidiæ ex ſupremorum Galliæ tribunalium decretis. Quomodo & quibus concurrentibus hæc præbenda Theologalis ſtabilienda ſit: Quid ſit præbenda præceptorialis, & quomodo inſtituenda, vtrum ſuper illa penſio imponi poſſit, & concluditur hanc non eſſe perpetuam ſed amouibilem ſeruata ordinationum Regiarum forma in Gallia & de variis ſupremarum Curiarum arreſtis deſuper pronunciatis.* 255.

CAP. LXVII. *Excommunicatos ſicut beneficiorum ita & penſionum incapaces eſſe probatur adeo, vt nec in petitorio nec in poſſeſſorio etiam ſummariſſimo admittendi ſint; ſi de ipſa excommunicatione conſtet euidenter, quamuis pars aduerſa illos admitti conſentiret niſi tanquam rei & per viam exceptionis, & defenſionis compareant. Clauſula* Teque abſoluentes, &c. *quam vim habeat ad excuſandum excommunicatum, aut cenſuris irretitum. Vtrum per illam clauſulam permittatur exercitium ordinum, intereſſentia in diuinis & ſimilia Epiſcopi aut alij Pontifice inferiores vti poſſint hac clauſula & quid tunc operetur, & an proſit inſordeſcentibus. Quid ſi legatus Auenionenſis hanc clauſulam apponat.* 257.

CAP. LXVIII. *Irregularitas & ſuſpenſio quomodo differant, & vtrum ex illis oriatur priuatio beneficiorum antea obtentorum aut in futurum obtinendorum. Et vtrum eadem priuatio locum habeat in penſionibus. Irregularem multos actus exercere poſſe qui non reſpiciunt exercitium ordinis Sacri. Si irregularitas oriatur ex delicto, reddit ad obtinenda beneficia inhabilem, ſecus ſi ex corporis defectu. Abſolutio à cenſuris irregularitatem non comprehendit. Irregularitas partialis non nocet exercitio aliorum actuum præter illos qui ex tali irregularitate procedunt.* 260.

CAP. LXIX. *Per ingreſſum religionis nõ extingui penſiones niſi ſequuta profeſſione. Nouitios pendente nouitiatus anno penſiones retinere & aſſequi poſſe; imo & poſt annum ſi nouitiatus prorogetur prout in Societate Ieſu in qua ante vota biennij fieri debet renunciatio ex regulis Societatis. Anno nouitiatus ex decretis Superiorum abbreuiato extinguuntur etiam penſiones, illis fructus reſtituendi ſunt ſi percepti fuerint, ad quos bona profeſſi deuoluuntur. Etiam per tacitam profeſſionem penſiones extinguuntur, quæ tamen tacita profeſſio non admittitur in Gallia. Religioſi Melitenſes vtrum per profeſſionem penſiones amittant ſicut alij Religioſi. An & quando beneficia illius ordinis ſint manualia & de iſtis penſionibus notabilia quædam huic Ordini ſpecialia proponuntur.* 263.

CAP. LXX. *Continuatur hoc capite materia penſionum quæ profeſſis ſine ſpeciali Summi Pontificis conceſſione non dantur & agitur de tacitis profeſſionibus in Gallia de religioſo ſuum beneficium ſub penſione reſignante. De reſignatione beneficij vel renunciatione penſionis factæ durante nouitiatu non obſeruatis Concilij ſolemnitatibus. Quid ſi agatur de renunciatione penſionis vel beneficij facta per Nouitium ſub cuius titulo fuerat ad ſacros Ordines promotus.* 267.

CAP. LXXI. *Agitur hic de penſionibus Religioſorum & oſtenditur non eſſe indiſtinctè verum quod omnia beneficia regularia ſint amouibilia. Penſiones plures regularibus eſſe incompatibiles, imo & penſiones cum beneficiis quoad*

quoad regulares. Mulieres religioſæ, an & quomodo penſionum ſint capaces, ſi ſint Abbatiſſæ perpetuæ non autem ſi agatur de illis quæ ad ſolum triennium eliguntur. Religioſos eſſe incapaces penſionum etiam ſuper beneficiis regularibus. Penſionem imponi poſſe per Abbatem ſuper beneficiato non autem ſuper beneficio. Et quomodo hoc intelligatur. Religioſus beneficium curatum poſſidens vtrum illud reſignare poſſit ſeu dimittere reſeruata ſibi penſione. Penſio temporaria pro indumentis & aliis rebus neceſſariis Religioſo quomodo concedatur. Quid de equitibus Melitenſibus dicendum ſit. Quomodo verum ſit Religioſum de fructibus beneficij diſponere poſſe. Penſio loco peculij amouibilis religioſo concedi poteſt. 269.

Cap. LXXII. Religioſi ſtrictioris obſeruantiæ vtrum ſint capaces legatorum annuorum & penſionum ſibi relictarum in annos ſingulos, aut etiamſi vnica præſtatione ſoluenda ſint. Et in ſimilibus religionibus vtrum pater filio penſionem annuam pro neceſſitatibus poſſit relinquere. Quid ſi talis Religioſus ex ordine ſtrictiori ad laxiorem ex Pontificis indulgentia tranſlatus fuerit, vtrum tunc legatum annuæ penſionis peti poſſit pro terminis decurſis. Legatum annuæ penſionis alicui factum pro ſuis neceſſitatibus, quomodo ſit intelligendum. Penſionem religioſo annis ſingulis relictam deberi ſi Summus Pontifex ita conceſſerit. Officia clauſtralia in Gallia pro veris titulis reputari. Curata beneficia non eſſe amobilia ſed perpetua. 272.

Cap. LXXIII. Per promotionem ad Epiſcopatum vel Archiepiſcopatum vacant beneficia quæ hodie ſunt Sedi Apoſtolicæ reſeruata, eodemquè modo penſiones manent extinctæ propter conſtitutiones Pontificias; de iure enim non vacarent. Idem de promotione ad Eccleſias patriarchales dicendum eſt. Conceſſio data Epiſcopo retinendi penſiones vtrum comprehendat facultatem transferendi. Per promotionem ad Summi Pontificatus culmen quo iure penſiones expirent, Penſiones Epiſcoporum vtrum expirent à die adeptæ dignitatis ſeu poſſeſſionis, an verò à die conſecrationis; vtrum penſiones extinguantur & beneficia vacent per promotionem ad Cardinalatum, & quid hac in re decreuerit Sixtus V. Penſiones & beneficia vtrum extinguantur & vacent per adeptionem Abbatiarum & Prioratuum qui lolo Abbatiarum habeantur & ſint veræ Prælaturæ. 275.

Cap. LXXIV. Ad hoc vt beneficia & penſiones amittantur per promotionem ad Abbatiam ſufficit adeptio poſſeſſionis, etiam nondum ſecuta benedictione. In Epiſcopatibus verò, data prorogatione ad obtinendam poſſeſſionem penſio non extinguitur niſi poſt expeditionem literarum factam ſecundùm formam conſtitutionum. Si quis promotus fuerit ad Eccleſiam ſuper qua penſionem habet, illa extinguitur per confuſionem; ſed quid ſi dimittatur poſtea Epiſcopatus, quæritur vtrum penſio reuiuiſcat, ſiue dimiſſio facta fuerit ex cauſa voluntaria ſiue neceſſaria; & ſiue dimiſſio fiat à ſciente ſiue ab ignorante ſui tituli nullitatem. In Epiſcopatibus tamen in partibus infidelium penſiones per illorum adeptionem non extinguutnr. Epiſcopi vtrum ſine diſpenſatione nouas penſiones obtinere poſſint. Et vtrum electus ad Epiſcopatum, nondum tamen confirmatus, amittat penſiones obtentas. 279.

Cap. LXXV. Vtrum coniugati ſint capaces beneficiorum & penſionum Eccleſiaſticarum; & vtrum penſiones perdantur per contractum matrimonij; vtrum ſimiliter amittantur penſiones nullum onus ſpirituale habentes. Item vtrum amittantur acceſſus vel regreſſus ad beneficia. An ad hoc ſit neceſſe matrimonium eſſe conſummatum, aut ſufficiat contractum fuiſſe per verba de præſenti. Si vxor ante matrimonij conſummationem ingrediatur Monaſterium vtrum maritus penſiones & beneficia recuperet, ſaltem per nouam prouiſionem. Si matrimonium ſit nullum ex defectu ſolemnitatum requiſitarum à Concilio Tridentino vel propter impedimentum dirimens, vel cum puella impubere, vel pubertati proxima, aut propter litiſpendentiam ſuper nullitate alterius primi matrimonij mulieris, vel in ſpretum inhibitionum continentium decretum irritans vtrum penſiones amittantur. 284.

Cap. LXXVI. Matrimonium per vim & metum vel per amentem contractum penſionibus & beneficiis non priuare. Priuatio per matrimonium vtrum fiat ipſo iure an verò expectanda ſit ſententia Iudicis, tam quando ſcienter quàm ſi ignoranter factum fuerit. Vtrum pœnæ in Gallia conſtitutæ aduerſus liberos qui ſine parentum conſenſu contrahunt matrimonium habeant vim excuſandi ab amiſſione penſionum ſtante matrimonij nullitate. Quando pœna priuationis incurritur ipſo iure propter aliquod factum non notorium, requiritur

quiritur

quiritur ſententia declaratoria facti, ſed tamen ſtatim beneficium impetrari poteſt non expectata ſententia, quæ retrotrahitur. Poſſeſſor tamen de iure communi citandus eſt. 289.

Cap. LXXVII. Si clericus ſe militiæ ſæculari addixerit, tacitè renunciat Clericatui, & penſiones amittit quæ non niſi Clericis, aut cum clauſulis conſuetis Clericatum aſſequi volentibus conceduntur. Et in hac renunciatione tacita, non requiritur authoritas Superioris quæ in expreſſa beneficij renunciatione interuenire debet. Eo modo quo feudum amittitur per Clericatum niſi adſit conſuetudo contraria, ita & per adeptionem feudi amittitur Clericatus eiuſquè priuilegia. Vtrum autem ad penſionum & beneficiorum amiſſionem ſufficiat ſimplex deſcriptio, ſeu adſcriptio militiæ, an verò etiam opus ſit quod Clericus ſæuis ſe immiſceat. Et vtrum præcedere debeat monitio. Quid ſi agatur de penſione loco ſtipendij aſſignata, & è contra de penſione in verum titulum beneficij conſtituta. Quomodo probetur Clericum eſſe adſcriptum militiæ ſæculari. Quæ ſit diuerſitatis ratio inter amiſſionem penſionum, & priuilegij Clericalis. De variis priuilegiis circa penſiones Equitum Sancti Mauritij & Lazari Lauretanorum, Sancti Stephani Piorum militiæ Chriſtianæ, & aliorum; quomodo & vſque ad quam Summam poſt matrimonium penſiones retinere poſſint. 293.

Cap. LXXVIII. Quæ ſint ſpecies bigamiæ, quæ non contrahitur per matrimonium niſi poſt ſequutam copulam. Bigamos eſſe penſionum incapaces niſi fuerint diſpenſati. Hodierno iure Epiſcopos non poſſe ſuper bigamia diſpenſare, ſiue illa vera ſit ſiue interpretatiua, nec etiam concurrente vtilitate vel neceſſitate niſi publica ſit. Diſpenſatum ad penſiones bigamum cenſeri quoque diſpenſatum ratione Clericatus, maxime ſi ante bigamiam obtentus fuiſſet, & Clericum bigamum diſpenſatum cenſeri verum Clericum. Diſpenſatum vt penſiones retinere poſſit non obſtante matrimonio cum quacumque muliere contracto, intelligi diſpenſatum quamuis cum vidua contraxerit. Diſpenſatio ad penſiones poſt matrimonij contractum retinendas vtrum ſit conſummata per primum matrimonium, vel per contractum cum vidua. 298.

Cap. LXXIX. Diſpoſitio Clement. 1. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. quod lata vna ſententia in Curia Romana aduerſus beneficij poſſeſſorem non triennalem locus ſit ſequeſtrationi fructuum, vtrum locum habeat in penſionibus, ſiue ſententia lata fuerit in fauorem titularis penſione declarata nulla ſiue in fauorem penſionarij in caſibus in quibus ſententia non eſt executoria non obſtante appellatione. Quid ſtatuendum ſit quando Capitulum debet ſoluere penſionem & periculum ſit ne futuræ condemnationis difficilis ſit executio propter Capituli potentiam vel diffugia in terminis conſtitutionis deſuper edita per S. M. Pium V. Pontificem. 303.

Cap. LXXX. Clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis appoſita in commiſſione appellationis facit vt Iudex ad quem nullam habeat iuriſdictionem niſi prius ſoluta penſione, ita quod de ſolutione conſtet in actis alias ſententia eſt nulla, ſicut & dum reſcriptum fuit cum clauſula; Parito iudicato. Vtrum tam Iudex à quo quàm Iudex ad quem exequi poſſit ſtante illa clauſula ſine retardatione penſionis, &c. & vtrum inter illos Iudices locus ſit præuentioni. Clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis, quem effectum habeat. Quid de Clauſula, ſi quid ſit exequendum aut clauſula, quod Commiſſarius ad legitimam executionem procedat. In penſionibus authoritate Epiſcopi reſeruatis non retardatur executio ſi penſionarius ſit in quaſi poſſeſſione exigendi, alias ſecus, niſi tamen poſſeſſio eſſet turbida. Quid ſi Titularis opponat ſe multas expenſas feciſſe pro Eccleſia eiuſquè vtilitate. Tertius comparens pro ſuo intereſſe, vtrum poſſet retardare ſolutionem penſionis ſicut & ſuccedens in beneficio aut fructibus illius. De ſolutione facta vigore illius clauſulæ, ſine retardatione. Quid operetur clauſula, conſtito de literis penſionis. Vtrum in commiſſione appellationis apponenda ſit clauſula ſine retardatione, quando ſententia manutentionis penſionis lata fuit per viam ſententiæ definitiuæ in ſcriptis latæ. 306.

Cap. LXXXI. Penſio antequam imponatur, odioſa eſt poſtquam verò fuit impoſita, fauorabilis. Quando & ex quibus diſpoſitio iudicanda ſit odioſa vel fauorabilis. Penſionem non eſſe odioſam odio irrationabili. Et quis ex eo reſultet effectus. Penſiones motu proprio Summi Pontificis impoſitas, aut etiam in fauorem Cardinalium conceſſas eſſe fauorabiles. 312.

Cap. LXXXII. Vtrum valida ſit penſionis

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

ſionis conſtitutio alicui facta ad tempus, veluti donec illi fuerit prouiſum de beneficio. Qui ſi talis conceſſio penſionis facta fuerit intuitu ſeruitij per domeſticum Epiſcopo præſtandi. Promiſſio iuramento roborata, quod is qui beneficium recipit, illud alteri ſub penſione non reſignabit vtrum ſit obligatoria. Et vtrum fieri poſſit ad requiſitionem Patroni. Lite pendente ſi multi ſoluendæ penſionis termini ſuperuenerint, vtrum in petitione & ſententia adijci poſſint. 314.

TRACTA



# TRACTATVS DE PENSIONIBVS ECCLESIASTICIS.

## CAPVT I.

### ARGVMENTVM.

EPISCOPOS ex iuſtis cauſis poſſe penſiones ſuper beneficiis Eccleſiaſticis imponere. Et quæ ſint illæ cauſæ. Penſiones ſine cauſa poſſe Summi Pontificis authoritate imponi; ſi tamen cauſa falſa fuerit, nullas eſſe: Epiſcopos tamen, nec in fauorem Tertij, nec in vim pacti præcedentis poſſe reſeruare. Quid de Legato Auenionenſi? De penſione per Epiſcopum conceſſa in fraudem. Vtrum qui beneficij eſt incapax, ſit etiam incapax penſionis. Penſio pro perſona incerta, an poſſit reſeruari? Et vtrum ſufficiat reſeruari poſt reſignationem, vt dicatur facta ex cauſa reſignationis? In Gallia quæ ſint cauſæ, ſine quarum interuentu penſio declaratur nulla.

SVMMARIA.

1 *Epiſcopus de iure poteſt penſiones imponere ſuper beneficiis, dummodo id faciat iuſta de cauſa.*

2 *Vna ex cauſis propter quas penſio per Epiſcopum reſeruari poteſt, eſt paupertas ſtudentis.*

3 *Epiſcopus ſecundum ſententiam Rebuffi, non poteſt ſuo nepoti reſeruare penſionem ſuper alicuius beneficio.*

4 *Epiſcopus etiam proprio nepoti pauperi cauſa ſtudiorum, aut alia ſimili, penſionem dare poteſt.*

5 *Vna ex cauſis propter quas Epiſcopus poteſt penſionem aſſignare, eſt vtilitas Eccleſiæ.*

6 *Reprobatur opinio aſſerentium Epiſcopos amiſiſſe ius penſiones imponendi.*

7 *Plures aliæ iuſtæ cauſæ, propter quas poteſt penſio reſeruari per Epiſcopos, breuiter recenſentur.*

8 *Epiſcopi non poſſunt reſeruare Penſiones in fraudem.*

9 *Quomodo verum ſit, eum, qui non eſt capax beneficij, non eſſe etiam capacem penſionis.*

10 *Papa poteſt penſiones ſuper beneficiis imponere etiam ſine cauſa.*

11 *Papa concedere poteſt fructus omnes beneficiorum illis, qui nullum in eis habent titulum.*

12 *Penſio authoritate ſummi Pontificis impoſita ex falſa cauſa, eſt nulla.*

13 *Penſio impoſita ex cauſa reſignationis corruit ſi reſignatio ſit nulla. Idem ſi ex cauſa tranſlationis, quæ nulla ſit.*

14 *Epiſcopus non poteſt reſeruare penſiones niſi in ipſo actu collationis.*

15 *Reſeruatio penſionis à Papa facta cenſetur eodem tempore collationis, ſi intra biduum facta ſit.*

16 *Reſeruatio penſionis non poteſt fieri per Epi-
ſcopum pro perſona nominanda.*
17 *Epiſcopus aut alius inferior non poteſt reſer-
uare penſionem in fauorem Tertij non per-
mutantis, vel non reſignantis.*
18 *Coram Epiſcopo reſignans, non poteſt loqui de
reſeruatione penſionis; ſed illa fieri debet
per Epiſcopum motu proprio: ſecus eſt in
Legato, ex facultatibus.*
19 *Non creditur Epiſcopo dicenti ſe ex iuſta cau-
ſa penſionem reſeruare.*
20 *Penſio authoritate Epiſcopi reſeruata in vim
pactionis præcedentis inter partes non valet;
ſecus eſt ſi fiat authoritate Papæ.*
21 *Legatus Auenionenſis poteſt reſeruare pen-
ſiones, de quibus partes priùs conuenerunt.*
22 *Magnus Magiſter Melitenſis poteſt reſerua-
re penſiones, non tamen ex præcedenti par-
tium conuentione.*
23 *Conditio omnis reiicitur quando agitur de re-
ſignatione facta coram Ordinario Collatore.*
24 *Quod Legatus Auenionenſis poſſit reſeruare
penſiones, de quibus partes conuenerint, pro-
cedit ex ſpeciali ſummi Pontificis facultate.*
25 *Si Epiſcopus reſeruet penſionem ſine cauſa,
penſio eſt quidem nulla, ſed non Simoniaca.*
26 *Papa non confirmat penſiones authoritate
Epiſcopi impoſitas, maximè in præiudicium
ſucceſſorum in beneficio.*
27 *Quod ampliatur vt procedat, quamuis tales
penſionum reſeruationes eſſent validæ.*
28 *Intellige vt Papa non conualidet ſimiles pen-
ſiones per viam confirmationis, ſed tantùm
per viam nouæ prouiſionis.*
29 *In Gallia penſiones quauis authoritate impo-
ſitæ declarantur nullæ, niſi impoſitæ ſint
propter vnam ex tribus cauſis ibi enarratis.*

1 CONCLVDVNT communiter DD.
Epiſcopum ſuper beneficiis Eccle-
ſiaſticis ex iuſta cauſa penſiones
imponere poſſe, & inter cæteros,
Rebuff. *in tract. de pacif. poſſeſſ. num.* 112. Ri-
minald. un. *conſil.* 298. *num.* 26. Anchar. *conſil.*
279. Gigas *de penſion. quæſt.* 6. Caccialup. *in
eod. tract. quæſt.* 11. & ante eos, Abb. *in cap. con-
querente, num.* 5. *de Cleric. non reſident.* Felin. *in
cap. ad audientiam* 31. *num.* 4. *&* 5. *de reſcript.*
Decius *in cap. ex parte, num.* 15. *de offic. Deleg.*
*& conſil.* 142. *num.* 3. Rota *deciſ.* 386. *n.* 9. *&* 10.
*part.* 5. *recent.* Rota Diuerſ. *deciſ.* 519. *num.* 3.
*verſic. minus facit, part.* 1.
2 Inter iuſtas autem cauſas penſionem con-
ſtituendi hæc aſſignatur, ſi illam Epiſcopus
concedit pauperi cauſa ſtudiorum; ex nota-
tis per Rebuff. *de priuileg. ſcholaſt. priuileg.* 42.
& aliàs determinauit Rota *in Meſitenſi Cano-
nicatus* 9. *Martij* 1595. *coram Millino*, inſerta
apud Marcheſ. *de commiſſ. part.* 1. *in tit. de com-
miſſ. appellat. in cauſa penſionum, num.* 12. *fol.*
611. † Et quamuis contrarium videatur te- 3
nuiſſe Rebuff. *in Concordat. tit. de collat. prope
med. verſic. Quartò, ſine aliqua diminutione*,
dum vult Epiſcopum non poſſe reſeruare ſuo
Nepoti penſionem ſuper beneficio quod
alteri confert; † tamen debet intelligi quan- 4
do Nepos non eſſet pauper, vel ſcholaris; vel
quando alia iuſta cauſa non adeſſet fraude
ceſſante; ſi enim adeſſet iuſta cauſa, valida
eſſet penſionis conſtitutio: vt probat Gon-
zal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 5. *num.* 29.
Non deſunt autem aliæ cauſæ, ob quas 5
Epiſcopus penſionem poteſt reſeruare, velu-
ti pro pauperibus & egenis: Innocent. *in cap.
de cætero, de tranſact.* pro benemeritis, Oldrad.
*conſil.* 226. pro vſu pio, D. Thom. 2. 2. *quæſt.*
10. *verſic. ad quartum, in fine*, Pariſ. *de confi-
dent. quæſt.* 28. *num.* 120. † qui tamen non ap- 6
probatur, dum vult hodie Epiſcopos huiuſ-
modi ius aſſignandi penſionem amiſiſſe; vt
multis probat Gonzal. *dicto* §. 5. *gloſſ.* 5. *num.*
28. *& ſequent.* Rationem reddens, quia cum
hoc ius competat Epiſcopis de iure commu-
ni, ius illud ſemper tenet: *L. Ariani, C. de hæ-
retic.* Idem pro vtilitate, quam Eccleſia ſpe-
rat à penſionario, authoritate Epiſcopi poſſe
imponi penſionem tradit Rota *deciſ.* 38. *num.*
10. *part.* 6. *recent.* Vbi *num.* 50. licet non fiat
mentio de Epiſcopis, † tamen in genere re- 7
cenſentur iuſtæ cauſæ, propter quas poteſt
imponi penſio: Videlicet, quando Clericus
eſt pauper, qui ratione ſeruitij quod impen-
dit Eccleſiæ, non habet reditus ſufficientes
ad decenter in tali ſtatu viuendum; vel ſi
ſtudio & litteris incumbat; vel ſi de Eccleſia
bene meritus eſt; aut quia ex eius labore &
induſtria, Eccleſiæ prouenit vtilitas, aut pro-
babiliter prouentura ſperatur. Sed inter præ-
cipuas hæc eſt, quando pro bono pacis pen-
ſio conſtituitur ad dirimendas lites, de qua
vltima cauſa habetur *in cap. niſi eſſent, de Præ-
bend. & in cap. quamuis, eod. tit. lib.* 6. *& in cap.
Ad audientiam, le* 2. *de Reſcript.* & *ibi* Felin.
*num* 2. *& ſequent.*
Quod intellige vt procedat, dummodo 8
Epiſcopus non imponat penſionem in frau-
dem; veluti ſi alicui conferat beneficium
habens curam animarum, cuius incapax eſt
ipſius Nepos, & ſuper eo reſeruet penſionem
in fauorem ſui Nepotis; text. eſt *in cap. Ex-
tirpandæ* 30. §. *qui verò, in fine, de Præbend.* his
verbis: *Illud vero penitus interdicimus, ne quis
in fraudem de prouentibus Eccleſiæ, quæ curam
habere debet, proprij Sacerdotis, penſionem alij
quaſi pro beneficio conferre præſumat*: ita Felin.
*in dicto cap. Ad audientiam* 31. *de Reſcript.
num.* 2. *in* 1. *concluſ.* poſt Gloſſ. Abbat. & alios.
Idem habetur in *Addit. ad* Dyn. *in regul.* 1. *de
Regul.*



*Regul. Iur. in* 6. *num.* 39. *in litt. D. in verſic. adde
quod iſta quæſtio.*
9 Quod tamen procedit in ſuo caſu, nempe
quando talis impoſitio penſionis facta fuit in
fraudem; nam certum eſt (& ita quotidie
practicatur) quod etiam perſonis, quæ non
eſſent capaces certi beneficij, aſſignantur
ſuper huiuſmodi beneficio penſiones; vt
etiam aduertit Marcheſan. *tom.* 1. *in tit. de
commiſſ. appell. in cauſis penſion. part.* 1. §. 1.
*num.* 42. Vtrùm autem illi qui ſunt incapaces
beneficiorum in genere, ſint incapaces pen-
ſionum? alia eſt quæſtio, quam examinat
Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 121. *& ſeq.*
& Nos ſuo loco. Nos enim *hic* agimus de ca-
ſu particulari reſeruationis in fraudem factæ:
generaliter enim conſtitutum eſt, illum qui
ad maiores Ordines promotus eſt, capacem
eſſe omnium penſionum ſuper quibuſcun-
que Eccleſiis Cathedralibus: Rot. apud
Duran. *deciſ.* 117. *num.* 18. Imo & ſimplicem
Clericum; Idem *deciſ.* 143. *num.* 1.
10 Summus tamen Pontifex poteſt, etiam
ſine cauſa, penſionem imponere: vt omnes
DD. tenent, & inter cæteros Nicol. Garſ. *de
benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 275. poſt Felin. *in
cap. Ad audientiam, le* 2. *num.* 2. *&* 4. *de Reſcript.*
Ioann. Nicolaus Canonicus Auenionenſ. *de
iurepatronat. num.* 67. *&* 70. Ratio eſt, quia
voluntas Summi Pontificis ſufficit pro iuſta
cauſa, vt per Innocent. & Panormit. *in cap.
Cum ad monaſterium, de ſtatu monach.* vbi
voluntas Papæ ſufficit in iis quæ ſunt iuris
poſitiui, qualis eſt impoſitio penſionis; &
ea omnia quæ concernunt beneficiorum
fructus, quæ ideo plenè Pontificis diſpoſitio-
ni ſupponuntur: *cap. Propoſuit, de Conceſſ.*
11 *præbend.* † Ideo poteſt concedere, vt qui
beneficij titulum non habet, illius fructus
percipiat: vt in *cap. Si propter, de Reſcript. in*
6. *& cap. Si tibi conceſſo, de Præbend. in* 6. Pariſ.
*de Reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 131. Verall.
*deciſ.* 316. *part.* 2.
12 Si tamen Papa penſionem alicui aſſigna-
uerit, cum cauſa quidem, ſed illa ſit falſa;
non valebit talis conceſſio: Gig. *de Penſionib.
quæſt.* 5. *num.* 5. Verall. *deciſ.* 298. *num.* 1. *part.*
2. Pariſ. *lib.* 6. *de Reſignat. quæſt.* 2. *num.* 77.
13 † Vnde cum Papa reſeruauit penſionem ali-
cui ex cauſa reſignationis, ſi reſignatio ſit
nulla, penſionis reſeruatio tanquam ex falſa
cauſa facta, nulla etiam eſt: vt deciſum teſta-
tur *Pariſ. ibidem.* Quia Papa reſeruauerat
penſionem in fauorem alicuius, ſub præſup-
poſito quod Epiſcopus fuiſſet tranſlatus ad
aliam Eccleſiam, quæ tamen tranſlatio erat
nulla, quia procurator exceſſerat fines
mandati, & per conſequens reſeruatio
penſionis ob cauſam illius tranſlationis fa-
cta, fuit declarata nulla & inualida. Quæ
Deciſio reperitur apud Verall. *deciſ.* 298.
*part.* 2.
Non poteſt tamen Epiſcopus penſionem 14
reſeruare, niſi tempore quo beneficium con-
fertur, & eius authoritate confertur; vt notat
Gonzal. *ad dict. regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 5. *num.* 26.
*verſic. quæ omnia procedunt*: Rota *inter deciſ.
criminales Farinac. deciſ.* 104. *num.* 4. *in fine*;
poſt Dec. *in cap. ex parte, le* 2. *de offic. Delegat.
num.* 15. qui apud me eſt *num.* 5. *in* 1. *concluſ.
verſic. Cautela tamen eſt*: † Sed deciſum fuit, 15
quod reſeruatio penſionis facta authoritate
Summi Pontificis, cenſetur facta in eodem
actu collationis, quando fuit modico tem-
pore pòſt; quod Rota fuit interpretata infra
biduum: vt *in recent. deciſ.* 68. *num.* 3. *part.*
3. *recent.* & priùs fuit deciſum in *Taruiſana
penſionis*, de qua Put. *deciſ.* 22. *de fide in-
ſtrument.*
Neque valeret reſeruatio Epiſcopi pro 16
perſona nominanda, ſed perſona debet eſſe
certa, quando agitur de reſeruatione Epiſ-
copi authoritate facta; propter expreſſam
diſpoſitionem *Bullæ Pij V. de Confidentiis*: vt
determinauit Rota in *dicta Melitenſi Canoni-
catus num.* 6. ſuperiùs allegata, Garſ. *de benefic.
part.* 1. *cap.* 5. *num.* 313. *&* 314. Vbi dicitur
fuiſſe deciſum *in Rota*, quod licet penſio im-
poſita per Epiſcopum ad fauorem certæ per-
ſonæ, etiam de conſenſu prouiſi coram No-
tario præſtito in forma, non faciat prouiſio-
nem ſimoniacam, ſed tantum quod penſio
ſit nulla, ſi non conſtet de cauſa; tamen ſi
penſio fuiſſet impoſita pro perſona ipſi Epiſ-
copo beneuiſa, & poſtea declaranda, eſſet
confidentiaria & ſimoniaca, ex *dicta Conſti-
tutione Pij V.* quæ ſolùm hoc caſu intelligen-
da eſt: † nec poteſt Epiſcopus, aut alius in- 17
ferior à Papa, reſeruare penſionem in caſum
permutationis in fauorem Tertij: quia in
Collatoribus ordinariis neceſſe eſt vt reſer-
uatio penſionis fiat inter ipſas partes, non
autem in fauorem Tertij: Rota *deciſ.* 386.
*num.* 7. *part.* 5. *recent. & deciſ.* 345. *num.* 1. *part.*
6. *recent.* In quibus deciſionibus fuit reſolu-
tum, authoritatem Ordinarij non extendi
ad hunc caſum penſionis approbandæ in fa-
uorem Tertij: ex Pariſ. *de confident. quæſt.* 42.
*num.* 29. Quia cauſa, propter quam Ordina-
rius poteſt authoritatem interponere in re-
ſeruatione penſionis, ceſſat, videlicet ne re-
ſignans ex ſua renunciatione nimium diſ-
pendium patiatur; quæ conſideratio locum
habere non poteſt in reſeruatione facta pen-
ſionis ad fauorem tertiæ perſonæ, quæ certat
de lucro captando, non autem de damno

vitando: atque ita cùm agatur de reſignatione quæ non videtur libera, ſed potius facta in fauorem Tertij, non poteſt Epiſcopus illam authorizare, ſed requiritur Summi Pontificis authoritas: Couuarr. *lib.1.var. reſolut. cap. 5. num. 5.* Boër. *deciſ. 2. num. 45.* Pariſ. *de reſignat. lib. 7. quæſt. 13. num. 57.* Garſ. *de benefic. part.1.cap.5.num.341.* Verall. *deciſ.326.part.2.*

18 Immo ſi reſignatio facta fuerit coram Epiſcopo, reſeruata penſione, nulliter agitur; quia ad ſolum Papam pertinet reſignationes admittere reſeruata penſione: licet Epiſcopus ex iuſta cauſa, motu proprio illas reſeruare poſſit: Boër. *dicta deciſ. 2.num.45.* Pet. Gregor. *in inſtitut. rei beneficiar. cap.29. num. 1.* Dico, *motu proprio*, iuxta *deciſ.94. num. 6. part.6. recentior.*

19 Nec creditur Epiſcopo dicenti ſe penſionem reſeruare ex iuſta cauſa: quia quando aliquid fieri non poteſt ſine cauſa, non creditur aſſerenti, niſi aliunde cauſa probetur; ex regula generali, quod in prohibitis quando non adeſt cauſa, non probatur cauſam adfuiſſe ex ſola prohibiti aſſertione: Ludouiſ. *deciſ. 294. num.5.* & *ibi* Addent. *num. 14.* & in iſtis terminis Garſ. *dicta part. 1. cap.5.num.326.*

20 Rurſus hæc inter reſeruationem penſionis authoritate Pontificis factam, & eam quæ fit authoritate Epiſcopi, eſt differentia; quod poteſt coram Papa præcedere pactio ſub reſeruatione Beneplaciti illius, de qua partes ante reſignationem conuenerunt; quæ conuentio fieri nequit ſi reſeruatio fiat authoritate Epiſcopi: *cap. Niſi eſſent*, ibi, *non quidem ex pactione partium: de Præbend.* Redoan. *de ſimon. part. 2. cap.14.* Garſ. *dicta*
21 *part.1. cap.5. num.* 341. Hoc † enim ſpeciale eſt in Papa, vel in Legato habente ad id facultatem, vt reſignationes admittere poſſit reſeruata penſione: Pariſ. *de reſignat. lib.7. quæſt.13.num.14.* Qualem facultatem habent Legati Auenionenſes. Poſſunt enim Legati ex facultatibus admittere reſignationes, non quidem in fauorem, ſed ſub reſeruatione penſionis, de qua priùs partes conuenerint; vt patet ex *tenore dictarum facultatum:* & diximus *in quæſt. benefic. vol. 2. cap. 200. num.22.*

22 Idem dicendum eſt de reſeruatione penſionis facta authoritate Magni Magiſtri Ordinis Melitenſis; qui licet poſſit reſeruare penſiones illis, qui ſuas Commendas reſignant, vigore facultatis ſibi per Sedem Apoſtolicam conceſſæ; non tamen licet illi penſiones reſeruare pacto contrahentium firmatas, ſed egent tanquam prohibitæ authoritate Apoſtolica: Mohedan. *deciſ. vltim. de ſimon.* Garſ. *dict. part. 1. cap. 5. num.* 343. Rota *deciſ.386. num. 5. part.3. recent.* Et probatur per text. *in d. cap. Niſi eſſent, de Præbend.* ibi, *non quidem ex pactione partium.* Ioann. de Anan. *in cap. Audiuimus, num.3.de colluſ. deteg.* Rebuff. *de pacif. Poſſeſſ. num. mihi* 120. † Quia coram Ordinario reſignatio de- 23
bet fieri purè & liberè: *Gloſſ. in cap. ex parte, le 1. de off. Delegat.* Abb. *in cap. Non ſatis*, per illum textum, *de ſimonia*; ſecus eſt, ſi reſignatio fiat coram Papa: Gloſſ. *in cap. cum pridem, de pact. & in cap. Ordinationes, 1. quæſt. 1.* Dec. *conſil.* 141. incipit, *Ad plura: & conſil.* 436. *Viſa inſtructione: columm.* 2. Et ideo conſultius eſt, vt penſionum expeditiones fiant coram Summo Pontifice, propter præcedentes partium conuentiones.

Et niſi in facultatibus Legationis dictum 24
fuiſſet, quod poſſent Legati penſiones reſeruare de quibus ſibi videbitur, & partes ipſæ concordes fuerint; vt habetur in *facultatibus, part.3. cap.200. art.13.* non potuiſſet Legatus reſeruare ex pactione præcedenti: nec ſine ſpeciali facultate prædicta potuiſſent in Legatione reſeruari penſiones ad vtilitatem aliorum quàm reſignantium, vel cedentium; provt illud in dictis facultatibus permittitur *in dicto art.13.* Sed omnino fuiſſet neceſſaria Summi Pontificis authoritas: Couarr. *lib.1.var.reſolut.cap.5.num.5.* Verall. *deciſ. 325.part.2.* Boër. *deciſ.2.num.45.* Garſ. *dicta part.1. cap.5.num.* 341. & ideo Magnus Magiſter Ordinis Melitenſis nec penſiones pacto firmatas approbare, nec in fauorem aliorum quam reſignantium penſiones reſeruare poteſt; vt decidit Rota in *Montisfaliſci penſionis 6. Februarij* 1632. *coram Pirouano*, quæ eſt *Deciſio 94. num. 5. & 8. part. 6. recent.*

Licet autem Epiſcopus dicat ſe penſio- 25
nem reſeruare ex cauſa, quæ tamen non probetur, penſio eſt quidem nulla, ſed non eſt ſimoniaca; quia cùm poſſit eſſe quod cauſa ſit vera, ceſſat ſimonia quæ concludenter probari debet: & in dubio, quando potuit adeſſe, vel non adeſſe cauſa, præſumptio capitur ad excluſionem ſimoniæ: Marcheſan. *de commiſſ. appell. in cauſis penſion. part.1.§.2.num.70.fol.589.*

Hoc item obſeruatione dignum eſt, quod 26
Papa non confirmat penſiones authoritate Epiſcopi impoſitas: Gonzal. *ad regul.8.gloſſ. 3.§.5.num.31.verſic. ſi non tenet.* Quod maximè procedit, quando ageretur de præiudicio illius, qui ſucceſſor eſt in beneficio penſione grauato; Caſſad. *deciſ.4.num.5. de penſion.*



*penſion.* Rota *deciſ.595.num.5.part. 5.recent.*
27 † Quod etiam procedit, ſiue valida ſit reſeruatio facta per Epiſcopum, ſiue ſit nulla; ſi enim eſt valida, non indiget confirmatione: ſi vero ſit nulla, Papa non intendit illam approbare: Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 5. §. 5. num.31.* Vbi idem dicit de prouiſione, ſeu collatione beneficij facta per Ordinarium:
28 † illam ſiquidem Papa non confirmat. Subdit tamen quod hoc non fit per viam approbationis & confirmationis, ſed per viam nouæ prouiſionis; quod fere in idem recidit: vt *ibi* per eum, *num.33.*

29 Sed notandum eſt ad maiorem explicationem eorum, quæ ſupra dicta ſunt; quod in Gallia nulla penſio cuiuſuis authoritate facta admittitur, etiam authoritate Summi Pontificis, niſi interueniente vna ex tribus cauſis; videlicet *Primò*, ex cauſa reſignationis, ne reſignans nimium diſpendium patiatur: *Secundò*, pro bono pacis, ad finiendam litem, dummodo lis vera ſit, & non ficta aut ſimulata: *Tertiò*, ex cauſa permutationis, propter inæqualitatem beneficiorum: *cap. Niſi eſſent, de Præbend. cap. Nuper de renunciat. cap. Ad quæſtionem, de rerum permut.* atque hanc eſſe generalem Regulam, iuxta quam ſæpiùs fuit iudicatum, teſtatur Louet *in ſua recollect. Arreſt. litt. P. num. 30. in principio.*

## CAPVT II.

### ARGVMENTVM.

QVÆRITVR vtrum reſignans poſſit ſibi loco penſionis reſeruare collationem beneficiorum, ex beneficio reſignato dependentium. Et vtrùm in Gallia Summus Pontifex, qui ex *Concordatis* poteſt ſemel in vita grauare acquirentem beneficium mandato Apoſtolico, poſſit vtrumque grauare, & ſic duplici grauamine, ſeu mandato vti aduerſus reſeruantem collationem loco penſionis, necnon reſignatarium. Et de interpretatione *Concordati.* Et vtrùm ſic reſeruans collationem loco penſionis, ſubijciatur Indultis Curiæ Parlamenti, & Graduatorum, aut Nominatorum ab Vniuerſitatibus.

SVMMARIA.

1 *Collationem beneficiorum loco penſionis reſeruari poſſe per reſignantem multi exiſtimant.*
2 *Ex Concordatis Galliæ quilibet Papa poteſt ſemel in vita grauare mandato Apoſtolico quemlibet collatorem.*
3 *Reſignans Abbatiam reſeruata ſibi collatione beneficiorum, poteſt iterum grauari per mandatum Apoſtolicum. Contra num.12.*
4 *Reſignatio ſi facta fuerit reſeruata reſignanti facultate conferendi loco penſionis, dicitur illi facultas illa conceſſa nouo iure, & dicitur nouus Collator.*
5 *Reſignans per reſignationem amittit titulum & poſſeſſionem, & ſic eſt nouus Collator.*
6 *Maxima, immò omnimoda eſt Summi Pontificis poteſtas in beneficiis.*
7 *Ex vſu Tribunalium Galliæ, reſeruationes iuris conferendi loco penſionis in beneficiis reſignatis admittuntur fauore Cardinalium.*
8 *In aliis autem præterquam in Cardinalibus, ſimiles reſeruationes vix admittuntur; ſed ſuper hoc varia ſunt Arreſta, vt numeris ſequentibus.*
9 *Collatio cum ſit fructus beneficij reſignati, non poteſt iure ordinario ad reſignantem pertinere.*
10 *Quamuis reſignans poſſit ſibi reſeruare aliquos fructus poſt reſignationem, tamen hoc intelligitur de fructibus lucratiuis, non de honorificis.*
11 *Quando ex ſpeciali gratia permittitur reſignanti reſeruatio iuris conferendi loco penſionis, hoc debet fieri in ipſo actu reſignationis.*
12 *Reſignantem, qui ſibi ius conferendi loco penſionis reſeruauit, non poſſe iterum nouo mandato grauari verius eſt.*
13 *Reſeruatio nihil addit de nouo, ſed ſolum ius priſtinum confirmat.*
14 *Is qui ſibi beneficiorum collationem loco pen-*

*ſionis reſeruauit, ſubijcitur Indultis Graduatorum, & Curiæ Parlamenti.*

15 *Qui ſibi collationem reſeruauit, & eius reſignatarius, pro vno Collatore habentur, & ambo ſimul vnico mandato Apoſtolico ſubjiciuntur, & non quilibet.*

16 *Non eſt generale quod poſſit appellari tanquam ab abuſu ob quamlibet reſeruationem collationum loco penſionis in Gallia.*

17 *Collatio beneficiorum, ſecundum diſpoſitionem iuris communis, ſpectat coniunctim ad Epiſcopum & Capitulum.*

18 *Variè iudicatum fuit in Gallia circa reſeruationem iuris conferendi loco penſionis.*

19 *Reſignans reſeruato ſibi iure conferendi confert tanquam ſubrogatus in locum ſui reſignatarij.*

20 *Si mandatum Apoſtolicum fuerit directum reſignatario, & non reſignanti qui loco penſionis habet collationem, iſte reſignatarius poteſt conferre tanquam executor.*

21 *In Gallia practicata fuit temporibus noſtris reſeruatio collationum in Cardinali à Ioyoſa.*

22 *Et hoc generaliter Cardinalibus conceſſum eſt ex Summi Pontificis conſtitutione, vt beneficiorum collationem habeant in Eccleſiis quas dimiſerunt.*

1 QVÆRITVR vtrùm licitum ſit reſi-
gnanti reſeruare ſibi loco penſio-
nis ius conferendi beneficia, ab
ipſius beneficij reſignati collatione depen-
dentia. Affirmatiuam tenet Pariſ. *in tract.
de reſignat. lib 6. quæſt. 1. num.* 14. & in eadem
ſententia videtur reſidere Rebuff. *in Con-
cordat. in tit. de mandat. Apoſtol.* §. 1. *in
verbo, vnum collatorem, columm.* 3. *verſiculo,*
2 *quod ſi collationes:* † vbi dicit quod cum per
Concordata quilibet Summus Pontifex, ſe-
mel durante tempore ſui Pontificatus, vnum
Collatorem mandato Apoſtolico grauare
3 poſſit, † tamen ſi collationes fuere reſi-
gnanti Abbatiam reſeruatæ, hic reſignans
poteſt per Papam per mandatum Apoſto-
4 licum grauari: † Quia hæc collatio facta
dicitur, nouo iure, hoc eſt vigore reſerua-
tionis iuris conferendi, ſub qua eius reſi-
gnatio facta fuit: *cap.* 2. *de renunciat.* vbi
dicitur, quod ius acquiſitum facta renun-
ciatione, dicitur obuenire ex nouo iure;
5 nouóque titulo: † reſignans ſiquidem ami-
ſiſſe dicitur titulum, & poſſeſſionem: *cap.
inter,* & *ibi* Gloſſ. & DD. *de prabend.* & ſic
non videtur propriè vnus Collator, ſed po-
tius veluti duo Collatores.

Verum licèt maxima, immò & omni- 6
moda ſit Summi Pontificis in beneficiali-
bus authoritas, *cap.* 2. *de prabend. in* 6. At-
tamen † ex vſu Tribunalium Galliæ, re- 7
ſeruationes huiuſmodi facultatis conferen-
di beneficia per Eminentiſſimos S. R. Ec-
cleſiæ Cardinales, & in ipſis reſignationi-
bus factæ, & authoritate Summi Pontificis
roboratæ admittuntur quidèm: † in aliis ta- 8
men caſibus generaliter ſimiles reſeruatio-
nes reiiciuntur, & remanent ſine effectu;
ea ratione, quia cùm reſignans, titulum, &
poſſeſſionem beneficij, vt dictum eſt, amit-
tat; non poteſt fructus beneficij per reſi-
gnationem percipere, † nec per conſe- 9
quens collationem, quæ eſt in fructu, exer-
cere: atque ita ſæpiùs deciſum fuit in ſu-
premis Galliæ Tribunalibus, teſte Louëtio
*in collect. Arreſt. litera, P. num.* 33. Feuret *de
L'Abus, lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 32.

Et licet reſignans, aliquam fructuum 10
quantitatem ſuper beneficio reſignato ſibi
reſeruare poſſit, *tot. titul. de Cleric. ægrot.*
hoc tamen verum eſt in fructibus lucra-
tiuis pretium & æſtimationem habentibus,
qui homini ad victum, veſtitum, & alia
neceſſaria prodeſſe poſſunt; non autem in
fructu honorifico qui æſtimationem non
recipit, qualis eſt beneficiorum collatio:
vt bene probat Louet *ad Regul. de Infir-
mis, num.* 213. † Quanquam & ipſe ſimiles 11
collationis reſeruationes ex ſpeciali fauo-
re fuiſſe toleratas fateatur: Quo caſu, re-
ſeruationem in ipſo reſignationis actu fa-
ciendam eſſe monet; aliàs nullam eſſe: vt
ipſe concludit *num.* 214.

Ex iis autem quæ idem Author tradit 12
*numer.* 213. *verſic. & notanda:* dubia red-
ditur ſupradicta concluſio *Rebuffi*, volen-
tis collationem quæ fit in vim dictæ re-
ſeruationis, factam eſſe iure nouo, & ideo
talem reſignantem poſſe grauari à Summo
Pontifice iterato mandato Apoſtolico; cùm
verius videatur apud DD. Gallos, iſtum
reſignantem, poſt reſignationem confe-
rentem, prouidere iure ordinario propter
reliquias veteris poſſeſſionis; nonobſtante
clauſula in reſcripto appoſita, *authoritate
Apoſtolica*; quæ habetur pro non appo-
ſita in Galliæ Tribunalibus, & ſic non vi-
tiat conceſſionem; & propterea non ſine
ratione dubitari poteſt vtrùm admitten-
dum eſſet iteratum grauamen per manda-
tum Apoſtolicum in eodem, qui iam fue-
rat ſemel grauatus antequam ſub colla-
tionis reſeruatione reſignaſſet; † cùm hæc 13
ſit natura reſeruationis vt nihil addat de
nouo,



nouo, ſed tantum conſeruet ius priſtinum
reſeruantis; *L. penult. ff. de aqua quotid. &
æſtiu. l.* 3. §. 1. *ff. quibus modis pignus vel hy-
poth. ſoluitur.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*
470. *num.* 8.

14 Ex quibus infertur, quod cum in Gal-
lia Cardinalis collator ordinarius vigore
ſui Epiſcopatus habeat ius conferendi be-
neficia à ſuo Epiſcopatu dependentia, ſi
deinde ſuum Epiſcopatum reſignet reſer-
uata ſibi loco penſionis beneficiorum col-
latione, ſubjicitur Indultis Graduatorum, &
Nominatorum & Mandatariis Senatorum;
quia cùm non conferant nouo iure, nec au-
thoritate Apoſtolica, ſed veluti ob reliquias
priſtinæ Dignitatis, ideo ſubjiciuntur etiam
Indultis Curiæ Parlamenti, & omnibus
aliis quibus cæteri Collatores ordinarij. Et
hæc eſt Tribunalium Galliæ obſeruatio.

15 Sed maior eſt difficultas, ſi Cardinalis
reſignauerit in fauorem alterius in vim
Concordati à Papa homologati, quo in-
ter alia cautum eſt, vt reſignans in par-
tem penſionis retineret collationem, vel
præſentationem omnium beneficiorum à
ſuo Monaſterio dependentium, cum dicto
reſignatario; vtrùm Papa poſſit ſingulos
grauare mandato Apoſtolico vigore *Con-
cordatorum Galliæ*; quibus concordatum
eſt, quod Papa ſemel quemlibet collato-
rem grauare poſſit? Videretur pro Affir-
matiua concludendum, quia iſti authori-
tate Papæ facti fuerunt tanquam diuerſi
Collatores, quilibet ſuo ordine; ex *nota-
tis* per Ioan. Andr. Philipp. Franc. & Ge-
minian. *ex cap. Cum in illis, de Præbend. in*
6. Sed tamen verius eſt, iſtos non poſſe
ſingulos grauari, & ſic non vti ſingulos,
ſed tanquam vnum habentem vnicum ius
conferendi, non diuerſa: Non enim ſe-
ctum eſt beneficium, nec diuiſa Dignitas:
contra text. *in cap. Maioribus, de Præbend.*
Sed tantum vni reſeruata conferendi fa-
cultas tanquam penſio, ſeu pars fructuum,
vel vſusfructus. Aduertendo tamen nos hic
loqui de poteſtate ordinaria Pontificis.

16 Errant autem, qui in quacunque reſer-
uatione collationum loco penſionis, ap-
pellationem tanquam ab abuſu in Gallia
admittendam cenſent, ea ratione quia
Epiſcopalis authoritas à beneficiorum col-
latione ſit inſeparabilis: cùm Epiſcopatus
conſiſtere poſſint abſque præbendarum Ec-
cleſiæ etiam Cathedralis collatione, vt in
pluribus Eccleſiis Cathedralibus obſerua-
tum videmus, vt præbendarum collatio ad
Capitulum ſpectet.

17 Immo ſi ſolum Ius commune attenda-
mus, harum præbendarum collatio ad Ca-
pitulum ſimul & Epiſcopum pertinet;
iuxta *deciſ.* Caſſador. 22. *de Præbend.* Burat.
*deciſione* 805. *num.* 10. & 11. Et hac ratio-
ne Loüet. *ad Regul. de infirm. reſignant.
num.* 213. *in fine*, vtitur. † Vbi dicitur, ex 18
multorum ſententia, huiuſmodi reſerua-
tiones etiam in Gallia admittendas: atque
ita decreto Magni Conſilij iudicatum fuiſ-
ſe ſuper præbenda Eccleſiæ Pariſienſis *pri-
ma Auguſti* 1559. Prob. *in tract. Regalium,
quæſt.* 32. vbi ponit caſum de Epiſcopo Pa-
riſienſi, qui reſeruata ſibi facultate con-
ferendi beneficia, Epiſcopatum reſignaue-
rat: Rebuff. *in Concordat. titul. de man-
dat. Apoſtol.* §. 1. *in verbo, Quinquaginta,
verſic. Quartò, ſi cum:* † vbi dicit quod ſi 19
Abbas nullam habeat collationem, ſed om-
nes collationes alteri fuerint reſeruatæ,
mandatum Abbati directum afficit reſer-
uatarium: Quia iſte confert tanquam ſu-
brogatus in locum Abbatis, ad quem
ceſſante collationum reſeruatione ſpecta-
ret ius conferendi, & ſubrogatus eiuſdem
eſt naturæ, cuius ille in cuius locum ſu-
brogatur; *L. ſi eum* 10. §. *qui iniuriarum,
ff. ſi quis caution.* cum *ſimilibus:* & iſta re-
ſeruatio tranſit cum ſua cauſa, *cap. finali,
de præbend. in* 6. alioqui fieret fraus &
Mandatariis & Nominatis. Nam vnus eſſet
Abbas, & alius Collator, & nemini con-
ferret. Et dum Papa reſeruauit collatio-
nes reſignanti loco penſionis, intelligitur
hoc feciſſe ſine præiudicio Tertij. † Im- 20
mò ſi mandatum Papæ fuerit hoc caſu di-
rectum Abbati, & non reſeruatario, po-
teſt ipſe Abbas conferre tanquam execu-
tor Concordatorum & Mandatorum, vt
*ibidem* concludit Rebuff. *in Concordat. in
verſic. Quæro ſi Abbas.* Quamuis † tutius 21
ſit, ſi mandatarius à reſeruante collatio-
nem recipiat. Vnde & quandoque in Gal-
lia ex ſpecialibus fauoribus huiuſmodi re-
ſeruationes collationum admiſſas fuiſſe te-
ſtatur Louëtius *loco cit.* In Cardinalibus ve-
rò, multo faciliùs: nam bo: me: Cardi-
nalis à Ioyoſa reſeruationem obtinuit col-
lationum in Monaſterio Montiſmajoris, &
Sancti Florentij: Et hoc in beneficiis Con-
ſiſtorialibus, accedente Regis conſenſu in
Gallia obſeruatur.

Cæterum quoad Cardinales qui dimi- 22
ſerunt ſuum Epiſcopatum, aut ad alium
tranſlati fuerunt, adeſt Conſtitutio *Vrba-
ni VIII.* quæ incipit, *Licet Nullus:* & eſt
inter eius Conſtitutiones, *in ordine* 60. qua
ſtatuitur, ipſos poſſe conferre beneficia ſuæ
Eccleſiæ, quam vltimo loco dimiſerunt,

ſeu cui ceſſerunt. Quo indulto vti poſſunt dumtaxat ratione Eccleſiarum quibus præſunt, vel quarum regimini vltimo loco ceſſerunt. Et ideo conſtitutio illa non eſt extendenda ad alias Eccleſias præter illam cui præfuerunt, vel præſunt tanquam Præſules: vt notauit Barboſ. *in ſuis collectan. deciſ. Apoſtol. cap.* 131. *num.* 20. *iuncto num.* 13.

## CAPVT III.

### *ARGVMENTVM.*

PENSIO ſine cauſa per Papam reſeruata, non obligat ſucceſſorem in beneficio, niſi Penſionarius probet veram & realem numerationem; ita vt ficta per aditionem hæreditatis non ſufficiat, neque confeſſio de recepto. Et vtrùm ſufficiat confeſſio multis adminiculis roborata? Et vtrum debeat probari ſolutio termini ſemeſtris, cuius dies ceſſit quibuſdam diebus ante obitum conſentientis penſioni? Et vtrùm debeat probari ſolutio tempore Concordiæ, an verò tempore expeditionis Literarum? Quid in iudicio poſſeſſorio ſtatuendum ſit.

### SVMMARIVM.

1 *Penſionarius, cui penſio conceſſa fuit ſine cauſa, mortuo Titulari tenetur probare veram & realem penſionum ſolutionem durante vita illius qui conſenſit; aliàs non poteſt illam à ſucceſſore beneficij exigere.*

2 *Ampliatur, vt penſionarius teneatur probare ſolutionem omnium terminorum decurſorum, & num.* 13.

3 *Et propterea non ſufficit ficta ſolutio per aditionem hæreditatis.*

4 *Magna eſt ſimulationis & fictæ ſolutionis penſionis coniectura, quando agitur inter affines: & num.* 32.

5 *Quæ ſint clauſulæ quæ ſolent apponi quando Summus Pontifex reſeruat penſiones ſine cauſa.*

6 *Confeſſio reſignantis non poteſt nocere ſucceſſori in beneficio.*

7 *Confeſſio reſignantis non nocet reſignatario ex nouo iure venienti.*

8 *Quando quis tenetur probare veram numerationem, non ſufficit probatio per confeſſionem.*

9 *Confeſſiones de recepto factæ ab alio quàm ab ipſo penſionario, non ſufficiunt.*

10 *Confeſſio patris pro filio non eſt attendenda in ſpiritualibus, aut illis annexis, qualis eſt penſio.*

11 *Quaſi-poſſeſſio exigendi penſionem non probatur contra ſucceſſorem in beneficio, niſi conſtet de vera & reali numeratione.*

12 *Sufficiunt tamen ſolutiones factæ à Tertio, cum ſcientia & patientia Titularis.*

14 *Adminicula non ſufficiunt quando requiritur vera numeratio.*

15 *Sed tamen Rota in caſu occurrenti admiſit in hac materia adminicula vrgentia.*

16 *Penſionarius ſine cauſa debet probare integram ſolutionem terminorum decurſorum, etiamſi ſolutio ſit in ſingulos ſex menſes diuiſa.*

17 *Penſionarius debet probare ſolutionem integri termini decurſi, & non pro rata temporis. Quæ tamen rata, in aliis caſibus eſt conſiderabilis.*

18 *Quamuis concordia facta fuerit præcedens, & literæ poſt aliquod tempus expeditæ, ſolutio debet probari à tempore concordiæ, non autem expeditionis literarum.*

19 *Si penſio ſit diuiſa in duos terminos, non debet probari ſolutio iuxta ordinem ſcripturæ, ſed circa ordinem temporis: quod ibi explicatur.*

20 *Non excuſatur penſionarius, qui debet veram ſolutionem probare, ſub eo prætextu quod tempore ſemeſtris deſignato à die adeptæ poſſeſſionis nullos fructus adhuc perceperit.*

21 *Probatio*



21 *Probatio exacta, de qua numeris præcedentibus, requiritur in petitorio; ſed ſufficit probare nudum factum in poſſeſſorio.*

22 *Qualitates ſubſtantiales Gratiæ probari debent per eum qui ſe fundat in Gratia.*

23 *Diſpoſitio in clauſula reſolutiua penſionis quando reddat actum conditionalem, & ea non adimpleta, penſio reddatur nulla.*

24 *Ex ſolutione trium annorum penſionis, vtrùm ad effectum probandi veram ſolutionem, oriatur probatio concludens.*

25 *Solutiones trium annorum non probant ſolutionem præcedentium penſionum niſi ſint integræ.*

26 *Solutiones penſionum tribus annis factæ, debent probari factæ vni eidemque perſonæ.*

27 *Item debet probari quod factæ fuerunt tribus annis immediatè præcedentibus obitum Titularis.*

28 *Item requiritur quod quittantiæ penſionis ſint ſine proteſtatione.*

29 *Item quod non ſit ſimplex confeſſio de recepto.*

30 *Item quod tres quittantiæ penſionum non fiant de tribus ſemeſtribus, ſed de tribus annis integris.*

31 *Probatio ſolutionis ex productione quittantiarum trium annorum, eſt tantum præſumptiua: ideo inſeruit tantum pro adminiculo: & ſic ſola non ſufficit ad probandum actualem ſolutionem requiſitam.*

33 *Si in inſtrumento dicatur penſionem verè & realiter fuiſſe ſolutam interueniente numeratione, ſed ſoluens ſtatim pecuniam retraxerit, ſolutio dicitur ſimulata, & non probat realitatem.*

34 *Conuentio præcedens inter Titularem & penſionarium de reſtituendo ſoluenti pecunias, probatur coniecturis & præſumptionibus.*

35 *Si Titularis ſtatim pecunias retraxerit ad fines illas conuertendi in ſolutionem veri & realis debiti, ſui penſionarij, ſolutio penſionis dicitur realiter facta.*

EPISCOPOS ſine cauſa penſiones
reſeruare non poſſe, ſuperiùs oſten-
1 dimus; ſed hoc ad ſolius Pontificis
authoritatem pertinere. Verùm quando
Papa penſionis conſtitutioni ſine cauſa ad
vtilitatem Tertij non reſignantis, aut non
permutantis, authoritatem præſtat, ſolet im-
poni illa clauſula, quod penſionis reſerua-
tio ſit nulla, ſi penſio verè & realiter ſolu-
ta non fuerit; ne alioquin beneficij poſſeſ-
ſor poſſet conſentire fictæ & ſimulatæ re-
ſeruationi penſionis, vt beneficium reperi-
retur penſione grauatum in præiudicium
illius, qui poſt conſentientis reſeruationi
penſionis obitum, illud obtineret.

Et hoc caſu aduertendum eſt, quod pen-
ſionarius non poteſt obtinere aduerſus ſuc-
ceſſorem, niſi probet penſiones primo Titu-
lari verè & realiter per totum tempus vitæ
illius ſolutas fuiſſe: Et adeo præciſam requiri
hanc ſolutionis probationem, † vt ſi ex ali- 2
qua temporis parte deficiat ſolutio, & illius
ſolutionis probatio, tali caſu penſionis reſer-
uatio nulla remaneat, & omnino corruat:
Caualer. *deciſ.* 569. Rota *deciſ.* 342. *num.* 15. *&*
*ſequent. part.* 4. *tom.* 2. cum aliis allegatis in
*Groſſetana penſionis* 3. *Martij* 1652. *coram bo.*
*me. D. Dunozetto.* † Adeo vt non ſufficiat ficta 3
ſolutio per aditionem hæreditatis, nec con-
feſſio de recepto, non ſequuta reali numera-
tione; vt *in eadem Deciſione, verſic. minus*
*fuit ſolutus: & verſic. deſunt quoque:* vbi ad-
ditur † maiorem adeſſe ſuſpicionem quan- 4
do agitur inter coniunctas perſonas, veluti
quando reſeruatio facta fuit ad vtilitatem
fratris: † Solet autem concipi illa conceſſio 5
ſub hac clauſula, *Volumus autem quod ſi dictus*
*N. in eius vita, & quandiu dictum Canonica-*
*tum obtinuerit, dictam penſionem verè & rea-*
*liter non ſoluerit cum effectu, dicta reſeruatio*
*ſit nulla ipſo iure.* † adeò vt non ſufficiat ſolu- 6
tionem probari per confeſſionem illius qui
beneficium poſſidet, penſione ſine cauſa
grauatum, quæ confitenti quidem nocere
poteſt, non autem ſucceſſori in beneficio;
cùm de iure confeſſio vnius, alteri non præ-
iudicet: *l. duobus*, §. 1. & *ibi* DD. maximè
Alexand. *ff. de iureiur.* Gratian *diſcept. forenſ.*
*cap.* 448. *num.* 39. † ſicut confeſſio reſignan- 7
tis non nocet reſignatario, ſi veniat alio
iure quàm reſignantis. Oportet igitur vt
cautus ſit penſionarius, ſibique fieri curet,
tempore ſolutionis, inſtrumentum quitan-
tiæ coram Notario publico & teſtibus, cum
actuali numeratione; † quia ſola confeſſio 8
de recepto non probat ad fauorem eius, qui
tenetur docere de vera numeratione: *L. Lu-*
*cius*, §. *tutelæ*, *ff. de adminiſtr. & peric. tutor.*
Natt. *conſil.* 543. *num.* 13. *lib.* 3. Seraphin.
*deciſ.* 301. *num.* 2. † Et multò magis quando 9
confeſſiones de recepto factæ fuerunt ab
alio, quàm ab ipſo penſionario, aut eius
procuratore; adeò vt non ſufficiat quod fa-
ctæ fuerint à patre penſionarij: † quia pater, 10
in ſpiritualibus, & illis annexis, qualis eſt
penſio, non habet aliquam adminiſtra-
tionem à lege in bonis filij.: *cap. final. de*
*Iudic. in* 6. Rota *deciſ.* 585. *num.* 4. *part.* 4.
*recent.*

11 *recent.* † Idémque dicendum eſt, quando tractatur de probanda quaſi poſſeſſione exigendi penſionem aduerſus ſucceſſorem, qui nunquam conſenſit reſeruationi penſionis; tunc enim requiritur vera & plena probatio, & quod Notarius atteſtetur de vera & reali numeratione: vt dicit Rota apud Poſtium *in tract. de manutent. deciſ.* 611. *num.*
12 10. † Sufficeret tamen quod ſolutiones verè & realiter factæ fuiſſent à vero & legitimo procuratore, vel ab alio, cum ſcientia & patientia Titularis: Poſtius *in dicto tract. de Manutent. obſeruat.* 35. *à num.* 76. & maximè
13 *num.* 82. *&* 83. † nec ſufficit quod conſtet de ſolutione aliquorum annorum, ſed debet conſtare de ſolutione vera & reali, & vera numeratione pecuniarum pro omnibus terminis decurſis: vt notat Addit. ad Buratt. *deciſ.* 156. *num.* 14. *&* 15. *verſic. & hoc decreto:* Barboſ. *in votis Canonic. lib.* 1. *voto* 5. *num.* 30. *& ſequent.*

14 Vtrum autem hoc caſu ſufficiant adminicula ad corroborandam veritatem ſolutionum? variè reſpondit Rota; ſiquidem Burat. *dicta deciſ.* 156. ſic loquitur: *Prætenſa adminicula non obſtant; Nam vltra quod non ſunt vehementia, quia ex dicta confeſſione non reſultat aliquis gradus probationis; ideò ceſſant adminicula.* idem dicit Rota *dicta deciſ.* 585. *num.* 4. *part.* 4. *recent.* vbi dicitur, veriſimiles confeſſiones excludi, quando in decreto exigitur quod conſtet de vera & reali ſolutione. Nihilominus tamen, ex mente eiuſdem Rotæ, hæc non ita
15 ſtrictè ſunt intelligenda: † nam procedunt quando confeſſiones de recepto ſunt nudæ & verbales: ſecus eſt, quando habent aliquid realitatis & veræ ſolutionis quæ inducat veritatis præſumptionem: ad text. *in l. cum fidem, C. de non numerat. pecun.* quibus coniecturis adiici poteſt probitas illius qui confitetur, ſiquidem ad effectum illius decreti, tales confeſſiones de recepto variis munitæ adminiculis ſufficiunt: Couarruu. & alij apud Merlin. *deciſ.* 211. *num.* 3. Quod corroboratur ex DD. *ibi* citatis. Et licet illa deciſio fuerit reuocata; hoc tamen fuit quoad primam eius partem, non autem quoad iſtam concluſionem: vt apud eundem Merlin. *deciſ.* 345. *num.* 2. & ideo totum hoc à Iudicis arbitrio pendere videtur.

16 Et ex præmiſſis infertur deciſio quæſtionis aliàs ventilatæ; ſiquidem penſio ſoluenda erat in duobus temporibus, nempe in feſto Sancti Ioannis Baptiſtæ, & in feſto Natalis Domini: & cùm penſio fuiſſet impoſita die 12. Maij 1619. & debitor penſionis obiiſſet die 19. Februarij 1621. tres termini erant elapſi tempore obitus Titularis; ſed non conſtabat de vera & reali ſolutione primi termini, qui inciderat in feſtum Sancti Ioannis Baptiſtæ, ideo nonobſtantibus quibuſdam coniecturis ſolutionum, fuit declaratum penſionem nullam eſſe; & non deberi, propter decretum irritans in eius conſtitutione appoſitum; vt patet *in deciſion.* 620. *parte* 4. *recentiorum, tom.* 3.

Immò nec ſatis fuiſſet in caſu propoſito, 17
ſi penſionarius exegiſſet penſionem decurſam pro rata temporis à die expeditionis litterarum penſionis, ſed dubuerat probari vera & realis ſolutio totius & integri termini Sancti Ioannis Baptiſtæ, quamuis non eſſet lapſum ſemeſtre à die prouiſionis: quia ſtylus Curiæ Romanæ talis eſt, vt integer terminus debeatur, & non pro rata temporis, quando agitur de Titulari penſionis debitore: Quamuis verum ſit, & aliàs per Nos oſtenſum fuerit, in aliis caſibus penſionem pro rata dumtaxat eſſe ſoluendam; nempe dum agitur de penſionibus ex cauſa reſignationis reſeruatis, vel de penſionibus ſoluendis inter anteceſſorem & ſucceſſorem in beneficio. Et propterea inſpecta ſolutione diminutè facta pro rata temporis, cùm integer terminus ſolui debuiſſet, penſionem eſſe nullam cenſuit Barboſ. *in votis Canon. voto* 5. *num.* 11. *& ſequent.*

Et quamuis in alio caſu ſimili penſiona- 18
rius voluiſſet ſe defendere, dicens penſionem termini Sancti Ioannis Baptiſtæ per eum debitam non fuiſſe, quia licet concordia continens promiſſionem ſolutionis penſionis fuiſſet facta anno 1602. tamen literæ fuerunt expeditæ dumtaxat anno 1603. Tamen eius exceptio minime ſubſiſtere poterat, quia ſupplicatio erat relatiua ad illam concordiam, & per conſequens terminus anno 1602. decurſus, illi debebatur: ex *deciſ.* Rotæ Romanæ *in Aſſiſienſi penſionis* 22. *Iunij* 1607. *Coram Sacrato*, inſerta apud Marchelianum *de commiſſ. tom.* 1. *de Commiſſ. appellat. in cauſ. penſion. num.* 24. *fol.* 532. repetita apud eumdem *dicto* 1. *volum. fol.* 610. *num.* 10.

Et ſupradicta adeò vera ſunt, vt pro- 19
cedant, licèt in literis ſolutio diuiſa ſit in duos terminos, & terminus Natiuitatis Domini primus ſit in ordine ſcripturæ, quia hoc non ideo fit quod ſolutio non ſit priùs facienda in termino Sancti Ioannis, quàm in termino Natiuitatis, niſi hoc ſpecialiter expreſſum fuerit, licèt in feſto Sancti Ioannis fructus non ſint recollecti: Quod notandum



notandum eſt, & procedit quamuis penſio fuerit conſtituta menſe Iulij, & ſic poſt feſtum Sancti Ioannis Baptiſtæ; quia ordo literæ non attenditur, quando aliundè conſtat de intentione: vt in puncto deciſum fuit per Rot. apud Seraphin. *deciſ.* 24. † ſic aliàs
20 fuit obſeruatum; quia licèt Epiſcopus fructuum donatarius à menſe Nouembri quò cœperat poſſeſſionem Epiſcopatus, vſque ad feſtum Sancti Ioannis tunc proximi menſis Decembris, quo tempore cadit ſolutio termini penſionis, nullos fructus percepiſſet ſufficientes ad ſolutionem penſionis; non propterea fuit excuſatus à ſolutione penſionis menſis Decembris: quia pro penſione non ſolum obligati ſunt fructus tempore termini ſolutionis percepti, ſed etiam percipiendi poſt illud tempus vſque ad annum completum à tempore conceſſæ penſionis computandum. Ita concluſum in Rota *deciſ.* 130. *num.* 2. *part.* 3. *recent.*

21 Neque ſupradicta in dubium reuocari poſſunt, ſub eo prætextu quod penſionarius exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi, eſt manutenendus in ſua quaſi poſſeſſione etiam aduerſus eum, qui ſuccedit in beneficio; etiamſi nihil iuſtificauerit: Quia hoc verum eſt in iudicio poſſeſſorio, in quo attenditur nudum factum, & propterea penſionarius agens nihil tenetur probare niſi ſuam quaſipoſſeſſionem, vt ſuo loco oſtendemus: poſſeſſio enim releuat ab onere probandi, donec in petitorio controuerſia deducatur: Abb. in *cap. Querelam, num.* 2. *de elect.* & notat Gloſſ. per illum Text. *in l. ſicuti, §. ſed ſi quæratur,* & *ibi* Caſtrenſ. *num.* 9. *ff. ſi ſeruit. vindic.* Ruin. *conſil.* 154. *num.* 10. *verſic. ſicut ergo, vol.* 4. Mantic. *deciſ.* 196. *num.* 2. & apud Marcheſ. *part.* 1. *de appellat. in cauſ. penſion. fol.* 526. *num.* 19. ita vt non retardetur curſus ſolutionis penſionis; vt dicitur in *dictis deciſionibus.*

22 Sed in petitorio onus probandi incumbit penſionario; quia qualitates ſubſtantiales Gratiæ debent probari per eum qui ſe fundat in Gratia: Caſſador. *deciſ.* 10. *de reſcript.* Seraphin. *deciſ.* 870. *num.* 1. Creſcent. *deciſ.* 17. *de reſcript.* Verall. *deciſ.* 39. *part.* 2.

23 Nec obſtat quod Gratia penſionis conceſſa fuerit ſine cauſa, & per conſequens non indigeat iuſtificatione, maximè cùm decretum, quo præcipitur ſolutionem verè & realiter fieri debere &c. appoſitum ſit in clauſula reſolutiua actus iam perfecti: & ideo non faciat actum conditionalem, ſed purum, reſoluendum tamen: *l.* 2. *ff. de in diem addict.* Menoch. *conſil.* 388. *num.* 17. & ſic onus probandi ſpectat ad Titularem, qui opponit de reſolutione propter non implementum illarum qualitatum Gratiæ adiectarum: Mohed *deciſ.* 7. *de except.* Quia ſiue adiectus fuerit modus, ſiue conditio, ſemper debet conſtare de implemento: & ſi de eo non conſtet, Gratia corruit: *cap. verum, de condit. appoſit. l.* 2. *C. de his quæ ſub modo:* Tunc enim modus dat ſubſtantiam & formam actui virtute decreti irritantis; & eâ non obſeruatâ, Gratia corruit, quia forma dat eſſe rei: *l. ſi vnus, C. de teſtam.* cum *ſimilib.* Caſſador. *deciſ.* 10. *de reſcript. num.* 7.

Fuit etiam aliàs oppoſitum pro parte pen- 24
ſionarij, cui penſio ſine cauſa fuerat reſeruata; quod quamuis verum ſit, hoc caſu onus probandi veram & realem ſolutionem terminorum penſionis incumbere ipſi penſionario, tamen ſufficiebat quod produceret quittantias ſolutionum trium vltimorum terminorum, quia ex hac triplici ſolutione reſultabat probatio omnium terminorum præcedentium: iuxta *l. quicunque, C. de apoch. lib.* 10. Cuius legis diſpoſitionem procedere in quacunque materia, teſtatur Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 139. *num.* 6. *& ſequent.* & nominatim in materia penſionis Eccleſiaſticæ, probat Gig. *in tract. de penſion. quæſt.* 81. Menoch. *dicta præſumpt.* 139. *num.* 9.

Sed reſponſum fuit Primò, quittantias 25
illas non ſuffragari ad præſumendam ſolutionem annorum præcedentium, niſi ſint integræ & reales: Maſcard. *de probat. concluſ.* 1326. *num.* 12. Cenc. *de cenſib. quæſt.* 7. *num.* 24. in illis verbis, *Apocha debet continere ſolutiones integras trium annorum:* & ratio petitur ex iis quæ tradit Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. ſi abſque liberis moreretur, le* 2. *in tract. de fideicomm. & legat. num.* 188. *verſic. Pariter dico:* vbi ſic loquitur, *licet proxima pars temporis valeat circa aliud tempus, vt de illo præſumatur, non tamen pars rei debitæ valet circa aliam partem.*

Secundò aduertendum eſt hoc habere 26
locum, quando tales ſolutiones non ſolum factæ fuerunt de tota ſumma, ſed etiam factæ fuerunt vni eidemque perſonæ; ideo ſi exactio facta fuerit per diuerſos procuratores, qui poterant ignorare ſolutiones aliis factas, non erit locus præſumptioni ſolutionis annorum præcedentium: Menoch. *dicto lib.* 3. *præſumpt.* 139. *num.* 32. Gratian. *deciſ.* 152. *num.* 7. Cancer. *lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 14. *num.* 46. *& lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 46. poſt Menoch. *dicta præſumpt.* 139. *num. vlt.* Caualcan. *deciſ.* 29. *num.* 42. *part.* 2.

Tertiò notandum eſt, quod vt aliqua oria- 27
tur præſumptio ex illa trium annorum ſolutione, neceſſe eſt vt illi tres anni ſint qui immediatè obitum Titularis præceſſerunt; quia cùm oporteat probari ſolutiones omnium terminorum, præſumptio non poſſet extendi

extendi ad terminos poſtea maturatos: Vincent. de Franch. *deciſ.* 137. Cenc. *de cenſib. quæſt.* 87 *num.* 29. Crauet. *conſil.* 313. *Debitor cenſus. num.* 1. *& ſequent.*

28 Quartò requiritur quod quittantia facta fuerit ſine proteſtatione, nec fuerit adjecta clauſula, *ſine præiudicio aliorum annorum*: Caualcanus, *dicta deciſ.* 29. *n.* 42. *part.* 2. Cenc. *dicta quæſt.* 87. *num.* 40. *&* 41.

29 Quintò, quod ſola confeſſio de recepto non ſatisfaceret ad dandam præſumptionem pro annis præteritis, quia talis confeſſio non probat in fauorem illius qui tenetur docere de vera & reali numeratione: *L. Lucius*, §. *tutelæ, ff. de adminiſtr. & peric. tut.* Natt. *conſ.* 543. *num.* 13. *lib.* 3. Seraphin. *deciſ.* 302. Buratt. *deciſ.* 156. Rota *deciſ.* 585. *num.* 2. *part.* 4. *recent.*

30 Sextò, quod ſi ſolutio fuerit diſtributa in duos terminos, in duo videlicet ſemeſtria, & producantur quittantiæ trium terminorum, ſeu trium ſemeſtrium, nulla prorſus ex hoc oriretur præſumptio, nullumque adminiculum ſolutionis præcedentium terminorum; quia ſolutiones debent eſſe totius temporis trium annorum, per diuerſas quittantias cuiuſlibet anni: vt bene explicat Alexand. *conſil.* 105. *n.* 3. *lib.* 3. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1326. *num.* 12. Cenc. *dict. quæſt.* 87. *num.* 27.

31 Denique ſi ſequamur illam ſententiam, quod hoc caſu admittãtur probationes adminiculatæ, de qua ſuprà actum eſt; quamuis illa non tranſeat ſine difficulate, ex *dicta deciſ.* 585. *num.* 4. *verſic. fuit enim reſponſum: part.* 4. *recent.* probatio iſta per tres quittantias conformes ſolutionum, non inſeruiet niſi pro adminiculo: Quia non ex illis probatur directè ſolutio annorum præcedentium, ſed tantùm ex illis oritur præſumptio, cùm etiam aduerſus illam admittantur probationes in contrarium: vt dicunt omnes DD. *in dicta l. Quicunque.* Et nominatim Menoch. *de præſumpt. dict. lib.* 3. *præſumpt.* 139. *num.* 29. Cùm itaque hæc probatio non ſit vera & concludens, ſed præſumptiua, non erit ſufficiens in hac materia aduerſus vim decreti irritantis appoſiti in conceſſione penſionis.

32 Vltimo loco notandum eſt circa *hoc caput* 3. *num.* 4. Quod dum diximus faciliùs præſumi ſimulationem penſionis, quando penſio fuit reſeruata inter coniunctas perſonas; confirmari per ea quæ decidit Burat. *deciſ.* 928. *num.* 3. vbi agit de penſione reſeruata ſine cauſa inter Patruum & Nepotem: per *text. in l. data* 7. *C. de donat.* Pariſ. *conſil.* 53. *num.* 18. *lib.* 1. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 35. *num.* 20. Merlin. *deciſ.* 123. *num.* 7.

Sed in *eadem deciſ.* 928. addit Burattus, quod 33
licet in inſtrumento quittantiæ dicatur, pecuniam fuiſſe verè & realiter numeratam, & in effectu realis numeratio interuenerit, ſi tamen ſoluens, ſtatim poſt contractum, pecuniam ad ſe retraxerit; illa ſolutio tanquam ſimulata non ſuffragatur ad ſatisfaciendum decreto in conceſſione penſionis appoſito, quod penſiones verè & realiter ſoluantur, ad excluſionem ſimulationis quæ interueniret inter Patruum & Nepotem, aut alios Affines, aut quoſcũque penſioni ſuper proprio beneficio conſentientes, ea conditione inter ipſos & penſionarios facta, vt non ipſe conſentiens, ſed ſoli ſucceſſores in beneficio ad penſionis ſolutionem tenerentur. Et ratio eſt, quia illa ſolutio momentanea non eſt attendenda, neque vim obtinet ſolutionis: *L. qui ſic voluit, ff. de ſolut.* tunc enim cum pecunia fuerit tantum exhibita, aut etiam numerata demonſtrationis causâ, dicitur ſolutio ſimulata, nec cenſetur vera & realis, quæ per decretum in penſionis reſcripto appoſitum exigitur: Monter. *deciſ.* 1. *per tot.* Gratian. *diſcept. forenſ.* 962. *num.* 38. *&* 39. Bellon. *de iis quæ fiunt incontinent. part.* 1. *cap.* 85. *n.* 5. † vbi 34
etiam dicit, quod conuentio præcedens de reſtituendo pecunias probatur præſumptionibus & coniecturis; & ex ijs quæ poſtea per breue temporis ſpatium geſta ſunt: poſt Honded. *conſil.* 35. *num.* 13. 14. *&* 42. *vol.* 2. Burat. *dicta deciſ.* 928. *num.* 5. *&* 6.

Quæ tamen non procederent, ſi pecu- 35
niarum exhibitio facta fuiſſet ad effectum conuertendi ſolutionem in extinctionem alterius veri & realis debiti ipſius penſionarij, iuxta notata in *l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.* vtpotè quod contractus ſolutionis conuertatur in naturam alterius contractus, ſicut dicitur de marito qui dotem recepiſſe confitetur, & ſtatim confeſſionem illam conuertit in contractum mutui: vt probat Capyc. Latro *deciſ.* 38. *num.* 35. *&* 36. Quia debitum ex vna cauſa poteſt conuerti in debitum ex alia: & ideo ſi Patruus debitor Nepotis quittantiam exigat penſionis à Nepote, cum exhibitione pecuniæ causâ demonſtrationis, ſed incontinenti ſe obliget vere & realiter, vel transfundat hoc debitum in aliam cauſam vtilem penſionario, non dicitur ſimulata ſolutio, dummodo ſumma ſit verè & non ſimulatè debita per Nepotem penſionarium; quia id breui manu factum cenſetur: iuxta *dictam l. ſingularia,* Pariſ. *conſil.* 75. *num.* 32. *vol.* 4. Surd. *conſ.* 162. *num.* 38. *&* 39. Maſtrill. *deciſ.* 262. *n.* 5. *& ſequent.* & colligitur ex notatis per Rotam *deciſ.* 286. *num.* 5. *part.* 1. *recent.*





# CAPVT IV.

## ARGVMENTVM.

PENSIONEM Summi Pontificis authoritate poſſe etiam in Quota fructuum, vel etiam alternatiuè in Quota fructuum, vel in quantitate pecuniæ reſeruari. Cuius tunc ſit electio? Factáque ſemel electione, vtrùm licita ſit variatio? Vtrùm reſeruata Quota fructuum comprehendatur Quota diſtributionum quotidianarum. Quid importet clauſula percipiendi Quotam fructuum propria authoritate. Pecunia loco fructuum ſoluta, vtrum fiat præiudicium quoad penſiones ſequentium annorum. Reſeruatarius Quotæ fructuum, ad quæ onera teneatur? Donatarius fructuum à Summo Pontifice, durante tempore Sedis Epiſcopalis vacantis, vtrùm teneatur ſoluere penſiones ſuper Epiſcopatu impoſitas, & alia onera beneficij. Reſeruatarium Quotæ fructuum non teneri probare valorem ipſorum. Quando Titularis fructus non percipit ſine ſua culpa, non tenetur ad Quotam.

### SVMMARIVM.

1 *Iure ordinario penſiones non imponuntur ſub ratione Quotæ, ſed dumtaxat in certa quantitate.*

2 *Reſeruatio Quotæ partis fructuum loco penſionis, ſecundum quorundam ſententiam, continet quandam beneficij ſciſſuram & diuiſionem.*

3 *Contrarium tamen tenent alij DD. etiam Galli.*

4 *Penſionarius Quotæ, ſimilis eſt aliqua ratione colono partiario.*

5 *Quæ ſit differentia inter colonum partiarium, & eum qui nummis colit.*

6 *Penſionarius non colit, nec ſeminat, ſed ſine labore manducat.*

7 *Penſio reſeruari poteſt tam in quantitate pecuniæ, quàm in quantitate fructuum.*

8 *Penſio reſeruari poteſt in granis, vino, oleo, & ſimilibus; non tamen per viam Quotæ, ſed tantùm per viam quantitatis.*

9 *Si penſio reſeruata fuerit alternatiuè in pecunia, vel fructuum quantitate; electio eſt penſionarij.*

10 *Facta ſemel electione, Penſionarius variare non poteſt.*

11 *Limitatur vt non procedat, quando prima electio eſt nulla, tunc enim locus eſt variationi.*

12 *Non tamen poteſt variare ſi ſcienter elegerit, ſciens electionem primam eſſe nullam.*

13 *Diſtinguenda ſunt verba, quibus facultas eligendi datur per clauſulam* ſi malueris, *vel* quoad malueris.

14 *Si tamen penſionario data fuerit facultas eligendi quolibet anno, toties variare poterit quoties aderit terminus anni.*

15 *Penſio impoſita in fructibus poteſt ſolui de conſenſu partium in pecunia, & è contra.*

16 *Appellatione fructuum loco penſionis reſeruatorum, vtrùm comprehendantur diſtributiones quotidianæ. Remiſſiuè.*

17 *Summus Pontifex propter omnimodam poteſtatem quam habet in beneficialibus, poteſt penſiones in Quota fructuũ reſeruare.*

18 *In praxi ſæpiùs penſio reſeruatur in Quota fructuum; ſed tamen propriè non meretur nomen Penſionis.*

19 *Quæ ſit vis clauſulæ percipiendi fructus loco penſionis propria authoritate.*

20 *Reſeruatarius Quotæ partis fructuum tenetur ad onera beneficij pro rata.*

21 *Intellige de oneribus intrinſecis, non quæ ab extra imponuntur.*

22 *Reſeruatarius Quotæ fructuum loco penſionis, non tenetur probare verum valorem fructuum beneficij.*

23 *Reſeruatione fructuum facta in Quota cum taxatione ſummæ, perinde eſt ac ſi penſio eſſet reſeruata in pecunia: ideo non poteſt penſionarius capere propria authoritate.*

24 *Penſionarius non poteſt Quotam fructuum propria authoritate capere, niſi hoc illi ſpecialiter conceſſum fuerit.*

25 *Penſionarius non poteſt agere contra Titularem niſi quatenus perceperit, quando penſio fuit reſeruata in Quota fructuum.*

26 *Donatarius fructuum Epiſcopatus Sede vacante, tenetur ſoluere penſiones ſuper Epiſcopatu impoſitas.*

27 *Camera Sede Vacante fructus beneficij percipiens, tenetur ad ſolutionem penſionum ſuper illo impoſitarum.*

DVBITATVR vtrum penſio poſſit im-
poni ſuper beneficio ſub ratione
Quotæ, veluti Tertiæ, vel Dimidiæ
partis fructuum, aut etiam reſeruatis omni-
bus fructibus beneficij.

1 Reſoluendum eſt, de iure ordinario pen-
ſionem non poſſe reſeruari ſub nomine
Quotæ, ſed tantum ſub nomine quantitatis
in pecunia, vel granis, aliiſve fructibus: ita
docet Felin. *in cap. ad audientiam* 31. *num*. 2.
*verſic. debet tamen iſtud ordinare, extra. de
reſcript*. Anton. de Petrucia *in l*. 1. *ff. de iure-
iur. num* 421. inter Repetentes, *vol*. 2. Rebuff.
*de pacif. poſſeſſ. num*. 119. *verſic. intellige per
viam quantitatis*.

2 Qui omnes illa nituntur ratione, † quia
ſi penſio per modum quotæ partis imponе-
retur, hoc eſſet ſcindere beneficium, quod
fieri non debet: *cap. Maioribus, de præbend.
cap. de cætero, de tranſaction*. ſequitur Adrian.
Iaqueſlot Gallus Andegauenſis *in compend.
beneficial. num*. 14. Et hoc etiam ſentit Rota
Romana *deciſ*. 240. *num*. 1. *part*. 1. *diuerſ*. vbi
propterea dicit, reſeruationem Quotæ fru-
ctuum eſſe magis odioſam, quia per eam
ſcinditur beneficium: *& deciſ*. 454. *num*. 1.
*ead. part*. 1. *diuerſ. &* 213. *num*. 3. *ead. part*.

3 Quamuis autem hanc rationem impugnet
Corraſius, cui quodammodo aſſentiri videtur
Garſ. *de benefic. part*. 1. *cap*. 5. *num*. 365. aliique
DD. Galli, ex eo quod per aſſignationem
penſionis in Quota non dicitur ſcindi bene-
ficium, quia de vno beneficio non fiunt duo:
idcirco quidam nimis audacter aſſerunt
hanc diſtinctionem reſeruationis penſio-
nis in Quota, vel in quantitate, eſſe friuo-
lam & nugatoriam: quia inquiunt non mi-
nus ſecatur beneficium per quantitatem,
quàm per Quotam; & lex eſſet impoſita
verbis in fraudem Canonum, vt ipſi dicunt:
Tamen non videtur propterea recedendum
à dicta reſolutione, & illius ratione, quam
adducunt omnes DD. mox citati, nec non
Barboſ. *de iure Eccleſ. lib*. 3. *cap*. 11. *num*. 3.
4 † cùm per aſſignationem penſionis in Quota,
penſionarius efficiatur quodammodo ſocius
& partiarius in illo beneficio; & è contra
quando penſio conſtituitur per modum
quantitatis, penſionarius nudam habet hy-
pothecam, vt ſuo loco probabitur, & poſſeſ-
ſor beneficij fit verus illius dominus, nullo
5 admixto partiario. † Quod probatur à ſimili
de colono qui nummis colit, qui valde dif-
fert ab illo qui partem fructuum percipit: in
illo enim qui nummis colit, locatio propriè
dicitur; ſimiliter in eo qui ſub certa fru-
ctuum quantitate, etiam locatio dicitur; li-
cèt impropriè: in eo verò qui ſub Quota
fructuum parte colit, dicitur ſocietas, & non
locatio: ex notatis per Bartol. *in l. ſi merces,
§. vis maior, num*. 3. *&* 10. *ff. locati: & in l. ſi apes,
ff. de furt*. Mantic. *de tacit. conuent. lib*. 5.
*tit*. 2. *num*. 28. *&* 29. † Licet non ignorem 6
comparationem hanc non eſſe in omni-
bus conformem: cùm Penſionarius non
ſeminet nec colat, ſed fructus ſine labore
manducet: vt dicit Gonzal. *ad regul*. 8. *gloſſ*. 5.
§. 5. *num*. 39. Item Penſionarium teneri ad
onera, ſiue in Quota, ſiue in quantita-
te penſio reſeruata fuerit; vt infra *cap*. 6.
*num*. 7.

Neque ſubſiſtit quod dicit Loüet. *in notis* 7
*ad Regul. de publicand. reſignat. num*. 27. aſſe-
rens Rebuffum *in prax. benefic. in tit. de re-
ſeruat. tam generalibus quàm particularibus,
num*. 22. receſſiſſe à prima opinione, quam
ſequutus fuerat *in dicto tract. de pacific. poſſeſ-
ſor*. Quia non dicit *ibi* Rebuffus, quòd pen-
ſio reſeruari poſſit in Quota, ſed quod non
ſit neceſſe illam reſeruare in pecunia, imò
poſſit reſeruari in fructibus, veluti in fru-
mento, vel vino, per modum quantitatis:
nihil autem dicit de eius reſeruatione in
Quota fructuum, & ſtylus Curiæ talis eſt,
vt reſeruatio ferè ſemper fiat in quantitate,
& non in Quota, & fiat in pecunia, non
autem in fructibus: vt *ibi* etiam annuit
Loüetius.

Quod autem dicimus, poſſe etiam pen- 8
ſionem reſeruari in fructibus, veluti in gra-
nis, vino, oleo, & ſimilibus, non quidem per
modum Quotæ regulariter; ſed per modum
quantitatis; ita ſe ſæpiùs obſeruatum vidiſſe
teſtatur Lotter. *de re beneficiar. lib*. 1. *quæſt*. 39.
*num*. 7. † Vbi ſubdit, quod ſi penſio reſeruata 9
fuerit alternatiuè vel in quantitate rerum,
vel in quantitate pecuniæ, tunc electio eſt
Penſionarij: Lotter. *dicto lib*. 1. *quæſt*. 39. *n*. 7.
maximè ſi ſit appoſita clauſula, *vel ſi mauis*,
ibidem *num*. 13. † Sed facta ſemel electione 10
non licet variare: *ibid. num*. 18. Put. *deciſ*. 193.
*lib*. 3. † Sed hoc limitatur vt non procedat, 11
quando prima electio fuit nulla, tunc enim
licita eſt variatio: iuxta *l*. 2. cum *ibi* notat. *ff.
de opt. legat*. & Ripam *in l. ſerui electione, num*.
4. *ff. de legat*. 1. † Quod tamen ſublimitandum 12
eſt, vt non procedat quando eligens ſciuit à
principio electionem eſſe nullam: vt per
Ripam *ibid. num*. 5. & ita in terminis penſio-
nis decidit Rota *deciſ*. 504. *part*. 1. *diuerſ*.

Nec obſtat prædictis quod tot ſunt pen- 13
ſiones quot ſunt anni, & ideo videtur ſin-
gulis annis permiſſa variatio. Quia hac in re
ſunt attendenda verba conceſſionis, ſeu re-
ſeruationis; nam ſi dictum fuerit, *Reſeruata
tibi penſione talis ſummæ, vel fructuum, ſi mal-
ueris*: electio conſumitur in primo actu; ſecùs
ſi dictũ fuerit, *quoad malueris*, tunc enim licita





erit variatio electionis ſingulis annis: vt di-
ſtinguit Achill. de Graſſ. *deciſ*. 426. quæ aliàs
14 eſt *deciſ*. 14. *de penſionib*. † Idem eſt ſi penſio-
narius expreſsè ſibi reſeruauerit penſionem
per dinumerationem ſingulorum annorum,
tunc enim quolibet anno variare poteſt, vt
per eundem Achill. de Graſſ. *de penſionib.
deciſ*. 13. aliàs 425.

15 Aduertendum eſt tamen, quod licèt pen-
ſio fuerit reſeruata in quantitate fructuum,
vel in Quota ipſorum, veluti in medietate,
vel alia parte, poteſt fieri ſolutio de conſenſu
partium in pecunia; vel è contra ſi fuerit re-
ſeruata in pecunia, poteſt ſolutio fieri de
conſenſu partium in fructibus, nec ex eo fit
præiudicium partibus, quæ propterea non
cenſentur iuri ſuo renunciare: Coccin. *deciſ*.
31. *num*. 10. Dixi, *de conſenſu partium*, quia
creditori inuito aliud pro alio ſolui non po-
teſt, ſiquidem fructus ſunt in obligatione, ſed
non in ſolutione, quando penſio (prout ſolet)
conſtituta fuit in pecunia: Put. *deciſ*. 10. *num*.
6. *lib*. 1. Seraphin. *deciſ*. 1429. *num*. 5. Rota *in
recent. deciſ*. 99. *num*. 2. *part*. 1.

16 Sed hoc caſu appellatione fructuum, non
cenſentur loco penſionis reſeruatæ diſtribu-
tiones quotidianæ; Lotter. *lib*. 1. *q*. 39. *num*. 35.
Seraphin. *deciſ*. 391. Sed *ibi* Papa expreſsè
reſeruauerat diſtributiones quotidianas; ſed
ſi nihil dictum fuerit de diſtributionibus, an
veniãt appellatione fructuum vel redituum,
vide fusè Lotter. *ibid. à num*. 22. vide Barboſ.
*de appellat. verb. in verbo, Fructus, num*. 12. *&
in verbo, Reditus, & in verbo, Emolumenta*. Sed
an penſione impoſita ſuper fructibus quibuſ-
cunque, reditibus, & prouentibus quorum-
cunque beneficiorum comprehendantur di-
ſtributiones? optimè explicat D. Paulus
Rubeus I. C. Romanus *cuius eruditioni & la-
boribus multum debet noſtra Iuriſprudentia, in
ſuis accuratiſſimis additionibus ad deciſ*. 576.
*Rotæ Romanæ part*. 4. *recent. tom*. 3. *num*. 46. *&
ſequent*.

17 Certum eſt tamen quod Summus Ponti-
fex poteſt & ſolet etiam in Quota parte fru-
ctuum penſiones reſeruare, propter ma-
gnam illius poteſtatem, cùm ſit Dominus
abſolutus in beneficialibus: *cap*. 1. *vt lite
pendent*. cum *ſimilibus*, & probat Gig. *de pen-
18 ſionib. quæſt*. 8. † Imò hoc ſæpe fieri vt penſio
reſeruetur in Quota fructuum, authoritate
Summi Pontificis, teſtatur Rota *deciſ*. 293.
*num*. 3. *verſic. quod vero Dataria, part*. 2. *recent*.
quamuis talem reſeruationem propriè non
mereri nomen penſionis, dicat Lotter. *de re
beneficiar. lib*. 1. *quæſt*. 35. *num*. 55.

19 Sed quæritur quæ ſit vis facultatis perci-
piendi fructus propria authoritate? Reſpon-
detur magnam eſſe differentiam inter pen-
ſiones ſimpliciter conceſſas, & faculta-
tem percipiendi propria authoritate Quo-
tam fructuum: quia penſio importat hypo-
thecam, fructus verò dominium adinſtar vſu-
fructuarij. Item quia illa non dicitur penſio,
ſed loco penſionis; Pariſ. *de reſignat. lib*. 6.
*quæſt*. 1. *num*. 15. *&* 18.

Et in effectu, in prouiſionibus, quæ ratio- 20
ne reſeruationis Quotæ fructuum cõcedun-
tur, non ſolet apponi clauſula aſſignationis
penſionis medietatis, vel alterius portionis,
ſed dicitur aſſignari penſio Quotæ partis
fructuum loco penſionis: & propterea reſer-
uatarius Quotæ partis fructuũ tenetur ad ſo-
lutionem onerum realium ratione portionis
illorũ ſibi reſeruatæ, fructus enim non dicun-
tur niſi deductis oneribus: Burat. *deciſ*. 676.
*num*. 8. *l. quod ſi fructus, ff. de vſur*. & de fructi-
bus beneficij Mohedan. *deciſ*. 30. *de renunciat*.
& *ibi* Add. *litt. B*. Couarr. *lib*. 1. *var. reſol. cap*. 3.
*num*. 3. Gonzal. *reg*. 8. *in* §. 5. *proœmial. num*. 163.
Rota apud Gregor. *deciſ*. 273. *num*. 3. maximè
quando agitur de expenſis factis in recolle-
ctione fructuum, Rota *deciſ*. 444. *num*. 5. *part*.
2. *recent*. & in terminis reſeruatarij medieta-
tis fructuum, qui proptereа non poteſt vti
via executiua, donec facta fuerit fructuum
liquidatio: Burat. *deciſ*. 653. *n*. 6. † Quod intel- 21
ligendum dicit Rota *dicta deciſ*. 444. *n*. 5. de
oneribus intrinſecis, & non de iis quæ ab ex-
tra imponuntur; quam deciſionem ſequitur
Add. ad Gregor. *dicta deciſ*. 273. *n*. 11. Qua de
re inferiùs agetur copioſiùs, *ſuo loco*.

Infertur quoque ex hac doctrina, quòd 22
reſeruatarius Quotæ fructuum non tenetur
probare valorem ipſorum, cùm Gratia non
ſit de Quota valoris, ſed de Quota fructuum,
quam talis reſeruatarius percipit, ſiue fructus
ſint in magna, ſiue in parua quantitate; Rota
*deciſ*. 764. *num*. 1. *part*. 3. *diuerſ. lib*. 3.

Si tamen medietas fructuum, vel alia illo- 23
rum portio eſſet taxata ad certam ſummam,
iam non eſſent propriè reſeruati fructus loco
penſionis, ſed potius penſio in certa quanti-
tate taxata; & hoc caſu non poſſet reſeruata-
rius propria authoritate fructus percipere:
ſed deberet capere de manu Titularis; iuxta
doctrinã Bartoli *in l. cotem ferro, §. qui maximos,
num*. 9. *ff. de public. & vectigalib*. quam ſequi-
tur Achill. de Graſſ. *deciſ*. 40. ſeu 3. *de renunc*.
vbi dicitur quod quando fructus ſunt taxati
ad certam quantitatem, tunc non eſt propriè
vſusfructus, qui non poteſt conſtitui pro par-
te, *l*. 4. *de ſeruit*. Vt ergo poſſit reſeruatarius
fructus capere propria authoritate, oportet
vt reſeruatio omnium fructuum, vel certæ
partis ipſorum, facta fuerit ſimpliciter, abſque
certæ quantitatis taxatione; vt concluditur
in *illa deciſione*.

24 Sed tamen eſt aduertendum, quod etiamſi agatur de reſeruatario fructuum, ille non poteſt fructus percipere propria authoritate, niſi hoc in conceſſione expreſſum fuerit: vt probat Pariſ. *de reſignat. lib.6. q.1. n.21.* quod probat ex Rebuffo *in praxi, tit. de reſeru. tam generalib. quàm ſpecial. num.*13. vbi diſtinguit in reſeruatario omnium fructuum habente conceſſionem propria authoritate illos percipiendi, ab ea reſeruatione in qua per manus alterius percipiuntur. Et eadem diſtinctio circa fructuum perceptionem, habetur in *conſtitut.*182. S M. Pij V. ibi, *Omnium fructuum propria authoritate, nec aliàs, percipiendorũ*, &c.

25 Non tamen poteſt reſeruatarius fructuum pro illis agere contra Titularem, niſi quatenus illos perceperit, dummodo nulla eius culpa interuenerit: *l. Si merces, §. vis maior,* & *ibi* Bartol. *ff. locati.* Rota *deciſ.*185. *num.*2. *lib.*2. *in correct.* Burat. *deciſ.*676. *n.*9. *& deciſ.*669. *n.*4.

26 Sed quid dicendum de eo, qui à Summo Pontifice obtinuit donationem omnium fructuum, vtrum teneatur ad onera? Reſoluendum eſt teneri, ex rationibus mox deductis.
Imò ſi ſuper fructibus illis fuerit reſeruata
penſio ad fauorem Tertij, donatarius ille ad
illius penſionis ſolutionem adſtringẽdus eſt:
Quia cùm fructus ſint pro penſione hypothecati, Felin. *in cap. Ad audientiam,* 31. *de reſcript. n.*6. Surd. *conſil.* 343. *num.*12. ad donatarium fructus cum ſuo onere tranſeũt, nonobſtante quod Princeps illos donauerit: *l. alienatio, ff. de contrah. empt. l. Princeps, ff. de verb. ſignificat.* Peregr. *conſil.*13. *num.*18. *lib.*1. Quia Princeps donans ſemper cenſetur ſine præiudicio Tertij: Peregr. *de iure fiſc. lib.6. tit. de empt. & vendit. fiſcal. num.*18. *& ſequent.* Et ita deciſum eſt in Rota *deciſ.*99. *part.*1. *recent.* Quæ deciſio poſtea fuit confirmata: quia licet donatarius non percepiſſet fructus ex illo beneficio, tamen perceperat commoditatem; & ideo tenetur ad onera, & nominatim ad pen-
ſionem ſuper illo beneficio impoſitam: † Et 27
ſicut Camera, quæ fructus Sede vacante percepiſſet, fuiſſet obligata ad ſolutionem penſionis; ita & iſte donatarius in locum Cameræ ſubrogatus: Ita deciſum *in recent. deciſ.* 130. *part.*3.

# CAPVT V.

## *ARGVMENTVM.*

VTRVM fructus omnes beneficij reſignati poſſint reſeruari reſignanti loco penſionis. Et quid obſeruetur in Gallia, vbi hæc reſeruatio admittitur fauore Cardinalium, in aliis annullatur, ſed non annullat reſignationem, & ad legitimum modum reducitur. Cauſa vnionis fructus omnes reſeruari poſſe. Medietatem fauore reſignantis admitti in Gallia. Quid ſi procurator hoc caſu formam mandati exceſſerit. Publicatio talium reſignationum an & quomodo fieri debeat, tam in Gallia, quàm extra Galliam.

### SVMMARIVM.

1 *Fructuum omnium reſeruatio loco penſionis fieri non poteſt niſi authoritate Summi Pontificis.*

2 *Papa poteſt concedere Epiſcopo vt percipiat fructus omnium beneficiorum vacantium in ſua Diœceſi, pro ſoluendis illius debitis.*

3 *Papa poteſt alicui concedere vt percipiat fructus omnium beneficiorum vacantium, quamuis ille cui conceditur, nullum titulum aut ius habeat in illis beneficiis.*

4 *Hoc tamen ſolus Papa facere poteſt, non inferior.*

5 *Nemo præter Papam beneficia ſcindere poteſt.*

6 *De materia diuiſionis beneficiorum qui tractent? Remiſſiuè.*

7 *In Gallia regulariter reſeruatio omnium fructuum loco penſionis non admittitur.*

8 *Vtrùm in Gallia reſeruatio omnium fructuum loco penſionis ſit nulla, an verò reducenda? dubitatum fuit; Receptius tamen eſt non eſſe nullam, ſed ad legitimum modum reducendam.*

9 *Reſignatio vtrùm valeat reſeruatis fructibus omnibus, & collatione beneficiorum ſub penſione facienda reſignatario per reſignantem.*

10 *Et quomodo hoc caſu poſſit eſſe locus Regulæ,* De publicandis Reſignationibus.

11 *In Gallia loco formalis publicationis ſufficit quod poſſeſſio reſignatarij innoteſcat per actus publicos.*

12 *Extra Galliam reſignationes, etiam retentis omnibus fructibus loco penſionis, ſunt publicandæ formiter.*

13 *Publicatio reſignationis debet fieri in quibuſcunque beneficiis, ſiue reſidentiam requirant, ſiue non; & tam in ſimplicibus, quàm Curatis.*





14 *Fraudulentæ reſignationis præſumptio, deletur in Gallia per veritatem, ſi reſignatarius actus poſſeſſorios publicè faciat.*

15 *Actus publici ſufficiunt in Gallia loco formalis publicationis, ſi facti reperiantur tempore mortis reſignantis.*

16 *Publicatio reſignationis non debet fieri ad diligentiam Penſionarij, ſed Titularis.*

17 *Cardinales habent hoc priuilegium in Gallia, vt poſſint ſibi reſeruare fructus beneficiorum reſignatorum.*

18 *Reſeruatio fructuum fauore Cardinalis dicitur facta ad publicam vtilitatem.*

19 *Si beneficium reſignetur ad effectum vnionis, poteſt reſignans ſibi reſeruare omnes fructus beneficij ſic reſignati pro toto vitæ ſuæ tempore.*

20 *Titulus non ſupprimitur per reſignationem factam cauſa vnionis, niſi conſentiente poſſeſſore, qui poteſt nonobſtante vnione reſignare in fauorem; ſuſpenſo interim vnionis effectu.*

21 *Si quis reſignauerit ad effectum vnionis, fructus ſibi vita durante reſeruans, non poteſt poſtea illud beneficium alteri reſignare; ſecus eſt ſi vnio facta fuerit illo non conſentiente.*

22 *Quid operetur clauſula ſuſpenſionis vnionum in prouiſionibus adjecta.*

23 *Quæ ſit vis clauſulæ,* Quod vnioni locus ſit, cum primum beneficium per ceſſum, vel deceſſum vacauerit.

24 *Vtrum qui fructus omnes beneficij loco penſionis percipit, ſit tutus in conſcientia.*

25 *Reſeruationem medietatis fructuum loco penſionis in Gallia receptam eſſe.*

26 *Limitatur vt non procedat, ſi illa medietas adeo parua eſſet, vt poſſeſſor beneficij non haberet ex quo viueret in alia medietate.*

27 *Si procurator habeat mandatum ad conſentiendum reſeruationi omnium fructuum, & conſenſerit tantùm reſeruationi medietatis, vtrum prouiſio inde ſequuta ſit valida.*

28 *Reſignationem hoc caſu nullam eſſe, & beneficium vacare per obitum reſignantis DD. exiſtimant.*

29 *Quid iuris ſi procurator conſenſerit reſeruationi medietatis omnium fructuum loco penſionis, ſed Papa reſeruauerit tantùm medietatem.*

30 *Procurator, cui data eſt facultas conſentiendi reſeruationi omnium fructuum, aut Quotæ ipſorum, ſi conſentiat reſeruationi certæ quantitatis, non præiudicat ſuo principali.*

31 *Si penſio ſit reſeruata ſub certa ſumma, & ad hoc datũ mandatum, & procurator conſenſerit in minori ſumma, vtrùm ex eo prouiſio penſionis reddatur nulla & inualida, tanquam facta contra formam mandati.*

QVOD attinet ad reſeruationem om- 1
nium fructuum loco penſionis, illa fieri
non ſolet, tanquam contraria naturæ beneficij, quæ non patitur vt fructus totaliter ab ipſo beneficio ſeparentur, cùm ſint illius acceſſorij, ſed tamen negari non poteſt quin Summus Pontifex id facere poſſit: vt probatur *in cap. ſi ſibi conceſſo* 26. *de præbend. in* 6.
† vbi fuit Epiſcopo cuidam conceſſum, vt 2
pro ſoluendis debitis, ad certum tempus poſſit percipere fructus omnium beneficiorum
vacantium in ſua Diœceſi. † Et in effectu 3
Clemens VII. ex cauſa ſibi beneuiſa conceſſit Hippolyto Cardinali de Medicis nepoti ſuo facultatem diſponendi de omnibus fructibus beneficiorum vacantium in toto orbe per ſex menſes: Quia Papa poteſt fructus beneficiorum adiudicare alicui, nullum ius, aut titulum habẽti in beneficio: Caccialupus *de penſion. quæſt.*19. *num.*2. Pariſ. *conſil.*39. *n.*24.
*vol.*4. † & ita quòd ſolus Summus Pontifex 4
ſimiliter omnium fructuum, vel partis ipſorum reſeruationem facere poſſit, non autem Epiſcopi, aut alij Summo Pontifice inferiores; tradit Rebuff. *in praxi, tit. de reſeruat. tam generalib. quàm ſpecial. num.* 16. Pariſ. *de*
*reſignat. benefic. lib.6. cap.*1. *num.*3. *&* 4. † quia 5
nemo præter Papam diuidere & ſcindere poteſt beneficia: *cap. maioribus, de præbend.*
ex *Concil. Turonenſi.* † Et de tota materia reſer- 6
uationis omnium fructuum, vel medietatis illorum, copioſè tractat Pariſ. *dicta quæſt.*1. *per tot.* qui in caſu occurrenti adeundus eſt; & Garſ. *de benefic. part.*12. *cap.*4.
In Gallia verò ſimiles omnium fructuum 7
reſeruationes non admittuntur tanquam factæ in fraudem Concordatorum, ſub *tit. de reſeruat. ſublat.* & de hoc extat arreſtum *part.* 9. *ſtyli, arreſto* 15. *aliàs* 192. in quo patet fuiſſe inhibitum omnibus perſonis cuiuſcunque ſtatus & conditionis exiſtant, ne de cætero impetrarent Bullas, vel prouiſiones Apoſtolicas, continentes reſeruationem omnium fructuum. Idem apud Boër. *deciſ.*2. *num.*56. Flamin. Pariſ. *dicto lib.6. q.*1. *num.*42. Rebuff. *in praxi, tit. de reſeruat. tam general. quàm ſpecial. n.*13. *&* 14. & in *Concordatis, §. volumus, circa fin. verſ. item eo arreſto:* Chopin. *de ſacra polit. lib.*3. *tit.*2. *n.*16. Papon. *lib.*2. *tit.*8. *arreſt.*3.
Quod etiam diffuſè probatur apud Loüet. 8
*in ſua collectione arreſtorum, litt F. num.* 16. allatis multis ſupremarum Curiarum præiudiciis, dicentem etiam reſignationem ipſam cum reſeruatione omnium fructuum factam, eſſe nullam: quia reſeruatio ab ipſa reſignatione eſt inſeparabilis, & per conſequens

vtile per inutile vitiatur. Et talis fructuum omnium reſeruatio, eſt verus regreſſus *in Concordatis* prohibitus, *in tit. de Regreſſ. & reſeruat. ſublatis*, & in *Pragmatica ſanctione*; quamuis hæc hodie per *Concordata* fuerit ſublata. Item quia talis donatio retento vſufructu in ſpiritualibus prohibita eſt.

Hoc tamen quod dictum eſt, huiuſmodi reſeruationem non ſolùm vitiari, ſed etiam reſignationem ipſam vitiare; reprobatur ab arreſtis in contrarium in Curia Parlamenti Pariſienſis prolatis, quæ refert Anton. Fabric. *in tract. de benefic. tit. de prouiſ. Eccleſiaſt. priuat. fol.* 183. *num.* 39. *in gloſſa, ſub litt. Z.* Chopin. *de ſacr. polit. lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 16. *in fine*, dicens hoc caſu reſeruationem fructuum omnium, ob cauſam reſignationis factam, emendari ſolummodò, & ad Sacrorum Canonum normam reduci: Rebuff. *in praxi, tit. de reſeruat. tam general. quàm ſpecial. num.* 17. Addentes ad Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 1. *num.* 10.

9 Sed maior fuit dubitatio in alio diuerſo caſu, in quo Cardinalis reſignans Nepoti ſuo præſenti & acceptanti, fructus omnes ſibi reſeruauerat, ac beneficiorum collationes, ſub onere ſoluendi ſummam annuam 200. ſcutorum ipſi Nepoti: cùm enim Cardinalis vita ſua durante remanſiſſet in poſſeſſione beneficij, obſtabat poſt eius obitum Nepoti Regula *de publicandis reſignat.* Quomodo enim publicare poterat qui non poſſidebat, immò ſemper reſignans in poſſeſſione remanſerat; maximè cùm non agatur de reſeruatione penſionis, quam Titularis ſolueret reſignanti, ſed de præſtatione annua naturam penſionis excedente, cùm illam Pen-
10 ſionarius ſolueret Titulari. † Adde quod Re-
gula *de publicandis*, requirit veram & actualem poſſeſſionem ex parte reſignatarij: hæc autem poſſeſſio reſignatarij ficta erat & ſimulata, verba enim legis intelligenda ſunt cum effectu, & in propria ſignificatione; maximè cùm de euitanda fraude agitur: nec poſſeſſio dici poteſt quæ non durat, & non habet effectum: iſta autem poſſeſſio non eſt vera & realis; immò eſt ficta & ſimulata, quæ tendit in præiudicium Tertij, nempe Ordinarij, ad quem alioquin adueniente caſu vacationis, collatio ſpectaret; & poſſeſſio illa, ſi quæ ſit, dicitur ventoſa & in nube; & ſicut corpus ſine anima, non eſt homo, ita & beneficium ſine reditu, non eſt beneficium.

11 His tamen non obſtantibus, fuit deciſum pro validitate dictæ reſignationis factæ per Cardinalem in fauorem ſui Nepotis, non obſtante defectu publicationis: quia cum in Gallia loco publicationis requiſitæ per conſtitutionem Gregorij XIII. ſufficiat quod reſignatarius faciat actus publicos, ex quibus reſignatio deuenire potuerit ad notitiam populi, vt dixi *in quæſt. benefic. vol.* 1. *cap.* 13. *num.* 20. probatum fuerat, nepotem iſtum reſignatarium palam & publicè pro poſſeſſore vero & legitimo ſe geſſiſſe, liteſque eo nomine proſecutum fuiſſe, vt probat Loüet. *in recollect. arreſt. litt. F. num.* 16. licet dicat in illo iudicio, vota non fuiſſe ponderata, ſed numerata.

Semotis autem Galliæ deciſionibus, apud 12
Nos obſeruanda eſt in hoc publicationis capite Gregoriana conſtitutio, quæ dubium omne determinat. Quamuis enim aliàs fuiſſet dubitatum vtrùm reſignatio facta retentis fructibus eſſet publicanda, & plures circa hoc caſus proponerentur, quos copioſè explicat Pariſ. *de reſignat. lib.* 11 *quæſt.* 5. *num.* 28. Hodie tamen poſt cõſtitutionem S. M. Pij V. in ordine 182. & Gregorij XIII. in ordine 87. quæſtio hæc fuit apertè deciſa: ſiquidem Pius V. vtitur his verbis: *Vel cum reſeruatione omnium & ſingulorum fructuum, redituum, ac prouentuum, & quotidianarũ diſtributionum, propria authoritate, vel aliàs percipiendorum; & cum reſeruatione tituli, adminiſtrationis, ſeruitij ac ſtalli, &c.* & in conſtitutione Gregorij, ibi, *Etiam cum reſeruationibus nominis, tituli, adminiſtrationis, poſſeſſionis, fructuum,*
*etiam omnium, ac iurium quorumcunque.* † Et 13
ratio eſt, quia voluerunt Summi Pontifices his caſibus tollere fraudes quæ poſſunt fieri: & hoc locum habet tam in beneficiis requirentibus reſidentiam, quàm in aliis ſimplicibus vel curatis; & ita tenendum eſſe tam in conſulendo, quàm iudicando: quidquid aliàs Rota dixerit, teſtatur Pariſ. *dicto lib.* 11. *quæſt.* 5. *num.* 31.

In Gallia vero Loüet. *ad regulam de public.* 14
*num.* 310. monet iſtos reſignatarios, vt per actus notorios continuatos publicent ſuam actualem & realem poſſeſſionem, vt vnicuique innoteſcat, non ſimulatam, ſed veram eſſe: eáque via, ſi prima fuerit ipſorum reſignatariorum fraudulenta & ſimulata intentio, delebitur per ipſam veritatem.

Sufficit autem quod tempore obitus eius 15
qui reſignauit, ipſius reſignatarij vera ſit & realis poſſeſſio, & ita publica, vt illa omnibus nota ſit; ita vt plus virium habeat vltima poſſeſſio, quæ in tempus mortis incidit: vt *ibi* per eum.

Verùm iſta publicatio non debet fieri ad 16
diligentiam Penſionarij, ſed Titularis: quia Penſionarius non tenetur probare publicationem, etiam aduerſario opponente defectum publicationis. Nam licèt is qui ſe fundat in reſignatione, dato conſenſu alterius tituli, ad excluſionem tituli aduerſarij, teneatur probare titulum validum; tamen quando





non agitur de excluſione alterius tituli, ille qui opponit de defectu publicationis tenetur probare illam negatiuam tanquam fundamentum ſuæ intentionis: Garſ. *de benefic. part.* 11. *cap.* 9. *num.* 136. Et culpa reſignantis negligentis publicationem non debet nocere reſignatario: vt probauimus *infrà cap.* 12. *num.* 1. *& ſequentib.*

17 Excipiuntur autem ab hac Regula Eminentiſſimi S. R. Eccleſiæ Cardinales, quorum fauore Papa fructuum omnium reſeruationem illis reſignantibus concedit; provt factum vidimus temporibus noſtris in Archiepiſcopatu Narbonenſi, fauore Eminentiſſimi (dum viueret) Cardinalis de Ioyeuſe; etiam adiecta clauſula, vt ipſe Cardinalis fructus propria authoritate percipere poſſet: vt teſtatur Additio ad Pariſ. *dicto lib.* 6. *qu.* 1.
18 *ad num.* 10. *&* 15. † quia penſio reſeruata
S. R. Eccleſiæ Cardinali, dicitur reſeruata ad publicam vtilitatem: Roman. *conſil.* 388. *num.* 3. Rota *deciſ.* 249. *num.* 12. *part.* 1. *diuerſ.* Vtrùm autem qui habet reſeruationem fructuum cum facultate transferendi, poſſit transferre penſionem: vide *infra deciſ.* 90.

19 Item excipitur ab illa Regula caſus vnionis beneficij: hoc enim caſu poſſunt reſignanti ex cauſa vnionis faciendæ alicui Capitulo, vel Monaſterio, fructus vita durante loco alimentorum reſeruari: vt teſtatur
20 Loüet. *in collect. arreſt. litt. P. num.* 31. † Immò
nec titulus ſupprimitur regulariter, niſi conſentiente Titulari, qui etiam ſub Pontificis authoritate ipſum beneficium vnitum reſignare poteſt in fauorem, ſuſpenſo interim vnionis effectu: vt probaui *in reſolut. benefic. cap.* 156. *num.* 7. *vol.* 2.

21 Quod tamen intelligendum eſt, nempe quod Titularis poſſit reſignare in fauorem, nonobſtante vnione; vt locum non habeat quando Titularis conſenſum præſtitit vnioni reſeruatis ſibi fructibus vita ſua durante, hoc enim caſu reſignare amplius non poteſt, cùm ſupponamus illum mediante reſignatione amiſiſſe ſuum titulum & poſſeſſionem, ſolóſque fructus loco alimentorum percipere; ſed tantùm procedit, quando vnio facta fuit ſine conſenſu poſſeſſoris, cum clauſula conſueta: *quod vnio ſortiatur effectum, cùm primùm beneficium per ceſſum aut deceſſum vacauerit:* Siquidem clauſula illa non comprehendit reſignationem factam in fauorem, maximè attentis clauſulis ſuſpenſionis omnium & quarumcunque vnionum, quæ ſolent apponi in huiuſmodi prouiſionibus: vt
22 fuit deciſum *in recent. part.* 1. *deciſ.* 38. † vbi
dicitur ſufficere quod iſta clauſula ſuſpenſionis vnionum apponatur in parte executiua: Quia quandiu reſignans poſſidet ex reſignatione facta in fauorem, cum hac clauſula ſuſpenſionis vnionum; ſemper beneficium dicitur plenum: Et ideo bene in *illa cauſa Auraicenſi*, de qua per Nos *dicto cap.* 156. *num.* 7. fuit dictum, vnionem non impedire reſignationem in fauorem coram Papa:
† quia agebatur de vnione facta ſine reſigna- 23
tione poſſeſſoris: & cum clauſula, *cùm primùm per ceſſum, vel deceſſum, vacare contigerit:* iuxta terminos *dictæ deciſ.* 38. *num.* 2. & Not. *ad arreſt. Loüet. dict. litt. P. num.* 31. & per Ludouiſ. *deciſ.* 159. cum additione.

Aduertendum tamen eſt, quod in caſibus, 24
in quibus licitum eſt fructus omnes beneficij ex iuſta cauſa authoritate Papæ reſeruare, hoc fieri debet cum certis conſiderationibus quoad forum conſcientiæ. *Primò*, quando beneficium nullum habet ſeruitium annexum, vel ſi habet, ex obuentionibus tamen, quas vocant, *pedem Altaris*, remaneat quod eſt ſufficiens ad ſuſtentationem poſſidentis beneficium. *Secundò*, per viam permutationis, ſi vnum beneficium nullos haberet fructus, ſed tantum perſonalem titulum; alterum verò fructus haberet: & aliàs provt apud Sanch. *in conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 45. *col.* 2. *verſic. an verò liceat, num.* 287. Sed quoad forum conſcientiæ ego me remitto ad Caſuiſtas.

Sed circa id quod diximus de reſeruatio- 25
ne fructuum loco penſionis in Gallia, aduertendum eſt quod inter DD. Gallos Petr. Gregor. *in Inſtit. rei benefic. cap.* 29. fatetur quidem reſeruationem omnium fructuum loco penſionis in Gallia non admitti, iuxta notata per Aufrer. & Boër. *locis ſupracitatis*, dicens non eſſe veriſimile, neque præſumendum eſſe, Summum Pontificem tales reſignationes admittere velle: iuxta tradita per Felin. *in cap. nonnulli, de reſcript.* dicit tamen poſt Boër. *prædicto loco*, reſeruationem medietatis fructuum receptam eſſe loco penſionis beneficij reſignati, ex arreſto Curiæ Burdegalenſis menſe Aprili 1534. lato: quia ex medietate fructuum reſignatarius viuere poteſt: quod aliter eueniret, ſi reſignans omnes fructus perciperet, & onus ſeruitij ad reſignatarium ſpectaret, & de ſuo viuere cogeretur, quod fieri non debet: per text. *in cap. Cùm ſecundùm Apoſtolum, de Præbend.*
† Præterea exiſtimat idem Author, quod ſi 26
fructuum medietas adeo modica eſſet, vt ex ea reſignatarius viuere non poſſet, illo mortuo, ſucceſſor in beneficio talis penſionis moderationem obtinere poſſet; *cap. auaritiæ, de Præbend.* † Fuit autem diſpu- 27
tatum apud Creſcentium *deciſ.* 8. *de renunciat.* vtrùm, quando procurator habebat in mandato vt reſignaret cum reſeruatione

omnium fructuum, quatenus haberi poſſet;
aliàs liberè, & ſimpliciter; ipſe autem re-
ſignauit cum reſeruatione medietatis om-
nium fructuum; valida eſſet reſignatio hu-
iuſmodi tanquam facta præter formam man-
dati? & licèt caſus non fuerit *ibi* deciſus, ta-
men dicitur *ibidem* quod nonnulli crede-
bant reſignationem eſſe validam, ex eo
quod procurator meliorem ſui principalis
conditionem facere poterat, ad *L. ſi quis
mihi*, §. *ſed ſi mandauerit*, *ff. de acquir. hæ-
redit.*

28 Dubium ſimile reſoluitur per Gregor.
Tholoſan. *in Inſtitut. rei benefic. quæſt.* 29. *n.* 1.
qui concludit, quod quamuis poſt procura-
tionem ad reſignandum cum reſeruatione
omnium fructuum, procurator videns hu-
iuſmodi reſignationem ſub hac reſeruatione
admitti non poſſe, conſenſerit reſeruationi
medietatis fructuum tantum, & ſub illa re-
ſeruatione admiſſa fuerit renunciatio bene-
ficij præter formam mandati, prouiſio & re-
ſignatio ſic facta nullius eſt momenti; &
propterea mortuo reſignante, beneficium
non vacabit per reſignationem, ſed per obi-
29 tum ipſius reſignantis.† Quod ſi procurator,
cui mandatum eſt vt conſenſum præbeat re-
ſignationi cum reſeruatione omnium fru-
ctuum, conſentiat illi omnium fructuum re-
ſeruationi, Papa verò reducat penſionem
ad medietatem fructuum in ſua prouiſione,
prouiſio & reſeruatio erit valida, ſi reſignans
poſtea illi conſentiat, & non aliter: Non
enim cogitur reſignans ratam habere re-
nuntiationem factam contra formam man-
dati: *cap. cum dilecti, de reſcript.* Papon. *in ſua
recollect. Arreſt. lib.* 2. *cap.* 8. *Arreſto* 6. *&* 7.
† Eadem ratione ſi procurator conſtitutus 30
fuerit ad reſignandum ſub reſeruatione om-
nium fructuum, aut certa Quota illorum, &
tamen conſentiat reſeruationi penſionis ſub
certa quantitate, non præiudicat ſuo Princi-
pali, cùm dicitur excedere fines mandati:
vt deciſum fuit per Rotam *in recentior. deciſ.*
293. *part.* 2. vbi dicitur, quod non dicitur pin-
guiùs adimpletum mandatum, quamuis
ſumma, ad quam penſio fuit redacta ad pe-
cuniam, eſſet maior medietate fructuum,
cùm incerta ſit illorum quantitas & æſtima-
tio, quia vno tempore creſcunt, & alio de-
creſcunt.

Quid ſi penſio ſit reſeruata cum clauſula, 31
*dummodò non excedat tertiam partem fructuum*,
vtrùm annulletur in totum, & ſi certa ſumma
fuerit reſeruata, & aſſignetur in minori; de-
cidit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 995. *num.* 11.
15. *&* 16. vbi dicit, quod ſi quis reſignat ſub
certa penſione, *& non aliàs*; penſio eſt in-
diuidua, & reſeruatio eſt nulla, ſi fuerit facta
pro minori ſumma: ſi verò reſeruatio fuerit
facta ſuper beneficio vacante per obitum:
ſub certa conditione, *dummodo tertiam par-
tem non excedat*, aut ſimili; penſio non an-
nullatur, ſed reducitur.

## CAPVT VI.

### *ARGVMENTVM.*

VTRVM Penſionarius teneatur contribuere pro rata ad ſolutionem charitatiui ſubſidij, & aliorum onerum, ſiue penſio reſeruata fuerit in Quota, ſiue in quantitate. Et vtrùm ad onera tam ordinaria, quàm extraordinaria, veluti ad collectas, ad reparationem Eccleſiæ, ad reformationem Abbatiæ, ad Decimas Papales, vel Regias. Quid in Religione S. Ioannis Hieroſolymitani. Denique quid operentur clauſulæ exemptionis à quibuſcunque oneribus in penſionum conceſſione appoſitæ.

### SVMMARIVM.

1 *Quando penſio fuit impoſita per modum Quotæ, multi exiſtimant Penſionarium teneri contribuere pro rata ad onera beneficij, non autem ſi in quantitate.*

2 *Sed contraria opinio eſt verior, vt ſcilicet Penſionarius ſiue in Quota, ſiue in quantitate, teneatur ad onera; iuxta diſtinctiones inferiùs allatas.*

3 *Penſionarius regulariter contribuit pro rata ad Decimas Papales, vel Regias.*

4 *Multi tamen perſiſtunt in illa diſtinctione Quotæ fructuum, vel quantitatis pecuniæ.*

5 *Vtrùm Penſionarius teneatur pro rata ad ſubſidium charitatiuum.*

6 *Subſidium Charitatiuum quid ſit, & quomodo imponi poſſit.*

7 *Penſionarius eſt quodammodo ſimilis colono partiario, qui pro ſua rata contribuit ad*



8 *Vſufructuarius tenetur ad collectas, & alia onera annua.*

9 *Penſio eſt onus fructuum beneficij.*

10 *Penſionarium teneri ad onera, ſiue penſio fuerit in pecunia, ſiue in fructibus reſeruata.*

11 *Penſionarium ad onera teneri, intelligendum eſt de oneribus inſolitis & extraordinariis pro rata.*

12 *Penſionarius non tenetur contribuere ad expenſas viſitationis Epiſcopi.*

13 *Si onus reſpiciat Eccleſiam, Penſionarius tenetur ad contributionem pro rata, ſecùs ſi reſpiciat perſonam poſſeſſoris beneficij.*

14 *Penſionarius non tenetur contribuere pro expenſis factis pro Abbatiæ reformatione.*

15 *Vtrùm Penſionarius teneatur contribuere quando Eccleſia eſt reparanda.*

16 *Vtrùm ad Decimas Papales Penſionarius pro ſua rata concurrere debeat.*

17 *Vtrùm Penſionarius teneatur proportionabiliter ad Decimas à Rege, vel aliis Principibus de facto impoſitas? & reſoluitur affirmatiuè.*

18 *Gabellæ ab antiquo ſuper fructibus beneficiorum impoſitæ, recenſentur inter onera extraordinaria; & ideo ad illas Penſionarij pro rata concurrunt.*

19 *Quando penſio ſemel fuit reducta contemplatione onerum, non debet iterum reduci.*

20 *Penſionarius non tenetur contribuere ad onera, ſi hoc Papa in prouiſione expreſſit.*

21 *Ampliatur vt concluſio hæc procedat, quamuis Papa mandaſſet Collectori vt exigeret, nonobſtantibus quibuſcunque Gratiis & priuilegiis.*

22 *Si Collector exegerit à Titulari; non poteſt iterum exigere à Penſionario.*

23 *In penſionibus impoſitis ſuper Præceptoriis Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani, Penſionarius non tenetur contribuere ad onera Ordinis, ſi Papa illum exemptum eſſe voluerit cum clauſulis ampliſſimis.*

24 *Ea eſt vis clauſulæ*, Quorum tenores &c. *vt priuilegia, quibus derogatur, cenſeantur eſſe de verbo ad verbum in derogatione inſerta.*

25 *Primæ conſtitutioni habenti clauſulas derogatorias cenſetur derogatum per ſecundam derogantem primis Derogatoriis.*

26 *Religio Melitenſis pro tempore vacantis & mortuarij tenetur ſoluere penſiones.*

27 *Penſio eſt onus fructuum, & ſolui debet per illos qui fructus percipiunt, quicunque illi ſint.*

28 *Ampliatur vt procedat, etiamſi dictum fuerit quod quis teneatur ſoluere de proprio.*

29 *Pro obtinenda ſolutione penſionis, Penſionarius agere poteſt contra poſſeſſorem beneficij, vel ſi malit contra eum qui fructus percepit.*

30 *Ampliatur vt procedat, nonobſtante Regula* de iure quæſito non tollendo; *cuius derogatio non eſt neceſſaria, quando agitur de Gratia, quæ de ſui natura eſt læſiua.*

31 *Papa quandoque concedit Regibus facultatem Decimas imponendi ſuper fructibus beneficiorum.*

32 *Quibus verbis concipiantur verba ampliſſima, ex quibus Papa omnes exemptos voluit obligare ad ſolutionem Decimarum, & onerum beneficij.*

33 *Regulariter Penſionarius non contribuit quando Papa voluit penſionem eſſe exemptam ab omnibus oneribus, etiam extraordinariis.*

34 *Penſionarius non contribuit in ſolutione oneris quod Hiſpani vocant*, Excuſatum; *ſi onus renouatum fuerit poſt quinquennium, & Papa non derogauerit immunitati cum clauſulis ampliſſimis.*

35 *Clauſula*, Quorum tenores, *habet vim ſpecialis expreſſionis.*

36 *Vtrùm, & in quibus caſibus Penſionarius non teneatur contribuere ad Decimam Regi debitam; & ſi contribuat, repetere poſſit.*

37 *Si Penſionarius integram Regi Decimam ſoluerit, an repetere poſſit quod ſoluit vltra quantitatem per eum debitam.*

38 *Titularis, qui ſe obligauit totum ſoluere, nonobſtantibus quibuſcunque derogationibus factis in fauorem Regis, ſibi imputare debet quod ita ſe obligauerit.*

39 *In Gallia Penſionarius tenetur ſoluere Decimas Regias nonobſtante quacunque exemptione.*

40 *Religioſi Monaſteriorum Reformatorum tenentur etiam ad Decimas Regias contribuere pro ſummis, quas ſibi non Reformati perſoluunt.*

EX ſupradicta reſolutione; Quod
ſcilicet penſio reſeruari poſſit autho-
ritate Summi Pontificis etiam in
Quota fructuum parte, etiam in beneficiis
Galliæ; oritur deciſio quæſtionis illius,
Vtrùm Penſionarius teneatur ad onera cha-
ritatiui ſubſidij, Decimarum, & alia impo-
ſita ſuper beneficio? † In qua nonnulli di- 1
ſtingunt, vtrum penſio ſit reſeruata in
Quota, vel in quantitate; ſi enim conſiſtat
in Quota fructuum, præſtationi Decimarum
ſubjacet: ſi verò in quantitate, non tenetur
Penſionarius ad contribuendum pro rata
fructuum: ita Bengeus in *tract. de benefic.
in tit. de diuiſ. benefic.* §. 31. *num.* 26. poſt May-
nard

nard. *lib.* 1. *notab. quæſt. cap.* 43. *&* 44. vbi ta-
men hæſitare videtur; Sed ita in Gallia rece-
2 ptum eſſe Bengeus teſtatur. † Verùm aper-
tiùs hanc diſtinctionem reprobat Additio
ad Papon *lib.* 3. *tit.* 5. *arreſt.* 2. vbi dicitur
quod penſiones beneficiales, ſiue in Quota,
ſiue in quantitate, ſubiacent pro rata con-
tributioni Decimarum: iuxta arreſtum *ibi*
allegatum *ſub die* 9. *Ianuarij* 1531. Quia pen-
ſio eſt de fructibus beneficij, ratione quo-
rum tenetur ad onera: *l.* 1. *C. ſi propter pu-
blicas penſitation.* iuncta Gloſſa: & Gloſſa
3 *in cap.* 1. *de Decimis.* † vnde & ad Decimas
per Papam, vel per Regem impoſitas, Pen-
ſionarius pro rata compellendus eſt: atque
ita iudicatum teſtatur *dicto arreſt.* 2. *& lib.* 5.
4 *tit.* 13. *des Decimes, arreſto* 1. † Alia tamen
Additio ad eundem Paponem *dicto lib.* 5. *tit.*
13. *arreſt.* 1. perſiſtit in ſupradicta diſtin-
ctione; inter penſionem reſeruatam in Quo-
ta, vel in quantitate.

5 Sed tamen pro totali huius quæſtionis re-
ſolutione, conſtituenda in primis eſt Regu-
la generalis, quod Penſionarius tenetur pro
rata contribuere ad ſolutionem onerum, ſu-
per beneficij fructibus impoſitorum, veluti
6 ad ſubſidium charitatiuum † quod Epiſco-
pus impoſuit, quando videlicet reditus Epiſ-
copatus non ſunt ſufficientes: de quo tracta-
tur *in cap. Conquerente, de offic. Ordinar.* &
de eo copioſè Barboſ. *in tract. de offic. & po-
teſt. Epiſc. allegat.* 87. & plura tradit Me-
noch. *de Arbitrar. caſ.* 178. *&* 179. in caſu
occurrenti videndus: & de eo agitur *in cap.*
7 *cum Apoſtolus*, §. *prohibemus, de cenſib.* † &
in hoc Penſionarius ſimilis eſt Colono par-
tiario, qui tenetur ad Decimas ex ſua parte
fructuum colonica: *cap. tua nobis, circa finem,*
8 *de Decimis*: † & adinſtar Vſufructuarij, qui
tenetur ad collectas & onera quæ ſuper fru-
ctibus imponuntur, veluti ad collectas an-
nuas, gabellas, penſiones, canones, tributa,
& alias huiuſmodi præſtationes temporales
vt poſt plures alios tradit Caſtill. *de vſufr. cap.*
56. *num.* 14. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.*
27. *num.* 8. cum *ibi* citatis: quibus addendus
eſt Oſaſc. *deciſ.* 83. *per totam.* Idem ergo di-
cendum eſt de Penſionario, vt pro rata ad
iſta onera ſuper fructibus impoſita teneatur,
9 † cùm penſio ſit onus fructuum: ita Gig.
*de penſion. quæſt.* 38. Caccialup. *in eod. tract.
quæſt.* 17. Rebuff. *de pacific. poſſ. num.* 120.
10 *aliàs* 138. † vbi tamen videtur diſtinguere,
vtrùm penſio ſit in pecunia, vel in fructibus
conſtituta; à qua tamen diſtinctione rece-
dit *ibidem*, necnon *conſil.* 125. *num.* 8. dicens,
11 Penſionarium indiſtincte pro rata teneri, †
non quidem ad onera conſueta, veluti ad
hoſpitalitatem aut iura Epiſcopalia, de qui-
bus in *dicto cap. Conquerente, de offic. Ordin.*
(cuius tamen contrarium verius eſſe iamdi-
ximus *ſuprà, num.* 6. dum de ſubſidio chari-
tatiuo egimus) intelligendo tamen iuxta re-
ſolutiones infraſcriptas, ſed ad inſolita &
extraordinaria, quæ ratione fructuum im-
ponuntur. † Ideo licet Penſionarius ad cha- 12
ritatiuum ſubſidium, & Decimam Papalem
pro rata teneatur, non tamen ad expenſas
viſitationis ſeu procurationis, quæ ſoluun-
tur potiùs ratione perſonarum, quàm rerum:
ideo non eſt mirum ſi Rector ad integram
procurationem teneatur, Penſionarius verò
ad illam minimè; ſed tantum ad Decimam
Papalem & charitatiuum ſubſidium: ex
Dec. *conſil.* 156. *Statutum. col.* 2.

Et ex hoc Rebuff. *dicto conſil.* 125. colli- 13
git Regulam generalem, † quod penſiona-
rius tenetur ad onera penſionis, quando
onus reſpicit Eccleſiam; ſecus ſi perſonas
reſpiciat: quod dicit eſſe notandum. † Ideo 14
Penſionarius non tenetur ad expenſas pro
reformatione Abbatiæ, nec ad reparationes,
niſi in ſubſidium; & ita fuit iudicatum teſte
Rebuffo *in dicto tract. de pacific. poſſeſſor. num.*
139. † Quamuis aliter ſentiat Nauarr. *con-* 15
*ſil.* 48. *lib.* 3 *ſub tit. de Præbend.* vbi dicit, Pen-
ſionarium teneri pro rata ad impenſas quæ
fiunt pro reparatione tecti & parietum Ec-
cleſiæ, niſi penſio fuerit aſſignata libera ab
omni onere.

Tenetur etiam Penſionarius ad concur- 16
rendum pro rata ad ſolutionem Decimæ Pa-
palis: vt communiter tenent DD. aduerſus
Ioannem Andream, & Oldradum: illum,
*in addit. ad Specul. ſub tit. de conceſſ. præbend.*
hunc verò *conſil.* 268. In contrarium enim
adeſt conſilium Decij *dicto conſil.* 156. *Statu-
tum, num.* 4. Rebuff. *dicto conſil.* 125. *per to-
tum*, Gig. *de penſion. quæſt.* 59. Caccialup. *quæſt.*
17. *de penſionib.*

Sed dubitari poteſt, quid ſtatuendum ſit 17
de Decimis, & ſimilibus oneribus, quæ de fa-
cto imponuntur ſuper beneficiis per Reges,
& Principes quandoque, & ex Summi Pon-
tificis licentia, vtrùm ad talium onerum ſo-
lutionem Penſionarius concurrere debeat?
Hæc quæſtio aliàs agitata fuit in Rota Ro-
mana, quia cum Reſpublica Veneta indi-
xiſſet gabellam ſuper fructibus omnium be-
neficiorum, & poſſeſſor beneficij recuſaret
ſoluere penſionem, niſi deducta rata parte
Penſionarium concernente, dubitabatur de
validitate huius oppoſitionis, cùm Reſpu-
blica non poſſet hoc facere contra conſtitu-
tiones Apoſtolicas, & Bullam in *Cæna Domi-
ni*, quæ ſingulis annis publicatur, & fuit de-
ciſum quod regulariter Penſionarius tene-
tur pro rata concurrere ad ſolutionem huiuſ-
modi



modi impoſitionum, quæ reſpiciunt fructus
ſuper quibus eſt impoſita penſio; quæ & ex
fructibus ſoluenda eſt: cùm hæc ſint onera
extraordinaria. Sed tamen in illo caſu parti-
culari, Penſionarius fuit abſolutus: quia ex fa-
cto conſtabat, quod Dominium Venetorum
ſolebat fructus Eccleſiaſticis poſtea reſtitue-
re: Vnde non tenebatur Penſionarius ſolue-
re Titulari id, quod ipſi reſtituendum erat:
vt in *Deciſ.* Mohedani 4. *de locato & conducto*,
quæ *aliàs eſt* 234. cuius etiam meminit Put.
*deciſ.* 376. *lib.* 2. & de huiuſmodi contributio-
ne ad ſubſidia Principum, bene agit Theo-
doſ. Rubeus *in ſingularib. ad deciſ. Pegnæ, fol.*
496. & Rota *deciſ.* 702. *part.* 2. *recentior.* vbi
dicitur ſubſidium debere ſolui ex fructibus
beneficij, niſi fructus illi fuerint aſſignati li-
beri ab omni onere ſubſidij. Et *ibidem* deci-
ditur quid dicendum ſit de exemptione fru-
ctuum primitialium, & explicatur qui ſint
fructus primitiales, nempe qui conſiſtunt
in ſuſtentandis Eccleſiæ Miniſtris, & rebus
ad curam animarum & Sacramentorum ad-
miniſtrationem neceſſariis ſuppeditandis.

18 Et in eadem deciſione fuit declaratum,
quod gabellæ ab antiquo ſuper fructibus
beneficiorum impoſitæ, reponendæ ſunt
inter onera extraordinaria.

Quia licet à pluribus annis eſſent imponi
ſolitæ; tamen quia erant indictæ contra ius
& conſtitutiones Apoſtolicas; dici debebant
onera extraordinaria. Ideo licet penſio fuiſ-
ſet exempta ab oneribus ordinariis, tamen
iſtæ gabellæ iniuſtæ non poterant dici onera
ordinaria, ſed prorſus extraordinaria; ita
vt Summus Pontifex aſſignando penſionem
liberam ab oneribus ordinariis, non cenſea-
tur eximere voluiſſe Penſionarium ab iſtis
extraordinariis, & contra ius impoſitis: vt
pleniùs continetur in *dicta deciſione* 4. apud
Mohedan. Idemque deciſum fuit circa con-
tributionem faciendam ad ſubſidia de facto
impoſita per Penſionarium pro rata; apud
Put. *dicta deciſ.* 376. *lib.* 2. *in correct.* incipit,
19 *In vna Vincentina*: † vbi tamen dicitur hoc
non habere locum quando ſemel facta fuiſ-
ſet reductio penſionis ad minorem ſummam
contemplatione talium onerum; quod eſt
rationi conſentaneum.

20 Supradicta generalis reſolutio, quod Pen-
ſionarius teneatur pro rata contribuere ad
illa onera extraordinaria, reſtringenda eſt
& intelligenda ſecundùm vim & effectum
variarum clauſularum in reſeruatione &
conceſſione penſionis appoſitarum. In pri-
mis enim, ſi penſio conceſſa fuerit immu-
nis & libera ab omni onere, etiam Decimæ;
non tenebitur Penſionarius contribuere:
quia poteſt Summus Pontifex cui vult hoc
priuilegium exemptionis concedere: Gig.
*quæſt.* 59. *num.* 6. Rota *deciſ.* 161. *num.* 2. *part.*
2. *diuerſ.* Bartholom. Bellenim. *de charitatiu.
ſubſidio, quæſt.* 58. *num.* 3. Couarr. *lib.* 1. *reſolut.
cap.* 17. *num.* 9. Roderic. *quæſt. Regul. tom.* 2.
*quæſt.* 44. *articulo* 4. Rebuff. *de Decim. quæſt.*
5. *num.* 28. *& quæſt.* 13. *num.* 103. *& ſequent.*
† Quod ampliatur vt procedat, quamuis Pa- 21
pa dederit facultatem Collectori exigere,
nonobſtantibus quibuſcunque priuilegiis, &
Gratiis: ex notatis per Alexand. *conſil.* 120.
*Viſo puncto*: *vol.* 4. Cardin. *conſil.* 102. *in
principio.* Gig. *de penſionib. quæſt.* 59. *num.* 9.

Intellige prædicta, quod ſi Collector 22
exegerit à Titulari, non poterit iterum exi-
gere à Penſionario: poterit tamen Titularis
vti retentione aduersùs Penſionarium in ca-
ſibus, quibus ipſe Penſionarius tenetur con-
tribuere: Gig. *dicta quæſt.* 59. *num.* 5.

Secundò, cùm penſio fuiſſet Summi 23
Pontificis authoritate reſeruata ſuper qua-
dam Præceptoria Ordinis S. Ioannis Hie-
roſolymitani cum clauſulis ampliſſimis
exemptionis, ita vt Commendatarius de
proprio illam ſoluere teneretur immunem,
& abſque detractione alicuius oneris pro
vacante & mortuario, aut Ærario communi,
aut Camera Magiſtrali, derogando omni-
bus conſtitutionibus contrariis & priuile-
giis, cum clauſula, *Quorum tenores &c.* fuit
deciſum, Penſionarium nullo modo debere
concurrere ad huiuſmodi onera: vt optime
& copioſe probat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*
548. *per totum*, † Quia priuilegiis Religionis 24
cenſetur derogatum per clauſulas ampliſſi-
mas, adiecta etiam clauſula, *Quorum teno-
res &c.* cuius ea vis eſt, vt priuilegia vel iura
quibus derogatur, cenſeantur de verbo ad
verbum expreſſa, & illis derogatum: vt fusè
in terminis religionis Hieroſolymitanæ pro-
batur in *deciſ.* Rotæ 407. *num.* 7. *part.* 3. *re-
cent.* vbi aliæ deciſiones concordantes alle-
gantur.

Quamuis enim conſtitutionibus præce- 25
dentibus habentibus clauſulam derogato-
riam ad futuras, non cenſeatur derogatum
per clauſulas derogatorias in eadem ſecun-
da ſeu futura conceſſione expreſſas; tamen
hoc non habet locum quando in poſteriori
conſtitutione in ſpecie fuit derogatum pri-
mæ cum clauſula *Quorum tenores &c.* vt di-
citur *in dicta deciſ.* 407. *num.* 7. *part.* 3. *re-
centior.*

Et præterea in ſimili caſu fuit deciſum, 26
Religionem teneri ad ſolutionem penſionis
pro tempore quo fructus percipit, deficien-
tibus Commendatariis, videlicet tempore
vacantis & mortuarij: quia cùm Papa reſer-
uaſſet penſionario penſionem annuam, donec
ipſe

ipſe viueret : immò poſſet dari caſus quod nunquam ſolueretur , veluti ſi contingeret plures Commendatarios ſucceſſiuè decedere, quod eſſet contra mentem Pontificis: Ideo deciſum fuit in fauorem Penſionarij:
27 † quia penſio eſt onus fructuum , & ſoluenda eſt per eos qui fructus percipiunt, quicunque illi ſint : vt per Put. *deciſ.* 189. *num.* 2. *lib.* 2. quæ eſt 185. *in correctis* , Seraphin. *deciſ.* 66. *num.* 3. Roman. *conſil.* 388. *num.* 8. Rotam *deciſ.* 757. *num.* 1. *part.* 3. *recent.*

28 Quod procedit , nonobſtante clauſula, *quod Commendatarius teneatur ſoluere penſionem de ſuo proprio* , quia hæc clauſula ſolùm fuit appoſita ad vtilitatem & fauorem Penſionarij , ſed non impedit quin Religio, quæ fructus percipit tempore vacationis ſeu mortuarij , teneatur pro rata temporis ad ſolutionem penſionis : vna ſiquidem prouiſio expreſſa, non facit ceſſare aliam diuerſam & tacitam, quæ prouenit ex natura rei: vt fuit in iſtis terminis deciſum coram Sacrato *dicta deciſ.* 407. *num.* 5. *& per totam, part.*
29 3. *recentior.* † vnde in iſto caſu datur multiplicatio actionum : perſonalis quidem , contra poſſeſſorem beneficij obligatum ſoluere de proprio : realis verò , contra eum qui fructus percepit : & eſt in electione Penſionarij quam voluerit intentare ; vt bene oſtenditur *deciſ.* 176. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* poſt Cardin. *in Clement.* 1. *quæſt.* 1. *de cenſib.* Federic. de Senis *conſil.* 81. Gig. *de penſionib. quæſt.* 39. *num.* 11 *& quæſt.* 43. *num.* 1.

30 Adeo vt non fuerit hoc caſu neceſſaria derogatio Regulæ *de iure quæſito* Religioni *non tollendo*; cùm derogatio illius Regulæ non ſit neceſſaria , quando agitur de Gratia quæ ex ſui natura derogat , & quam Papa ſcit derogare iuri Tertij : vt probatur *dicta deciſ.* 407. *num.* 10. *part.* 3. *recent.* Gratian. *dicta diſcept.* 548. *num.* 15. & Nos probauimus *in quæſt. benefic. cap.* 190. *num.* 1. *&* 7. *vol.* 2.

31 Tertiò ſi Summus Pontifex alicui Regi concedat indultum, vt Decimas ſuper fructibus & reditibus Eccleſiarum indicere poſſit; quod nonnunquam concedit ex cauſa iuſtiſſima, cum clauſulis derogatoriis omnium reſeruationum & immunitatibus contentis in ipſorum Bullis, iuxta formam ampliſſimam, quam ponit Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 45.
32 *n.* 20. † Videlicet quod Penſionarij teneantur , nonobſtante quod penſiones ſint exemptæ, & ſub quibuſuis obligationibus etiam in forma Cameræ, & cum iuramento , ac quibuſuis decretis & cautelis munitæ, etiam per vim donationis, & ſub quauis verborum forma aut expreſſione conceptæ; & etiam quod ip ſi, à quibus penſiones huiuſmodi ſunt ſoluendæ, iuri & actioni petendæ, vel retinendæ penſionis, aut ratæ partis Penſionarios tangentis, iureiurando renunciauerint &c. & cum dicta clauſula, *Quorum tenores.* &c. † Du- 33
dubitatum fuit vtrùm Penſionarius concurrat in ſimilibus Decimis Papalibus , vel Regalibus? In hac quæſtione fuit aliàs reſolutum, Penſionarium quidem regulariter teneri ad ſimilia onera pro rata ſuæ penſionis, vt ſupra etiam concluſum fuit.

Sed tamen non teneri, ſi Papa in reſeruatione penſionis voluerit illum eſſe exemptum nominatim ab illo onere , quod in Hiſpania vocatur *Excuſatum:* vt per Rotã *deciſ.* 161. *per totam, part.* 2. *diuerſ.* vbi reſpondetur omnibus obiectionibus quæ in contrarium fierit poſſent. Quia cùm reſeruatio penſionis dependeat à mera gratia Summi Pontificis , ſi Papa decernat aliquid aduersùs gratiam , non dicitur diſponere de iure Tertij, ſed de eo quod ex eius mera gratia dependet : & ideo omnes obligationes ceſſant corruente gratia principali , à qua omnia ſubſequuta dependent. † Quando igitur Papa vo- 34
luit penſionem eſſe liberam & immunem ab illa impoſitione, quæ vocatur : *Excuſatum,* cùm illa impoſitio ſoleat remoueri poſt quinquennium , & ſolum pro vno quinquennio concedi, ſi penſio cum expreſſa *Excuſati* immunitate reſeruetur, & noua fiat conceſſio ad aliud quinquennium, in qua fiat ſpecifica derogatio huiuſmodi expreſſæ immunitatis ab *Excuſato* , ceſſabit exemptio ; quia in renouatione quinquennij apponuntur clauſulæ adeo prægnantes , vt prima illa immunitas amplius ſubſiſtere non poſſit : vt præciſè declarat Lotter. *dict. lib.* 1. *de re benefic. q.* 38.
*n.* 25. † propter naturã & vim clauſulæ, *Quorum tenores &c.* quæ apponi ſolet in hac renouatione quinquennij , quæ facit vt omnia contenta in penſionis reſeruatione, cenſeantur expreſſa in hac renouatione, illiſque ſpecificè derogatum: Lotter. *loco citato,* Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 173. † Sed ceſſat 36
difficultas & dubium omne tollitur in caſu, quo quidam Tertius poſt concordiam initam inter Regem & Clerum ſe obligauerat etiam in forma Cameræ, & dederat ſchedulam bancharium : quia tunc non erat controuerſia inter Titularem & Penſionarium, ſed agebatur de obligatione Tertij : vt apud Duran. *deciſ.* 157. *&* 184. vbi etiam dicitur , quod ſi Penſionarius totum ſoluerit , repetere poteſt : per text. *in l. ſi in rem* 12. *C. ſi cert. pet.* vbi dicitur quod is, qui eſt obligatus ſoluere cum alio , ſiue totum ſoluerit, ſiue partem , habet ius repetendi à correo.

Sed Quæritur vtrùm ſupradicta vera qui- 37
dem ſint reſpectu Regis , cui datum fuit indultum,

indultum,



indultum , vt ſcilicet per ſuos Exactores ſeu Collectores poſſit exigere quod ſibi debetur ſuper fructibus beneficiorum , nulla habita ratione penſionis ſuper illis impoſitæ ; ſed inter Titularem & Penſionarium , aliud dicendum ſit ; vt ſi Titularis totum ſoluerit, regreſſum habeat vel retentionem aduerſus Penſionarium ? & in effectu cum Summus Pontifex Gregorius XV. conceſſiſſet Reipublicæ Venetæ quaſdam Decimas exigendas ſuper fructibus omnium & quorumcunque beneficiorum , ad quas teneri voluit etiam penſiones Eccleſiaſticas , nonobſtantibus exemptionibus cum quibuſcunque clauſulis, quantumuis prægnantibus, etiam ſi ageretur de obligationibus Cameralibus & iuramento vallatis, prætendebat Titularis Penſionarium teneri ad ſolutionem pro rata, nec contra ipſum habere poſſe regreſſum propter verba expreſſa Indulti Apoſtolici, maximè cùm res reducatur ad terminos iuris communis, ex cuius diſpoſitione Penſionarius tenetur ad ſimiles præſtationes concurrere pro rata: Sed his nonobſtantibus concludendum eſt in fauorem Pẽſionarij, vt regreſſum habere poſſit contra Titularem ; cùm intentionem ſuam fundatam habeat in verbis ſuæ reſeruationis, & clauſulis expreſſis in dicta reſeruatione adiectis : vt deciſum fuit apud Seraphin. *deciſ.* 1348. *num.* 2. *verſic. nam cum agatur : & verſic. non tamen tollit.*

38 Ratio eſt, quia cùm volenti non fiat iniuria , ſibi imputare debet Titularis, qui penſioni conſenſit ſub talibus clauſulis , obligationibus & iuramentis ; vt dicitur in *dicta deciſ.* quam in aliis ſimilibus caſibus fuiſſe per Rotam approbatam & confirmatam, teſtatur Theodoſ. Rub. *in ſuis ſingularib. ad deciſ. Rotæ Seraphini , fol.* 120. & allegat *deciſ.* 702. *part.* 2. *recent. num.* 6. vbi dicitur clauſulas ampliſſimas in Indulto Regi conceſſo contentas, ſolum Regis fauorem reſpicere, & per conſequens non derogare conuentionibus, obligationibus, & reſeruationibus, inter partes factis, quoad ipſarum partium præiudicium: Rota coram Durano *deciſ.* 48. *nu.* 6.

Verum quidem eſt, quod ſi inita fuiſſet concordia inter totum Clerum & Regem, in qua totus Clerus ſe obligaſſet ſoluere Decimam Regi , nonobſtantibus quibuſcunque exemptionibus & priuilegiis, & cõtractibus etiam iuratis , & in forma Cameræ &c. Et Papa concordiam confirmaſſet ; cùm obligatio quoad penſionarium, qui conſenſit huic impoſitioni & clauſulis , ipſum afficiat , hoc caſu dici poſſet ipſum teneri ad ſolutionem concurrere ſine aliqua indemnitate aduerſus Titularem : & ita intelligenda ſunt quæ ſuprà diximus, ex *deciſ.* Rotæ 161. *part.* 2. *diuerſ.* prout ita intelligit Duranus *dicta deciſ.* 48. *num.* 28. *verſic. non obſtat quarto :* in qua etiam accedebat obligatio Titularis ſoluendi de proprio penſionem , quæ non aderat in *illa Aſculana penſionis coram Pamphilio* 17. *Februarij* 1586. quam refert Garſ. *de beneſ. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 174. ideo ſupradictæ reſolutioni nonobſtare aſſerit Duran. *dicta deciſ.* 48. *in fine.*

In Gallia verò, articulus iſte caret difficul- 39
tate , cùm per contractum celebratum inter Regem & Clerũ anno 1641. die 14. Auguſti in Congregatione Cleri facta, conuentũ fuerit , quòd ad illam ſubuentionem cum Rege concordatam , illi qui ſuper beneficiis penſiones habent , tenebuntur pro tertia parte, quæ poſtea deducetur ſuper taxa illius qui poſſidet beneficium penſione grauatum, nonobſtantibus quibuſcunque clauſulis appoſitis in illorum ſupplicationibus ſuper prouiſionibus, ſignaturis , vel concordatis ; quamuis in illis dictum fuerit quod penſio erit libera & immunis ab omni & quocunque onere.

Immo in eadem Regia conuentione reſo- 40
lutum fuit, quod Religioſi Monaſteriorum, in quibus reformatio ſtabilita fuit, ſoluent in partem dictæ taxę Decimam portionem omnium penſionum ſibi debitarum per dictas Communitates Monaſteriorum; nonobſtante quacunque tranſactione , vel concordato in contrarium. Et ratio eſt , quia ſubuentio iſta Regi debita, eſt perſonalis quidem ; ſed reſpicit omnes qui bona Eccleſiæ poſſident: vt teſtatur Claudius Henrys *in ſua collect. arreſt. lib.* 1. *quæſt.* 24. *in principio.*

## CAPVT VII.

### *ARGVMENTVM.*

AGITVR de penſionibus ſeu præſtationibus annuis, quæ dantur ad neceſſariam ſuſtentationem perſonarum Eccleſiaſticarum , veluti Epiſcoporum , qui iniuſtè à ſuis Epiſcopatibus expulſi ſunt. Item excommunicatis Clericis, ſuſpenſis, aut depoſitis. Vtrùm Clericis debeatur penſio miſerationis cauſa , quando aliunde viuere poſſunt ex ſua induſtria.

Vtrùm taxatio huiuſmodi penſionum debeat fieri iuxta neceſſitatem, an verò perſonæ qualitas attendi debeat. Vtrùm debeantur in initio, vel fine anni. De exemptione harum penſionum ab oneribus, & de ea quæ datur à Rege Chriſtianiſſimo ſuper beneficiis in fauorem Militum indigentium.

## SVMMARIVM.

1 *Prælati, aut alij Rectores expulſi à ſuis beneficiis, debent ſuper illis conſequi penſiones ne fame pereant.*

2 *Clerici qui propter proprium delictum ſuſpenduntur à Diuinis, debent conſequi ſubuentionem ſuper beneficiis, quorum fruitione priuantur.*

3 *Clerico excommunicato vtrùm dari debeat ſubuentio ſuper fructibus ſui beneficij.*

4 *Quæ ſit differentia inter Clericum excommunicatum, & depoſitum, quoad alimentorum ex beneficiis aſſequutionem.*

5 *Ille, cui miſerationis cauſa penſio ſeu annua præſtatio conceſſa eſt, vtrùm illa carere debeat, ſi aliunde habeat ex quo viuere queat? concluditur Affirmatiuè.*

6 *Si ſuſpenſus, vel depoſitus viuere poſſit ex ſua induſtria, præſtatio alimentaria miſerationis causâ conceſſa non illi debetur.*

7 *Quæ ſit differentia quoad penſionem alimentariam inter ſuſpenſum, depoſitum, & excommunicatum. & num.* 11.

8 *Excommunicatus excommunicatione maiori priuandus eſt fructibus ſui beneficij, etiamſi excommunicatio eſſet occulta.*

9 *Excommunicatus hoc caſu etiam fructibus penſionum Eccleſiaſticarum priuandus eſt.*

10 *Pœna priuationis penſionum & fructuum venit in conſequentiam, quamuis in ſententia excommunicationis expreſſa non fuerit.*

12 *Excommunicato in contumaciam non debetur penſio loco alimentorum, quia impedimentum tollere poteſt.*

13 *Refellitur ſententia exiſtimantium, ſuſpenſo de fructibus beneficij dandam eſſe penſionem alimentariam, quamuis ex ſua induſtria viuere poſſit.*

14 *Lucrum incertum & contingens fundatum in induſtria, quando dependet ex alterius voluntate, veluti ex Aduocatione, non eſt conſiderabile ad minuendam penſionem alimentariam.*

15 *Quomodo in materia alimentorum differant inter ſe priuatio beneficij, & ſuſpenſio.*

16 *Mitiùs agendum eſt cum eo qui ſolum beneficio priuatus eſt abſque depoſitione, quia priuatio beneficij minor eſt pœna quàm depoſitio.*

17 *In alimentis miſerationis cauſa conceſſis, non ſolùm neceſſitas, ſed etiam qualitas perſonæ ex veriori ſententia conſiderari debet.*

18 *In taxandis penſionibus alimentariis multùm operatur Iudicis arbitrium.*

19 *Penſio alimentaria vtrùm debeatur Clerico in principio, vel fine anni.*

20 *Clericus qui cedit bonis, debet habere penſionem alimentariam ne fame pereat.*

21 *Penſio alimentaria debet eſſe immunis à quibuſcunque oneribus, & gabellis.*

22 *Rex Chriſtianiſſimus aſſignat penſiones alimentarias militibus egeſtate laborantibus.*

23 *Carthuſiani, & Cæleſtini, nec non Cluniacenſes ſunt immunes ab hoc onere recipiendorum Militum veteranorum.*

24 *Moniales cogi poſſunt in Gallia ad recipiendam puellam pauperem in ſuis monaſteriis.*

25 *Quando, & in quibus caſibus penſio aſſignanda militi pauperi ſit immunis ab omnibus oneribus & ſubſidiis.*

NOTANDVM etiam eſt, Nos, dum de 1
contributione Penſionariorum, immò & dum de tota penſionum Eccleſiaſticarum materia tractamus, non intelligere de præſtationibus illis, quæ aliquando conceduntur Prælatis, vel etiam Eccleſiarum inferiorum Rectoribus, qui à ſuis beneficiis remouentur, vt vitæ ſuæ neceſſaria habeant, ne fame perire, aut mendicare in dedecus Ordinis compellantur: hæ ſiquidem nihil commune habent cum penſionibus Eccleſiaſticis, ſed ob ſolam miſericordiam conceduntur: vt notauit Lotter. *de re Beneficiar. lib.* 1.
*quæſt.* 35. *n.*64. † Conceduntur ſiquidem illis, 2
qui etiam ob proprium delictum ſuſpenduntur, vel deponuntur, annuæ quædam ſubuentiones ex fructibus beneficij, cuius reditibus priuantur: *cap. cùm Vintonienſis* 25. & *ibi* Gloſſ. *in verb. admiſerant, in fine*, in illis verbis, *& tamen modicam ſuſtentationem debent tunc habere, ne ex toto egeant.* Alia eſt Gloſſa *in cap. Paſtoralis* 53. §. *verum, in verbo, ſubtrahuntur, de appellat.* & *ibidem* Abb. *n.* 16. Franc. *n.* 13. Garſ. *de benefic. part.* 7. *cap.* 13. *num.* 98. *&* 99. Farinac. *in fragment. litt. C. num.* 443.

Quam quidem ſubuentionem licèt ex- 3
communicato dandam eſſe, Gloſſa illa *in dicto cap. Paſtoralis, in verbo, ſubtrahuntur*, ac locum habere, dicere videatur; tamen non ita ſimpliciter intelligenda eſt, ſed dumtaxat vt procedat quando non ſtat per eum, quo minus tollat impedimentum excommunicationis, vel quando eſſet in extrema neceſſitate conſtitutus; vt bene aduertit Garſ. *dicta part.* 7. *cap.* 13.



*num.* 104. *&* 105. Ceſſantibus autem
4 illis circunſtantiis, † hæc inter Excommunicatum, & Depoſitum, conſtituitur differentia, vt Depoſito aliunde non habenti dentur alimenta ex fructibus beneficij, Excommunicato verò non dentur: vt explicat Ricciul. *in tract. de perſon. extr. Eccleſ. grem. exiſtent. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 23. Qua de re agemus infrà *num.* 8. *& ſequent.*

5 In facto tamen dubitatum fuit circa quemdam Sacerdotem, qui propter delictum fuerat priuatus beneficio ex Superiorum decreto, aſſignata illi modica præſtatione annua ſuper fructibus beneficij quo priuatus fuit, modica inquam, nempe 50. ſcutorum, qui cùm eſſet induſtrioſus, admiſſus fuit in quadam Domo Illuſtri, ad erudiendos illius liberos in literis & bonis moribus; Vnde dicebat ille, qui beneficium impetrauerat, ſe eximendum eſſe à præſtatione annua illorum 50. ſcutorum, quia cùm penſio illa, ſeu potius annua ſolutio fuiſſet aſſignata miſerationis gratia, tunc tantum ſoluenda eſſet, quando is qui depoſitus fuerat, non haberet aliunde ex quo viuere poſſet: vt aduertit Gloſſa *in dict. cap. Paſtoralis*, § *verum, in verbo, ſubtrahuntur: de appellat.* ibi, *ne cogatur in Cleri opprobrium mendicare:* & Gloſſa *in d. cap. Cum Vintonienſis* 25. *in verbo, admiſerunt, de elect. in fine:* ibi, *modicam ſuſtentationem habere debeat, ne ex toto egeat:* & *ibidem* Ioann. Andreas *in additione*, dicit, quod ſi tales ſuſpenſi à beneficio aliquid haberent ex patrimonio, tunc nihil conſequi deberent: & quod huiuſmodi penſionis aliquid adiudicari poſſit pro modica ſubſiſtentia, dicit Franciſc. Marc. *deciſ.* 884. *num.* 28. *part.* 2. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 82. *num.* 5. & debere modeſtè alimenta de fructibus beneficij præſtari non habenti aliunde, dicit Campanil. *in diuerſ. iur. Canon. rubr.* 11.
6 *cap.* 16. *num.* 20. † Immò ſufficit, quod talis ſuſpenſus, vel depoſitus viuere poſſit ex ſua induſtria: Franc. Marc. *ibid. num.* 29. Ricciul.
7 *de iur. perſon. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 23. † vbi dicit fieri debere differentiam in hac materia inter ſuſpenſum ſeu depoſitum, & excommunicatum: quia excommunicato nulla ſubuentio datur ex fructibus beneficij, niſi in caſu quo fame periret: ſuſpenſo verò vel depoſito datur, niſi aliunde viuere poſſet, veluti ex propriis bonis, vel ex induſtria: quẽ ſequitur Barboſ. *in dicto cap. Paſtoralis*, *n.* 13. *& in dicto*
8 *cap. cum Vintonienſis, num.* 5. † Conſtituenda ſiquidem eſt generalis Regula, excommunicatum excommunicatione maiori priuari fructibus beneficiorum, etiamſi excommunicatio ſit occulta, quamuis hoc in ſententia expreſſum non fuerit: Iul. Clar. *in praxi*, §. *final. quæſt.* 37. *n.* 7. Couarr. *lib.* 3. *reſol. cap.* 13. *num.* 8.

Pariſ. *de reſignat. lib.* 4. *quæſt.* 3. *n.* 52. *& lib.* 5. *q.* 6. *n.* 76. Genuenſ. *in practic. Eccleſ. quæſt.* 206.
† Vnde etiam penſionum prouentibus pri- 9
uandus eſt: Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 131. & *part.* 7. *cap.* 13. *n.* 114. Seraphin. *deciſ.* 1164.
*num.* 2. † Eſt enim verior opinio, non eſſe ne- 10
ceſſariò inſerendam in ſententia excommunicationis, pœnam priuationis fructuũ, penſionum, aliorúmq; prouentuum: quam tuetur Ricciul. *de iur. perſon. dicto lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 21. *in fine*; Moneta *de diſtr. quotid. part.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 21. Scacc. *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 22. *num.* 9.

Sed tamen excommunicato, ſuſpenſo, vel 11
depoſito dantur alimenta, cum differentia tamen ſuperiùs allata *num.* 7. illi quidem, ſi fame periturus eſſet; iſtis verò nempe ſuſpenſo, vel depoſito, ſi aliunde viuere nequeant: iuxta Ricciul. mox allegatum *lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 23. poſt Abbat. *in d. cap. Paſtoralis* 53. *de appellat.* §. *verum, num.* 16. & Dec. *n.* 17. Couuarr. *lib.* 3. *var. reſol. cap.* 13. *num.* 8. *verſic. Duodecimo,*
*in principio:* † niſi tamen eſſet ſuſpenſus 12
in contumaciam, quia purgando contumaciam poteſt tollere ſuſpenſionem: Moneta *dicto cap.* 15. *n.* 41. Ricciul. *n.* 26. Campanil. *in*
*diuerſ. Iur. Canon. cap.* 11. *n.* 16. † Et licèt aliqui 13
DD. velint non denegari alimenta ſuſpenſo de fructibus beneficij, quamuis ex ſua induſtria viuere poſſit, vt apud Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 36. *num.* 5. Roman. *conſil.* 344. *num.* 2. & Crauet. *conſil.* 399. *n.* 5. tamen illorum ſententiam copioſè reprobauit idem Surd. *in dict. tract. eod. tit.* 7. *à n.* 11. *& multis ſequent.* & videtur communiter receptum apud DD. *in dicto cap. cum Vintonenſis*; *& in dicto cap. cum Paſtoralis.*

Sed ſupradictæ reſolutioni videtur obſtare 14
ſentẽtia Rotæ, dum tractat de quæſtione illa, vtrùm filius illegitimus poſſit petere alimenta à patre, quando lucrari poteſt ex Doctoratu; & concludit, ſimile lucrum non eſſe habendum in conſideratione: vt in *deciſ.* 224. *num.* 5. *part.* 2. *recent.* poſt Crauet. *conſil.* 199. *num.* 1. *verſic. tamen diligenter.* Multa ſiquidem contingere poſſunt, propter quæ vir, quamuis induſtrius, operari non valeat, vel propter infirmitatem, aut debilem corporis valetudinem, aut aliis de cauſis, maximè in iis quæ ab alterius voluntate dependent; vt dicitur in *dicta deciſione.*

Conſideratione etiam dignum eſt, quod cùm pœna priuationis beneficij, ſit minor pœnâ depoſitionis, non ita rigoroſè procedendum eſt in caſu, de quo agitur; cùm ſola beneficij priuatio huic Sacerdoti indicta eſſet abſque ſuſpenſione à Diuinis, aut depoſitione: ſunt enim in hac materia tres diuerſi termini, nempe Suſpẽſio, Depoſitio, & Priuatio

15 beneficij.† Suſpenſio illa eſt,per quam inter-
dicitur officium, vel exercitium competens
alicui perſonæ Eccleſiaſticæ ,ad tempus, vel
in perpetuum.Depoſitio, eſt perpetua remo-
tio ab Altaris miniſterio; ita Diaz *in practica
criminali, in verbo, ſuſpendi, cap.*130.& *in ver-
bo, Deponi, cap.* 135. Priuatio verò beneficij,
minor eſt Depoſitione: vt colligitur ex Abb.
*in cap. at ſi Clerici, num.*31.*de iudic.* Farinac. *de
delict.& pœn.quæſt.*19.*n.*49.*verſic. vnde depoſi-*
16 *tio:*† mitiùs ergo procedendum erat in caſu,
de quo agitur, cum Sacerdos iſte ad ſuſpen-
ſionis à Diuinis pœnam generaliter non fuiſ-
ſet condemnatus, nec ad Depoſitionem, ſed
dumtaxat ad priuationem beneficij ex cauſa
delicti.

17 Attendenda etiam erat qualitas perſonæ,
quæ excepto delicto pro quo condemnatus
fuerat, erat honeſtæ cōditionis, & in reliquis
bene ſe geſſerat : quia licèt magna ſit inter
DD.controuerſia,vtrùm in taxandis alimen-
tis quæ miſerationis cauſa alicui conceduntur;
ſola habenda ſit ratio puræ neceſſitatis,
an verò etiam qualitas perſonæ conſideran-
da ſit? illa præualuit opinio, vt etiam perſonæ
qualitas attendi debeat: vt copioſè probat
Gratian.*diſcept. forenſ. cap.*112.*per tot. & cap.*
586.*num.*29. Quamuis non ignorem in con-
traria opinione fuiſſe Barboſ. *in* 4.*part. l.*1.*ff.
ſolut. matrim. num.* 65.*verſic. ſed prima opinio:*
Sed contra Barboſam verior eſt opinio,quam
probaui *in quæſt. Ciuilib. tom.*2.*cap.*146.*num.*1.
Gratian.*diſcept. forenſ.* 112.*n.*6.*&* 586.*n.*29.

18 Verùm, quia quæſtio illa, vtrùm quis ha-
beat vnde viuere poſſit,repoſita eſt in arbitrio
Iudicis, teſte Surdo *de aliment. tit.*7.*quæſt.*9.
*num.* 9. Ideo arbitrium inclinauit in fauorem
illius Sacerdotis, qui beneficio fuerat priua-
tus, eo quod ſumma 50. ſcutorum illi reſer-
uata, erat ſatis modica, attenta fructuum &
alimentorum qualitate, & incertus erat ſta-
tus receptionis in domum Viri illius Nobilis;
& cùm Sacerdos ille tam pro vita, quàm pro
veſtimentis & expenſis infirmitatum, multo
grauiores expenſas eſſet facturus, ideo iudi-
cauimus præſtationem illam annuam non
eſſe minuendam.

19 Iſtarum autem penſionum ſolutio fieri de-
bet pro medietate in principio, & pro alia in
fine anni: Rebuff. *in conſtit. Reg. tom.*1.*de ſen-
tent. prouiſ. in præfat. num.*105.

20 Notandum ſecundo loco eſt, dum *hic* de
Penſionibus loquimur, non comprehendi
penſiones alimentarias,quæ aſſignantur Cle-
ricis miſerationis gratia, ne videlicet fame
pereant, in terminis *cap. Odoardus, de ſolut.*
quando ſcilicet Clericus ære alieno grauatus
recurrit ad miſerabile beneficium ceſſionis
bonorum, tunc enim illi aſſignanda eſt pen-
ſio,vt ex ea viuere poſſit,& ne cogatur men-
dicare, vel fame perire: Benincaſ. *in tract. de
paupert. quæſt.*8.*in* 4.*ſpecial. in contractib. n.*15.
Couarr.*lib.*2.*var. reſol. cap.*1.*num.*9.*verſic. qua
in re:* Boër. *decſ.* 226. *prope fin. verſic. tamen
hodie.* Menoch. *de arbitrar. cap.*183.*num.*30.
† Quæ penſio debet eſſe libera,quia quotieſ- 21
cunque alicui penſio, ſeu annua præſtatio
ſolui debet pro alimentis, illa debet eſſe libe-
ra, & immunis à quibuſcunque gabellis &
oneribus atque collectis. Quia alimenta dan-
tur in ſubſidium vitæ: *l. filia tua, & ibi* Bald.
*C de patr. poteſt.* & ita decidit Ægid. Tomat.
*in tract. de collect.* §. *ſubijciunt hoc loco, num.*25.
*in fine columnæ, & num.* 32.*verſic. ſecundo reſ-
pondeo, fol. mihi* 230. & copioſè comprobat
Surd. *in tract. de aliment. tit.* 8.*quæſt.*91.*per
totam.*

Et ex his inferri etiam poteſt ad illas pen- 22
ſiones, quas Rex Chriſtianiſſimus aſſignat
pauperibus militibus, qui membris mutili
ſunt, ſuper quibuſdam Abbatiis,Prioratibus,
aut Monaſteriis Regni, quos vocant, *Fratres
Laicos*, ſeu *Oblatos*, dummodò ſint pauperes
non habentes aliunde quæ ſibi ad vitam ne-
ceſſaria ſunt,& verè in bello mutilati fuerint;
idque non ſuper quibuſlibet Abbatiis, aut
Prioratibus, ſed iis dumtaxat quæ ſunt Re-
giæ, Ducalis, vel Comitalis fundationis, ele-
ctiuis & conuentualibus. Quæ cùm non con-
cernant præſentem Tractatum,copioſiùs ex-
ponuntur apud Feuret *in tract. de Abuſ. lib.*2.
*cap.*4.*num.* 39.*& multis ſequent. fol.*180. de
quibus etiam agit Chopin.*in tract. de domanio,
lib.*3.*tit.*28.† vbi dicit ab hoc onere recipien- 23
di & alendi Oblatos huiuſmodi, immunes
eſſe PP.Carthuſianos, & Cæleſtinos, & Clu-
nianenſes, cùm non ſint electiui, ſed collati-
ui; & onus iſtud Prioratibus collatiuis non
imponatur: ſicuti nec Benedictini Claromon-
tani huic veteranorum militum recipiendo-
rum oneri ſubijciuntur, nec mulierum Mo-
naſteria, vt *ibidem* Chopin. aduertit, nempe
*dicto tit.*8.*num.*5.† Quanquam & Moniales 24
ad recipiendam puellam pauperem cogi poſ-
ſe, iudicatum aſſerat.

Si igitur ſola penſio alimentaria ad certam 25
ſummam limitata, adiudicaretur pro alimen-
tis veterani militis mutilati, ſanè immunis
eſſet ab oneribus & ſubſidiis, per rationem
ſupradictam: ſi verò loco alimentorum mu-
tili,penſio ſeu præbenda vnius Religioſi aſſi-
gnatur, illa eodem iure vti debet,quo reliquæ
portiones monachales. De his autem Oblatis
multa videri poſſunt apud Loüetium &
illius Scholiaſtem *in collect. arreſt. litt. O num.*
7.*& vltimo.*





# CAPVT VIII.

## *ARGVMENTVM.*

DE penſione, ſeu portione congrua Vicariis perpetuis Eccleſiarum Parochialium aſſignanda, per Parochum primitiuum ſoluenda, & ab eo qui Decimas percipit. Et quid circa hoc obſeruetur in Gallia. Vtrùm hæc penſio ſit immunis ab oneribus? Et vtrùm diminutis fructibus beneficij portio hæc Vicarij ſit minuenda.

### SVMMARIVM.

1 *Congrua portio, ſeu penſio, quid ſit.*
2 *Quanta debeat eſſe portio congrua Vicarij, Iudicis arbitrio remittitur.*
3 *Explicantur tradita* in Quæſtionibus Beneficialibus part. 1. cap. 58. *circa hanc materiam congruæ portionis.*
4 *Quis teneatur ad ſoluendam Vicario congruam portionem.*
5 *Parochus primitiuus poteſt aliqua ratione dici patronus, cum illi competat ius nominandi Vicarium perpetuum.*
6 *De Congrua portione tractat D. Ludouicus Bellus in locis ibi allegatis.*
7 *Portio congrua non competit Secundariis, neque Vicariis amouibilibus.*
8 *Laicus qui ex priuilegio percipit Decimas, tenetur ad præſtationem portionis congruæ: In Gallia tamen non tenetur niſi in ſubſidiū.*
9 *Congrua portio debet eſſe immunis ab omnibus oneribus, Decimis, & Collectis; tam de iure communi, quàm ex arreſtis Curiarū Galliæ.*
10 *Vtrum diminutis fructibus beneficij Rector teneatur ad Congruam.*
11 *Emolumenta & onera beneficij vniti ſpectant ad eum qui poſſidet beneficium principale.*
12 *Rector non tenetur ad Congruā, ſi reditus beneficij principalis non ſufficiunt ipſi Rectori.*
13 *Contra; a quod priùs debeat prouideri de alimentis Vicario quàm Rectori.*
14 *Intellige hoc verum eſſe, dummodo fructus beneficij ſufficiant.*
15 *Quid hac in re ſtatutum fuerit in Concilio Tridentino.*
16 *Quando fructus beneficij non ſufficiunt, onus alendi Vicarium ſpectat ad Parochianos.*

CONTINVANDO materiam contri-
butionis ad Decimas Papales, vel
Regias, dubitari poteſt vtrùm ille
cui congrua portio ſeu penſio debetur, te-
neatur pro rata contribuere ad dictas Deci-
mas Pontificias, aut Regias.
2 Pro reſolutione notandum eſt in primis,
congruam portionem, quæ impropriè pen-
ſionis nomine continetur, definiri à Rebuffo
*in tract. de congr. portione*, vt ſit penſio ſuffi-
ciens Clerico perpetuò in beneficio inſtitu-
to, ex prouentibus illius, commodè viuere
non valenti, debita ab eo, qui Decimas &
alios fructus Eccleſiæ percipit.

Notandum ſecundò, quanta debeat eſſe 2
iſta penſio ſeu portio, Iudicis arbitrio remitti:
qui inſpecta qualitate perſonarū & onerum
Vicario perpetuo incumbentium, illam por-
tionem aſſignet, ex qua Vicarius ipſe com-
modè viuere poſſit: Rebuff. *in dicto tract.
de Congr. quæſt.* 9.*n.*80. Rota *deciſ.*595.*num.*1.
*part.*4.*recent.* & habetur in Concil. Trident.
*ſeſſ.*7.*de reformat. cap.* 5. 6.*&* 7.† Et de iſta 3
congrua portione quibus in locis tractetur,
videnda ſunt per Nos dicta, *lib.*1. *quæſt. bene-
fic. cap.*58.*per totum*, quæ hic repetenda non
ſunt. Moneo tamen in *eodem capite, in fine,
num.* 7. corrigendam eſſe citationem Ludo-
uiſij, vbi pro *deciſ.* 439. legendum eſt, 429.
& *in fine num.* 8. legendum eſt, *deciſ.*230.*&
ſub. num.* 13. in citatione Seraphini, *deciſ.*93,
legendum eſſe, *deciſ.*173.

Et de eadem materia congruæ portionis, 4
adeſt *conſil.* 86. D. Ludouic. Belli, vbi *num.*3.
dicit Congruam deberi Parocho ab Epiſco-
po qui Decimas percipit: ſi vero adſit Vica-
rius perpetuus, deberi à Parocho primitiuo
qui Decimas percipit, † qui primitiuus Pa- 5
rochus, etiam Patroni nomen meretur,
quia præſentatio dicti Vicarij ad illum ſpe-
ctat: *Clement.* 1.*de iure patronat.* Bleynian.*de
benefic. in tit. de congr. port. num.*8.*&* 30. de quo
iure præſentandi Vicarios perpetuos com-
petenti illis,quorum Dignitatibus Parochia-
les Eccleſiæ vnitæ ſunt, copioſè egimus *cap.*
187.*noſtrarum quæſt. benefic. vol.* 2. nec non
etiam tractabimus *cap. ſequent.* † Plura au- 6
tem practicabilia circa cōgruam portionem,
videri poterunt apud D. Ludouic. Bellum
*conſil.* 115.*& dicto conſil.* 186. nec non per
Rotam *dicta deciſ.*595.*part.* 4.*recent.*

Notandum eſt tertiò, quod cùm de con- 7
grua portione Vicariorum loquimur, intel-
ligimus Vicarios perpetuos, non autem tem-

porales ſeu amouibiles, ſeu ſecundarios: quamuis enim fieri poſſit vt ſint duo Vicarij perpetui propter magnum numerum populi, quorum vterque Vicarij perpetui nomen obtinet; tamen quando adſunt Secundarij, illud quod ipſis ſoluitur, non dicitur Congrua portio, ſed Salarium: ex notatis per Rebuff. *in tract. de congr. port. num.* 18. *&* 19. & de illis agit D. Ludouic. Bell. *conſil.* 87. *n.* 6.

8 Notandum eſt quartò, quod ſi Laicus ex conceſſione Apoſtolica Decimas percipiat, tenebitur ad præſtationem congruæ portionis Parocho curam animarum habenti; quia cùm ſolutio congruæ portionis ſit onus Decimarum, Summus Pontifex non cenſetur illarum percipiendarum priuilegium Laico conceſſiſſe, niſi cum ſuo onere: ita decidit Rota *deciſ.* 420. *num.* 7. *part.* 1. *recent.* & *deciſ.* 437. *num.* 4. *part.* 3. *recent.* Seraphin. *deciſ.* 839. *n.* 3.

Quamuis in Gallia, varia ſuper hoc prolata fuerint arreſta, quæ pro maiori parte ad hoc tendunt, vt laicus poſſidens Decimas ſibi in feudum conceſſas, non teneatur ad ſolutionem congruæ portionis Parocho faciendam niſi in ſubſidium, videlicet deficientibus ſeu non ſufficientibus Decimis ſpiritualibus, ſeu per Eccleſiaſticos poſſeſſis: vt copioſè exponit Addit. ad Loüet. *in Collect. arreſt. litter. D. num.* 8. *circa medium, verſic. La queſtion, Si vn Curé.*

9 Notandum quintò, deueniendo ad quæſtionis principalis deciſionem, congruam portionem debere eſſe liberam & exemptam ab omnibus Decimis tam Papalibus, quàm Regalibus, & aliis quibuſcunque Collectis; ex ratione generali per Nos ſuperiùs deducta, iuxta doctrinam Surdi & aliorum; quia videlicet iſta penſio ſeu portio datur loco alimentorum: Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 4. *de præbend. num.* 6. quæ aliàs eſt *deciſ.* 115. per text. *in Clement.* 1. *de præb.* & in indiuiduo quoad Decimas Regales fuit deciſum per arreſta in ſupremis Tribunalibus Galliæ, illas non poſſe exigi ex congrua portione, ſed illam eſſe liberam & exemptam: vt teſtatur Claudius Henrys *in ſua recollect. arreſt. lib.* 1. *quæſt.* 24. Quod eſt conforme diſpoſitioni iuris communis, & deciſionibus Rotæ Romanæ, vt apud Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 6. *de præbend. aliàs* 117. *& deciſ.* 196. *num.* 5. *part.* 2. *recentior.*

10 Notandum ſextò, quod aliàs in facto dubitatum fuit circa ſolutionem huius congruæ portionis, vtrùm is qui beneficium principale obtinet, teneatur ad congruam Vicarij conſtituti in beneficio vnito ſoluendam de fructibus & reditibus beneficij principalis, ſi reditus beneficij vniti vel nulli ſint, vel minùs ſufficientes.

11 Ratio dubitãdi petitur ex eo, quod beneficium vnitum idem eſt & efficitur vnum cum eo cui vnitur: Et ideo omnia emolumenta beneficij vniti acquiruntur poſſeſſori beneficij principalis: Garſ. *de benefic. part.* 12. *n.* 34. ad quem autem pertinent emolumenta, ad eundem ſpectant onera, vt par ſit ratio lucri & damni: *L. ſecundum naturam, ff. de regul. Iur.*

Ideo quando fit vnio, onera quæ debebantur tempore vnionis, ſunt perſoluenda ei, cui facta eſt vnio: iuxta Calderin. *conſil.* 34. *in princip.* Tuſch. *in verbo, Vnio, concluſ.* 130. *n.* 25.

His non obſtantibus, contrarium eſt con- 12
cludendum: Quia poſſeſſor beneficij vniti, non debet ad plus teneri propter vnionem, quàm teneretur ſi vnio facta non eſſet; quia illa inducta ad augmentum, non debet operari diminutionem: *L. legata inutiliter, ff. de adimend. legat.* ſed ſic eſt, quod ſi beneficium vnitum, eſſet adhuc ſeparatum à principali, illius Rector non teneretur ad congruam Vicario præſtandam, niſi vſque ad concurrentiam fructuum & redituum illius beneficij: vt probatur *in cap. Monachis* 12. ibi, *de prouentibus Eccleſiæ, de Præbend. & in cap. extirpandæ* 30. §. *qui vero*, ibi, *congruentem habeat*
*de ipſius Eccleſiæ prouentibus portionem.* † Ve- 13
rum quidem eſt, quod in primis prouideri debet de alimẽtis & Congrua Vicario; quàm Rectori: Rebuff. *de Congr. num.* 201. Surd.
*de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 106. † Sed ſemper ex 14
fructibus illius beneficij, cui Vicarius inſeruit, præſtanda ſunt alimenta: Surd. *in dicto tract. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 60. *num.* 11. Barboſ. *de Iur. Eccleſiaſt. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 40.

Et ſuper hoc adeſt conſtitutio ſacri Concil. 15
Trident. in multis locis, *nempe ſeſſ.* 6. *de reformat. cap.* 2. *ſeſſ.* 7. *cap.* 5. *& ſeſſ.* 21. *de reformat. cap.* 4. *&* 6. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *& ſeſſ.* 25. *cap.* 16. ſed præcipuè *dicta ſeſſ.* 21. *cap.* 4. his verbis, *Illis autem Sacerdotibus, qui de nouo erunt Eccleſiis nouiter erectis præficiendi, competens aſſignetur penſio ex fructibus, ad Eccleſiam matricem quomodocunque pertinentibus.*

Et ex his reſoluentur rationes dubitandi 16
in contrarium allatæ: quia ſuppoſita inſufficientia redituum beneficij vniti, onus alimentorum Vicarij non ſpectat ad Rectorem, ſed ad Parochianos, qui tenentur hoc caſu illi prouidere de alimentis: Rebuff. *in dicto tract. de Congr. num.* 94. Surd. *dicto tit.* 1. *quæſt.* 60. *num.* 2. Chopin. *de ſac. polit. lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 5. *in margine, fol. mihi* 468. Qui omnes dicunt Parochianos teneri ad alimenta, ſi reditus aut nulli ſint, aut adeo tenues, vt nihil aut parum Rectori remaneat: cùm igitur ſtante inſufficientia redituum, hoc onus non ad Rectorem eiúſque beneficium pertineat, ſed ad Parochianos; ſequitur illum ab hac petitione abſoluendum eſſe.

CAPVT



# CAPVT IX.

## *ARGVMENTVM.*

PORTIONEM ſeu penſionem annuam ſoluens Vicario perpetuo, ille cuius Dignitati Eccleſia Parochialis eſt vnita, habet ius nominandi Vicarium, nonobſtante erectione Vicarij Temporalis in Vicarium perpetuum facta per Epiſcopum vigore Concilij Tridentini. Et vtrùm Legatus poſſit huic iuri derogare; & quatenus poſſit, ex quibus cenſeatur voluiſſe. Et vtrùm Legatus poſſit derogare diſpoſitioni iuris communis.

### SVMMARIVM.

1 *Præſentatio & nominatio Vicarij perpetui ſpectat ad illum, cuius beneficio Parochialis eſt vnita, ſi Vicario præſtet annuam penſionem ſeu portionem de ſuo.*

2 *De Iure communi Vicarius Temporalis & amouibilis eſt inſtituendus, quando Parochialis Eccleſia eſt ſubiecta alteri pleno iure, tam quoad temporalia quàm quoad ſpiritualia.*

3 *Quod ampliatur vt locum habeat tam in Eccleſiis ſæcularibus quàm Regularibus.*

4 *Perpetuitas per Epiſcopum ordinata in Vicaria, quæ antea erat amouibilis, non poteſt alterare ſubiectionem & nominationem Vicariorum.*

5 *Per deputationem Vicarij perpetui non deſinit Eccleſia eſſe de menſa.*

6 *Ex diſpoſitione Concilij Tridentini concedentis Epiſcopo facultatem erigendi Vicarias temporales, in perpetuas, non tollitur ius nominandi Vicarios competens illis, qui beneficium, cui facta eſt vnio, poſſident.*

7 *Hoc procedit maximè ſtante Bulla S. M. Pij V. deſuper publicata.*

8 *Reuocatur in dubium vtrùm Legatus poſſit derogare iuri nominandi competenti ex iure communi.*

9 *Derogatio iuris nominandi requirit ſpecialem expreſſionem, quando ius illud competit ex diſpoſitione iuris communis.*

10 *Clauſula*, Non obſtantibus, &c. *non comprehendit Statuti derogationem ſi in illo detur certa forma.*

11 *Contra ius quod alicui competit vigore iuris communis difficilior eſt derogatio.*

12 *Indulti nomine quid contineatur.*

13 *In quacunque derogatione ſtricta fieri debet interpretatio.*

14 *Explicatur articulus facultatis Legationis circa collationem beneficiorum vnitorum.*

15 *Vtrùm Legatus contineatur appellatione Ordinarij Collatoris.*

CERTVM eſt, ius nominandi Vicarium Parochialem, Dignitati competens, cui ſimilis Eccleſia eſt vnita, in quadruplici iure fundari poſſe. *Primò*, in iure communi: *Secundò*, in ſtatutis Eccleſiæ ab antiquiſſimo tempore obſeruatis: *Tertiò*, in literis Epiſcopalibus erectionis Vicariæ perpetuæ, quæ antea erat amouibilis. *Quartò*, in *Bulla* Sanct. Memor. Pij V. quæ incipit, *Ad exequendum.* Verum quia in hac materia multa diximus *cap.* 187. *tom.* 2. *quæſt. benefic.* & noua excitata fuêre Dubia, cum hæc materia aliqua ratione dependeat ex præſtatione penſionis congruæ; rationi conſonum duxi aliqua *hic* ſubnectere, quæ tamen ſubmittuntur Integerrimo Rotæ Romanæ Iudicio, ad quam Deciſio pertinet, quæ propediem expectatur à R. D. Præpoſito Inſulano.

Quod attinet ad primum Caput, negari 1
non poteſt quin ius nominandi Vicarium in dicta Eccleſia Villæ-Inſulę, ſpectet ad Dominum Præpoſitum ratione ſubiectionis, cùm Vicarij Parochiales eiuſdem Eccleſiæ ſint pleno iure ſubiecti eidem Præpoſito tam quoad tẽporalia quàm quoad ſpiritualia: quia ante erectionem Vicariæ temporalis, in perpetuam; Præpoſiti deputabant Vicarios temporales & ſeruitores amouibiles, ex quibus arguitur ſubiectio omnimoda: Seraphin. *deciſ.* 1304. tum etiam quia Præpoſitus dabat, & dare continuauit habitationem ex propria domo, & portionem ex propriis reditibus ipſis Vicariis: Cardinal. *in Clement. vnic. de offic. Vicar. num.* 10. *in* 9. *quæſt.* Gloſſa *in Clement. Frequens, in verbo, Ad menſam, de ex-*
*ceſſib. Prælator.* & *ibi* DD. † qua ſubiectione 2
ſuppoſita, tam quoad ſpiritualia quàm quoad temporalia, Vicarius de iure communi non perpetuus, ſed temporalis inſtituendus erat: Abb. *in cap. de Monachis, de præbend. num.* 9. & *ibidem* cæteri DD. & ideo pro inſtitutione Vicarij Parochialis non erat recurrendum ad Epiſcopum, ſed inſtitutio & deſtitutio



ſpectabat

ſpectabat ad D. Præpoſitum: Rota *deciſ.* 2. *de exceſſib. Prælator. num.* 2. *in Nouis*: vbi dicitur hoc habere locum in quacunque vnione facta pleno iure tam ſpirituali, quàm temporali: imò generaliter, quod in quibuſcunque Eccleſiis vnitis deputatio Vicarij ſpectat ad Prælatum, ſeu Dignitatem, cuius menſæ Parochialis eſt vnita: tradunt DD. *in cap. Extirpandæ*, §. *qui vero*, *de Præbend. cap. de Monachis*, *eod. tit. cap. vnico*, *de Capellis Monach. lib.* 6. Garſ. *de benefic. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 289. Rota *deciſ.* 798. *verſ. vltra quod: part.* 1. *Diuerſ.* & in *Tiraſonen. iuris præſentandi* 27. *Maij* 1648. *coram Bubalo*, inſerta apud Garſ.
3 *dicta part.* 9. *cap.* 2. *num.* 290.† Quæ iura procedunt non ſolùm quando agitur de monaſteriis, ſed etiam quando agitur de Eccleſiis ſæcularibus: Rota *deciſ.* 710. *num.* 4. *part.* 2. *recent.* Videatur de hac materia *deciſio* Rotæ 89. *in* 2. *part. huius operis.*

4 Quoad ſecundum caput; conſtat euidenter ex ſtatutis dictæ Eccleſiæ, conſtituendos eſſe in illa duos Vicarios amouibiles, & Domini Præpoſiti Seruitores; & ideo non eſt rationi conſonum vt ex Seruitoribus fiant Domini; ſed ſatis eſt, vt ex temporalibus fiant perpetui, nec perpetuitas poſtea ordinata poteſt alterare ſubiectionem dictorum Vicariorum, & ius competens Præpoſito ad illorum nominationem: vt mox dicetur, iuxta *deciſ.* Caualer. 595. de qua *infrà*, Rota *deciſ.* 102. *num.* 10. *verſic. apparet enim: part.*
5 1. *recentior.* † nec per deputationem Vicarij perpetui Eccleſia deſinit eſſe de menſa: Rota *deciſ.* 37. *num.* 8. *part.* 4. *recentior.*

6 Quod attinet ad Tertium caput, nempe ad erectionem Vicariæ temporalis, in perpetuam, factam per Epiſcopum in vim Concil. Trident *ſeſſ.* 2. *cap.* 7. *de reformat.* clarum eſt, quod illius vigore ius nominandi Vicarium pertinet ad Præpoſitum: tum ex eo quod ius illud expreſsè fuit reſeruatum in dictis literis erectionis, in quibus expreſsè cauetur, quod Vicarij temporales debeant in futurum eſſe perpetui, ad nominationem tamen & præſentationem dicti Præpoſiti, & eius ſucceſſorum, & cuiuſlibet ipſorum; tum etiam quia per talem erectionem quæ fiebat arbitrio Epiſcopi, ex dicta facultate illi conceſſa per Concilium, non alterabatur ſubiectio Vicariæ, nec exercitium curæ, nec modus prouidendi ad nominationem Præpoſiti: Caualer. *deciſ.* 595. *num.* 2. *verſic. Hæc Vicaria*, & *num.* 3. Rota *dicta deciſ.* 37. *nu.* 10. *part.* 4. *recent.*

7 Supradicta omnia confirmantur per dictam Bullam Sanc. Mem. Pij V. in qua ius nominandi Vicarios in Parochialibus vnitis expreſsè reſeruatur illis, quorum beneficiis ſeu Dignitatibus Parochiales vnitæ repeSriuntur.

His ita ſuppoſitis, non erit difficilis reſponſio ad dubia in contrarium deducta.

Ad primum enim, petitum ex eo quod in literis Legationis confertur cura perpetua Parochialis & Collegiatæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Angelis, quæ de iure patronatus, ſeu de iure præſentandi Clericorum videlicet dicti Præpoſiti exiſtit, & ſic videtur ſufficienter derogatum iuri nominandi competenti dicto Domino Præpoſito.

Reſpondetur, Illuſtriſſimum Dominum Vicelegatum, quatenus potuiſſet, tamen noluiſſe derogare iuri nominandi Præpoſito competenti.

Non potuiſſe quidem dici poſſet, quia 8
Legatus de latere nihil poteſt reſcribere contra diſpoſitionem iuris communis: Rota *deciſ.* 490. *num.* 7. *part.* 1. *recent.* & *deciſ.* 500. *num.* 4. *in fine part.* 3. *recent.* Neque poteſt aliquid concedere contra diſpoſitionem effectam Papalem, Rota *deciſ.* 67. *num.* 16. *part.* 4. *recent. tom.* 2. & *deciſ.* 344. *num.* 12. *part.* 5. *recent.* Non potuit igitur Vicelegatus derogare iuri competenti Præpoſito tam ex diſpoſitione iuris, vt ſuperiùs *in principio* probatum fuit, & vltra citatos tradit Merlin. *deciſ.* 106. *num.* 4. quam ex ſtatuto & ex decreto erectionis Vicariæ temporalis in perpetuam, necnon etiam ex *conſtitutione* Pij V. de qua ſuperiùs actum eſt. Vnde prouiſo per Vicelegatum ſine præſentatione Præpoſiti obſtabit Regula *de iure quæſito non tollendo*,

Sed omiſſa quæſtione poteſtatis, dicendum eſt, Vicelegatum noluiſſe derogare iuri nominandi Præpoſito competenti. Probatur primò, quia ſiue ex iure communi, ſiue ex Bulla Pij V. ius nominandi competat Præpoſito, non cenſetur Vicelegatus illi derogare voluiſſe, niſi expreſſa & ſpecialis interuenerit derogatio: Quia cùm Pontificia illa conſtitutio facta fuerit per viam legis generalis, eſt ſpeciali nota digna, & illi non derogatur per quaſcunque clauſulas generales: Rota apud Garſ. *de benefic. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 309. *in fine*, *verſic. & cum dicebatur*: & *num.* 310. *in princip. verſic. & ad illud quod regula.*

Non ſufficit ergo narratum fuiſſe Vicelegato, Ius patronatus ſeu nominandi Præpoſito competere, ſed debebat exprimi illud competere ex diſpoſitione Iuris communis, ſtatuto Eccleſiæ, decreto Epiſcopi, & ex Bulla Pontificia; quæ omnia erant ſpeciali nota digna: vt dicitur in *dictis deciſionibus* apud Garſ. *dicto loco, num.* 309. & 310.

Nec clauſula *nonobſtantibus ſtatutis &c.* 10
appoſita in Bulla Legationis poteſt comprehendere



hendere derogationem Statuti particularis eiuſdem Eccleſiæ, dantis Præpoſito ius nominandi, cui non fuit præiudicatum per decretum Epiſcopi, vt dictum eſt: quia derogatio illa non poteſt referri ad ſtatutum particulare dans formam conferendi certum beneficium: Barboſ. *de clauſul. cap.* 84. *n.* 8. Noluit ergò Vicelegatus derogare iuri nominãdi & ſine magis ſpecifica derogatione in præiudicium iuris Præpoſiti collationem facere.

11 Ad Secundum, petitum ex eo, quod derogatio faciliùs facta cenſetur facultati competenti de iure communi, quàm illi quæ competit ex priuilegio.

Reſponſio eſt in promptu: nempè difficiliùs derogari iuri competenti ex conſtitutione facta per formam legis, vt in terminis conſtitutionis de qua agitur, determinat Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 3. *num.* 72. & *gloſſ.* 36. *num.* 34. vbi propterea concludit *num.* 35 Vicarias Parochialium tanquam priuilegiatas priuilegio clauſo in Corpore iuris, non comprehendi ſub clauſulis derogatoriis Regulæ octauæ: Moneta *de commut. vltim. volunt. cap.* 7. *num.* 184. cum pluribus allegatis per Barboſ. *de clauſul. cap.* 85. *n.* 1. & *ſequent.*

12 Ad Tertium, quod fundatur in derogatione cuiuſlibet Indulti Epiſcopo vel Præpoſito competenti: Reſpondetur ius Domini Præpoſiti non fundari in Indulto, ſed in Iure communi, Statuto, decreto Epiſcopi, & Bulla Pij V. quæ non poſſunt comprehẽdi ſub nomine Indulti, quod ſupponit relaxationem iuris communis, & æquiparatur priuilegio, & ſpecialem vltra ius commune continet conceſſionem: Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 35. *num.* 6. Quod etiam probatur ex verbo, *Indulgentia*, in eadem Vicelegati prouiſione adiecto: de qua Gonzal. *ibid. dicto num.* 6. Maſtrill. *de Indult. general. cap.* 1. *num.* 7. Ripa *in cap. ſicut Romana*, *num.* 33. *de reſcript.*

13 Ad Quartum, quod ius præſentandi largo modo cenſetur comprehenſum in derogatione loquente de iure patronatus: Reſpondetur hoc non procedere in caſu de quo agitur, propter naturam derogationis, in qua ſtricta fieri debet interpretatio: Rota *deciſ.* 23. *num.* 19. & 20. *part.* 5. *recent.* & *deciſ.* 347. *num.* 6. *part.* 4. *recent. tom.* 2.

Ad Quintum, quod Legatus maximè ex facultatibus Legationis poteſt conferre beneficia vnita.

Reſpondetur quod non ſufficit Legato da- 14
tam fuiſſe facultatem conferendi beneficia vnita, ſed probari debet quod facultas loqueretur de Parochialibus pleno iure ſubiectis Dignitati; quia diſpoſitio faciens mentionem de caſu ſimplici, non habet locum in caſu mixto: & ſic facultas mentionem faciens de vnitis, non habet locum in Parochialibus vnitis, pleno iure ſubiectis: cùm enim agatur de materia correctoria iuris communis, non poteſt fieri extenſio de caſu ad caſum: Socin. ſen. *conſil.* 121. *num.* 3. & *conſil.* 150. *num.* 21. *vol.* 1.

Ad Sextum, quo opponitur Bullam Pij V. 15
loquentem de ordinariis Collatoribus, non comprehendere Legatos.

Reſpondetur quod verba Bullæ Pontificiæ non referuntur ſimpliciter ad Collatores ordinarios, ſed loquuntur in genere de omnibus, quibus ius conferendi competit; vt patet ex illis verbis: *ad nominationem illorum, in quorum Eccleſiis vnitis ponentur, cum ipſorum Ordinariorum approbatione deputentur*: quod verbum *deputentur*, non refertur ad collationem Ordinariorum, ſed illorum approbationem.

Præterea verum eſt, Legatos vere eſſe Collatores ordinarios, *cap.* 1. & 2. *de offic. Legat. in* 6. Franc. Marc. *deciſ.* 86. *num.* 1. *lib.* 2. Pariſ. *de reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 9. *num.* 24. Garſ. *de benefic. part.* 5. *cap.* 3. *num.* 5. & 6. & *num.* 9. *in fine*, vbi reprehendit Gonzal. dicentem Legatos eſſe impropriè Ordinarios, Rota *deciſ.* 520. *num.* 7. *part.* 4. *recent.* poſt Gambar. *de offic. Legat. lib.* 8. *n.* 6. maximè ad effectum derogandi iuri quæſito Præpoſito ex diſpoſitione iuris communis, ſtatuto Eccleſiæ, & aliis titulis de quibus *ſuprà*, quo caſu illa interpretatio ſumi debet, quæ iuri communi fauorabilior eſt: vt *ſuprà* dictum eſt.

## CAPVT X.

### *ARGVMENTVM.*

VTRVM de Penſionibus debeatur Annata per Penſionarium ſoluenda. Quid ſit Annata? Quid commune ſeruitium? Quid minutum? De quibus, & quando debeatur Annata, vel Compoſitio? Quid de penſionibus Regularium? Et Vtrùm penſio deducatur de valore beneficij, ad excuſandum à mala valoris fructuum expreſſione? Vtrùm Annata debeatur

beatur ex diſtributionibus, & ex iis quæ aſſiſtentibus certis diuinis Officiis perſoluuntur, & in fine anni diſtribuuntur, quæ propriè non ſunt Diſtributiones? Annatam deberi ſuper quibuſcunque beneficiis etiam patronatis. Quid ſint Quindennia loco Annatæ ſoluenda? A quibus, & quando debeantur.

### SVMMARIVM.

1 *Quid ſit Annata, & quomodo debeatur.*

2 *Qui ſint illi Officiales Romanæ Curiæ, qui participant de Annata, & quomodo.*

3 *Quæ ſit differentia inter Annatam, commune ſeruitium, & minutum ſeruitium.*

4 *Annata, de quibus fructibus ſoluatur, & vtrùm de diſtributionibus quotidianis.*

5 *In beneficiis Germaniæ non ſoluitur Annata, & exprimuntur fructus quaſi non excedentes 24. ducatos.*

6 *Regula*, de vero valore exprimendo, *non habet locum in beneficiis Galliæ.*

7 *In Gallia dum agitur de beneficiis maioribus, loco Annatæ ſoluuntur compoſitiones.*

8 *Annata licet non debeatur ex diſtributionibus quotidianis, tamen debetur ex præbenda, & maſſa groſſa.*

9 *Fructus qui diſtribuuntur in fine anni, non ſunt propriè Diſtributiones.*

10 *Qui ſunt illi fructus qui propriè ſub nomine Diſtributionum quotidianarũ continentur.*

11 *Fructus beneficij qui dicantur conſiſtere in maſſa groſſa.*

12 *Papa ex gratia penſiones imponere poteſt ſuper diſtributionibus quotidianis.*

13 *Annata debetur etiam in prouiſionibus Legationis.*

14 *Conſuetudo exprimendi valorem fructuum in non exceſſu viginti quatuor Ducatorum, procedit quoad Annatam, non autem quoad alios effectus.*

15 *In nominationibus Vniuerſitatum, & Vnionibus, non ſufficit exprimere valorem viginti quatuor Ducatorum, ſed verus valor fructuum beneficij exprimendus eſt.*

16 *In beneficiis taxatis ſolutio Annatæ debet fieri iuxta taxam, etiamſi reditus multò maiores fuerint.*

17 *Annata debetur de fructibus beneficij, quod eſt de Iurepatronatus laicali, ſi non ſit Conſiſtoriale, etiamſi eſſet de Iurepatronatus Imperatorum, vel Regum: Non tamen debetur ex prouiſionibus factis coram Collatoribus Ordinariis.*

18 *Vicarij perpetui non ſoluunt Annatam ex ſua congrua portione.*

19 *Pro beneficiis vnitis, loco Annatæ, ſoluitur Quindennium.*

20 *Quindennia quid ſint, & quomodo ſoluenda.*

21 *Quindennia non debentur, quando vnio beneficij non fuit facta Manui-mortuæ, ſed Dignitàti, vel beneficio vacabili, quia de toto ſoluitur Annata.*

22 *Annata ſoluitur tam in caſu reſignationis, quàm vacationis per obitum.*

23 *Ex penſionibus Eccleſiaſticis Annata ſoluitur ſi excedant ſummam viginti quatuor Ducatorum.*

24 *Penſionarius contribuit pro rata ad præſtationem Annatæ.*

25 *Annata non debetur de penſione Eccleſiaſtica quando non eſt perpetua.*

26 *Penſio quæ aſſignatur Regularibus non ſubiacet Annatæ, nec regulæ* de exprimendo vero valore, *cùm non ſit perpetua, ſed temporalis.*

27 *Penſio non deducitur de fructibus beneficij ad excuſandum à mala expreſſione valoris beneficij: deducitur tamen ſi ſit onus perpetuum.*

PROSEQVENDO materiam propoſitam, dubitatur; vtrùm Penſionarius teneatur contribuere ad ſolutionem Annatæ? Quæſtio iſta duo habet capita: *Primum*, vtrùm ex penſionibus Eccleſiaſticis Annata debeatur. *Secundum*, vtrùm Titularis teneatur ad ſolutionem Annatæ, an verò Penſionarius.

Supponendum eſt in primis, Annatam nihil aliud eſſe quàm ius exigendi pro medietate fructus vnius anni à nouo beneficij poſſeſſore, quæ ſoluitur in prouiſione, & in ipſa Bullarum expeditione Officialibus Cancellariæ. 1

Qui autem ſint illi Officiales, qui participant de Annata, explicat Veſtr. *in praxi, lib. 1. cap. 4. num. 4.* ſolui ſiquidem ſolet omnibus participantibus in Cancellaria reſidentibus, pro rata eos tangente, veluti Sollicitatoribus Apoſtolicis, Scriptoribus, Archiuiſtis, Cubiculariis, Scutiferis, & aliis participantibus, ſecundum taxam portionis quemlibet ipſorum concernentis: Quæ Annata, cui, & quomodo ſit ſoluenda? exponit Veſtr. *dicto lib. 1. cap. 6. num. 3.* 2

Vt autem intelligantur termini, ſciendum eſt conſtituendam eſſe differentiam inter Annatam, commune Seruitium, & minutum Seruitium: commune ſeruitium, & minutum ſeruitium, ſolum locum habent in beneficiis Conſiſtorialibus; ſed in non Conſiſtorialibus, Officialibus Cancellariæ ſoluitur ſola duntaxat Annata. Commune ſeruitium dicitur, quando Annata diuiditur in tres, nempe inter Collegium Cardinalium, Camerales Annatiſtas, & Officiales Cancellariæ: quemlibet pro tertia parte; ideo *Commune* nuncupatur. Minutum verò, quod illis quidem, ſed non æquis partibus ſoluitur: & copioſiùs explicatur *in tract. de Offic. Datar. lib. 1. cap. 18. §. 3. num. 17.* 3



4 Annata ſoluitur de fructibus certis, non autem de diſtributionibus quotidianis, nec pro Canonicatibus qui ſolum in diſtributionibus quotidianis conſiſtunt: Gonzal. *ad regul. 8. Cancellar. in proœm. §. 7. num. 166. 167. & 168.*

5 Nec etiam ſoluitur Annata in beneficiis Germaniæ, in quibus propterea expreſſio veri valoris ad euitandam ſolutionem iſtius Annatæ, fieri ſolùm conſueuit, quaſi viginti quatuor ducatorum valorem annuum non excederent: quamuis eſſent multo maioris valoris: vt teſtatur Merlin. *deciſ. 139. num. 6.* nec in aliis beneficiis, de quibus Gonzal. *dicto §. 7. proœm. num. 167. & 168.*

6 Minúſque ſoluitur Annata in beneficiis Galliæ, vt notorium eſt, & omnes DD. Galli profitentur: Adeo vt Regula *de valore beneficiorum exprimendo*, quæ eſt hodie 55. *inter regulas Cancellariæ Sanctiſſimi D.N. Alexandri Papæ VII. feliciter regnantis*, non ſit in vſu, quoad beneficia Galliæ, ſed ſufficiat exprimere quod fructus beneficij 24. ducatos annuos non excedunt: Rebuff. *in tract. nominat. quæſt. 9. num. 34.*

7 Soluunt tamen Galli quaſdam compoſitiones loco Annatarum in quibuſdam maioribus beneficiis impetratis, quod æquitati & rationi conuenire probat Petr. Gregor. *in partit. Iur. Canon. lib. 1. cap. 25. litt. N.*

8 Notandum verò eſt, quod licet ex diſtributionibus quotidianis Annata minimè debeatur, tamen illa debetur non ſolùm ex illis reditibus qui colliguntur ex præbenda, ſed ex illis etiam qui percipiuntur ex maſſa groſſa, ſtatíſque menſibus inter Canonicos præſentes & abſentes ex cauſa priuilegiata diſtribuuntur, iuxta notata per Gloſſ. *in cap. licet*, & *ibi* Abb. *num.* 8. *de Præbend.* Monet. & alij quos ſequitur Merlin. *deciſ. 139. num. 2.*

9 Hoc etiam bene explicat Pariſ. *conſil. 32. num. 9. & ſequent. lib. 4.* vbi poſt Calderin. *conſil. 21. In Eccleſia: ſub titulo, de Præbend.* dicit quod ſi præbendæ ſint diſtinctæ, & vltra eas ſunt fructus Groſſæ communis, qui conſueuerunt ſingulis annis diſtribui inter Canonicos, non ſunt veræ Diſtributiones, & ideo noui Canonici de illis participant. †
10 Illæ enim propriè dicuntur Diſtributiones, & non debent dari abſentibus, quæ quotidie diſtribuuntur actualiter pro ſeruitio Horarum diurnarum & nocturnarum: vt *ibi* probat Pariſius.

In ſumma, illæ dicuntur verè & propriè Diſtributiones quotidianæ, quæ per ſingulas Horas diuiduntur & diſtribuuntur quotidie, etiamſi ſolutio non fiat dietim, ſed poſt longum tempus. † Illas verò non eſſe Diſtribu- 11
tiones quotidianas, ſed potius Groſſam nuncupari, in quarum diſtributione non habetur reſpectus ad ſingulas Horas, etiamſi reſidendo & intereſſendo vna Hora lucrifiant; prout fit in quibuſdam Eccleſiis, in quibus illi qui interſunt Horis Matutinis, vel Veſpertinis, aut Miſſæ maiori, totum lucrantur; probat Garſ. *de benefic. part. 2. cap. 3. num. 440. & ſequent.*

Super Diſtributionibus autem quotidianis, Papa ex gratia penſiones reſeruare poteſt: vt per Rot. apud Marcheſ. *in 1. tomo, fol. 552. deciſione* 48. vbi dicitur quod hoc caſu penſio debetur Penſionario, quamuis Titularis non inſeruiat beneficio. 12

Iſta autem neceſſitas exprimendi verum valorem, & ſoluendi Annatam quoad beneficia, quorum fructus excedunt valorem 24. ducatorum, locum etiam habet & obſeruanda eſt in Legatione, vt nos experti ſumus, & obſeruatum vidimus: & teſtatur Pariſ. *de reſignat. lib. 11. quæſt. 2. num. 56. & 57.* 13

Rurſus aduertendum eſt, hanc conſuetudinem exprimendi verum valorem in 24. Ducatis, procedere quidem ad effectum ſolutionis Annatæ, non autem quoad alios effectus: vt decidit Rot. apud Merlin. *dicta deciſ. 139.* & Rebuff. *in tract. nominat. quæſt. 9.* 14
† Ideo & in nominationibus Vniuerſitatum verus valor exprimendus eſt; quia hoc non fit ad effectum Annatæ ſoluendæ; ſicuti & in Vnionibus exprimendus eſt valor vtriuſque beneficij, tam vniti, quàm vniendi, etiam in Gallia: Rebuff. *ibid. num. 35. verſic. dicunt etiam.* Merlin. *dicta deciſ. 139. num.* 8. 15

In beneficiis verò taxatis, ſoluitur iuxta taxam: quamuis reditus ſint multo maiores: Caſſad. *deciſ. 19. num. 6. ſuper Regulis.* 16

Adde etiam ex beneficiis Eccleſiaſticis & pẽſionibus Annatam deberi, quamuis eſſent beneficia dependentia ex Iurepatronatus Imperatorum, Regum, & aliorum quorumcunque Patronorum laicorum; quod procedit in beneficiis non Conſiſtorialibus, nam de Conſiſtorialibus non debet ſolui Annata, ſed tantùm de non Conſiſtorialibus: ſed pro beneficiis Conſiſtorialibus ſoluitur Commune, & Minutum ſeruitium, quod non ſoluitur de non Conſiſtorialibus: iuxta ea quæ tradit Cherubin. *in ſumma Bullar. ad Bullam 17. Pauli. 4. fol. 259.* In iſtis autem Annata ſolui

ſolui debet, nonobſtante quocunque iure patronatus, ex conſtitutione Iulij III. quæ eſt *in ordine* 20. inter *eius conſtitutiones in Bullario inſertas, ſub anno* 1552. Quæ fuſiùs explicat Modernus *dicto cap.* 18. §. 3. *num.* 18. *iuncto num.* 28. vbi etiam dicit Annatam deberi ratione prouiſionum, quæ fiunt in Curia, non autem ſi coram Ordinariis.

Quod locum habet, vt ſcilicet Annata ſolui debeat in beneficiis patronatis, quando agitur de beneficiis non Conſiſtorialibus, & de eiſdem etiam debetur Commune ſeruitium pro Conſiſtorialibus, vt fuit ordinatum per conſtitutionem Iulij III. quæ incipit, *Cupientes:* ſub *anno Domini* 1552. Ratio eſt, quia Annata ſoluitur contemplatione prouiſionis, quæ petitur in Curia, non item ſi prouiſio fiat ab Ordinario collatore.

18 Vicarius autem perpetuus de ſua Congrua non ſoluit Annatam, vt notauit Gonzal. *ad regul.* 8. *Gloſſ.* 5. §. 3. *num.* 77. *& ſequent.* nec ſoluitur de beneficiis vnitis, Rota *recent. deciſ.* 659. *num.* 11. *part.* 2. Seraphin. *deciſ.* 1410. *num.* 18.

19 Sed quoad beneficia vnita, loco Annatæ ſoluuntur Quindennia, cùm Annata ſit cum vnione incompatibilis; non enim poteſt deberi Annata niſi in caſu vacationis, vacatio autem non ſe compatitur cum vnione, cum hæc ſupponat perpetuam & indiſſolubilem beneficiorum vnius cum alio coniunctionem: ita arguit Rota *dicta deciſ.* 659. *num.* 11. *part.* 2. *recent.* Seraphin. *deciſ.* 1410. *num.* 18.

20 *&* 21. † Quindennia autem dicuntur ſolutiones, quæ fiunt Romano Pontifici decimoquinto quoque anno, de fructibus beneficiorum vnitorum alicui Collegio, Monaſterio, vel Hoſpitali, quæ ſunt Manus-mortuæ, ad inſtar Nouennij, quod ſoluitur per emphyteutas Manus-mortuas pro indemnitate Domini directi, qui mediante acquiſitione facta per Manus-mortuas, nulla vnquam perciperet laudemia; de quo Nos egimus in *noſtris Reſolution. part.* 1. *cap.* 46. *num.* 5.
21 *& ſequent.* † Verùm ſi vnio facta non fuerit Collegio, vel alteri Manui-mortuæ, ſed Dignitati, vel alteri beneficio vacabili, ſicut ſoluitur Annata de beneficio principali, ita & ſolui debet de vnito: quia vnum non poteſt vacare ſine alio, & per conſequens cùm detur vacatio, locus erit ſolutioni Annatæ tam pro principali quàm pro vnito, vel pro vtroque, ſi vnio fuerit æquè principaliter facta de vtroque beneficio: ita dicit Filiuc. *tom.* 3. *tract.* 41. *cap.* 6. *num.* 56. *& ſequent.*

Soluitur autem Annata tam in caſu reſi-
22 gnationis, quàm vacationis per obitum: Verall. *deciſ.* 325. *num.* 4. *lib.* 3.

Quid dicendum in permutatione? ſoluendam eſſe tenet Tractatus de ſtylo Datariæ *lib.* 1. *cap.* 18. §. 3. *num.* 34. Sed contrarium, nempe non deberi ex permutatione, cenſuit Cokier *in tract. de permut. part.* 2. *c.* 28.

Suppoſitis autem iis quæ dicta ſunt, no- 23
tandum eſt quoad primam quæſtionem, etiam ex penſionibus Eccleſiaſticis Annatam deberi, quando 24. Ducatorum auri de Camera valorem annuum excedunt, & non aliàs.: vt ſtatuit Clemens VII. Summus Pontifex in *ſua conſtitutione* 33. *incipiente*, *Cum*
*ſicut Nobis innotuit: anno* 1532. *edita.* † Et reſ- 24
pondendo ad ſecundam quæſtionem, Dico quod ad ſolutionem Annatæ contribuit Penſionarius pro rata, quod in praxi copioſiùs exponit Modernus *in dicto* §. 3. *num.* 44. *& ſequent.* & comprobantur præmiſſa ex traditis per Gig. *de penſion. quæſt.* 26. *per totam.*

Notandum quoque eſt id quod ſuprà di- 25
ximus, Annatam etiam ex penſionibus Eccleſiaſticis deberi, locum habere quando agitur de penſione perpetua: aliud autem eſſe, ſi agatur de penſione temporaria, in qua nec Regulæ *de vero valore exprimendo*,
nec Annatæ ſolutioni locus eſt. † Talis au- 26
tem eſt penſio, quæ per Superiorem Ordinis Regularis aſſignatur, & poteſt aſſignari Religioſo pro ſuis indumentis, & aliis neceſſariis, quibus alioqui Religio eſſet grauanda: hæc enim aſſignari non poteſt perpetua, ſicut & beneficia regularia quæ ſunt amouibilia & manualia: Abb. *in cap. niſi eſſent, num.* 12. *de Præbend.* Rota *deciſ.* 386. *num.* 2. *part.* 5. *recent. & deciſ.* 302. *part.* 2. *recent.* Ideo in ſimilibus penſionibus nec Regula *de vero valore exprimendo*, nec ſolutio Annatæ conſiderabilis eſt: vt per Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 35. *num.* 41.

Item notandum eſt, quod penſio non de- 27
ducitur de fructibus beneficij ad excuſandum impetrantem à mala expreſſione valoris beneficij, ita vt ſi beneficium valeret ſcuta 220. non eſſet excuſandus ille, qui expreſſit 120. licèt probaret quod ſuper fructibus illius beneficij eſſet impoſita penſio 100. ſcutorum. Regula enim illa, quod fructus intelliguntur deductis oneribus, locum habet, quando agitur de oneribus perpetuis, quæ non perſonæ, ſed ipſi beneficio perpetuo inhærent ad cuiuſcunque manus tranſeat: de quibus loquitur Belenzinus *in tract. de charitat. ſubſid. quæſt.* 37. non autem temporalibus: penſio autem eſt onus temporale, & non perpetuum: ita deciſum fuit apud Put. *deciſ.* 201. *lib.* 3. Nonobſtantibus iis quæ in contrarium dixit Gig. *de penſionib. quæſt.* 89. Rota *deciſ.* 185. *part.* 3. *diuerſ. lib.* 3.





## CAPVT XI.

### *ARGVMENTVM.*

ONvs ſoluendę penſionis quibus caſibus tranſeat ad ſucceſſorem in beneficio. Quid ſi Penſionarius debitã non adhibuerit diligentiã in exactione penſionis contra antiquum beneficij poſſeſſorem. Et quando Penſionarius excuſetur ob non adhibitam in tempore diligentiam, vel omnino non adhibitam, maximè cùm nimis durus aut inhoneſtus in exactione eſſe non debeat.

### SVMMARIVM.

1 *Penſionis ſoluendæ onus tranſit ad ſucceſſorem, ſiue per reſignationem, ſiue per obitum ſuccedat, quando penſio fuit reſeruata ſeu impoſita authoritate Sedis Apoſtolicæ.*

2 *Succeſſor in beneficio non ſolùm tenetur ad penſiones poſt eius prouiſionem decurrendas, ſed etiam ad decurſas.*

3 *Succeſſor non tenetur ad penſiones præteritas, ſi is cui penſio debetur fuerit negligens in exigendo.*

4 *Sufficit tamen quod penſionarius ex pòſt facto debitam adhibeat diligentiam.*

5 *Penſionarius nõ cogitur ſic diligentiã adhibere, vt nimis acerbus aut inhoneſtus videatur.*

6 *Succeſſor in beneficio liberatur à ſolutione præteritarum penſionum, ſi propter negligentiam Penſionarij primus beneficij poſſeſſor effectus fuerit non ſoluendo. Item ſucceſſor non tenetur niſi fructus perceperit. Ibid.*

7 *Penſionarius non tenetur adhibere diligentiam in exigendo, quando eius diligentia non eſſet profutura.*

8 *Quando penſionarius eſt in poſſeſſione exigendi, dantur illi remedia poſſeſſoria contra ſuccedentem in beneficio.*

9 *Penſio authoritate Epiſcopi reſeruata, non tranſit ad ſucceſſorem in beneficio, vt illam ſoluere teneatur.*

10 *Secundùm multorũ ſententiam penſio authoritate Epiſcopi ex cauſa permutationis reſeruata, non obligat ſucceſſorẽ in beneficio.*

11 *Quãdo Epiſcopus poſſet ex cauſa permutationis imponere penſionem tranſiturã ad ſucceſſores iuxta multorũ ſententiam, tamen illa potius eſſet præſtatio annua, quàm penſio.*

12 *De penſione ex cauſa permutationis impoſita. Remiſſiuè.*

MAGNA eſt differentia inter penſiones authoritate Apoſtolica impoſitas, & eas quæ Ordinariæ nituntur conceſſioni; vt eæ, quæ Pontificis ſeu Sedis Apoſtolicæ fulciuntur authoritate, durent quandiu viuit Penſionarius, etiam ſi beneficium penſione grauatum vacauerit per obitum, aut reſignationem Titularis, ſeu aliàs ad alterius manus deuenerit, cùm tales penſiones ſint onus reale, & beneficio cohæreant: *cap. ſi quis laicus*, 16. *quæſt.* 1. Gig. *de*
*penſionib. quæſt.* 40. *n.* 1. † & propterea ſucceſ- 2
ſor obligatur ad illarum ſolutionem tam pro terminis iam decurſis, quàm etiam in futurum: *l. quæro, ff. de Vſufruct.* Cardin. *in clement.* 1. *quæſt.* 11. Franc. *in cap. vltimo*, § *final. n.* 3. *de Offic. Ordin. in* 6. Gambar. *de poteſt. Legat.*
*lib.* 6. *à num.* 427. † Quod intellige quoad 3
præterita, quando nulla poteſt imputari negligentia Penſionario, cur non exegerit terminos decurſos: Rota *deciſ.* 352. *num.* 1. *&* 2.
*part.* 2. *recent.* † Vbi dicitur quod licet Pen- 4
ſionarius fuerit negligens ab initio, non petendo terminos penſionis decurſos, ſi poſtea debitam adhibuerit diligentiam, hoc ſufficit vt dicatur ſuæ obligationi, qua exigere
tenebatur, ſatisfeciſſe: † quia cùm non eſ- 5
ſet obligatus petere certo tempore, non poteſt ex hoc dici negligens ſi poſtea diligentiam adhibuerit: Verall. *deciſ.* 266. *part.* 1. *num.* 3. *&* 4. ex traditis per Felin. *in cap. ſi autem, num.* 3. *de reſcript.* & per Bartol. *conſil.* 102. *Chariſſime Domine. num.* 5. Neque enim tenetur quis vti diligentia ſine aliqua vrbanitate, ne nimis durus & inhoneſtus in exigendo videatur. Qua in re Iudex arbitrium ſuum adhibere debet; vt dicit Angel. *conſil.* 312. *num.* 4. *&* 5. Illa enim dicimur poſſe, quæ cõmodè & ſecundum honeſtatem fieri poſſunt: Socin. ſen. *conſil.* 100. *num.* 3. *vol.* 1. per text. in *l. nepos Proculo, ff. de verbor. ſigni-*
*ficat.* † Sed ſi propter magnam negligentiam 6
Penſionarij, Titularis factus fuiſſet non ſoluendo, ſine dubio ſucceſſor eximendus eſſet à petitione penſionũ decurſarum; talis enim adhibenda eſt diligentia, qualem in rebus propriis adhiberet: *l. quod Nerua* 32. *ff. depoſiti: l. ſi mulier*, §. *ſed enim, ff. ad Trebellian.* Cancer. *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 7. *num.* 169. Non tenetur autem ſucceſſor ſi fructus non percepit; aut ſi fructus perceperit, non tenetur niſi pro rata fructuum perceptorum; quod

intellige vt per Rotam *deciſ.* 130. *num.* 1. *&*
*ſequent. part.* 3. *recent.* liberatur quoque ſuc-
ceſſor à ſolutione penſionis, ſi beneficium
ſuper quo penſio fuit impoſita, euictũ fuerit:
Marcheſ. *de commiſſ. tom.* 1. *fol.* 614. *deciſ.* 15.
7 Præterea ſucceſſor in beneficio non eſſet
eximendus à ſolutione arreragiorum, ſeu
terminorum penſionis antea viuente eius
anteceſſore decurſorum, quamuis Penſio-
narius non feciſſet ſuas diligentias, ſi proba-
ret diligentias inutiles futuras, ſeu propter
impotentiam debitoris & impoſſibilitatem
executionis, aut alia iuſta de cauſa, ex notatis
per Bartol. *dicto conſil.* 102. *num* 8. Riminald.
iun. *conſil* 42. *n.* 69. Capell. Tholoſ. *deciſ.* 256.
*prope fin. verſ. ergo effectus:* Pariſ. *conſil.* 24. *n.* 22.
*vol.* 1. Burat. *deciſ.* 106. *num.* 19. repetita *in re-
centior. deciſ.* 676. *num.* 11. *part.* 2. Reliqua quæ
circa hanc Penſionarij diligentiam in pen-
ſionis exactione conſiderari poſſunt, viden-
da ſunt inferiùs *cap.* 20. *num.* 26. Et ſi anteceſ-
8 ſor † non ſoluerit penſionem, dantur Penſio-
nario remedia poſſeſſoria aduerſus ſucceſſo-
rem in beneficio, quando eſt in poſſeſſione
exigendi: Put. *deciſ.* 150. *lib.* 3. poſt Guid.
Pap. *deciſ.* 629.
9 Contrarium ſtatuendum eſt, quando agi-
tur de penſione impoſita authoritate Epiſ-
copi, quia illa non tranſit ad ſucceſſorem in
beneficio: Nauarr. *lib.* 5. *tit. de ſimon. conſil.*
22. *num.* 4. *& conſil.* 43. *num.* 9. Felin. *in cap. Ad
audientiam.* 31. *num.* 3. *verſic. tertia concluſio,
de reſcript.* Sanch. *conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 3.
*dubitat.* 42. *num.* 4. Quando enim agitur de
penſione durante tempore toto vitæ Pen-
ſionarij, ita vt obliget ſucceſſores in bene-
ficio, requiritur authoritas Sedis Apoſtoli-
cæ: Gig. *de penſion. quæſt.* 87. *num.* 5. Rota *de-
ciſ.* 437. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* Barboſ. *in prax.
exigend. penſion. in proœm. num.* 5. Et de his
penſionibus intelligendus eſt Gig. *quæſt.* 42.
dum probat onus penſionis tranſire ad ſuc-
ceſſorem in beneficio.
Quod ampliat Nauarr. *dicto conſil.* 22. *n.* 4. 10
vt locum habeat, etiam ſi penſio aſſignata
fuerit authoritate Epiſcopi, ex cauſa per-
mutationis, ad coæquandam inæqualitatem
beneficij cõpermutati: vt probatur per text.
*in cap. niſi eſſent, de præbend.* ſequitur contra
plures per eum citatos Garſ. *de benefic. part.* 1.
*cap.* 5. *n.* 334. & copioſiùs *infra, cap.* 16. agemus.
Et licet multi DD. videantur contrariam 11
ſententiam amplecti, videlicet Epiſcopum
ex cauſa poſſe conſtituere penſionem dura-
turam pendente vita Penſionarij, tamen
intelligendi ſunt vt loquantur de penſione
impropriè ſumpta, quæ potius eſt annua
quædam præſtatio, quàm penſio propriè
dicta; vt bene aduertit Lotter. *de re beneficiar.
lib.* 1. *quæſt.* 35. *num.* 20. *& multis ſequentib. &*
maximè *num.* 29.
Sed de hac quæſtione, Vtrùm Epiſcopus 12
poſſit ex cauſa permutationis ad coæquan-
dos fructus penſionem imponere, ſeu reſer-
uare? infra copioſiùs agemus capite par-
ticulari, nempe *cap.* 16. maximè *num.* 19.
*&* 20. ex quo loco integra huius materiæ re-
ſolutio petenda eſt.

# CAPVT XII.

## *ARGVMENTVM.*

QVANDO reſignatio eſt nulla, vtrùm reſeruatio penſionis ſimiliter nulla ſit? Et quæ ſit differentia inter reſignationem ſimpliciter nullam, & illam quæ nulla eſt ipſo iure; veluti dum in ea commiſſa fuit ſimonia? Si autem nullitas oriatur ex defectu publicationis, penſionem nihilominus reſeruatam ſubſiſtere, & ad illius ſolutionem impetrantem cogi poſſe.

### SVMMARIVM.

1 *Quamuis defectus publicationis reddat nullam prouiſionem ex cauſa reſignationis, non tamen priuandus eſt Penſionarius penſione ad ſui fauorem reſeruata.*

2 *Collatio beneficij continet gratiam à penſionis reſeruatione diuerſam.*

3 *Si reſignans penſionem ſibi reſeruauerit, & deinde Tertius quidam impetret aduersùs reſignatarium, ille impetrans tenetur ad ſolutionem penſionis.*

4 *Non facta publicatione reſignationis, tam reſignatarius quàm reſignans priuantur ipſo iure: penſio tamen debetur.*

5 *Reſignans non poteſt intentare iudicium ſpolij, quando reſignatio non fuit publicata.*

6 *Si reſignans non facta publicatione in beneficij poſſeſſione permanſerit, & in ea mortuus fuerit, beneficium olim vacabat per obitum, ſed hodie propter conſtitutiones Apoſtolicas vacat ob non publicationem.*





7 *Clauſula in impetratione appoſita*, Et aliàs quouis modo vacet: *non comprehendit vacationem ob defectum publicationis.*

8 *Ampliatur vt hoc procedat, etiamſi ageretur de gratia conceſſa Motu proprio.*

9 *In eadẽ gratia plures contineri poſſunt conceſſiones, quarum vna ſit valida, & non aliæ.*

10 *Gratia Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione, eſt valida quoad ſucceſſionem, quamuis Coadiutoria non ſortiatur effectum.*

11 *Si reſignatio ſit ſimoniaca, gratia penſionis eſt nulla.*

12 *Simoniacè reſignans, non abdicat à ſe ius ad effectum illud transferendi, ſed ad effectum vt contra illum impetretur, quia priuatur ipſo iure.*

13 *Reſignatarius per ſimoniam non poteſt conſentire penſioni, cùm illi nullum ius acquiratur in beneficio.*

14 *Clauſula* accedente conſenſu Patronorum, *requirit vt illorum conſenſus ſit expreſſus, & non tacitus per lapſum quadrimeſtris, & ſic per fictionem.*

15 *Sufficeret tamen conſenſus præſumptus per lapſum decem annorum ſine contradictione.*

16 *Clauſula*, dummodo Patronorum accedat conſenſus, *non refertur in dubio ad reſeruationem penſionis, ſed tantùm ad prouiſionem beneficij.*

17 *Culpa reſignatarij non publicantis, non nocet reſignanti quoad ſolutionem penſionis quam ſibi reſeruauit.*

DISPVTABATVR nuper ſupèr validitate penſionis per reſignantem reſeruatæ, ex eo quod reſignatio nulla declarari debebat; per conſequens videbatur dicendum, penſionem ſimiliter nullam eſſe, tanquam reſignationis acceſſoriam. Caſus talis erat: Franciſcus fuit accuſatus de crimine, propter quod locus fuit priuationi beneficij, prout in effectu fuit priuatus, reſeruata illi annua præſtatione certæ ſummæ loco alimentorum miſerationis gratia. Impetrans vt hanc ſolutionem euitaret, dixit ſe non impetraſſe ob priuationem, ſed propter defectum publicationis, quia Franciſcus ante priuationem reſignauerat illud beneficium coram Sanctiſſimo in fauorem fratris ſui, qui non publicauerat, & ob non publicationem locus fuerat impetrationi, & ſic impetratio non fuit facta contra Franciſcum reſignantem, ſed contra eius fratrem reſignatarium. Replicabat Franciſcus ſe reſignaſſe in fauorem fratris conditionaliter, reſeruata ſibi penſione ad vitam, authoritate Summi Pontificis; & ſic non fuiſſe priuatum penſione, quamuis priuatus fuiſſet beneficio: quia in odioſis & pœnalibus, penſio



non venit appellatione beneficij; & in omnem euentum, quod illa penſio debebat ſubintrare ſeu ſubrogari in locum penſionis alimentariæ eidem Franciſco per ſententiam adiudicatæ, ne in dedecus Ordinis Clericalis mendicare cogeretur.

Super quo dubio reſolutum fuit, quod ſi
impetrans nollet ſuam intentionem fundare
ſuper delicto, & ſententia priuationis lata,
cogendus erat ad penſionis ſolutionem ei-
dem Franciſco faciendam. † Ratio eſt, 1
quia reſignans non eſt in culpa, cùm onus
publicandi ad ipſum non ſpectaret, ſed ad
reſignatarium: culpa autem ſuos debet ſequi
authores: *l. reſcriptum ff. de his quibus vt in-
dign. l. ſancimus, C. de pœn.* ita reſoluit Pariſ. *de
reſign. lib.* 11. *quæſt.* 7. *n.* 57. & *ibi* Adden. Pyrr.
Corrad. *in praxi diſpenſat. Apoſtolicar. lib.* 8.
*cap.* 2. *num.* 29. † & collatio beneficij reſignati 2
cum reſeruatione penſionis continet duas
gratias diuerſas & ſeparatas: Rota *deciſ.* 213.
*num.* 18. *part.* 6. *recent.* † & ideo ſi reſignans 3
per reſignationem beneficij poſſeſſionem
ſub penſionis reſeruatione dimiſerit, &
poſtea beneficium reſignatum & dimiſſum
impetretur ab alio, nulla facta penſionis re-
ſeruatione, non reuocatur nec alteratur gra-
tia penſionis, ſed nouus iſte impetrans te-
netur ad illius ſolutionem tanquam ad gra-
tiam diſtinctã & ſeparatam ab impetratione.
Notandum tamen eſt: quod licet penſio 4
reſeruata ſit debita quando reſignatarius non
publicauit, reſignatio tamen nulla eſt & in-
ualida, adeo vt reſignans non poſſit incum-
bere poſſeſſioni: Quia virtute illius Regulæ
*de publicand. reſignat.* non ſolum reſignatarius
cadit à iure ſuo, ſed etiam ipſe reſignans:
quidquid in contrarium dici poſſet, iuxta
*cõſtitutionem* Pij V. ſiquidem ex Bulla Grego-
rij XIII. ius etiam ab ipſo reſignãte abdicatur
non facta publicatione; quod ideo conſtitu-
tum eſt vt magis obuietur fraudibus, † ne 5
ſcilicet reſignans beneficium per colluſio-
nem reſignatum repetere, aut pro illo actio-
nem ſpolij intentare valeat: vt aduertit Pariſ.
*de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 7. *num.* 35. Quod ma-
nifeſtè demonſtrant verba *conſtitutionis* ſe-
quentia, *in* §. *Quod ſi quiſquam*, ibi, *illáque,
ſiue iura, ab ipſa ſtatim prima reſignatione, ſeu
ceſſione, etiamſi illa aliàs nulla & inualida
eſſent, vacauiſſe & vacare cenſeantur eo ipſo.* Et
ibi, *ſed ipſa beneficia ſeu iura ſic à principio
vacantia, &c.* † Immò licèt DD. dicant quod 6
ſi reſignatarius non publicauerit intra tem-
pus, & ipſe reſignans nihilominus permanſe-
rit in poſſeſſione, beneficium vacat per obi-
tum, ſi illum in poſſeſſione mori contingat:
hodie tamen propter Bullam & Regulam *de
publicandis*, eo caſu non vacaret per obitum,

neque per reſignationem, ſed propter non publicationem: & ſic non habent locum tradita per Verall. *deciſ.* 80. *cap.* 3. & alios quos citat Pariſ. *dicto lib.* 11. *quæſt.* 7. *num.* 54.

7 Sed in caſu propoſito, impetratio non ſuffragabatur ex alio capite impetranti, qui beneficium obtinuerat tanquam vacans propter delictum & incapacitatem poſſeſſoris. Quamuis enim appoſuiſſet illam clauſulam, *Et aliàs quouis modo vacet*: illa clauſula non poterat ſe extendere ad vacationem ob defectum publicationis; quia de illo defectu nominatim, & non per clauſulas generales mentio fieri debebat: vt dicit Rota *in deciſ. inſerta* apud Garſ. *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 92. Quod manifeſtè probatur ex verbis *Gregorianæ conſtitutionis, in* §. *Illorumque*, vbi dicitur, *quod qui ex cauſa non factæ publicationis conceſſionem obtinet, oportet, vt expreſsè dicat ſe ob non ſeruatam conſtitutionis illius, de publicandis reſignationibus, formam impetrare, ac cum declaratione nominum & cognominum impetrantis ſeu cedentis, & gratiam habentis diſpoſitiuè, & non conditionaliter*: vt refert Pariſ. *dicto lib.* 11.
8 *cap.* 7. *num.* 42. † Quod verum eſt, quamuis ageretur de conceſſione facta Motu proprio, & cum quibuſcunque clauſulis generalibus vacationum. Quod cùm impetrans in caſu propoſito non obſeruaſſet, non poterat prætendere ius aliquod aduerſus reſignantem, vel reſignatarium, ſub prætextu non factæ publicationis, & per conſequens tenebatur ad ſolutionem dictæ penſionis: ad quæ conferunt tradita per Garſ. *de benefic. part.* 11. *cap.*
9 3. *num.* 333. † cùm non ſit inconueniens in eodem reſcripto & conceſſione, plures & diſtinctas gratias contineri, quarum vna ſit valida, alia verò nulla: Felin. *in cap. ſedem* 2. *de reſcript.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 138. *num.* 50. Anton. de Marin. *lib.* 2. *reſolut.* 171.
10 *num.* 13. † ſicut dicitur in ſimili de gratia Coadiutoriæ, ſi quis enim de ea fuerit prouiſus cum futura ſucceſſione, quamuis Coadiutus moriatur antequam Coadiutoria ſuum ſortiatur effectum, altera gratia futuræ ſucceſſionis ad fauorem Coadiutoris remanet valida, & ſuum ſortiri debet effectum; iuxta Put. *deciſ.* 98. *lib.* 2. *in correct.* Gonzal. *de Alternat. Gloſſ.* 5. §. 9. *num.* 56. vbi *numeris ſequentib.* dicit in terminis propoſitæ difficultatis, quod quando gratia eſt nulla quoad prouiſum de beneficio, non idem erit in penſione quæ debetur, ſi poſtea denuo impetretur per alterum, nulla reſeruata penſione ex illa gratia ſecundæ collationis: vt ibidem Gonzal. *n.* 60. Sed de hac materia vide *deciſ.* 82. *in* 2. *par. huius Operis.*

11 Si tamen reſignatio eſſet ſimoniaca, & ea ratione nulla; nullitas huiuſmodi ex capite ſimoniæ proueniẽs influeret etiam in gratiam penſionis, & illam omninò nullam redderet: vt deciſum teſtatur Theodoſ. Rub. *in notis ad deciſ. Lancellot.* 119. *fol.* 347. & *in deciſ.* 3. Caſſadori, *de ſequeſt. poſſeſſ. & fructuum*, *fol.* 287. reddens rationem, quia reſignatarius non poterat conſentire penſioni reſeruatæ ſuper beneficio reſignato per ſimoniam in eius fauorem, quia reſignatio ſimoniaca non abdicat ius à reſignante ad fauorem Penſionarij: Gomeſ. *ad regul. de trienn. quæſt.* 12. *n.* 9. etiamſi reſignatarius ignoraſſet ſimoniam: vt per Caſſador. *dicta deciſ.* 3. Capell. Tholoſan. & *ibi* Addit. *deciſ.* 438. Idem ſtatuendum eſt in quacunque reſignatione beneficij facta per eum, qui illo priuatus eſt ipſo iure; vt *infr.* explicabimus *cap.* 63. *num.* 10.

Quod autem diximus non abdicari ius à 12
ſimoniaco reſignante, ſic intelligendum eſt, v non abdicetur ius vt transferatur in reſignatarium, nec ad hoc vt ex reſignatione ius aliquod in ipſum tranſeat, ſed tamen iſte ſimoniacè reſignans priuetur ipſo iure beneficio ſimoniacè reſignato: vt dicit Gomeſ. *loco cit.* & reiecta contraria Rebuffi ſententia, probat Dec. *conſil.* 118. Addent. ad Loüet. *lit. B. num.* 13. *colum.* 8. *verſic. ce qui a meſme lieu*: Boër. *deciſ.* 117. *num.* 4.

Si igitur in tali reſignatione non transfer- 13
tur ius aliquod in reſignatarium, quomodo poſſet conſenſum præſtare penſioni ſuper beneficio, in quo nullum fuit in ipſum ius tranſlatum, & per conſequens alieno? vt dicit Rota *deciſ.* 191. *in fin. part.* 1. *diuerſ.* Certum eſt enim, eum qui nullum habet ius in beneficio, inutiliter conſenſum præſtare penſioni: vt dicitur *deciſ.* 337. & 356. *part.* 3. *Recent.* poſt Achill. de Graſſ. *deciſ.* 1. & 6. *de penſionib.* † In *quibus deciſionibus* dicitur, penſionem
eſſe nullam, ex eo quod ille qui conſenſerat 14
penſioni fuerat præſentatus à minori parte Patronorum, & ſic eius præſentatio erat nulla, nonobſtante quod alij Patroni non reclamando intra tempus ipſis à iure aſſignatum ad præſentandum tacitè videbantur conſenſiſſe. Quia cùm in prouiſionibus adiecta fuiſſet clauſula, *dummodo ad id Patronorum accedat conſenſus*: non ſufficiebat conſenſus fictus, ſed requirebatur expreſſus: quia cùm illa verba importent conditionem, debet de illius effectuatione plenè & cõcludenter apparere: Seraphin. *deciſ.* 1163. *n.* 1. & conſenſus debet eſſe expreſſus, nec ſufficit tacitus: Put. *deciſ.* 281. *n.* 2. *in correctis*, ex Iaſon. *in l.* 2. §. *voluntate*, *n.* 6. *ff. ſol. matrimon.* Gomeſ. *in Regul. de non tollend. iure quæſit. quæſt.* 26. & *in Regula de impetr. benefic. vacant. per obit. q.* 11. *num.* 2. Viuian. *de Iurepatron. lib.* 13. *cap.* 5. *num.* 104. & *lib.* 14. *cap.* 2. *n.* 28. † Licet dicat *n.* 29. ſufficere 15
conſenſum



conſenſum præſumptum ex lapſu decem annorum: Marta *de clauſul. cap.* 3. *num.* 1. & 2.
16 Vbi plus dicit *num.* 4. † quod ſi hæc clauſula fuerit appoſita in collatione beneficij, quod eſt de iurepatronatus, cum reſeruatione penſionis, & facultate transferendi, refertur dumtaxat ad collationem tituli, non autem ad penſionis reſeruationem, nec ad transferendi facultatem; quia nec in penſionis reſeruatione neceſſarius eſt Patroni conſenſus, nec in eiuſdem tranſlatione: Gig. *de penſionib. quæſt.* 23. *num.* 1. Caſſador. *deciſ.* 3. *de iurepatronat.* Sufficit ergo tali caſu, quod conſenſus Patronorum interueniat in collatione, quamuis non fuerit adhibitus in penſio-
nis conſtitutione, vel tranſlatione. † Ex his 17
tamen non fit præiudicium reſignanti quoad ſolutionem penſionis, quia ob negligentiam reſignatarij non publicantis, non amittit penſionem per eum reſeruatam, ex Pariſ. *lib.* 11. *quæſt.* 7. *num.* 57. & *ſequent.* & ſuperiùs probauimus.

# CAPVT XIII.

## *ARGVMENTVM.*

QVÆ ſit vis clauſulæ in penſionis impoſitione adiectæ, *Habita, vel non habita poſſeßione*: & vtrùm obliget reſignatarium ad ſolutionem penſionis reſeruatæ, quando ſine ſua culpa non potuit adipiſci poſſeſſionem, aut fructus percipere beneficij reſignati? & vtrùm liberetur cedendo actiones contra eos qui fructus perceperunt? Conductor qui ſe obligauit ſoluere mercedem nomine proprio, habita, vel non habita poſſeſſione, ſi non potuerit frui re conducta, non cogitur ad ſolutionem. Tandem varij explicantur caſus in quibus Penſionario debetur penſio ob non fruitionem beneficij per Titularem.

### SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, habita, vel non habita poſſeſſione, *fuit inuenta ad euitandas fraudes.*

2 *Quando ceſſat fraus, & debitor penſionis fuit legitimè impeditus capere poſſeſſionem, clauſula*, habita, vel non habita poſſeſſione, *nihil operatur: & num.* 19. & 23. *Intellige vt num.* 26. & *ſequent.*

3 *Quando Titularis non potuit obtinere poſſeſſionem intra biennium, vel triennium, excluditur præſumptio fraudis.*

4 *Solus tamen lapſus temporis non ſufficit, niſi conſtet Titularem debitas adhibuiſſe diligentias ad obtinendam poſſeſſionem & fruitionem.*

5 *Qui fructus non percipit, nec percipere poteſt, non tenetur ad ſolutionem penſionis; ſi id ſine eius culpa contingat.*

6 *Penſio ſuper fructibus certi beneficij, cenſetur taxatiuè impoſita.*

7 *Qui non potuit fructus percipere, liberatur cedẽdo actiones cõtra illũ qui fructus percepit.*

8 *Quoties quis tenetur ad aliquid ex eo quod actionem habet, liberatur cedendo actiones.*

9 *Limita niſi Titularis ſe obligauerit in forma Cameræ, aut fructus plurium annorum præteritorum perceperit.*

10 *Fuit tamen deciſum in Rota penſionem non deberi, quando Titularis nullos fructus percepit propter bellum. Sed hoc intellige vt infra in caſibus expoſitis poſt num.* 26.

11 *Conductor qui ſe obligauit ſoluere creditoribus locatoris etiam nomine proprio*, habita, vel non habita peſſeſſione; *non tenetur ſoluere creditoribus, ſi abſque ſua culpa vel negligentia non potuit frui re conducta.*

12 *Qui obligatur ad aliquid intuitu certæ rei, non obligatur ſi illa re frui non poſſit.*

13 *Ampliatur vt procedat, ſi quis ſe obligauerit cum clauſulis ampliſſimis quidem, ſed intuitu certæ rei.*

14 *Conductor qui ſe obligauit ſoluere intuitu certæ rei locatæ, cum clauſula*, habita, vel non habita poſſeſſione, *non tenetur ſoluere, ſi illa re frui non potuerit.*

15 *Pactum factum per conductorem de ſoluendo mercedem, etiam in caſum non fruitionis, eſt inualidum, tanquam factum contra naturam contractus.*

16 *Fructus non debentur per eum qui nihil percepit ex re.*

17 *Ampliatur vt multo magis procedat, ſi impedimentum ex parte creditoris prouenerit.*

18 *Idque ſiue factum creditoris iuſtum fuerit, ſiue iniuſtum.*

20 *Quando aliquis alienam aſſumpſit obligationem, non tenetur ſi id fecerit ex falſa cauſa.*

21 *Limitatur niſi id fecerit ex certa ſcientia.*

22 *Hæres cum beneficio inuentarij, qui proprio nomine promiſit non contrauenire cõtractui, non tenetur quãuis propria bona obligauerit.*

24 *Quæ adhiberi poſſint cautelæ vt penſio debeatur per Titularem, quamuis fructus non perceperit.*

25 *Ex ſola poſſeſſionis adeptione præſumitur perceptio fructuum, niſi aliunde probetur.*

26 *Varij conſiderantur caſus, in quibus Titularis fructus non percipiens obligatur ad penſionem, aut eximitur, & primò quando Titularis fuit impeditus ex eo quod quidam Tertius prætendebat illum excludere ex meliori iure, & tunc eximitur à ſolutione penſionis.*

27 *Ampliatur vt procedat nonobſtante iuramento & obligatione Camerali.*

28 *Euicto beneficio, onus penſionis transfertur ad euincentem contra ius vltimi Titularis, ſecus ſi euictio fuerit reuocata.*

29 *Secundus caſus, quando Titularis fuit impeditus frui propter caſum inopinatum, veluti belli, peſtis, aut ſimilium, & hoc caſu non excuſatur à ſolutione ſtante maximè obligatione Camerali.*

30 *Tertius caſus, quando quidam Tertius ex meliori iure euicit partem fructuum, & tunc reſoluitur vtrùm ſit locus cōſiderationi ratæ.*

REGVLA generalis eſt, eum, qui fructus beneficij non percipit, non teneri ad ſolutionem penſionis.

1 Sed quid dicendum de eo qui penſione oneratus eſt, nec beneficij poſſeſſionem adipiſci curat, ſanè vt huic fraudi occurratur, adinuenta eſt clauſula, qua Titularis tenetur penſionem ſoluere, *habita, vel non habita poſſeſſione*; ſed tamen illa clauſula nihil operatur, quando verè & ſine fraude prouiſus adipiſci non poteſt poſſeſſionem: quia clauſula illa, quod penſio ſolueretur habita, vel non habita poſſeſſione, fuit inuenta vt obuiaretur malitiæ eorum, qui differrent capere poſſeſſionem animo eludendi Penſionarium.

2 † Sed vbi ceſſat fraus, & conſtat non ſtetiſſe per Titularem, & reuera ac ſine dolo fuit impeditus, tunc illa clauſula non debet operari vltra mentem concedentis, & iuris diſpoſitionem & æquitatem: vt bene aduertit Seraphin. *deciſ.* 66. *num.* 3. Ricc. *in praxi for. Eccleſ. deciſ.* 429. *num.* 3.

3 Verum quia Rota cenſuit fraudis præſumptionem excludi ex parte Titularis, quando non fuit adeptus poſſeſſionem intra biennium, vel trienniū, vt notauit Marcheſ. *de Commiſ. appellat. in cauſis penſion. part.* 1. §. 1. *num.* 57. *fol.* 492. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 39. *num.* 52. 4 † dummodo poſſeſſor beneficij probet ſe diligentias poſſibiles adhibuiſſe pro adeptione poſſeſſionis, vt per eumdem *num.* 53. alioquin ſolus lapſus temporis non ſufficeret, vt *ibi* per eum.

5 Ideo videtur conſtituendam eſſe Regulam generalem, quod nonobſtante dicta clauſula, *habita, vel non habita poſſeſſione*, ſi Titularis ſine culpa ſua impediatur adipiſci poſſeſſionem beneficij, & doceat de legitimis diligentiis per eum factis pro conſequenda poſſeſſione, non teneatur ad ſolutionem penſionis, cùm non ſit rationi conſentaneum, vt is qui fructus nullos percipit, teneatur ad ſolutionem penſionis: eſt enim penſio pars fructuū, & ſic abſurdum eſt, vt qui fructus non percipit, penſionem ſoluat: illa ſiquidem clauſula, vt dictum eſt, adinuenta eſt ad obuiandum malitiis eorum, qui differunt poſſeſſionem conſequi, ea intentione, vt Penſionarius decipiatur; ſed vbi fraus ceſſat, & conſtat Titularem feciſſe quidquid potuit vt poſſeſſionem aſſequeretur, & illam aſſequi non potuit, & per conſequens nullos fructus percepit, tunc illa clauſula nihil operari poteſt contra intentionem cōcedentis: Rota *deciſ.* 23. *n.* 3. *part.* 2. *recent.* & *deciſ.* 699. *part.* 1. *diuerſ.* & Pacific. *deciſ.* 193. Rota apud Mantic. *deciſ.* 339. & *deciſ.* 128. *num.* 2. *part.* 1. *Diuerſ.* quæ eſt apud Seraphin. *dicta deciſ.* 66. 6 † penſio ſiquidem impoſitur, & impoſita cenſetur taxatiuè ſuper fructibus talis beneficij: ergo ſi fructus non percipiantur ex illo certo beneficio, penſio non debetur: Ferret. *conſil.* 73. *num.* 1. & 2. 7 † & hoc caſu ille cuius beneficium grauatum penſione reperitur, cedendo actiones contra illum qui fructus illius beneficij percepit, liberatur: Seraphin. *deciſ.* 1331. *num.* 2. & 3.

8 Ex Regula generali, quod quoties quis ex eo quia actionem habet, tenetur ad aliquid, tunc cedendo actiones liberatur: *l. quod debetur: ff. de pecul.* Gloſſ. *in l. non aduerſus, C. ſi cert. pet.* cum aliis allegatis per Put. *deciſ.* 10. *n.* 7. 9 † Quod tamen limitat Rot. apud Duran. *deciſ.* 369. vt locum non habeat duabus circumſtantiis concurrentibus: *Prima*, quod Titularis ſe obligauerit in forma Cameræ ad ſoluendum, quia hoc caſu non liberatur cedendo actiones. *Secunda*, quod Titularis perceperit fructus plurium aliorum annorū, quia illi ſunt obligati pro omnibus annis & terminis, & in indiuiduo hanc ſententiam probat & ſequitur Barboſ. *in tract. de clauſul. cap.* 63. *n.* 1. & 2. 10 † vide tamen *deciſ.* Cardin. Ottobon. 56. *n.* 10. vbi dicit, penſionem deberi, quamuis Titularis nullos fructus perceperit propter bellum, quia ob fructuum exiguitatem non fit remiſſio penſionis: Rota *deciſ* 215. *n.* 7. *part.* 8. *recentior.* & quod non impediatur manutentio, allegat Buratt. *deciſ.* 841. *num.* 4. & *in addit.* Duran. *dec.* 448. *n.* 44. Gig. *q.* 62. *n.* 19. & *num.* 10. *verſic.* & *licet penſio.* vide Lotter. *lib.* 1. *quæſt.* 39. *num.* 66. & 67.

11 Et tamen ego aliàs conſului in fauorem cuiuſdam cōductoris, qui ſe obligauerat ſoluere creditori locatoris etiam proprio nomine, cui etiam apponebatur ſimilis clauſula, *habita, vel non habita poſſeſſione*: & Dixi eum non poſſe cogi, etiamſi ſe proprio nomine obligaſſet; attento quod non potuerat frui effectu locationis, vt patet ex ſequentibus. Petrus conductor domus, quamuis ſe obligauerit de ſoluendo pretium locationis Michaëli creditori locatoris, faciendo de hoc debitum proprium, ſiue frueretur, ſiue non frueretur domo conducta; non poteſt cogi ad ſolutionem mercedis dictæ locationis, niſi ſi & quatenus domus conductæ fruitionem habuerit, & propterea eximendus eſt à prætenſionibus dicti Michaëlis, propter venditionem dictæ domus de conſenſu eiuſdem Michaëlis ſubſequutam, propter quam domo prædicta frui non potuit.

12 Ratio eſt, quia quicunque intuitu poſſeſſionis & fruitionis ſe obligat ad ſolutionem alicuius ſummæ, cenſetur talem obligationem præſtitiſſe intuitu rei; & ideo ſi re non fruatur, aut illam dimittere cogatur, eximendus eſt ab obligatione per eum præſtita: ex notatis per Rom. *conſil.* 417. *per tot.* maximè verò *num.* 5. text. eſt *in l. ex conducto, verſic. ſed ſi ager, ff. locati*, in illis verbis: *oportere enim agrum præſtari conductori, vt frui poſſit*: idem dicitur in *dicta l. ex conducto* 16. *in princ.* Cod. Fabr. *lib.* 2. *tit.* 4. *definit.* 9. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienand. quæſt.* 17. *num.* 69. vbi dicit, quod hoc caſu poſſeſſor eſt tantum obligatus, quantum durat poſſeſſio; & ſi ſine fraude ſua deſierit poſſidere, non poterit ipſe, nec eius hæredes ad ſolutionem compelli: Roderic. *de ann. redit. lib.* 2 *quæſt.* 9. *num.* 56. his verbis: *Itaque ſi deſinat poſſidere, non tenebitur ad reditus ſolutionem.* Cenc. *de cenſib. quæſt.* 92. *num.* 29. & *quæſt.* 96. *num.* 8. *verſic. cum teneantur duntaxat cenſum ſoluere donec rem poſſident.* Rota apud Cenc. *deciſ.* 391. *num.* 4. Surd. *conſil.* 445. *per tot.* vbi loquitur de conductore qui non potuit frui rebus conductis; 13 † & ſe obligauerit contemplatione conductionis, etiam cum clauſulis ampliſſimis; quia omnes dictæ clauſulæ intelligendæ ſunt, dummodo ille qui ſe obligat, fruatur rebus conductis: vt per eundem *num.* 19. & *multis ſequent.* qui ampliat *num.* 32. vt locum habeat, quamuis conductor ſe obligaſſet ſoluere, nonobſtante quocunque caſu opinato, vel inopinato, quo impediretur frui rebus locatis, prout caſum ponit *ibid. num.* 25. *in fine.*

Vnde non obſtat quod dicitur, dictum Petrum ſe obligare potuiſſe habita, vel non habita fruitione domus conductæ.

14 Siquidem obligatio conductoris, qua promittit ſoluere mercedem non obſtante non fruitione, nulla eſt & inualida, & contra ſubſtantiam contractus locationis, in quo locator non ſolum tenetur præſtare continuam patientiam conductori, ſed etiam efficere debet, vt conductor durante toto tempore ſuæ conductionis fruatur pacificè re conducta: Surd. *deciſ.* 326. *num.* 17. & *conſil.* 400. *num.* 7. & omnia impedimenta remouere tenetur: Surd. *dicto conſil.* 400. *num.* 8. Addit. ad Ludouiſ. *deciſ.* 235. *num.* 4. 15 † Et ideo pactum factum in contrarium nullum eſt, & inualidum, Menoch. *conſil.* 671. *num.* 17. quia contrarium eſt ſubſtantiæ locationis, & per conſequens inualidum eſt: *l. pacta conuenta, ff. de contrahend. empt.* vnde bene Maſtrill. *deciſ.* 299. *num.* 68. dixit nullas dari aut excogitari poſſe cautelas, quibus conductor obligetur, ſi ſubſtantia locationis deficiat, hoc eſt fruitio: Surd. *dicta deciſ.* 326. *num.* 55. Menoch. *conſil.* 855. *num.* 23. 16 † Reditus quippe debentur propter fructus, ergo illis non perceptis non debentur: *dict. l. ex conducto, & l. ſi fundus, ff. locat.* & hoc caſu tollitur omnis obligatio conductoris: Mantic. *deciſ.* 146. *num.* 2. & 3. Rota apud Burat. *deciſ.* 210. Gratian. *diſcept.* 557. *num.* 61. & *ſequent.* & *diſcept.* 534. *num.* 39. & *ſequent.* Gomeſ. *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 3. *num.* 18. *verſic. cuius rei ratio eſſe poteſt*: vbi dicit, quod omnis actio, vel obligatio quæ fit intuitu certæ rei, tollitur re perempta: *l. prima, in fine, C. de Iur. emphyteut.* Salicet. *in l. licet, C. de locat. column.* 1. *in* 2. *oppoſitione.* Mantic. *de tacit. conuent. lib.* 5. *tit.* 8. *n.* 20. *in fine.*

17 Supradicta maximè procedunt, quando conductor fuit impeditus frui re conducta ex proprio facto creditoris, cui ſolutio fieri debebat: tunc enim ſine dubio liberandus eſt à ſolutione mercedis, nonobſtante quacunque promiſſione: Surd. *deciſ.* 326. *num* 56. vbi bene comprobat, quod nonobſtante quacunque promiſſione & obligatione, conductor abſoluendus eſt, ſi impedimentum proceſſerit facto ipſius locatoris, aut eius, cui ſolutio fieri debebat: Menoch. *conſil.* 55. *n.* 13. & 14. 18 † vbi ampliat, ſiue factum ſit iuſtum, vel iniuſtum: Caſtill. *controuerſ. lib.* 2 *cap.* 3. *num.* 56. 57. & 66. hic autem interuenit factum ipſius locatoris, immo creditoris, cuius facto & conſenſu expreſſo domus conducta fuit alienata, & per talem alienationem conductor impeditus in fruitione domus conductæ.

19 Præterea ſi liceat à beneficialibus ad temporalia argumentum deſumere, quando in literis penſionis appoſita fuit clauſula, *habita, vel non habita poſſeſſione*, ſi poſſeſſor beneficij nullos percipiat fructus ſine ſua culpa, non

tenetur ad ſolutionem penſionis : vt declarat Barboſ. *de clauſul.cap.63.num.2.& 3.*ergo à ſimili promiſſio facta per conductorem cum ſimili clauſula,habet in ſe tacitã conditionem dummodò conductor frui poſſit re conducta.

20 Non obſtat quod dictus conductor in ſua obligatione adiecerit illa verba, *& de ce en a fait ſon debte, & cauſe propre :* quia quicunque alienum debitum aſſumit, vel ( vt loquuntur ) ſibi accollat, dicitur debitor, & debitum accollatum dicitur debitum proprium illius, perinde ac ſi ipſe ab initio contraxiſſet : Cenc. *de cenſib. quæſt.* 73. *num.* 16. ſed tamen ſi accollatio ſit inualida, vel facta per errorem, aut ex falſa cauſa, ille qui debitum ſibi accollauit, non tenetur ad debiti ſolutionem, vt *ibid.* notat Cenc. *in verſic. requiritur etiam :* & apud eundem, Rota *deciſ.* 474.*num.*2.

21 Vnde quamuis conductor fecerit debitum proprium, tamen non per hoc cenſetur voluiſſe ampliare ſuam obligationem : licet enim illam ampliare & augere voluiſſe cenſeretur, ſi ſe obligaſſet in ſolidum, tam nomine proprio quàm vti conductor, tamen ſimpliciter obligando bona ſua, cenſetur noluiſſe augere legalem obligationem,vt tenea-
22 tur de proprio ; † adinſtar hæredis cum beneficio inuentarij ſe proprio nomine obligantis : quia obligatio illa bonorum propriorum referenda eſt ad ſuum principium, & ad conſenſum nomine hæreditario præſtitum, eadémque ratione dictus conductor cenſetur obligaſſe bona propria, caſu quo tanquam conductor contraueniret, & ſic cenſetur ſe obligare ſub qualitate conductoris ; ſicut hæres ſub qualitate hæredis : Gratian. *diſcept. forenſ.* 553.*num.* 31. *&* 32. *& cap.* 34. *num.*30. Vincent. de Franch.*deciſ.* 648. Rota *deciſ.* 392.*part.* 1.*recent.*& *deciſ.* 700.*part.* 3. Ricc.*collect.* 3412. *&* 3418. Videndus Amat. *reſolut.* 21. *num.* 12. & Surd. *conſil.* 445.

23 Ex quibus patet veram eſſe concluſionem, quod nonobſtante dicta clauſula, *habita, vel non habita poſſeſſione :* ſi verè & ſine culpa ſua prouiſus conſequi non potuit poſſeſſionem beneficij, ſuper quo penſio fuit impoſita, nec tenetur ad penſionis ſolutionem : quam confirmat Mareſcot. *lib.* 2. *reſolut. cap.* 18. *num.* 3. *&* 8. Ricc. *collect.* 1234. *in* 1. *caſu,* Zach. *de obligat. Cameral. quæſt.* 17. *num.* 138.

24 Et propterea Practici excogitauerunt cautelam cautionis banchariæ, interueniente Summi Pontificis authoritate, per quam decernitur dari ſchedulam banchariam tam per conſentientem penſioni, quàm per eius ſucceſſores per triennium, cum obligatione de illam renouando de triennio in triennium, de ſoluendo penſionem excepto caſu mortis Penſionarij, vel Titularis, cum obligatione Camerali, cõtra quam exceptio tantùm falſitatis,aut ſolutionis admittitur,& non aliæ, exceptis iis quæ ex ventre ipſius ſchedulæ ſeu obligationis oriuntur : Rota *deciſ.* 196.*num.*3.*part.* 4. *recent. tom.*2. & pro maiori ſecuritate, apponi poteſt in reſcripto decretum quod Titularis validè reſignare non poſſit, niſi reſignatarij eandem cautionem de ſoluendo & dando ſchedulam faciant.

Quod ſi beneficium eſſet litigioſum, adiici poteſt clauſula ſupradicta, quod ſoluatur penſio, *habita, vel non habita poſſeſſione, & quandiu lis durabit, & donec fuerit terminata per tres ſententias conformes :* vt explicat Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 39. *n.* 54. *& ſequent.* Barboſ. *de clauſul. cap.* 63. *num.*5.

Eſt tamen verum, quod perceptio fructuum probatur ex ſola adeptione poſſeſſionis, niſi ex aduerſo probetur impedimentum : Rot. coram Gregor. *deciſ.* 50. *num.* 2. *&* 5. & quod ſi Titularis fructus annorum præcedentium perceperit, vnius anni ſterilitas ipſum non excuſabit à ſolutione penſionis : Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 39. *num.*68. 25

Sed pro ampliori eorum, quæ toto hoc capite dicta ſunt, explicatione : & ne reſolutio in ambiguo maneat, diſtinguendi ſunt cum Lotterio ſequentes caſus breuiter exponendi.

Primus caſus eſt, quando debitor penſio- 26
nis fuit impeditus in poſſeſſione beneficij penſione grauati, ex eo quod Tertius quidam prætendens ſe meliori iure niti, beneficium illud in effectu poſſedit, & fructus percepit ; & hoc caſu ob talem non fruitionem, non tenetur ad ſolutionem penſionis, & militant omnes rationes ſuperiùs deductæ, dum egimus de conductore non fruente re conducta, *num.* 11. Et Titularis iſte qui fuit impeditus in fruitione, hoc modo liberatur, cedendo actiones Penſionario, & locum habent quæ diximus ſuperiùs *num.* 7. quia iniquiſſimũ eſſet, ſi ille qui fructus non percipit, & poſſeſſionem ſine ſua culpa non poteſt adipiſci, cogeretur penſionem ſoluere, quæ non debetur niſi propter fructus. † Idque nonobſtante obligatione Camerali, 27
quæ in hoc ſuffragari non poteſt : Burat. *deciſ.* 915. *per tot.* † Vnde ſucceſſor euicto 28
beneficio à ſolutione penſionis liberatur, & onus penſionis ſpectat ad euincentem qui fructus percipit ; ita tamen vt ſi poſtea euincens ex ſucceſſione litis iterum expellatur, penſio ſoluenda ſit per eum, qui ad beneficij grauati poſſeſſionem redintegratus fuit :

Rota



Rota *in Salamantina penſionis* 13. *Iunij* 1597. *coram Orano*, inſerta apud Marcheſ. *part.* 1. *fol.* 614. *num.* 15.

29 Secundus caſus eſt, quando Titularis fuit impeditus in fructuum perceptione propter caſum aliquem inopinatum belli, peſtis, tempeſtatis, vel ſimilium ; & hoc caſu tenetur ad ſolutionem penſionis tam vigore obligationis Cameralis, quàm clauſularum obligationum & renunciationum in ſimilibus obligationibus apponi ſolitarum : maximè ſi ſterilitas vnius anni, poſſit compenſari cum vbertate aliorum annorum præcedentium, vel ſequentium ; vt diximus *ſuprà n.*9. Burat. *deciſ.* 841. *num.* 5.

Tertius caſus eſt, quando Titularis fuit 30
impeditus facto Tertij, qui non quidem omnes fructus percepit,ſed partem ipſorum ; & hoc caſu ſi reditus reſtantes non ſint ſufficientes ad ſolutionem penſionis, liberatur cedendo actionem aduerſus eum, qui ex meliori iure prætendit ſe fructus percepiſſe : vt ipſe Lotter. explicat *dicto lib.* 1. *cap.* 39. *num.*70.

## CAPVT XIV.

## *ARGVMENTVM.*

DE clauſula quæ in penſionum reſeruatione apponi ſolet, *Dummodo centum remaneant pro Rectore :* vel *dummodo mille remaneant pro Epiſcopo :* vtrùm onus verificandi remanere, vel non remanere, ſpectet ad Titularem, vel ad Penſionarium. Quomodo, & cuius temporis valor ſit probandus. A valore fructuum quænam onera ſint deducenda. Quæ ſit differentia in hac probatione inter iudicium petitorium, & poſſeſſorium ? Et alia multa tractantur has clauſulas concernentia.

### SVMMARIVM.

1 *Clauſula illa*, Dummodò remaneant &c. *eſt conditionalis.*

2 *Dictio*, Dummodo,*regulariter modum importat, non autem conditionem.*

3 *Dictio*, Dummodo,*adiecta rei imperfectæ, conditionalis eſt.*

4 *Penſionarius conditionem adiectam impoſitioni penſionis iuſtificare tenetur.*

5 *Quod verum eſt in petitorio ; quia penſionarius qui agit poſſeſſorio, non tenetur iuſtificare quod ſumma expreſſa remaneat apud Titularem.*

6 *Mandatum de manutenendo, vt decernatur penſionario contra ſucceſſorem in beneficio qui penſioni non conſenſit, quæ probari debeant.*

7 *In iudicio petitorio penſionarius tenetur probare ſummam remanere apud ſucceſſorem, quamuis ille conſenſerit penſioni.*

8 *Agens ad nullitatem tenetur probare valorem, quando agitur de gratia in qua valoris expreſſio non eſt neceſſaria, prout in gratia Regreſſus.*

9 *Ampliatur vt procedat, etiamſi reſeruatio ſummæ apud poſſeſſorem remanentis, facta fuerit purè, & non conditionaliter.*

10 *Limitatur vt locum non habeat, quando agitur de eo qui reſignauit : poteſt enim dicere penſionario, quod ſoluat, vel dimittat.*

11 *Valor ad hoc vt probetur ſummam requiſitam remanere apud Rectorem, debet probari affirmatiuè per aſcenſum, non autem negatiuè per non exceſſum.*

12 *Valor ad ſciendum vtrùm ſumma expreſſa remaneat apud Titularem, non ſufficit quod probetur per famam. Vide num.* 15.

13 *Conſentiens reſeruationi penſionis, cenſetur conſenſiſſe ſub illa conditione quæ appoſita fuit in reſcripto.*

14 *Valoris probatio ad effectum vt ſumma expreſſa remaneat apud Titularem, fieri debet deductis oneribus beneficij*

15 *Sufficit ad hoc probatio vnius teſtis deponentis de ſcientia, ſi alter deponat de fama.*

16 *Valor beneficij vtrùm ſufficienter probetur per clauſulam*, vt aſſeris, *vel*, vt aſſeritur, *& quæ ſit vtriuſque clauſulæ differentia.*

17 *Ille tamen valor ad effectum clauſulæ,* Dummodò remaneant &c. *debet concludenter probari. Intellige vt num.* 15.

18 *Valor expreſſus conditionaliter debet probari per aſcenſum.*

19 *Si actum fuerit iudicio petitorio, onus probandi ſpectat ad penſionarium, quamuis ipſe eſſet in poſſeſſione exigendi.*

20 *Valoris probatio debet percutere tempus reſeruationis.*

21 *Non tamen excluditur temporis continuati probatio, ſed ſi fructus beneficij ſint diminuti,*

*nuti, quid agendum ſit? & vtrùm penſio minuenda ad hoc vt centum remaneant pro Rectore.*

22 *Quæ ſint illa onera quæ deducenda ſunt de beneficio pro verificatione clauſulæ,* Dummodo remaneant &c.

23 *Intellige de oneribus ordinariis, non autem de extraordinariis, & incertis.*

24 *Probatio valoris multo magis fieri debet contra ſucceſſorem in beneficio, qui penſioni non conſenſit.*

25 *Iuramentum de ſoluendo penſionem regulatur iuxta naturam & conditiones obligationis fundamentalis.*

26 *Obligatio Cameralis reſtringitur ad terminos reſeruationis penſionis.*

27 *Titularis, ſi penſio fuerit reſeruata, poteſt ſe iuuare diſpoſitione Concilij Tridentini, ſi illa penſio ſit exceſſiua.*

28 *Valor ducatorum æſtimandus eſt prout valent in loco beneficij.*

29 *Ducati intelligendi ſunt de illis quorum expreſſio in ſupplicatione facta fuit.*

30 *Si Papa ex certa ſcientia exceſſerit valorem deſignatum pro Rectore beneficij in Concilio Tridentino, reſeruatio impugnari non poteſt.*

31 *Clauſula,* Dummodo remaneant,&c. *non cenſetur conditionalis quando limitata eſt per clauſulas poſteriores.*

32 *In beneficiis Conſiſtorialibus præſumitur quod Papa fuerit bene informatus de valore., & quod voluerit derogare diſpoſitioni Concilij.*

33 *Quando penſio fuit per Papam reſeruata Motu proprio, vtrùm tacitè cenſeatur voluiſſe derogare Concilio Tridentino: & num.* 34.

35 *In Gratiis conceſſis Motu proprio per Papam, valor eſt exprimendus, ſed non ideo iuſtificandus.*

36 *Si valor fuerit expreſſus in reſeruatione penſionis facta Motu proprio, penſionarius non tenetur probare valorem, ſed tamen Titularis poteſt probare in contrarium.*

37 *Narratiua Summi Pontificis facit fidem, ſed tamen poteſt probari contrarium.*

38 *Quod operatur ſubreptio in Gratia ad partis ſupplicationem conceſſa, idem operatur defectus intentionis in Gratia per Summum Pontificem Motu proprio conceſſa.*

1 SVPPONENDVM in primis eſt, Gra-
tiam ſub illa verborum conceptio-
ne factam *Dummodò, &c.* eſſe con-
ditionalem: vide Lotter. *lib.* 1. *quæſt.* 38. *n.* 41.
*& ſequent.* Caualer. 183. *num.* 1. *& ſequent.*
2 † Quamuis enim regulariter dictio, *Dummo-
dò*, non importet conditionem, ſed modum;
Bartol. *in l. quibus diebus, § final. num.* 4. *verſ.
quid de dictione, Dummodo: ff. de condit. & de-
monſtrat.* Rebuff. *in Concordat. tit. de Reg. ad
Prælat. nomin. §. final. in verbo, Dummodo, &
in Praxi, tit. de diſpenſat. ration. ætat. in ver-
bo, prouiſio, in fine*: tamen aliud eſt in huiuſ-
modi Gratiis penſionum in quibus illa clau-
ſula habet vim conditionis, & reddit Gra-
tiam penſionis conditionalem: quia iungi-
tur actui imperfecto: † Eſt enim adiecta in 3
ipſa reſeruatione penſionis ac fructuum, &
per conſequens eſt adiecta rei imperfectæ:
vt per Rebuff. *in Concordat. loco citato*, Rota in
*Paduana penſionis*, 17. *Nouembris* 1579. *coram
Rubeo verſic. non obſtat quod dictio, Dummodò*:
quæ inſeritur apud Garſ. *part.* 1. *cap.* 5. *n.* 459.
& probat Mareſcot. *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 60. *n.* 4.
& 5. Rota *deciſ.* 519. *num.* 4. *part.* 2. *recent.*

Vnde infertur primò, quod onus proban- 4
di, quod dempta penſione tot ſufficiant poſ-
ſeſſori beneficij, vt ſummam illi reſeruatam
conſequi poſſit, ſpectat ad Penſionarium;
cùm ſufficiat poſſeſſori beneficij dicere, pen-
ſionis reſeruationem eſſe nullam propter
defectum conditionis. Quod verum eſt in
iudicio petitorio, † nam ſi Penſionarius eſ- 5
ſet in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem,
onus probandi non remanere Rectori cen-
tum, vel Epiſcopo mille, ſpectaret ad poſſeſ-
ſorem beneficij: ita diſtinguunt Mantic. *deciſ.*
196. *num.* 2. & 3. Duran. *deciſ.* 324. *num.* 25.
Merlin. *deciſ.* 725. *num* 9. vbi plures citantur,
& pluribus allegatis deciſionibus probat
Addit. ad Burat. *deciſ.* 261. *num.* 17. Idem
Buratt. *deciſ.* 841. *num.* 5. Mantic. *deciſ.* 196.

Et ita intelligenda eſt Deciſio, quæ eſt
apud Garſ. *lib.* 1. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 466.
in qua reſoluitur quod onus iuſtificandi
Rectori remanere centum Ducatos liberos,
ſpectat ad Penſionarium: Caualer. *deciſ.* 183.
*num.* 1. & 2.

Quia licet in poſſeſſorio mandatum de 6
manutenendo debeat relaxari contra eum
qui penſioni conſenſerat, immo etiam quam-
uis ageretur contra ſucceſſorem non con-
ſentientem, conſtito de literis reſeruatoriis,
& de quaſi poſſeſſione exigendi abſque ali-
quo diſcrimine puræ, vel conditionalis re-
ſeruationis; Garſ. *de benefic. dicta part.* 1. *c.* 5.
*num.* 440. *& ſequent.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 6.
*quæſt.* 2. *num.* 65. Rota *deciſ.* 310. *n.* 30. *part.* 1.
*diuerſ.* † ſi verò actor non ſit in poſſeſſione 7
exigendi, & reſeruatio ſit conditionalis,
Penſionarius probare debeat ſummam re-
quiſitam remanere apud Rectorem, quam-
uis ipſe reſeruationi conſenſerit in iudicio
petitorio; Garſ. *vbi ſup. num.* 464. Seraphin.
*deciſ.* 1017. Gratian. *diſcept.* 113. *num.* 74. mul-
tóque fortiùs aduerſus eum qui reſeruationi
non



non conſenſit; Gregor. *deciſ.* 57. *num.* 1. Put.
*deciſ.* 247. *lib.* 1. maximè ſi reſeruatio ſit facta
conditionaliter, Rota apud Seraphin. *deciſ.*
8 1017. & 1122. † Onus tamen probãdi ſpectat
ad Titularem, quando agit ad nullitatem, vel
reductionem penſionis, quando agitur de
Gratia, in qua non eſt neceſſaria expreſſio
valoris, veluti in gratia Regreſſus: Verall.
*deciſ.* 299. *part.* 2. Rota *deciſ.* 511. *n.* 4. *part.* 4.
9 *recent.* † Sed in terminis dictæ reſeruationis
in qua non remanent mille Epiſcopo, vel
reſpectiuè centum Rectori, vt onus iuſtifi-
candi ſpectet ad Penſionarium in petitorio,
eo modo quo ſupradictum eſt, non eſt ne-
ceſſarium quod aſſertio, mille, vel centum
ſupereſſe Titulari, facta fuerit per viam con-
ditionis; ſed idem planè eſt, etiamſi facta
fuerit purè: vt deciditur per Rotam *dicta
deciſ.* 511. *num.* 1. *part.* 4. *recent.* vbi aliæ de-
10 ciſiones allegantur. † Verum eſt tamen,
quod ſi agatur de eo cui beneficij poſſeſ-
ſor reſignauit, poteſt illi dicere, *ſolue, vel
dimitte.* Mantic. *deciſ.* 183. *num.* 1. Rota
*deciſ.* 131. *part.* 1. *recent.* Creſcent. *deciſ.* 17. *de*
11 *reſcript.*

Notandum quippe eſt, quod iſto caſu
probatio valoris debet eſſe concludens: quia
agitur de probando valore per aſcenſum af-
firmatiuè, non autem per non exceſſum
negatiuè: vt per Rot. *deciſ.* 684. *part.* 4. *diuerſ.
& deciſ.* 381. *num.* 2. *part.* 1. *diuerſ.* Et quamuis
ex Rota apud Put. *deciſ.* 8. *in Nouis lib.* 1. fieri
debeat differentia inter probationem valoris
quoad Regulam de valore, & quoad caſum
penſionis; tamen quando agitur de proban-
do valore per aſcenſum, requiritur probatio
concludens: atque ita intelligenda eſt *deciſ.*
550. *part.* 1. *recent.*

12 Adeo vt non ſufficiat, quod teſtes de-
ponant de valore per famam, vt *in dicta
deciſ.* 684. *part.* 4. *diuerſ.* Nec ſufficiat confeſ-
ſio valoris per non exceſſum; Garſ. *de benefic.
part.* 1. *cap.* 5. *num.* 477.

13 Quod ampliatur vt procedat, quamuis
ageretur contra eum qui penſioni conſenſit:
ipſe enim in iudicio petitorio non tenetur
probare valorem, ſed onus ſpectat ad penſio-
narium probandi, quod mille remanent
Epiſcopo, vel centum Rectori: quia cenſe-
tur conſenſiſſe ſub illa conditione: Caualer.
*deciſ.* 181. *n.* 1. Sub hac tamen differẽtia, quòd
in reſeruatione pura datur executio contra
eum qui adſtrictus eſt Camerali obligatione,
vt diſtinguit Rota *deciſ.* 517. *part.* 2. *recent.* &
traditur *deciſ.* 25. *num.* 5. *part.* 8 *recent.* Quam-
uis etiam in caſu huius deciſionis penſio fuiſ-
14 ſet reſeruata per viam conditionis: † quæ
probatio veri valoris fieri debet deductis
oneribus, & habito reſpectu ad tempus
Gratiæ: Caualer. *deciſ.* 383. † Sed tamen de- 15
poſitionem vnius de fama, iuncta depoſitio-
ne alterius de ſcientia, ſufficere deciſum eſt
apud Gregor. *deciſ.* 245. *num.* 1. cùm probatio
valoris ſit difficilis: Idem *deciſ.* 273. & 277.
Garſ. plura *part.* 1. *cap.* 5. *num.* 474. Et ſi teſtes
non ſint concordes in ſumma, ſic debent ad
concordiam reduci, vt attendatur minor
ſumma in qua ſunt concordes: ſi verò de
magna, mediocri, & parua ſumma loquun-
tur, tunc liquidatio fit ſecundum mediocrem
ſummam: Verall. *deciſ.* 299. *part.* 3.

Neque obſtabit, ſi in literis reſeruationis 16
appoſita ſit clauſula, *vt aſſeris*: quia immo
clauſula illa operatur vt Gratia non iuſtifica-
ta, ſit ſubreptitia: quod tamen ſecus eſt, ſi
adeſſet in Gratia verbum, *vt aſſeritur*: Rota
*deciſ.* 77. *de reſcript. in antiq. & deciſ.* 60. *eod.
tit.* Caſſador. *deciſ.* 4. *num.* 8. *de probat.* Rota
*deciſ.* 511. *num.* 3. *part.* 4. *recent. & deciſ.* 593.
*num.* 2. *part.* 4. *diuerſ.* Clauſula enim, *vt aſſeri-
tur*: tollit omne vitium ſubreptionis, & libe-
rat à verificatione narratorum: Barboſ. *de
clauſul. cap.* 188. *num.* 3. Si tamen clauſula, *vt
aſſeris*, relata fuerit ad Penſionarium, & ac-
ceſſerit conſenſus Titularis, remanet iuſtifi-
cata: Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 38. *n.* 46.

Et notandum etiam eſt, quod valor bene-
ficij probandus eſt ab eo, qui agit ad annul-
lationem penſionis; & ſi valor fuerit expreſ-
ſus ad effectum Regreſſus, & mala fuerit ex-
preſſio, vitiatur quidem Regreſſus, ſed non
reſeruatio penſionis, cùm ſint duæ Gratiæ
diſtinctæ, & ex vna nihil inferatur ad aliam:
Verall. *deciſ.* 329. *part.* 3.

Addendum quoque eſt, quod licèt valor
fructuum beneficij non ſit per Penſionarium
exprimendus, nec per conſequens iuſtifi-
candus; tamen hoc intelligitur vt locum ha-
beat in Gratia penſionis ex cauſa ceſſionis,
vel prouiſionis per obitum: quia in his, fru-
ctuum fit expreſſio, ſecus in penſione ſine
cauſa impoſita; videlicet ſuper fructibus be-
neficij non reſignati, tunc enim cùm Papa
aliunde valoris beneficij non habeat noti-
tiam, debet illi exprimi valor fructuum
beneficij: Rota *deciſ.* 141. *num.* 4. *part.* 4.
*recent.* † Et hoc caſu probatio valoris, ad effe-
ctum vt conſtet totidem remanere apud 17
Titularem, debet concludenter probari, non
per præſumptiones, aut leues coniecturas:
Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 25. Seraph.
*deciſ.* 1122. *num.* 2. † quotieſcunque enim 18
valor eſt expreſſus conditionaliter, debet
bene & concludenter probari: nec ſufficit
illum deducere & probare per non exceſ-
ſum, ſed debet probari per aſcenſum, dedu-
cendo quod fructus aſcendant ad talem ſum-
mam: Addit. ad Ludouiſ. *deciſ.* 277. *num.* 5.

Quod

19 Quod autem diximus, onus probandi ſpectare ad Titularem, quando penſionarius eſt in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, ſic eſt intelligendum, vt procedat in iudicio poſſeſſorio: nam ſi tractaretur de petitorio, onus probandi ſpectaret ad Penſionarium, etiamſi eſſet in quaſi poſſeſſione exigendi: & propterea poſſet Titularis dicere, *Ego conſentio te manuteneri in poſſeſſione exigendi, & volo ſoluere ſine præiudicio iurium meorum in iudicio petitorio:* Vel ſi cauſa poſſeſſorij eſſet terminata per ſententias in rem iudicatam tranſactas, hoc enim caſu onus probandi, centum, vel reſpectiuè mille, remanere libera apud Titularem, reijceretur in Penſionarium: Mareſcot. *lib.*1.*var. reſolut. cap.*1. *num.* 73. Rota *deciſ.*441.*num.*7.*part.*4. *tom.*2. Et facit à ſimili, quod quæſtio hæc, quod penſio medietatem fructuum non excedat; rejici-
20 tur ad petitorium: Seraphin. *deciſ.*664. † Et iſta probatio debet percutere tempus reſeruatæ penſionis: Rota *deciſ.*500. *num.*13. *ead. part.*4. *tom.* 2. *recent.* cum pluribus aliis deciſionibus *ibi* citatis.

21 Quod tamen ita intelligendum eſt, vt quamuis probatum fuerit talem ſummam apud Rectorem beneficij remanere tempore reſeruationis, non tamen ideo excludatur probatio temporis continuati, ſi enim ſucceſſu temporis contingat illa centum reſeruata non remanere apud Rectorem, ſuppletio reſidui fieri debebit ex diminutione penſionis: Seraphin. *deciſ.*951. *num.*4. Cùm illa reſeruatio centum pro Rectore, habeat cauſam ſucceſſiuam, nec terminetur in ipſo momento reſeruationis: Quod tamen latius examinabimus infra *cap.*58.*num.*18.19.*&* 20.

22 Debetque huiuſmodi æſtimatio fieri deductis oneribus: Rota *deciſ.*640.*part.*3.*recent.* veluti vnius Capellani, Clerici, Organiſtæ, manutentionis Sacriſtiæ, Candelarum in feſto Purificationis Glorioſiſſimæ Virginis; Viſitationis Epiſcopalis, Prædicationis, & aliorum ſimilium, vt *dicta deciſ.*500.*num.*22.

23 † Dummodo ſint onera ordinaria & neceſſaria, non autem extraordinaria, voluntaria, vel incerta; quorum in hac propoſita quæſtione ratio non eſt habenda: Burat. *deciſ.* 418.*num.*2.3.4.*&* 5.*&* 6. *& deciſ.*468. vbi dicitur *num.*15. quod penſionarius debet concurrere pro rata ad expenſas reparationis domorũ Eccleſiæ, in quibus conſiſtunt præcipui reditus illius, ſed onus habendi Factorem in hac materia non deducitur, vti non neceſſarium: Caualer. *deciſ.*462.*n.*2. ſed onus vnius Clerici deducendum Rota cenſuit apud eundem Caualer. *deciſ.*498. non tamen vnius Capellani non neceſſarij.

24 Onus autem multo magis incumbit Penſionario, quando contendit cum eo qui non conſenſit impoſitioni penſionis; qualis eſt ille qui ſucceſſor eſt illius qui conſenſum præſtitit: Seraphin. *deciſ.*1017. *num.*3. Rota *deciſ.*519. *num.*2. *part.* 2. *recent. & deciſ.*441. *num.*3.*part.*4. *recent.tom.*2.

Immò & in ipſo Titulari conſentiente, 25
certum eſt, onus probandi in caſibus ſuperiùs expreſſis, rejici in penſionarium; quamuis ipſe ſit obligatus ad ſolutionem penſionis cum iuramento: quia iuramentum regulatur ſecundùm naturam principalis obligationis: Marcheſan. *de commiſſ. appellat. in cauſ. penſ. part.*1.§.1.*num.*56.*fol.*492. Seraphin. *deciſ.*66. *num.*4. & ſic, cum reſeruatio penſionis ſit conditionalis, ſcilicet, *dummodò remaneant centum, &c.* eadem ratione iuramentum cenſetur præſtitum ſub eadem cõditione. Quod intellige iuxta *dictam deciſ.* 25. *part.*8. *recent. & deciſ.*519.*part.*2.*recent.*

Et idem dicendum eſt de obligatione Ca- 26
merali præſtita per Titularem de ſoluendo penſionem: quia debet reſtringi ad terminos reſeruationis, vt non plus ſit in reſeruatione quam in promiſſione: Zach. *de oblig. Camer. ad Galleſ. quæſt.*28.*n.*12.*&* 13. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*508. *ſub num.*19.

Sed quæres, quid ſi penſionis reſeruatio 27
non facta fuerit ſub illa conditione, immò purè & ſimpliciter, & Titularis conqueratur ſibi non remanere centum; hoc caſu licitum eſt illi, qui beneficium parochiale penſione grauatum obtinet, opponere de diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini, *ſeſſ.*24.*de reformat. cap.*13. qua prohibetur ne Parochiales Eccleſiæ, quæ Summam Ducatorum centum, ſecundum verum annuum valorem non excedunt, aliquibus penſionibus aut reſeruationi-
bus fructuum grauentur: † quod intelligitur 28
ſecundùm valorem monetarum cuiuſcunque loci, in quo ſitum eſt beneficium; hoc eſt ſecundùm id quod Ducati valent in loco beneficij: vt explicat Marta *de clauſ. part.*1. *cap.*43. *num.* 2. Ricc. *in praxi aurea cap.* 428. *num.*2. Barboſ. *ad Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.*13. *num.*14. Cokier *ad regul. Cancellar.*23. *de Monet. num.*9. & de æſtimatione ducati in Camera agit Rota *recent. part.* 4. *tom.*2.*deciſ.*414.*num.*9.*&* 10. Addit. ad Buratt. *deciſ.*626.*num.*7.*&* 8.

Aliud dicendum eſt, ſi in ſupplicatione 29
dictum eſſet, fructus beneficij ad talem ſummam Ducatorum aſcendere: tunc enim clauſula illa, *Dummodo remaneant centum*: intelligenda eſſet de Ducatis ſimilibus, de quibus in ſupplicatione facta eſt mentio: vt per Garſ. *de benefic. part.*1.*cap.*5.*num.*374.

Verùm ſi Summo Pontifici fuerit narra- 30
tus verus beneficij valor, & ipſe penſionem



maiorem aſſignauerit vltra ſummam per Concilium definitam, id cenſetur feciſſe ex certa ſcientia; & non requiritur alia maior derogatio Concilij: quia authoritas Papæ expreſsè in dicto Concilio fuit reſeruata: vt probauimus *in quæſt. benefic. cap.* 87. *num.*17. *vol.*1. & per Rotam *deciſ.* 179.*num.*6.*part.* 2. *recent.* & *in Ferentina penſionis*, 23. *Ianuarij* 1602. *coram Ortembergo*, apud Marcheſan. *tom.* 1.*fol.* 535. *deciſ.* 28.

31 Idem dicendum eſt ſi penſionis reſeruatio ſit quidem pura, ſed clauſula illa conditionalis, *dummodò non excedat &c.* iuncta fuerit ſequenti diſpoſitioni, veluti ſi poſt purè reſeruatam penſionem fuerit dictum, *Etiam ſi ſuper illo beneficio aliæ ſint impoſitæ penſiones dummodo omnes ſimul iunctæ medietatem fructuum non excedant*; nam clauſula illa, *Etiam ſi aliæ ſint penſiones, &c.* limitata per clauſulam, *dummodò &c.* non poteſt intelligi de prima penſione, quæ propterea cenſetur purè reſeruata; & per conſequens onus probandi non ſpectat ad Penſionarium, ſed ad poſſeſſorem beneficij grauati penſione: Mareſcot. *lib.*1.*var.reſol.cap.*60.*num.*8. Barboſ. *de clauſul. cap.*47.*num.*14. & copioſè explicat Rota apud Marcheſan. *de commiſſ. appellat. in cauſ. penſion. pag.* 529. *num.* 22. Caualer. *deciſ.* 262. *num.* 2.

32 Prædictæ reſolutiones non habent locum in beneficiis Conſiſtorialibus, ſuper quibus ſi reſeruetur penſio ſine illa clauſula, *Dummodò mille remaneant &c.* præſumitur Papam habuiſſe plenam notitiam omnium; prout ſolent omnia examinari in beneficiis Conſiſtorialibus, & voluiſſe derogare diſpoſitioni Concilij: vt in *dicta Ferentina penſionis*, apud Marcheſan. *tom.* 1. *fol.* 535. Burat. *deciſ.*261. *num.* 14. Barboſ. *de clauſul. cap.* 48. *num.* 2.

33 Quid ſi penſio eſſet reſeruata per Papam Motu proprio, cum illa clauſula, *Dummodo mille remaneant &c.* vtrum hoc caſu Penſionarius teneatur ad iuſtificationem? Rota determinauit hoc etiam caſu conditionem eſſe verificandam pro parte Penſionarij, cùm ſemper verum ſit dicere, Gratiam illam eſſe conditionalem: ſic deciſum *in Neritonen. penſionis, coram Litta, deciſ.* 25. apud Marcheſ. *part.* 1. §. 1. *de commiſſ. in cauſ. penſ. fol.* 531. ſequitur Barboſ. *de clauſul. cap.* 48. *num.* 8.

Sed contrarium tenet Garſ. *part.* 1. *cap.* 5. 34
*num.*491. Ratio eſt quia gratia per Summum Pontificem conceſſa Motu proprio, non indiget aliqua iuſtificatione: & hoc caſu im-
petrans releuatur ab onere probandi. † Et 35
licet per Regulas Cancellariæ valor ſit exprimendus, etiam in Gratiis conceſſis Motu proprio; tamen non ex eo ſequitur quod ſit iuſtificandus, cùm aliud ſit exprimere, & aliud iuſtificare: Duran. *deciſ.* 167. *num.* 3. *& ſequent.*

Iſtæ opiniones conciliari poſſunt, vt non 36
teneatur quidem impetrans iuſtificare valorem beneficij, ſuper quo penſio fuit reſeruata, ſi illum Summus Pontifex expreſſerit in Gratia Motu proprio facta, & eo non obſtante penſionem reſeruauerit; ſed tamen ſi Titularis velit probare fuiſſe impoſitum Papæ, & beneficium eſſe minoris valoris quàm fuerit expreſſus Sanctiſſimo Patri, & ideo Gratiam penſionis non poſſe ſubſiſte-
re; admittetur ad probandum. † quia licèt 37
Narratiuæ Summi Pontificis factæ Motu proprio credatur, tamen probari poteſt contrarium: Put. *deciſ.*100.*in fin. lib.*3.*in Correct.* plurimos citat & ſequitur Merlin. *deciſ.* 318. *num.* 3. Solùm igitur operatur Motus proprius, vt onus probandi transferatur ad eum qui contrarium allegat, & Gratiam impug-
nat: † Et quod operatur ſubreptio in Gratia 38
ad partis ſupplicationem obtenta, idem operatur in Summo Pontifice Gratiam Motu proprio concedente defectus intentionis: Merlin. *ibid. num.*5.*&* 6.

Plura de probatione valoris ad ſatisfaciendum dictæ clauſulæ *Dummodo remaneant &c.* videri poſſunt apud Rot. *deciſ.* 293. *part.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 327. *part.* 1. *recent.* & hoc caſu probationem eſſe Iudici arbitrariam, dicit Rota *deciſ.*302.*&* 303.*part.*1.*diuerſ.*

## CAPVT XV.

### *ARGVMENTVM.*

PENSIO quando ſit nulla in totum, ſi in eius parte adſit nullitas. Et vtrùm ſi in penſione adſit exceſſus, debeat reduci ad legitimum modum, an verò nulla declarari. Reſignatarius, aut reſignatarij reſignatarius, non poſſunt opponere de nullitate aut exceſſu penſionis. Quid ſi fructus beneficij notabiliter diminuti fuerint, vtrùm penſionis modera-

tioni locus ſit; ſi verò reſignans habuerit reſpectum ad certam ſummam cum clauſula, *Et non alias &c.* tunc penſio non reducitur: Immò ſi ſic præſtari nequeat, nulla in totum declaratur.

## SVMMARIVM.

1 *Penſio reſeruata cum clauſula*, Dummodo tertiam partem fructuum non excedat: *ſi agatur de impetratione facta per obitum, non annullatur, ſed reducitur. Idem ſi conceſſio fiat aliter quàm per reſignationem.*

2 *Si Papa maiorem penſionem reſeruauerit, præſumitur quod faciliùs minorem reſeruaſſet.*

3 *Reſignatio facta ſi fuerit reſeruata penſione maioris ſummæ cum clauſula,* & non alias: *corruit penſio reſeruata in minori ſumma.*

4 *Conſenſus reſignatarij vt penſio reducatur, non reddit validam reſeruationem minoris ſummæ contra formam mandati factam.*

5 *Quamuis verſemur extra caſum reſignationis, ſi penſio reſeruetur intuitu & contemplatione certi valoris fructuum beneficij expreſſi, ſi penſio ſit in parte nulla, declaranda eſt nulla in totum.*

6 *Explicatur Regula generalis, qua dicitur, penſionem nullam in obolo, eſſe nullam in totum.*

7 *In Gallia penſio excedens tertiam partem fructuum, non annullatur, ſed reducitur.*

8 *In beneficiis annexam Sacramentorum adminiſtrationem habentibus, olim omnes penſiones in Gallia declarabantur abuſiuæ.*

9 *Sed hodierna Iuriſprudentia cogit reſignatarium etiam in Eccleſiis Parochialibus, aut ſimilibus, vt ſoluat, vel dimittat beneficium; in odium perfidiæ.*

10 *Idem obtinet in reſignatario reſignatarij, ad obuiandum fraudibus.*

11 *In ſucceſſore per obitum Procurator Regius in Gallia appellationem interponit tanquam ab abuſu.*

12 *Diminutis poſt penſionis reſignationem fructibus beneficij, ita vt nihil propemodum remaneat reſignatario, ſolent Galliæ Tribunalia boni viri arbitrio penſionem reducere.*

VERVM ex præmiſſis ſuboritur alia dubitatio, videlicet ſi penſio reſeruata fuerit cum clauſula illa, *dummodo tot remaneant pro Titulari:* & tamen tot non remaneant, ſed minus; vtrùm penſio reddatur nulla, an verò tantùm reducenda pro rata? Eadémque dubitatio locum habet, ſi apponatur clauſula *Dummodo penſio medietatem*, vel *tertiam partem fructuum non excedat.* 1
† Reſolutio eſt penſionem non annullari, ſed tantum reduci, quando fuit reſeruata cum altera ex dictis clauſulis: quia hoc caſu non reſeruatur conditionaliter, cùm ſupponamus agi de impetratione facta per obitum, & non per viam reſignationis conditionatæ; ſolus enim Papæ conſenſus, ſeu authoritas illius non reſtringitur, nec conditionaliter factus cenſetur per viam taxationis ad ſummam deſignatam: † Immò præſumi- 2
tur quod cùm Pontifex maiorem penſionem reſeruauerit, multo magis reſeruare voluiſſet minorem: vt fuit deciſum apud Rotam *in deciſionib. relatis* per Garſ. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 422. *in Salamantina penſionis, verſic. ſed verſamur in terminis:* & apud Creſcent. *deciſ.* 17. *de Reſcript.* Gratian. *diſcept. for.* 955. *num.* 10. Addit. ad Burat. *deciſ.* 369. *num.* 8. & Rot. *deciſ.* 536. *num.* 9. & 10. *part.* 4. *recent. tom.* 3. Mantic. *deciſ.* 153. *num.* 2. Rota *deciſ.* 548. *num.* 3. *part.* 4. *recent.* quæ eſt Buratti: Pariſ. *lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 144.

Quod ſi reſeruatio penſionis cum ex- 3
preſſione certæ ſummæ, fiat in caſu reſignationis cum clauſula, *& non aliàs, aliter, nec alio modo &c.* & aliàs quomodolibet fiat reſignatio ſub conditione & reſtrictione ad certam ſummam, excludendo minorem; tali caſu ſi penſio ſit exceſſiua, & plus contineat quàm beneficium reſignatum ferre poſſit, veluti ſi penſio trecentarum librarum reſeruata ſit cum clauſula, *& non aliàs, &c.* ſi penſio ſit exceſſiua, non erit locus reductioni: Et eodem modo, ſi narratum fuerit penſionem non excedere dimidiam partem fructuum, & Titularis obiiciat penſionem eſſe nullam, ex eo quod dimidiam partem fructuum excedat, cùm valor hoc caſu fuerit expreſſus per viam conditionis, ſi conditio non ſit vera, Gratia penſionis tanquam ſubreptitia corruit in totum; quia deficit conſenſus reſignantis, & ideo ipſe reſignans poteſt ad ſuum beneficium reuerti: Mantic. *deciſ.* 153. *num.* 3. Rota *deciſ.* 286. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 425. vbi dicitur etiam quod hoc caſu in facienda taxatione, attenditur tempus datæ conceſſionis, iuxta text. *in cap. eam, de reſcript.* & *ibi* Felin. *num.* 18. quando agitur de Gratia pura & ſimplici. † Et hoc procedit, 4
quamuis reſignatarius declararet ſe eſſe paratum penſionem reducere ad legitimam quantitatem; quia nihilominus penſio corruit, & non eſt reducibilis: & ideo reſignans poteſt ad ſuum beneficium reuerti: Mantic. *deciſ.* 153. *num.* 2.



5 Similiter quamuis agatur de penſione reſeruata extra caſum reſignationis, ſi in Gratia certus valor beneficij fuerit expreſſus, & penſio intuitu valoris expreſſi fuerit reſeruata, tunc penſio non eſt reducibilis; ſed eſt in totum nulla ſi ſit exceſſiua: Addit. ad Buratt. *deciſ.* 369. *num.* 8. Mantic. *deciſ.* 732. *num.* 3. Rota *deciſ.* 444. *num.* 2. & 3. *part.* 2. *recent.* & *deciſ.* 342. *num.* 14. *part.* 4. *recent. tom.* 2. Garſ.
6 *part.* 1. *cap.* 5. *num.* 327. *verſic. ad ſecundum.* † Et ita explicatur Regula generalis, quod penſio nulla in obolo, eſt in totum nulla: de qua Lotter. *lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 54. provt explicat Rota *in Lucana penſionis coram Pirouano*, 10. *Maij* 1624. quæ eſt *in recent. part.* 4. *tom.* 3. *deciſ.* 536. & maximè *num.* 10. & 11. & *ſequent.* & *in deciſ.* 169. *num.* 11. & 12. *part.* 7. *recent.* quæ eſt apud Merlin. *deciſ.* 722. *num.* 8. & *ſequent.* & apud Eumdem, *deciſ.* 804. *num.* 2.

Itaque quando valoris fructuum expreſſio ſit reſtrictiuè, & ad determinandam principaliter quantitatem penſionis, & in conſequentiam congruæ portionis remanentis apud ipſum reſignantem, ſi reſignans proteſtetur ſe reſignare ſub illa reſeruatione talis ſummæ, & *non aliàs, aliter, nec alio modo;* ex vi conditionis, penſio, quæ aliàs erat diuidua, efficitur indiuidua, & per conſequens ſi deficiat in obolo, deficiet in totum: vt explicat Lotter. *de re beneficiar. lib.* 1. *quæſt.* 41. *num.* 33. & *ſequent.* & optimè Rota *deciſ.* 169. *num.* 13. *part.* 7. *recent.* & *deciſ.* 536. *num.* 14. *part.* 4. *recent. tom.* 3.

7 In Gallia verò, non eadem eſt obſeruantia: quia quoad beneficia ſimplicia non attenduntur illæ clauſulæ, ſed ſi penſio tertiam partem fructuum excedat, ad legitimum mo-
8 dum reducenda eſt: † in Parochialibus autem ſeu curam animarum & Sacramentorum adminiſtrationem habentibus, veluti Archiepiſcopatibus, Epiſcopatibus, vel Eccleſiis parochialibus, indiſtinctè omnes penſiones declarabantur abuſiuæ, ſecundum antiquam iuriſprudentiam; vt notat Addit. ad Louet *in collect. arreſt. lit. P. num.* 32. *in vltima edition. anni* 1655.

Hodie verò hæc adhiberi ſolet diſtinctio, 9
nempe aut agitur inter reſignantem & reſignatarium, & hoc caſu cogitur reſignatarius ſoluere penſionem ſuper beneficio curam animarum habente impoſitam, vt aliàs diximus; idque in odium perfidiæ: provt ita iudicatum teſtatur Mornac. *ad l. venditor.* 14. *ff. commun. prædior.* † quod ad reſignatarium 10
reſignatarij extenditur, ne ſcilicet reſignans fraudulenter in præiudicium ſuæ fidei datæ, beneficium ſibi reſignatum alteri reſignatario remitteret, eáque ratione reſignantem ſua expectatione priuaret.

De ſucceſſore autem per obitum, dubita- 11
tur? Verùm rationi congruit, vt ſucceſſor ad penſionis nullitatem agere poſſit, ne difficilior ipſi animarum reddatur cura.

Sed hoc quod diximus de Reſignatario, ſic intelligendum eſt, vt non præcisè reſignatarius ſoluere cogatur, ſed in eius electione ſit, vel penſionem ſoluere, vel beneficium reſignatum dimittere; ita tamen vt ſi penſio ſit immodica, liceat implorato Procuratoris Regis auxilio, à tali exceſſu recurſum interponere. Atque ita obſeruatur.

Similiter ſi poſt penſionis creationem 12
fructus adeo eſſent diminuti, vt nihil, aut parum ſupereſſet reſignatario nouo poſſeſſori, tunc boni viri arbitrio locus eſſet moderationi penſionis: provt iſta omnia explicat, & ſupremorum Galliæ Tribunalium præiudiciis confirmat Louet *ad regul. de Infirm. num.* 13.

## CAPVT XVI.

### *ARGVMENTVM.*

DE reſeruatione penſionis ex cauſa permutationis, ad coæquandam beneficiorum inæqualitatem, tam in Gallia, quàm extra Galliam. De penſione impoſita ſuper beneficiis æqualis, vel maioris valoris, aut ſuper beneficio Tertij in Gallia, etiam ex cauſa pacis; taléſque penſiones caſu quo authoritate Epiſcopi reſeruari poſſint, non obligant ſucceſſorem in beneficio. Penſionem cum beneficio, vel cum alia penſione permutari non poſſe, nec cum Capella nondum erecta, nec cum Hoſpitali.

## SVMMARIVM.

1 *In reſeruatione penſionis ex cauſa permutationis in Gallia, ſecundùm aliquorum ſententiam, non poteſt peti reductio illius ad tertiam partem fructuum.*

2 *In reſeruatione penſionis propter inæqualitatem beneficiorum, quamuis adſit exceſſus, non datur reſtitutio, etiam ex capite minoris ætatis.*

3 *Et hæc ſententia ſequenda eſt nonobſtante contradictione aliquorum.*

4 *Si beneficia permutata non ſint inæqualia, non admittitur in Gallia reſeruatio penſionis, ſed illa declaratur nulla & abuſiua.*

5 *Penſio in permutatione non debet imponi ſuper illo beneficio quod eſt maioris reditus, ſed ſuper minori.*

6 *Penſio non poteſt imponi ſuper alio beneficio quàm permutato, niſi Papa id faciat ex certa ſcientia.*

7 *Penſio non poteſt in fauorem alterius quàm ipſorum permutantium fauorem reſeruari, niſi ex certa Papæ ſcientia, & de conſenſu illius ſuper cuius beneficio imponitur.*

8 *In Gallia indiſtinctè penſio ſuper beneficio Tertij, vel in fauorem Tertij non permutantis reuocatur.*

9 *Penſio etiam ex cauſa pacis, non poteſt reſeruari in fauorem Tertij, præterquam authoritate Papæ.*

10 *Collatores Ordinarij poſſunt admittere permutationes beneficiorum.*

11 *Amplia, etiamſi vnum beneficium eſſet pinguius alio; dummodò permutatio purè fiat.*

12 *Inferior à Papa non poteſt admittere permutationes beneficiorum ſub reſeruatione penſionis factas.*

13 *Exceſſus fructuum inter beneficia permutata adeo annexus eſt titulo ſpirituali, vt ab eo ſine authoritate Summi Pontificis ſeparari non poſſit.*

14 *Contrarium tamen quidam DD. exiſtimant.*

15 *Explicatur* Conſil.*Nauarri* 43.*alias* 22. de ſimonia.

16 *Beneficia permutata non poſſunt conferri aliis quàm ipſis permutantibus.*

17 *Epiſcopus non poteſt aliquem ab vna Eccleſia ad aliam transferre ſine cauſa.*

18 *Explicatur text.* in cap. Ad quæſtiones, de rer.permutat.

19 *Penſiones per Epiſcopum ex cauſa permutationis reſeruatæ, non obligant ſucceſſores, etiam in ſententia exiſtimantium Epiſcopum ſimiles penſiones reſeruare poſſe.*

20 *Verius tamen eſt, penſiones ex cauſa permutationis reſeruatas, Pontificia authoritate indigere.*

21 *Explicatur Caſus propoſitus per Nauarr.* lib. 3. tit. 3. de ſimonia, conſil. 4.

22 *Penſionis cum penſione permutatio eſt inualida.*

23 *Penſio conceſſa in titulum beneficij permutari poteſt cum beneficio.*

24 *Penſionis cum beneficio permutatio vtrùm cum authoritate Summi Pontificis fieri poſſit.*

25 *Permutatio beneficij cum Decimis fieri non poteſt, quamuis ſint ſpirituales.*

26 *Permutatio beneficij cum Capella nondum erecta, vel cum ſimplici Legato pio admittenda non eſt.*

27 *Item nec cum ſimplici Præſtimonio, vel Hoſpitali.*

28 *Papa poteſt penſionem reſeruare propter alimenta illius qui beneficium dimittit.*

29 *Qui permutat beneficium cum penſione nihil agit, quamuis adiecerit clauſulam*, & non aliàs &c.

30 *Qui beneficium cum penſione permutat, non poteſt ad ſuum beneficium redire, ſed illo priuatur propter delictum ſuum.*

31 *Qui beneficium ſimoniacè ſibi conferri obtinuit, illud amittit ipſo iure, ita vt poſſit ſtatim per alium impetrari: Et declaratio vacationis fiet poſtea ad inſtantiam deuolutarij impetrantis.*

REDVCTIONEM penſionis ad tertiam 1
fructuum partem, de qua ſuperiori
capite egimus, in Gallia peti non
poſſe, quando reſeruatio facta fuit ex cauſa
permutationis, cenſuit Forget *in titul. des penſions, num.* 28. quò loci refert Arreſtum Curiæ
Parlamenti; vt per Bouchel. *in ſumma benefic. in verbo, Penſions.*

Sed contrarium tuetur Loüet *de publicand. reſignat. num.* 274. *fol.* 514.

Prædictam tamen Forgeti ſententiam refert Fabric. Bleynianus *in tract. de benefic. tit. de penſ. Eccleſ. num.* 21. *ſub lit. G. fol. mihi* 176.
dicens, quod dum penſio propter beneficiorum permutatorum inæqualitatem ſuper
pinguiori imponitur, illa quodammodo permutari videtur, quaſi beneficij partem con-
ſtituens; † quæ permutatio ob beneficiorum 2
inæqualitatem tantæ eſt virtutis, vt difficillimè aduerſùs eam reſtitutio concedatur,
etiã ex capite minoris ætatis: vt *ibi* per eum.
Ideo ab hac ſententia non videtur receden-
dum: † maximè cum Rebuff. *in Locis* per 3
Loüetium *citatis* non videatur facere ad quæſtionis huius deciſionem.

Quædam tamen in hac materia reſerua- 4
tionis penſionis ex cauſa permutationis aduertẽda ſunt. Et *primò*, oportere quod agatur de duobus beneficiis compermutatis inæqualibus;





qualibus; ſi enim non ſint inęqualia, aut quod vterque reſeruet ſibi penſionem in beneficio à ſe dimiſſo, orietur ex eo magnum inconueniens, contra Canonum intentionem; & in Gallia, contra reſeruationum prohibitionem: ſic enim fieret, vt altero ex permutantibus præmoriente, ſuperſtes frueretur ſuo integro beneficio ab omni penſione exempto, nec non penſione certa ſuper alio beneficio per obitum compermutantis vacante: huiuſmodi igitur penſio, nulla eſt, & abuſiua, teſte Loüet *ad Regul. de publicand. num.* 283. Paſtor *in tract. de benefic. lib.* 3. *tit.* 11. *num.* 9.

*Secundò* aduertendum eſt, vt penſio non imponatur ſuper beneficio minoris reditus; ſed ſolùm ſuper beneficio pinguiori: quia cùm in caſu permutationis permittantur penſiones cauſa æqualitatis ſeruandæ, ſi penſio imponatur ſuper beneficio minoris reditus, talis impoſitio vti facta ex falſa cauſa, irritatur: teſte Rebuffo in *praxi, tit. de reſeruat. tam generalib. quàm ſpecialib. num.* 24. vbi dicit ſe ita vidiſſe iudicatum; *per text. in cap. cum pridem, de pact. cap. conſtitutus, cap. ſuper, de tranſact.* Couarr. *lib.* 1. *reſol. cap.* 5. *num.* 6. Pariſ. *de confident. quæſt.* 28. *num.* 120. Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 343. Verall. *deciſ.* 325. *part.* 2. Boer. *deciſ.* 2. *num.* 45.

6 *Tertiò*, quod ſi quis permutaret beneficium, & penſio conſtitueretur ſuper alio beneficio quàm permutato, penſio non valeret in Gallia: teſte Rebuffo, *de pacif. poſſeſſ. num. mihi* 127. Licet dicat aliud eſſe de iure; ſi enim Pontifex id faciat ex certa ſcientia, valida erit de iure huiuſmodi reſeruatio, propter plenam Summi Pontificis in beneficialibus poteſtatem.

7 Idem dicendum, ſi penſio reſeruetur alicui Tertio, alteri videlicet quàm vni ex compermutantibus; valebit enim reſeruatio ex certa ſcientia Summi Pontificis facta, dummodò ille Tertius fuerit præſens, & promiſſio illi facta: idque iuxta Regulas iuris communis: vt teſtatur Coxier *in tract. de permut. be-*
8 *nefic. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 5. † Dixi iuxta Regulas
iuris communis, nam in Gallia verendum eſſet, ne talis penſio in fauorem Tertij non permutantis reſeruata, inualida & irrita declararetur: teſte Paſtor *dicto lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 10.

9 Quod autem inferior à Papa non poſſit, etiam ex cauſa pacis & concordiæ, reſeruare penſionem alicui Tertio; fuit deciſum *deciſ.* 386. *part.* 5. *recent. & deciſ.* 94. *&* 345. *part.* 6. Lotter. *lib.* 3. *quæſt.* 29. *num.* 184.

10 Notandum eſt *Quartò*, quod licèt permiſſum ſit Ordinariis beneficiorum permutationes admittere, vt expreſsè diſponitur in *conſtitutione* Pij V. 58. *Incipiente, Quanta Eccleſiæ Dei incommoda: in* §. 3. & hoc eſt conforme diſpoſitioni iuris communis, vt teſtatur Zerol. *in prax. Epiſcop. part.* 1. *in verb. Renunciatio, ſeu permutatio*, §. 3. *dubit.* 1. Garſ. *de benefic. part.* 11. *cap.* 4. *num.* 60. *& ſequent.* Bona-
cin. *de ſimon. diſput.* 1. *quæſt.* 4. §. 12. *num.* 7. † vbi 11
ampliat, vt locum habeat, quamuis vnum beneficium eſſet pinguius altero; dummodò permutatio purè fiat: vt per eumdem, *d. num.* 7. *verſic.* 3. Vgol. *de Epiſc. cap.* 50. §. 20. *num.* 1.

Nam permutatio illa debet fieri purè, & 12
non cum reſeruatione penſionis: quia permutatio ſub onere & reſeruatione penſionis, ſub alterius quàm Summi Pontificis authoritate, facta, nulla eſt & inualida; etiamſi penſio reſeruaretur propter inæqualitatem beneficiorum, etiam quod vnum eſſet pinguius alio: quia permutatio non eſſet pura; & illa inæqualitas compenſari non poteſt re aliqua pretio æſtimabili ſub ſola Ordinarij authoritate, ſed Summi Pontificis conceſſio omnino
interuenire debet: † exceſſus ſiquidem ille 13
fructuum beneficij, annexus eſt beneficio, ſeu titulo ſpirituali, & ab eo ſeparari non poteſt niſi Summi Pontificis authoritate interueniente: vt poſt Couarr. *lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 5. *num.* 8. arguit Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 179. *&* 180. Et hoc ex ſtylo Curiæ Romanæ procedere teſtatur Bonacin. *dicto tract. de ſimon. diſput.* 1. *quæſt.* 4. §. 12. *num.* 8. *verſic. dixi in reſponſione eiuſdem dubij.*

Verum quidem eſt, multos graues DD. 14
contrarium exiſtimaſſe: nempe quod licitum ſit Epiſcopis authoritatem interponere penſioni reſeruatæ in permutatione, ad compenſandam beneficiorum inæqualitatem, inter quos ſunt Nauarr. *conſil.* 43. *alias* 22. *de ſimon. num.* 4. vbi allegat Ancharan. *conſil.* 279. *Quæ-*
*ſtio proponitur: num.* 1. † qui tamen non facit ad 15
quæſtiones noſtras; ſolum enim *ibi* dicitur, quod Epiſcopus poteſt admittere beneficiorum permutationes: ſed non deciditur quæſtio, vtrùm hoc poſſit ſub onere, vel grauamine penſionis? & in effectu textus & iura
*ibi* allegata nihil aliud concludunt: † nam *in* 16
*clement. Vnic. de rerum permut.* nulla fit mentio oneris ſuper beneficiis permutatis imponendi, ſed dumtaxat ordinatur, quod beneficia permutata non aliis quàm permutantibus
conferri poſſint: † & *in cap. Quæſitum* 5. *in fin.* 17
*de rer. permut. in Decretal.* dicitur quod Epiſcopus ab vna, ad aliam Eccleſiam, ſine neceſſaria & iuſta cauſa tranſlationes facere non poteſt. Præterea Felinus quem allegat *in cap. Quia veriſimile, num.* 1. *de præſumpt.* nihil etiam dicit de reſeruatione penſionis inter permutantes ob cauſam inæqualitatis beneficio-

18 rum : † Similiter text. *in cap. ad quæſtiones, de rerum permut.* non probat hanc Nauarri ſententiam ; quia in *illo textu* fit mentio dumtaxat de permutatione duarum Eccleſiarum, quoad illarum bona temporalia, non autem quoad titulum & iura ſpiritualia : vt benè aduertit Couarr. *dicto lib.* 1. *var. reſol. cap.* 5.
19 *num.* 9. † Non negat tamen hoc caſu Nauarrus, quin huiuſmodi penſiones authoritate Ordinaria ex cauſa permutationis reſeruatæ, finiantur cum vita Penſionarij, & ſucceſſorem in beneficio non afficiant : vt patet *ex dicto conſil.* 22. *num.* 4.

20 Verùm quod neceſſaria ſit Pontificis, ſeu Sanctæ Sedis authoritas, ad ſtabiliendam penſionem ſuper beneficiis permutatis ob cauſam inæqualitatis beneficiorum, verius eſſe cenſuit Garſ. *de benefic. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 345. vbi multos allegat : & dicit, hunc eſſe ſtylum Curiæ Romanæ ; & iſta opinio tutior & vtilior eſt : præſertim vt penſionis reſeruatio authoritate Sedis Apoſtolicæ facta, afficiat ſucceſſores in beneficio penſione grauato : eandem ſententiam poſt plures per eum citatos ſequitur Sanch. *in ſuis conſil. moralib. lib.* 2. *cap.* 3. *dubit.* 38. *num.* 12. Bonacin. fusè probat *in tract. de ſimon. diſput.* 1. *quæſt.* 4. §. 13. *num.* 9. faciunt tradita per Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 35. *num.* 20. *& ſequent.* & ideo non ſunt admittenda tradita per Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 617. *num.* 16. cum *ibi* citatis, quem nos negotio non examinato, ſequuti fueramus *part.* 2. *reſolut. benefic. cap.* 1. §. 4. *num.* 79.

21 Et ex hac reſolutione infertur deciſio caſus propoſiti per Nauarr. *lib.* 3. *tit.* 3. *de ſimon. conſil.* 4. qui talis eſt : Duo ſua beneficia commutare volentes, conuenerunt, quòd ſi alterum beneficiorum reperiretur grauatum aliqua penſione, is cuius ante permutationem, erat illud beneficium, teneretur penſionem illam ſoluere : fuit ſubſequuta permutatio ſub authoritate ſolius Ordinarij, nulla facta huius pacti mentione: cum poſtea deprehenſum fuerit, alterum ex beneficiis permutatis eſſe penſione grauatum ; Dubitatum fuit vtrùm tale pactum eſſet ſimoniacum ? Et reſpondetur affirmatiuè : quia pactum illud fuit medium faciendæ permutationis , & propterea illud continere ſimoniam, conuentionalem quidem , ſi nondum fuerit executioni demandatum ; videlicet, ſi alter nondum ſoluit penſionem ; ſola enim conuentio non effectuata non continet ſimoniam realem, quando promiſſio non fuit adimpleta ; ſi verò penſio ſoluta fuerit in vim illius conuentionis , tunc erit ſimonia realis: & ideo cauendum eſt, vt ante ſolutionem recurratur ad Summum Pontificem pro ſimilis conuentionis confirmatione.

Notandum eſt *Quintò* , permutationem 22
penſionis cum penſione fieri non poſſe, neque penſionis cum beneficio : de primo capite adeſt doctrina Redoan. *in tract. de ſimon. part.* 3. *cap.* 20. *num.* 13. vbi allegat Paul. Rom. *in tract. de penſion. quæſt.* 7. *poſt princip.* §. *nunc venio :* de ſecundo probat Cokier *in tract. de permutat. benefic. part.* 2. *cap.* 18. *num.* † Niſi 23
ageretur de penſione in titulum beneficij conſtituta, cuius naturam ſuperiùs *in hoc eodem tractatu* expoſuimus : Ideo cum beneficio non poteſt permutari : Bonacin. *in tract. de ſimon. diſput.* 1. *quæſt.* 4. §. 12. *num.* 8. Quod dicit procedere, quando permutatio fieret ſolius Epiſcopi authoritate; ſecùs ſi fieret authoritate Summi Pontificis : † quamuis nec 24
etiam ſub Summi Pontificis authoritate penſionem cum beneficio permutari poſſe, contendat Redoan. *dicta part.* 3. *cap.* 20. *num.* 12. Quod ego verum exiſtimo de poteſtate ordinaria, ſecus de abſoluta ; cùm vt ſæpè diximus, Papa omnia poſſit in materiis beneficialibus. Ratio eſt, quia cùm beneficium ſit quid ſpirituale, penſio autem licèt ex beneficio proueniat, tamen ſit temporalis, & pretio æſtimabilis, videtur data pro ipſo beneficio, cuius titulus à fructuum perceptione ſola Ordinarij authoritate ſeparari non poteſt, ſed Pontificis authoritas interueniat neceſſe eſt : vt *ibidem* copioſiùs Bonacina ratiocinatur.

Eáque de cauſa, nec cum alia re ſpirituali 25
pretio æſtimabili permutatio fieri poteſt; veluti cum Decimis : Rebuff. *in prax. part.* 3. *de permutatione, num.* 24. † Sicuti nec fieri poteſt 26
permutatio beneficij cum Capella nondum erecta in titulum beneficij, aut cum ſimplici legato, aut pia fundatione : Papon. *lib.* 1. *tit.* 7. *arreſt.* 1. Mantic. *de tacit. conuent. lib.* 25. *tit.* 9. *num.* 43. Sanch. *in conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dubit.* 37. *num.* 18. † vbi probat non poſſe fie- 27
ri permutationem beneficij cum Hoſpitali, vel Præſtimonio, quando non habent naturam beneficij.

Notandum eſt *Sextò*, quod quamuis vt 28
mox diximus, ne quidem Summus Pontifex de poteſtate ordinaria permutationem beneficij cum penſione admittere poſſit, vt ex Redoani ſententia dictum eſt ; tamen alia via dari poteſt, qua Pontificis conceſſio iure ordinario ſubſiſtat : vt putà in ſubſidium ſuſtentationis eius qui beneficium dimittit; nam tunc non vti pretium beneficij penſio conſiderabitur, ſed tanquam alimentum dimittentis, quod Papa confert ſua poteſtate: ita Franciſc. Suarez *de virtute & ſtatu Relig. cap.* 33. *n.* 9. *&* 10. Cokier *in tract. de permut. benefic. part.* 2. *cap.* 18. *num.* 5.

Notandum *Septimò*, quod permutatio beneficij 29



neficij cum penſione , tanquam ſimoniaca non ſubſiſtit, niſi in præiudicium reſignantis, etiam ſi illa clauſula, *non aliàs, aliter, nec alio modo,* adiecta fuerit: quia talis renuncians non fuit vſus conceſſione iuris: *Clement. vnic.*
30 *de rer. permut.* † Ideo non poteſt redire ad ſuum beneficium, quod ex proprio delicto amiſit ; delicta autem impunibilia remanere non debent : Pariſ. *conſil.* 135. *num.* 2. *lib.* 4.
† & ratione ſimoniæ, beneficium illud ſuper 31
quo commiſſa fuit, impetrari poteſt abſque aliqua declaratione , quæ fieri poteſt poſt impetrationem : *cap. cum ſecundum leges , de hæret. in* 6. *& in Clement.* 2. *de ſimon.* Cokier *dict. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 8. & Nos ſuo loco diximus.

## CAPVT XVII.

### ARGVMENTVM.

QVANDO committatur ſimonia in reſignatione cum penſionis reſeruatione: Et vtrùm illa ſimonia ſit vera, an dumtaxat interpretatiua? Quis inde proueniat effectus quoad priuationem beneficiorum? Quando, & ex quibus penſio ſit Laicalis; Et quis inde effectus proueniat? Penſionis commoditatem alteri cedi poſſe etiam ad vitam Penſionarij ; non tamen ius penſionis, quod eſt ſpirituale; ſed ſimoniam propriè in penſionibus non fieri concluditur.

### SVMMARIVM.

1 *Simonia conuentionalis tranſit in realem , ſi conuentio fuerit effectuata per ſolutionem.*
2 *Reſignatio cum reſeruatione penſionis abſque Superiorum authoritate, eſt ſimoniaca.*
3 *Mandatum ad reſignandum ſub penſione eximitur à ſimonia, quando in eo fuit reſeruatum ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ.*
4 *Ampliatur etiamſi penſio reſeruaretur in fauorem Tertij non reſignantis.*
5 *Simonia quæ oritur ex reſignatione beneficij ſub penſionis reſeruatione , non eſt vera ſimonia , ſed interpretatiua , quæ non ſufficit ad priuationem beneficij.*
6 *Vt inducatur priuatio beneficij , oportet ſubſecutam fuiſſe collationem in vim pacti reſeruationis penſionis.*
7 *Penſio merè laicalis non ſubiacet ſimoniæ.*
8 *Ad iudicandum vtrùm penſio ſit laicalis , non debet inſpici perſona cui aſſignatur, ſed titulus propter quem ſoluitur.*
9 *Penſiones laicales ſunt pretio æſtimabiles.*
10 *Penſiones laicales ſunt in commercio, ſed tamen non ſolent redimi ſine authoritate Papæ.*
11 *Ex ſtylo Curiæ Romanæ Penſiones non ſolent aſſignari niſi Clericis.*
12 *Penſiones reſeruari poſſunt etiam coniugatis bigamis authoritate Summi Pontificis.*
13 *Magna eſt differentia inter penſiones iſtas, & illarum commoditatem: quia commoditas poteſt liberè cedi durante vita penſionarij.*
14 *Penſio non finitur per obitum illius , cui ſola fructuū ſeu penſionū commoditas ceſſa fuit.*
15 *Poteſt cedi commoditas penſionum ad vitam Penſionarij, & fieri mandatum irreuocabile ad hos fines, etiam inuito Titulari.*
16 *Ceſſionarius penſionis ad vitam emit quodammodo iactum retis.*
17 *Cenſus, & fructus ſeu commoditas illius, multùm differunt.*
18 *Ius percipiendi Decimas, eſt Eccleſiaſticum; ſed illarum commoditas eſt temporalis.*
19 *Ius patronatus per ſe vendi non poteſt.*
20 *Ius percipiendi penſionem eſt quid annexum ſpirituali.*
21 *Penſionarius ex conſtitutionibus Pontificis tenetur ſingulis diebus recitare paruum Officium : quæ tamen non ſunt publicata in Gallia.*
22 *Promittens maiorem penſionem quàm beneficium ferre poſſit , ſecundum aliquorum ſententiam committit ſimoniam.*
23 *Penſiones ſunt quid ſeparatum à beneficio, & quaſi temporales.*
24 *In cauſis penſionum Rota concedit Remiſſorias, perinde ac ſi eſſent quid temporale.*
25 *Penſio ex multorum ſententia poteſt extingui, vel minui, abſque authoritate Sedis Apoſtolicæ.*
*Limitatur num.* 26.
27 *Verius eſſe concluditur ſimoniam circa penſiones non committi.*
28 *Quæ ſit differentia inter penſionem & iuſpatronatus, circa pretij mentionem.*
29 *Onus recitandi paruum Officium , non reddit penſionem ſpiritualem.*
30 *Licèt penſio non ſit propriè ſimoniaca , valis tamen eſt reſignatio ſub penſione , non reſeruato Sedis Apoſtolicæ beneplacito.*

31 *Simonia committitur circa beneficium, non circa penſionem propriè.*
32 *Penſio quando datur in titulum, eſt obiectum ſimoniæ. Et num.* 35.
33 *Penſio quando dicatur conſtituta in titulum beneficij.*
34 *In derogatione iuriſpatronatus eadem obſeruanda ſunt quoad penſiones quæ dantur in titulum, quæ in aliis beneficiis patronatis.*
36 *Præſtimonia quæ dantur in titulum, veniunt appellatione beneficij.*
37 *Quæ requirantur ad hoc vt penſio dicatur conſtituta in titulum beneficij.*
38 *Si penſio detur in titulum beneficij, & ſucceſſu temporis beneficium fuerit effectum non ſoluendo, quid hoc caſu agendum ſit.*
39 *Separatio beneficiorum reditus ad exigendum nouum titulum beneficij non poteſt fieri in Eccleſia Collegiata.*
40 *Priuatus beneficiis, non cenſetur priuatus penſionibus; niſi tamen agatur de penſionibus erectis in titulum beneficij.*
41 *Decretum*, de pacificis poſſeſſoribus, *locum habet in penſionibus erectis in titulum beneficij.*
42 *Qui penſionem per triennium non ſoluit, non iuuatur decreto*, de pacificis poſſeſſoribus.
43 *Fruitio Cameræ loco penſionis durante vita reſignantis, vtrùm reſeruari poſſit.*

SED ne recedamus à materia Permu-
tationis, ponatur caſus, quod duo
permutantes ſua beneficia coram
Ordinario conuenerunt, quod ſi alterum
illorum reperiretur penſione grauatum, is
qui illud ante permutationem poſſidebat, te-
neretur penſionem illam ſupportare: vtrùm
1 pactio hæc ſit ſimoniaca; maximè ſi de ea co-
ram Ordinario nullam fecerunt mentionem?
Reſoluendum eſt hac in re eſſe ſimoniam, †
conuentionalem quidem, ſi pactum non fue-
rit deductum ad effectum; veram autem &
realem, ſi ſolutio fuerit ſubſequuta: ſic deter-
minat Couarr. *lib.* 5. *tit.* 3. *de ſimon. conſ.* 4. quem
ſequitur Sanch. *in conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *du-
bit.* 38. *num.* 13. ſed vt quæſtio meliùs explice-
tur, videndum eſt generaliter vtrum circa
penſiones ſimonia committi dicatur.
2 Et vt certa ab incertis ſecernamus, aduer-
tendum in primis eſt, quod ſi quis de reſig-
nando in fauorem alterius beneficio paciſca-
tur, penſione ſibi reſeruata, maximè cum
clauſula *non aliter &c.* committit ſimoniam:
vt probat text. *in cap. cùm pridem, de pact.* Gloſſ.
*in cap. ordinationis, in verbo, pretium,* 1. *quæſt.* 1.
Redoan. *de ſimon. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 1. *& ſe-
quent.* Farinac. *conſil.* 75. *num.* 1. Rota *deciſ.* 437.
*num.* 2. *part.* 1. *recent.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 6.
*quæſt.* 2. *num.* 74. Sanch. *loco citato dub.* 46. *num.*
18. Garſ. *part.* 11. *cap.* 3. *num.* 45.
Et mandatum factum ad reſignandum 3
cum animo & intentione reſeruandi penſio-
nem, non valet: Redoan. *de ſimon. part.* 2. *cap.*
14. *num.* 5. & reſignatio quæ inde ſequeretur,
eſſet ſimoniaca, niſi reſeruatum eſſet Summi
Pontificis beneplacitum: Redoan. *in eodem
tract. cap.* 15. *num.* 32. *&* 42. † per quam reſer- 4
uationem purgatur omnis ſimonia, etiamſi
reſeruatio fieret ad fauorem Tertij: Farinac.
*dicto conſil.* 75. *num.* 17. poſt Caſſador. *deciſ.* 2.
*de ſimon. in fine, num.* 6. Couarr. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.*
5. *verſic. verùm Romanus Pontifex.* † Sed illa ſi- 5
monia, quæ inducitur ex reſignatione iſta
conditionali, nempe ſub reſeruatione penſio-
nis, non eſt vera ſimonia, ſed impropria; &
habet tantùm ſpeciem ſimoniæ: & ideo non
ſufficit ad priuationem beneficij: Pariſ. *conſil.*
29. *num.* 10. *&* 11. *lib.* 4. Clar. *in §. ſimonia, num.*
10. Farinac. *dicto conſilio* 75 *num.* 14.
Præterea ad hoc vt locus ſit pœnæ priua- 6
tionis, propter huiuſmodi pactiones ſine Pa-
pæ authoritate factas, neceſſe eſt, quòd colla-
tio in vim illarum fuerit effectum ſortita:
vnde pœnæ locus non eſt, ſi alio modo proui-
ſio facta fuerit: Rota apud Farinac. *dicto conſ.*
75. *num.* 105. *verſic. nam cum Papa.*
Secundo loco, hoc etiam ſtatuendum eſt; 7
nullam committi ſimoniam quando agitur
de penſione temporali, & merè laicali, quæ
laicis conceditur ob cauſam merè tempora-
lem, & ab omni ſpiritualitate ſeparatam; ve-
luti cauſa belli, vel cauſa defendendæ Eccle-
ſiæ, vel domeſticis Summi Pontificis, aut
Cardinalium; item Sacriſtæ Eccleſiæ, non
intuitu alicuius beneficij per eum poſſeſſi,
ſed pro ſeruitio temporali Eccleſiæ exhibito,
pulſatoribus Campanarum, Organiſtæ, &
ſimilibus: nam quamuis forſan Sacriſta, vel
Organiſta, aut ſimiles eſſent Clerici; non
ideo ſequeretur penſionem eſſe Eccleſiaſti-
cam: † quia dum quæritur vtrùm penſio ſit 8
laicalis, vel Eccleſiaſtica? non attenditur
perſona, cui illa aſſignatur; ſed titulus in
quo penſio fundatur, ſeu cauſa propter quam
ſoluitur: ad exemplum eleemoſynæ, quæ
licet Clerico ſoluatur, non propterea dici-
tur Eccleſiaſtica: vt bene explicat Bonacin.
*in tract. de ſimon. diſput.* 1. *quæſt.* 4. §. 13. *num.* 1.
Garſ. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 8. *&* 18. *in fine*, vbi
reprehendit Vegam contrarium ſentientem,
& contra illum allegat Toletum *in ſumma lib.*
5. *cap.* 9.
In his ergo penſionibus laicalibus nulla 9
committitur ſimonia, cùm ſit res temporalis
pecunia æſtimabilis: vt probat Bonacina
*ibid. num.* 3. † Quia quamuis ſit veluti portio 10
beneficij



beneficij, efficitur tamen per ſeparationem
temporalis, adinſtar Decimæ, quæ Regi ex
beneficio ſoluitur, quæ & vendi, & redimi
poteſt: Modern. *de ſtylo Datariæ, cap.* 27. *num.*
6. poſt Azor. *lib.* 8. *cap.* 10. *quæſt.* 10. & alios.
Sed tamen quia tales penſiones ex ſtylo non
ſolent redimi ſine authoritate Papæ, redi-
mens peccaret contra ius poſitiuum, vt *ibi-
dem* Bonacina *num.* 3. *verſic. dico.*
11 Immò ex ſtylo Curiæ Romanæ, penſio-
nes huiuſmodi non ſolere alicui concedi, niſi
ſit Clericus, teſtatur Rota *deciſ.* 450. *num.* 4.
*part.* 5. *recent. tom.* 2. & per *totam illam deciſio-*
12 *nem*: † vbi dicitur, quod ſi Clericus contra-
xerit matrimonium, etiam cum bigamia, li-
cet ſit priuatus exercitio Clericatus, tamen à
Summo Pontifice diſpenſatus poteſt penſio-
nes obtinere: ſed iſtæ penſiones non ſunt
Eccleſiaſticæ, vt dictum eſt.
13 Tertiò aduertendum eſt, magnam eſſe
differentiam inter penſiones ipſas, ſeu ius
illas percipiendi, & fructus ſeu commodita-
tes illarum: hæc enim commoditas poteſt
liberè cedi & transferri, etiam ſine conſenſu
illius, qui eſt oneratus ſolutione penſionis:
Rota *deciſ.* 400. *num.* 1. *part.* 1. *diuerſ.* duratura
14 etiam durante vita Penſionarij; † ſicut non
finitur per obitum illius, cui commoditas, ſo-
láque fructuum perceptio ceſſa fuit: vt *in
dicta deciſ.* 400. *num.* 5. *& ſequent. part.* 1. *di-
uerſ.*
15 Poteſt ergo ſic fieri, vt Penſionarius con-
ſtituat aliquem ſuum procuratorem irreuo-
cabilem ad exigendam penſionem, quam
ipſe obtinet; idque mediante pretio per eum
recepto pro tali mandato, quod fieri poteſt
etiam inuito Titulari; quia periculum vitæ
non transfertur in perſonam illius Tertij, ſed
menſuratur ex perſona veri Penſionarij ad
quem titulus penſionis ſpectat: & ita ſæpiùs
practicatur. † Adeo vt iſti ceſſionarij videan-
16 tur quodammodo emere iactum retis, & ſu-
bire incertum periculum vitæ Penſionarij:
ex notat. per Modern. *de ſtylo Datar. cap.* 27.
*num.* 7. Vtrùm autem iſta ceſſio præiudicet
Eccleſiæ quominus libertatem acquirat
quando Penſionarius penſionem extinguit?
dicemus *infrà cap.* 21.
Quam differentiam inter penſionem, &
17 fructus ſeu commoditatem illius, comprobat
Merlin. à ſimili *deciſ.* 663. *num.* 14. quæ eſt *de-
ciſ.* 3. *part.* 7. *recent.* exemplo differentiæ, quæ
eſt inter cenſum, & fructus ſeu commodita-
tem cenſus; ex Cenc. *de cenſib. quæſt.* 72. *num.*
26. Mantic. *deciſ.* 14. *num.* 8. *&* 9. facit quoque
à ſimili quod dicitur de hærede grauato; qui
licèt bona fideicommiſſi alienare non poſſit,
tamen de fructuum commoditate ad libitum
diſponere poteſt: Bald. *in l.* 1. *num.* 7. *C. qui
bonis ced. poſſ.* Iaſ. *in §. fin. num.* 57. *Inſtit. de
action.* Roland. *conſil.* 80. *num.* 35. *lib.* 1. Me-
noch. *conſil.* 1022. *num.* 11. Pacific. *de Saluian.
inſpect.* 3. *cap.* 2. *num.* 804.
Eadémque ratione, Nos aliàs differentiam 18
indicauimus inter fructuum Decimalium
commoditatem, & ius illos fructus percipien-
di: hoc enim ius Eccleſiaſticum eſt, commo-
ditas verò per ſeculares obtineri poteſt: vt
diximus *in tract. de præuent. Iudic. part.* 2. *cap.*
25. *num.* 1.
Quartò, deueniendo ad quæſtionem 19
principalem, magna eſt inter DD. contro-
uerſia, vtrùm licitum ſit vendere, & redi-
mere penſiones, abſque vitio ſimoniæ? Qui
enim tali caſu ſimoniam incurri volunt, ſuam
ſententiam tuentur *Primò*, quia iuſpatrona-
tus vendi non poteſt abſque vitio ſimoniæ,
cùm tamen minus ſpirituale ſit quàm ius
penſionis, quod non competit Laicis ſicut
iuſpatronatus, cuius etiam fœminæ ſunt
capaces.
*Secundò*, cùm non agatur in hac concluſio- 20
ne de ſolis fructibus penſionis, ſed de iure
illam percipiendi, agitur per conſequens de
iure ſpirituali; ſicut laicus non poteſt eſſe
conductor iuris decimandi, ſed tamen poteſt
conducere commoditatem fructuum Deci-
malium: Monet. *in tract. de Decim. cap.* 5. *num.*
64. Gratian. *diſcept. forenſ.* 238. *num.* 19. eſt
ergo ius percipiendi penſionem ius ſpiritua-
le, aut ſaltem ſpiritualibus adhærens, ex D.
Thoma 2.2. *quæſt.* 100. *art.* 1. *in reſponſ. ad* 6.
*Tertiò* hoc maximè videtur procedere ex 21
eo, quod Penſionarius tenetur ad recitatio-
nem parui Officij, & ſic penſio datur pro re
ſpirituali; & per conſequens eſt materia ſi-
moniæ: qua de cauſa, hoc caſu contrahi ſimo-
niam non ſolùm contra ius humanum, ſed
etiam contra ius diuinum, probat Bonacin. *de
ſimon. diſput.* 1. *quæſt.* 4. §. 13. *num.* 4. & eiuſdem
ſententiæ ſunt Nauarr. Rebuff. & plures alij,
quos citat Sanch. *in conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 3.
*dubit.* 46. *num.* 1. Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5.
*num.* 19. *&* 20. *& ſequent.* & maximè *num.* 23.
*&* 24. Illæ tamen conſtitutiones circa recita-
tionem parui Officij, non ſunt publicatæ in
Gallia; vt Moderni teſtantur.
Vnde ſecundùm iſtam opinionem infer- 22
tur, illum ſimoniæ labem incurrere, qui vt
beneficium faciliùs conſequatur, maiorem
penſionem promittit ſoluere quàm benefi-
cium ferre poſſit; vt dicit Anton. de Marin.
*lib.* 2. *reſolut. cap.* 171. *num.* 3. *&* 4. pluréſque
aliæ ſimiles illationes fieri poſſunt ſecundum
ſcripta per DD. qui hâc ſententiam tuentur,
Contrariam verò ſententiam plurimi non
infimæ notæ DD. veriorem eſſe cenſuerunt; 23
ea ratione moti, quod ſubiectum penſionis
nullum

nullum aliud eſt quàm fructus beneficij, provt ſunt diſtincti & ſeparati ab ipſo beneficio; & ſic eſt res merè temporalis,non enim datur pro miniſterio ſpirituali, nec titulo ſpirituali; ſed tantùm ad ſuſtentationem illius, in cuius fauorem reſeruatur : & ſic Clericatus,& Ordo ſacer tantùm conſiderantur per accidens, & concomitanter:quod vel ex eo patet,quod penſiones regulariter non debentur de fructibus beneficij, nec percipiuntur à Penſionario tanquam fructus ipſius beneficij,ſed ſoluuntur in pecunia.

Vnde Rota ſemper conſiderauit penſio-
24 nem tanquam quid temporale, & ſeparatum à titulo beneficij;nihil habens ſpiritualitatis, nec connexionis cum ipſo titulo beneficij: Verall.*deciſ.99.part.*1.Ludouiſ.*deciſ.*403.*nu.* 2. & ideo in controuerſiis, quæ verſantur circa ſolutionem penſionis, Rota ſolet concedere Remiſſoriam : ex Merlin. *deciſ.* 732. *num.*1.Burat.*deciſ.*369.

25 Et propterea ſecundùm hanc poſteriorem ſententiam,penſio poteſt redimi,minui, vel caſſari abſque authoritate Apoſtolica, vt pluribus citatis tenuit Rota coram Buratt.*deciſ.*469.*num.*1. & *ibi* Addit. *litt. A.* & *in deciſ.*
26 528. *num.* 1. † Vbi tamen hoc limitatur, niſi fieret pactum quod diminutio eſſet nulla, & Penſionarius remaneret in ſuo priſtino iure, caſu quo non adimplerentur promiſſiones factæ per Titularem; tunc enim non poſſet penſio ſemel extincta reuiuiſcere,niſi interueniente noua authoritate Summi Pontificis; provt meliùs explicatur *in dictis deciſionibus* 469.*&* 528.

Et ſanè hæc ſecunda ſententia verior vi-
27 detur, & probabilior, quam amplectitur Sanch. *dicta dubit.*46.*num.*13. 15.*&* 16.cum pluribus per eum allegatis *num.* 8. & probat bene Lotter.*de re benefic.lib.*3. *quæſt.* 29. *num.* 78. vbi reſpondet ad argumenta contraria,
28 & nominatim *num.* 86. † quia iuſpatronatus eſt inſeparabiliter connexum cum iure ſpirituali tituli beneficialis, illíque perpetuò adhæret; penſio autem per accidens & temporaliter, & ad ſummum durante vita Penſionarij. Item extincto titulo beneficij per illius ſuppreſſionem, aut vnionem, penſio tamen illæſa remanet; & ſic magna eſt inter Iuſpatronatus,& penſionem differentia.

29 Neque onus recitandi Officium Glorioſiſſimæ Virginis propriè dici poteſt ſpirituale; quia hoc non mutat naturam rei, ſed eſt onus per accidens coniunctum,ſeu annexum : propriè enim penſio reſpicit fructus, ſicut Iuſpatronatus reſpicit ipſum beneficium : fructus autem ex ſe ſunt quid temporale,beneficium autem ex ſe ſpirituale,ratione cuius competit Patrono ius præſentandi; & onus illud recitandi paruum Officium non eſſe ſpirituale, immò quod illud aſſerere eſt mera vanitas, dicit Lotter. *dicto lib.* 3. *quæſt.* 29.*num.*81.& probatur ex traditis per ipſum *lib.*2.*quæſt.*9.vbi fusè explicat in quo conſiſtat ius ſpirituale. Immo in Gallia, onus iſtud recitandi Officium Glorioſiſſimæ Virginis, non obligare Penſionarium,tradunt Moderni *in prax. Iuris Canonic. lib.*3.*cap.* 40.*num.*15.

Intelligenda ſunt autem præmiſſa ſano 30
modo; videlicet vt locum habeant dum agitur de penſione iam conſtituta : at verò ſi agatur de ceſſione, aut reſignatione beneficij ſub reſeruatione penſionis,aut alia de cauſa, ex qua poſſit argui pactio circa idem beneficium cedendum, vel reſignandum; ſine dubio authoritas Summi Pontificis erit neceſſaria, ſine qua non poteſt purgari ſimoniæ labes : & ita explicandi ſunt DD. qui aliter loquuntur; vt bene aduertit Lotter.*dict.lib.*3.
*quæſt.*29.*num.*96. † Et faciunt à ſimili quæ di- 31
ximus de ſimonia in Iurepatronatus, *part.*2. *cap.*5.§.1.*num.*3.*vol.*1.*quæſt.benefic.* quod licèt propriè non committatur vera ſimonia in Iurepatronatus, tamen ſi ſimonia committeretur circa beneficium, illiúſve præſentationem, vtpote quòd Patronus præſentaret ad beneficium ſub promiſſione alicuius rei temporalis, tunc eſſet vera ſimonia : vt *ibid.* diximus ex Sanch. *in conſil. moral. lib.* 2. *cap.*3. *dubit.*107.*num* 5.*verſic.vbi dicit ſecus eſſe.*

Quintò aduertendum eſt, quod ſi penſio 32
conſtituatur, & detur in titulum beneficij, in ea locus erit ſimoniæ; ita vt nec vendi, nec ſine authoritate Apoſtolica redimi poſ-
ſit. † Quod vt intelligatur ſciendum eſt,pen- 33
ſionem conſtitui quandoque in titulum beneficij cum onere alicuius miniſterij ſpiritualis & Eccleſiaſtici, vt teſtatur Couarr. *pract. quæſt.*36. *num.* 10. *verſic.quarto quoties:*
† vbi dicit, quod in derogatione Iuriſpatro- 34
natus, eædem Regulæ locum habent in iſtis penſionibus quæ dantur in titulum, quæ obſeruantur in aliis beneficiis patronatis : hoc explicat Caccialup. *in tract. de penſionib.quæſt.*
30. dicens, † quòd ſi aſſignetur aliqua pars 35
fructuum cuiuſdam beneficij pinguis, non ad particulare commodum vnius, ſed ad hoc vt eſſet beneficium Eccleſiaſticum, hoc caſu licèt diceretur portio, vel penſio, tamen eſſet verum beneficium : quod & voluit Gomeſ. *ad regul. de Annali, quæſt.* 21. *verſic. ſed*
*omnia iſta.* † eodem modo quo præſtimonia 36
quæ dantur in titulum, comprehenduntur ſub appellatione *Beneficij*, & ſubiacent Regulæ *de Annali* : Cokier *ad Regul.Cancell.*32.
*num.*24.*in fin.*† Et de huiuſmodi penſionibus 37
in titulum aſſignatis agit Barboſ. *de Epiſcop. allegat.* 57.*num.* 150. Garſ. *de benefic.part.*1.

*cap.*5.



*cap.*5.*num.*5. cum pluribus per eos allegatis; qui omnes vnanimi conſenſu dicunt, quod ſi penſio conſtituatur ſuper fructibus alicuius Eccleſiæ, vt deinceps ſit beneficium Eccleſiaſticum & perpetuum, tunc eodem iure cenſendum eſt quo alia beneficia; cùm contingere poſſit, ſecundùm Abbat. *in cap. conquerente,num.*1.*notabil.*1.*de Cleric.non reſident.* aſſignando penſionem ex reditibus alicuius Eccleſiæ in temporalitate alterius beneficij nouiter creati, & tunc iſta penſio dicitur verè beneficium. Nec obſtat quod vocetur *Portio*, vel *Penſio* : quia vis non eſt facienda in nominibus : Garſ. *dict.num.* 5. Abb.*in d. cap.conquerente,num.*1.*notab.*1.*de cleric. non reſident.* & hoc Nos ſatis explicauimus *in* 1.*vol. reſol.benef.part.*2.*cap.*1. §.4.*num.*22. ad quem ocum recurrendum erit.

In his ergo penſionibus quæ dantur in titulum beneficij, ſimoniam locum habere nemo dubitat; vt probat Sanch. *conſil.moral. dicto lib.*2.*cap.*3.*dubitat.* 46. *num.*11. cum *ibi* citatis.

38 Sed iuxta præmiſſa, Quæro quid agendum ſit,quando ex pingui beneficio ſeparata eſt certa penſio, alicui in titulum beneficij aſſignata, & ſucceſſu temporis beneficium, ex quo penſio deſumpta eſt, fuit effectum minùs idoneum ad ſuſtinendam penſionem? Exempli gratia, ſi cùm vna Eccleſia abundaret reditibus, & careret auxilio Miniſtri, & ſtatutum eſſet authoritate Superioris, vt ibi vnus eſſet Clericus,illíque aſſignatum, & inſtitutum beneficium cum penſione ſeu reditu centum librarum,deſumendo ex fructibus primi beneficij, dummodò tamen remaneat Presbytero, vt poſſit honeſtè viuere; & deinde Eccleſia ad eum ſtatum deueniat,vt vix poſſit ſubuenire proprio Rectori? Reſoluendum eſt hoc caſu, eum qui penſionem conſequutus eſt, non debere ea priuari, ſed tamen eo remoto ex aliqua cauſa, debere beneficium ex primo creatum extingui, & ſupprimi, & Eccleſiam ad ſuam priſtinam integritatem reduci : ita concludit Abb. *in dict. cap. conquerente, de Cleric. non reſident.*
*num.*6. † Illa tamen ſeparatio redituum fieri 39
non debet in Eccleſia Collegiata, vt per eundem Abbat. *in cap.dudum, de Præſumption.n.*2. *&* 3. de qua tamen materia videri poterit Garſ.*de benefic.part.*12.*cap.*3.*&* 4.

Infertur ex præmiſſis,quod ſi quis per ſen- 40
tentiam priuatus fuerit ſua Eccleſia, & condemnatus ad priuationem omnium & quorumcunque ac ſingulorum beneficiorum & Officiorum quæ poſſidet;non propterea cenſetur priuatus penſionibus quas habet; quia illæ non veniunt appellatione *beneficij* in materia pœnali; exceptis tamen penſionibus datis in titulum, quia illæ comprehenduntur in priuatione generali omnium & ſingulorum beneficiorum : ita deciſum per Rotam apud Creſcent. *deciſ.* 14. *de ſentent.&* *re iudicata.*

Infertur ſecũdò,quod ſi agatur de penſione 41
data in titulum beneficij,decretum *de pacificis poſſeſſ.* locum habebit; ſecus ſi non fuerit da-
ta in titulũ beneficij:† & propterea quamuis 42
quis per triennium penſionem non ſoluerit, non iuuatur decreto *de pacificis poſſeſſoribus*: ſed cogitur eam ſoluere:quia cauſa fructuum non eſt beneficialis : vt notatur *in cap.* 2. *vt lit. pendent.*& penſio habetur reſpectu beneficij, ſicut vſusfructus reſpectu proprietatis: *cap. final. de pignorib.* ita Rebuff. *de pacific. poſſeſſ.num.*108.*verſic. decimooctauo.*

Quid autem dicendum ſit, quando reſi- 43
gnans reſignauit vltra penſionem in pecunia, fruitionem Cameræ, ſeu domus Canonicalis, aut Parochialis, durante vita ipſius reſignantis? quia hæc quæſtio mihi propoſita fuit anno præterito, conueniens exiſtimaui hîc reſponſum inſerere per me ſuper illa quæſtione datum, provt *cap. ſeq.*

## CAPVT XVIII.

### *ARGVMENTVM.*

VTRVM reſignans poſſit ſibi reſeruare loco penſionis fruitionem domus Canonicalis ſpectantis ad beneficium reſignatum. Et ſi patruus reſignans habitauerit in illa domo poſt reſignationem, vtrùm ex eo arguatur ſimonia? Quid ſi permutatio facta fuerit de beneficiis inæqualibus cum reſeruatione penſionis, quando præſumi poſſit hoc factum fuiſſe in fraudem ad euitandum Concurſum, qui non requiritur in permutatione Eccleſiarum Parochialium.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Simonia incurritur quoties res temporalis datur pro ſpirituali.*
2 *Cõtractus,* Do vt Des, *non poteſt fieri in beneficiis, etiamſi detur ſpirituale pro ſpirituali.*
3 *Authoritas Legati Auenionenſis non purgat ſimoniam faciendam.*
4 *Quomodo Legatus Auenionenſis penſiones reſeruare poſſit.*
5 *Legatus non poteſt conferre beneficia cum diſmembratione.*
6 *Traditio rei temporalis pro ſpirituali ex vtraque parte completa, ſimoniam perficit.*
7 *Quando aliquid deletur, aut caſſatur in ſupplicatione, cenſetur derogatum.*
8 *Si nepos poſt reſignationem patruo concedat habitationem domus beneficij reſignati, nulla præcedente pactione, non eſt ſimonia.*
9 *Concurſus non exigitur in permutationibus Eccleſiarum Parochialium.*
10 *In permutatione ſimplicis beneficij cum Eccleſia parochiali, vtrùm neceſſarius ſit Concurſus.*
11 *Refertur reſolutio Congregationis Concilij, hoc caſu non eſſe neceſſarium Concurſum, ſed ſimplex Examen ſufficere.*
12 *Permutatio fraudulenta non valet, & beneficij vacatione punitur.*
13 *Permutatio arguitur fraudulenta ex magna beneficiorum inæqualitate.*
14 *Explicatur Garſ.* de benefic. part. 11. cap. 4. num. 102.
15 *Quæ ſint fraudis coniecturæ in permutatione ad euitandum Concurſum, aut palliandam reſignationem factam coram Ordinario in fauorem.*
16 *Sola inæqualitas beneficiorum permutatorum non arguit fraudem permutationis, niſi alia concurrant.*
17 *Si inæqualitas beneficiorum permutatorum compenſata fuerit per reſeruationem penſionis competentis, tollitur ſuſpicio fraudis.*
18 *Summus Pontifex ex certa ſcientia ſupplet inæqualitatem penſionis, & tollit omnem fraudis ſuſpicionem.*

SVPPONITVR in facto, Titium Priorem cuiuſdam Prioratus Curati, valoris centum quinquaginta ducatorum in reditibus annuis ſiti in Comitatu Venaiſſino, vbi ex diſpoſitione Concilij Tridentini Concurſus habet locum; dictum Prioratum reſignaſſe in manibus Summi Pontificis ſuo conſanguineo, pro quadam Capellania valoris quinque ducatorum in reditibus, & ſub reſeruatione penſionis annuæ centum ſcutorum, nec non fruitione domus dicti Prioratus. Et ex his dubitatur,

Primò, vtrùm reſeruatio fruitionis & habitationis domus Prioratus, fuerit licita, vltra reſeruationem penſionis, ſiue coram Papa, ſiue coram Legato; ſtante quod in facultatibus non datur alia facultas Vicelegatis, niſi reſeruandi penſiones?

Secundo, Vtrùm ex aliquo ex defectibus prædictis ſit locus legitimæ impetrationi?

Tertiò, quæritur vtrùm dicta reſignatio careat fraude, ſtante permutationis inæqualitate, ad effectum vitandi Concurſum; an verò ceſſet fraudis ſuſpicio quando inæqualitas fuit compenſata per reſeruationem penſionis?

Ad primam Quæſtionem Reſpondetur, 1
reſeruationem domus eſſe ſimoniacam: quia
continet traditionem rei temporalis pro beneficio, vt patet ex definitione ſimoniæ, &
traditis communiter per DD. *in rubrica de ſimonia*, Clar. *in §. Simonia, in princip.* Tuſch.
*litt. S. concluſ.* 249. *num.* 1. Bellamer. *conſil.* 31.
*num.* 9. *& ſequent. verſic. ſed in contrarium.* † Et 2
generaliter contractus *Do vt Des*, fieri non
poteſt in beneficialibus, etiamſi (quod plus
eſt) daretur ſpirituale pro ſpirituali: DD. *in*
*Clement. vnica, de rer. permutat.* † Et licèt in- 3
terueniſſet authoritas Legati Auenionenſis,
niſi Summus Pontifex hoc ex certa ſcientia
confirmaſſet; non tamen ex eo purgata eſſet
ſimonia: vt patet ex *deciſ.* 8. *num.* 5. *part.* 5.
*recent.* † quia facultates Legationis dant qui- 4
dem facultatem authorizandi reſeruationes
penſionum, non tamen in ipſis permittitur
approbatio aliorum pactorum continentium
permutationes rei temporalis cum beneficiis:
vt patet ex *artic.* 13. *dictarum Facultatum*, vbi
datur ſolùm facultas reſeruandi penſiones
ſuper beneficiis; quamuis poſt commiſſam
ſimoniam, Legatus ex Facultatibus ſoleat
ſuper ea diſpenſare cum rehabilitatione, re
integra, id eſt ante impetrationem Tertij,
† cùm reſeruatio fruitionis domus parochia- 5
lis non ſit penſio, nec penſionis appellatione
venire poſſit, neque potuerit fieri diſmembratio illius domus in fauorem permutantis,
quia collatio beneficij ſine diminutione fieri
debet; Rebuff. *in praxi, tit. requiſita ad collationem bonam: n.* 6. Guillelm. Benedict. *in cap.*
*Raynutius, in verbo, ſi abſque liberis*, 2. *de fideicomm. ſubſtitut. à num.* 32. Garſ. *de benefic. part.*
7. *cap.* 1. *num.* 121. † In ſumma negari non 6
poteſt quin adſit ſimonia, cùm verè appareat
de traditione rei temporalis ex vtraque parte
completa: Rota *deciſ.* 538. *num.* 8. *part.* 4. *recent. tom.* 2.

Quod potiſſimùm habet locum, quia ſup- 7
poſitum fuit in facto, quod reſeruatio domus
Parochialis fuerat petita in ſupplicatione, &
illa per Officiales caſſata, & per conſequens





denegata ex ſtylo Curiæ, de quo teſtatur
Seraphin. *deciſ.* 683. Modern. *de ſtylo Datar.*
*cap.* 32. *num.* 65. vbi dicitur, caſſationem in
ſupplicatione denegationis vim habere.
8 † Non tamen negari poteſt, quòd ſi Nepos
permiſerit Patruo, vt domum Canonicalem
vel Parochialem poſt reſignationem iure familiaritatis inhabitaret, nulla conuentione
præcedente, ex eo non poſſet deſumi ſimoniæ coniectura: vt probauimus *in quæſt. benef.*
*part.* 3. *cap.* 185. *num.* 14. Pariſ. *conſil.* 59. *num.*
27. *lib.* 4.

Ad ſecundum dubium reſpondetur, ſuppoſita ſimonia ſupradicta per traditionem
realem rei temporalis pro beneficio, incurſam fuiſſe pœnam excommunicationis &
amiſſionis beneficij: iuxta *Extrauagant. Cum deteſtabile, de ſimonia.* & Conſtitutionem
Sanctæ Mem. Pij V. vt per Rotam *dicta deciſ.* 538. *num.* 9. *part.* 4. *recent. tom.* 3.

9 Ad Tertiam quæſtionem reſpondetur,
DD. generaliter loquendo ſtatuere, nullum
in permutationibus Eccleſiarũ Parochialium
exigi Concurſum, nec in iſto caſu locum
eſſe diſpoſitioni Concilij Tridentini Concurſum requirentis, *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. teſte Barboſ.
*in tract. de Offic. & poteſt. Paroch. cap.* 2. *num.*
23. & *ad dictum cap.* 18. *Concilij Trident. num.*
26. & *de poteſt. Epiſc. allegat.* 60. *num.* 23. vbi
alij allegantur.

10 Et quamuis, quando agitur de permutatione beneficij ſimplicis cum Parochiali,
Concurſum exigat Ricc. *in praxi rer. for.*
*Eccleſ. deciſ.* 419. *in fin. verſic. quod ſi fieret:*
Vgolin. *de Epiſc. cap.* 50. §. 3. *num.* 3. *verſic.*
11 *ſeptimo*: ibi, *Excipitur tamen*: † hæc tamen
ſententia, niſi alia concurrant, vix obtinebit, propter Declarationem Cardinalium
Concilij Interpretum, qua in permutatione ſimplicis beneficij cum Parochiali, Examen quidem exigitur, ſed abſque Concurſu; teſte Barboſ. *in deciſ. Apoſtol. deciſ.* 339.
*num.* 2. COKIER *in tract. de permutat. benefic.*
*lib.* 2. *cap.* 30. *in quinta declarat.* Garſ. *de benefic. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 165. *in quarta declaratione.*

12 In caſu verò propoſito, declaratio illa
non procedit; ſed potiùs deciſioni Riccij
& Vgolini locus erit: immò & permutatio
nulla & inualida declarabitur vti fraudulenta, & conficta in fraudem Concilij, &
ad euitandum Concurſum: certum eſt
enim, permutationem fraudulentam non
ſubſiſtere, & beneficium ſic permutatum
vacare, & eſſe impetrabile; ex Conſtitutione Pij IV. publicata anno 1564. die 27.
Ianuarij, quam refert COKIER *in tract. de*
*permut. benefic. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 12. Franc.
Marc. *deciſ.* 510. *num.* 5. *part.* 1. Sigiſmund.
Loffred. *conſil.* 17. *num.* 35. Pariſ. *de reſignat.*
*lib.* 13. *quæſt.* 4. *num.* 18. cum aliis allegatis
per Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 31. *num.*
18. vbi dicit, quod illa præſumptio non
poteſt ſanari ab alio quàm à Papa; † & in 13
puncto caſus, de quo agitur, ita concludunt
Pariſ. *de reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 9. *num.* 95. in
illis verbis, *dummodo permutatio non ſit fraudulenta, nec de ſimplici ad Curatum, nec in*
*valore ſit magna inæqualitas*: quem ſequitur Garſ. *de benefic. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 164.
qui loquuntur de examine per Concurſum.

Quamuis enim Garſ. *in dicto tract. de* 14
*benefic. part.* 11. *cap.* 4. *num.* 102. videatur
concludere fraudis cõiecturas ceſſare; quando non agitur de fraude aduersùs Expectantes; ideo illas non eſſe attendendas, cùm
hodie Expectatiuæ ſint ſublatæ; negari tamen non poteſt, quin aliis etiam in caſibus fraus circa beneficiorum permutationem conſiderari poſſit: † veluti ſi permuta- 15
tio facta fuerit de tenui beneficio cum alio
pingui, ad palliandam reſignationem in
fauorem, quæ coram Ordinario fieri non
poteſt: Pariſ. *de reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 9. *num.*
5. *&* 6. ſicut nec coram Legato, vt probaui
*in quæſt. benefic. cap.* 123. *num.* 2. *vol.* 2. *& vol.*
1. *part.* 2. *cap.* 3. §. 6. *de Legatis, & illorum*
*poteſt. num.* 18. & ideo permutatio in caſu,
de quo agitur, præſumitur facta in fraudem
ex notatis per Duran. *deciſ.* 163. *num.* 6. *&* 7.

Sed tamen cùm hæc materia ſit conie-
cturalis, Ego conſului impetranti, ſeu im- 16
petrare volenti, vt hanc fraudis coniecturam aliis adminiculis corroborare ſtuderet,
veluti ex conſanguinitate permutantium,
& aliis quæ ex facto elici poterunt; & de
quibus agunt DD. citati per Garſ. *dicta*
*part.* 7. *cap.* 4. *num.* 101. † cum DD. velint ſolam illam inæqualitatis redituum
coniecturam non annullare permutationem, niſi aliis coniecturis roboratam: Rebuff. *in praxi, tit. de permutat. num.* 42.
Franc. Marc. *deciſ.* 1127. *num.* 3. *& ſequent.*
Boër. *deciſ.* 2. *num.* 55. Fab. *in Cod. lib.* 1. *tit.*
2. *definit.* 88. Borell. *in ſumm. deciſ. part.* 1.
*tit.* 24. *num.* 6. *&* 45. † Et in terminis, quòd 17
inæqualitas beneficiorum obeſſe non poſſit, quando permutatio non fuit facta coram Ordinario, ſi reducta fuerit ad æqualitatem per reſeruationem congruæ penſionis, determinat Rota coram Merlin. *deciſ.*
329. *num.* 8. *&* 9. vbi citat Pariſ. *de reſignat.*
*lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 18. † Ratio eſt quia Summus Pontifex ex certa ſcientia, prout
quando vtriuſque beneficij permutati va-

lor expreſſus fuit, omnem ſanat defectum, & ſupplet penſionis inæqualitatem, & fraudis tollit ſuſpicionem: Merlin. *dicta deciſ.* 329. *num.* 9.

## CAPVT XIX.

### ARGVMENTVM.

SI penſio alicui fuerit adiudicata miſerationis cauſa, vtrùm poſſit intentare remedia poſſeſſoria pro conſeruanda ſua quaſi poſſeſſione exigendi? & vtrùm pro præſtationibus annuis perſonalibus dentur remedia poſſeſſoria ſaltem ex Officio Iudicis.

### SVMMARIVM.

1 *In præſtationibus annuis quæ non debentur intuitu certæ rei, non dantur remedia poſſeſſoria; ſecundum opinionem Legiſtarum.*

2 *Quando agitur de præſtatione annua, quæ non eſt perpetua, non competunt remedia poſſeſſoria.*

3 *Hypotheca non competit pro præſtatione annua, quæ non eſt perpetua.*

4 *Ex ſententia Canoniſtarum dantur remedia poſſeſſoria pro præſtationibus annuis, etiamſi non debeantur reſpectu certæ rei.*

5 *In locis vbi admittuntur cenſus perſonales, pro illis dantur remedia poſſeſſoria.*

6 *Ex annua præſtatione oritur quidam ſtatus, cuius occaſione peti poteſt manutentio.*

7 *Pro manutentione in eodem ſtatu, etiam ipſi locatori conceduntur remedia poſſeſſoria, & officium Iudicis.*

8 *Penſio quæ debetur ratione beneficij, dicitur realis reſpectu fructuum, quorum ratione ſolui debet.*

SED hodie proponitur Caſus iſte decidendus. Quidam Sacerdos priuatus fuit per ſententiam ſuo beneficio; ſed quia aliunde non habebat ex quo viueret, reſeruata illi fuit ſuper eodem beneficio annua præſtatio centum librarum, ne in dedecus Ordinis Sacerdotalis mendicare cogeretur. Impetrans hanc præſtationem annuam perſoluit: nunc verò pœnitentia ductus, multa opponit ob quæ prætendit ſe non teneri amplius ad illius ſolutionem: Ideo quæſitum fuit, vtrùm lite pendente creditor pro ſua annua præſtatione ſit manutenendus.

Dubium facit, quia in iſtis præſtationibus annuis, quæ non ſoluuntur reſpectu 1
certæ rei, non eſt locus Interdictis poſſeſſoriis, cùm in effectu non poſſideantur, cùm in illis ſolùm agatur ad dandum ex actione perſonali, quo caſu ſecundùm mentem omnium ferè Legiſtarum, non poteſt locus eſſe manutentioni: Alexand. *conſil.* 94. *num.* 1. *vol.* 7. plures adducit Rip. *in l.* 2. *ff. quor. bonor. num.* 3. Capell. Tholoſ. *quæſt.* 59. Menoch. *remed.* 1. *retinend. poſſeſſ. num.* 139. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 981. *num.* 34. † maximè cùm 2
non agatur hic de annua præſtatione perpetua, ſed temporali; videlicet donec iſte delinquens alia bona habuerit ſufficientia, ex quibus ſine dedecore vitæ Clericalis ali poſſit: quo caſu non competere pro tali præſtatione remedia poſſeſſoria, teſtatur Bald. *in l.* 1. *C. vti poſſidetis: num.* 15. *verſic. reſpondeo ad primam*: † Quod confirmatur 3
ex traditis per Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 51. *num.* 8. vbi pro penſione hypothecam competere teſtatur, dummodo ſit perpetua, non temporalis.

Sed in contrarium adeſt communis omnium Canoniſtarum concluſio, aſſerentium 4
in iſtis præſtationibus annuis, quamuis non debeantur reſpectu certæ rei, competere remedia poſſeſſoria; prout negotio in vtramque partem diſputato, concludit Fælician. de Solis *in tractatu de cenſib. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 8. ad longum, per plures columnas *in fin. verſic. Ipſe autem.* † Vbi etiam ſubdit 5
quod in locis vbi liciti ſunt cenſus perſonales, quia in illis Bulla Pij V. *de cenſib.* non obſeruatur, prout in præſenti Ciuitate Aueinonenſi, & Comitatu Venaiſſino, competunt remedia poſſeſſoria pro illis cenſibus perſonalibus; eandémque ſententiam tuetur Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 113. *num.* 15. dicens



dicens hanc eſſe veriorem & magis approbatam ſententiam, quam etiam probat Peregrin. ad longum diſputans, *de fideicomm. artic.* 46. *num.* 18. Et poſtea *num.* 19. reſpondens, ad doctrinam Baldi *in dicta l.* 1.
6 *C. vti poſſidetis*, † & dicens quod vbi annua præſtatio apparet facta ex cauſa obligatoria, ſiue pro iure reali, ſiue perſonali, acquiritur quidam ſtatus poſſeſſorius, quem Iudex debet manutenere: quod etiam dicit Addit. *ad præfatã dec.* 59. *Capellæ Tholoſanæ*, poſt Ang. *in l. ſi certis annis, C de pactis*, quódque conſuetudo omniũ Curiarum tam ſpiritualium, quàm temporalium, tenet hanc opinionem Canoniſtarum: *cap. querelam, de Electiõn.* Et quod etiam in præſtationibus perſonalibus denegatis habet locum iudicium poſſeſſorium, ſaltem vtile, vel Officium Iudicis: Rip. *in dicta l.* 2. *ff. Quor. bonor. num.* 3. *verſic. ſed certe.* vbi dicit, quòd licèt opinio Legiſtarum ſit verior in puncto iuris, tamen opinio Canoniſtarum ſeruatur in praxi. Idémque teſtatur Additio ad Alexand. *dicto conſil.* 94. *num.* 1. *vol.* 7. *lit. B. verſic. ſed contrarium.*

7 Et ſine dubio, quamuis non concederetur hoc caſu Interdictum Retinendæ poſſeſſionis; tamen daretur Officium Iudicis vt quis manuteneri poſſet in ſtatu, in quo reperiebatur tempore litis motæ: vt per Poſt. *in tract. de manutent. obſeruat.* 10. *num.* 90. *in noua addit.* Rota apud Buratt. *deciſ.* 289. *num.* 10. *verſic. tum quia: & deciſ.* 378. *num.* 4. & 5. adeo vt non debeat fieri diſtinctio inter perpetuam, & temporaneam præſtationem: cùm etiam in locatione temporali remedia poſſeſſoria locatori competere verius ſit; vt determinat Rota *dicta deciſ.* 289. *num.* 10. apud Buratt. & *ibi* Addit. *lit. B.* Caualer. *deciſ.* 228. *num.* 3. & de hac manutentione in ſtatu poſſeſſionis, ſeu detentatione ex officio Iudicis multa adducit Salgad. *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 12. *num.* 3. & *ſequent.*

Verùm omnis tollitur difficultas ex eo, 8
quod *hic* non agitur de præſtatione merè perſonali, cùm illa debeatur ratione beneficij impetrati, & fructuum illius; quo caſu abſque vlla difficultate locus eſt manutentioni: vt bene probat Cencius *in tract. de cenſib. quæſt.* 91. *num.* 14. adinſtar penſionum impoſitarum ſuper fructibus beneficij, pro quibus manutentionem competere indubitatum eſt: Rota apud Poſt. *deciſ.* 70. *num.* 5. poſt Put. *deciſ.* 419. *lib.* 2.

## CAPVT XX.

### ARGVMENTVM.

SVCCESSOR in beneficio, pro qua rata concurrere debeat in ſolutione penſionis, videlicet an pro rata temporis, an pro rata fructuum; Et quomodo fieri debeat proportio illa, ſi penſio anticipatè ſoluta fuerit? Immo etiam ſucceſſorem poſſe cogi ad terminos ſolutionum decurſos, ſi Penſionarius diligens fuerit in exigendo. Quales hac in re diligentiæ requirantur? Pro penſione beneficiali fructus eſſe hypothecatos, & dari electionem Penſionario agendi contra ſucceſſorem in beneficio, vel contra hæredes antiqui poſſeſſoris: Et ſicut ſucceſſor in beneficio habet regreſſum contra hæredes poſſeſſoris defuncti iuxta ratam portionem; ita diſceptatur quomodo iudicio ratæ locus ſit inter hæredes vltimi poſſeſſoris, & illum qui de nouo prouiſus eſt; vtrùm videlicet, & pro qua rata huic nouo prouiſo competat actio, vel recurſus pro penſionibus vltimi anni? Et quomodo inter illos fructus diuidantur, an ſcilicet iuxta *l. defuncta, ff. de vſufruct.* an verò iuxta *l. diuortio, ff. ſolut. matrimon.*

## SVMMARIVM.

1 *Quomodo computandus ſit annus quando diuiſiò facienda eſt inter priorem Epiſcopum, & poſteriorem illi ſuccedentem? & quæ praxis obſeruanda ſit.*

2 *Tota fructuum perceptio in calculo ratæ penſionis inter Epiſcopum, & eius ſucceſſorem, finitur in ipſo die reſeruatæ penſionis.*

3 *Penſio cum ſucceſſore in Epiſcopatu, vel altero beneficio, diuidi debet pro rata fructuum, & non pro rata temporis.*

4 *Penſio eſt onus fructuum, & debetur pro rata perceptionis illorum.*

5 *Annus penſionis computandus eſt à Data literarum; ſed tamen quando agitur inter Rectorem ſeu Prælatum, & eius ſucceſſorem, diuiſio fieri debebit pro rata fructuum.*

6 *Diuiſio fructuum quomodo fiat inter poſſeſſorem beneficij, & hæredem penſionarij, poſt illius obitum? & fuſiùs vide diuerſas opiniones infrà, num. 29. & ſequentibus, & num. 35.*

7 *Perceptio fructuum dicitur integra, quæ fit quolibet anno completo, incipiendo à die Datæ literarum reſeruationis, & finiendo eodem die anni ſequentis.*

8 *Penſio quando dicatur ſolui anticipatè, & quando poſticipatè.*

9 *Tot ſunt ſolutiones penſionum, quot ſunt fructuum perceptiones.*

10 *Penſionarius qui primum terminum exegit per anticipationem, non debet recipere ab hærede Titularis penſionem poſticipatam: quod propoſito exemplo explicatur.*

11 *Succeſſor in beneficio tenetur ſoluere reliqua, ſeu vt dicunt arreragia penſionum decurſarum, ſi Penſionarius contra eius anteceſſorem debitas fecerit diligentias.*

12 *Diligentiæ factæ contra procuratorem anteceſſoris non ſuffragantur Penſionario, vt poſſit agere contra ſuccedentem in beneficio.*

13 *Succeſſor in beneficio non tenetur ad penſiones decurſas tanquam ad debitum proprium, ſed tanquam ad debitum beneficij.*

14 *Penſionarius habet electionem agendi contra ſecundum beneficij poſſeſſorem, vel contra illum qui fructus beneficij percepit, aut illius hæredes.*

15 *Si nouus beneficij poſſeſſor ſoluerit penſiones decurſas tempore ſui anteceſſoris, habet regreſſum contra anteceſſorem, vel eius hæredes.*

16 *Succeſſor non tenetur ad ſolutionem penſionum decurſarum, niſi deducta congrua ſuſtentatione ſua: & num. 27.*

17 *Conſultius eſt Penſionario vt agat contra poſſeſſorem beneficij, potiùs quam contra hæredes primi poſſeſſoris.*

18 *Sed tamen Rota Romana inclinat ex æquitate, vt priùs actio dirigatur contra primum Titularem, aut eius hæredes.*

19 *Pro penſionibus annuis agi poteſt contra ſucceſſorem in beneficio, in vim hypothecæ quæ competit vigore reſeruationis.*

20 *Fructus beneficiorum ſunt tacitè hypothecati pro ſolutione penſionis ſuper beneficio impoſitæ.*

21 *Quod maximè procedit in penſione quæ loco alimentorum reſeruatur.*

22 *Competit nihilominus hypotheca, quamuis non fuerit expreſſum, penſionem reſeruatam eſſe loco alimentorum.*

23 *Vltra hypothecam competit etiam actio perſonalis contra illum qui conſenſit beneficio.*

24 *Olim fuit dubitatum in Rota, vtrùm ſucceſſor penſiones decurſas ſoluere teneretur, quarum ſolutio per anteceſſorem fieri debebat? ſed hodie Rota tenet pro Affirmatiua, dummodò conſtet de diligentiis.*

25 *Qui dicit factas fuiſſe diligentias, illud probare tenetur.*

26 *Quomodo hoc caſu conſtare debeat de diligentiis, & de quibus? Adde tradita ſuprà* cap. 11. num. 3. & ſequent.

28 *Exceptio congruæ ſuſtentationis non admittitur in penſione debita per Titularem proprio nomine, ſecus ſi debeatur nomine anteceſſoris.*

29 *Varij conſiderantur caſus circa obligationem ſucceſſoris impetiti pro ſolutione penſionum, tempore ſui anteceſſoris decurſarum.*

30 *Qui nullos percepit fructus ſine ſua culpa, ad penſionis ſolutionem non tenetur.*

31 *Succeſſor non tenetur ad ſolutionem penſionum, quando fuit impeditus per Capitulum ne poſſeſſionem beneficij apprehenderet.*

32 *Diligentiæ probandæ ſunt, etiamſi agatur ſuper Regreſſu contra ſucceſſorem.*

33 *Quæ cautelæ adhibendæ ſint, vt ſucceſſor nullam prætendere poſſit excuſationem aduerſus petitionem penſionum decurſarum tempore anteceſſoris.*

34 *Penſio non debetur per ſucceſſorem, ſi anteceſſor fuerit coactus ſoluere reparationes Eccleſiæ exhaurientes omnes fructus.*

35 *In penſionis diuiſione & rata inter ſucceſſorem & hæredes Penſionarij, inſpiciendum eſſe tempus perceptionis fructuum, iuxta* l. defuncta 65. ff. de vſufruct. *ſecundum vnam opinionem, quæ verior eſt.*

36 *In conſtituenda rata fructuum, quæ ſit differentia inter eum qui ſuccedit ex actu neceſſario, & eum qui ex voluntario.*





37 *Si Penſionarius exegerit penſionem anticipatè ante tempus perceptionis fructuum, illius hæredes tenentur ad reſtitutionem.*

38 *Quomodo fiat diuiſio fructuum inter hæredes grauati, & fideicommiſſarium; & quæ ſit hac in re differentia inter fructus naturales, & ciuiles.*

39 *Fructuū diuiſio ex ſentētia Rebuffi debet fieri ſecundum formam diuiſionis alimentorum.*

40 *Quando penſio debetur ratione alicuius certi ſeruitij, non debet ſolui niſi ad ratam ſeruitij præſtiti.*

41 *Penſionem deberi pro rata temporis, non autem pro rata fructuum, quidam exiſtimant. Quæ ſententia reijcitur.*

42 *Ratam fructuum in penſionibus Eccleſiaſticis eſſe computandam iuxta formam* l. diuortio, ff. ſol. matrimon. *alij exiſtimant.*

43 *Comprobatur ſententia exiſtimantium diuiſionem fieri debere ad ratam fructuum perceptorum; iuxta* dictam l. defuncta 65. ff. de Vſufruct.

44 *Reſpondetur ad obiectiones in contrarium allatas.*

45 *Quamuis vſusfructus fuerit legatus loco alimentorū, tamen mortuo vſufructuario fructus non diuiduntur niſi pro rata fructuum.*

46 *Opinionem Rebuffi, in materia diuiſionis fructuum, Rota Romana non habuit in conſideratione.*

EPISCOPVS ex vna ad aliam Eccleſiam tranſlatus, fruebatur ex conceſſione Apoſtolica fructibus primi Epiſcopatus; donec de illo facta fuiſſet per Summū Pontificem prouiſio. Primus autem Epiſcopatus dimiſſus, reperiebatur oneratus penſione mille ſcutorum: Nouus autem Epiſcopus poſſeſſionem dicti Epiſcopatus dimiſſi adeptus fuit 18. menſis Maij, & ſic modernus iſte Epiſcopus ſtatim percepit fructus ſui Epiſcopatus, qui conſiſtebant in granis, quæ pro illo anno non fuerunt percepta per Epiſcopum dimittentem: Et ſic videtur dicendū, quod maior pars termini dictæ penſionis ſoluenda ſit per Modernū Epiſcopum, quamuis terminus illius cadat in 24. Iunij diem feſtum Natiuitatis S. Ioannis, vt qui plures fructus percepit, maiori rata penſionis onerandus ſit, cùm donatarius fructuū Epiſcopatus teneatur ad ſolutionem pēſionis ſuper Epiſcopatu impoſitæ: vt decidit Rota *deciſ. 99. p. 1. Recent.*

1 Huius quæſtionis reſolutio pendet ex inſpectione datæ reſeruationis dictæ penſionis: ſi enim exempli cauſa, annus ſolutionis dictæ penſionis, qui computandus eſt à die datæ reſeruationis, incideret in diem 14. Maij; ſine dubio Illuſtriſſimus Epiſcopus totam penſionem mille ſcutorum Cardinali penſionario ſoluere teneretur, ſi verò Data pēſionis eſſet die 20. Octobris; annus ſoluendæ penſionis terminaretur in ſimilem diem 20. Octobris: & per conſequens antiquus Epiſcopus teneretur illam ſoluere pro rata fructuum quos percepit; & ſimiliter Epiſcopus modernus teneretur ſoluere pro rata fructuum perceptorum intra annum illū incipientem 20. Octobris 1656. & finiētem 20. Octobris 1657. licet enim ſolutio penſionis fuerit diuiſa in duos terminos, nempe Natiuitatis S. Ioannis, & Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti; hoc tamen non eſt niſi ad maiorem cōmoditatem ſolutionis, ſed reuera annus computatur à die datæ reſeruationis in ſimilem diem anni tunc ſequētis: vt probatur ex traditis per Caualer. *deciſ. 129.* & per Nos fuit explicatum, licèt in alio loco, *in vol. 1. quæſt. benefic. cap. 22. num. 9.*
*verſic. ſed clarè*: † vbi oſtendimus totam fru- 2
ctuum perceptionē finiri in hac materia, ipſo die reſeruatæ penſionis: & optimè explicat Coccin. *deciſ. 327.* vbi dicitur penſionem ſoluendam eſſe die 13. Iunij, quo annus complebatur à die datæ reſeruationis.
† Et ideo pen- 3
ſionem debere ſolui pro rata fructuum, & non pro rata temporis: Quod etiam voluit Rota *deciſ. 130. per totam, part. 3. recent.* vbi nominatim fit mentio de eo, cui fructus beneficij à Papa donati fuerunt: eiuſdémque ſententiæ fuit Pariſ. *de reſignat. lib. 1. quæſt. 8. n. 51.*
*& 52.* † penſio ſiquidem eſt onus fructuum; 4
& per eum qui fructus percepit, pro rata illorum ſoluenda eſt: Dec. *conſil. 155. n. 1.* Gig. *de penſion. quæſt. 39. n. 6. & 7.* Gonzal. *ad regul. 8. gloſſ. 5. §. 5. n. 44.* Creſcent. *deciſ. 3. n. 2. de ſolut.* & in propriis terminis reſoluit Barboſ. *in vot.*
*Canon. lib. 1. vot. 5. num. 11. & 12.* † vbi oſtendit 5
non eſſe inſpiciendum tempus quo penſio erat ſoluenda, ſed annum computandum eſſe à Data & expeditione literarum penſionis quoad Penſionarium. Nam ſi agatur inter poſſeſſorem beneficij, & ſucceſſorem, diuiſio fieri debet pro rata fructuum, & non pro rata temporis, vt mox dictum eſt. Et hanc ſententiā amplectitur Clariſſimus Dominus meus, D. Carolus Emanuel Vizzanus, *in ſuo non minus eleganti quam erudito tract. de mandat. Princip. cap. 8. §. 1. num. 14.*

Hæc de Epiſcopo dimittente, vel reſignan- 6
te. Sed quid dicendū de Penſionario mortuo, pro qua rata hæredibus illius penſio debeatur ſuper hæreditate? Cùm aliàs anno 1596. & die 23. Septembris, fuiſſet authoritate Apoſtolica reſeruata penſio in fauorem Eminentiſſimi bo: me: Cardinalis Baronij, ſummæ mille ſcutorum ſuper Epiſcopatu Carpentoractenſi, quem poſſidebat Illuſtriſſimus quondam Dominus Horatius Capponius; dubitatum fuit vtrùm mortuo dicto D. Capponio,

hæredes illius tenerentur ſoluere penſionem debitam pro termino Sancti Ioannis Baptiſtæ anni 1607. fuit reſolutum fructus deberi hæredibus Cardinalis ad ratam fructuum per Epiſcopum perceptorum à die 23. Septembris 1606. vſque ad diem obitus Cardinalis, non dico ad ratam temporis decurſi à die 27. Septembris 1606. ſed ad ratam fructuũ perceptorum. Quia licet penſio ſit aſſignata in duobus terminis, tamen non debet haberi ratio terminorum, nec ſimpliciter temporis, ſed dumtaxat fructuum intra illud tempus perceptorum: ita vt ſi fructuum recollectio fuerit integra, tota etiam & integra debeatur penſio; ſin minus debeatur tantum ad ratam fructuum perceptorum.

7 Integra autem dicitur perceptio, illa, quæ fit quolibet anno completo, incipiendo à die reſeruationis penſionis, & finiendo eodem die anni tunc ſequentis. Cum igitur in caſu illo, penſio vt dictum eſt, fuiſſet reſeruata die 23. Septembris 1596. & primus terminus ſolutionis eſſet in feſto Natalis Domini, & ſecundus in feſto Natalis S. Ioannis Baptiſtæ, integra recollectio non fuit facta niſi 23. Septembris, 1597. & ideo cum die 23. Septembris anni 1606. vindemiæ eſſent finitæ, die verò 18. Maij grana nondum eſſent collecta, fuit iudicatum, Epiſcopum non teneri ad ſolutionem penſionis hæredibus Cardinalis, niſi pro rata fructuum perceptorum, à die anni inchoati, ſcilicet 23. Septembris, ad diem mortis Penſionarij: vt *in dicta deciſ.* Caualerij 129.

8 Et pro iſta reſolutione euidens eſt naturalis ratio: quia aut Titularis penſionem integram vnius anni ſoluit anticipatè, aut poſticipatè: anticipatè quidem, ſi tempore aduenientis termini nullos fructus perceperit: poſticipatè verò, ſi terminus ſolutioni deſtinatus aduenerit poſt perceptos fructus: vt bene explicat Rota *in Monopolitana penſionis, die* 10. *Aprilis* 1606. *corã Sacrato*, quæ eſt apud Marcheſan. *tom.* 1. *fol.* 642. non eſſet rationi conſonum, vt qui anticipatè ſoluit, iterum poſticipatè ſoluere cogeretur: aut qui poſticipatè ſoluit, à ſolutione, cuius terminus iam ante
9 aduenit, eſſet immunis; † ita vt tot ſint ſolutiones penſionũ, quot ſunt perceptiones fructuum: & extincta penſione, penſio ſolùm pro rata perceptionis fructuum debeatur: ad quod etiam confert *deciſio* Rotæ 678. *part* 4. *diuerſ.* & Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 548. *n.* 48.
10 † vbi dicit quod ſi Papa Idibus Nouembris reſeruauerit penſionem, & voluerit primum terminum ſolui in Natiuitate Sancti Ioannis Baptiſtæ, conſtat voluiſſe penſionem ſolui poſticipatè; & ſic de fructibus vſque ad illum diem maturandis: quia aliàs mandaſſet ſolui in feſto Natalis Domini: & ideo ſi Titularis nullos percepit fructus vſque ad diem Sancti Ioannis Baptiſtæ, ad nihil tenebitur: ſi verò aliquos perceperit, tenebitur pro rata fructuum perceptorum. Quod etiam deciſum fuit apud Coccin. *deciſ* 327.

Neque præmiſſis obſtat, quod communiter 11
reſoluunt DD. ſucceſſorem in beneficio teneri ad ſolutionem penſionum decurſarum tempore vitæ, ſeu poſſeſſionis ſui anteceſſoris, *iuxta deciſ.* 507. coram Ludouiſ. Quia illud verum eſt, vt non ſimpliciter ſucceſſor teneatur ſoluere, ſed dumtaxat quando conſtat Penſionarium feciſſe debitas diligentias contra prædeceſſorem qui fructus percepit, & illius hæredes; & ſic in ſubſidiũ: teſte Merlin. *deciſ.* 380. *n.* 6. & 7. cùm non ſit æquum, vt qui fructus non percepit, cogatur ſoluere penſiones decurſas; cùm hæc materia ſit valde rigoroſa, vt quis teneatur ſoluere debita ſui anteceſſoris: † & ideo non ſuffragantur diligen- 12
tiæ factæ contra procuratorem anteceſſoris, ſicuti nec diligentiæ factæ pro terminis præteritis, quorum ſolutio poſtea facta fuit; quia per talem ſolutionem extincta fuit omnis diligentia, ita vt non poſſit ſuffragari pro aliis diuerſis terminis: vt deciſum teſtatur Addit. *ad dictam deciſ.* 507. *Ludouiſ.* † adeo vt hoc ca- 13
ſu, ſucceſſor in beneficio non conueniatur, nec teneri poſſit tanquam ad debitum proprium, ſed tanquam ad debitum ipſius beneficij, ſuper quo penſio impoſita fuit: † vnde 14
Penſionarius habet electionem, vtrùm malit agere contra eos qui fructus perceperunt, vel beneficij poſſeſſorem: vt notat Burat. *deciſ.* 448. *num.* 8. & 9. Marcheſan. *de commiſſ. tom.* 1. *tit. de commiſſ. appellat. in cauſ. penſ. part.* 1. §. 2. *n.* 4. Rota *deciſ.* 316. *part.* 1. *diuerſ.* † & ſi nouus 15
poſſeſſor ſoluerit, habet regreſſum contra illos qui fructus perceperunt: vt fuit deciſum apud Pacific. *de Saluian. interd. deciſ.* 189. *n.* 2. & tradit Addit. ad Burat. *dicta deciſ.* 448. *num.* 10. *verſic. poteſt tamen habere recurſum.* † Immò 16
non tenetur ſucceſſor ad huiuſmodi ſolutionem, niſi deducta in primis & ante omnia congrua ſuſtentatione: vt dicitur *in dicta additione, num.* 11.

Atque ita reſoluitur obiectio, quia dum diximus Titularem non teneri niſi ad ratam fructuum perceptorum, intelligendum eſt vt teneatur pro rata dictorum fructuũ tanquam ad debitum proprium: dum verò dictum fuit, illum teneri pro terminis penſionis decurſis tempore ſui anteceſſoris, intelligendum eſt vt teneatur, tanquam ad debitum ipſius beneficij in ſubſidium, & ſaluo regreſſu contra anteceſſorem, vel illius hæredes, ad quos tranſit obligatio ſoluendi penſiones decurſas: iuxta *deciſionem* Rotæ Auenionenſis 130.

Conſul



17 Conſultius autem erit Pẽſionario, ſeu illius hæredibus, vt agant potiùs contra poſſeſſorem beneficij, quàm cõtra hæredes Titularis defuncti: quia contra ſucceſſorem, qui beneficium poſſidet, agere poterit via executiua, intimatis illi literis reſeruationis pẽſionis: ſed contra hæredes Titularis non poterit agere, niſi ſeruato iuris ordine: vt aduertit Gig. *de penſionib. quæſt.* 39. *num.* 13. quem citat & ſequitur Marcheſan. *de commiſſ. in cauſ. appellat.*
18 *penſ. dicta part.* 3. §. 2. *num.* 4. † Sed tamen Rota ex æquitate hoc ſeruat, vt priùs hæredes Titularis conueniantur; vt apud Poſt. *deciſ.* 363. *num.* 3. poſt Put. *deciſ.* 185. *in Correctis, lib.*
19 2. & Creſcent. *deciſ.* 3. *de ſolution.* † Et in omnem euentum, non eſt dubitandum quin contra ſucceſſorem beneficij agi poſſit pro penſionibus in vita anteceſſoris decurſis.

20 Quia pro penſione reſeruata competit Penſionario aduerſus fructus beneficij penſione grauati hypotheca, in ipſa reſeruatione penſionis inducta, cùm penſio ſit onus reale ipſi beneficio inhærens; fructus enim qui naſcuntur ex fundo ſunt tacitè obligati pro penſionibus ſuper illo fundo impoſitis: *l. ſi ex Lege*, §. *ſi colonus, ff. Locat. l. in prædiis, ff. in quib. cauſ. pign. vel hypothec. tac. contrah.* & hæc eſt hypotheca tacita, vt probat Mantic. *de ta-*
21 *cit. conuent. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 7. † dicens hoc ſine dubio locum habere, ſi expreſsè fuerit reſeruata pro ſuſtentatione, & alimentis Penſionarij; propter quam clauſulam in literis appoſitam ceſſat omnis controuerſia: vt per Roman. *conſil.* 388. & Caſtrenſ. *conſil.* 338. *num.* 9. *vol.* 1. Felin. *in cap. ad Audientiam* 31. *num.* 6. *verſic. Quinta concluſio: de reſcript.* & ad longum explicat Gig. *de penſionib. quæſt.* 51. aſſerentes tam dignitatem ſeu beneficium cenſeri grauatum; quàm ipſos fructus; & ideo agi poſſe aduerſus quemcunque, qui fructus beneficij percepit, quando reſeruatio facta fuit fauore alimentorum: prout aſſerit Surd. *in tract. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 51. *num.* 7. dicens non oriri hypothecam; etiam ſi penſio fuerit impoſita ſuper certo fundo, niſi ex
22 cauſa alimentorum: † Sed tamen ſiue ex cauſa alimentorum penſio fuerit reſeruata, ſiue ſimpliciter, hypothecam oriri pro penſione impoſita ſuper beneficio, verius eſſe probat Pacific. *de Saluian. interdict. Inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 609. & ſimpliciter, & abſque vlla diſtinctione ita deciſum fuit per Rotam apud Merlin. *deciſ.* 478. *num.* 1. & 2. in qua dicitur, ſucceſſorem in beneficio, in quo penſio reſeruata eſt, teneri actione reali ratione fructuum quos percepit, ſuper quibus fuit impoſitum onus reale penſionis; ſecundum Abbat. *in cap. Querelam, de Election. in* 3. *Notabili*, &
23 alios *ibidem* allegatos: † Et vltra actionem realem, teneri quoque actione perſonali, propter quaſi contractum initum à ſucceſſore beneficij, dum illud ſic penſione grauatum acceptauit: idem tradit Mantic. *deciſ.* 273. *num.* 2. Et qui plures Authores huius ſententiæ deſiderabit, videre illos poterit apud Merlin. *in tract. de pignor. lib.* 2. *tit.* 3. *quæſt.* 92. Barboſ. *de Iur. Eccleſiaſt. vniuerſ. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 70.

Quamuis autem quæſtio hæc indeciſa remanſiſſet tempore Caſſadori, vt in *deciſione* 24
*illius* 3. & 4. *de Locat.* tamen poſtea indiſtinctè Rota Romana hanc opinionem amplexa fuit, vt *in pluribus deciſionibus allegatis* per Barboſ. *loco mox citato.* Marcheſan. *de commiſſ. in cauſ. penſ. part.* 1. §. 2. *num.* 4. *fol.* 597. Et ideo decipitur hac in parte Pacificus *loco cit. num.* 626. Quod intellige vt locum habeat, quatenus Penſionarius fecerit debitas diligentias contra anteceſſorem Titularem: vt probat Ricc. *in praxi aur. deciſ.* 435. & ſuperiùs diximus.

In caſu autem de quo agitur, diligentias 25
factas fuiſſe tenetur actor probare tanquam fundamentum ſuæ intentionis: Surd. *conſil.* 3. *num.* 29. *lib.* 1. quod multùm pendet ex facti circumſtantiis, & ab arbitrio Iudicis; ex ſententia Pacifici, *dicta inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 628. & *ſequent.*

Verum tamen eſt, ex Rotæ Romanæ ſen- 26
tentia requiri, vt iſtæ diligentiæ ſint iudiciales & continuatæ; vt deciſum teſtatur Buratt. *deciſ.* 617. *num.* 6. † ſemper autem Iudex 27
cauere debet vt ſucceſſori remaneat ſufficiens portio, ex qua de fructibus beneficij viuere poſſit; vt ſuperiùs dictum fuit: Lotter. *lib.* 1. *quæſt.* 39. *num.* 150. ne qui Altari ſeruit, fraudetur debito victu ex eodem Altari: contra text. *in cap. Extirpandæ, & in cap. cum ſecundum Apoſtolum, de Præbend.* † quia licet 28
hæc exceptio non admittatur quoad penſiones proprio nomine debitas, tamen admittenda eſt dum agitur de penſionibus debitis per eum qui ſucceſſit in beneficio: Gregor. *deciſ.* 507. *num.* 5.

Præterea aduertendum eſt in quæſtione 29
hac, vtrùm ſucceſſor teneatur ad ſolutionem penſionum decurſarum tempore anteceſſoris? varios conſiderari debere caſus: prout conſiderauit Gig. *de penſion. quæſt.* 39. & ipſum ſequutus Pacific. *in dicto tract. de Saluian. interdict. inſpect.* 3. *cap.* 4. *num.* 612. & *multis ſequent.*

Primus caſus eſt, quando anteceſſor nullos percepit fructus ex beneficio: hoc enim caſu, ſi nulla eius culpa interuenerit, veluti propter bellum, aut alia legitima impedimenta, ſicut anteceſſor non tenebatur, ita nec ſucceſſor: penſio enim eſt onus fru-

 -ctuum,

ctuum, & per conſequens qui nullos fructus
percepit, non tenetur ad penſionem; vt ſupe-
riùs probatum eſt: & bene probat Ricc. in
praxi aurea, in praxi Penſionum, deciſ. 434. Pa-
cific. loco cit. num. 625.

Ideo ſi intruſus impedimentum dederit
30 vero Titulari, ne fructus beneficij perciperet
abſque ipſius culpa, Titularis non debet ſo-
luere penſionem: Put. deciſ. 9. num. 1. & 7. &
31 per totam. † Idem ſi Capitulum impedierit
prouiſum, ne poſſeſſionem beneficij adipiſci
poſſet. Seraphin. deciſ. 1351.

Quod autem dictum fuit de probandis
32 diligentiis contra anteceſſorem beneficij ad-
hibitis, locum habet ſiue intentatum fuerit
iudicium ſuper Regreſſu, ſiue ſuper execu-
tione literarum: quod fuſiùs probat & expli-
cat Lotter. de re beneficiar. lib. 1. quæſt. 39. num.
152. & ſequent.

Notandum verò eſt, quod ad euitandas
33 controuerſias, quæ circa ſolutionem facien-
dam per ſucceſſorem beneficij contingere
poſſunt, Practici excogitarunt cautelam cau-
tionis bancariæ, de qua ſuperiùs actum eſt,
cap. 13. num. 24. & alias clauſulas, quas refert
Garſ. de benefic. part. 1 cap. 5. num. 184. & mul-
tis ſequent.

34 Secundus caſus, quando anteceſſor fructus
quidem percepit, ſed coactus fuit illos con-
uertere, & conſumere ad onera Eccleſiæ in-
cumbentia, & hoc etiam caſu nec ſucceſſor
tenetur, ſicuti non tenebatur anteceſſor, cùm
de iure Penſionarius teneatur concurrere
prò rata, ad debita pro Eccleſiæ vilitate con-
tracta, veluti pro neceſſaria domorum Eccle-
ſiæ reparatione: Burat. deciſ. 468. num. 15. &
ſimilibus. Hæc de diuiſione & rata penſionum
ſoluendarum inter vltimum poſſeſſorem be-
neficij & nouum prouiſum.

Sed alia eſt quæſtio, de diuiſione & rata
conſtituenda inter ſucceſſorem beneficij, &
hæredes defuncti poſſeſſoris: de qua licèt ſu-
periùs ſententiam noſtram propoſuerimus;
tamen quæſtionis difficultas ampliorem exi-
git diſcuſſionem.

35 In primis enim quidam voluerunt obſer-
uandam eſſe hoc caſu diſpoſitionem l. de-
functa 65. ff. de vſufruct. & per conſequens
Penſionarium ad hæredes tranſmittere pen-
ſiones, iuxta proportionem fructuum colle-
ctorum; non autem non perceptorum: ſed
tranſmittere ad hæredes pro rata fructuum
perceptorum, etiamſi dies ſolutionis nondum
euenerit: ita Alexand. conſil. 15. num. 3. vol. 2.
vbi dicit in hac materia inſpiciendum eſſe
tempus perceptionis fructuum, & non ſolu-
tionis faciendæ per colonos: ex notat. per
Bartol. in l. final. §. final. de iure fiſci, † vbi Bar-
36 tolus facit differentiam inter vſufructua-
rium, qui non reſtituit fructus de voluntate
ſua, & emptorem ac venditorem: nam fru-
ctus naturales veniunt cum re vendita, quia
ſunt pars rei, ſicut in induſtrialibus vel ciui-
libus: ſed quando agitur de eo ad quem ius
coloni tranſit de neceſſitate; vt in eo qui emit
à fiſco, tunc inſpicitur tempus ſolutionis fa-
ciendæ per colonum; ſi verò ius coloni non
tranſit de neceſſitate, vt in emente à priuato,
tunc debet inſpici tempus quo fructus colli-
guntur: l. Iulianus. 54. §. ſi fructibus, ff. de action.
empt. Inſpiciendum ergo eſt tempus quo fru-
ctus percepti ſunt: vt per Ferrett. conſil. 141.
num. 5. lib. 1. & conſil. 256. per tot. Vincent. de
Franch. deciſ. 79. ſub num. 4. & hanc ſenten-
tiam clariùs explicat Honded. conſil. 85. num.
23. vol. 2. dicens quod mortuo Penſionario,
antequam venerit tempus ſoluendæ penſio-
nis, ius penſionem exigendi tranſit ad hære-
des Penſionarij, ſi ante illius mortem fructus,
ex quibus capienda eſt ſolutio penſionis, per-
cepti fuerint. Quod ſi fructus non fuerint
percepti tempore obitus Penſionarij, nulla
illis rata portio penſionis debetur. † Et ſi pen- 37
ſio iam fuiſſet ſoluta anticipatè, Penſionario
antequam fructus fuiſſent recollecti, hæredes
illius tenerentur ad illius reſtitutionem pro
rata. Hæc etiam fuit ſententia Caccialupi. de
penſion. quæſt. 25. num. 1. & ſequent. Gambar. de
poteſt. Legat. lib. 6. num. 598. Riminald. Iun.
conſil. 634. num. 11. lib. 6. Caualcan. de vſufr.
num. 243. Gabriel. conſil. 191. num. 4. & ſequent.
vol. 2. Burat. deciſ. 364. maximè num. 6. Gig. de
penſionib. quæſt. 53. per totam, maximè num. vlt.
verſic. quid autem dicendum ſit.

Aduertendo tamen obiter, quod ea quæ
dicit idem Author ibi, num. 4. non ita ſimplici-
ter intelligenda ſunt, dum ait, penſiones di-
uidendas eſſe inter ſubſtitutum, & hæredes
hæredis grauati pro rata fructuum percepto-
rum: † hoc enim procedere poteſt in pen- 38
ſione quæ conſiſtit in fructibus naturalibus,
ſed non in ea quæ conſiſtit in fructibus ciuili-
bus, quales ſunt penſiones, ſeu cenſus annui:
Penſionem enim deberi hæredibus, ſi ratione
fructuum naturalium perceptorum debea-
tur, concludit Alberic. in d. l. defuncta, allega-
tus apud Vincent. de Franch. deciſ. 168. num.
6. ſed in fructibus ciuilibus non perceptis,
hæres hæredis grauati nihil prætendere po-
teſt; quia tanquam fructus pendentes perti-
nent ad ſubſtitutum: Vincent. de Franch.
deciſ. 13. Cenc. de cenſib. quæſt. 70. num. vlt.
Rota poſt tract. Cenc. de cenſib. deciſ. 458. num. 3.
Peregr. de fideicom. art. 49. num. 66. Quod be-
ne explicat Lud. Bell. conſil. 151. vbi oſtendit
differentiam inter hæredem vſufructuarij, &
hæredem grauati.

Secunda fuit ſententia Rebuff. in tract. de 39
pacific.



pacific. poſſeſſ. num. 148. aliàs 130. in prima im-
preſſ. vbi dicit, mortuo Penſionario, totius
anni penſionem tranſire ad illius hæredes,
cùm penſio debeatur loco alimentorum, quæ
in anni principio præſtanda ſunt, l. cum præfi-
nitione 20. ff. quando dies leg. ced. l. in ſingulos, ff.
de ann. legat. Allegat text. in l. filiæ meæ, ff. de
ann. legat. l. poſt duos. 15. Cod. de Aduocat. diuerſ.
40 iudic. † Quod tamen limitat, niſi penſio de-
beretur reſpectu certi ſalarij, quia non poſſet
exigi niſi ad ratam præſtiti ſeruitij, iuxta l. di-
uortio ff. ſolut. matrim. & l. diem functo, ff. de
Offic. Aſſeſſor.

41 Tertia fuit opinio, quod penſio tranſmit-
tatur ad hæredes Penſionarij, non pro rata
fructuum perceptorum, ſed pro rata tem-
poris anni decurſi. Hæc fuit ſententia Co-
uarr. lib. 1. var. reſol. cap. 15. num. 13. Molin.
de primogen. lib. 3. cap. 11. num. 4. vbi eius
Additionator multos pro hac ſententia al-
legat.

42 His accedit alia & quarta ſententia, quæ
placuit Barboſæ, in l. diuortio, num. 42. ff. ſolut.
matrim. vt penſio debita tranſmittatur ad hæ-
redes Penſionarij pro terminis decurſis, &
pro iis, quorum ſolutionis dies ceſſit, & non
pro aliis: ita vt ſi ſolutio fuerit diuiſa in duos
terminos, nempe in diem S. Ioannis, & in
diem Natalis Domini: ſi Penſionarius dece-
dat poſt diem S. Ioannis, ſolutio illius termini
tranſeat ad hæredes Penſionarij: terminus
verò diei Natalis, nullo modo illis debeatur:
& ſic de cæteris. Ea ratione, quia penſio de-
betur pro alimentis: ergo ad ratam temporis
quo alimentis indiguit, & ſic ad tempus vitæ,
& pro rata ipſius.

43 Inter iſtas opiniones, prima verior &
æquior eſt; quam Nos ſuperiùs ſequuti ſu-
mus. Nam cùm penſio debeatur intuitu fru-
ctuum, & ſit onus reale ſuper fructibus im-
poſitum, non conuenit vt Titularis eo tem-
pore quo fructus non percepit, penſionem
exſoluat: & è contra, ſi fructus, quorum reſ-
pectu penſio debetur, fuerint pro parte per-
cepti, æquitas ſuadet, vt etiam pro illa rata de-
beatur penſio. † Et quamuis verum ſit, pen- 44
ſionem deberi loco alimentorum, non pro-
pterea ſequitur illam deberi in initio anni,
cùm termini ſolutionis alia ratione quàm in
principio anni conſtitui ſoleant, non habitâ
ratione ad tempus, ſed ad fructus ex quibus
penſio debetur. Et ab hac ſententia non eſt
recedendum, quam amplectitur Rota Ro-
mana vt ſuprà oſtenſum fuit.

Et ne huius ſententiæ rationes longiori
diſcurſu referamus, ſufficit remittere ad ea,
quæ ad longum proponit Riminald. iun.
conſil. 634. per tot. & conſil. 716. lib. 6. & reiecta
ſententia Couarr. hanc amplectitur Rota de-
ciſ. 678. part. 4. diuerſ. dicens rationem petitam
ex eo quod penſio eſt loco alimentorum, non
concludere: quia etiam dum agitur de Bene-
ficiatis, penſio illis datur pro alimentis, & la-
bore præſtito in ſeruitio Eccleſiæ; & tamen
Beneficiati non faciunt fructus ſuos niſi poſt
illorum perceptionem; iuxta ea quæ fuſiùs
deduximus in 2. volum. Reſolut. benefic. cap. 164.
† Item quia licèt alicui reſeruetur vſusfru- 45
ctus pro alimentis, non propterea ſequitur
quod alia habeatur fructuum ratio quàm
ea, de qua in dicta l. defuncta 65. ff. de vſu-
fruct. Neque in hac quæſtione locus eſt diſ-
poſitioni dictæ l. diuortio, ff. ſol. matrim. Quia in
hac lege, maritus percipit fructus titulo one-
roſo, cum ſuſtineat onera matrimonij: Quod
caſui propoſito adaptari non poteſt; cùm
Penſionarius ſine labore penſiones percipiat.
† Quoad verò opinionem Rebuffi; Rota 46
illam non habuit in aliqua conſideratione, vt
teſtatur dicta deciſ. 678. in fine.

## CAPVT XXI.

### ARGVMENTVM.

DE obligationibus, actionibus, & hypothecis, pro ſecuritate, & ſolutione penſionis, & illarum executione contra perſonam, vel bona debitoris; & nominatim contra fructus beneficij penſione grauati: Et de exceptione cap. Odoardus. de ſolut. Et de effectu obligationis Cameralis deſuper præſtitæ. De prælatione Penſionarij aduersùs alios creditores ſuper fructibus beneficij. De duobus Penſionariis in hypotheca concurrentibus, aut de duobus ab eodem diuerſis temporibus Nominatis, & duobus ceſſionariis, quis præferatur. Quid ſi agatur de pluribus ab Vniuerſitatibus in Gallia Nominatis? & vtrùm penſiones computentur in ſumma redituum, quæ, vt dicitur in Gallia,

Nominatum

Nominatum replere debet. Mortuo Titulari, aut extinctione penſionis facta, an & quando fideiuſſores pro penſione dati liberentur. Denique vtrùm Penſionarius ære alieno grauatus poſſit extinguere penſionem in præiudicium creditorum.

## SVMMARIVM.


1 Fructus beneficij vel penſionis ſunt obligati creditoribus penſionarij.

2 Fructus penſionis capi poſſunt de pignore, inſtantibus creditoribus, ſaluis alimentis Clerici: & num. 31. vbi tam de præteritis quàm de futuris.

3 Clericus in minoribus Ordinibus conſtitutus poteſt pro debitis carcerari.

4 Clericus poteſt carcerari ſi ſit obligatus cum obligatione Camerali & iuramento.

5 Qui pro penſionis ſolutione ſe obligauit, & illi conſenſit, cogitur ſoluere præciſè, vel beneficium dimittere.

6 Clericus qui pro penſione ſe obligauit, non poteſt opponere de priuilegio quod non conueniatur vltra quam facere poſſit.

7 Succeſſor in beneficio quoad Regreſſum, & ſimilia iura, eodem modo tenetur quo is, cui ſucceſſit.

8 Vtrùm ſoluens vigore obligationis Cameralis, poſſit quod vltra modum pro penſione ſoluit repetere.

9 Soluens integram Penſionem nullam habet ſpem repetitionis quoad fructus beneficij Penſione onerati.

10 Reiicitur ſententia Couarruuiæ exiſtimantis Clericum non poſſe cogi via executiua, quando opponit de priuilegio cap. Odoardus, de ſolut.

11 Commoditas fructuum penſionis cedi, vel obligari poteſt.

12 Mortuo penſionario extinguuntur hypothecæ, quæ ſuper beneficio competebant aliis creditoribus; ſecus eſt quando onus tranſit ad ſucceſſorem pro ſolutione penſionis.

13 Penſionarius præferendus eſt ſup er fructibus beneficij omnibus aliis creditoribus Titularis.

14 Si Papa poſt collatum beneficium Penſionem concedat ex interuallo, Penſionarius non habet prælationem aduerſus creditores anteriores, ſed tantùm à die conceſſionis: Et cenſetur impoſita penſio eodem tempore collationis, ſi modicum ſit interuallum.

15 Inter duos Penſionarios eodem tempore concurrentes, anterior præfertur: ſi vero ſint eiuſdem Datæ, fit diuiſio pro rata inter ipſos.

16 Penſionarius præfertur creditoribus chirographariis niſi probetur fraus.

17 Si Regi conceſſum fuerit ius nominandi ad penſiones, & plures factæ fuerint nominationes diuerſis temporibus, vtrùm aliquis eorum alteri præferendus ſit.

18 Inter duos ceſſionarios ab eodem cedente ius habentes diuerſis temporibus, vtrum anterior ſit præferendus, an verò fiat diuiſio pro rata.

19. Quæ ſit differentia inter ceſſionem totius debiti diuerſis perſonis & temporibus factam, & eam qua diuerſæ partes diuerſis temporibus remittuntur, & ceduntur.

20 Inter Nominatos ab Vniuerſitatibus in Gallia quis præferatur.

21 Antiquior præfertur ratione nominationis, non autem ratione ætatis, vel Gradus, in nominationibus Vniuerſitatum.

22 Qui habet reditus ſufficientes beneficiorum, non gaudet priuilegio Nominatorum in Gallia: & vtrùm hac in re computentur reditus conſiſtentes in penſionibus Eccleſiaſticis.

23 Sed Regulares replentur quocunque beneficio, etiam modico.

24 Quæ ſit differentia inter nominationes Vniuerſitatum, & eas quæ fiunt à Rege, vel alio, cui Papa conceſſit facultatem nominandi Penſionarios.

25 Examinatur Deciſio Rotæ 129. part. 1. recentior. nempe vtrùm Penſionarius poſſit extinguere penſionem in præiudicium ſuorum creditorum.

26 Extinctio facta per eum qui creditis oneratus eſt, habere videtur aliquid fraudis.

27 Ex ſtylo Romanæ Curiæ extinctio penſionis fieri poteſt, quamuis ex ea præiudicetur creditoribus.

28 Creditores recurrere poſſunt ad Datarium ad impediendam penſionis extinctionem.

29 Extinctio penſionis nullo recepto pretio fieri poteſt abſque facto Datariæ.

30 Extinctio facta nullo recepto pretio magis ſuſpecta eſt fraudis.

31 Vſusfructus ius non poteſt alteri cedi quàm proprietario, ſed fructuum commoditas extraneo cedi poteſt.

32 Vſusfructus competit irreuocabiliter, penſio verò reuocabiliter.

33 In vſusfructus remiſſione tractatur de ſolo proprietarij præiudicio: ſed in penſionis extinctione verſatur etiam commodum Eccleſiæ libertatem acquirentis.

34 Vſusfructus poteſt ad vitam obligari, ſed non penſio, niſi in præiudicium cedentis; non autem in præiudicium Eccleſiæ.


35 Pen-




35 Penſionarius habetur pro mortuo in penſione poſt illius extinctionem.

36 Mortuo Penſionario extinguuntur omnes obligationes & fideiuſſiones pro penſione præſtitæ.

37 Fallit, ſi penſio ſit impoſita ſuper beneficio Tertij, pro qua fideiuſſores ſe obligauerint ſoluere poſt mortem.

38 Ad quid teneatur ille qui ſe obligauit ad ſolutionem penſionis, quandiu Titularis beneficium obtinebit.

39 Obligatus vti fideiuſſor pro penſione tranſlata, non tenetur pro ſecunda tranſlatione.

40 Quæ cautela adhiberi poſſit vt fideiuſſor detur etiam poſt reſignationem.

41 Obligatio ſimpliciter præſtita reſtringitur ad tempus in penſionis gratia limitatum.

42 Fideiuſſor penſionis non tenetur ſi prouiſio principalis non habuerit effectum.

43 Si penſio fuerit impoſita ſuper beneficio, quod non eſt in rerum natura, nec fideiuſſor tenetur, nec principalis.

44 Titularis non metitur ius ſuum à conſenſu Penſionarij, ſed ab authoritate Summi Pontificis extinctionem authorizantis.

45 Penſionarius extinguendo penſionem, remanet obligatus ſuis creditoribus nomine proprio.

46 Si interuenerint requiſita in l. 3. C. de Nouation. impediri extinctionem penſionis quidam exiſtimant.

47 Verius tamen eſt hac in re ſtylum Romanæ Curiæ eſſe obſeruandum.

48 Extinctio fraudulenta facta titulo lucratiuo, reuocanda eſt: & num. 29. & 30.


PRIMO ſupponendum eſt, fructus be-
1 neficij, imò & penſiones ipſas eſſe
creditoribus Clerici obligatas pro
eorum debitis; & poſſe ad inſtantiam creditorum de pignore capi: per text. *in cap.* 2. &
2 *ibi* DD. *de fideiuſſor.* † Et pro ſummis per eum
debitis poteſt executio fieri cõtra illius reditus Eccleſiaſticos, deducto tamen ne egeat: Gomeſ. *lib.* 2. *tit.* 14 *num.* 18. Farinac. *de carcerib. & carcerat. quæſt.* 27. *num.* 66. & 67. vbi dicit hanc eſſe practicam, quòd fructus beneficij ſequeſtrantur, & creditoribus poſtea adiudicantur, reſeruata ipſi Clerico congrua portione pro eius alimentis, ne in dedecus
3 Ordinis Clericalis mendicare cogatur. † Si
tamen ageretur de Clerico in minoribus tantum Ordinibus conſtituto, cogi poſſet per perſonæ ſuæ carcerationem; aut etiam quatenus ageretur de condemnato per tres ſententias conformes: † aut ſi conſenſiſſet reſer-
4 uationi penſionis cum iuramento & obligatione Camerali: Farinac. *dicto cap.* 27. *num.* 70. (reiecta contraria opinione Couarruuiæ) qui dicit quotidie ita in practica ſeruari: Et vltra Farinac. idem tenet Genuenſ. *in prax. Archiepiſc. cap.* 3 *num.* 16. *in fine.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 799. *num.* 20. *diſcept.* 222. *n.* 50. Marcheſan. *tom.* 3. *tit. de admiſſ. ad bonor. ceſſ. part.* 3. §. 1. *num.* 22. & 26. *fol.* 313. Quidquid vtramque in partem deducat Zacch. ad Galleſ. *de obligat. Camer. quæſt.* 15. *num.* 10. & *quæſt.* 19. *num.* 52.

Multóque magis hoc obtinebit in Clerico 5
ad penſionis ſolutionem in forma Cameræ obligato: hic enim præciſè cogendus eſt vt vel penſionem ſoluat, vel beneficium penſione grauatum dimittat, non ſolùm vigore obligationis Cameralis, ſed etiam quia non conuenit æquitati vt fructus beneficij percipiat; & penſionem, ſub qua illud obtinuit, ſoluere recuſet: vt tradit Scacc. *de commerc. & camb.* §. 7. *gloſſ.* 5. *num.* 129. Gratian. *diſcept. forenſ.* 222. *num.* 50. Gomeſ. *in compend. vtriuſq; Signatur. verſic. Eſt tamen vnum aliud notandum.* Barboſ. *ad cap.* 3. *de ſolut. num.* 6. Quod ex eo potiſſimum locum habet, quia in reſeruatione penſionis Titulares ſolent promittere ſolutionem illius, ſub pœna excommunicationis & priuationis beneficij: vt per Caſſador. *deciſ.* 21. *de locat. num.* 3. Gratian. *diſcept.*
*forenſ. cap.* 222. *num.* 50. † Et propterea Cleri- 6
cus, qui perſonaliter conſenſit impoſitioni penſionis ſuper ſuo beneficio, non poteſt gaudere priuilegio ne conueniatur vltra quam facere poteſt, nec beneficio *cap. Odoardus, de ſolution.* ſed præciſè cogendus eſt aut ſoluere, aut beneficium dimittere. Imputandum ſiquidem eſt illi, quod ita ſeſe obligauerit: quia ſcienti & volenti non fit iniuria: vt comprobat Matthæ. Brun. *in tract. de ceſſ. bonor. quæſt.* 3. *princip. num.* 16. Marcheſan. *de commiſſ. vol.* 3. *de commiſſ. admiſſ. ad ceſſ. bonor. part.* 3. *cap.* 1. §. 1. *num.* 63. & 64. *fol.* 317. dicens
† idem eſſe in ſucceſſore beneficij penſione 7
grauati, quamuis non ſe obligauerit: quia in fructuum perceptione quoad cauſam Regreſſus, & ſimilia iura, eadem militat ratio.
Quod tamen intelligit, notificata ſeu intima- I
ta ceſſione, vel Literis: & tunc ſi recuſat ſoluere, eſt repellendus à petitione *cap. Odoardus:* videlicet quoad fructus ex beneficio grauato prouenientes: Quia penſio eſt onus fructuum, & quaſi pars illorum: ideo non facit fructus ſuos niſi ſub onere penſionis, & detracto ære alieno.

Sunt tamen nonnulli DD. qui exiſtimant 8
Penſionarium teneri hoc caſu cauere in fauorem Titularis, de reſtituendo illud quod poterat retinere, ratione priuilegij ſibi competentis vigore *dicti cap. Odoardus;* caſu quo in futurum

futurum conſtaret locum eſſe huic priuilegio: argumento *l. penult. ff. de petit. hæredit.* vbi dicitur quod quando in cauſa procedendum eſt ad vlteriora citra præiudicium iurium partis alterius, debet illi parti caueri de reſtituendo, caſu quo indebitè aliquid ei fuerit adiudicatum: Et hæc fuit ſententia Barboſ. *in l. alia* 15. §. *eleganter, num.* 23. *ff. ſolut. matrimon.* Quia licèt propter iuramentum & Cameralem obligationem debitor præcisè cogatur ad ſolutionem; tamen non derogatur ei repetitio, caſu quo in futurum cognoſcatur huic priuilegio *capitis, Odoardus*, locum fuiſſe: quod etiam dixit Couarr. *lib.* 2. *var. reſol. cap.* 1. *num.* 9. *verſic. Quoties vero.*

9 Sed hæc opinio locum non habet quoad penſiones ſuper fructibus beneficij capiendas: indiſtinctè enim Penſionarius ſuper fructibus adeo potenti iure nititur, vt penſionis ſolutio abſque vlla ſpe repetitionis debeatur, ita vt non ſit opus cautione, cùm nullus poſſit eſſe locus repetitioni: Et hoc videtur voluiſſe Couarr. *loco citato*, his verbis; *Illud etiam quod de penſione dictum eſt, facillimè excluditur, cùm ex ipſius beneficij Eccleſiaſtici reditibus ea ſolui poſſit. Illud fortaſſe obtinebit is, qui ad penſionem agit, vt nonobſtante inopia eius, qui penſioni conſenſit, beneficio priuetur; ex eo quod penſionem non ſoluit de reditibus: cùm huic pœnæ tempore conſenſus ſe ſubmiſerit.*

10 In eo autem capite, in quo Couarr. exiſtimat poſt exceptionem priuilegij *dicti cap. Odoardus*, dandam eſſe executionem obligationis Cameralis, reprehenditur per Farinac. *de carcerib. & carcerat. quæſt.* 27. *num.* 70. vbi dicit contrarium ſeruari in praxi Curiæ Romanæ.

11 Porro iſta obligatio fructuum beneficij finitur cum vita Clerici qui ſe obligauit: quia commoditas fructuum, vel penſionis, vendi, cedi, vel obligari poteſt: Rota *deciſ.* 102. *num.* 18. apud Farinac. *inter deciſ. criminal.* Lotter. *de re beneficiar. lib.* 1. *quæſt.* 42. *num.* 24. *&* 25.
12 † & reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptatoris: *l. Lex vectigali, ff. de pignorib.* ex notatis per Cenc. *de cenſ. quæſt.* 24. *num.* 11. vbi cenſus impoſitus ſuper reditibus Eccleſiaſticis finitur per mortem Clerici imponentis, nec præiudicat Eccleſiæ, vel ſucceſſoribus in beneficio, adinſtar oneris impoſiti per vſufructuarium, quod euaneſcit reſoluto vſufructu: Idem Cenc. *quæſt.* 25. *num.* 10. Quod eſt verum quoad extraneos creditores, non autem quando penſionis onus tranſit ad ſucceſſorem beneficij; tunc non expirat obligatio pro ſolutione penſionis.

His ita conſtitutis, reſolutio principalis difficultatis, quam abunde tractat Salgad. *in Labyrint. creditor. part.* 1. *cap.* 42. *ex num.* 13. *reducitur ad ſequentes caſus.*

Primus, quando in ipſo actu prouiſionis 13
Summus Pontifex beneficium contulit ſub onere penſionis; & hoc caſu Penſionarius præferendus eſt omnibus creditoribus Titularis quantumuis anterioribus ſuper fructibus beneficij pro penſione obligatis: quia grauamen & onus fuit iniunctum ipſi beneficio, ab ipſo principio acquiſitionis; ſine quo onere nec Titularis ipſe, nec eius creditores fructus beneficij conſequi poſſunt; cùm debitor acquirens in ipſo principio acquiſitionis præiudicare poſſit creditoribus ſuis etiam anterioribus, cùm poſſit non acquirere: Marcheſan. *de commiſſ. in cauſ. penſ. part.* 1. §. 2. *num.* 6. *&* 7. *fol.* 580. Cenſetur autem facta Gratia eodem tempore à Summo Pontifice, licèt modicum temporis interuallum adſit, veluti ſi intra duos dies: vt ſuperiùs ſuo loco monuimus.

Secundus Caſus: quando poſt Gratiam 14
factam de beneficio, Papa de conſenſu Titularis concedit penſionem ſuper illo beneficio in fauorem Tertij: & hoc caſu Penſionarius non habet hypothecam cum priuilegio prælationis, niſi aduerſus creditores poſteriores; quia ius ſuper fructibus erat ſimpliciter quæſitum Titulari ſine onere penſionis, eiúſque per conſequens creditoribus.

Tertius caſus: quando in eadem Gratia 15
adeſt reſeruatio penſionis in fauorem duarum diuerſarum perſonarum; ambo Penſionarij concurrunt, quilibet pro rata; ſed ſi in diuerſis temporibus, anterior præfertur.

Quartus caſus: quando concurrunt Pen- 16
ſionarius & creditor chirographarius; & hoc caſu certum eſt, Penſionarium vti creditorem hypothecarium præferendum eſſe creditori chirographario: per regul. *l. eos.* 9. *C. qui potior. in pig. habeant.* niſi tamen reſeruatio facta eſſet in fraudem chirographariorum, & Penſionarius eſſet particeps fraudis: hæc omnia bene & diffusè probat Salgad. *loco citato*, ad quem recurrendum eſt adueniente caſu; quia illius ſcripta non transfero: vt videre eſt in *tract. inſcripto, Labyrint. credit. part.* 1. *cap.* 42. *ex num.* 13.

Quærit inſuper Salgad. *ead. part.* 1. *& d.* 17
*cap.* 42. *num.* 39. ſi Papa reſeruauerit penſionem ſuper beneficio pro perſona, vel perſonis nominandis per Regem, aut per alium; & plures diuerſarum perſonarum nominationes factæ fuerint, quarum vna aliam præcedat; vtrùm in concurſu creditorum priùs nominatus præferendus ſit illi, qui vltimo loco nominatus fuit? & concludit vtrumque concurrere debere pro rata, cùm vtraque nominatio vim & originem capiat à tempore





& Data prouiſionis; & illa declaratio retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis declaratæ: vt ibi diffuſiùs idem Author probat; adinſtar duorum ceſſionariorum eiuſdem crediti, qui ab eodem diuerſis temporibus obtinuerunt ceſſionem iurium: quia anterior non præfertur poſteriori ceſſionario, ſed ambo concurrunt pro rata: vt probat Gait. *in tract. de Credito, cap.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 1837. *& ſequent.*

18 Quamuis enim à Ponte per eum citatus reliquerit cogitandum *deciſ.* 34. Tamen opinio illa, quod inter duos ceſſionarios eiuſdem perſonæ detur concurſus pro rata, etiamſi ceſſiones factæ fuerint diuerſis temporibus, nec primus ceſſionarius poſteriori præferatur, omnino amplectenda eſt: quam bene examinat Alphonſ. ab Olea *in tract. de ceſſ. iur. & action. tit.* 6. *quæſt.* 8. *num.* 20. *& multis ſe-*
19 *quent.* † Vbi notat fieri debere differentiam intercedentem, qui vnum & idem debitum quantitatiuum pluribus diuerſis temporibus cedit; & illum qui partem crediti vni cedit, aliam alteri: In hoc poſteriori caſu (qui noſtro conuenit, cùm ſupponamus eum, cui ius nominandi competit, pro vna parte aliquem nominaſſe ad penſionem, & pro alia parte alterum) concludit vtrumque pro rata concurrere, neque vnum alteri præferendum eſſe: Et ratio per eum allata in caſu ceſſionis, adaptatur etiam in caſu duplicis ad penſionem pro diuerſis temporibus factæ nominationis: videlicet quia ſecunda nominatio prouenit ab eodem iure, & eodem fonte quo prima; nempe ab eadem facultate nominandi conceſſa per Summum Pontificem. Quam etiam rationem afferunt Alij, qui eandem ſequuntur ſententiam: veluti ipſemet Gait. *de credito, cap.* 4. *num.* 1846. Vincent. de Franch. *deciſ.* 160. Felician. *de cenſib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 1. *&* 2. Carleual. *de Iudic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 33. *num.* 6. Salgad. (quem iure Doctiſſimum Ab-Olea nũcupat) *in Labyrinth. credit. part.* 3. *cap.* 13. §. *vnic. num.* 81. *verſic. & hanc doctrinam; & part.* 1. *cap.* 42. *num.* 47.

20 Sed dubium oritur circa præmiſſa, quod cùm in Gallia ius nominãdi Graduatos competat Vniuerſitatibus, ſi plures fuerint nominati, non datur inter eos concurſus, ſed antiquior Nominatus præfertur, niſi ſit repletus aliis beneficiis aſcendentibus ſaltem ad ſummam ſexcentarum librarum: vt *in* §. *ſtatui-*
21 *mus, in Concordat. ſub titul. de collat.* † Antiquiorem intellige, non ſeniorem, & ætate maiorem; §. *ordinatione, in Authent. de Monach. collat.* 9. nec ratione temporis quo Gradus alicui fuit collatus, ſed tempore reſpectu nominationis, vt qui priùs nominatus eſt, præferatur: per *text. in cap. final.* & *ibi* Gloſſ. *diſtinct.* 17. Quod explicat Rebuff. *in tract. Nominat. quæſt.* 21. *in princip. & num.* 6. Repletum autem intelligimus illum qui habet beneficia in Gallia valoris 200. florenorum auri quod aliquando taxatum fuit ad 600. libras, beneficiorum ſitorum intra Regnum, nulla habita ratione eorum quæ ſunt extra Galliam: vt apud Louet *in Arreſt. Lit. G. num.* 10. Aliquando ad 400. libras, vt apud Eumdem *num* 1. † 22
Aduertendo tamen, vt à materia penſionum non recedamus, quod dum agitur de penſionibus ex cauſa reſignationis reſeruatis; Illæ computandæ ſunt in numero repletionis Graduati: quia alioquin fieret fraus legi: nam Graduatus, vel Nominatus vigore ſui Gradus, vel Nominationis, plurima abſorberet beneficia, quæ deinde ſub reſeruatione penſionis reſignaret in perniciem aliorum ſimilem Gradus, aut Nominationis prærogatiuam habentium; ac etiam in præiudicium aliorum, qui poſt illos repletos beneficia prætendere poſſunt: quæ ratio ceſſat in penſionibus alia ratione quàm ex cauſa reſignationis conceſſis: & ideo illa non computantur ad faciendam Graduati repletionem: vt diſtinguit Brodeau ad Louet. *dicta lit. G. num.* 1. *column. vlt.* dicens hoc habere locum, ſiue penſiones fuerint impoſitæ ſuper beneficiis curatis, ſiue ſimplicibus. Intelligendo ſemper de beneficiis ſæcularibus: † nam Regula- 23
res ſunt repleti, quodcunque beneficium etiam minoris valoris poſſideant, cùm aliunde habeant victum & veſtitum; videlicet ex bonis Conuentus: vt dicit Brodeau *ad dict. num.* 1. *lit. G. columna penult.*

Verùm ad obiectionem illam ex Vniuer- 24
ſitatum nominatione petitam non difficilis erit reſponſio; ſi conſideremus caſum hunc, ab eo, quem tractamus; longè eſſe diuerſum: Agimus enim hic de Rege, aut alio, qui habet à Summo Pontifice facultatem nominandi ad penſionem: & cùm penſio ſit diuidua, is qui poterat nominare, vnum pro parte, veluti pro dimidia; alterum pro alia parte, nempe pro alia dimidia nominauit: ideo cùm vtraque nominatio ab eodem fonte proueniat, vnus non eſt potior altero: ſecus eſt in nominatione Vniuerſitatum, quæ non poteſt operari in fauorem vnius quoad partem; ſed debet nominatio in ſolidum fieri: vnde tunc non eſt locus diuiſioni quoad ratam, ſed vnus totum conſequi debet. Ad quod facit text. *in l. ſi debitor* 10. *ff. de pignorib.* vbi dicitur quòd ſi res duobus cuilibet eorum in ſolidum obligatur, quilibet ipſorum vincit contra extraneum: ſed ſi pro parte ſit obligata, quilibet pro parte vincit: prout vtrumque hunc caſum bene diſtinguit Felician. *dicto tom.* 2. *lib.*

3. *cap.* 5. *num.* 1. *verſic. præterea animaduerto:* & Alphonſ. ab Olea *dicto tit.* 6. *quæſt.* 8. *per tot.* aliique ſuperiùs citati: Quia dum eadem res diuerſis in ſolidum remittitur, vnus ſolus effectu remiſſionis, vel nominationis gaudere debet: ſed quando diuerſæ partes diuerſis ceduntur, vel diuerſarum partium penſionis fit nominatio, vnus alio non eſt potior; quia quilibet pro ſua parte ducit originem ab eodem fonte, & ſecunda nominatio retrotrahitur ad tempus conceſſionis factæ per Summum Pontificem, à qua ius ſuum deſumit, vt iam dictum eſt.

25 Idem Salgado in dubium reuocat reſolutionem Rotæ Rom. *in deciſ.* 129. *part.* 1. *recent.* quam Nos ſecuti ſumus *in reſolut. benefic. tom.* 1. *cap.* 35. quod nempe Penſionarius extinguere poſſit penſionem ſibi competentem in præiudicium ſuorum creditorum, cùm talis extinctio cedat ad vtilitatem Eccleſiæ, & fauorabilis ſit libertati beneficij: quam etiam ſequitur Modern. *de ſtyl. Datar. cap.* 27. *num.* 15. eam tamen copioſè impugnat Salgad. *dicta part.* 1. *cap.* 43. *num.* 45. *& per tot.* poſt Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *cap.* 42. *ex num.* 19. quorum rationes multo magis concludere videntur, quando Penſionarius pretio accepto vendidit commoditatem penſionum
26 vita ſua durante, † quia videtur extinctio hoc caſu fieri cum euidenti fraude ceſſionarij, qui pecunias ſuas exburſauit: in creditore autem, cui omnia bona ſunt hypothecata, abſque vlla ſpeciali ceſſione commoditatis penſionis Eccleſiaſticæ, non eadem videtur vis rationum per eos allatarum.

27 Sed praxis Romanæ Curiæ eſt in contrarium; vt notat Modern. *de ſtyl. Datar. cap.* 27. *num.* 15. vbi dicit penſionem poſſe extingui in præiudicium creditorum; imò etiam procuratoris perpetui & irreuocabilis, quamuis ſoluto pretio: quia caſſatio & extinctio penſionis eſt fauorabilis Eccleſiæ, quæ per eam recuperat priſtinam libertatem, & eximitur à ſeruitute penſionis; adeo vt promiſſio, quamuis iuramento roborata de non extinguendo penſionem, ſit nulla tanquam præiudicialis Eccleſiæ.

28 Ideo dicit, quod creditores, vel ceſſionarij penſionis, ſeu potius fructuum & commoditatis eiuſdem, ſæpe recurrunt ad Datariam ad impediendam penſionis extinctionem: & quod dependet à voluntate Datarij an velit quod extinctio approbetur per Papam, an non; quia cùm ceſſio fuerit facta inter ipſas Partes, non tenetur illis ſuccurrere niſi ex quadam æquitate.

29 Et hoc dicit procedere, quando conſtituens procuratorem irreuocabilem vellet caſſare penſionem recepto pretio: nam ſi vellet gratuitò extinguere, poſſet hoc facere abſque vllo facto Datariæ; quia poteſt hoc caſu extinctio ſimpliciter fieri coram Notario & teſtibus.

Verùm hoc caſu quando extinctio facta 30
fuit gratis, & nullo recepto pretio, exiſtimarem faciliùs admittendam eſſe illam opinionem, quæ vult poſſe Titularem & beneficij onere penſionis grauati poſſeſſorem conueniri, extinctione facta ex cauſa merè lucratiua, per creditores ipſius Penſionarij, ratione præſumptæ fraudis; ſed ſi titulo oneroſo, & data cum authoritate Papæ pecunia pro fructibus certorum annorum, prout fieri ſolet; hoc caſu difficiliùs eſſet locus reuocatoriæ, niſi ſaltem probata fraude Titularis: iuxta diſtinctionem *l. ignoti iuris*, 5. *C. de reuoc. iis quæ in fraud. credit.* Capyc. *deciſ.* 128. *nu.* 9. Gratian. *diſcept. forenſ.* 502. *n.* 33. vbi dicit quod ad hoc vt alienatio dicatur facta in fraudē, requiritur ſcientia illius in quem fit alienatio. † Neque 31
deſumi debet hac in materia argumentum ab vſufructu; quia quoad vſumfructum, certum eſt ex communi DD. ſententia, illum proprietario quidem cedi & remitti poſſe, non item extraneo; cùm ſit ius perſonale, & perſonæ cohærens, atque ab ea inſeparabile: adeo vt vſufructuarius cedendo ius vſusfructus extraneo, nihil agat, & ius redeat ad proprietarium: quod non eodem modo obtinet, dum fructuum commoditas ceſſa fuit; illius enim libera poteſtas & transferendi facultas pertinet ad vſufructuarium: vt copioſè exponit Galerat. *in tract. de renunciat. centur.* 1. *cap.* 55. *num.* 6.

Sed obiicies, quæ igitur inter Vſufructuarium & Penſionarium eſt diuerſitatis ratio, cùm vterque ad libitum de fructuum commoditate diſponere poſſit? Reſpondetur Pri- 32
mò, quia ius vſusfructus ad vſufructuarium pleno iure pertinet, & durante vita illius irreuocabiliter, ad Penſionarium verò reuocabiliter; quia poteſt finiri vel per matrimonium, vel per ingreſſum Religionis, aut aliis modis: vt conſiderauit Rota *dicta deciſ.* 129. *num.* 3.

Secundò, quia poteſt in vſufructu fieri 33
conuentio, quod ille nunquam extinguatur durante vita vſufructuarij: at in penſione non poteſt fieri talis conuentio, quia per eam præiudicaretur Eccleſiæ: & ſic diuerſa eſt ratio: quia in vſufructu non agitur niſi de ſolo præiudicio ipſius vſufructuarij, commoditatem pro toto vitæ ſuæ tempore cedentis, vel obligantis; at in penſione agitur etiam de præiudicio Eccleſiæ.

Tertiò, quia licèt fructus ſeu commoditas 34
illorum poſſit durante vita per vſufructuarium obligari, tamen fructus ex beneficio

pro



prodeuntes non poſſunt ad vitam obligari: licèt enim poſſint de pignore capi, relicta Clerico ſumma competenti, ne in dedecus Ordinis cogatur mendicare; Mauſon. *de cauſ. executiu. lib.* 1. *limit.* 4. *num.* 2. Paſcal. *de patr. poteſt. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 31. tamen non poſſunt pro tota vita Clerici ex conuentione obligari: vt poſt Gloſſ. *in cap.* 2. *de Arbitr.* dicit Abb. *ibid. num.* 2. Gaill. *lib.* 1. *obſeruat.* 117. *num.* 8. Viuius *in ſuis comm. opinion. cap.* 99. Et licèt *cap.* 17. *num.* 15. dixerimus fieri poſſe mandatum irreuocabile ad vitam Penſionarij; hoc intelligendum eſt de præiudicio Penſionárij, non autem de præiudicio Eccleſiæ, quæ libertatem conſequitur per extinctionem: ex notatis per Felician. *de cenſib. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 10.

35 Quartò, quia Titularis poſt extinctionem penſionis Summi Pontificis authoritate munitam, remanet in primæua Eccleſiæ libertate, & ius ſuum non metitur à Penſionario extinguente, ſed ab ipſa beneficij natura, & primæua libertate: & Penſionarius habetur pro mortuo in illa penſione, ſicut reſignans poſt reſignationem habetur pro mortuo in illo beneficio: Abb. *in cap. niſi eſſent, in gloſſa vlt. de præbend.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 8.
36 *num.* 8. † Et ideo omnes obligationes & fideiuſſiones extinguuntur poſt extinctionem penſionis: Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 34. *num.* 45. Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 178. *&* 179.

37 Quod quamuis regulariter verum ſit, tamen in caſu ſpeciali ex facti circumſtantiis aliter deciſum fuit: nam cùm penſio fuiſſet reſeruata cuidam Bartholomæo, qui beneficium ſuum reſignauerat in fauorem Franciſci, qui promiſerat facere conſentire illum Tertium, ſuper cuius beneficio penſio erat impoſita; & ipſe Franciſcus promiſerat de ſuo, & dederat fideiuſſores in ſolidum obligatos; mortuo iſto Tertio, fideiuſſores dicebant ſe non teneri; & tamen fuit deciſum, illos etiam poſt obitum iſtius Tertij eſſe obligatos: quia iſti fideiuſſores ſe obligauerant de ſoluendo penſionem, etiam poſt obitum iſtius Tertij; & ipſe Franciſcus, pro quo fideiuſſores interuenerant, promiſerat ſoluere de ſuo: ſed hic eſt caſus ſpecialis, vt patet apud Verall. *deciſ.* 315. *part.* 2.

38 Imò ſi fideiuſſor ſeſe obligauerit ad ſolutionem penſionis quandiu Titularis beneficium obtinebit, obligatur tamen etiam poſt reſignationem; ſi idem Titularis non obſtāte reſignatione perſiſtat in poſſeſſione beneficij reſignati: vt deciſum fuit apud Mohedan. *deciſ.* 6. *de locat.* propter vim illius clauſulæ, *Quandiu obtinebit:* quæ verificatur in nuda detentatione: Et hoc eſt vtile in beneficiis Galliæ, in quibus reſignans ſæpè remanet in detentatione beneficij poſt reſignationem; quo caſu fideiuſſor penſionis ſub illa forma obligatus, adhuc cogi poteſt ad ſolutionem penſionis poſt reſignationem.

Ex regula autem illa, quòd fideiuſſor non 39
obligatur ad ſolutionem penſionis poſt beneficij reſignationem, inferri etiam poteſt, quod ſi quis fideiuſſorio nomine ſe obligauerit pro penſione tranſlata, ſi fiat ſecunda tranſlatio, ipſe ab obligatione eximendus eſt: quia verba intelliguntur de primo actu: iuxta regulam *l. Boues*, *§. hoc ſermone, ff. de verb. ſignific.* idque non obſtante quod ſecunda tranſlatio facta fuerit Motu proprio, & cum clauſulis ampliſſimis, quæ non poſſunt afficere fideiuſſorem: vt copioſè exponitur in *deciſione relata* apud Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 247.

Cæterum ad obuiandum huic inconue- 40
nienti, & ad hoc vt reſignans ſit ſecurus pro ſolutione penſionis per eum reſeruatæ, apponitur ſæpius hæc clauſula in Gratia reſeruationis, *Quod Titularis non poſſit reſignare, vel cedere, niſi prouiſus ſimilem obligationem præſtiterit, & fideiuſſores idoneos dederit: aliàs quod reſignatio nulla ſit &c.* Quo caſu ipſemet primus reſignatarius remanet obligatus, necnon illius fideiuſſores, proinde ac ſi ſecunda reſignatio facta non fuiſſet: vt deciſum fuit apud Marcheſan. *in Abulenſi penſionis*, 27. *Ianuarij* 1600. *coram D. Litta, in* 1. *tom. ſub tit. de appellat. in cauſ. penſ.* §. 1. *num.* 6. *fol.* 514. Vbi fuit etiam dictum, caſum hunc eſſe diuerſum ab illo caſu, in quo appoſita fuit illa clauſula; *Habita, vel non habita poſſeſſione:* quia in terminis illius clauſulæ, diligentiæ ſufficiunt ad excuſandum prouiſum, & illius fideiuſſores; cùm fecerit quidquid potuit ad cogendum debitorem penſionis, vt illam ſoluere cogatur: ſed in caſu propoſito imputandum eſt Titulari qui reſignauit non adhibitis nouis fideiuſſoribus, & non ſatisfecit conditioni deſuper in reſeruatione penſionis adiectæ. 41

Eſt quoque aduertendum, quod ſi in decreto prouiſionis beneficij, prouiſus fuerit oneratus dare fideiuſſores pro ſolutione penſionis ad triennium, & poſtea dederit fideiuſſores qui ſimpliciter ſe obligarunt abſque præfinitione temporis, tamen huiuſmodi fideiuſſores ampliùs non obligantur lapſo triennio; quia illorum obligatio, quamuis ſimpliciter facta, intelligenda eſt iuxta formam decreti in prouiſione appoſiti: vt deciſum fuit apud Seraphin. *deciſ.* 55.

Similiter fideiuſſor non tenetur, ſi prouiſio, 42
ratione cuius fidem ſuam interpoſuit, non habuerit effectum: quia ſi principale non ſubſiſtit, nec ſubſiſtere poteſt fideiuſſio ac-





ceſſoria

ceſſoria pro penſionis ſolutione interpoſita. Qui enim fideiuſſit pro Petro, non poteſt teneri pro Franciſco, cùm Petrus non ſit debitor penſionis, cùm non habeat titulum beneficij, ſuper cuius fructibus penſio debetur: Rota *deciſ.* 255. *part.* 2. *Recent.*

43 Idem dicendum eſt, ſi fideiuſſor promiſerit ſoluere penſionem impoſitam ſuper beneficio, quod non eſt in rerum natura; ex eadem ratione mox allata; cùm certum ſit hoc caſu prouiſionem beneficij ſuſtineri non poſſe: Rota *deciſ.* 530. *part.* 4. *recent. num.* 2. ſicut vſusfructus ſubſiſtere non poteſt, vbi nulla eſt proprietas: *l.* 1. & 2. *ff. de vſufr.* §. *conſtituitur, Inſtitut. de vſufruct.* Vnde hoc caſu nulla poteſt prætendi quaſi poſſeſſio, cùm accidens ſtare non poſſit ſine ſubiecto; vt copioſiùs deducitur in *dicta deciſ.* 530.

44 Titularis ergo ius ſuum non deſumit à renunciante, ſeu extinctioni penſioni conſentiente; ſicut è conuerſo, is cui vſufructuarius fructuum commoditatem ceſſit, ius ſuum capit ab ipſo cedente; prout in ſimili diximus *part.* 1. *quæſt. benefic. cap.* 66. *num.* 26. vbi probauimus magnam eſſe differentiam inter eum qui ius habet ab vſufructuario, & illum qui ſucceſſit in beneficio, qui ius ſuum non capit ab anteceſſore, ſed à Superiore conferente: vt per Gloſſ. *in cap. cura, de Iurepatron.* Roman. *conſil.* 201. *n.* 5. Alexand. *conſil.* 63. *num.* 12. *vol.* 4. Et hoc maximè procedit, quando extinctio facta fuit mediante pecunia, & per conſequens à Summo Pontifice, qui per ſuam approbationem facit vt Eccleſia priſtinam conſequatur libertatem.

45 Non negamus tamen, quin Penſionarius teneatur proprio nomine actione perſonali: Rebuff. *in tract. de alienat. bonor. Eccleſ. n.* 27. ſicut dicitur de locatione facta per poſſeſſorem beneficij, cui licet ſucceſſor ſtare non teneatur, tamen is qui locauit, eiúſque hæredes, tenentur ad indemnitatem conductoris: ita tamen vt ſucceſſor de bonis & reditibus beneficij in aliquo non teneatur: vt diximus *in quæſt. benefic. part.* 1. *dicto cap.* 66. *num.* 16. Redoan. *de rer. Eccleſ. alienat. quæſt.* 51. *cap.* 2. *num.* 18. Cenc. *de cenſib. quæſt.* 24. *n.* 11.

46 Verùm nouiſſimè Alphonſ. ab Olea *in tract. de ceſſ. iur. & action. lib.* 8. *quæſt.* 2. *n.* 24. totam hanc controuerſiam, quam Salgado *loco citato* exagitat, reducere vult ad regulas generales ceſſionis, vtrum videlicet actiones ceſſionario demandatæ ſint pro exactione penſionis ad commodum cedentis, vel ceſſionarij: quod ſi ad commodum ceſſionarij, vtpote ſi Penſionarius creditori ſuo ſolutionis cauſa conſignauerit, ceſſerit, aut hypothecauerit penſionem, eiuſque fructus vel commoditatem pro certo tempore, vel durante vita ſua, conſiderat vtrum interuenerit aliquod ex requiſitis *in l.* 3. *C. de nouation.*

Ego autem ſalua horum doctiſſimorum 47
Virorum ſententia, Rotæ Romanæ authoritati & rationibus innixus, concludendum exiſtimo, ſtylum Curiæ Romanæ de quo ſuperiùs actum eſt, obſeruandum eſſe, niſi illum immutatum fuiſſe probetur: quamuis idem Ab-Olea tacitè videatur innuere, quod ſi probetur fraus vtriuſque, nempe tam Titularis, quàm Penſionarij, locus ſit actioni reuocatoriæ: vt ſuperius *num.* 15. dictum fuit: vbi probauimus fraudis coniecturam elici † ex eo, quod penſio extincta fuit titulo lucratiuo: ſed vt dixi, non eſt à ſtylo Curiæ Romanæ recedendum, donec de contrario doceatur. Et hic ſtylus confirmatur ex eo, quod quando Partes conueniunt quod penſio pertineat ad alium quàm nominatum in literis, hoc fit cum aſſenſu Summi Pontificis, vt dicemus *in cap. ab hoc ſecundo infr.* Qui conſenſus non eſſet neceſſarius, ſi is ſub cuius nomine penſio conceſſa fuit, poſſet alteri ſine Summi Pontificis authoritate mandatum irreuocabile facere.

Vltimo loco notandum eſt, circa id quod 48
ſuperiùs diximus, fructus beneficij eſſe hypothecatos pro penſione ſuper illo beneficio impoſita, ſic accipiendum eſſe, vt non ſolùm iſta hypotheca locum habeat pro fructibus illius anni, ſed etiam pro penſionibus annorum præteritorum, Duran. *deciſ.* 369. *num.* 6. poſt Gig. *de penſ. quæſt.* 43. *num.* 2. *verſic. quod autem.* Ratio eſt, quia dicti fructus aliis annis percepti, præſumuntur vberes & ſufficientes, etiam pro penſionibus aliorum annorum, & ſic pro penſionibus decurſis tempore præterito: vt dicitur *ibid. num.* 7.

## CAPVT XXII.

### *ARGVMENTVM.*

QVANDO, & quibus in caſibus, in Eccleſiis, in quibus adeſt conſuetudo optandi, ille qui optauit beneficium penſione oneratum, teneatur ad ſolutionem penſionis ſuper illo impoſitæ? Et quomodo procedat



illa conſuetudo optandi, ad effectum vt optans ad ſolutionem penſionis teneatur? Quando dicatur per optionem ad effectum penſionis non ſoluendæ acquiſitus nouus titulus? Pluráque Notabilia circa facultatem optandi recenſentur. Quid etiam ſtatuendum ſit in Coadiutore optante, reſoluitur.

### SVMMARIVM.

1 *Quæſtio penſionis per optantem ſoluendæ locum non habet, quando in Eccleſia non adeſt certus Canonicorum numerus.*

2 *In Eccleſiis non numeratis non eſt locus vacationi, nec per conſequens optioni beneficij penſione onerati.*

3 *Quando numerus Canonicorum eſt certus, ſed præbendarum numerus non eſt certus, quæſtio penſionis per optantem ſoluendæ non habet locum.*

4 *Quando numerus præbendarum eſt certus, ſed præbendæ non ſunt diſtinctæ, idem dicendum eſt.*

5 *Canonicus optans ſemper obligatur ad penſiones quando præbendæ non ſunt diſtinctæ, niſi ſub beneplacito Capituli.*

6 *Per optionem non eximitur quis à ſolutione penſionis niſi probet ſe nouum Titulum acquiſiuiſſe per optionem dimiſſo priori Titulo.*

7 *Qui per optionem ſe vult eximere à ſolutione penſionis tenetur probare præbendam optatam, eſſe nouum titulum beneficialem.*

8 *Præbenda, quæ non dat nouum Titulum, eſt quid temporale, & tanquam prædium Eccleſiæ.*

9 *Quando nouus Canonicatus optatur, & nouus titulus acquiritur, ille qui optauit eximitur ab onere penſionis.*

10 *Quæſtio penſionis ſoluendæ per optantem, locum non habet in vacatione quæ contingit in menſibus reſeruatis.*

11 *Ampliatur vt procedat, etiamſi ageretur de Cardinali Collatore ordinario.*

12 *Indulta hodierna Cardinalium plus operantur quàm ſolam obſtaculorum remotionem, propter clauſulas in illis appoſitas.*

13 *Ad effectum iuris optandi quando conſiderari debeat præbendæ ſeparabilitas à Canonicatu.*

14 *Quomodo Coadiutor ſuccedere debeat in annexis Canonicatui acquiſitis Coadiuto per illius optionem.*

15 *Coadiutor ſuccedens Canonicatui onerato penſione, tenetur ad illius ſolutionem.*

ALIA proponitur quæſtio: In prouiſionibus Canonicatus fuit reſeruata penſio ſuper Canonicatu, & præbenda illi annexa: cùm autem ex Statuto vel conſuetudine Capituli, Canonicis competeret optio præbendarum, quis teneatur ad penſionem, vtrùm Canonicus ſolus, an verò proportionabiliter ille qui præbendam optauit.

Notandi ſunt, antequam ad deciſionem dubij procedatur, varij caſus. Primus eſt 1
quando agitur de Eccleſia, in qua non eſt certus numerus Canonicatuum, nec diſtinctio præbendarum, prout in caſu text. *in cap. Dilecto de Præbend. cap. vacante, eod. tit. & cap. ex parte, de conceſſ. Præbend.* Et hoc caſu non poteſt ad praxim reduci quæſtio propoſita: Quia cùm non detur vacatio præbendæ, non habet etiam locum optio: nam vacatio datur reſpectu exiſtentiæ & numeri: idem ergo dicendum de Canonicatibus illius Eccleſiæ: Vnde in Eccleſia non habente certum Canonicorum numerum, dum aliquis in Canonicum recipitur, creatur quoddam ius de nouo, quod extinguitur cum perſona, & non dicitur vacare, ſed deſinere & extingui: ſecus eſt in Eccleſia habente certum numerum; illo enim Canonico defuncto, ius illius vacat.
† Cùm igitur in ſimilibus Eccleſiis non nu- 2
meratis, non ſit locus vacationi, nec optioni, ſequitur fruſtra quæri vtrum per optionem onus penſionis ad optantem transferatur. Et ad hoc faciunt notata per Abbat. *in dicto cap. Dilecto, de Præbend. num.* 9.

Secundus Caſus eſt: quando agitur de 3
Eccleſia, in qua certus quidem eſt Canonicatuum numerus, ſed præbendarum nullus eſt diſtinctus numerus; quia ſimpliciter bona Capituli diuiduntur inter Canonicos per Adminiſtratores Capituli: & illi quanto plures ſunt, tanto minores recipiunt portiones; & quanto pauciores, tanto pinguiores: prout obſeruatur in pluribus Eccleſiis Collegiatis. Et de iſtis agitur *in cap. final.* §. *ſi autem: de conceſſ. Præbend. in* 6. Et hoc caſu, non poteſt conſiderari optio, cùm præbendæ non ſint diſtinctæ; & per conſequens inanis eſt controuerſia vtrum penſionis onus transfeat ad optantem.

Tertius eſt caſus, quando certus eſt nu- 4
merus Canonicorum, & certus eſt etiam numerus præbendarum, ſed præbendæ non ſunt diſtinctæ; imò pertinent ad dominium & adminiſtrationem Capituli, & præbendæ ſunt æquales, & tot ſunt portiones quot ſunt

Canonici,& adminiſtrator Capituli, cuilibet
ex Canonicis ſoluit portionem ſuam. In iſtis
præbendis non datur optio, nec illæ poſſunt
dici tituli beneficiales, cùm non habeant ali-
quam ſubſiſtentiam ſeparatam à Capitulo,&
reditibus illius; nec vna portio eſt melior
alia:ideo non poteſt hoc caſu tractari de op-
tione, cùm vna portio non ſit pinguior alia;
Optio autem non cedit niſi inter diuerſa:
Bald.*in l.1.C.de furt.columm.*5.

5 Quartus caſus; quando retento themate
tertij caſus,Capitulum non adminiſtrat bona
præbendarum per ſuos Officiales, ſed bona
diuidit in tot præbendas, quot ſunt Canoni-
ci, cuilibet ex illis aſſignando portionem
ſuam ad tempus,& ſub beneplacito Capituli,
cui permiſſum eſt bona illarum præbenda-
rum iterum ad communionem reducere, &
nouam facere diuiſionem. Et hoc caſu, quia
diuiſio non poteſt tantam continere æqua-
litatem, quia cùm vna portio ſit alia pin-
guior, locus eſſe poteſt optioni,ſed per talem
optionem non mutatur titulus beneficialis,
ideo quamuis Canonicus ſuper cuius Cano-
nicatu & præbenda fuit impoſita penſio,de-
ueniat ad optionem,remanet ſemper onera-
tus penſione impoſita, cùm remaneat ſem-
per idem beneficium, idémque titulus, ea-
démque præbenda ſpiritualis,ſuper qua pen-
ſio fuit reſeruata: ita deciſum teſtatur Gon-
zal. *ad Reg.* 8. *gloſſ.* 34. *num.* 44. *& ſequent.* †
6 Ideo qui ſe vult eximere à ſolutione penſio-
nis impoſitæ ſuper præbenda, tenetur pro-
bare ſe aliam præbendam aſſumendo,ſeu op-
tando,nouum titulum acquiſiuiſſe:Put. *deciſ.*
196.*verſic.ex quibus,lib.*2. vbi dicitur quod ſo-
la diſtinctio præbendarum non probat anne-
7 xionem: † & ideo qui vult ſe eximere à ſolu-
tione penſionis ſub prætextu mutationis
præbendæ, tenetur probare quod per huiuſ-
modi mutationem, mutatus etiam fuerit ti-
tulus, & quod iſtæ præbendæ eſſent tituli
beneficiales:ſequitur Lotter. *de re benefic. lib.*
8 1.*quæſt.*19.*num.*31.† Et ratio eſt,quia hoc caſu
præbenda eſt veluti quiddam temporale, ac
quaſi prædium pro portione fructuum aſſi-
gnatum Canonico, quod eſt temporale. Ideo
cùm non fiat mutatio tituli, penſio tota ſolui
debet per optantem, quæ tamen alioquin
diuideretur pro rata inter Canonicatum &
præbendam, ſi tituli beneficialis naturam
ſortiretur: vt dicit Mantic.*deciſ.* 273.

9 Vltimus caſus eſt, quando præbenda, quæ
optatur,eſt omnino ſeparata & diſtincta rea-
liter à Canonicatu; & hoc caſu qui vnam
præbendam dimittit, & aliam optat,nouum
Canonicatum obtinet; quia primus Canoni-
catus remanet cum præbenda dimiſſa:& ideo
qui dimiſſam præbendam aſſequitur, obliga-
tur ad ſolutionem penſionis, quæ eſt onus
reale, & ſpectat ad illum qui conſequitur
Canonicatum dimiſſum cum ſua præbenda:
Ita determinat Rota apud Mantic. *deciſ.*273.
repetita apud Marcheſan. *de commiſſ. part.* 1.
*fol.* 650. & apud Pacific.*de Saluian. deciſ.*130.
vbi explicantur ea, quæ deciſa fuerunt apud
eumdem Mantic. *deciſ.* 224. vbi fuerat deci-
ſum,penſionem deberi pro rata ſuper Cano-
nicatu, & pro alia rata ſuper præſtimonio illi
annexo. Eandem concluſionem exornat
Monet. *in tract. de opt. Canon. cap.* 7. *quæſt.* 3.
*num* 39. *& ſequent.* dictorúmque caſuum di-
ſtinctionem paucioribus verbis refert Bar-
boſ.*de Canonic.& Dignitat.cap.*30.*num.*4.licèt
in alia quæſtione. Qui omnes caſus fundati
ſunt *in deciſ.*Rotæ 6.*de conſuetud.in Nouis.*

Sed circa præmiſſa, quædam conſidera- 10
tione digna ſunt. Et in primis hanc Optionis
materiam, & reſolutiones circa penſionis ſo-
lutionem ſuperiùs adductas locum non ha-
bere, quotieſcunque vacatio beneficij ſeu
Canonicatus euenit in menſibus reſeruatis:
quia per *Regulam* 8. aliàs 9. *Cancellariæ*, ex-
preſsè derogatur cuicunque conſuetudini
optandi,etiam immemoriali; vt latè per Gon-
zal. *ad dict. Regul. gloſſ.* 34. *num.*1. *& ſequent.*
Monet.*de option.Canon.part.*3.*quæſt.*3.*num.*12.
Garſ.*de benefic.part.*5.*cap.* 1. *num.*450. Lotter.
*de re benefic.lib.*2.*quæſt.*38.*num.*10.*& ſequent.*
Burat.*deciſ.*390.*num* 7.Rota *deciſ.*142. *part.*2.
*Recent. num.* 3. *&* 4. Et ideo per huiuſmodi
reſeruationem impediri optionem, fuit de-
ciſum apud Put. *deciſ.* 4. *num.*2. *lib.*2. *in nouis,*
Gregor.*deciſ.*478.*num.*2.& *ibi* Addent.

Quod ampliatur procedere, etiamſi Car- 11
dinalis ſit collator ordinarius, & conferat vi-
gore Indulti; vt fuit deciſum in Rota *deciſ.*10.
*part.*8.*recent.n.*7. Quia licèt, vt oſtendimus
*in quæſt. benefic. tom.*1.*part.*2.*cap.*3.§.5.*num.*8.
*&* 10.Indultum non ampliet facultatem Car-
dinalis ordinarij Collatoris,ſed dumtaxat re-
moueat obſtacula, quæ illum impedire pote-
rant ne conferret; & ſic Canonici videantur
ſemper remanere in ſuo priſtino iure optan-
di;ex notatis in *deciſ.*530.*part.*4.*recent.tom.*3.
† tamen Indulta hodierna, fauore Cardina- 12
lium, ſunt ampliora; quia non ſolùm remo-
uent obſtacula reſeruationum, vt illis non
obſtantibus ipſi, ſi ſint Collatores ordinarij,
conferre poſſint; ſed etiam dant facultatem
conferendi in menſibus reſeruatis tam ex
poteſtate ordinaria, quàm etiam vigore In-
dulti ſibi conceſſi; quæ verba plus operantur
quàm ſolam obſtaculorum remotionẽ: adeo
vt tunc Cardinalis Collator ordinarius dica-
tur conferre etiam authoritate ſibi à Summo
Pontifice delegata: Garſ. *dicta part.*5.*cap.* 1.
*num.*628.Lotter.*lib.*2.*quæſt.*21.*num.*127.





13 Secundò notandum eſt circa ea quæ ſupe-
riùs diximus *num.*5.Quod ad hoc vt præben-
da dicatur mere temporalis,& non cadat ſub
reſeruatione, non ſufficit ſeparabilitas ab
vno, vel altero Canonicatu,ſed ſeparabilitas
illa debeat eſſe reſpectu cuiuſcunque Cano-
nicatus; ita vt ſtare poſſit per ſe abſque titulo
Canonicatus: vt explicat Abb.*in dicto cap.ma-
ioribus, num.* 4. *verſic. Quandoque: & in cap.
dilecto, num.* 6. *verſic. procedit enim: de Præ-
bend.* Verall. *deciſ.*356.*num.*1.*part.*2.Rota *de-
ciſ.*138 *num.*4.*part.*8.*Recent.*Reliqua quæ ad
materiam iuris optandi adduci poſſent, cùm
non conueniant niſi indirectè materiæ quam
tractamus, remittimus ad ea quæ diximus *in
noſtris quæſtionib.benefic.tom.*1.*q.*110.*per totam.*

14 Et ex præmiſſa diſtinctione reſultat reſo-
lutio quæſtionis aliàs in Rota Romana ven-
tilatæ, ex eo quod mortuo Coadiuto,petebat
Coadiutor non ſolum Canonicatum, ſed
etiam præſtimonium illi annexum,opponen-
te Capitulo in contrarium, non tractari de
præbenda annexa Canonicatui, ſed de re
temporali,ac veluti prædio Canonicatus nul-
lam habente ſpiritualitatem, & per conſe-
quens non impediri ius optandi,quod ſenio-
ribus Canonicis competit: iuxta *dictam deciſ.*
Mantic. 273. Fuit tamen in contrarium di-
ctum, iſtas præbendas non eſſe merè tempo-
rales,ſed habere annexionem cum Canoni-
catu, non perpetuò, ſed reuocabiliter,dum
per ius optandi poteſt Canonicus illam præ-
bendam dimittere,& aliam eligere; ideo non
eſſe locum optioni: quia cum Papa cõtuliſſet
Canonicatum cum annexis & connexis, per
appoſitionem manus Papæ tollitur omnis
vacatio, præter eam, quæ eſt in fauorem
Coadiutoris: ex deciſis per Rot. *deciſ.* 2. *de
Conſuet.in antiq.*Et quod huiuſmodi præben-
dæ eſſent quidem annexæ,ſed non ſeparatæ,
nec tituli beneficiales; dicebatur conſtare ex
lectura Literarum Apoſtolicarum,quia dice-
bantur annexæ & ſimplices portiones de
corpore communi Capituli, exemptæ à quo-
cunque titulo, vacatione, & collatione inter
Canonicos poſtea æqualiter diuidendæ;& ſic
Coadiutus non acquirit eas ex nouo titulo,
ſed retinet primum;& per conſequens ceſſat
optio:& præbenda optata pertinet ſuo tem-
pore ad Coadiutorem: iuxta dicta ſuperiùs.
Et licèt annexio hoc caſu non ſit perpetua,
tamen adhæret ſpiritualitati,& cadit ſub pro-
uiſione Canonicatus cum ſuis annexis: vt
habetur *in Corduben. Coadiutoriæ, de* 27. *No-
uemb.* 1619. *coram Ill. bo. me: D. meo colendiſſ.
Archiepiſcopo Seleucien.in recent.part.*4. *tom.*2.
*deciſ.*140.*& deciſ.*385.*num.*2.*verſic.nec imme-
ritò,part.*3.*Recent.*Gregor. *deciſ.*478. *num.*6.† 15
Vnde ſequitur hoc etiam caſu, ſicut præſti-
monium,ſeu præbenda tranſit ad Coadiuto-
rem, excluſo iure optandi prætenſo ex parte
Capituli, ita onus penſionis impoſitæ ſuper
Canonicatu, & præſtimonio,ſeu præbenda,
tranſire in totum ad Coadiutorem.

## CAPVT XXIII.

### ARGVMENTVM.

QVANDO penſio fuit impoſita ſuper pluribus beneficiis in ſolidum, vtrùm Penſionarius teneatur agere pro rata contra vtrumque? Et quomodo debeat fieri ſolutio, facta ſeparatione & diſmembratione fructuum, aut etiam titulorum? Et vtrùm diuiſio penſionis inter diuerſos debitores fiat iuxta proportionem Arithmeticam, vel Geometricam. Pluribus factis tranſlationibus excedentibus ſummam à Pontifice limitatam, vtrùm anteriores ſint reuocabiles?& vtrùm poſteriores in teſtamento eodem, vel diuerſis, præualere debeant? Quid dicendum ſit de duabus penſionibus incompatibilibus ſuper eodem beneficio ſub eadem Data conceſſis.

### SVMMARIVM.

1 *Is cui penſio fuit aſſignata in ſolidum ſuper pluribus beneficiis, habet electionem agendi contra quod voluerit, ſi ſit capax penſionis.*

2 *Penſione ſuper duobus beneficiis aſſignata, quorum alterum Titularis retinuit, alterum reſignauit, pro qua rata quilibet poſſeſſor teneatur ad ſolutionem penſionis.*

3 *Si Penſio fuerit impoſita ſuper pluribus beneficiis inæqualis valoris, quomodò fiet diuiſio.*

4 *Quid ſi fuerit deſignatum, pro qua ſumma quodlibet ex duobus beneficiis teneatur?*

5 *Quid ſi penſio fuerit impoſita ſuper pluribus beneficiis vnitis, quæ poſtea ſeparentur?*

6 *Non datur clauſula*, ſine retardatione ſolutionis penſionis, *quando agitur de penſione ſuper pluribus beneficiis impoſita.*

7 *Quando id quod ſeparatur à beneficio eſt veluti prædium ipſius beneficij, illius beneficij poſſeſſor non eximitur à ſolutione penſionis, ſi illam beneficium ferre poſſit.*

8 *Si tranſlatio facta fuerit in articulo mortis vigore facultatis, pluribus vicibus excedentibus ſummam permiſſam, quæ tranſlatio præualeat.*

9 *Tranſlatio in articulo mortis videtur reuocabilis. Sed contra infr. num.* 13.

10 *Facultas transferendi*, etiam in articulo mortis, *poteſt fieri per diſpoſitionem inter viuos.*

11 *Vocati ex eodem teſtamento priùs nominati præferuntur.*

*Sed contrà; quod omnes pro rata admittantur, num.* 12.

13 *Nominationibus, aut tranſlationibus factis diuerſis temporibus, prior præfertur.*

14 *Tranſlatio eſt diuidua, & in ea vtile per inutile non vitiatur.*

15 *Re integra admittitur variatio in tranſlatione penſionis ſemel tantùm.*

16 *Penſione ſuper duobus beneficiis impoſita, ſi vnum ex illis reſignetur, quilibet poſſeſſor tenetur pro rata fructuum ad illius ſolutionem.*

17 *Diuiſio hæc fieri debet iuxta proportionem Geometricam.*

18 *Explicatur* Deciſio *Seraphini* 1429.

19 *Quomodo inter ſe differant diſmembratio fructuum beneficij, & diſmembratio titulorum.*

20 *Quando fit diſmembratio titulorum, & penſio non fuit impoſita cum clauſula*, in ſolidum; *quilibet ex poſſeſſoribus titulorum non poteſt conueniri niſi pro rata fructuum beneficij.*

21 *Si eodem tempore, & ſub eadem data conceſſæ fuerint penſiones incompatibiles, neutra conceſſio valet.*

EX iis quæ in præcedenti capite dicta ſunt, tanquam huius quæſtionis præambula, notabilis oritur difficultas; Quando videlicet penſio ſuper pluribus beneficiis fuit impoſita, vel ſuper Canonicatu & præſtimonio, quomodò, & pro qua rata, an vero in ſolidum quilibet concurrere debeat ad penſionis ſolutionem? In qua

1 Prima hæc ſtabilienda eſt cõcluſio: † Quod ſi penſio ſuper pluribus beneficiis in ſolidum aſſignata fuerit, Penſionarius habet electionem ſuper quo beneficij corpore velit penſionem retinere, dummodo tale beneficium ſit capax penſionis, & penſio tertiam fructuum partem non excedat: vt fuit deciſum per Rot. apud Seraphin. *deciſ.* 1429. *num. vlt.* Quia licèt fructus omnes ſint obligati pro penſione, tamen vbi ſunt plures fructuum poſſeſſores, poteſt creditor eligere vt dirigat ſuam petitionem contra quem velit: *l. Moſchis, de iur. fiſc.* & *ibi* Bartol. & ante eum Gloſſ. *in verb. Poſſeſſorem.* Quod procedit in diſmembratione fructuum: nam de diſmembratione titulorum poſtea agetur.

Secundò quæritur quid dicendum, ſi pen- 2
ſio fuerit impoſita ſuper duobus beneficiis ſimpliciter, & non in ſolidum, quorum alterum Titularis retinuit, alterum reſignauit; quis ad penſionis ſolutionem teneatur? Reſpondetur, penſionis ſolutionem ad vtrumque beneficij poſſeſſorem ſpectare pro rata, nempe ſi fructus vtriuſque ſunt æquales, onus
æqualiter diuidetur: † Quod ſi inæqualis 3
valoris fuerint, ſine clauſula *ſolidi reditus*, fiet diuiſio pro rata: per *cap. conſtitutus*, cum *ibi* notat. per Abb. & Anchar. *de relig. domib.*
† Ceſſabit tamen difficultas, ſi vt fieri ſolet, 4
penſio quodlibet ex beneficiis concernens in ſupplicatione exprimatur: ita Gambar. *de
poteſt. Legat. lib.* 6. *num.* 668. † Vbi etiam dicit 5
hoc ſimiliter obſeruandum, quando penſio eſt impoſita ſuper duabus Eccleſiis vnitis, quæ ſeparentur: illúmque ſequitur Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 64. & alij quos citat Monet. *de option. Canon. cap.* 7. *quæſt.* 5. *num.* 49.

Hinc fit, quod ſi ſuper duobus beneficiis 6
penſio fuerit impoſita, & Penſionarius agat pro conſequenda ſolutione ſuæ penſionis, Cauſa non ſolet committi cum clauſula, *citra retardationem ſolutionis*: quia hoc caſu penſio non eſt liquida; oportet enim priùs liquidare ad quid aſcendat rata penſionis quodlibet beneficiorum concernens, vt probat Mareſcot. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 16. Campanil. *in diuerſ. iur. Canon. lib.* 11. *cap.* 13. *num.* 287. Saldag. *de Reg. protect. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 71.

Tertiò, ſi penſio ſuper duobus beneficiis 7
fuerit impoſita, veluti ſuper Canonicatu & beneficio illi annexo; videtur quidem impoſita pro rata fructuum vtriuſque, cùm ſimpliciter, & non cum clauſula *ſolidi* fuit impoſita; & diſſoluta vnione, aut beneficiis per optionem inuicem ſeparatis, ille qui beneficiũ ſeparatum poſſidet, tenetur pro rata ad ſolutionem penſionis; quia illa cenſetur æqualiter impoſita ſuper fructibus vtriuſque beneficij: ſed ſi præſtimonium Canonicatui annexum non ſit titulus beneficij, ſed veluti prædium pro præbenda temporali ipſius Canonicatus aſſignatum, penſio non debet diuidi, ſed à poſſeſſore



poſſeſſore Canonicatus ſoluenda eſt, ſi beneficium illam ferre poſſit: Quia per optionem nullus acquiritur nouus titulus; nec præbenda nec Canonicatus dimittuntur, ſed eadem præbenda idémque Canonicatus retinentur, & ſolùm præbenda temporalis veluti prædium Canonicatui aſſignatum dimittitur: ex notatis per Rotam *deciſ.* 6. *de conſuet. in antiq.* Gig. *de penſion. quæſt.* 63. *num.* 2. *&* 3. & ita intelligendæ ſunt *Deciſiones* quæ in contrarium allegari poſſent: vt per Mantic. *deciſ.* 273. *per totam.*

8 Quartò, non contemnenda oritur dubitatio, quid dicendum ſit de eo qui habet plures penſiones aſcendentes ad ducentos aureos, cui Summus Pontifex conceſſit facultatem transferendi penſiones illas, quas ſuper pluribus & diuerſis beneficiis obtinebat, quæ tamen facultas transferendi erat limitata ad ſummam 100. ſcutorum, fuit etiam illi conceſſum quod transferre poſſet in articulo mortis, Ipſe tamen in vltima infirmitate conſtitutus, ceſſit Vni penſiones vſque ad 40. aureos, Alteri 50. Tertio & vltimo ſexaginta; & ſic exceſſit facultatem ſibi conceſſam.

Super quo dubio in primis decidendum eſt, vtrùm vltima tranſlatio præualere de-
9 beat, † cùm Papa concedendo tranſlationem in articulo mortis, habuerit reſpectum ad actum vltimæ voluntatis, & ſic reuocabilem, ita vt vltima tranſlatio præualere debeat, maximè cùm penſionum tranſlationes induere videantur naturam vltimæ voluntatis: *cap. Quia in cunctis, de conceſſ. præbend. cap. ſi pluribus, de præbend. in* 6. Roman. *conſil.* 348. & eſt in argumentum *text. in l. vnum ex familia, ff. ad Trebellian.* & à ſimili faciunt ea, quæ nos Diximus in materia electionis, *in noſtris quæſt. ciuilib. tom.* 1. *cap.* 50. maximè *num.* 50. vbi probauimus, eum, qui habet eligendi tempore mortis facultatem, poſſe variare, & electionem quidem in vita factam ſubſiſtere ſi per mortem fuerit confirmata, & in vita non reuocata.

10 Sed in hac quæſtione Caldas *in tract. de Iur. emphyteut. tit. de nominat. emphyt. quæſt.* 10. *num.* 41. reſpondit, primò nominatos poſterioribus nominatis eſſe præferendos: quia non ſimpliciter Summus Pontifex dederat facultatem transferendi ad tempus mortis reſtrictam, in quo caſu procedunt text. & iura ſuperiùs allegata, per *d. l. vnum ex familia*, & alia mox allegãda: ſed conceſſio transferendi data fuerat cum clauſula ampliatiua, *Etiam in articulo mortis*, quæ non excludit diſpoſitionem factam in vita: vt in terminis propoſitæ quæſtionis decidit Pariſ. *conſil.* 46. *num.* 30. *vol.* 4.

11 Et hoc ampliat Cald. *dicta quæſt.* 10. *de nominat. Emphyt. num.* 44. *verſic. Quare dicendum eſt*: vt locum habeat, etiamſi diuerſæ illæ nominationes factæ fuerint in eodem teſtamento, quia is qui primo loco ſcriptus eſt, præualere debet, ſicut legata quantitatis pluribus in eodem teſtamento relicta, non cenſentur facta animo diminuendi priora relicta: Iaſ. poſt alios in *l. ſi pluribus, num.* 8. *ff. de legat.* 1. Sed verius eſt, inter vocatos ex eodem teſtamento non præferri vnum alteri, ſed omnes ad ratam admitti: vt mox oſtendetur.

Verum ſiquidem eſt, quòd idem Author 12
in *dicta quæſt.* 10. *de nominat. num.* 46. dicit ſibi maturiùs deliberanti, quæſtionem illam non carere difficultate; quia ſicut diuerſi legatarij quantitatis ſibi faciunt partes per concurſum, etiamſi aliqui primo loco fuerint ante alios vocati, *d. l. ſi pluribus, ff. de legat.* 1. *& l. ſi teſtamento.* §. 1. & *ibi* Iaſ. *num.* 2. *&* 3. *C. eod. tit.* nec primò nominati in eodem teſtamento poſſunt prætendere pinguius ius: vt per Iaſon. in *dicta l. ſi pluribus, num.* 20. & probatur ex *l.* 2. §. 1. *ff. de condict. indeb.* & *ibi* Alexand. *num.* 3. *&* 4. Iaſ. *num.* 2. Caſtrenſ. *in l. fin.* §. *licentiam, num.* 3. *C. de iur. deliber.* & *ibi* Corn. *num.* 2. Alexand. *num.* 9.

Sed hæc iura concludunt quando plurium 13
nominatio facta eſt eodem tempore, & in eadem diſpoſitione; tunc enim nominatio vnius non poteſt præualere nominationi alterius: Sed quando vna fit hodie, altera cras, tertia verò poſt aliquot dies, exiſtimo (ſaluo ſaniori iudicio) primas nominationes ſeu trãſlationes præualere vſque ad concurrentiam ſummæ per Papam conceſſæ: quia per primas tranſlationes conſumpta eſt transferendi poteſtas: atque ita tenuit Rota apud
Mantic. *deciſ.* 153. † quia cùm ſumma ſit diui- 14
dua, tranſlatio ſubſiſtit vſque ad concurrentiam ſummæ permiſſæ, & quoad reſiduum corruit; ſicut ſuperiùs ſuo loco diximus de penſione reſeruata cum clauſula, *dummodò medietatem fructuum non excedat*: quæ regulariter non annullatur, ſed reducitur: & dicit Mantic. *dicta deciſ.* 153. *n.* 4. Quidquid aliud ſit in deſignatione, & limitatione ſummæ per viam conditionis; vt in reſignatione facta cum clauſula, *& non aliàs*: quia tunc in parte nulla, eſt in totum nulla: vt per Mantic. *in deciſ.* 173. confirmatoria præcedentis, *num.* 4. Lotter. *lib.* 1. *quæſt.* 36. *num.* 80. *& quæſt.* 40. *num.* 64. cum pluribus aliis quos ad propoſitum allegat Salgad. *in tract. inſcripto, Labyrint. cred.*
*dit. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 60. † Si tamen res eſſet 15
integra, & nominatio facta fuiſſet in vltima voluntate, locum ſemel tantùm eſſe variationi, dixit idem Salgad. *loco cit.* nempe *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 123.

Quintò

16 Quintò notandum eſt circa ea, quæ ſuperiùs diximus de ſolutione penſionis ſuper duobus beneficiis impoſitæ in fauorem alicuius perſonæ, locum etiam habere ſi poſteà hæc duo beneficia conferantur diuerſis perſonis: non enim tunc quodlibet beneficium tenebitur in ſolidum ad ſolutionem penſionis, ſed dumtaxat pro rata fructuum & emolumentorum, quorum ratione ſoluenda eſt penſio. Quia non videtur hæc fuiſſe Summi Pontificis intentio, vt ſingula beneficia in ſolidum penſionis onere grauarentur; ſed quodlibet ad ratam fructuum: Et hic applicantur ea quæ *ibid.* diximus ex Abbat. *in cap.*
17 *conſtitutus, num.* 8. *de Relig. domib.* † ita vt non ſufficiat diuiſio inter duo illa beneficia iuxta proportionem Arithmeticam, videlicet vt quodlibet teneatur pro dimidia; ſed iuxta Geometricam, nempe pro rata fructuum & emolumentorum vtriuſque beneficij: Gomeſ. *in Compend. vtriuſque Signatur. num.* 87. *Verſic. eſt & alius caſus*: cum aliis quos citat & ſequitur Barboſ. *in tract. de vniuerſ. Iur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 73. *verſic. Hinc licet.*

18 Neque hoc contrariatur iis, quæ ſuperiùs dicta ſunt ex Seraphino *deciſ.* 1429. quod ſcilicet facta diſmembratione beneficiorum Penſionarius habet electionem agendi aduerſus poſſeſſorem ſibi beneuiſum: Quia hac in re duæ conſiderationes ſunt adhibendæ.
19 † Prior eſt, quod debet diſtingui vtrùm diſmembratio fiat fructuum, aut titulorum: quando enim ſola fructuum fit diſmembratio, agit Penſionarius contra antiquum debitorem, & beneficij poſſeſſorem, ſi & quatenus illius beneficij reſtantes ſufficiant; alioquin aget etiam contra fructus diſmembratos, quia talis diſmembratio non potuit fieri cum præiudicio Tertij, nempe ipſius Penſionarij: Si verò fiat diſmembratio etiam ti-
20 tulorum, † tunc Penſionarius agere non poteſt contra quemlibet in ſolidum, ſed debet priùs liquidari pro qua rata quilibet teneatur; ex notatis per Abbat. & Innocent. *in dicto cap. Conſtitutus, de Religioſ. Domib.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 64. Campanil. *in diuerſ. Iur. Canon. Rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 287. aſſerens ſe ita in contradictorio iudicio in Cauſa propria obtinuiſſe, vt pro beneficio quod per vnum poſſidebatur, ſed tamen duobus conferri poterat, ipſe qui vnus erat ex duobus poſſeſſoribus, non potuiſſet conueniri niſi pro medietate penſionis; quia ſupponendum eſt in illo caſu vtriuſque beneficij reditus fuiſſe æquales. Et ad hoc faciunt tradita per Mareſcot. ſuperiùs allegatum. Salgad. & alios, dum volunt, penſione ſuper pluribus beneficiis impoſita, non concedi executionem pro penſione, donec liquidatum fuerit pro qua rata quis teneatur. Deciſio autem *Seraphini*, loquitur dumtaxat de diſmembratione fructuum, & non tituli; vt patet ex illius lectura. Et licet dicat electionem dari Penſionario, vt contra quem voluerit ex poſſeſſoribus agat; intelligi debet quando penſio eſt impoſita ſuper duobus beneficiis in ſolidum: de diſmembratione autem titulorum *ibi* non agitur, ſed tantùm de diſmembratione fructuum: ſed etiamſi ſupponeremus *in dicta deciſ.* 1429. tractari de diſmembratione etiam titulorum, illa procederet quando Papa à principio reſeruaſſet penſionem in ſolidum ſuper vtroque beneficio: ſi enim hoc non exprimat, cenſetur in dubio penſio ſuper pluribus beneficiis impoſita pro rata: vt explicat Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 20. & 21.

Vltimò notandum eſt, quod ſi duæ pen- 21
ſiones diuerſis perſonis ſuper eodem beneficio, inuicem per conſequens contrariæ, ſub eadem Data conceſſæ fuerint; cùm ſint inuicem incompatibiles, neutra valebit; & actore ſuam intentionem clarè non probante, reus, & beneficij poſſeſſor abſoluendus erit: vt in terminis penſionis deciſum refert Verall. *deciſ.* 236. *part.* 3. aſſerens deciſionem illam in quadam *Larinenſi penſionis*, fuiſſe poſtea confirmatam.

# CAPVT XXIV.

## *ARGVMENTVM.*

CONFESSIO Titularis facta in precibus probat quidem factum & exiſtentiam penſionis, ſed non eius validitatem: & quæ ſit efficacia confeſſionis factæ in precibus Principi oblatis. Quid ſi confeſſio fuerit dubitatiuè ſeu conditionaliter facta; aut Titularis alleget reſcriptum ſine eius mandato fuiſſe obtentum; aut confeſſio facta fuerit aliter quàm in



in reſcripto; vtrùm confeſſio ab vtraque parte facta probet valorem ad effectum validitatis penſionis, & an in præiudicium Tertij.

### SVMMARIVM.

1 *Narrans penſionem in reſcripto vtrùm poſſit poſtea agere ad illius nullitatem.*

2 *Qui narrat penſionem, videtur fateri illam eſſe validam:*

*Sed contra, numeris ſequentibus.*

3 *Qui factum narrat, non ideo illius validitatem confitetur. & num.* 15.

4 *Confeſſio non præiudicat in ijs quæ in iure conſiſtunt, & num.* 17.

5 *Error confeſſionis ſemper opponi poteſt per Titularem.*

6 *Reÿcitur ſententia Addentis ad Gregor.* deciſ. 57. num. 17.

7 *Confeſſio in precibus probat, etiamſi reſcriptum fuerit declaratum nullum.*

*Vel ſi contra reſcriptum fuerit iudicatum, num.* 8.

*Et præiudicat etiam abſenti, num.* 9.

*Et minori, num.* 10.

*Et illa confeſſio ampliùs reuocari nequit, num.* 11.

*Etiamſi reſcriptum fuerit productum in partibus fauorabilibus dumtaxat, num.* 12.

13 *Narrans iuſpatronatus non poteſt illud impugnare, quamuis in clauſulis de eo dubitatiuè mentionem fecerit.*

14 *Quando reſcriptum exigit impenſam, præſumitur obtentum de mandato partis.*

16 *Confeſſio in precibus facta circa penſionem, non probat niſi quoad ea quæ ad reſcriptum ſunt neceſſaria.*

18 *Deciſiones allegatæ per Addentes* ad deciſ. Gregor. 57. *fuerunt cum magna cognitione cauſæ reuocatæ.*

19 *Confeſſio actus eſti non infert confeſſionem quòd actus fuerit geſtus ciuiliter, vel naturaliter.*

20 *Confeſſiones aliter quàm in precibus Pontifici oblatis factæ, non præiudicant, dum agitur de præiudicio Eccleſiæ in iudicio petitorio penſionis.*

21 *Vtrum confeſſio ab vtraque parte facta præiudicet, ſi vtraque Pars preces porrexerit.*

22 *Confeſſio valoris in reſcripto penſionis per modum negatiuum non nocet.*

23 *Confeſſio per aſcenſum, & ſic affirmatiuè ab vtraque Parte facta, probat.*

24 *Confeſſio inter Partes ſuper valore fructuum beneficij, ſuper quo penſio eſt impoſita, non præiudicat Tertio.*

1 ALIA proponitur quæſtio. Titularis in ſupplicatione impetrationis beneficij, expreſſam fecerat mentionem penſionis impoſitæ ſuper beneficio per eum impetrato; Quæſitum fuit vtrùm ex tali expreſſione, ita ſufficienter videatur approbaſſe validitatem penſionis impoſitæ ſuper illo beneficio ad fauorem Tertij, vt non poſſit poſtea illam impugnare, ſeu ex defectu intentionis Summi Pontificis concedentis, ſeu ex mala Partis expreſſione & falſa Nar-
ratiua, aut aliis remediis? † Et videbatur di- 2
cendum, quòd per talem Narratiuam Titularis ita penſionem approbauerit, vt illam poſtea impugnare non potuerit; provt fuit deciſum in Rota coram Andrea *deciſ.* 57. *num.* 3. *verſic. quæ omnia*: Merlin. *deciſ.* 211. *num.* 1.

Contrarium tamen verius eſſe, eadem 3
Rota iudicauit: quia qui factum confitetur, non propterea cenſetur facti qualitates confiteri: Rot. *deciſ.* 56. *in fine, part.* 1. *diuerſ.*
† nec potuit præiudicare confeſſio facta circa 4
ea quæ iuris ſunt: Rot. *deciſ.* 761. *num.* 17.
*part.* 3. *recentior.* † & erronea cõfeſſio non præ- 5
iudicat confitenti: *l. ſi per diuiſionem, Cod. de iur. & fact. ignor. l. non probatur, ff. de confeſſ.* ergo poſito quod ex illa aſſertione reſultaret non ſolùm confeſſio facti, ſed etiam qualitatis, adhuc tamen audiendus eſſet Titularis, ſi vellet docere de errore talis confeſſionis: & ita fuit reſolutum apud Merlin. *deciſ.* 343.
† Ideo non eſt admittenda opinio Beltramini 6
ad Greg. *deciſ.* 57. *num.* 17.

Vnde non obſtat, quod confeſſio facta in 7
precibus præiudicat confitenti, *l. cum precum,* & *ibi* Bald. & Salicet. *C. de liber. cauſa*, Maſcard. *de probat. concluſ.* 368. *num.* 1. quod procedit etiam ſi reſcriptum fuiſſet declaratum nullum, vel ſubreptitium: nam eo non obſtante, confeſſio illa probat contra confiten-
tem: Crauet. *conſ.* 201. *num.* 5. & 6. † Immò 8
& locum habet, quamuis contra tale reſcriptum fuiſſet iudicatum: Gratian. *diſcept.* 789.
*num.* 2. † illa ſiquidem confeſſio in precibus 9
Principi oblatis facta, præiudicat etiam ab-
ſenti: Menoch. *conſ.* 745. *num.* 22. † etiamſi 10
facta fuerit à minore qui in beneficialibus habetur pro maiore: *cap. ſi annum, de iudic.*
*in* 6. † ita vt talis confeſſio ampliùs reuocari 11
non poſſit: idem Gratian. *diſcept.* 734. *n.* 45.
† etiam ſi reſcriptum fuiſſet productum in 12
partibus dumtaxat producenti fauorabilibus, Gratian. *diſcept.* 654. *num.* 12.

Et in effectu in fortioribus terminis fuit 13
deciſum, quòd cùm quidam in precibus narraſſet, beneficium eſſe de iurepatronatus, & poſtea in clauſulis dixiſſet, *Et quatenus de iurepatronatus exiſtat, videlicet laicorum, pro medietate,*

*medietate, aliàs in totum*, quod impetrans non
poterat in dubium reuocare iuſpatronatus
quod confeſſus fuerat, quia ſequens clauſula
fuerat adiecta, ad hoc vt derogatio iuri-
ſpatronatus ſubſiſteret, & per eam non
fuerat receſſum à confeſſione præceden-
ti; vt fuit deciſum apud Puteum *deciſ.* 316.
*lib.* 2.

14 Neque poteſt impetrans ſe excuſare, di-
cendo quod impetratio facta fuit ſine eius
mandato: quia dum agitur de reſcripto, in
quo neceſſariò requiritur impenſa, præſu-
mitur impetratum de mandato illius qui in
illo intereſſe habet: Bart. *in l. cum ſeruus*, *ff.*
*de verbor. obligat.* & in *l. fin. de aliment. pu-
pill. præſt.* & ita de expenſa decem ducato-
rum tenuit Rota apud Verall. *deciſ.* 190. *num.*
4. *part.* 1.

15 Quia ſupradicta procedunt quando quis
confitetur factum cum ſuis qualitatibus, cùm
ex confeſſione facti non reſultet confeſſio
validitatis illius, iuxta prædictam *deciſ.* 56.
16 *num.* 6. *part.* 1. *diuerſ.* † neque confeſſio in
precibus facta, probat, niſi quoad ea quæ
ad illum actum ſunt neceſſaria, & non vl-
teriùs: vt poſt Crauet. *conſil.* 199. *num.* 12.
*verſic. ſecundò Reſpondeo:* & alios probat Maſ-
17 card. *d. concluſ.* 1368. *num.* 24. † multo ma-
gis quando illa confeſſio conſiſtit circa ea
quæ ſunt iuris, quia illa nullo modo præiu-
dicat, ſi probetur ius eſſe in contrarium:
*l. confeſſionibus.* 14. *ff. de interrogat. actionib.*
Surd. *deciſ.* 140. *num.* 5. *& conſil.* 5. *num.* 42.
Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 63. cum aliis allega-
tis per Cyriac. *controuerſ.* 157. *num.* 20.

18 Et propterea cùm ſimilis quæſtio fuiſſet
propoſita in *quadam cauſa Auerſana penſionis*,
& deciſa contra eum, qui in reſcripto factum,
non autem facti qualitatem narrauerat, po-
ſtea Cauſa in Rota repropoſita, fuit receſſum
ab illa prima deciſione; & deciſum, impe-
trantem licèt fateatur penſionem, non ta-
men ideo fateri illam eſſe validam, & legiti-
mè impoſitam.

19 Et facit à ſimili, quod ſi actus potuit fieri
ciuiliter, & naturaliter, confeſſio quidem
actum probat; ſed qualitatem illam vtrùm
ciuiliter, vel naturaliter factus fuerit, hoc
non reſultat ex illa ſimplici confeſſione: ad
quod allegatur Bald. *conſil.* 269. *in fine*, *ver-
ſic. alia quæſtio*, *lib.* 1. Alexand. *conſ.* 179.
*num.* 4. *lib.* 2. Bald. *conſil.* 270. *num.* 11. *&* 12.
*verſic. dicet aliquis.*

Et præterea notandum eſt, quod multo 20
minus nocebit confeſſio Titulari, ſi extra
reſcriptum, & in conuentione particulari
acceptauerit reductionem penſionis. Ratio
diuerſitatis eſt, quia quando porrigitur re-
ſcriptum Papæ, cuius authoritas interue-
nit; Penſionarius nihil tenetur iuſtificare
in poſſeſſorio; ſecus eſt in concordia, ſeu
acceptatione reductionis, in qua non inter-
uenit authoritas Summi Pontificis: quia Ti-
tularis non potuit præiudicare Eccleſiæ per
ſuum conſenſum: & ideo ſemper onus iuſti-
ficandi in petitorio; non obſtante illa con-
feſſione, ſpectat ad Penſionarium: ita deci-
dit Rota Coram Coccino *in Melitenſi penſio-
nis* 7. *Iunij* 1630. apud Poſt. *de manuten. deciſ.*
278. *num.* 5. in qua omnia in *hoc Capite* reſo-
luta comprobantur.

Supradicta procedunt, quando confeſſio 21
facta fuit in precibus ab vno Oratore porre-
ctis: ſed dubitatur quid ſtatuendum ſit,
quando preces pro parte vtriuſque, nem-
pe Rectoris, nec non Penſionarij porrectæ
fuerunt, vtrum hoc caſu confeſſio partium
probet valorem beneficij? In hac quæſtione
diſtinctio adhibenda eſt: † aut enim confeſ- 22
ſio valoris facta fuit per modum negatiuum,
videlicet per non exceſſum, his verbis; *cuius
fructus* 200. *ducatorum valorem annuum non
excedunt:* & hoc caſu probatio valoris non
reſultat, etiam ſi expreſſio ab vtraque Parte
facta fuiſſet, ex deciſis apud Seraphin. *deciſ.*
1017. *num.* 5. † Si vero per modum affirma- 23
tiuum, probat inter ipſas Partes: Rota *in
Aretina penſionis* 28. *Iunij* 1610. *coram Mil-
lino*, apud Marcheſ. *de commiſſ. appell. in
cauſ. penſion. part.* 1. §. 1. *num.* 39. *fol.* 544.

Sed quomodocunque facta fuerit confeſ- 24
ſio inter ipſas Partes, non præiudicat Ter-
tio, veluti ſucceſſori; etiam ſi confeſſio fa-
cta fuiſſet in duabus diuerſis ſupplicationi-
bus: probat enim inter Partes ipſas, non
quoad Tertium; multóque magis inter Partes
probat, ſi in eadem ſupplicatione ſimulta-
nea expreſſio facta fuerit; Rota *in Firmana
penſionis coram Blanchetto* apud Marcheſ. *loco
citato*, *part.* 1. §. 1. *deciſ. ſeu num.* 66.

CAPVT



# CAPVT XXV.

## ARGVMENTVM.

VTRVM conſenſus Patroni laici ſit neceſſarius ad validitatem penſionis ſuper beneficio impoſitæ, ſiue agatur de patronatu quæſito ex fundatione, aut dotatione, ſiue ex priuilegio. Et quid hac in re ſeruetur in Gallia. In retentione beneficij patronati promotis ad Epiſcopatum conceſſa per Summum Pontificem, Patroni Laici conſenſum in Gallia non requiri. Variæ ſententiæ Doctorum Galliæ ſuper hac quæſtione referuntur: & concluditur Patroni conſenſum requiri, ſi ſit laicus, niſi ius præſentandi ad alium quàm ad Patronum ſpectet. Quibus modis Patroni conſenſus in penſione interuenire poſſit? Quid dicendum de prouiſionibus in Legatione factis, tam ex ſtylo Galliæ, quàm de iure, & ex facultatibus Legationis? Vtrùm Tutoris conſenſus, vel vſufructuarij, ſufficiat? Et quibus remediis Patronus laicus hac in re ſibi prouidere poſſit? Agitur etiam de penſione ſuper beneficiis Regiæ nominationis, vel collationis.

## SVMMARIVM.

1 *Penſio imponi poteſt ſuper beneficiis patronatis abſque conſenſu Patroni laici.*

2 *Sed tamen in precibus debet fieri expreſſio iuriſpatronatus laicalis.*

3 *Papa difficiliùs approbat penſiones ſine conſenſu Patroni laici reſeruatas.*

4 *Patronus in caſu inopiæ debet ali ex fructibus beneficij exiſtentis de illius iure patronatus.*

5 *Quando alicui competit iuſpatronatus ex priuilegio, non eſt neceſſarium de eo fieri mentionem in impoſitione penſionis.*

6 *In Gallia tamen non fit diſtinctio inter Iuſpatronatus competens ex dotatione, vel fundatione; & illud quod competit ex priuilegio.*

7 *Si beneficium diſmembretur, vt ex eo penſio erigatur in nouum titulum beneficij, requiritur conſenſus Patroni laici.*

8 *Si penſio eſſet nimis oneroſa Eccleſiæ, Patronus laicus petere poteſt illius reductionem.*

9 *In beneficiis Galliæ, penſionem ſine conſenſu Patroni laici imponi poſſe, quidam exiſtimant.*

10 *Si Papa concedat promoto ad Epiſcopatum, vt penſiones quas obtinet retinere poſſit, non eſt ad hoc neceſſarius Patroni laici conſenſus.*

11 *Quæ ſit differentia inter retentionem penſionis, & illius impoſitionem.*

12 *Non eadem eſt ratio conſenſus adhibendi per Patronum laicum in permutatione, & in penſionis reſeruatione.*

13 *Explicatur ſenſus Rebuffi, circa conſenſum Patroni in penſionibus beneficiorum Galliæ.*

14 *Indiſtinctè penſionem ſuper beneficiis Regiæ nominationis, aut aliis patronatis, ſine conſenſu Patroni imponi non poſſe, fuit Iudicatum.*

15 *Quibus modis Patroni laici conſenſus in impoſitione penſionis ſuper beneficio adhiberi poſſit.*

16 *Poſt conſenſum penſioni præſtitum, Patronus variare non poteſt.*

17 *Conſenſus Patroni requiritur in Gallia, etiã ſi penſio fuiſſet impoſita cauſa litis dirimẽdæ.*

18 *In impoſitione penſionis à pari procedunt conſenſus Regis, & conſenſus Patroni laici.*

19 *In beneficiis Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici; ſicut Papa poteſt in totum ei derogare, ita & penſionem ſine Patroni conſenſu imponere.*

20 *Legatus Auenionenſis, aut Vicelegatus derogant Iuri patronatus Eccleſiaſtico in totum; multóque magis penſiones ſine conſenſu Patroni Eccleſiaſtici imponunt: ſed non idẽ ſeruari debet in Gallia in Laicali. Quid vero extra Galliam, num.* 30.

21 *Tutor pupilli Patroni vtrùm conſenſum præſtare poſſit in Gallia impoſitioni penſionis ſuper beneficio patronato.*

22 *Vtrum conſenſus vſufructuarij ſuper impoſitione penſionis præiudicet proprietario, in Gallia diſceptatur.*

23 *Ius patronatus Clericale quod dicatur in hac materia conſenſus impoſitioni penſionis.*

24 *Ius præſentandi poteſt eſſe apud vnum, & Iuſpatronatus apud alium.*

25 *Quando ius præſentandi pertinet ad ſolos Clericos, poteſt Papa ſine conſenſu Patroni penſionem imponere, quamuis ius patro-*



*natus*

*natus ſit Laicale.*

26 *Quæ ſit differentia inter conſenſum penſioni adhibitum per vſufructuarium, & per eum qui habet ius præſentandi.*

27 *Poteſtas Regis maior eſt authoritate Patronorum Laicorum quando agitur de beneficiis Regiæ nominationis.*

28 *Quæ ſit differentia inter beneficia Regiæ nominationis, & Regiæ collationis.*

29 *In beneficiis Hiſpaniæ, non datur penſio ſuper beneficiis Regiæ nominationis, ſine conſenſu Regis, & quomodo tunc fiant expeditiones.*

30 *Legatus vtrùm poſſit imponere penſionem ſine conſenſu Patroni Laici? duo caſus diſtinguntur: primus eſt, poſt ſemel factam collationem; ſecundus tempore collationis.*

31 *Quando conſenſus Patroni requiritur ſuper reſcripto prouiſionis cum reſeruatione penſionis, intelligitur de conſenſu in prouiſione, non autem de conſenſu in penſione.*

32 *In quo conſiſtat præiudicium Patroni, quando beneficium grauatur penſione.*

33 *Quomodo ſibi conſulere poſſit Patronus, ne penſio ſuper beneficio patronato imponatur.*

34 *Præſentatio fieri poteſt ſub conditione quæ verificatur in ipſo inſtanti prouiſionis.*

1 QVÆRITVR vtrùm penſio poſſit reſeruari ſuper beneficio Iuriſpatronatus Laïcalis, abſque conſenſu Patroni? Reſpondetur affirmatiuè: ita Pariſ. *de reſignat. lib. 2. quæſt. 4. num.* 14. Ricc. *in prax. rer. fori Eccleſ. deciſ.* 201. Seraphin. *deciſ.* 1264. Caſſador. *deciſ.* 3. *de Iurepatron.* Rot. *deciſ.* 902. *part. 4. diuerſor.* vbi oſtenditur ex quibus clauſulis Papa cenſeatur habuiſſe notitiam iuriſpatronatus, & nominatim quando illi derogauit quoad prouiſionem; quia multo magis cenſetur illi derogaſſe quoad penſionem: Gig. *de penſionib. quæſt.* 23. *n.* 11. & 12. Lotter. *lib.* 1. *q.* 35. *num.* 89. & ſic conſtat malè contrarium dixiſſe de Graff. *deciſ. lib.* 2. *cap.* 50. *n.* 12.

2 Sed tamen in Gratia reſeruationis penſionis, debet fieri mentio Iuriſpatronatus Laicalis: Gig. *in dicto tract. quæſt.* 24. *n.* 4. Buratt. *deciſ.* 343. *num.* 1. Rot. *diuerſ. deciſ.* 2044. *part.* 3. *lib.* 3. non valet, inquit, penſionis reſeruatio, non quia Papa non potuit ſine conſenſu Patroni, ſed quia non intellexit. Ratio eſt,

3 † quia Papa difficiliùs concedit tales penſiones, quando agitur de beneficiis exiſtentibus

4 de iure patronatus Laicali: † quandoquidem in caſu neceſſitatis, Patronus debet ali ex fructibus bonorum dicti Patronatus Laicalis, ſecundum DD. *in cap. nobis, de Iurepatronatus.*

5 † Quod procedit quando Iuſpatronatus competit ex fundatione, vel dotatione: Garſ. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 361. nam ſi eſſet ius patronatus ex præſcriptione, vel ex priuilegio, non eſſet neceſſe de eo fieri mentionem in reſeruatione penſionis factæ authoritate Papæ; Verall. *deciſ.* 132. *num.* 2. *part.* 2.

In Gallia tamen, non fit diſtinctio inter 6
Iuſpatronatus ex fundatione; & ex præſcriptione, vel priuilegio: vt probaui *in quæſt. benefic. vol.* 2. *cap.* 192. *n.* 15. & tradit Rebuff. *in praxi, in* 3. *part. Signat. in verbo, nec non Iuris patronatus, num.* 24.

Si tamen penſio concederetur in titulum 7
beneficij perpetui, extrahendo videlicet certam penſionem ex beneficio patronato, vt ex ea crearetur nouus titulus beneficij perpetui ſecundum modum ſuperiùs ſuo loco expoſitum, neceſſarius eſſet Patroni Laïci conſenſus; quia diſmembraretur beneficium, & nouum crearetur, quod fieri non poteſt in præiudicium Patroni Laïci: ex notatis per Abb. *in cap. ſuggeſtum, column. final. de Iurepatronat.* Gig. *dicta quæſt.* 23. *num.* 13. & tradit Couar. *practic. quæſt. cap.* 36. *n.* 10. *in principio.*

Similiter ſi penſio eſſet nimis oneroſa Ec- 8
cleſiæ, poſſet Patronus conqueri, & illius caſſationem, aut ſaltem reductionem petere: Gigas, *d. q.* 23. *n.* 12. Chopin. *de ſacra Politia lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 15. *in margine, fol.* 419. *in fine.*

Et dicta concluſio etiam ſeruatur in bene- 9
ficiis Galliæ, ſuper quibus poteſt imponi penſio in caſibus conſuetis, etiam ſine conſenſu Patroni Laïci: Rebuff. *in praxi, in* 3. *part. Signat. in verbo, nec non Iuriſpatronatus, n.* 28. & Probus *in addit. ad gloſſam Pragm. Sanction. tit. de collat. §. cui rei, num.* 5. Quia cùm Laïci ex ſpeciali priuilegio habeant ius præſentandi, ſubjiciuntur legibus ordinariis, niſi in caſibus à iure expreſſis: & vltra præſentationem, & præſentationis iura, nihil aliud prætendere poſſunt; nec illorum priuilegium ad alios caſus vltra præſentationem eſt extendum. Hoc idem inter Doctores Gallos tenuit Loüet. *ad regul. de publicand. reſignat. num.* 280. dicens, quod licèt videatur, Papam non poſſe penſiones imponere ſuper huiuſmodi beneficiis, cùm Iuſpatronatus ſit in patrimonio Patroni Laïci, cuius diſpoſitio non ſpectat ad Papam; vt dicit Renat. Chopin. *de Sacr. Politia, lib.* 1. *tit.* 4. *num.* 13. *verſic. Idémque iuris,* qui ad hoc allegat *deciſ.* Bellam. 178. & 181. Nihilominus ex ſententia Probi, in *dicto §. cui rei;* ſuperiùs *citato, in verbo, Iuriſdictio, num.* 5. contrarium verius eſſe cenſet, vt ſcilicet penſio abſque conſenſu Patroni Laïci, per Papam imponi poſſit ſuper beneficio patronato.

† Et in fundamentum adducit ea, quæ mul- 10
tis rationibus confirmat Coſm. Guymier, *in pragmat. Sanction. in §. item inſuper, in verbo, diſponere, ſub tit. de collationib. num.* 12. *verſic. vbi tenet quod diſpenſatio:* dicens, quod licet beneficia promoti ad Epiſcopatum vacent, niſi



niſi Papa conceſſerit illi facultatem eadem beneficia retinendi, tamen eandem retinendi facultatem concedere poteſt etiam quoad beneficia exiſtentia de iure patronatus Laïcorum, Patronis ipſis non requiſitis; immò & illis inuitis & contradicentibus: iuxta *deciſ.* Rotæ 331. *in nouis, aliàs* 21. *de præbendis.*

11 Sed vt verum fatear, iſta ratio Louëtij non concludit in quæſtione propoſita; cùm caſus illius deciſionis ſit omninò diuerſus. *Primò,* quia *ibi* agitur de poſſeſſore beneficij, qui habet ius formatum & radicatum aduerſus Patronum, qui licet habeat ius præſentandi, non tamen habet illius exercitium, donec vacatio fuerit ſubſecuta: *cap. illud, de iure patronat. & cap. vltimo, de conceſſ. præbend.* & *ibi* DD. Viuian. *in tract. de Iure patron. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 2. In caſu autem propoſito agitur de Patrono habente ius radicatum ad impediendum grauamen beneficij de nouo imponendum. *Secundo,* quia in caſu illius deciſionis nullum nouum grauamen infertur beneficio, nec mutatur perſona, in quam ſemel iam Patronus conſenſit. *Tertiò,* quia caſus illius deciſionis continet dumtaxat prorogationem, non nouam conceſſionem, aut nouum onus beneficij: quod ſecùs eſt in caſu quæſtionis propoſitæ. Et facit à ſimili, quod ſi Papa in reſcripto penſionis appoſuerit dilationem, intra quam Penſionarius aliquid facere debeat, poteſt Papa prorogare illam dilationem ſine nouo conſenſu ipſius Titularis, vt apud Puteum, *deciſ.* 69. *lib.* 2.

12 Aduertendo etiam, quod deciſiones Bellameræ per Louët. allegatæ, loquuntur in caſu diuerſo; nempe de permutatione beneficiorum: & tractant de quæſtione illa, vtrùm in permutatione debeat interuenire conſenſus Patroni, qui non eſt caſus noſter; & de eo videri poſſunt, quæ nos diximus *in noſtris quæſt. beneficialib. part.* 2. *cap.* 4. §. 8. *num.* 19.

13 Notandum quoque eſt quod licèt Author quidam Gallus, pro comprobatione ſuæ opinionis, quod in Gallia conſenſus Patroni Laïci requiratur, *in praxi ſua iuris Canonici,* gallico idiomate *conſcripta; lib.* 3. *cap.* 39. *des penſions, fol.* 741. *verſic. Quinto: ſecundæ editionis:* alleget Rebuff. *in clauſ. derogationis iuris patronatus, num.* 36. qui locus, ni fallor, eſt *in tertia parte Signaturæ, num.* 36. & eſt apud me *fol.* 127. & *num.* 28. & 48. tamen *dicto num.* 36. non loquitur de conſenſu Patroni in penſione: *in dictis* verò *num.* 28. & 48. ſic loquitur: *Vndecimò poterit Papa ſine etiam conſenſu Patronorum Laicorum imponere penſionem, quia plenaria beneficiorum diſpoſitio ad illum pertinet, ex cap.* 2. *de præbend.* quod eodem modo repetit *d. num.* 48.

Tandem pro maiori huius difficultatis 14
quoad beneficia Galliæ elucidatione, recurre ad Forget *in tract. de penſionib.* Fabric. Bleynianum *in tract. de beneficiis,* D. Feburetum *in tractatu, de Abuſu,* Forgetus autem *in tractat. de penſionib. num.* 5. dicit quod licèt Summi Pontificis maxima ſit in beneficialibus authoritas; tamen in Gallia ſicut in Archiepiſcopatibus, Epiſcopatibus, & aliis Dignitatibus, quæ ſunt de Nominatione Regia, Summus Pontifex non aſſignat penſiones ſine conſenſu Regis, ita & eadem ratione ſuper minoribus beneficiis, quæ ſunt de præſentatione Dominorum inferiorum temporalium, idem obſeruatur: & ad hoc allegat Rebuff. ſuperiùs citatum *num.* 36. quod tamen clariùs dicit *dicto num.* 28. & 48: & ita per Viros ſui ſæculi Doctos notari teſtatur; dicens hanc eſſe veluti Legem & Axioma generale in Gallia: quia per talem penſionum impoſitionem, diminuitur, & quodammodo reſecatur ius competens Patrono ſæculari.

Patroni verò conſenſum variis modis in- 15
teruenire poſſe aſſerit: *Primò,* quando interponitur in ipſa conuentione, & tractatu facto inter reſignantem & reſignatarium. *Secundò,* ſi in actu per eum facto nominationis & præſentationis factæ purè, & ſine vlla penſionis reſeruatione; ipſe tamen Patronus penſionem ad libitum reſignantis reſeruari conſenſerit. *Tertiò,* quando Patronus ante expeditionem prouiſionum facit inſtrumentum declaratorium ſuæ voluntatis. *Quartò,* ſi poſt perfectam expeditionem ipſe ratificat penſionis reſeruationem; & illi conſentit;
† quo conſenſu præſtito, Patronus variare 16
non poteſt, aut ab illo recedere. † Quod di- 17
cit ampliandum eſſe, vt procedat in Gallia, etiam ſi penſio fuiſſet impoſita cauſâ litis dirimendæ.

Item Fabric. Bleynian. *ſub tit. de penſionib.* 18
*num.* 38. *fol.* 183. & *ibi* Gloſſ. *ſub littera y.* manifeſtè tuetur hanc ſententiam; vt penſio nullo modo poſſit imponi in Gallia ſuper beneficio, quando Patronus Laïcus illi contradicit; eodem modo quo ſi ageretur de beneficiis Regiæ nominationis: allegans arreſtum Pariſienſe *ſub die* 29. *Iunij ann.* 1569 quod deſumpſit ex Caronda *in ſuis obſeruationib. in verbo, Penſion, circa finem, fol.* 774.

Eadem ratione D. Feburet. *in dicto tract. de Abuſu, cap.* 4. *num.* 20. *lib.* 2. dicit, in Gallia non poſſe imponi penſionem ſine conſenſu Patroni Laïci, & quod talis penſio eſſet abuſiua, quia fieret in præiudicium Tertij, cuius iuribus Summus Pontifex derogare non

19 intendit: † ſed in dependentibus à iure patronatus Eccleſiaſtico, ſicut poteſt Summus Pontifex derogare in totum iuri præſentandi, ita & multo magis fructus beneficij penſionis onere grauare; cui enim licet quod eſt plus, licet etiam quod eſt minus.

20 Vnde etiam infertur, quod ſicut Legatus Auenionenſis poteſt derogare iuri patronatus Eccleſiaſtico, ex facultatibus; ita ſuper beneficiis ab eo dependentibus penſiones imponere: non autem ſuper Laïcali patronatu, & beneficiis ab eo dependentibus, cùm hoc non habeat in ſuis facultatibus, nec vnquam iuri patronatus Laïcali derogare poſſit in totum, nec in parte: nihilominus poteſt Summus Pontifex; & tales derogationes, & penſionum reſeruationes contra voluntatem Patronorum Laïcorum, nullæ & abuſiuæ declararentur in Gallia, ſi in Legatione fierent; ex *ſuprà* deductis. Quid autem dicendum ſit in beneficiis extra Galliam ſitis? dicemus *in fine huius Capitis*.

21 Sed idem Forget. quærit vtrùm ad hanc conſenſus præſtationem ſufficiat Tutor, qui bonorum pupilli adminiſtrationem habet? & concludit *loco citato*, *num.* 10. talem conſenſum ſufficere, dummodo penſio ſit in ſumma non exceſſiua, & cum aliqua iuſta cauſa: argumento deducto à maiori, ad minus; nempe quod ſi poſſit præſentare, multo magis penſionis reſeruationi conſentire.

22 † De vſufructuario, non idem iudicandum exiſtimat; immò longè diuerſam eſſe rationem: quamuis enim vſufructuarius præſentare poſſit ad beneficium, non propterea ſequitur quod penſionis impoſitio ab eius voluntate dependeat: ſiquidem præſentatio ad beneficium vacans, eſt actus neceſſarius; quia retardatio prouiſionis beneficialis, aut incommodum Eccleſiæ, aut ſcandalum produceret: ſcandalum quidem, quia diuinus cultus deficeret; damnum verò & incommodum, quia in præiudicium proprietarij ius conferendi ad Epiſcopum, alióſve Collatores deuolueretur: è contra verò, conſtitutio penſionis eſt actus merè voluntarius, ex quo nullum commodum conſequitur vſufructuarius, & tamen conditio veri Patroni & proprietarij deterior efficitur. Dicit præterea *ibidem* Forget *dicto num.* 10. & poſt eum Bleynian. *loco ſuperius citato*, quod ea quæ de neceſſario Patronorum in penſionis conſtitutione conſenſu dicta ſunt, debent intelligi de Patronis Laïcis, vt ſupra
23 dictum fuit; † videlicet vt Ius patronatus in hac materia cenſeatur Clericale, quod à Clericis dependet, etiam ſi aliquando à Laïcis prouenerit: immò & ad Clericos ius ſolùm præſentandi pertineat, remanente apud Laïcos, vel apud Regem iure patronatus (ſunt enim diuerſa, † Ius patronatus, & 24
ius præſentandi: & poteſt vnus habere ius præſentandi, & alius ius patronatus: Roch. de Curte *de Iure patronat. in verbo, competens, quæſt.* 25. *num.* 57. *& ſequentibus*, Lambertin. *lib.* 1. *quæſt.* 12. *artic.* 8. *num.* 1. *& per totum:* Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 45. §. 2. *num.* 27. *&* 28. *& gloſſ.* 18. *num.* 90. *& ſequentib.* † Nihi- 25
lominus poteſt Summus Pontifex abſque illorum conſenſu penſiones imponere, quamuis beneficia dependeant à Patrono Laïco ratione iuris præſentandi, quod competit Eccleſiæ; quod eſt notandum: † quia 26
aliud eſt in eo, qui habet ius præſentandi reuocabile, & tempore periturum, qualis eſt vſufructuarius: ſi enim perempto vſufructu per obitum vſufructuarij, aut alio modo penſio ſubſiſteret, eueniente caſu vacationis, proprietarius præſentaret in beneficio onere penſionis grauato, cùm penſio authoritate Papæ impoſita ad ſucceſſores beneficij tranſeat, & ſic ius proprietarij diminutum remaneret.

Circa tamen id quod dicunt de Tutore, conſiderandum eſt, quod Tutor non poteſt præſentare ſine pupillo, & præſentatus à Tutore præfertur præſentato à pupillo, ſi pupillus ſit infans; vt probat Guttier. *in tract. de Tutel. part.* 3. *cap.* 29. *num.* 7. ſed præſentatio pupilli maioris ſeptennio præualet: immò hoc caſu ipſe pupillus ſolus præſentare poteſt: Viuian. *de Iurep atronat. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 49. *& lib. eodem, cap.* 3. *num.* 17.

Videmus igitur in beneficiis Galliæ, ex Curiæ arreſtis non admitti penſiones abſque Patroni Laïci conſenſu reſeruatas. Multóque magis hoc procedere in beneficiis de Regia nominatione exiſtentibus; † in qui- 27
bus hoc ſpeciale eſt, & Gallicis moribus inualuit, vt Rex Chriſtianiſſimus plus iuris habeat in illis beneficiis, quàm cæteri Patroni Laïci, in quibus nihil geritur inconſulto Rege, & minus eo refragante: omnes enim beneficiorum Conſiſtorialium, aliorúmque à Regia nominatione dependentium materiæ, per Regis Legatum Protectori Cardinali dantur, & in Curia Romana pertractantur.

Dixi de beneficiis Conſiſtorialibus, aliíſ- 28
que à Regia nominatione dependentibus: nam ſi ageretur de beneficiis Regiæ collationis, maiorem Regi, Galliæ Tribunalia poteſtatem concedunt; vt non ſolum ſuper illis penſiones conſtituat, ſed etiam vnionibus authoritatem præſtet, reſignationes conditionales & in fauorem admittat, nec quadrimeſtris ſpatij ad præſentandum Laïcis Patronis conceſſi legibus ſupponatur, nulliſque





Cancellariæ regulis ſubijciatur. Si autem penſio imponeretur cum cognitione cauſæ authoritate Epiſcopi, vel alterius Collatoris ordinarij, verius videtur quod conſenſus Patroni interuenire debeat: iuxta opinionem relatam per Garſ. *part.* 1. *cap.* 5. *num.* 358. maximè in Gallia ex Rebuff. *in praxi, in* 3. *part. Signat. num.* 29. *&* 48. vbi ſe reſtringit ad reſeruationes penſionum Summi Pontificis authoritate factas, & ferè omnes penſionum reſeruationes indigent ex generali conſuetudine Apoſtolicæ Sedis authoritate; multo igitur magis, ſi aliqua ratione admixtum ſit intereſſe Patroni Laici. Cautius igitur erit hoc caſu recurrere ad Sedem Apoſtolicam.

29 Sed & Reges Hiſpaniæ non admittunt conſtitutionem in iis quæ ad Regum Ius patronatus pertinent, niſi ipſius Regis conſenſus acceſſerit; teſte Couarr. *dicto cap.* 36. *practic. quæſt. num.* 10. *verſic. ſecundo eſt obſeruandum*: & notorium eſt in beneficiis Conſiſtorialibus ſolere reſeruari magnas penſiones, in quibus Reges Hiſpaniæ perſonis ſibi beneuiſis gratificari poſſint; in quibus Cardinalis qui ſcedulam Conſiſtorialem præſentat, apponit illam clauſulam, *Supplicatur pro expeditione cum reſeruatione penſionis annuæ in fauorem nominandæ perſonæ*: vt dicit Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 39.

30 Sed quæres vtrùm quæ dicta ſunt de poteſtate Legati circa penſionis reſeruationem ſuper beneficiis in Gallia ſitis, locum habeat extra Galliam, & in regionibus Summo Pontifici ſubiectis? & caſum proponit Gamb. *de poteſt. Legati, num.* 90. duobus modis: Primò, ſi agatur de imponenda penſione abſque noua prouiſione beneficij, vt quia velit de cõſenſu Rectoris aſſignare penſionem Clerico indigenti abſque conſenſu Patroni Laïci; & hoc caſu dicit ſe dubitare: quia qui Summo Pontifice inferior eſt, penſionem ſine cauſa imponere non poteſt: tamen exiſtente iuſta cauſa, penſio abſque Patroni conſenſu imponi poteſt: ſed de cauſa non creditur aſſertioni Legati, ſed de ea aliunde conſtare debet; vt ſuperiùs de Epiſcopo penſionem reſeruante
31 diximus, *cap.* 1. *num.* 19. † Vnde infert quod ſi ex tenore reſcripti requiratur conſenſus medietatis Patronorum, hoc intelligitur de conſenſu in prouiſione, non autem quod medietatis conſenſus requiratur quoad penſionem: quod etiam deciſum eſt apud Seraphin. *deciſ.* 1264. relata apud Ricc. *in prax. fori Eccleſ. deciſ.* 201. & allegata apud Viuian. *de iure patronat. lib.* 13 *cap.* 9. *num.* 22.

Secundò, quando Legatus prouidet de beneficio, & Patronus conſenſit, ſed cùm ignoret penſionis reſeruationem in prouiſione adiectam, non præſtat aliquem conſenſum penſionis reſeruationi: & hoc caſu dicit penſionem eſſe validam: quia non agitur de præiudicio Patroni, ſed ipſius Rectoris, cuius ſunt fructus, & per conſequens Epiſcopus diſponit in caſibus, in quibus non fit præiudicium Patrono; Abb. *in cap. ſuggeſtum, de iure patronat.* cum alijs allegatis per Gambar. *loco citato, num.* 95. † Quanquam hæc ratio 32
non videatur ſubſiſtere, quia præiudicium Patroni in hoc inter cætera conſiſtit, quòd ſi Legatus qui Sedis Apoſtolicæ vice fungitur, penſionem imponat ſuper beneficio patronato, caſu eueniente mortis prouiſi, penſio tranſit ad ſucceſſores in beneficio: vnde ſi adueniente vacatione Patronus præſentet, præſentatio fiet de beneficio diminuto per penſionem ſuper eo impoſitam, & ius Patroni erit de beneficio minoris reditus. Ideo ſi talis reſeruatio ſine Patroni conſenſu fiat in Legatione, maturiùs cogitandum relinquo.
† Conſulere tamen ſibi debet Patronus dum 33
præſentat, vt certus ſit, præſentatum nullius penſionis grauamini conſenſum præſtiturum, quia præſentatio fieri poteſt etiam ſub conditione dubia & incerta, quando agitur de conditione quæ purificari debeat, & clara fieri intra tempus datum ad præſentandum: vt probat Viuian. *de Iurepatronat. lib.* 8. *cap.* 6. *n.* 24. † Immo ſufficit quod puri- 34
ficatio conditionis remiſſa ſit in poteſtate habentis inſtituere, quia per inſtitutionem factam per eum, qui conferendi poteſtatem habet, ſtatim purificatur conditio; vt bene explicat Lambertin. *de iurepatr. part.* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 3. *princip. artic.* 9. *num.* 3. *fol.* 154. *verſo*; per text. *in Clement. plures, de iure patronatus*, §. *finali*. Sed tamen iſta cautela non poteſt impedire quin prouiſus poſt inſtitutionem poſſit conſentire impoſitioni penſionis ſuper eodem beneficio, & ſeruatis ſeruandis, Summus Pontifex illam imponere; quia tunc ceſſat ratio ſuperiùs adducta ex purificatione conditionis contingente tempore inſtitutionis.

# CAPVT XXVI.

## ARGVMENTVM.

DE duplici confidentia in penſionibus, videlicet de licita & illicita. Vtrùm confidentia interueniens in tranſlatione penſionis ſubiaceat pœnis, per Pontificias conſtitutiones contra confidentiarios introductis. De confidentia in reſignatione beneficij cum reſeruatione penſionis, vel fructuum, aut partis illorum, ſiue fauore reſignantis, ſiue ad vtilitatem Tertij; Vtrùm pœnis dictarum conſtitutionum indiſtinctè ſubiaceat. De penſione impoſita ex reſignatione ſimulata, aut ex impetratione illius qui habuit Tertium qui ſe ſupponeret pro eo Examini. De confidentia licita, quando imponitur penſio cum authoritate Papæ ad vtilitatem vnius, ſub nomine tamen alterius confidentis; & enumerantur caſus in quibus ius & titulus penſionis pertinet ad Fiduciarium, vel ad eum cuius contemplatione datur penſio; & circa hoc fiduciariæ penſionis genus variæ quæſtiones reſoluuntur.

### SVMMARIVM.

1 *Confidentia illicita eſt, quando ſine authoritate Papæ quis promittit alicui penſionem, ſi beneficium ſibi conferatur, vel reſignetur.*

2 *Vtrum in tranſlatione penſionis committatur confidentia punibilis ſecundum conſtitutiones Pij IV. & num. 5.*

3 *Conſtitutiones Pontificiæ ſuper confidentia non habent locum in tranſlatione fructuum, aut penſionum.*

4 *Penſiones non veniunt appellatione beneficiorum in materia pœnali.*

5 *Quamuis pactum confidentiale circa penſionum tranſlationem peccatum contineat, non tamen ex eo incurritur excommunicatio.*

6. *Reſignatio beneficij cum reſeruatione penſionis, aut fructuum, ſeu partis illorum, ſubiacet pœnis contra confidentiarios per ſummorum Pontificum conſtitutiones introductis.*

7 *Pœnis confidentiæ ex conſtitutionibus Pontificijs introductis, ex veriori ſententia, locus eſt, quamuis penſio, vel fructus, poſt reſignationem abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ipſi reſignanti reſeruentur.*

8 *Et hoc procedit, ſiue omnes fructus reſeruentur poſt reſignationem, ſiue pars ipſorum.*

9 *Et locum habet, ſiue reſeruatio fiat collatori, ſiue præſentanti, vel reſignanti.*

10 *Si quis reſignet animo obtinendi penſionem pro ſuo nepote, ita tamen vt poſtea beneficium reſignatum ſibi retrocedatur, penſio eſt confidentialis & nulla.*

11 *Qui pro alio ſe ſupponit Examini, ad hoc vt prouiſus ſibi penſionem dari conſentiat, committit confidentiam pun.bilem.*

12 *Immò etiam ſi nihil ſibi reſeruet, & hoc caſu quibus pœnis ſubijciatur.*

13 *Si examinatus procuret ſibi conferri beneficium eo animo, vt illud modico pòſt temporis interuallo alteri remittat, punitur pœnis confidentiæ.*

14 *Confidentia licita eſt, quando Papa penſionem imponit ſub nomine fiduciario vnius, ad vtilitatem alterius.*

15 *Quæ ſit differentia inter mandatum irreuocabile factum per fiduciarium in fauorem eius, ad quem tota penſionis vtilitas pertinet; & factum per penſionarium ſuo creditori.*

16 *Hæres fiduciarius nihil vtilitatis percipit ne quidem in fructibus, & conuenitur actione mandati, vel negotiorum geſtorum.*

17 *Penſiones fiduciariæ practicantur in beneficijs Hiſpaniæ propter Regias pragmaticas.*

18 *Referuntur tres caſus ex mente Rotæ, in quibus ius penſionis reſidet penès fiduciarium, vel non.*

19 *Si totum ius penſionis, iuxta diſtinctionem trium illorum caſuum, remaneat apud fiduciarium, penſio illius morte extinguitur.*

20 *Penſio caſu quo totum ius remaneat penès Italum qui eſt fiduciarius, expirat per obitum Itali veri Penſionarij, & ſic per obitum vtriuſque ex mente Rotæ Romanæ.*

21 *Fiduciarius non poteſt extinguere penſionem in præiudicium eius, cuius tota eſt penſionis vtilitas.*

22 *Actiones directæ remanent quidem apud Penſionarium,*



*Penſionarium fiduciarium, ſed ſunt inefficaces.*

23 *Ille, cuius contemplatione Papa penſionem conceſſit, poteſt inuito fiduciario illam alteri cedere, vel transferre ſub authoritate Papæ.*

24 *Exercitium actionis competit ei, cuius contemplatione facta eſt conceſſio.*

25 *Ex ſola perſonæ ſuppoſitione, actus non annullatur, quando non adeſt præiudicium Tertij.*

26 *Actiones, obligationes, & fideiuſſiones acquiruntur illi, cuius contemplatione Papa penſionem conceſſit.*

27 *Fiduciarius actiones exercere poteſt, dummodò vtilitas inde proueniens acquiratur ei, ad quem penſionis vtilitas pertinet.*

28 *Fiduciarius ſi mandatum irreuocabile fecerit Penſionario vtili, non poteſt illud reuocare.*

29 *Mandatum reuocari non poteſt, ſi factum fuerit iure cogente; quod locum non habet in mandato facto per Penſionarium ſuo creditori.*

30 *Penſionarius fiduciarius non tenetur ad recitationem parui Officij.*

31 *Quibus in caſibus fiduciarius quis dicatur, & nihil facere poſſit in præiudicium illius, cui Papa penſionem conceſſit: & examinantur tradita per Garſ.* de benefic. part. 1. cap. 5. num. 269.

32 *Quomodo probetur, penſionem fiducialiter conceſſam fuiſſe.*

33 *Vtrum fiduciario danda ſit manutentio, an verò illi, ad cuius commodum conceſſa fuit penſio.*

1 DVPLEX eſt confidentiæ genus in hac penſionis materia; quarum altera illicita eſt, altera verò licita. Illicita eſt, quæ conſtituitur ex priuata conuentione, veluti in caſu Nauarri *conſil. 31. de ſimonia, in fine*, vbi agitur de Penſionario qui promiſerat ſoluere penſionem ex priuata conuentione, & eo animo, & intentione, vt illa cederet in alimenta & ſuſtentationem filiorum alterius: ſequitur Pariſ. *de confident. quæſt. 42. & 23.* Vtrùm autem conuentiones huiuſmodi ſint confidentiales, & ſubiaceant pœnis confidentiæ? diuerſi caſus conſiderandi ſunt.

2 Primus eſt quando agitur de confidentia in tranſlatione penſionis, & hoc caſu non eſt locus pœnis contra confidentiarios introductis, provt aliàs in caſu deciſo per Rotam, in quo Archiepiſcopus quidam cum haberet facultatem penſiones transferendi, & vigore huius facultatis, illas in effectu transtulerat; ſed poſt tranſlationem fructus ſeu penſiones exegerat, & quittancias fecerat; & tamen deciſum fuit, non fuiſſe locum declarandi pœnas in *conſtitutionibus Pontificijs* indictas, contra Confidentiarios ex multis rationibus; ſed præcipuè, † quia conſtitutiones Pij IV. vel V. 3
non habent locum in ſimplici tranſlatione fructuum aut penſionum, cùm loquantur de tranſlatione fructuum aut penſionum, facta occaſione reſignationis beneficiorum: Prima quidem Pij IV. conſtitutio loquitur de beneficiis Eccleſiaſticis, non autem de penſionibus, † quas Beneficiorum appellatione non 4
contineri in pœnalibus & odioſis, ſuo loco demonſtrauimus; quia penſio eſt quid ſeparatum ab ipſo beneficio, nec ſonat in titulum beneficij: & patet ex verbis *illius Conſtitutionis*, totam diſpoſitionem referri ad penſiones, aut fructus reſeruatos ex cauſa reſignationis, & per conſequens non habere locum in caſu tranſlationis. Similiter conſtitutio Pij V. loquitur dumtaxat de beneficijs, ac de penſionibus ſuper beneficijs occaſione confidentiæ reſeruatis; nec ibi fit aliqua mentio de penſionibus & fructibus ſeparatim conſideratis, vel de illorum tranſlatione. Et ratio diuerſitatis eſt, quia inficitur ipſum beneficium per confidentiam in reſignatione interuenientem; ſed in tranſlatione penſionis, inficitur ipſa tranſlatio pẽſionis, aut fructuum ab ipſo beneficio ſeparatorum: atque ita deciſum fuit *in Brixienſi confidentiæ 5. Iunij* 1591. *coram Penia*, quæ eſt apud Marcheſanum *tom. 1. de commiſſ. appellat. in cauſ. penſionum, num.* 11. *fol.* 518. Eandemque ſententiam pluribus comprobat Flamin. Pariſ. *in tract. de confidentia, quæſt.* 23. *num.* 14. *& multis ſequentib.* qui *ibidem* ſubdit, *num.* 43. † ex hoc pacto confi- 5
dentiali non incurri excommunicationem: illud tamen continere peccatum, & quodammodo redolere ſimoniam; *num.* 46. *&* 47. & quod illa conſtitutio Pij IV. tanquam odioſa, non extendatur ad penſiones, tradit Nauarr. *conſil. 3. de conſtitut. & conſil. 26. de ſimonia, fol. mihi* 446. ſequitur Flauius Cherubin. *in conſtitut. 85. Pij IV. ſchol. 2.*

Secundus caſus eſt, quando agitur de con- 6
fidentia in reſignatione beneficij, cum pacto reſeruationis penſionis, aut fructuum, ſeu partis ipſorum in fauorem tertiæ perſonæ; veluti in fauorem filij, vel nepotis ipſius reſignantis: & hoc caſu, non eſt dubitandum, quin confidentiæ locus ſit, & ſimile pactum faciens pœnis contra confidentiarios introductis ſupponatur, propter expreſſa verba conſtitutionis declarantis locum eſſe pœnis confidentiæ, quando reſignatarius promittit penſionem, vel partem fructuum alteri quàm reſignanti.

Sola ergo difficultas ſupereſt in tertio ca- 7
ſu, nempe vtrùm locus ſit pœnis confidentiæ,

quando aliqui fructus, aut penſio promitti-
tur ipſimet reſignanti. Quia ex verbis *Bullæ*
apparet, non induci confidentiam, niſi reſer-
uatio penſionis, aut fructuum, ſeu partis ip-
ſorum facta fuerit *alij, vel alijs*; qua de cauſa
nonnulli exiſtimarunt legendum eſſe, *illi, vel*
*alijs*; vt patet apud Garſ. *de benefic. part.* 11.
*cap.* 3. *num.* 192. ſed quomodocunque lega-
tur, verius eſt, locum eſſe hoc caſu pœnis
confidentiæ; quia illa verba, *alij, vel alijs*,
comprehendunt etiam ipſum reſignantem,
& intelligenda ſunt, *alijs quàm ipſi reſignanti:*
vt concludit R. P. Ioſephus Gibalin. è ſo-
cietate Ieſu *in tractat. de ſimon. quæſt.* 21. *num.* 5.
Quia per *alium*, Summus Pontifex intelli-
git reſignantem, qui alius eſt à recipiente;
& ita per *alios*, intelligit quoſlibet à reſignan-
te diuerſos: atque ita ſiue loquatur, *alij, vel*
*alijs*; vt habetur in *conſtitutione* inſerta apud
Quarantam *in ſumma Bullarum*, *in verbo*,
*Simonia, fol mihi* 597. ſiue *illi, vel alijs*; vt con-
tendit Maſcard. *de probat. concluſ.* 1312. *alias*
1307. *num.* 3. *& ſequentibus*, ſemper eſt confi-
dentia; ſi ipſi reſignanti fructus, vel penſio re-
ſeruetur: Quia non videtur aliqua diuerſi-
tatis ratio, ſiue in fauorem reſignantis, ſiue
alterius perſonæ fiat reſeruatio: Pariſ. *de con-*
*fident. quæſt.* 27. *num.* 99. Quidquid alij in con-
trarium dixerint apud Garſ. *de benefic. dicta*
*part.* 11. *cap.* 3. *num.* 193.

8 Non diximus autem ſine ratione, idem iu-
ris eſſe, ſiue fructus integri, ſiue pars ipſorum
promittatur: quia idem iuris eſt in promiſ-
ſione partis fructuum; vt patet ex verbis dictę
Conſtitutionis, *aut illius fructus, vel eorum*
*pars alij vel alijs concedatur, vel penſiones ſo-*
*luantur ex ijſdem, hæc confidentia cenſeatur:*
9 † ita vt negari non poſſit quin adſit confiden-
tia, ſi fructus, vel pars ipſorum, aut etiam pen-
ſio collatori pro collatione, præſentanti pro
præſentatione, reſignanti pro reſignatione
ſoluatur: Maſcard. *dicta concluſ.* 1312. *num.*
7. Pariſ. *de confident. dicta quæſt.* 27. *num.* 93. *&*
10 94. † Et propterea ſi reſignatio non ſit vera,
ſed ſimulata, ad hoc vt penſio nepoti reſi-
gnantis reſeruetur, & poſtea beneficium re-
ſignanti retrocedatur, penſio confidentialis
& ſimulata declarabitur: vt dicit Rota *in*
*Reatina penſionis coram Pamphilio* 15. *Maij*
1588. apud Marcheſ. *tom.* 1. *fol.* 571. Non ta-
men erit locus his pœnis, ſi agatur de modi-
ca, & non notabili quantitate, ſicut nec pœnis
ſimoniæ: vt teſtatur Pariſ. *loco citato, num.* 95.
Quæ ſint autem pœnæ Confidentiæ? non
pertinet ad Tractatum noſtrum longiùs ex-
plicare, cùm de illis diffusè agat Pariſ. *in dicto*
*tractat.* & alij.

11 Quartus eſt caſus, quando vnus pro alio
ſe ſupponit examini, vt illa beneficia, quo-
rum ratione factum eſt examen, perſonæ re-
præſentatæ conferantur, vt aliquid à prouiſis
conſequatur; vel quando impetrans pro
ſeipſis beneficia conſequitur cum intentione
illa reſignandi reſeruata ſibi penſione, vel ad
fauorem aliorum; † aut etiam penſione non 12
reſeruata; hoc enim caſu locus eſt pœnæ
excommunicationis, priuationis beneficio-
rum, & inhabilitatis ad illa, ac nullitatis pro-
uiſionum; vt aduertit Garſ. *dicta part.* 11.
*cap.* 3. *num.* 191. † Quod intelligitur de eo qui 13
habet animum reſignandi ſtatim, aut modico
pòſt temporis interuallo; & procedit etiam
nulla interueniente pactione: vt patet ex
*conſtitutione* 33. Pauli IV. in illis verbis, *&*
*interdum pacto expreſſo firmatos.* Quæ conſti-
tutio inſeritur apud Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.*
15. *num.* 89. *&* 90.

Alij poſſunt afferri caſus illicitæ penſio-
nis, veluti dum impetrans maiorem expri-
mit fructuum valorem, ad hoc vt maiorem
conſequatur penſionem; de quo Gonzal.
*loco citato, gloſſ.* 15. *in princip. num.* 92. & nos
alibi diximus. Alios verò caſus variis in locis
huius tractatus expoſuimus.

Licita autem eſt confidentia quando ſub 14
authoritate Summi Pontificis penſio impo-
nitur ſub nomine vnius, qui nudum nomen
accommodat, tota vero vtilitas pertinet ad
alium, cui fiduciarius ſimulatè præbet fructus
omnes, ſolo nomine contentus; de qua con-
fidentia agit obiter Rota *in deciſ.* 129. *part.* 1.
*recent.* quam nos ſuperiùs examinauimus,
*cap.* 21. *num.* 25. *& ſequentib.* † Ibidem quippe 15
Rota facit differentiam inter mandatum ir-
reuocabile factum per Penſionarium ſuis cre-
ditoribus, quod dicit reuocari per extinctio-
nem penſionis, etiam ipſo ignorante factam;
& illud quod fiduciarius dat illi, ad quem re
vera tota penſionis vtilitas pertinet, alius
verò duntaxat in apparentia penſionem ha-
bet ſine vtilitate: hoc enim ſecundo caſu
mandatum reuocari non poteſt, nec penſio
extingui niſi per verum Penſionarium.

Quod vt meliùs percipiatur, ſciendum in
primis eſt, quod nonnunquam Papa reſeruat
penſiones ſub nomine vnius, ea tamen in-
tentione, vt commoditas penſionis, immò
& ipſum ius pertineat ad alium, † adinſtar 16
hæredis fiduciarij, de quo in *l. quidam cum*
*filium, ff. de hæred. inſtit.* vbi is qui filiumfami-
lias hæredem inſtituere volebat, timens of-
fenſam patris qui pro ſe illam hæreditatem
deſiderabat, dixit filio vt inueniret amicum
qui ſibi tempore ſuo hæreditatem reſtitue-
ret, qui ſi adueniente caſu reſtitutionis, pro-
miſſioni ſatisfacere recuſaret, cogi poſſet
actione mandati, ſi promiſſio probaretur, aut
ſaltem actione negotiorum geſtorum, cum
ſit



ſit nudus miniſter; & ad illum, nec proprietas
hæreditatis, nec fructus pertinerent. Idem
habetur in *l. Seius Saturninus, ff. ad Trebellian.*
Peregrin. *de fideicomm. artic.* 5. *n.* 29. Gratian.
*diſcept. forenſ. cap.* 650. Fantanell. *de pact. nup-*
*tialib. tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *part.* 5. *num.* 74.
Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 626.

17 Et hæ fiduciariæ penſiones practicantur
in beneficiis Hiſpaniæ, ſuper quibus Itali
penſiones obtinere non poſſunt, propter
prohibitionem conſtitutionis Hiſpaniæ illos
excludentis: ſolet tamen Pàpa penſiones
reſeruare ſub nomine Hiſpanorum, ad vtili-
tatem tamen Italorum, ad quos ius, & com-
moditas penſionis ſpectant, ſolúmque no-
men apud Hiſpanum remanet, adinſtar hæ-
redis fiduciarij. Qua in re, tres caſus Rota
conſiderauit.

18 Primus caſus eſt, quando ſumus in claris,
quod Papa conceſſerit penſionem Italo, vt
quia Papa dixerit, *Concedimus tibi* (Italo) *pen-*
*ſionem mille librarum, reperias Hiſpanum qui*
*tibi fidem accommodet, & ſub ſuo nomine penſio-*
*nem accipiat:* & hoc caſu totum ius penſionis
reſidet apud Italum, ſicut ius hæreditatis ad
eum cui nominatus in teſtamento fidem
dedit.

Secundus caſus eſt, quando ſumus in cla-
ris, quod Gratia fuerit facta Hiſpano, vt quia
Papa dixerit, *conſtituimus & aſſignamus hanc*
*penſionem ſuper tali beneficio in perſonam Hiſ-*
*pani propter conſtitutiones illius Regni, & volu-*
*mus quod illam exigat ad vtilitatem talis Itali:*
& hoc caſu ipſa penſio, & ius illius, remanent
in perſona Hiſpani, excepta vtilitate &
commodo penſionis quod ſpectat ad Italum
ſolum.

Tertius eſt caſus, quando verſamur in
dubio; & tunc non eſt recedendum à verbis
ſupplicationis & Literarum quæ loquuntur
de perſona Hiſpani, cui penſio reſeruatur:
Et hoc eſt verum, niſi aliunde conſtet de vo-
luntate Summi Pontificis, quod totum ius
penſionis reſideat apud Italum, & ſolum no-
men apud Hiſpanum: quod quomodo proba-
ri poſſit, paulò poſt oſtendemus. Et iſtos tres
caſus ſic diſtinxit Rota *deciſ.* 399. *part.* 1.
*diuerſ.*

19 Vnde ſequitur, quod penſio ſic impoſita
remanet extincta per obitum Hiſpani, cui
tertio modo penſio fuit aſſignata: vt in caſu
*deciſ.* 400. *&* 401. *part.* 1. *diuerſ.* Extinguitur
etiam per obitum veri Penſionarij Itali, niſi
ſolemnis Tranſlatio facta fuerit per Italum,
verum, & non fictum Penſionarium: Rot.
apud Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 266.
in qua deciſione, hæc redditur ratio; quia non
Hiſpano, ſed Italo facta eſt Gratia; & Papa
non aſſignaſſet penſionem Hiſpano niſi ha-
buiſſet intentionem prouidendi Italo: ideo
deſinente Italo penſio perit, quæ illius tan-
tùm contemplatione fuit conceſſa: † dicitur 20
tamen *ibi*, penſionem vacare per obitum
vtriuſque, quia mortuo Hiſpano nomen ſo-
lùm accommodante, perit fundamentum
gratiæ, & gratia remanet nulla: mortuo verò
Italo, penſio apud Hiſpanum ſolum nomen
habet, & eſt tanquam ens rationis, cùm in
perſona vtriuſque conſtet, vnius nempe
quoad ſubſtantiam & formam, alterius verò
quoad commodum, & ſic conueniens eſt vt
altera eorum deficiente, extinguatur, vt
minus à iure recedatur; & fauore Eccleſiæ, vt
citiùs à penſionis ſeruitute liberetur; attenta
maximè rei veritate: iuxta *tit. plus valere*
*quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur:* &
*ibi* Bald. *l.* 1. *in fine* & in *l. cum precibus, C. de pro-*
*bationib.* Sed tamen in contrarium adeſt de-
ciſio Rotæ omnino videnda *in* 2. *part. huius*
*Operis, num.* 79. *per totam*, ad quam recur-
rendum eſt.

Neque poteſt Hiſpanus extinguere pen- 21
ſionem, ſi non ius, ſed ſolum nomen habeat
in caſum huiuſmodi fiduciæ: quamuis † enim 22
actiones directas habeat; illæ apud ipſum re-
manent quidem, ſed inefficaces; *l.* 1. *§.* 1. *ff. ad*
*Trebell.* Caſtrenſ. *in l.* 1. *§. ſi hæres, ff. eod. tit.* Au-
frer. ad *deciſ. Capell. Thol.* 119. & nos fuſiùs ex-
plicauimus *in tract. de Præuent. part.* 2. *cap.* 33.
† Ille autem qui ius penſionis obtinet, & cui 23
Hiſpanus nudum præſtitit nomen, poteſt in-
uito, & ignorante iſto fiduciario, alteri pen-
ſionem cedere, vel illam in alium ſub au-
thoritate Papæ transferre, *ex dictis deciſioni-*
*bus* 400. *&* 401. *part.* 1. *diuerſ.* Borell. *in ſumm.*
*deciſ. part.* 1. *tit.* 30. *num.* 40. vbi allegat Ger-
mon. *de Indult. Cardin. §. ſi verò illa, num.* 58.

Regula ſiquidem generalis eſt, quod exer- 24
citium actionis competit ei, cuius contem-
platione & fauore facta eſt conceſſio: *l. ſi cui*
*legatum, §. ſi Titio*, & *ibi* Iaſon, *num.* 3. *ff. de le-*
*gat.* 1. Imol. *in l. ſi filiofamilias, num.* 2. *in vlt. no-*
*tab. ff. de condit. & demonſtrat.* Monter. *deciſ.*
*Aragon.* 36. *num.* 6. Ius enim quæritur perſo-
næ, cui in veritate fit conceſſio, non autem
perſonæ ſuppoſitæ, fictæ, & ſimulatæ: Fran-
ciſc. Marc. *deciſ.* 46. *num.* 4. *part.* 1. † non enim 25
annullatur actus qui verè factus fuit, ſed tan-
tum ſuppoſita eſt perſona ſine præiudicio
Tertij, & tunc ius & actio quæritur illi, in cu-
ius fauorem verè actus geſtus fuit; *l.* 4. *§. ſi ab*
*ignoto, ff. de manumiſſ. l. vxor marito, ff. de donat.*
*inter vir. & vxor. l. ſi non verum, & l. ſi filij tui,*
*C. eodem tit.* Seraphin. *deciſ.* 660. *n.* 5. † Et ideo 26
quando penſio eſt ad fauorem vnius, &
alius eſt fiduciarius ſub authoritate Papæ,
omnes obligationes & fideiuſſiones tendunt
ad fauorem veri Penſionarij, non autem fi-
duciarij:

duciarij: Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 454. *num.* 19. Rota apud Pariſ. *deciſ.* 129. *num.* 3. Idem Gratian. *diſcept.* 131. *num.* 20.

27 Aduertendo tamen, quod licet ſuperiùs dixerimus, actiones apud iſtum fiduciarium remanere inefficaces: hoc tamen ita eſt intelligendum, vt iſte Penſionarius fictus & ſuppoſitus exercere poſſit actiones ad conſequendam ſolutionem penſionis, ſed illas reuera exercebit tanquam mandatarius, & tenebitur actione mandati; aut ſi mandatum probari non poſſit, actione negotiorum geſtorum, vt ſuprà diximus de hærede fiduciario; ex notatis per Bart. & alios *in dicta l. quidam cum filium* 46. *ff. de hæred. inſtituend.* Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 6. *quæſt.* 4. *num.* 61.
28 *in ſecundo caſu.* † Et ſupradicta videntur confirmari ex traditis per Seraphin. *deciſ.* 531. vbi dicitur, Hiſpanum, qui nudum nomen Italo accommodauit, ſi mandatum irreuocabile fecerit Italo ad exigendam penſionem, nihil facere poſſe in præiudicium illius mandati; quia cùm in effectu ius penſionis eſſet apud Italum, dum Hiſpanus illum conſtituit procuratorem ſuum, fecit id ad quod de iure
29 cogi poterat; † mandata autem ſunt irreuocabilia, quando conſtituens procuratorem, ad id de neceſſitate tenebatur: ex Bald. *in l.* 1. *num.* 11. *Cod. de action. & obligat.* Idem dicit Rota *dicta deciſ.* 129. *num.* 4. *part.* 1. *recentior.* vbi ſi fiduciarius fecerit mandatum irreuocabile vero Penſionario, nullo modo poteſt huic mandato præiudicare, quia rationes prædictæ hoc caſu locum habent: quæ non eodem modo procedunt in mandato voluntario, & non ex neceſſitate iuris facto per verum Penſionarium in fauorem ſuorum creditorum: vt etiam nos expoſuimus *ſuprà, cap.* 21. *num.* 25. *& multis ſequentibus.*

30 Et ex præmiſſis ſequitur, quòd iſte fiduciarius non tenetur ad recitationem Officij etiam parui: ſed illud onus ſpectat ad illum, cui penſio, illiuſque fructus in effectu acquiruntur: vt probat Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniuerſ.*
31 *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 12. † & ſecundum diſtinctionem trium caſuum ſuperiùs expreſſorum, intelligendæ ſunt deciſiones Rotæ Romanæ, circa hanc quæſtionem emanatæ, quas refert Garſ. *in tract. de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 268. In quibus concluditur, eum, ſub cuius nomine facta eſt penſio, ad vtilitatem tamen alterius, teneri illi dare mandatum irreuocabile ad exigendum; & non poſſe quidquam facere, nec exigere, niſi ad commodum veri Penſionarij, nec fructus cedere, aut penſionem extinguere aut transferre; cùm ipſe nudũ nomen habeat, & ſit perſona ficta. Et licet Garſ. *ibid. num.* 269. videatur dicere contrarium, eius tamen opinio non eſt admittenda, niſi in ſecundo caſu ſuperiùs expreſſo; nempe quando verſamur in claris; quia penſio eſt impoſita in fauorem vnius, & non conſtat quod Papa voluerit ius penſionis reſidere in perſona alterius in ſupplicatione non nominati.

Vt autem ſciatur ad quem penſio perti- 32
neat, licèt ſub alterius nomine conceſſa, recurritur ad librum Datarij, cui fides hoc caſu adhibenda eſt propter publicam vtilitatem, & in defectum aliarum probationum: vnde ſi in libro Datarij fuerit ſcriptum, penſionem fuiſſe reſeruatam in fauorem talis Cardinalis, ſequitur per neceſſe non fuiſſe reſeruatam intuitu perſonæ in ſupplicatione deſcriptæ, ſed illius, ad quem ſcriptum eſt in illo libro penſionem pertinere; Seraphin. *deciſ.* 1088. *num.* 6. confirmata poſtea *deciſ.* 1108. Cuius rei ratio eſt, quia in iſtis penſionibus confidentiariis, non datur copia nec atteſtatio confidentiæ; Immò hoc eſt expreſsè prohibitum: vt aduertit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 454. *num.* 20.

Sed hic opportunè dubitari poteſt, ſi 33
penſio ſuper beneficiis Hiſpaniæ reſeruata fuerit pro Italo, ſub periculo vitæ alicuius Hiſpani, vtrùm Italus petere poſſit ſe manuteneri in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem? Reſpondendum eſt, quod ſi Italus fuerit conſtitutus procurator in rem propriam & irreuocabilis ab Hiſpano, & vti talis exegit, poteſt intentare iudicium poſſeſſorium, vt manuteneatur in ſua quaſi poſſeſſione: ad notata *in cap. querelam, de elect.* ſi verò non fuerit conſtitutus ab Hiſpano procurator irreuocabilis, ſed exegit cum quittanciis Hiſpani; & de eius ordine, hoc caſu non fuit Italo acquiſita quaſi poſſeſſio, ſed debet agere, & iudicium intentare nomine Hiſpani; non enim poteſt agere nomine proprio, cùm ius reſideat in Hiſpano, qui ſolus nominatus eſt in Literis, iuxta primum caſum, de quo ſuperiùs actum eſt, *num.* 18. Et talis eſt reſolutio Rotæ Romanæ *in Calaguritana penſionis* 2. *Martij,* 1598. *coram Corduba,* inſerta apud Marcheſ. *tom.* 1. *fol.* 521. *num.* 14.





# CAPVT XXVII.

## ARGVMENTVM.

TRANSLATIONE penſionis facta ſine aliqua reſeruatione, vtrum transferens habeat ius petendi fructus ſaltem pro rata temporis penſionis decurſæ? Et quid in reſignante ſimpliciter, aut in fauorem? Quæ ſit differentia inter ceſſionem voluntariam, & neceſſariam? Quid de fructibus naturalibus, quid de ciuilibus? Quando admittantur in Gallia penſionum tranſlationes? Quæ dicatur Patria Obedientiæ, & quæ Reducta, aut non Reducta ad Regnum? exponitur. Quid nouiſſimè circa tranſlationes penſionum Summus Pontifex Vrbanus VIII. ordinauerit.

### SVMMARIVM.

1 *Tranſlatio penſionis quid ſit, & quis illius effectus.*
2 *Fructus integri anni pertinent ad tranſlatarium niſi expreſsè reſeruentur.*
3 *Transferens penſionem, ſi ratam penſionis decurſæ ſibi non reſeruauit, cenſetur illam donaſſe.*
4 *Reſignans qui ſibi nihil reſeruauit, transfert etiam in reſignatarium ratam fructuum temporis decurſi.*
5 *Quomodo diuiſio fiat pro rata tomporis inter hæredem vltimi poſſeſſoris, & ſucceſſorem beneficij, tam quoad fructus naturales, quàm quoad ciuiles.*
6 *Reſignatarius non acquirit fructus, ſi reſignatio facta fuerit* in fauorem, *niſi à die acceptationis.*
7 *Quomodo fiat diuiſio Ratæ quoad fructus naturales beneficij.*
8 *Poſſeſſio, vel fructus peti non poſſunt per reſignatarium* in fauorem, *niſi poſt acceptationem.*
9 *Reſignatio* in fauorem, *eſt in pendenti ante acceptationem reſignatarij.*
10 *Expenditur ſententia Hondedei* conſ. 85. num. 33. lib. 2.
11 *Fructus etiam maturi, mortuo vſufructuario, pertinent ad proprietarium.*
12 *Fructus ciuiles non exacti pertinent ad ſubſtitutum, non autem ad hæredem grauatũ.*
13 *In Tranſlatione, tametſi ſit actus voluntarius, fructus pro rata deberi transferenti cenſuit Hondedeus.*
14 *Contraria ſententia verior eſt, & conformis ſententiæ Rotæ Romanæ.*
15 *In Gallia regulariter penſionum tranſlationes non admittuntur.*
16 *Admittuntur tamen in Patria Obedientiæ, vt in Prouincia prouinciæ.*
17 *Britannia quare dicatur Patria Obedientiæ.*
18 *Papa conceſſit Regi, vt prouinciæ Regno vnitæ comprehenderentur in Concordatis.*
19 *Britanniæ Ducatus cùm ſemper ab initio fuerit ex Gallia, quare fuerit vnitus Regiæ Coronæ.*
20 *Delphinatus quomodo fuerit Regno Galliæ vnitus.*
21 *Iura Regaliæ locum habent in Breſſia, & aliis prouinciis Regno vnitis.*
22 *Tranſlationes penſionum in Britannia, & Prouincia prouinciæ admittuntur.*
23 *Quæ ſint prouinciæ Galliæ, Reductæ, vel non Reductæ? & quod in vtriſque locus ſit Regalibus.*
24 *Regia nominatio locum habet tam in prouinciis Reductis, quàm non Reductis.*
25 *In Britannia Diæceſes diſtinguntur inter Gallicanas, Britannicas, & mixtas.*
26 *Penſiones ſuper beneficiis Conſiſtorialibus ex Regis conſenſu, Summi Pontificis interueniente authoritate, hodierno iure Gallico transferri poſſunt.*
27 *Tranſlatio apud Gallos non admittitur in penſionibus ex cauſa permutationis, vel reſignationis* in fauorem *conſtitutis.*
28 *In Prouincia prouinciæ fuiſſe aliàs tranſlatam penſionem ſuper beneficio Conſiſtoriali oſtenditur.*
29 *Quomodo verum ſit, penſionem tranſlatam, eſſe nouam penſionem.*
30 *Ex noua Vrbani VIII conſtitutione, penſiones aliàs tranſlatæ, ſine nouo conſenſu illorum qui ad illas tenentur, transferri non poſſunt, niſi cum clauſulis ibi expreſſis.*

NOTANDVM eſt primò, Tranſlationem penſionis nihil aliud eſſe, quàm
illius tranſportationem de perſona 1
ad perſonam: ita Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 6. *quæſt.*

6. *quæſt*. 4. *num*. 4. vbi propterea infert quod
tranſlatio, eſt veluti Renunciatio penſionis
ad fauorem alterius: Ideo ſicut ille qui ab vna
Eccleſia ad aliam tranſlatus eſt, nihil habet
commune cum prima Eccleſia à qua fuit
tranſlatus, ita Penſionarius poſt Tranſla-
tionem, nihil iuris habet in penſione tran-
2 ſlata. † Vnde infertur quod facta Tranſlatio-
ne, diuiſio fructuum penſionis inter trans-
ferentem, & tranſlatarium, non debet fieri
iuxta formam *l. diuortio, ff. ſolut. matrimonio, &*
*l. defuncta, ff. de vſufruct*. Quia dictæ leges, nec
non reſolutiones Caccialupi; *in tract. de pen-
ſionib. quæſt*. 25. & Gigantis *quæſt*. 53. loquun-
tur in actu neceſſario, videlicet quando pen-
ſio extinguitur per mortem Penſionarij: nos
autem verſamur in actu volũtario inter quos
3 fieri debet differentia: † nam transferens
nulla facta reſeruatione ratæ penſionis, cen-
ſetur illam donaſſe: quod non ita eſt in eo
qui deſinit fructus percipere propter mor-
tem ſuperuenientem, tunc enim nullus in-
teruenit actus transferentis; ſicut etiam in
terminis *l. diuortio*: licet enim per mortem
actio extinguatur, nullus tamen interuenit
actus ex parte morientis. Idcirco in tranſla-
tione integer terminus ſequens tranſlatio-
nem ſpectat ad tranſlatarium, ſi transferens
nihil ſibi reſeruauit: atque ita deciſum fuit
per Rotam apud Put. *deciſ*. 14. *lib*. 3. ſequitur
Gabriel. *conſ*. 191. *num*. 3. *lib*. 2.

4 Et facit à ſimili, quod dicitur de reſignan-
te, qui ſi ſimpliciter beneficium reſignaue-
rit, nulla fructuum decurſorum reſeruatione
facta, cenſetur etiam ratam fructuum decur-
ſorum in reſignatarium tranſtuliſſe: quod ſe-
cus eſt in ſucceſſore per obitum, quia cùm ſit
ſucceſſor neceſſarius, non poteſt in moriente
conſiderari aliquis actus poſitiuus, per quem
poſſeſſor beneficij cenſeatur à ſe abdicaſſe
ius percipiendi fructus ad ratam temporis
decurſos: vt explicat Rota *deciſ*. 278. *num*. 6.
5 *part*. 2. *recent*. † vbi tamen oſtendit debere
fieri differentiam inter fructus ciuiles, qui
proueniunt ex re, quæ fructus ex ſe non pro-
ducit; veluti, qui conſiſtunt in reditibus an-
nuis, vel penſionibus domorum, & ſimilibus,
quorum diuiſio regulariter fit pro rata tem-
poris, inter vltimum beneficij poſſeſſorem
& illius ſucceſſorem; & fructus naturales,
veluti qui conſiſtunt in granis, vino, & aliis,
quæ non ſingulis diebus, ſed vnà dumtaxat
anni ſtatione percipiuntur: illi enim licet re-
gulariter diuidantur pro rata temporis inter
vltimum poſſeſſorem beneficij, & eius ſuc-
ceſſorem, tamen quando agitur de reſigna-
tione ſimpliciter facta, abſque aliqua fru-
ctuum decurſorum reſeruatione, ad ſucceſ-
ſorem per reſignationem non tranſeunt, niſi
reſeruentur; ſecus in ſucceſſore per obitum:
Lotter. *lib*. 1. *de re benefic. quæſt*. 44. *num*. 31.
† niſi ageretur de reſignatione facta in fauo- 6
rem certæ perſonæ, cui non acquiruntur fru-
ctus niſi à tempore acceptationis: vt probaui-
mus *in quæſt. benefic. tom*. 2. *cap*. 164. *num*. 12. 13.
*&* 14. † In fructibus autem naturalibus quid 7
ſtatuendum ſit, diximus *ibidem num*. 15. &
pleniùs Rota *dicta deciſ*. 278. *per totam*, *part*.
2. *recentior*.

Non debẽt deduci in controuerſiam, quæ 8
diximus *dicto capite* 164. *num*. 14. cùm, quid-
quid aliqui dixerint, veriſſimum ſit quod
facta beneficij reſignatione in fauorem certæ
perſonæ, non debentur fructus, nec poſſeſ-
ſionis manutentio concedenda eſt, niſi quan-
do reſignatarius fuit prouiſus & immiſſus in
poſſeſſionem beneficij reſignati; vt probat D.
Argel. *in tract. de acquir. poſſeſſ. quæſt*. 19. *num*.
118. *& ſequentib*. aliàs *quæſt*. 19. *artic*. 3. *num*. 2.
cum aliis allegatis per Poſt. *in tractatu de ma-
nutent. obſeruat*. 57. *num*. 10. † Quando enim 9
reſignatarius in fauorem, nondum poſſeſſio-
nem adeptus fuit, reſignans fructus ſuos facit,
& aduerſus reſignatarium obtinere debet,
quia interim ius apud ipſum remanet in
pendenti; Rota *deciſ*. 635. *num*. 8. *part*. 3. *re-
cent*. Poſtius *de manutent. dicta obſeruat*. 57.
*num*. 19. & poſt dictum tractatum *deciſ*. 354.
*num*. 6. & *deciſ*. 434. *num*. 12. cum pluribus per
nos allegatis *cap*. 123. *n*. 3. *tom*. 2. *quæſt. benefic*.
& ita deciſum teſtatur Garſ. *de benefic. part*.
2. *cap*. 1. *num*. 139. *&* 140. quidquid *ibidem* in
contrarium dicere videatur.

Verùm ſupradictam diſtinctionem, inter 10
eum qui in beneficio ſuccedit ex titulo vo-
luntario per reſignationem, & eum qui ex ti-
tulo neceſſario, quoad fructuum perceptio-
nem, impugnat Honded. *conſ*. 85. *num*. 33. *vol*.
2. dicens deciſionem prædictam 14. *Putei lib*.
3. in eo fuiſſe fundatam, quia in caſu illo con-
ſtabat clarè de mente transferentis, volentis
transferre integrum terminum penſionis in
tranſlatarium; non autem ſolùm pro rata
temporis: Addens quod licèt Rota aliam ad-
duxerit rationem, quòd agebatur de actu
voluntario tranſlationis; tamen Rota non
fuit mota illa ratione *in dicta deciſione*, ſed
ſolùm quia conſtabat de intentione transfe-
rentis, totum terminum transferre volentis.
† Vnde concludit, quod ſicut omnes fructus 11
etiam maturi mortuo vſufructuario perti-
nent ad proprietarium, ac etiam fructus ci-
uiles, veluti penſiones non exactæ, non ſpe-
ctant ad hæredes vſufructuarij, *l. ſi pater, C. de
vſufruct*. & latè agit Caſtill. *de vſufruct. cap*. 77.
*per totum*, † eadémque ratione fructus ciuiles 12
non exacti per hæredem grauatum, perti-
nent ad ſubſtitutum, non autem ad hæredes
grauati;



grauati; Vincent. de Franch. *deciſ*. 13. Cenc.
*de cenſib. quæſt*. 70. *num. vltimo*, & Rota
apud eumdem *deciſ*. 458. Peregrin. *de fideic.
artic*. 49. *num*. 66. D. Ludouic. Bell. *conſil*.
13 151. *num*. 4. † ita penſiones Beneficiales
pertinent, vt ipſe dicit, ad transferen-
tem pro rata temporis decurſi tempore
tranſlationis, non obſtante doctrina Bartoli
*in l. fin. §. finali, ff. de iure fiſci*; qui licèt
faciat differentiam inter ſucceſſionem vo-
luntariam & neceſſariam, tamen ab hac
diſtinctione recedere videtur, quia etiam
in actu voluntario emptionis & venditio-
nis, manifeſtè concludit penſionem debi-
tam pro fructibus ciuilibus domus, aut ſi-
milium, deberi venditori pro rata tempo-
ris: & in effectu Rota *deciſ*. 118. *lib*. 1. *di-
uerſ*. non facit fundamentum in doctrina
Bartoli *loco citato*, ſed in præſumpta mente
transferentis, quæ colligitur ex verbis ipſius
tranſlationis.

14 Non obſtantibus tamen rationibus per
Hondedeum deductis, non eſt receden-
dum ab opinione Rotæ relata per Puteum
*dicta deciſ*. 14. *lib*. 3. quam ſimpliciter ſequi-
tur Gabriel. *dicto conſilio* 191. *num*. 3. *lib*. 2. cùm
diſtinctio illa per Rotam approbata fuerit
inter actum voluntarium, & neceſſarium:
hæc enim vera eſt ratio, ob quam deci-
ſum fuit, fructus integros ad tranſlata-
rium penſionis pertinere; videlicet quia
tranſlatio eſt actus meræ voluntatis, & li-
beralitatis, ita vt transferens penſionem ius
non exactum cum ea transferre cenſea-
tur; vt probat Duran. *deciſ*. 448. *num*. 46.
& Rota *dicta deciſ*. 278. *numer*. 6. *part*. 2.
*recent*.

15 Notandum eſt ſecundò, quod licèt ve-
rum ſit regulariter, in Gallia penſiones
Eccleſiaſticas eſſe perſonales, nec illarum
tranſlationes admitti, non obſtantibus qui-
buſcunque prouiſionibus, vt diximus *in
noſtris Quæſtionibus benefic. part*. 2. *cap*. 1. §. 4.
*num*. 65. *in primo volum*. poſt Rebuff. *in
tractatu de pacific. poſſeſſ. num. mihi* 157. *ver-
ſic. & in hoc Regno Franciæ*, cui additur D.
Feuret. *in tract. de Abuſu*, *lib*. 2. *cap*. 4. *num*. 35.
16 † Tamen in patria, quam vocant *Obedientiæ*,
veluti in Prouincia, & Britannia, huiuſmodi
tranſlationes penſionum Eccleſiaſticarum
admittuntur; vt *ibidem* Rebuff. teſtatur, &
nominatim de patria Prouinciæ docet Prob.
*in addit. ad pragmat. ſanct. tit. de collat*. §.
*item quod Vniuerſitates*, *in verbo*, *beneficio-*
17 *rum*, *num*. 6. † Ideo autem dicitur hoc ca-
ſu patria Obedientiæ, quia & Britannia de
nouo, Regno Galliæ adiuncta fuit per
Franciſcum I. Regem Galliæ, & iſtæ Terræ
tam Britanniæ, quàm Prouinciæ, ex pri-
mæua origine erant Terræ Obedientiariæ;
& nihilominus † Summus Pontifex ad re- 18
quiſitionem ſibi factam Regis nomine per
Epiſcopum Matiſconenſem, conſenſit vt
iſtæ Terræ Regno vnitæ & annexæ, etiam
in Concordatis eſſent comprehenſæ, &
eodem iure quo cæteræ Regni prouinciæ
vterentur: vt dicit Pythœus *fol*. 77. *in lib.
de priuig. cap*. 4. *num*. 27. Et † quoad Ducatum 19
Britanniæ, ſemper fuit, & reputatus eſt
de Gallia; deinde vero licèt fuerit vnitus
Coronæ, hoc ideo factum fuit, vt eſſet de
dominio ipſius Coronæ, & ab illa inſepa-
rabilis: † Quod eodem modo dici non po- 20
teſt de prouincia Delphinatus, quæ ab ini-
tio non pertinebat ad Regem Galliæ, ſed
illi Regno fuit vnita per acquiſitionem fa-
ctam per Regem Philippum de Valois, ab
Humberto Delphino Viennenſi: vt teſta-
tur Rebuff. *in Concordat. in tit. de Regia ad
Prælat. nominat. facienda*, §. 1. *in verbo*, *Del-
phinatus*, *fol. mihi* 828. ille ſiquidem cùm
careret liberis, Regem Galliæ inſtituit il-
lius Principatus ſucceſſorem, nec multo
pòſt accepta pecunia ſibi à Rege promiſ-
ſa, mundo renuncians Ordinem Prædica-
torum in Ciuitate Lugdunenſi ingreſſus eſt,
& profeſſionem emiſit, ibidémque ſepul-
tus fuit. Prouincia verò Breſſiæ, & aliæ
tunc contentioſæ, fuerunt reunitæ Regno
mediante pace ſtabilita inter Henricum IV.
& Ducem Sabaudiæ, Anno 1601. cuius
pacis articuli inſeruntur apud Martam *in
tract. de Iuriſdict. lib*. 1. *cap*. 40. *fol*. 125.
ſub die 17. Ianuarij eiuſdem Anni. Delphi-
natus verò expreſsè comprehenſus fuit in
Concordatis, vt *loco citato* teſtis eſt Rebuf-
fus: † & nihilominus tam in Delphinatu, 21
quàm in Breſſia, aliiſque prouinciis vnitis,
Regem poſſe exercere iura Regaliæ in be-
neficiis, teſtatur Loüet. *litera R. num*. 58.

Quoad verò tranſlationes penſionum, 22
illas authoritate Summi Pontificis, in Pro-
uincia & Britannia fieri poſſe, teſtatur
etiam Loüetius *ad regul. de publicand. reſi-
gnat. num*. 277. & de patria Obedientiæ,
Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. dicto num*. 157. Et
hæc ex ſpeciali Henrici II. conſtitutione
publicata in Britannia, illud ibi obſeruan-
dum eſſe, notat Loüet. *loco citato*.

Supponendum autem eſt pro materiæ 23
intelligentia, non eſſe eandem rationem
prouinciarum reductarum Galliæ, & non
reductarum: vnde per patriam Obedien-
tiæ, in qua penſionum tranſlationes ſolent
ſub Pontificis authoritate admitti, Probus
*ad gloſſ. pragmat. ſanction. ſub tit. de collat*.

§. *item quod Vniuerſitates, in verbo, beneficiorum, num.6.* intelligit Prouinciam Prouinciæ, hæc enim eſt patria reducta ; Patriæ verò non reductæ ſunt plures, quas refert Additio ad Pariſ. *lib.* 11. *quæſt.* 13. *num.* 136. vbi enumerat 96. Eccleſias Metropolitanas Gal-
24 liæ Regno reductas, & 21. non reductas: † in quibus tamen tam reductis, quàm non reductis, Rex Galliæ Summo Pontifici nominat
25 præficiendos. † Britannia verò in tres partes diſtinguitur, Prima eſt Gallicana, in qua incolæ Gallico idiomate vtuntur, & in ea ſunt: Dolenſis, Rodonenſis & Maclouicenſis Eccleſiæ Secunda eſt, Britannica, cuius habitatores non alio, quàm Britannico vtuntur idiomate, & continet Eccleſias Cariſopitenſem, Treconenſem & Leonenſem : Tertia, Mixta vocatur, in qua incolæ partim Gallica, partim vero Britannica lingua vtuntur : & hæc continet Eccleſias Nannetenſem, Vennotenſem, & Briocenſem: vt aduertit Additio ad Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 10. *ad num.* 56.

26 Sed quod plus eſt, illud quod antiquo quodam iure in patria Obedientiæ obſeruatum fuit, hodie noua Iuris prudentia, in priuato Regis Conſilio, diſpenſatorio Summi Pontificis priuilegio introductum fuit, vt penſiones ſuper Conſiſtorialibus beneficijs impoſitæ, non perſonales, ſed reales ſint, & ad alios transferri poſſint, accedente Regis conſenſu.

27 Quod tamen limitandum eſt, vt locum non habeat in penſionibus ex cauſa permutationis conſtitutis, aut in fauorem reſignantis reſeruatis. In illis enim, ſicut & in aliis, ſuper beneficijs collatiuis creatis, antiqui iuris axiomata ſeruanda ſunt, ſi credimus Georgio Louetio *dicto num.* 27.
28 † Et in effectu, cùm anno 1601. fuiſſet reſeruata penſio in fauorem Domini quondam Andreæ Iues, ſuper Epiſcopatu Senecenſi ſummæ 800. ſcutorum, idem Dominus Iues conſenſit tranſlationi illius penſionis in fauorem Domini Thomæ de Breton, anno 1613. qui illam pacificè poſſedit per plures annos, & cum dubitaretur vtrum onus huius penſionis ſic tranſlatæ tranſiret ad ſucceſſores in illo Epiſcopatu, hac de re conſultus R. qu. D. Ludouicus Bellus reſpondit, penſionis onus ad ſucceſſores in Epiſcopatu tranſire, † quia hæc ſecun- 29
da penſio ſic tranſlata quoad ſubſtantiam & qualitates, vt ſcilicet ad illam ſucceſſor teneatur, eſt eadem cum prima ; licet quoad alios effectus dicatur noua, vt ſcilicet, non per mortem transferentis, ſed per obitum tranſlatarij extinguatur : vt per Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 256. & fusè D. Bellus *conſil.* 206. maximè *num.* 5.

Hoc autem in materia tranſlationis pen- 30
ſionum, ſummè notandum eſt : quod conſtitutione 34. Vrbani VIII. incipiente, *Inter grauiſſimas:* ſub die 8. Martij 1636. fuit declaratum, omnes & quaſcunque facultates conceſſas, & concedendas, transferendi penſiones, ſeu fructus Eccleſiaſticos, earum loco, pro tempore reſeruatas, & reſeruatos, nec non penſionum & fructuum huiuſmodi tranſlationes, ſeu nouas reſeruationes ſuper quibuſcunque Eccleſiis etiam Cathedralibus, & maioribus, & Monaſteriis etiam Conſiſtorialibus, cæteriſque beneficiis tam ſæcularibus, quàm quorumcunque Ordinum Regularibus, etiam cuiuſcunque Iuriſpatronatus, etiam Laicorum, etiam quorumcunque Regum & Principum, per Romanos Pontifices prædeceſſores, & ſucceſſores, etiam per ipſummet Vrbanum, ex quacunque cauſa etiam oneroſa, etiam ratione quorumcunque Officiorum, etiam Motu proprio, &c. ad fauorem quarumcunque perſonarum cuiuſcunque Gradus, Dignitatis, & Conditionis fuerint, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant ; non poſſe cuiquam ſuffragari, quoad penſiones, ſeu fructus aliàs tranſlatos, niſi in eis adſit conſenſus penſiones aut fructus huiuſmodi ſoluere debentium, aut quod aliàs penſiones, ſeu fructus huiuſmodi tranſlati fuerint, ſeu de nouo reſeruati, expreſſum ſit, ſeu exprimatur ; & huiuſmodi clauſula apponatur, *Etiam ſi penſiones, ſeu fructus huiuſmodi forſan aliàs tranſlatæ, ſeu tranſlati, vel de nouo reſeruatæ, vel reſeruati fuerint.* Declarat tamen ſe in dicta conſtitutione non comprehendere penſionum tranſlationes, & nouas reſeruationes, pro quibus lata eſſet ſententia in iudicatum tranſacta, vel pro quibus mandatum exequutiuum laxatum, & executioni demandatum fuerit.





# CAPVT XXVIII.

## *ARGVMENTVM.*

LITERÆ Tranſlationis penſionis habent paratam executionem, ſi fuerint iuſtificatæ, aut etiam certis in caſibus non iuſtificatæ niſi ex ſeipſis. Differentia tamen eſt inter viam executiuam, & mandatum de manutenendo. Tranſlatio fieri poteſt per Breue Apoſtolicum, cuius parata executio diuerſa eſt ab ea quæ fit in vim obligationis Cameralis, vel per inſtrumentum publicum in vim facultatis à Papa conceſſæ, aut etiam per viam vltimæ voluntatis : ſed vt Executor ſit certus de ſua iuriſdictione, debent coram eo produci literæ originales, vel ſumptum Regiſtri legitimè factum. In Gallia verò, quomodo hac in re procedatur ? Si tamen transferendi facultas ſit notoria, non eſt neceſſaria hæc productio. De Militibus Sancti Petri, Conclauiſtis, & aliis, qui habent priuilegium transferendi penſiones : & vtrùm facultas retinendi, vel transferendi, limitata ad certam ſummam, ſit in totum nulla, ratione exceſſus.

### SVMMARIVM.

1 *Literæ Tranſlationis penſionis habent paratam executionem : & num.* 11. *in fine.*
2 *In caſu tranſlationis reſcribitur cum clauſula*, ſine retardatione.
3 *Hoc intellige, dummodò literæ Tranſlationis ſint iuſtificatæ, vel non indigeant iuſtificatione.*
4 *Literæ Tranſlationis Motu proprio conceſſæ, non indigent iuſtificatione.*
5 *Transferentis longiſſima poſſeſſio iuuat Translatarium, vt non teneatur iuſtificare.*
6 *Quæ ſit differentia inter viam executiuam, & mandatum de manutenendo, dum agitur de penſionis Tranſlatario.*
7 *Quod dictum eſt de iuſtificatione literarum, multo magis locum habet quando Gratia tranſlationis eſt conditionalis.*
8 *Vt longiſſima transferentis poſſeſſio excuſet Tranſlatarium à iuſtificatione, non ſufficiunt* 20. *anni, ſed debet poſſeſſio illius eſſe ſaltem* 30. *annorum.*
9 *Tranſlatio facta per Breue Apoſtolicum, non requirit conſenſum Titularis.*
10 *Quæ ſit differentia inter executionem literarum Apoſtolicarum, & obligationis Cameralis.*
11 *Literæ Cardinalis Nepotis habentis ſuperintendentiam generalem, impediunt executionem Breuium ſuper Tranſlatione penſionis conceſſarum.*
12 *Tranſlatio penſionis fieri poteſt per inſtrumentum publicum præcedente Summi Pontificis facultate.*
13 *Tranſlatio aliquando fit per viam vltimæ voluntatis.*
14 *Ex quibus verbis conceſſa cenſeatur facultas in vltima voluntate transferendi.*
15 *Dictio*, ſucceſſores, *refertur etiam ad ſuccedentes ex vltima voluntate.*
16 *Tranſlatio in vltima voluntate facta non ſubiacet Regulæ* de viginti diebus.
17 *Reſeruatio penſionis, tranſlatio, & facultas transferendi, ſimul iunguntur ad producendam viam executiuam.*
18 *Facultas transferendi aduerſus quoſcunque ſucceſſores, comprehendit etiam priuilegiatos.*
19 *Tranſlatio fieri poteſt de conſenſu Partium, ex gratia Summi Pontificis.*
20 *Tranſlatarius debet coram executore producere literas originales. Quid ſi probetur per teſtes, Notarium omiſiſſe illam exhibitionem quæ verè facta fuerat, vide num. ſequenti.*
21 *Sufficit tamen productio* ſumpti ex Regiſtro; *quod quomòdo fidem faciat, exponitur.*
22 *In Gallia quomodo iuſtificari debeat ſimplex Signatura ſupplicationis.*
23 *Vtrum ſufficiat quòd tenor tranſlationis inſeratur in proceſſu fulminato, vel Sumptum, in forma* Vidimus.
24 *Iudex ſatis dicitur certus de ſua Iuriſdictione per inſertionem literarum Tranſlationis in proceſſu fulminato.*
25 *Immo ſufficit, ad hoc vt executor ritè procedat, quòd literæ tranſlationis inſerantur in fine inſtrumenti, dummodò Notarij adſit ſubſcriptio.*

26 *Simplicis ſignaturæ productio coram Executore tranſlationis penſionis ſufficit, quando in ea adeſt clauſula*, quòd ſola Signatura ſufficiat.

27 *Parte opponente, literæ originales Tranſlationis penſionis producendæ ſunt coram Iudice executore.*

28 *Copiam copiæ, vel Tranſumptum tranſumpti Literarum coram Executore tranſlationis penſionis producere non ſufficit.*

29 *Quando facultas transferendi eſt notoria, & dum agitur de Conclauiſtis, produci non debet.*

30 *Ceſſante priuilegio executiones Literarum tranſlationis penſionis, non committuntur aliis quàm perſonis in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis.*

31 *Milites Sancti Petri poſſunt transferre penſiones coram Notario & teſtibus ex priuilegio.*

32 *Transferens penſionem coram Executore, non cenſetur recedere à priuilegio quod habet transferendi apud Notarium.*

33 *De Priuilegio transferendi penſiones conceſſo Militibus Sancti Petri, S. Pauli, Lauretanis, & Pijs: & vſque ad quam ſummam transferre poſſint.*

34 *Tranſlatio ſemel facta vigore priuilegij, non poteſt reiterari.*

35 *Tranſlatio limitata ad certam ſummam, ſi vltra illam facta fuerit, non annullatur in totum, ſed in exceſſu tantum.*

36 *Facultas retinendi penſiones extenditur ad obtentas poſt illius conceſſionem, & poteſt ſe compati cum alia facultate retinendi poſtea obtenta.*

37 *In facultate verò transferendi, videndum eſt vtrùm illa conceſſa fuerit intuitu perſonæ, vel intuitu Officij.*

38 *Conceſſio facultatis transferendi dicitur facta intuitu perſonæ, quamuis de officio incidenter mentio facta fuerit.*

39 *Conceſſio intuitu Officij facta, finito Officio expirat.*

40 *Si Officium fuerit acquiſitum pretio, vel ſuffragio; finito Officio, omnia priuilegia Officij extinguntur cum ipſo Officio, nec remanent aliquæ illius reliquiæ.*

41 *Vtrum facultas transferendi penſiones comprehendat impoſitas poſt facultatem, inſpicienda ſunt verba conceſſionis: quod ibi copioſiùs explicatur.*

42 *Facultas transferendi penſionem non ſuffragatur illi, qui ſolam pecuniam dedit pro emendo Officio.*

1 NOTANDVM eſt, literas tranſlatio-
nis penſionis habere paratam executio-
nem, eodem modo quo competebat trans-
ferenti via executiua; Caualer. *deciſ.* 148.
*num.* 1. Veſtr. *in praxi, lib.* 3. *cap. vlt. num.* 3.
† adeo vt non ſoleat reſcribi tranſlatario niſi 2
cum clauſula, *non retardata executione:* Rota
*coram Millino* apud Garſ. *de Benefic. part.* 1.
*cap.* 5. *num.* 470.
Adeo vt ſi cauſa fuerit commiſſa, *ſine re-* 3
*tardatione ſolutionis arbitrio Iudicis*, non de-
beat propterea retardari executio petita pro
conſecutione penſionis, ſub prætextu nulli-
tatis, quando literæ Tranſlationis ſunt iuſti-
ficatæ, vel non indigent iuſtificatione: Mar-
ta *de clauſ. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 13. Rota coram
Durano *deciſ.* 61. *num.* 7. † Non indigent au- 4
tem literæ iuſtificatione, ſi tranſlatio facta
fuerit per Summum Pontificem Motu pro-
prio; Seraphin. *deciſ.* 1484. *num.* 10. & 1498.
*in principio:* † aut etiam ſi transferens fuerit 5
in longiſſima poſſeſſione exigendi penſio-
nem; hæc enim poſſeſſio iuuat tranſlata-
rium, vt non teneatur gratiam ſuam iuſtifi-
care: Rota *in Brixienſi penſionis* 23. *Martij*
1594. *in fine*, apud Marcheſan. *tom.* 1. *fol.*
654. † vbi bene diſtinguit inter executio- 6
nem literarum, pro quarum iuſtificatio-
ne ſufficit allegare longiſſimam transferen-
tis poſſeſſionem: & aliud eſſe dicit, dum agi-
tur de mandato de manutenendo; quia
cùm poſſeſſio vnius, non ſit poſſeſſio alte-
rius, non poteſt dari tranſlatario manda-
tum de manutenendo, ex ſola poſſeſſione
transferentis. † Et ſupradicta procedunt, 7
maximè quando literæ reſeruationis pen-
ſionis eſſent conditionales, veluti cum clau-
ſula, *dummodo penſio medietatem fructuum
non excedat:* hoc enim caſu tenentur tranſ-
latarij gratiam transferentis iuſtificare, niſi
transferens eſſet in longiſſima 30. annorum
poſſeſſione exigendi: Rota *in Mediolanenſi
tranſlat. penſ.* 16. *Ianuarij* 1606. *coram Litta*
apud Marcheſ. *p.* 1. *fol.* 629. † Sed ad hunc 8
effectum, vt tranſlatarius non teneatur ad
iuſtificationem, non ſufficit poſſeſſio 20.
annorum, ſed ad minus debet probari quod
transferens exegerit per 30. annos: vt de-
ciſum teſtatur Gregor. *deciſ.* 57. *num.* 5. &
*deciſ.* 505. *part.* 1. *recent.*
Notandum eſt etiam, tranſlationem pen- 9
ſionis varijs modis fieri poſſe; primò per
Breue Apoſtolicum, in quo non requiritur
conſenſus Titularis, ex traditis per Ro-
tam *in Lucana penſionis coram Orano* 17.
*Februarij* 1592. inſerta apud Zach. *de obli-
gat. Camer. deciſ.* 138. poſt Caccialup. *de
penſ. qu.* 5. ſed ſufficit quod executio petatur
contra eum, qui fructus beneficij percepit,
quamuis non fuerit nominatus in inſtrumen-
to; in quo eſt differentia inter executionem
quæ



quæ fit vigore obligationis Cameralis, & eam
quæ fit vigore literarum Apoſtolicarũ: † illa
enim datur propter obligationem & confeſ-
ſionem debitoris, & non competit contra
non nominatum in inſtrumento; vt per
Zach. *de obligat. Camer. ad Galleſ. quæſt.* 5.
*num.* 18. hæc vero non fundatur in confeſ-
ſione vel obligatione Titularis illiúſve con-
ſenſu quando executio fit vigore Breuis,
ſed in honorem Literarum Apoſtolicarum,
quæ paratam habent executionem ob illa-
rum authoritatem; Mohed. *deciſ.* 17. *vt lite*
11 *pendent.* aliàs *deciſ.* 331. † vbi Additio dicit
hanc authoritatem Breuium & Literarum
huiuſmodi ceſſare, quando adſunt in con-
trarium Literæ miſſiuæ Cardinalis Nepotis
habentis ſuperintendentiam generalem; iux-
ta *deciſ.* Cæſaris de Graſſ. 112. *num.* 2. & 10.
Et quod hæc ſit ratio concedendi executio-
nem Literis Apoſtolicis propter illarum au-
thoritatem & reuerentiam, probat Gloſſ.
*in cap. ſi Capitulo, in verbo, exequatur, &
ſequenti, de conceſſ. præbend.* Rota *deciſ.* 506.
*num.* 1. *part.* 1. *recent.* & *alibi* paſſim.
Et generaliter quod eadem via exequuti-
ua competat Tranſlatario quæ competebat
transferenti, deciſum fuit apud Zachiam
*de obligat. Camer. dicta deciſ.* 138. & in *eodem
tract. quæſt.* 5. *num.* 13.
12 Secundo modo Tranſlatio fieri poteſt
non quidem per Breue, ſeu Literas Apoſto-
licas, ſed per inſtrumentum Tranſlatio-
nis factum præcedente facultate transferendi
conceſſa per Summum Pontificem: & ſimi-
liter hoc ſecundo caſu Tranſlatarius poteſt
cogere Titularem eadem via executiua;
quia non ſeparatim, ſed coniunctim conſi-
derari debent Literæ reſeruationis penſio-
nis, & facultas transferendi, ipſúmque
Tranſlationis inſtrumentum: ideo eodem
modo concedenda eſt exequutio in hoc ſe-
cundo caſu, quo in primo, cùm illa origi-
nem ducat ab ipſa reſeruatione, quæ viam
producit executiuam ſubſecuta facultate
transferendi, & tranſlatione; vt deciſum
fuit in Rota apud Duran. *dicta deciſ.* 60. *num.*
18. & 19.
13 Idem dicendum eſt ſi tranſlatio fiat per
viam vltimæ voluntatis, quando ad id con-
ceſſa fuit facultas à Summo Pontifice, velu-
ti ſi iuxta conuentionem Partium per Bullas
deſuper expeditas fuiſſet concordatum, cum
conſenſu illorum, qui penſiones ſoluere
tenebantur, quod tales penſiones trans-
ferri poſſent per Penſionarium in quaſcun-
que perſonas; & quod tranſirent ad ſucceſ-
ſores ipſius, qui ſucceſſores poſſent tales
penſiones percipere modo & forma quibus
poterat ipſemet transferens. † Quæ verba 14
comprehendunt non ſolùm ſucceſſorem
tranſlatarium per actum inter viuos, ſed
etiam nominandum per vltimam volunta-
tem, tum attenta locutione generali, tum
† quia ſucceſſoris appellatione continetur 15
etiam ille qui ſuccedit per diſpoſitionem
vltimæ voluntatis, vt in iſtis terminis con-
cludit Pariſ. *conſil.* 46. *lib.* 4. & Flamin. Pariſ.
*de reſignat. lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 35. † Vnde cer- 16
tum eſt, non eſſe locum Regulæ, *de infir-
mis reſignantibus*, quando habens faculta-
tem transfert penſionem in infirmitate con-
ſtitutus, licèt intra 20. dies deceſſerit; quia
Regula illa loquens de Beneficiis, non de-
bet extendi ad penſiones: Gambar. *de Le-
gato, tit. de penſionib. num.* 635. Gomeſ. *de
infirm reſignant. quæſt.* 16. *fol.* 86. Et iſto ca-
ſu militat eadem ratio, † vt ſucceſſor iſte 17
poſſit agere via executiua, per rationem
ſupradictam, quòd eodem modo conſide-
randæ ſint Reſeruatio penſionis, Tranſla-
tio, & Facultas transferendi, tanquam tria
ſimul vnita & coniuncta; ex Duran. *dicta
deciſ.* 60. *num.* 18. & 19. & *deciſ.* 67. *num.* 6.
Immo ſi Papa conceſſerit facultatem 18
transferendi penſionem aduersùs quoſcun-
que ſucceſſores, comprehenduntur etiam
ſucceſſores quantumuis priuilegiati; ex no-
tatis per Crauet. *conſil.* 294. *per totum*, Du-
ran. *deciſ.* 67. *num.* 20. † Poteſt etiam pen- 19
ſio transferri de conſenſu Partium ex gra-
tia Summi Pontificis, Viuian. *de iurepatro-
nat. lib.* 13. *cap.* 9. *num.* 52.
Notandum eſt tertiò, quod ſicut dum 20
Penſionarius agit pro conſequenda ſolutio-
ne penſionis contra Titularem, debent co-
ram Executore produci literæ originales
penſionis, ſiue illa gratioſè, ſiue executoriè
conceſſa fuerit, nec non proceſſus fulmi-
natus, quamuis ſufficiat, ſolum proceſſum
fulminatum producere, in quo literæ ipſæ
reſeruationis penſionis ſint inſertæ, donec
Pars opponat aliquid in contrarium; vt
apud Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 532.
† Licet ſufficiat Sumptum Literarum Apo- 21
ſtolicarum ex Regiſtro, quod fidem facit,
ſi ſumptum fuerit ex Regiſtro Bullarum,
non autem ex Regiſtro Supplicationum,
Rota *deciſ.* 10. *de fide inſtrument. in antiquis,
& deciſ.* 28. *num.* 1. *de probat.* Sed tamen
vtrique Regiſtro fidem adhiberi ex ſtylo
Curiæ Romanæ teſtatur Bellencin. *in tractat.
de charit. ſubſidio, quæſt.* 113. dummodò ta-
men manus Officialis, & ſigilla recognoſ-
cantur, vt *ibi* dicit *in fine illius quæſtionis.*
Immò ſi exhibitio Literarum verè facta
fuiſſet Executori, & Notarius omiſiſſet illam

exhibitionem, ſcribere ſufficient illam omiſſionem probari per teſtes; Caualer. *deciſ.* 634. *num.* 3. *in fine.*

22 In Gallia verò, vbi expeditiones beneficiorum non Conſiſtorialium fiunt ſub ſimplici Signatura, non ſufficit producere extractum Supplicationis ſumptum ex officio Graffarij, ſed vel ipſum originale Reſcriptum producendum eſt, vel ſumptum ex Regiſtris Curiæ Romanæ; vt notat Bouchel *in ſumma benefic. in verbo, Signatura, columm.* 2. *verſic. la verification d'vne ſignature:* & nos diximus *quæſt. benefic.* 138. *n.* 12. *tom.* 2.

23 Eodem modo quando agitur de tranſlatione penſionis, quia tranſlatio non valet niſi Literæ facultatis fuerint exhibitę coram Iudice, ſeu Executore, aut proceſſus fulminatus in quo Literæ ſint inſertæ, ſeu Sumptum in forma, *Vidimus*, dummodò poſtea conſtet de originalibus, quando Pars opponit: vt deciſum teſtatur Achill. de Graſſ. *deciſ.* 53. *&* 419. & plures quos citat & ſequitur Garſ. *de benef. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 11.

24 Quando enim in ipſo Tranſlationis inſtrumento, reperitur ad longum regiſtratus tenor facultatis tranſlationis, hoc ſufficit ad effectum, vt Executor de ſua Iuriſdictione ſufficienter ſit certus, & quòd ſecundùm tenorem ſuæ facultatis iudicauerit; ex notatis per Franc. *in cap. cum parati* 19. *columm. penult. verſic. eo enim ipſo, num.* 45. *in fine*, poſt Abbat. *in cap. quoniam contra, num.* 11. *in fine, verſic. & dic quod licet, de probat.* cum aliis quos citat & ſequitur Gratian. *diſcept. forenſ.* 897. *n.* 1. *& ſeq.* 25 *& cap.* 551. *num.* 1. *&* 2. † Et hoc locum habet, etiam ſi regiſtratio facta fuerit in fine inſtrumenti traſlationis, poſt clauſulam, *Actum &c.* quia ſufficit Notarij ſubſcriptionem & fidem de rogitu fuiſſe factam poſt regiſtrationem facultatis, quia tunc dicitur actus perfectus, & non priùs, quando Notarius apponit ſignum & nomen, & facit fidem de rogitu; ita 26 Gratian. *diſcept. foren. d. cap.* 551. *n.* 4. † Sufficiet tamen productio ſimplicis Signaturæ, quando adeſt clauſula, *quod ſola Signatura ſufficiat*, vt in prouiſionibus factis pro Palatinis, vel in beneficiis Galliæ, vt iam dictum eſt; & colligitur ex traditis per Garſ. *d. num.* 11. & docet Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 40. *num.* 35. vbi fusè agit de hac materia.

27 Ratio autem præmiſſorum hæc eſt, quia Iudex debet eſſe certus de ſua Iuriſdictione: non poteſt autem eſſe certus niſi productum fuerit ipſum Originale, nec ſufficiet copia, ſeu tranſumptum authenticum, poſt oppoſitionem de hoc factam per Partem, quamuis in dubio benigniorem partem pro validitate actus Iudex ſequi debeat; & ita intelligi debet *deciſio* 143. *part.* 2. *recent.* & aliæ ſimiles, vt dicit Rota *deciſ.* 265. *à num.* 4. *part.* 7. *recent.* † Certum autem eſt, etiam 28 parte non opponente, non ſufficere copiam copiæ, vel tranſumptum tranſumpti, ſed debere produci coram Iudice Executore ipſum Originale, vel exemplum authenticum, illúdque Iudici præſentari, ad hoc vt certus dicatur de ſua Iuriſdictione, ita vt talis defectus non tollatur per aſſertionem Iudicis dicentis in principio citationis ſe fuiſſe electum Iudicem vigore vnius Bullæ Apoſtolicæ Vrbani VIII. ſcriptæ in pergameno, & ſignatæ cum quodam plumbo pendente in filis ſericis, rubei croceique coloris; quia ex his non infertur ad realem exhibitionem factam coram Executore, cum hæc ſint potius verba Notarij, quàm Iudicis; vt dicitur per Rotam coram Pegna *deciſ.* 6. *num.* 4. *part.* 4. *recent.*

Si tamen facultas transferendi eſſet notoria in Curia, 29 veluti ſi ageretur de Tranſlatione facta per Conclauiſtas, quibus priuilegium transferendi conceſſum, eſt notorium; tunc non eſſet opus productione huiuſmodi facultatis transferendi coram Executore, ſed ſufficeret copia ipſius priuilegij impreſſa; Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 551. *num.* 16. *&* 17.

Immo poſſunt Conclauiſtæ petere execu- 30 tionem tr̃aſlationis coram Canonicis, etiamſi nõ ſint Eccleſiarum Cathedralium, quamuis aliàs ceſſante priuilegio executiones huiuſmodi fieri non poſſint coram aliis quàm coram conſtitutis in Dignitate Eccleſiaſtica, veluti Canonicis Eccleſiarum Cathedralium, qui quoad hoc dicuntur in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituti; iuxta *text. in cap. ſtatutum, de reſcript. in* 6. Gratian. *d. cap.* 551. *num.* 18. † Idem dicendum eſt de Militibus 31 Sancti Petri, qui vigore priuilegiorum ſuorum habent facultatem transferendi penſiones coram Notario & teſtibus; illas enim transferre poſſunt, etiam non oſtenſis ſuis priuilegiis: Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 4. *n.* 3. *iuncto n.* 41. Put. *deciſ.* 334. *lib.* 2. *in correct.* quia hoc caſu Notarius adhibetur, non vt authoritatem interponat, ſed dumtaxat ad probationem. † Et hoc ampliat habere locum, 32 etiam ſi transferens elegerit viam executoris, quia non per hoc receſſiſſe videtur à ſuo priuilegio; vt *ibi* per eum. † Idémque priui- 33 legium Conclauiſtarum, & Militum Sancti Petri, conceſſum fuit Militibus Sancti Pauli, Lauretanis, & Militibus piis; de quibus Pariſ. *dicto lib.* 6. *quæſt.* 4. *num.* 40. dummodò non excedant ſummas in eorum priuilegiis contentas; videlicet Milites Sancti Petri, vſque ad ſummam centum & quinquaginta Ducatorum de Camera; Milites Sancti Pauli 200. Ducatorum; Milites Pij, 150. & Lauretani, 200. Conclauiſtæ 100. Adeo vt non ſit attendenda Deciſio Rotæ 2139. *part.* 3. *diuerſ. lib.* 3. in qua reiecta fuit Tranſlatio penſionis vigore priuilegiorum Militiæ Sancti Petri; cùm ex *ſupradictis deciſionibus* contrarium verius eſſe appareat.



34 Verum etiam eſt, quod tranſlatio ſemel facta per Conclauiſtas, vel ſimiles perſonas, non poteſt reiterari, nec ad alium penſio transferri; vt fuit deciſum in Rota *deciſ.* 485. *num.* 4. *part.* 4. *recent.* niſi tamen produceretur priuilegium continens facultatem transferendi penſiones ſemel tranſlatas, vt *ibidem* dicitur *d. n.* 4. maximè attenta conſtitutione Vrbani VIII. de qua actum fuit 35 *ſuperiori capite, num. vltimo.* † Si tamen tranſlatio facta fuerit per alios Milites priuilegiatos, aut alios habentes facultatem limitatam ad certam ſummam vltra ſummam conceſſam, ſuſtinetur quoad ſummam permiſſam, & vitiatur in exceſſu; quia cùm agatur de ſumma diuidua, vtile per inutile non vitiatur: Mantic. *deciſ.* 153. *n.* 1. quidquid Rota dubitatiuè dixerit *deciſ.* 733. *num.* 10. *par.* 2. *recent.* quia deciſio Manticæ fuit confirmata apud eundem *deciſ.* 273. & *in recent. deciſ.* 689. *num.* 2. quæ eſt poſt Zach. *de obligat. Camer. deciſ.* 138. *num.* 6. Et hanc reſolutionem pluribus allatis deciſionibus confirmat Additio vltima ad Burat. *deciſ.* 12.

36 Sed circa præmiſſa dubitari poteſt, vtrum per dimiſſionem Officiorum, & illorum reſignationem, licita ſit penſionum tranſlatio? Et Reſpondetur quod etiam per venditionem Militiarum Equitum, non expirat facultas retinendi penſiones, quæ ante dimiſſionem obtentæ fuerunt, vt apud Seraphin. *deciſ.* 758. *num.* 1. ſicut nec facultas illa retinendi penſiones vigore priuilegiorum alicuius Religionis Militaris, per conceſſionem alterius facultatis pro certa alia ſumma in vim Militiarum emptarum extinguitur, ſed omnes facultates retinendi penſiones ſimul coaceruantur, vt *in eadem deciſ. num.* 2.

37 Et hæc vera ſunt in priuilegio retinendi penſiones: ſed ſi agatur de priuilegio ſeu facultate transferendi, conſiderandum eſt primò, vtrùm facultas ſeu priuilegium conceſſum fuerit intuitu perſonæ, vel intuitu Dignitatis: ſi enim intuitu perſonæ fuerit data facultas transferendi, durat etiam finito Officio; ad notata *in cap. quoniam Abbas*, & *ibi* Panormitan. *num.* 4. *verſic. Item nota quod* 38 *in Officio, de offic. Iudic. Deleg.* † & dicitur facta conceſſio intuitu perſonæ, & non intuitu Officij, quamuis expreſſio Officij facta fuerit minùs principaliter, vt ſi Papa dixerit *Tibi, qui etiam Miles Sancti Petri es*: aliàs cõſtet relationem principaliter factam fuiſſe ad perſonam: argum. *l. qui habebat, ff. de reb. dub. l. ſi communis ſeruus, circa finem, ff. de ſtipulat. ſeruor.* & tradunt omnes DD. *in d. cap. quoniam Abbas, de offic. Iudic. Deleg.*

Si verò facultas transferendi facta fuerit 39 intuitu Officij, niſi adſit ſpeciale priuilegium ad illam facultatem, finito officio, concedendam, finitur expirante Officio. Vnde cùm Papa conceſſiſſet Scriptoribus Apoſtolicis, vt etiam eſſent Sedis Apoſtolicæ Notarij, fuit iudicatum dimiſſo Officio Scriptoris ceſſaſſe quoque qualitatem Notarij Apoſtolici, quia conſtaret conceſſionem factam fuiſſe intuitu Officij, non perſonæ, quia qualitas Notariatus in eadem oratione iuncta erat qualitati Scriptoris, ex Oldrad. *conſil.* 8. Socin. ſeniore *conſ.* 27. *num.* 13. *&* 18. *vol.* 4. Dec. *conſ.* 92. *columm. vlt. verſic. quinto in propoſito*: & quando Princeps concedit aliquid intuitu alicuius qualitatis, ceſſante qualitate, ceſſat conceſſio: Cuman. & alij *in l. ex facto, ff. de vulgar.* † & priuilegia conceſſa 40 intuitu Officij, non durant finito Officio, maximè quando agitur de Officio acquiſito mediante pecunia, pretio, aut ſuffragio aliquo: tunc enim dimiſſo Officio, ceſſat & Dignitas, & omnes illius reliquiæ, ita vt non remaneant veſtigia aliqua: *l. vniuerſi*, & *ibi* Bart. Ioann. de Plat. & Rebuff. *C. de legationib. lib.* 10. Idem de Platea *in l. eam legem, C. de excuſat. muner. ante fin.* Roland. *conſ.* 66. *num.* 47. *lib.* 1.

Eſt tamen verum, quod licet *ſupra* dictum fuerit, diſtinguendum eſſe inter conceſſiones 41 factas intuitu perſonæ, vel intuitu Officij; non tamen ex eo reſoluitur alia difficultas, vtrùm videlicet facultas transferendi omnes penſiones reſeruatas, extendi poſſit ad poſtea reſeruandas? Reſolutio igitur eſt, attendenda eſſe verba conceſſionis: nam ſi dictum fuerit *de reſeruatis, & in poſterum reſeruandis*, res caret dubio: ſi vero dictum fuerit de penſionibus cum verbis futurum tempus importantibus, veluti ſi dictum fuerit, *de penſionibus tunc, & pro tempore reſeruatis*, quæ clauſula tempus futurum importat, ex Baldo *in cap. cum inter*, per illum textum, *de re iudic.* Rebuff. *in Concord. tit. de Regia ad Prælat. nominatione, verſic. pro tempore:* Barboſ. *clauſ.* 93. *num.* 2. ſi verò ſimpliciter dictum fuerit de tranſlatione *penſionum reſeruatarum*, nec adſint dictiones & clauſulæ, ex quibus poſſit colligi Summum Pontificem concedentem habuiſſe intentionem comprehendendi penſiones poſtea imponendas, tunc conceſſio ad eas ſolum pertinet, quæ tempore conceſſæ facultatis extabant, quia agitur de materia odioſa; in qua ſtricta fieri debet interpretatio:

Gomeſ. *ad regul.de infir.quæſt.*16.*num.*2.*verſic. cum igitur.*

42 Hoc tamen certum eſt, quod ſi quis emerit Officium de ſua pecunia ſub nomine alterius, ille qui pecuniam miniſtrauit non poteſt vti facultate transferendi conceſſa nomine Officij, etiam ſi ipſe ſibi omnimodam Officij diſpoſitionem reſeruaſſet, quia illius perſona non eſt in aliqua conſideratione, ſed ſolum perſona illius qui Officium nomine ſuo emit, licèt ex aliena pecunia: vt probat Lotter. *de re benefic.lib.*1.*q.*36.*n.*88.

# CAPVT XXIX.

## *ARGVMENTVM.*

FACVLTAS transferendi penſionem debet exerceri per ſe, vel per procuratorem, ſed mandatum expirat morte transferentis. Quid ſi ſupplicatio fuerit ſubſcripta in vita transferentis. Vtrùm per ſecundam tranſlationem nullam, cenſeatur reuocatum primum mandatum antea legitimè pro tranſlatione factum; ſed ſi principalis per plures annos penſionem exegerit, oritur ex eo coniectura reuocationis mandati. Nullitatis tranſlationis plurimi caſus proponuntur.

### SVMMARIVM.

1 *Facultas transferendi in vita, vel in morte, debet exerceri viuente transferente.*

2 *Mandatum ad transferendam penſionem expirat morte mandantis.*

3 *Intimatio non poteſt fieri poſt mortem, quia mandata, morte expirant.*

4 *Regulariter tranſlatio penſionis fieri poteſt ab habente facultatem etiam per procuratorem.*

5 *Facultas transferendi penſionem relata ad perſonam, poteſt etiam per procuratorem exerceri.*

6 *Actus mandatus alicui poteſt per procuratorem exerceri, quando non agitur de actione requirente magnam induſtriam.*

7 *Tranſlatio facta per procuratorem poſt obitum transferentis, eſt valida, quando ſupplicatio fuit ſignata ipſo viuente.*

8 *Hoc eſt verum, ſi vltra ſupplicationis ſubſcriptionem concurrit etiam expeditio Literarum.*

9 *Quamuis ſupplicatio ſit ſignata, tamen Literis non expeditis Gratia eſt imperfecta.*

10 *Per Signaturam Gratia eſt perfecta quoad ſubſtantiam, ſed non eſt irreuocabilis niſi per expeditionem Literarum & nouum conſenſum.*

11 *Primus conſenſus præſtitus tempore ſupplicationis, habet tacitam conditionem,* dummodò transferens penſionem, *vel* reſignans in eadem voluntate permaneat.

12 *In Gallia ſtatim poſt Signaturam, Gratia eſt perfecta, nec nouus penſionem transferentis conſenſus requiritur.*

13 *Idem ſi in ſupplicatione adſit clauſula,* quod ſola Signatura ſufficiat.

14 *Hodie non fit expeditio niſi priùs præſtitus fuerit conſenſus in Cancellaria, & de hac materia conſenſus, Remiſſiuè.*

15 *Transferens penſionem, ſi velit, re integra, reuocare; debet reuocationem intimare, & quomodo?*

16 *Quamuis principalis ipſe dederit ſupplicationem, procurator poſtea conſtitutus ad præſtandum conſenſum, non poteſt poſt illius obitum id facere.*

17 *Per ſecundam tranſlationem nulliter factam, vtrùm cenſeatur reuocatum mandatum antea factum ad transferendam penſionem.*

18 *Mutatio voluntatis non præſumitur, niſi per actus contrarios mutata cenſeatur.*

19 *Etiam ex actu nullo præſumitur, transferendi voluntatem fuiſſe mutatam, quia etiam ex actu nullo colligitur mutatio voluntatis.*

20 *Teſtamentum perfectum non tollitur per aliud minùs validum.*

21 *Per conſtitutionem ſecundi procuratoris reuocatur primus, etiam ſi ſecundus mandatum non acceptauerit.*

22 *Ampliatur vt procedat, etiam ſi ſecundum mandatum ſit nullum.*

23 *Ex actu nullo non oritur reuocatio actus validi, quando agitur de diſpoſitione vltimæ voluntatis, ſecùs inter viuos in iis quæ dependent ex voluntate diſponentis.*

24 *Si transferens re integra moriatur, ſicut penſio extinguitur, ita & tranſlatio.*

25 *Mandatum ad transferendum reuocatum præſumitur, ſi transferens poſt multos annos penſionem continuò exegerit.*

26 *Tranſlatio facta per inſtrumentum relatiuè ad aliam ſcripturam, non valet, ſi non conſtet de ſcriptura relata, quando illud inſtrumentum non eſt certum, & nihilominus ex ea inducitur reuocatio primæ tranſlationis.*

27 *Error in nomine præbendarum reddit tranſlationem nullam, niſi aliter conſtet de mente Papæ: & num.*28.

28 *Tranſlatio per errorem facta, reuocat primam tranſlationem, quamuis hæc poſterior ſit nulla.*



1 NOTANDVM eſt, quod licèt ſupra
*in cap.præcedenti, num.* 13. dixerimus,
tranſlationem penſionis poſſe etiam
fieri in certis caſibus per viam vltimæ voluntatis; hoc tamen intelligendum eſt vt procedat; quando ipſemet, cui data fuit generalis
transferendi poteſtas, comprehendens diſpoſitionem vltimæ voluntatis, transfert per ſe,
vel legitimum procuratorem vita ſua durante;
2 ſiquidem † mandata expirāt per mortem
mandantis: Pariſ. *de reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 24.
3 *n.*1 Merlin. *deciſ.*281.*num.*5. † quia ſi tranſlatio fiat mortuo mandante, non poteſt dici
tranſlatio, cùm in ipſo inſtanti mortis Penſionarij, penſio iam extincta reperiatur:
Pariſ. *de reſignat.lib.*6. *quæſt.* 4. *n.*62.*& quæſt.* 4.*num.* 113. Viuian. *de Iurepatr. lib.* 13. *cap.*9.
*num.*41. non poteſt igitur transferri quod non
eſt; quia à priuatione ad habitum non datur
regreſſus: *l. decem.* 117. *ff. de verbor. obligat.*
cum aliis citatis per Barboſ. *axiomat.Iuris* 189.
4 † ſicut dicitur de inſinuatione quæ non poteſt fieri poſt obitum donatoris, quia per
illius mortem mandata expirant, Gratian.
*diſcept.forenſ.cap.* 531.*n.*3. *&* 26. *& cap.* 783.
*per totum:* Ferr.in addit.ad Guidon.Pap. *deciſ.*
325. Gabriel. *conſ.* 158. *lib.* 1. Riminald. Iun.
*conſil.* 119. *num.* 92. *&* 93. *lib.*2. Aretin. *conſil.*
123. Corne. *conſil.*71 *vol.*2. Bald. *conſ.*267.*n.*5.
5 *lib.*5. † licet alioquin ſi procurator procederet tempore habili, tranſlatio per ipſum facta
ſubſiſteret, quia regulariter quod poſſum per
meipſum, poſſum per procuratorem, *cap.
poteſt* 68. *de regul. Iur.in* 6. vt in his terminis
dicit Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 246.
6 † vbi ampliat, vt locum habeat, etiam ſi dictum eſſet, *Tibi concedimus, vel in fauorem
perſonæ per te eligendæ*, cùm hic non ſit actus,
in quo verſari poſſit magna induſtria perſonæ, adinſtar teſtatoris qui mandauit poſt
mortem ſuam fieri inuentarium per talem
Notarium, quo nonobſtante poteſt aſſumi
alius Notarius, dimiſſo illo qui per teſtatorem fuit nominatus, quia non eſt actus in
quo magna exigatur induſtria; & ideo poteſt
fieri per alium Notarium ab hærede eligendum: vt explicauimus *in tractatu de præuent.
Iudic.part.*1.*cap.*3. *num.*26.

Verum eſt tamen, quod ſi mandatum ad 7
transferendum factum fuerit, & procurator
tranſtulerit, & ſupplicatio ſignata fuerit &
redempta, conſenſus præſtitus per procuratorem poſt obitum transferentis eſt validus,
& tranſlatio ſic facta ſubſiſtit; Mohedan.
*deciſ.* 28. *de renunciat.in principio*; † ſecus eſſet 8
ſi ſupplicatio ſignata fuerit, & Literæ non
fuerunt expeditæ, eo enim caſu ſi conſtet de
mutata voluntate transferentis ante obitum
ipſius, non poterit poſt eius mortem procurator præſtare conſenſum. Ratio redditur
apud Mohed. † Quia Literis non expeditis, 9
licèt ſupplicatio ſignata fuerit, Gratia eſt
imperfecta & informis: Rota *deciſ.*20. *de conceſſ.præbend.in nouis, & deciſ.*273.*part.*3.*lib.*3.
*diuerſor.* Cæſar de Graſſ. *deciſ.*47.*num.*5.*&* 6.
& ita deciſum fuit apud Mohedan. *deciſ.* 31.
*in fine, de renunciat.* † Quod tamen ita intelli- 10
gendum eſt, vt quoad ſubſtantiam Gratia
ſit perfecta per ſimplicem Signaturam, ſed
quoad expeditionem Literarum, nouus conſenſus requiratur, & ſic ius quæſitum ſit
quidem, ſed reuocabiliter, ita vt locus ſit
pœnitentiæ donec conſenſus fuerit formaliter præſtitus in Camera, vel Cancellaria; ex
traditis per Gabriel. *conſ.* 194. *num.*4. *lib.* 1.
† quia primus ille conſenſus per procurato- 11
rem præſtitus habet tacitam conditionem,
*quatenus reſignans*, vel *transferens in eadem
voluntate permanſerit:* Rota *deciſ.* 303.*num.*4.
*part.*4.*recent.tom.*2. & *eadem parte*, *deciſ.*382.
*num.* 3. *&* 4. Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *quæſt.*12.
*num.* 37. *& ſeq.* Sed hoc non eſt ita expeditum, quia Gratia quoad ſubſtantiam ex ſola
ſupplicatione redditur perfecta, ſi datata
fuerit, & expedita; conſenſus autem non requiritur, niſi propter validitatem Literarum
iuxta *Regul.* 44. *Cancellar. de conſenſib.* Rota
*dicta deciſ.* 382.*num.* 3. *part.* 4. *recent. tom.* 2.
ſed potiùs propter mutationem voluntatis
illius qui penſionem transferebat.

In Gallia verò, quæſtio iſta ceſſat, quia 12
ſtatim poſt ſignatam ſupplicationem per
verbum, *fiat*, Gratia eſt perfecta & irreuocabilis, † ſicut & in aliis caſibus, in quibus
expeditio Literarum non eſt neceſſaria, ve- 13
luti ſi dictum ſit, *quod ſola Signatura ſufficiat:*
& ex notatis per Gratian. *diſcept.* 550.*n.*27.

Immò & generaliter ex ſtylo hodierno, 14
hæc quæſtio eſt ſuperflua, quia non priùs
apponitur conſenſus in dorſo ſupplicationis
ſignatæ, quàm ille fuerit in Cancellaria præſtitus: vt aduertit Lotter. *de re benefic. lib.* 3.
*quæſt.*16.*num.*59.*verſic.eſt tamen verum:* & nos

adnota

adnotauimus *in primo vol. Quæſt. benefic. quæſt. 26. num.* 20. vbi *per totum illud caput* materiam & praxim conſenſus præſtandi explicauimus: & ſecundum hæc intelligenda eſt *deciſio* Merlini 281. *num.* 15. repetita *deciſ.* 68. *num.* 15. *part.* 6. *recentior.* Creſcent. *deciſ.* 9. *de procurat. aliàs* 219. & Rota *deciſ.* 349. *num.* 10. 11. *&* 12. *part.* 4. *recent.*

15 Quod autem diximus poſſe reuocari conſenſum per procuratorem præſtandum, & ſufficere mutationem voluntatis, locum habet dummodo iſta mutatio & reuocatio voluntatis fuerit intimata reſignatario ſeu tranſlatario, vel ipſi procuratori, vel Notario Cameræ, vel Cancellariæ, Pariſ. *de reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 26. *&* 27. & poſt eum Cokier. *ad d. Regulam Cancellariæ* 44. *num.* 12. vbi etiam
16 addit *num.* 13. † quod ſi principalis ipſe per ſe, & non per procuratorem porrexerit ſupplicationem, & poſtea conſtituerit procuratorem ad conſentiendum reſignationi (quod etiam in Tranſlatione, eadem ratione obtinere debet;) ſi principalis moriatur, poſt eius mortem procurator non poteſt conſenſum præſtare, quia reſpectu ipſius procuratoris res eſt integra, cùm nihil fecerit, & per conſequens morte mandantis mandatum expirauit; *Clement. fin.* & *ibi* DD. *de procurat.* Rota *dicta deciſ.* 303. *num.* 8. *&* 9. *part.* 4. *recent. tom.* 2.

17 Sed ſupponatur, transferentem ante obitum eandem penſionem in alium quàm in primum tranſlatarium transtuliſſe coram Notario & teſtibus, quæ ſecunda tranſlatio fuit nulla & inualida ob defectum exhibitionis literarum originalium facultatis transferendi, coram Iudice ſeu Executore faciendæ, vt ſuperiùs diximus, eo quod illa non facta Iudex non erat certus de ſua Iuriſdictione, dubitari poteſt vtrùm per ſecundam iſtam tranſlationem nulliter factam, cenſeatur reuocatum primum mandatum? ſuper quo dubio aliàs Domini Rotæ Auditores vnanimi conſenſu reſoluerunt, quod per ſecundam tranſlationem nulliter factam videbatur mutata voluntas, ita quod procurator non poſſit ampliùs conſentire in vim primæ diſpoſitionis: Quia quod dicitur, procuratorem poſſe conſenſum præſtare ante obitum conſtituentis, debet intelligi, dummodò prin-
18 cipalis in eadem voluntate perſiſtat. † licèt autem præſumatur in eadem voluntate durare, *cap. maiores, §. fin. de baptiſm.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 37. *num.* 1. *& per totam*, Mantic. *de coniect. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 2. hoc non procedit, ſi probetur mutatio: *l. eum qui, ff. de probat.* cuius hæc ſunt verba: Eum, qui mutatam voluntatem dicit, probare hoc debere: præſumitur autem voluntatis mutatio ex actu contrario aduerſus iam expreſſam voluntatem geſto. Dec. *in l. pacta noniſſima, num.* 10. *C. de Pactis* Menoch. *d. præſumpt.* 37. *num.* 48. † Et quamuis tranſlatio nulliter 19
facta fuerit, non minus ex illo actu mutatio voluntatis colligitur, cuius præſumptio elicitur etiam ex actu nullo: *l. fin.* & *ibi* Bald. *ff. de reb. eorum: l. in teſtamento, ff. de Fideic. libertatibus*, & *in l. gerit. num.* 18. *ff. de acquir. hæred. l. fundum, §. fin. ff. de fundo inſtructo, l. legatum, §. final. ff. de adim. legat.* vt decidit Rota apud Puteum, *deciſ.* 92. *lib.* 2.

Neque obſtat ſi dicatur, quod vnum teſta- 20
mentum perfectum non reuocetur niſi per aliud ſimiliter perfectum, non autem per imperfectum & nullum; *§. poſteriore, Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm. l. ſi iure, ff. de legat.* 3. ita dicendum videtur in caſu iſto, voluntatem non cenſeri mutatam niſi per actum validum.

Quia ad hoc Reſpondetur dupliciter, pri- 21
mò quod non tam inſpiciendum eſt, vtrùm tranſlatio fuerit ſortita effectum ex eo quod nulliter facta fuerit, quàm quod is qui primum mandatum fecerit, habuerit animum recedendi ab eo per voluntatem transferendi in alium, & ſic tacitè reuocauerit primum mandatum; cum Regula generalis ſit, per conſtitutionem ſecundi procuratoris, primum cenſeri reuocatum, *l. ſi quis cum procuratorio, §. fin. ff. de procurat.* quod procedit etiam ſi ſecundus procurator non acceptaſſet mandatum, Bald. *in d. l. ſi quis cum procuratorio, n.* 9. & ibi Angelus *in principio*, Vant. *de nullitate ex defect. inhabilitatis ex defectu mand. n.* 165. † Immo idem ſtatuendum eſt quan- 22
do conſtitutio ſecundi procuratoris eſſet nulliter facta, Creſcent. *deciſ.* 7. *de procurat. num.* 3. & *ibi* Additio marginalis, Puteus *deciſ.* 259. *in vna Abulenſi, lib.* 2. *num.* 3. nec tamen in caſu propoſito agitur de actu reuocatorio, ſed tantum de colligenda voluntatis mutatione, vt procurator non poſſit re integra conſentire; & ſic finitum ſit eius mandatum: Pute. *deciſ.* 92. *in fine, lib.* 2.

Secunda reſponſio eſt, quod obiectio pro- 23
cedit in vltimis voluntatibus, in quibus reuocatio voluntatis non inducitur ex actu nullo: ſecùs tamen eſt, quando verſamur in actu inter viuos, in quo reuocatio inducitur etiam ex actu nullo, in iis quæ dependent ex voluntate alicuius; *l. legatum, §. pater hortos, ff. de aliment. legat.* Alexand. *in l. ſi pluribus, in verſic. item nota ex textu in l. plane, &c. ff. de legat.* 1. & Iaſon. *in l. planè, eodem tit. column.* 2. *verſic. tertio limita iſtum textum:* quibus Doctrinis nititur Put. *d. deciſ.* 259. *num.* 2.

Additur & tertia Reſponſio per Puteum 24
*deciſ.* 921. *n.* 2. quod non verſamur in actu perfecto per primum mandatū, quia ſi reſignans

vel



vel transferens, decedat ante præſtitum conſenſum in Cancellaria, certè beneficium eius per obitum vacaret, & non per reſignationem, eodémque modo penſio eſſet extincta per eius obitum.

25 Hoc idem deciſum fuit apud Mohedan. *deciſ.* 28. *de renunciat.* in cuius deciſionis caſu concurrebat alia coniectura reuocationis mandati, quia transferens poſt tranſlationis ſupplicationem vſque ad obitum exegerat ſemper penſiones tranſlatas, tanquam ſuas, & non tranſlatas; & ſic in fine tranſtulit ad alium: ex quo facto mutatio voluntatis arguitur: *ad l. Paulus, ff. rem rat. haberi*, & prædicta omnia bene declarantur & comprobantur per Rotam *dec.* 38. *num.* 77. *& multis ſequentib. part.* 6. *recent.*

26 Idem dicendum videtur in caſu aliarum nullitatum tranſlationis, veluti ſi tranſlatio facta fuerit per publicum inſtrumentum, cum hac clauſula, *prout in memoriali per transferentem dato*, quia cùm transferens non fuerit ſecutus fidem Notarij, & ſe retulerit ad memoriale, de quo non conſtat, tranſlatio eſt nulla; ſiquidem quando diſpoſitio referens eſt incerta & indeterminata, neque apparet de diſpoſitione relata, illa tunc inutilis eſt: Bartol. & alij DD. *in l. ſi ſic, §.* 1. *ff. de legat.* 1. Peregrin. *de fideicom. artic.* 16. *n.* 111. *verſic. ſecundus caſus.* Puteus *deciſ.* 310. *lib.* 2.

Multò autem magis cenſebitur declarata 27
voluntas circa reuocationem tranſlationis primo loco factæ, ſi opponatur ſecundam tranſlationem non ſubſiſtere tanquam erroneam, vt pote quòd in ea interuenerit error ob falſam expreſſionem præbendarum, ſuper quibus penſiones reſeruatæ ſunt; præſertim ſi conſtet de mente concedentis; tum quia hoc caſu, etiam ſi actus eſſet nullus, tamen ex eo oriretur declaratio voluntatis: quandoquidem licèt actus nullus non poſſit ſortiri effectum quoad principalem diſpoſitionem; tamen ſortitur quoad declarationem voluntatis: per text. *in l. fin. ff. de reb. eorum qui ſub tutel. l.* 2. *C. de confirmand. tutor. l.* 2. *ff. de fideicomm. l. in teſtamento, ff. de fideicommiſſ. libertat.* Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 20. *num.* 1. *& ſequent.* † tum etiam quia error in 28
nomine præbendæ non reddit nullam tranſlationem penſionis, ſi aliunde conſtet de mente & intentione Summi Pontificis concedentis: atque ita per vtramque rationem deciſum fuit, *deciſ.* 281. *part.* 1. *recent.* videlicet ex prima ratione *num.* 7. & ex ſecunda *per totam illam deciſionem.*

# CAPVT XXX.

## ARGVMENTVM.

ELECTIONEM perſonarum, in quas fieri poteſt tranſlatio penſionis, per vltimam voluntatem, non poſſe fieri per deputatos, niſi fiat viuente deputante. Quomodo reſcribatur in commiſſione ad fauorem tranſlatarij petita, ſiue agatur iudicio poſſeſſorio, ſiue via executiua. Quomodo verum ſit, penſionem tranſlatam, eſſe nouam penſionem? In penſionis tranſlatione non eſſe faciendam expreſſionem iuriſpatronatus laicalis, nec aliarum penſionum ſuper eodem beneficio antea impoſitarum, etiam ſi agatur de Iurepatronatus Regio, nec etiam litis pendentis. Et vtrùm facta penſionis tranſlatione, obligationes & fideiuſſiones extinguantur.

### SVMMARIVM.

1 *Nominatio perſonæ tranſlatarij facta in vim vltimæ voluntatis, poſt mortem transferre volentis, non ſubſiſtit.*

2 *Electio perſonæ incertæ de certis poteſt teſtamento committi.*

3 *Nudum factum alteri teſtamento committi poteſt, ſed non arbitrium quod ex legis poteſtate, vel ex natura rei competit.*

4 *Poſſeſſio transferentis non iuuat tranſlatarium in poſſeſſorio iudicio.*

5 *Quando tranſlatarius intentat viam executiuam, ſi aduerſarius appellet, vel de nullitate dicat, reſcribitur cum clauſula;* ſine retardatione ſolutionis.
*Limita vt num.* 15.

6 *Penſio tranſlata non eſt eadem penſio, ſed noua.*
*Intellige vt infra num.* 13. *&* 28.

7 *Tranſlatarius non habet ius à transferente; ſed à Papa.*

8 *Tranſlatarius non poteſt vti acceſſione transferentis.*

9 Ceſſionarius

9 *Ceſſionarius commoditatis penſionis, vtitur iure cedentis.*
10 *Extinctio momentanea conſiderabilis non eſt.*
11 *Solutio momentanea non ſuffragatur.*
12 *Renunciatio etiam in fauorem alterius non infert aditionem hæreditatis.*
14 *Quibus in caſibus penſio tranſlata non indigeat iuſtificatione.*
15 *Gratia tranſlationis indiget iuſtificatione, & in illa non apponitur clauſula commiſſionis* ſine retardatione.
16 *Quando notoriè conſtat de non iure tranſlatarij, commiſſio datur abſque clauſula* ſine retardatione.
17 *In conceſſione tranſlationis pura datur executio, nec retardatur per oppoſitiones, aut appellationes.*
18 *Tranſlatio non habet viam executiuam niſi vigore literarum Apoſtolicarum.*
19 *Tranſlatarius per contractum eſt potius ceſſionarius, & debet agere ex iure cedentis.*
20 *Via executiua non datur ceſſionario, niſi cedens ſeu transferens fuerit in poſſeſſione exigendi.*
21 *Si penſio aut cenſus annuus debeatur Eccleſiæ, ſucceſſor poteſt petere manutentionem nomine ſuæ Eccleſiæ, quæ ſemper poſſidet.*
22 *Tranſlatario, quando abeſt remedium manutentionis, datur remedium immiſſionis.*
23 *Clauſula* dummodo penſiones medietatem fructuum non excedant, *quando faciat gratiam conditionalem.*
24 *Clauſula accedente conſenſu Patroni laici, non refertur ad reſeruationem penſionis, ſed ad prouiſionem beneficij.*
25 *In alienatione bonorum Eccleſiæ, Patroni conſenſus non requiritur.*
26 *In tranſlatione penſionis non debet de neceſſitate fieri expreſſio Iuriſpatronatus etiam laicalis.*
27 *In tranſlatione penſionis, non eſt neceſſe fieri expreſſionem aliarum penſionum, iam antea ſuper eodem beneficio impoſitarum.*
28 *Per tranſlationem penſionis nullum nouum grauamen Eccleſiæ imponitur.*
29 *Supradicta ampliantur vt procedant etiam in iure patronatus Regio.*
30 *Litis pendentis mentio non debet fieri de neceſſitate in penſionis tranſlatione.*
31 *Tranſlatio non requirit conſenſum Titularis, nec exigit cauſæ cognitionem.*
32 *Non obſtante penſionis tranſlatione obligationes & fideiuſſiones ſubſiſtunt.*
33 *Tranſlatio eſt valida quamuis non fuerit intimata Titulari; & quomodo hoc procedat.*

NOTANDVM eſt, illud, quod diximus ſuperiùs, videlicet *cap. 28. num. 13.* tranſlationem ex Pontificia conceſ-
ſione fieri poſſe per actum vltimæ volunta-
tis, ſic intelligendum eſt vt locum habeat, 1
quando tranſlatio fit per ſe, non autem quan-
do actus vltimæ voluntatis mortuo diſpo-
nente exercetur per tertiam perſonam: hoc
enim caſu non valet electio & nominatio
tranſlatarij facta per Tertium, in vim talis
diſpoſitionis: provt euênit poſt mortem
claræ mem. Principis Perreti, cui conceſſa
fuerat à Sixto V. facultas transferendi quaſ-
dam penſiones in fauorem perſonarum eius
familiæ, nominandarum per duas perſonas
in actu tranſlationis nominatas; Rota ſiqui-
dem cenſuit, electionem & nominationem
perſonarum illius familiæ, non potuiſſe fieri
per perſonas deputatas ab ipſo Principe poſt
eius obitum, quia ipſe Princeps non poterat
poſt mortem ſuam mandare nominationem
& electionem perſonarum, nec diſtributio-
nem, & ratam quemlibet concernentem:
cùm in facultate transferendi eſſet electa in-
duſtria perſonæ dicti Principis: vt fuſiùs pro-
bat Rota *dicta deciſ. 38. per totam, part. 6.
recent.*

Quamuis enim poſſit teſtamento relinqui 2
electio perſonarũ incertarum de certis, pro-
vt hoc caſu factum fuerat, *l. vnum ex familia
69. ff. de legat. 2. l. fideicomm. §. ſic fideicommiſ-
ſum. ff. de legat.* 3. Couar. *de teſtament. cap.* 13. *n.*
14. aliàs *in cap. cum tibi.*

Tamen hoc procederet, ſi committeretur 3
alicui nudum factum: ſed hîc commiſſum
fuerat arbitrium, quod fieri non poteſt
quando quis habet poteſtatem alium depu-
tandi, non ex ſe, ſed ex natura rei, vel ex
legis poteſtate: vt probat Rota *d. deciſ.* 38.
*num.* 21.

Notandum etiam eſt, quod licèt ſuperiùs 4
dictum fuerit, tranſlatarium qui non eſt in
quaſi poſſeſſione exigendi, non poſſe ſe
iuuare poſſeſſione transferentis, quia poſſeſ-
ſio vnius, non eſt poſſeſſio alterius: ex quo
ſequitur, hoc caſu in commiſſione obtenta
per Titularem, non apponi clauſulam, *ſine re-
tardatione ſolutionis penſionis*; vt dictum fuit
per Rotam *in Brixienſi penſionis*, de qua Mar-
cheſan. *part. 1. de commiſſ. fol.* 561. quæ etiam
habetur apud Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5.
*num.* 470. † tamen quando tranſlatarius in-
tentat viam executiuam, contra quam Titu- 5
laris obtinet commiſſionem ſuper nullitate
penſionis, ſeu etiam interponit appellatio-
nem, non ſolet reſcribi niſi cum clauſula *ſine
retardatione ſolutionis penſionis.* Quidquid in
contrarium dicat Veſtr. *in praxi, lib. 3. cap. vlt.
num. 2. &* 3. cuius fundamentum non ſubſi-
ſtit: † quia licèt penſio conceſſa tranſlata- 6
rio, non ſit eadem penſio, ſed noua; & ideo
prior penſio ſit planè extincta, & noua creata
in



in fauorem translatarij; Ferret. *conſil.* 53. *num.*
7 10. Gig. *de penſion. quæſt.* 88. *num.* 8. † & trans-
latarius non habeat ius à transferente, ſed à
Papa; Abb. *in cap. 1. in principio, de ſolut.* Rota
*deciſ. 1. in fine, de locato, in nouis*, Gomeſ. *ad
regul. de Triennali, quæſt.* 11. *num.* 14. *&* 15.
8 Gabriel. *conſil.* 186. *num.* 7. *lib.* 1. † & propterea
non poſſit vti quoad poſſeſſionem acceſſione
transferentis, à quo cauſam non habet; *l.
Pomponius, §. ſi liber homo, ff. de acquir. poſſeſſ.*
Gloſſ. *in l. ſi quis ædes, §. libertas, in verbo, in-
tegrum, ff. de ſeruitut. vrbanor. prædior.* & *ibi*
9 Caſtrenſ. *num.* 1. † Quidquid aliud ſit in ceſ-
ſionario penſionis, cuius fructus cedi poſ-
ſunt, cùm conſiſtant in temporalitate, vt ſu-
periùs oſtenſum fuit; & ceſſionarius vtatur
iure cedentis; & ſic poſſit agere executiuè
pro terminis decurſis, & vti iure cedentis,
ſi ſit in quaſi poſſeſſione exigendi: vt deter-
minauit Rota *in Bononien. penſionis* 17. *Maij*
1593. *coram Mellino num.* 1. apud Marcheſ.
*part.* 1. *fol.* 558.

10 Tamen extinctio primæ penſionis trans-
latæ, eſt momentanea, & non fuit facta ad
finem amittendæ penſionis, ſed potius ad
effectum illam acquirendi alteri; & ideo
non eſt in conſideratione, ſed ipſa translatio,
& creatio, propter quam principaliter ex-
tinctio facta fuit, & ſecundum eam regulari
11 debet; † adinſtar ſolutionis momentaneæ
quæ conſiderabilis non eſt: *l. qui ſic ſoluit. ff. de
12 ſolut.* † ſicut etiam dicitur de renunciatione
quæ fit in fauorem alterius cum ceſſione iu-
rium; quia per illam non inducitur aditio
hæreditatis, cùm non fiat ad fines acquiren-
di, ſed tantum ad effectum alteri cedendi &
& remittendi: vt per Rotam apud Puteum
*deciſ.* 507. *num.* 2. *in correct.* Socin. *conſ.* 53.
*num.* 17. *vol.* 4. Rota *deciſ.* 320. *&* 323. *part.* 6.
13 *recent.* † Vnde rationes in contrarium allega-
tæ locum haberent, ſi Eccleſia iam ſemel à
penſione & ſeruitute fuiſſet liberata; quia
tũc ſi altera ſimilis imponeretur, eſſet nouum
grauamen, & omnia interuenire debe-
rent, quæ in prima reſeruatione require-
bantur: ſed in translatione non eſt eadem
ratio, quia vt *ſuprà* dictum eſt, noua qui-
dem quodammodo dicitur penſio, ſed ta-
men eadem remanet in ſubſtantia, cum
ſolum adſit mutatio perſonæ, & delegatio
ſolutionis alteri faciendæ: Pariſ. *conſ.* 5. *num.*
86. *lib.* 4.

Neque obſtat, quod obiectum fuit de ma-
14 nutentione; quia illa non eſt quæſtio caſus
propoſiti, cùm agatur dumtaxat de execu-
tione Literarum Apoſtolicarum, quæ non
indigent iuſtificatione, quando transferens
fuit in longiſſima quaſi poſſeſſione per ſpa-
tium triginta annorum, aut penſio Motu pro-
prio Summi Pontificis conceſſa fuit, & purè,
non autem conditionaliter; hoc enim caſu,
propter honorem Literarũ Apoſtolicarum,
exequutio retardari non debet; vt bene per
Rotam *deciſ.* 122. *per totam part.* 1. *recẽt.* † nam 15
ſi translatio fuiſſet conceſſa conditionaliter,
certum eſt quod cauſa nullitatis penſionis
ſimpliciter committenda eſſet, non autem
cum clauſula, *ſine retardatione ſolutionis pen-
ſionis*, veluti ſi translationis facultas data fuiſ-
ſet ea conditione quod infra tres menſes
translatio intimaretur Titulari, qui ſub illa
conditione conſenſerat translationi, ita
quod ceſſante dicta intimatione infra ter-
minum, translatio eſſet nulla, & extincta,
provt in caſu *deciſionis de reſcript.* apud
Caſſador.

Similiter quando conſtat notoriè transfe- 16
rentem nullũ habuiſſe ius quoad penſionem
tempore translationis, veluti quia transfe-
rens longe ante translationem fuerat promo-
tus ad Epiſcopatũ, per quam promotionem,
vacarunt penſiones quas ipſe priùs obtine-
bat, tunc non conceditur clauſula prædicta
translatario, quia ex eiſdem literis penſionis
oritur actio & exceptio nullitatis, ſeu extin-
ctionis penſionis: & ideo Iudex debet repel-
lere agentem, donec cognitum fuerit ſuper
huiuſmodi nullitate, & extinctione; vt co-
pioſè probat Ferret. *conſil.* 53. *num.* 3. 10. *&
per totum*; † Alioquin executio non retar- 17
datur, licet debitor penſionis allegaret pen-
ſionem non rectè fuiſſe translatam, vt pro-
bat Mareſcot. *lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 21.
*num.* 4.

Verum quidem eſt, quod ſi ageretur de 18
penſione translata ex ſolo conſenſu Benefi-
ciati, illa clauſula, *ſine retardatione*, non eſſet
apponenda in Commiſſione: quamuis aliud
ſit quando translatio facta fuit vigore facul-
tatis Literarum Apoſtolicarum, quia tunc ob
illarum reuerentiam illa clauſula eſſet appo-
nenda; quamuis beneficiatus nunquam ſol-
uiſſet penſionem ſecundo Translatario, ſed
ſolùm primo: Mareſcot. *lib.* 1. *var. reſolut. cap.*
21. *num.* 17. † & ideo dictus Translatarius, qui 19
potiùs in illo caſu dicendus eſt Ceſſionarius,
rectiùs aget, ſi agat ex iure cedentis, cùm
translatio ſine authoritate Summi Pontificis
facta, non ſit valida, niſi iure ceſſo, ex per-
ſona cedentis; ex notatis *in d. deciſ. Bonon.
penſionis, coram Mellino* apud Marcheſ. *part.*
1. *fol.* 558. Rota *deciſ.* 129. *num.* 3. *part.* 1.
*recent.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 36.
*num.* 56.

Et notandum eſt, ſupradicta procedere, 20
quamuis Translatarius nullam vnquam pen-



ſionem

ſionem perceperit; dummodo tamen transferens fuerit in quaſi poſſeſſione illam exigendi; vt bene & eruditè explicat Salgad. *in tract. de Regia protect. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 42. ad quod confert *Deciſio prima de reſtit. ſpoliat. in nouis.* 21 † vbi dicitur, quod poſſeſſor beneficij poteſt agere nomine ſui beneficij pro annua penſione diù ſuis prædeceſſoribus ſoluta, & poſtea ſubtracta, quamuis ipſe nunquam fuerit in poſſeſſione illam exigendi: verum eſt tamen quod illa Deciſio loquitur in aliis terminis, nempe in cenſu, ſeu penſione debita Eccleſiæ, quia illam Eccleſia ſemper poſſidet, & ſic ſucceſſor nomine Eccleſiæ agit pro conſeruanda poſſeſſione.

22 Competit tamen Tranſlatario remedium immiſſionis in poſſeſſionem, quando conſtat de legitima facultate transferendi penſionem, & de ipſa tranſlatione ſubſequuta, nec non de quaſi poſſeſſione exigendi, quando tranſlatarius penſionis habet ſubrogationem gratioſam; vt fuit deciſum *in recent. deciſ.* 642. *num.* 1. *part.* 3. Poſt. *de manutent. obſeruat.* 55. 23 *num.* 155. Quod ampliatur † vt procedat, non obſtante clauſula, *dummodo penſiones medietatem fructuum non excedant*; quæ aliàs videretur facere gratiam conditionalem: Quia hoc procedit quando tranſlatio fuit facta purè, illa verò clauſula fuit appoſita in alio capite ſeparato: vt deciditur *ibid. num.* 3. & apud Caualer. *deciſ.* 148. *num.* 1.

24 Aduertendum quoque eſt in hac materia tranſlationis penſionum, quod licèt quando authoritate Papæ imponitur penſio ſuper beneficio, quod dependet à iure patronatus laicali, debeat fieri huius patronatus expreſſio; quia tali caſu Papa difficiliùs mouetur ad aſſignandam penſionem, vt ſuprà diximus, *cap.* 25. *in principio*. Quod adeo verum eſt, vt procedat, quamuis fuiſſet adiecta in ipſa reſeruatione penſionis illa clauſula, *accedente conſenſu Patroni*, talis enim clauſula referenda eſt ad reſignationem & collationem tituli, non autem ad tranſlationem vel reſeruationem penſionis: non enim ſolet huiuſmodi clauſula inſeri in prouiſionibus, niſi reſpectu ipſius collationis beneficij; non autem reſpectu reſeruationis, vel tranſlationis penſionis, vt deciſum fuit apud Seraphin. *deciſ.* 1264. *num.* 1.

Sed tamen quamuis in reſeruatione penſionis ſuper fructibus beneficij ſpectantis ad ius patronatus laicorum, non ſit neceſſarius Patroni conſenſus; tamen debet omnino fieri mentio dicti Iuriſpatronatus: quia Papa difficiliùs grauat beneficia dependentia à iure patronatus laicali, teſte Viuian. *in praxi Iuriſpatronat. lib.* 13. *cap.* 9. *num.* 26. quod etiam *d. cap.* 25. comprobauimus.

Supradicta confirmantur à ſimili: quia in 25 alienatione bonorum Eccleſiæ patronatæ non requiritur de neceſſitate conſenſus Patroni, vt per DD. *in cap. vnico, vt Eccleſ. benef. ſine dimin. confer.* quia ex tali alienatione non fit præiudicium iuri patronatus: vt poſt Roch. de Curt. *in tract. Iuriſpatronat. in verbo, honorificum, quæſt.* 4. *column.* 2. *in fine*, tradit Viuian. *dicto cap.* 9. *num.* 23.

Sed in tranſlatione non eſt opus vt fiat mentio Iuris patronatus, etiam laicalis; ſufficit 26 enim quod illud fuerit expreſſum in reſeruatione: & ideo valida eſt tranſlatio, quamuis illius mentio non fuerit repetita, vt per Rotam, *deciſ.* 505. *num.* 4. *part.* 1. *recent.* vbi multæ aliæ ſimiles deciſiones allegantur.

Eodem modo, licèt quando ſecunda imponitur penſio ſuper eodē beneficio, neceſſariò 27 exprimendæ ſint penſiones antiquæ ſuper eodem beneficio impoſitæ, ne Eccleſia nimio onere prægrauetur, vt demonſtrauimus in *Quæſt. benefic. tom.* 1. *cap.* 6. Boër. *deciſ.* 162. *per totam*, Gig. *de penſionib. quæſt.* 29. Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 561. tamen in tranſlatione penſionis iam creatæ & formatæ, non eſt neceſſe, vt fiat mentio expreſſa alterius, ſeu aliarum penſionum iam antea impoſitarum ſuper eodem beneficio: Rota *deciſ.* 119. *n.* 2. *part.* 4. *recent.* † Et ratio eſt, quia tunc nullum no- 28 uum Eccleſiæ grauamen imponitur: Rota *deciſ.* 46. *n.* 7. *part.* 5. *recent.* ſiquidem tranſlatio penſionis non eſt noua penſio ſecundum ſubſtantiam, ſed tantum ſecundum accidens, quia non extinguitur in effectu, neque alteratur antiqua penſio, ſed potius renouatur: vt fusè explicat Lotter. *lib.* 1. *quæſt.* 36. *n.* 64. *& mult. ſeqq.* maximè *n.* 75. *&* 76. vt etiam explicat Beltramin. *ad Gregor. deciſ.* 18. *n.* 12. poſt Rotam *deciſ.* 733. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* & *deciſ.* 327. *num.* 4. *part.* 1. *recent.* vbi quod quamuis in tranſlatione penſionis procedatur per viam caſſationis antiquæ, & reſeruationis nouæ; tamen hoc procedit ſolùm ad certos effectus, ſcilicet reſpectu mutationis perſonæ, vt ſciatur quis poſſit exigere, & vt ſciatur per cuius obitum pēſio extinguatur. Hoc tamen obiter notandum eſt, quod ex conſtitutione Vrbani VIII. reuocantur facultates transferendi penſiones ſemel tranſlatas, quæ effectum ſortitæ non ſunt: per eundem; apud Barboſ. in *deciſ. Apoſtol. deciſ.* 570. *num.* 14. qua de re copioſiùs poſtea agemus.

Præmiſſa verò adeo vera ſunt, vt locum 29 habeant, etiamſi ageretur de iure patronatus Regio; cùm penſiones ſuper beneficiis huiuſmodi reſeruatæ transferantur per viam





renouationis Gratiæ antiquæ, quæ non dicitur noua Gratia, ſed eadem ſecundùm ſubſtantiam: Ideo non eſt neceſſaria mentio iuris patronatus etiam Regij; iuxta magis communem opinionem, de qua poſt multos relatos teſtatur Couar. *pract. quæſt. cap.* 36. *num.* 12. Neque obſtat, quod ſub generali diſpoſitione beneficiorum, non veniant illa quæ ſunt de Iure patronatus maximè Regio: Quia illud intelligendum eſt, vt locum habeat, quatenus fieret præiudicium iuri patronatus: vt per Rotam *deciſ.* 307. *num.* 1. *part.* 3. *recent.*

30 Similiter in facultate transferendi penſiones, non eſt de neceſſitate facienda mentio litis pendentis ſuper penſione tranſlata, non ſolùm quando lis eſt calūnioſa, vt per Caſſad. *deciſ.* 7. *num.* 1. *de dolo & contumac.* & *deciſ.* 5. *num.* 3. *vt lite pendente*: ſed etiam generaliter in quacunque lite mota; quia expreſſio litis non redderet Papam difficiliorem ad concedendam tranſlationem, ſiquidem caſſatio antiquæ penſionis, quæ eſt correſpectiua ad reſeruationem nouæ, quæ producitur per tranſlationem, non auget aliquod onus Eccle-
31 ſiæ. † Vnde poteſt tranſlatio fieri authoritate Papæ ſine conſenſu habentis beneficium, & ſine aliqua cauſæ cognitione, quia non grauatur poſſeſſor beneficij, nam æquè morti proximus eſſe poteſt transferens, ſicut tranſlatarius; Pariſ. *conſ.* 5. *num.* 85. *&* 86. *lib.* 4. Flamin. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 4. *num.* 25. Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 256. *vſque ad* 260. Gratian. *diſcept.* 535. *num.* 23. *&* 24.

Ex iis autem quæ ſuperiùs diximus, nem- 32 pe tranſlationem penſionis non producere nouam penſionem quoad ſubſtantiam, reſultat alia notabilis concluſio, nempe fideiuſſiones & obligationes factas in penſionis reſeruatione, illæſas & validas remanere in ipſa tranſlatione in fauorem tranſlatarij, cùm per tranſlationem nullum grauamen nouum inferatur reſpectu perſonæ debentis ſoluere; vt aduertit Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 36. *num.* 76. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 454. *num.* 14. Add. ad Gregor. *deciſ.* 445. *num.* 9. & probatur ex deciſione *Rotæ* inſerta apud Garſ. *de benefic. lib.* 1 *cap.* 5. *num.* 257. † vbi etiam di- 33 citur, tranſlationem penſionis eſſe validam, quamuis non fuerit intimata poſſeſſori beneficij penſione grauati: vide *deciſ.* 278. *num.* 6. apud Merlinum. Immò etiam ſi facta fuerit in abſentia tranſlatarij, dummodo Notarius pro eo fuerit ſtipulatus, interuenerit iuramentum, quod ſupplet abſentiam; vel quod interuenerit tacita ſaltem ratificatio, quæ in fauorabilibus & lucratiuis inducitur per ſolam ſcientiam: Couarr. *in rubr. de teſtam. part.* 3. *num.* 13.

## CAPVT XXXI.

### *ARGVMENTVM.*

TRANSLATIO penſionis non poteſt fieri niſi inter perſonas capaces, veluti in Clericali charactere inſignitas. Quid de illegitimo, etiam in Eccleſiis Cathedralibus? Quid de tranſlatione à patre facta in filium legitimum, vel illegitimum, maximè ſuper Eccleſia quam pater obtinuit? & enumerantur caſus in quibus pater filio illegitimo aliquid conferre poſſit, aut nepotibus ex eo, circa beneficia paterna. Et diffuſiùs explicantur dicta *cap. præcedenti, num.* 27. circa expreſſionem penſionum antea impoſitarum, tam in impoſitione, quàm in tranſlatione penſionis. Quando facultas transferendi fuit limitata, quis teneatur probare tranſlationem eſſe conformem facultati.

SVMMARIVM.

1 *Facultas transferendi penſiones intelligitur quod tranſlatio fiat in perſonas capaces.*
2 *Is, in quem penſio transfertur, debet eſſe Clericus.*
3 *Quando in facultate transferendi adeſt clauſula*, poſtquam Clericali charactere fuerit inſignitus: *ſufficit Clericatus poſt prouiſionem, ſeu tranſlationem penſionis ſuperueniens.*
4 *Stante illa clauſula, penſio non debetur niſi poſt Clericatum.*
5 *Clericatum obtinens à non ſuo Epiſcopo, non eſt capax penſionis, nec tranſlationis illius.*
6 *Illegitimus efficicitur capax penſionis ex eo quod Clericatum obtinuit, etiam ſuper Eccleſiis Cathedralibus.*

7 *Penſio conſideratur, tanquam res temporalis, diſtincta & ſeparata à beneficio.*

8 *Præſumptio boni iuris oritur ad fauorem illegitimi, ex diuturna illius poſſeſſione exigendi penſionem.*

9 *Promotus ad Ordines minores, quamuis illegitimus, eo ipſo capax eſt penſionum etiam ſuper Cathedralibus.*

10 *Penſio ſuper Cathedralibus non indiget ſpeciali expreſſione, quando conceſſio facta fuit verbis ampliſſimis.*

11 *Derogatio Concilij Tridentini quoad illegitimos, ſufficit quod interueniat in reſeruatione penſionis, quamuis non adſit in tranſlatione.*

12 *Illegitimus incapax eſt penſionis, quæ datur in titulum beneficij.*

13 *Epiſcopus diſpenſare poteſt ad minores Ordines ſuper defectu Natalium, ex quacunque cauſa defectus proueniat.*

14 *Diſpenſatio Epiſcopi ſuper defectu Natalium ad minores Ordines, porrigit effectum ad alienam Diœceſim.*

15 *Solus Papa diſpenſat illegitimum ad maiores Ordines, & ad beneficia curata, nec non ad Dignitates Eccleſiaſticas.*

16 *Qui facultatem habet penſiones transferendi, poteſt illas transferre in fauorem proprij filij.*

17 *Tranſlatio penſionis fieri non poteſt in fauorem filij illegitimi ſuper beneficio paterno.*

18 *Contrarium tenuit Gigas, ſed eius opinio aduerſatur* Concilio *Tridentino.*

19 *Quando penſio eſt impoſita ſuper alio beneficio ſito in alia Eccleſia diuerſa ab ea, in qua pater beneficium obtinet, valet tranſlatio facta per patrem filio illegitimo.*

20 *Quando præſumatur fraus in reſignatione cum reſeruatione penſionis per Tertium filio etiam legitimo ſoluendæ.*

21 *Vtrum filius poſſit habere penſionem, patre mortuo, ſi filius ſit illegitimus, in eadem Eccleſia, ſed ſuper diuerſa præbenda ab ea quam pater obtinebat? reſoluitur affirmatiuè.*

22 *Limitatur vt non procedat, quando agitur de penſione erecta in titulum beneficij.*

23 *Penſionem in fraudem Concilij pater in filium illegitimum transferre non poteſt.*

24 *Filius ſuccedere poteſt in beneficio paterno mediatè.*

25 *Nepotes legitimi ex filio illegitimo habentur pro legitimis, dum agitur de beneficio Aui.*

26 *Filius legitimus in eadem Eccleſia cum patre beneficium habere non poteſt, ſed penſionem poteſt.*

27 *Filius illegitimus non poteſt obtinere beneficium, quod pater minùs pacificè poſſedit.*

28 *Ampliatur, etiamſi pater ſolam in Choro ſedem habuiſſet.*

29 *Filius poteſt eſſe Capellanus amouibilis in Eccleſia, in qua pater fuit etiam Capellanus amouibilis.*

30 *Filius illegitimus vtrùm prohibeatur canere, vel miniſtrare in Eccleſia, in qua pater habuit, vel habet beneficium.*

31 *Pater illegitimus non prohibetur habere beneficium in Eccleſia, in qua fuit eius filius.*

32 *Per promotionem ad Epiſcopatum penſiones extinguntur.*

33 *Facultas retinendi penſiones, non comprehendit facultates illas transferendi, nec è contra.*

34 *Facultas transferendi penſiones vtrùm ſit odioſa? & quomodo.*

35 *Quando iam penſio fuit impoſita ſuper aliquo beneficio, debet illius fieri mentio in reſeruatione ſecundæ penſionis.*

36 *Ampliatur vt procedat, quamuis ſecunda penſio eſſet Motu proprio reſeruata.*

37 *Motus proprius nihil operatur, quando agitur de præiudicio Tertij.*

38 *Quando prima penſio eſt nulla, non eſt de neceſſitate exprimenda in impetratione ſecundæ.*

39 *Validitas primæ penſionis probatur leuioribus probationibus.*

40 *Titulus obtentus ab habente poteſtatem, dicitur coloratus.*

41 *Quando penſio eſt conditionalis in ſecunda penſione ſuper eodem beneficio impoſita, illius expreſſio fieri debet; maximè ſi conditio fuerit purificata.*

42 *Reſeruatio in caſum mortis alicuius, penſionem conditionalem reddit.*

43 *Expreſſio penſionis ſub conditione mortis conceſſæ fieri debet, ſi ille fuerit mortuus, aliàs ſecunda penſionis conceſſio non valet.*

44 *Penſionum antea impoſitarum non eſt de neceſſitate facienda mentio in tranſlatione.*

45 *Si in reſeruatione penſionis facta fuerit expreſſio iuris patronatus laicalis, non eſt neceſſe quod fiat in tranſlatione.*

46 *Vtrum Tranſlatarius teneatur probare tranſlationem non excedere ſummam in facultate transferendi limitatam.*

47 *An & quando ſufficiat reo dubiam reddere probationem actoris.*

48 *Explicatur ſenſus Rotæ* deciſ. 10. ſub tit. de probat. in nouis.

49 *Pro validitate actus præſumendum eſt, etiamſi ille pendeat ex aliquo iure ſpeciali.*

CERTISSIMVM eſt, facultatem trãſ- 1
ferendi penſiones, intelligendam
eſſe de tranſlatione facienda in
perſonas



perſonas capaces, Rot. *deciſ.* 539. *part.* 5. *recent.*
*tom.* 2. vbi dicitur ita fuiſſe reſolutum *in Abu-*
*lenſ. penſionis* 1. *Februarij* 1610. *coram Lancel-*
*loto*, cum omnes poſſint illas obtinere, vt ad-
uertit Rota *deciſ.* 38. *num.* 10. *part.* 6. *recent.*
2 Et ideo neceſſe eſt, vt tranſlatarius ſit
Clericus tempore tranſlationis; Rota coram
3 Gregor. *deciſ.* 18. *n.* 5. † Immò ſufficit quod
poſt tranſlationem Clericus factus fuerit, ſi
in facultate transferendi appoſita fuerit illa
clauſula, *poſtquam Clericali charactere fuerit*
*inſignitus*, maximè ſi dictum fuerit, *ex nunc*
*prout ex tunc*: interim tamen donec conditio
impleta fuerit, penſio non debetur: Rota *d.*
*deciſ.* 539. *n.* 1. *& ſeq. part.* 5. Gabriel. *conſil.* 189.
4 *num.* 7. *vol.* 2. † Sed hoc intelligitur vt pro-
cedat, quando Clericatus legitimè & ritè
collatus fuit: & ideo qui à non proprio Epiſ-
5 copo Clericatum obtinuit, non eſt capax,
vt in eum transferatur penſio, ſecundum
Gabriel. *d. conſil.* 189. quia eſt inhabilis, *cap.*
1. *&* 3. vbi DD. *de temp. ordin. in* 6. Concil.
Trident. *ſeſſ.* 14. *de reformat. cap.* 2. *& ſeſſ.* 23.
*cap.* 8. Rota *deciſ.* 731. *part.* 1. *diuerſ.* Idcirco
non potuit in eum penſio transferri, Gabriel.
*conſil.* 181. *num.* 6. *lib.* 2. Pariſ. *lib.* 4. *q.* 2. *ſub n.* 60.
Cæſar de Graſſis *deciſ. vnica, de præſumpt.*
*num.* 3. Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 143.
vbi in terminis tranſlationis, refert duas Ro-
tæ deciſiones.
6 Ex eo autem quod quis Clericatum obti-
nuit, quamuis ſit illegitimus, efficitur capax
penſionum Eccleſiaſticarum, etiam ſuper
Eccleſiis Cathedralibus impoſitarum: Rot.
7 *deciſ.* 425. *part.* 1. *diuerſ.* † quia penſio conſide-
ratur hoc caſu tãquam ius quoddam tempo-
rale formale, & omnino diſtinctum ab ipſo
beneficio; vt Rota *ibid.* concludit *in fine deci-*
*ſionis*, adeo vt non indigeat ſpeciali diſpenſa-
tione obtinendi penſiones; Gratian. *diſcept.*
*forenſ. cap.* 397. *num.* 11. *&* 12. vt poſt Gomeſ.
*in Regul. de Annali, quæſt.* 21. probat Duran.
*deciſ.* 143. *num.* 1. multo magis ſi quis ſit in
quaſi-poſſeſſione tam Clericatus, quàm exi-
gendi penſiones: Rot. apud Gregor. *deciſ.*
8 353. *num.* 10. † vbi dicit quod ſi illegitimus per
longum tempus poſſedit beneficium, quod
vti illegitimus obtinere non potuiſſet, præ-
ſumitur ex hoc illud Canonicè poſſediſſe, &
ſecum fuiſſe diſpenſatum: Duran. *d. deciſ.* 143.
*num.* 2. & iſta dicitur probatio probata, vt di-
cit Caſſador. *deciſ.* 4. *num.* 5. *de cauſ. poſſeſſ. &*
9 *propriet.* † Quod multo magis dicendum eſt
in eo, qui promotus eſt ad Ordines minores;
quibus obtentis, eo ipſo efficitur capax om-
nium & quarumcunque penſionum, etiam
ſuper Cathedralibus: iuxta doctrinam Gloſſæ
communiter approbatam, *in Clement.* 1. *in*
*verbo, inhibentes, de iure patronat.* allegatam
per Duran. *deciſ.* 117. *n.* 18. Coccin. *deciſ.* 31.
*num.* 8. † Immò facultas transferendi penſio- 10
nes verbis ampliſſimis conceſſa, comprehen-
dit tranſlationem penſionum impoſitarum
etiam ſuper Eccleſiis Cathedralibus, quam-
uis aliàs regulariter illæ ſint ſpeciali nota di-
gnæ, per text. *in cap. dilectus, de conceſſ. præ-*
*bend. & cap.* 2. & *ibi* Gloſſ. *in verbo, Dignita-*
*tem, l.* 6. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellariæ, gloſ.* 9.
*num.* 36. Gambar. *de poteſt. Legati, lib.* 2. *à num.*
41. Ita determinat Gratian. *diſcept. forenſ.*
*cap.* 551. *num.* 19. vbi dicit, priuilegium con-
ceſſum Conclauiſtis, quibus datur facultas
transferendi quaſcunque penſiones ſuper
quibuſcunque fructibus quorumcunque be-
neficiorum Eccleſiaſticorum; propter illa
verba vniuerſalia, comprehendere penſio-
nes impoſitas ſuper Eccleſiis Cathedralibus;
dicens ita fuiſſe deciſum: † & ſubdit, quod 11
valebit tranſlatio, quamuis non fuerit dero-
gatum Concilio Lateranenſi, cùm ſufficiat
fuiſſe ei derogatum in ipſa penſionis impoſi-
tione, ſeu reſeruatione.
Quod locum non habet in penſionibus 12
quæ dantur in titulum beneficij, quia illa-
rum incapax eſt illegitimus, quamuis ſit Cle-
ricus: Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 116.
Gomeſ. *ad regul. de Annali. quæſt.* 21. *circa fi-*
*nem*; atque ita concludit, & diſtinguit Lup.
*de illegitim. comment.* 1. §. 3. *num.* 29.
Quod autem dictum eſt de illegitimo ad 13
Clericatum promoto, vt ſcilicet capax ſit
penſionis eo ipſo quod obtinet Clericatum,
probatur ex *cap.* 1. *de fil. presbyter. lib.* 6. vbi di-
citur, quod qui defectum Natalium patitur,
poteſt promoueri ad Ordines minores, &
obtinere beneficium, cui cura non imminet
animarum; cuius diſpoſitio procedit vnde-
cunque proueniat impedimentum defectus
Natalium, vt ſcilicet Epiſcopus cum talibus
diſpenſare poſſit, quomodocunque proueniat
talis defectus, ſiue agatur de eo qui genitus
eſt ex ſoluto & ſoluta, ſiue ex coniugato &
ſoluta, ſeu ex Presbytero, aut Religioſo &
ſoluta: per Gloſſ. *in dicto cap.* 1. *de filiis presby-*
*teror. in* 6. *in verbo, defectum*: † taliſque diſ- 14
penſatio ſuum producit effectum; etiamſi
ſimplex beneficium, aut penſio ſit in Diœceſi
alterius Epiſcopi, vt poſt Maiol. *de Irregul. lib.*
1. *cap.* 8. *n.* 8. *& ſequent.* probat Pyrrh. Corrad.
*in praxi diſpenſat. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 9. † ad maio- 15
res tamen Ordines & beneficia Curata Epi-
ſcopus diſpenſare non poteſt; ſed Papa: *dicto*
*cap.* 1. *verſic. ad Ordines*: & *ibi* Gloſſ. *de filiis pres-*
*byter. in* 6. ſicut ſolus Papa cum illegitimis
diſpenſat ad Dignitates, Perſonatus, ſeu Ca-
nonicatus in Eccleſiis Cathedralibus, de qui-
bus Viuian. *de Iurepatronat. lib.* 6. *cap.* 4. *num.*
23. *& ſequent.*

16 Notandum quoque eſt, quod qui facul-
tatem habet transferendi penſionem, po-
teſt etiam illam transferre in fauorem pro-
prij filij, non obſtante Conſtitutione Cle-
mentis VII. cuius meminit Gigas *in tract. de
penſionib. quæſt.* 86. quia ratio prohibitionis
dictæ Conſtitutionis fundatur in eo quod
non debet tolerari ſucceſſio in beneficiis, &
filius non debet miniſtrare in Eccleſia, in
qua pater miniſtrauit, tanquam illius hæres;
quæ ratio ceſſat in penſione, quæ propriè
*Beneficij* appellatione non venit, & in ea non
poteſt conſiderari ſucceſſio adminiſtrationis,
vt probat Pariſ. *de reſignat. lib. 6. quæſt. 4. num.*
21. *&* 22. idque non obſtante diſpoſitione
Concilij Trident. *ſeſſ. 25. c. 15 de reform* & *ibi*
Barboſ. *n.* 35. quia locũ non habet in penſione.
17 † Si tamen filius eſſet illegitimus, non poſſet
in eum transferri penſio ſuper fructibus be-
neficij quod eius pater obtinet, vel obtinuit;
Seraphin. *deciſ.* 1442. *num.* 15. Gratian. *d. cap.*
397. *ex num.* 24. Campanil. *in diuerſ. iuris Ca-
nonici, rubric.* 11. *cap.* 13. *num.* 70. Barboſ. *de po-
teſt. Epiſc. allegat.* 65. *num.* 26. Rota *deciſ.* 549.
*num.* 4. *part.* 2. *recent.* Burat. *deciſ.* 53. *num.* 3.

18 In hoc tamen capite duo caſus diſtin-
guendi ſunt. Primus eſt, quando agitur de
penſione impoſita ſuper beneficio quod pa-
ter obtinuit, ita quod pater renunciet be-
neficium ſuum in fauorem Tertij, impoſita
penſione ſoluenda filio ſuo; quod fieri poſſe
multis rationibus impulſus contendit Gigas
*in tract. de penſ. quæſt.* 86. *num.* 5. *verſic. prædictis
tamen non obſtantibus*: & in *additione ibi poſita.*
Sed illius opinio ſubſiſtere non poteſt, ma-
ximè propter expreſſam diſpoſitionem Con-
cilij Trident. *dicta ſeſſ. 25. cap. 15. de reformat.*
in illis verbis, *Non liceat filiis Clericorum, qui
non ex legitimo nati ſunt matrimonio in Eccleſiis,
vbi eorum patres beneficium aliquod Eccleſiaſti-
cum habent, aut habuerunt, quodcunque, etiam
diſſimile beneficium obtinere, nec in dictis Eccle-
ſiis quoquo modo miniſtrare: nec penſiones ſuper
fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obti-
nent, vel aliàs obtinuerunt, habere*: atque ita vl-
tra ſuprà citatos Doctores probat Barboſ.
*de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 65. *num.* 26.

19 Secundus caſus eſt, ſi pater habeat facul-
tatem transferendi penſionem impoſitam
ſuper beneficio, ſito in alia diſtincta Eccleſia,
in qua pater nullum beneficium obtinet,
aut obtinuit; & hoc caſu pater poteſt illam
penſionem transferre in filium Clericum,
etiam illegitimum; vt concludit Gonzal. *ad
regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 5. *num.* 22. *&* 23. Gratian. *diſ-
cept. forenſ. cap.* 397. *num.* 1. dicens ita aliàs de-
terminaſſe ſacram Concilij Congregatio-
nem; Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 3. *num.* 34.

20 Si tamen Clericus legitimus reſignet ſuum
Canonicatum in fauorem Tertij, reſeruata
penſione ſuper Parochiali, quam pater illius
Tertij obtinet; hoc præſumitur factum in
fraudem conſtitutionis Conciliaris, & ideo
non ſubſiſtit: vt probat Barboſ. *dicta alleg.*
65. *num.* 27. *verſic. poteſt aliquando.*

Sed quid ſi filius illegitimus prætendat 21
obtinere penſionem ſuper eadem præbenda
Cathedralis Eccleſiæ, ſuper qua eius pater
obtinuit aliam penſionem dum viueret; ſi
idem pater defunctus habuit præbendam in
eadem Eccleſia Cathedrali, non tamen illam
ſuper qua filius prætendit obtinere penſio-
nem, vtrum obſtet diſpoſitio prædicti Con-
cilij Tridentini, cùm videatur illam non de-
bere extendi ad caſum impoſitionis penſio-
nis ſuper præbenda, in qua pater habuit
penſionem, cùm Conſtitutio illa ſit exorbi-
tans, & ideo non ſit extendenda, cùm lo-
quatur ſolùm quando penſio eſt reſeruata
ſuper beneficio quod pater habuit, † Et ideo
licèt pater habuerit aliam præbendam in ea-
dem Eccleſia Cathedrali, hoc non videtur
obſtare filio, qui nunc obtenturus eſt pen-
ſionem; cùm Concilium ſolùm prohibeat
penſionem ſuper fructibus beneficiorum,
quæ parentes obtinuerunt, vel obtinent;
provt ita concludit Gratian. *d. cap.* 397. *num.*
4. *& ſeq. vſque ad* 22. quem citat & ſequitur
Campanil. *in diuerſ. iuris Canon. dicta rubric.*
11. *cap.* 13. *num.* 70. *verſic. ſed penſionem.*

Si verò ageretur de penſione, quæ con- 22
ſueuiſſet aſſignari in titulum, de qua per DD.
*in cap. conquerente, de Cleric. non reſidentib. &
cap. dudum, de præſumpt.* de qua nos ſuperiùs
egimus, necnon *in noſtris Quæſt. benefic. part.*
2. *cap.* 1. § 4. *num.* 22. talis penſio compre-
henderetur in conſtitutione Concilij, nec
poſſet transferri per patrem in filium illegi-
timum, cùm cenſeatur beneficium Eccleſia-
ſticum, & nos *ibidem* oſtendimus; Gigas
*dicta quæſt.* 86. *num.* 9. Gratian. *loco citato,
num.* 22.

Similitèr quando pater habuiſſet penſio- 23
nem ex cauſa reſignationis ne nimium diſ-
pendium pateretur, cum facultate illam
transferendi, tali caſu pater non poſſet trans-
ferre penſionem in filium illegitimum, quia
hoc modo fieret fraus decreto Concilij, vt
teſtatur Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 4. *num.*
23. quem ſequitur Gratian. *dicto cap.* 397.
*num.* 23. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 40.
*num.* 196.

Quæ autem pater Clericus conferre poſ- 24
ſit in filios illegitimos Clericos? enumerat
Barboſ. *ad d. Concil. Trident. dicta ſeſſione* 25.
*cap.* 15. Et primò quidem aſſerit, filium ſuc-
cedere poſſe in beneficio paterno, non qui-
dem immediatè, ſed mediatè, videlicet ſi





aliud idem beneficium poſt mortem vel di-
miſſionem patris per triginta annos poſſe-
derit; quia tunc cùm lapſu tanti temporis me-
moria paternæ incontinentiæ tolli videatur,
filium hoc caſu ad paternum beneficium
promoueri poſſe exiſtimat Gonzal. *ad gloſſ.*
5. §. 5. *num.* 33. quem ſequitur Barboſ. *d. alle-
gat.* 65. *num.* 19.

25 Secundò, nepotes legitimi ex filio illegi-
timo poſſunt ſuccedere, aut penſionem ob-
tinere; iuxta ſententiam plurimorum, quos
citat Barboſ. *d. cap.* 15. *de reformat. num.* 7. Sera-
phin. *deciſ.* 1442. *num.* 11.

26 Tertiò, filij legitimi poſſunt obtinere pen-
ſiones in eadem Eccleſia, in qua pater bene-
ficium habet, vel habuit; non tamen habere
poſſunt ſine diſpenſatione idem benefi-
cium paternum: Barboſ. *d. cap.* 15. *num.* 11.
12. *&* 13.

27 Quartò, filius illegitimus arcetur à bene-
ficio paterno, licèt pater illud minus pacificè
poſſederit; Garſ. *de benefic. d. part.* 7. *cap.* 3.
*num.* 59.

28 Quintò, hoc procedit etiamſi pater ha-
buiſſet ſolam ſedem in Choro ratione Dig-
nitatis quam in alia Eccleſia obtinebat; Garſ.
*loco citato, num.* 66.

29 Sextò, filius illegitimus non prohibetur
deſeruire tanquam Capellanus amouibilis in
Eccleſia, in qua pater fuit etiam Capellanus
amouibilis; Barboſ. *loco cit. n.* 24. cum pluribus
per eum citatis.

30 An autem filius illegitimus prohibeatur
miniſtrare, vel celebrare, aut canere in Ec-
cleſia, in qua pater habuit, vel habet bene-
ficium, & alia ad materiam ſpectantia, vi-
deri poterunt apud Barboſam *locis citatis*, &
alios DD. *ibidem* allegatos, cùm hæc non con-
cernant materiam penſionum.

31 Septimò, hanc prohibitionem, quæ lo-
quitur de filio, non extendi ad patrem, ita
vt pater non prohibeatur ſuccedere imme-
diatè in beneficio quod filius obtinuit, multi
Doctores exiſtimarunt: nam ſi ad arcendam
memoriam paternæ incontinentiæ filij ex-
cluduntur, non poſſunt parentes ea de cau-
ſa arceri, quia contemplatio incontinentiæ
patris haberi quidem poteſt reſpectu filij, ſed
non poteſt conſiderari reſpectu patris; & ideo
Rot. cenſuit dictum decretum prohibito-
rium non eſſe extendendum de filiis ad pa-
tres: vt decidit Rota apud Seraphin. *dicta de-
ciſ.* 1442. *num.* 16.

32 Notandum eſt inſuper, quod licet per pro-
motionem ad Epiſcopatum beneficia & pen-
ſiones vacent, & retineri non poſſint, vt ſu-
periùs oſtendimus, & tradit Abb. *in cap. cum
in cunctis, §. cum verò, de electione*, Gig. *de pen-
ſionib. quæſt.* 56. *num.* 2. *circa finem*, Lotter. *de re
benefic. lib.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 14. † tamen ſolet 33
cum Epiſcopis diſpenſari, vt penſiones non
obſtante promotione ad Epiſcopatum reti-
nere poſſint; ſed tamen eo caſu facultas re-
tinendi non eſt extendenda ad facultatem
transferendi, vt fuit deciſum apud Verall.
*deciſ.* 303. quia tranſlatio penſionis eſt odio-
ſa, & contra naturam penſionis, quæ limi-
tata eſt ad tempus, & extinguitur morte
Penſionarij. Ideo qualitas facultatis transfe-
rendi, non poteſt comprehendi in facultate
retinendi, niſi in ea de hac facultate ſpecialis
fiat mentio, vt fuit deciſum apud Verall. *part.*
2. *deciſ.* 303. *&* 319. Gratian. *diſcept. forenſ.
cap.* 551. *num.* 33.

Quamuis tranſlationem penſionis minùs 34
odioſam eſſe aſſerat Duranus *deciſ.* 67. *n.* 3.
aut ſi odioſa ſit, non eſſe odioſam odio irra-
tionabili ſicut eſt ipſa penſio, Gonzal. *ad reg.*
6. *præm. num.* 21. *ſuper Regul.* 8. Rota *deciſ.* 240.
*num.* 24. *parte prima diuerſor.* & in *fine libri de-
ciſ.* 86. *num.* 8. † Immò ſicut noua ſeruitutis 35
conſtitutio magis odioſa eſt quàm eiuſdem
ſeruitutis prorogatio, ita & noua penſionis
conſtitutio magis odioſa videtur quàm illius
tranſlatio vt *dicta deciſ.* 67. *n.* 3.

Præterea in hac tranſlationis penſionum
materia, hoc cõſideratione dignum eſt, quod
licèt impoſitio penſionis ſuper aliquo bene-
ficio, non ſit valida, ſi in ea non fuerit facta
mentio aliarum penſionum ſuper eodem be-
neficio impoſitarum, cùm Papa non inten-
dat beneficia duplici onere prægrauare, ad
notata in *cap. mandatum, de reſcript.* Caſſa-
dor. *deciſ.* 3. *de penſionibus*, Mohed. *deciſ.* 11.
*de locato & conducto.* Boer. *deciſ.* 162. *in prima
parte*, quod locum habet † etiam ſi ſecunda 36
penſio eſſet reſeruata Motu proprio; Mantic.
*deciſ.* 93. *num.* 1. † Quia Motus proprius ni- 37
hil operatur quando agitur de præiudicio
Tertij, provt hic, vbi agitur de præiudicio
poſſidentis beneficium iam grauatum, &
præterea quando adeſt defectus intentionis,
vt *ibi* probat Gigas.

Tamen hæc concluſio limitatur vt non 38
procedat, quando prima penſio eſt nulla,
quia eo caſu non poſſet dici quod beneficium
eſſet duplici onere grauatum; & quod nul-
lum eſt, non poteſt producere aliquem ef-
fectum; *l. non videtur* 3. *ff. de Iudic.* † Ad 39
probandam tamen validitatem primæ pen-
ſionis, non requiritur tam exacta probatio,
cùm de hoc agatur incidenter, quæ requi-
reretur, ſi ageretur de illius canonizatione;
Bart. *in l. quidam in ſuo, num.* 4. *de condit. in-
ſtitut.* Boer. *deciſ.* 72. *num.* 8. Seraphin. *deciſ.*
1287. *num.* 3. & præciſè in his terminis, Rota
*deciſ.* 739. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* vbi dicitur ad
hanc probationem ſufficere quod conſtet de

literis reſeruationis, iuncta quaſi poſſeſſione
40 exigendi, *num.* 4. † quia Literæ dant titulum
coloratum, quando emanant ab habente po-
teſtatem; vt dicitur *in dicta deciſione.*

41 Quod ſi prima penſio eſſet impoſita con-
ditionaliter, faciendam etiam eſſe hoc caſu
expreſſionem illius, cenſuit Garſ. *de benefic.
part.* 1. *cap.* 5. *num.* 562. allegans ad hoc duas
Rotæ deciſiones. Et hoc maxime procedit, ſi
conditio ſub qua prima penſio conceſſa fuit,
reperiretur purificata tempore ſecundæ con-
42 ceſſionis, † veluti ſi prima penſio eſſet reſer-
uata poſt mortem alicuius, quæ conceſſio eſt
conditionalis, quia dies incertus quando
venturus ſit, facit conditionem, licèt certum
ſit, quod aliquando eueniet: *l.* 1. *§. dies autem,
& l. hæres meus* 78. *§. hæres meus, ff. de condit. &
demonſtr. l. huiuſmodi* 13. *ff. quand. dies leg. cedat.*
43 † & ſi ille, poſt cuius mortis tempus prima
penſio conceſſa, ſeu reſeruata fuit, reperi-
retur mortuus tempore ſecundæ conceſſio-
nis; & per conſequens conditio ſub qua pri-
ma penſio fuerat reſeruata, eſſet verificata,
multo magis exprimi deberet antiqua illa
penſio; vt decidit Rota apud Mohed. *de. ſ.*
11. *de locato.*

44 Tamen quando agitur de tranſlatione pẽ-
ſionis, illa eſt valida, etiam ſi nulla fiat in ipſa
mentio penſionum anteriorum ſuper eodem
beneficio impoſitarum, quia nullum nouum
onus imponitur beneficio, ſed antiquum
dumtaxat prorogatur, cum penſio tranſlata
non imponat nouam ſeruitutem beneficio,
ſed antiquam conſeruet, nouam intellige
quoad ſubſtantiam, quia in effectu eadem
eſt eſſentialiter reſeruata & tranſlata: Rota
*deciſ.* 46. *num.* 7. *part.* 5. *recent.* quod pro-
cedit etiam ſi tranſlatio fieret in articulo
mortis illius qui transfert: Add. ad Burat.
*deciſ.* 638. *num.* 9. vbi aliæ deciſiones alle-
gantur: quod etiam probauimus ſuperiùs,
*cap.* 30. *num.* 27. † Et eadem ratione ſi in re-
45 ſeruatione penſionis facta fuerit expreſſio
iuriſpatronatus Laicalis, non eſt iterum ne-
ceſſe quòd illa fiat in tranſlatione penſionis:
Rota *deciſ.* 505. *num.* 4. *part.* 1. *recent.*

46 Cæterum quia ſuperiùs, maximè *num.*
13. Diximus, gratiam tranſlationis pen-
ſionis conditionalem eſſe iuſtificandam, fuit
aliàs dubitatum circa hanc Iuſtificationem
quid dicendum ſit, ſi in tranſlatione ſeu
in priuilegio transferendi facultas fuerit li-
mitata ad certam ſummam, veluti 150. ſcu-
torum, & ex lectura tranſlationis appareat
per eam transferri penſiones vſque ad illam
ſummam, & non maiorem; reus verò dicat
adeſſe tranſlationes præcedentes, quibus
mediantibus vltima tranſlatio excedat illam
ſummam? In quo dubio reſoluendum eſt,
quod cum de iure actoris euidenter appareat
per lecturam publici inſtrumenti, ipſe non
tenetur ad aliam probationem; Immo onus
probandi adeſſe alias penſiones ſpectare ad
reum excipientem. † Quamuis enim reo 47
ſufficiat dubiam reddere probationem acto-
ris, Bart. *in l. admonendi, num.* 51. *ff. de iure-
iur. verſic. Quæro vtrum vna probatio.* hoc pro-
cedit ex mente Bartoli & aliorum, quando
probatio actoris eſt imperfecta: Rip. *in dicta
l. admonendi, num.* 211. Iaſ. *in* 2 *Lectura num.*
269. vbi quod hæc eſt vera & indubitata ſen-
tentia: Seraphin. *deciſ.* 889. *num.* 4. Sed quan-
do probatio actoris eſt certa, onus probandi
exceptionem incumbit reo, nec ſufficit quod
intentio actoris reddatur turbida per reum:
Deci *in cap. in præſentia, num.* 12. *de probat.* ſi-
quidem reus ſuam exceptionem concluden-
ter probare tenetur, & probat text. *in l. quin-
genta, verſic. nam ſi creditor*: & *ibi* Bald. *ff. de
probat.* Crauet. *conſ.* 226. *num.* 6. Bellam. *deciſ.*
76. *num.* 3. *verſic. tenetur enim reus*: & docet
Bald. *in l. non ſolum, §. & vt probare, num.* 4. *ff.
de nou. oper. nunciat.* & ſecundum prædicta
fuit iudicatum apud Pute. *deciſ.* 396. *lib.* 2.

Neque obſtat quod aliàs Rota *in deciſ.* 19. 48
*de probat. in nouis*, dixit quod ſi collator ali-
quis habeat facultatem conferendi benefi-
cia certi valoris & numeri, beneficium ab
illo recipiens tenetur probare beneficium
collatum eſſe intra taxam & numerum; ergo
eadem ratione videtur dicendum non ſuf-
ficere productionem tranſlationis, niſi etiam
probetur illam eſſe intra ſummam limi-
tatam.

Quia reſpondetur illud ſpecialiter in ca-
ſu illius deciſionis fuiſſe reſolutum propter
præſumptionem fraudis, quæ vrget contra
collatores inferiores, vt legitur *in illa deciſione.*

Præterea quia vt actus valeat, præſumen- 49
dum eſt quod in aliis præcedentibus tranſla-
tionibus adfuit ſpecialis conceſſio Papæ; ita
vt illæ non fuerint factæ in vim priuilegij
limitati, ſed potiùs in vim conceſſionis par-
ticularis Pontificiæ: quia ad hoc vt actus
valeat, præſumitur illud quod geritur ex
actu ſpeciali in illo interueniſſe, Dec. *in
l. in contrahenda* 132. *num.* 6. *verſic. & nota
quod iſta præſumptio ff. de regul. Iur.*

CAPVT



## CAPVT XXXII.

### *ARGVMENTVM.*

MANDATO facto ad reſignandum ſub facultate transferendi penſionem reſeruatam, quamuis Datarius transferendi facultatem caſſauerit, reſignationem validam eſſe concluditur. Tranſlatio penſionis diuidua eſt quoad quantitatem; & in ea vtile non vitiatur per inutile: ſecus ſi error ſit in corpore, vel in perſona, vel in penſione, quæ fuerit extincta, licet poſtea renouata. Fructuum reſeruationem cum facultate illos percipiendi propria authoritate, non contineri in Indulto transferendi penſiones. Expreſſio facta in penſione, non exigitur in tranſlatione. Fideiuſſores vtrum eximantur ab obligatione, per tranſlationem penſionis? Transferens remanet in ſuo iure donec penſio irreuocabiliter acquiratur Tranſlatario.

### SVMMARIVM.

1 *Clauſula transferendi caſſata per Datarium, non præiudicat validitati reſignationis factæ cum reſeruatione facultatis transferendi penſionem.*

2 *Quod concedi non ſolet per Principem niſi cùm magna difficultate, habetur pro impoſſibili.*

3 *Si ex priuilegio miles penſionem transferat, qui iam priùs aliam tranſlationem fecerat, vtrùm præſumatur, quod præcedens tranſlatio facta fuerit alio iure quàm ex priuilegio militari.*

4 *In tranſlatione vtile per inutile non vitiatur ſi ſit exceſſus in ſumma, pro qua data fuerat facultas transferendi.*

5 *Donatio non inſinuata non annullatur in totum, ſed eſt valida vſque ad concurrentiam ſummæ, in qua inſinuatio non requiritur.*

6 *Clauſula*, quòd maior expreſſio fieri poſſit in Literis, *non operatur quoad corpus diuerſum beneficij.*

7 *Beneficium ſimplex, & Curatum, habentur pro diuerſis corporibus.*

8 *Qualitatem Beneficij Curati non ſufficit exprimere per verbum* forſan, *quia illud habetur pro non appoſito.*

9 *Diuerſi corporis expreſſio non nocet quando aliunde conſtat de mente Papæ.*

10 *Diuerſitas corporis non obſtat validitati tranſlationis, ſi corpus non taxatiuè ſed demonſtratiuè adiectum fuerit.*

11 *Facultas transferendi limitata ad certas perſonas, non operatur quoad alias.*

12 *Transferendi facultas expirat per extinctionem penſionis, quamuis illa poſtea fuerit renouata.*

13 *Facultas transferendi penſionem non comprehendit caſum, quo quis poteſt fructus propria authoritate percipere.*

14 *Expreſſio requiſita ſufficit quod facta fuerit in reſeruatione penſionis, nec repetenda eſt in tranſlatione.*

15 *Ampliatur vt procedat etiam ſi eodem tempore facta fuerit penſionis reſeruatio, & tranſlatio.*

16 *Transferendi facultas conſumitur in primo actu, nec ad ſecundam tranſlationem extenditur.*

17 *Si Papa Motu proprio iteratam penſionis tranſlationem decernat, primi fideiuſſores liberantur.*

18 *Facultas retinendi penſionem non obſtante matrimonio, conſumitur in primo coniugio.*

19 *Sicut in reſignatione ius non abdicatur à reſignante, niſi acquiſitum fuerit reſignatario; ita nec à transferente niſi ius fuerit quæſitum Tranſlatario.*

VT tota Translationis materia concludatur, diſcutiendæ ſunt quædam difficultates reſiduæ, inter quas occurrit caſus, in quo is, qui facultatem transferendi habere deſiderabat, conſtituit procuratorem ad reſignandum ſuum beneficium coram Papa in fauorem alicuius, reſeruata ſibi penſione certæ ſummæ, & cum facultate illam transferendi ad libitum; cúmque procurator ſeruata forma mandati conſenſum præſtitiſſet, Datarius noluit approbare clauſulam transferendi poteſtatem concedentem, immo illam caſſauit, quia facultas iſta transferendi non datur ſine maxima difficultate, & nihilominus procurator conſenſum præſtitit ſine clauſula transferendi. Ideo

fuit

fuit dubitatum vtrùm reſignatio eſſet nulla? & fuit reſolutum illam eſſe validam; quamuis procurator conſenſum præbuerit, non ſer-
1 uata forma mandati: † quia clauſula transferendi habetur pro impoſſibili, quia ſolet omnibus denegari, ideo habetur pro non appoſita: *l. apud Iulianum*, §. *conſtat*, & *ibi* Alexand. *ff. de legat.* 1. & *ibidem* Iaſon. Et probatur ex deciſis apud Pute. *deciſ.* 512. *in correct.* vbi quod ſi factum fuerit mandatum cum facultate apponendi omnes clauſulas ſibi beneuiſas, & cum libera poteſtate, non cenſetur illi data facultas penſionis transferendi; cùm clauſula, *cum libera*, & aliæ ſimiles non poſſint comprehendere ea quæ ſunt inſolita, & difficillimè conceduntur, quæque pro impoſſibilibus habentur.

2 Et nominatim dum agitur de iis quæ pendent à voluntate Principis, habentur pro impoſſibilibus, quando agitur de iis quæ difficile per Principem conceduntur; Bart. *in d. l. apud Iulianum*, §. *conſtat. de legat.* 1. Abbas *in cap. cum eſſes, num.* 19. *de teſtament.* Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 32. *gloſſ.* 1. *num.* 163. Sebaſt. Medic. *de caſib. fortuit. quæſt.* 5.

Atque ita Iudicatum fuit, nempe reſignationem eſſe validam, nulla habita ratione facultatis transferendi penſionem, vt teſtatur Pariſ. *de reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 17. *num.* 142. vbi quod iſta facultas transferendi non ſolet concedi niſi Magnatibus: & Gonzal. *ad regul.* 8. §. 12. *n.* 89. *& ſeq.* poſt Veral. *deciſ.* 89. *part.* 2.

3 Et ex his non video, quomodo pro confirmatione eorum quæ dicta ſunt *c. præcedenti, num. vltimo*, quamuis in ſe vera ſint, allegetur deciſio Putei 396. *lib.* 2. *in correctis, in margine illius deciſ.* cùm *ibi* allegetur Doctrina Romani *in l.* 2. *colum.* 40. *verſicul. Item in quantum dixi*, ſeu ibid. *num.* 63. *&* 64. vbi dicitur, quod ea quæ Princeps facilè concedit, cenſentur appoſita & facta: Quia illa Doctrina non videtur poſſe applicari illi caſui, vt ſcilicet prima translatio cenſeatur facta per militem, non vigore ſui priuilegij, ſed vigore conceſſionis: Immo potiùs faceret in contrarium, cùm agatur de conceſſione translationis, quæ, vt dictum eſt, difficillimè conceditur: Ideo quæ *d. cap. præcedenti, num.* 49. *ſeu vlt.* dicta ſunt, aliis rationibus *ibid.* allatis fulcienda ſunt.

4 Secundo loco notandum eſt, quod licet ſuperiùs dictum fuerit, penſionis conceſſionem eſſe diuiduam, & in ea vtile per inutile non vitiari; tamen hoc intelligendum eſt vt locum habeat reſpectu quantitatis, vt ſcilicet habens facultatem transferendi vſque ad 150. Ducatos, ſi transferat vſque ad 200. translatio non annulletur niſi in eo quod
5 excedit ſummam licitam; † ſicut ſtante Regulamento patriæ Comitatus Venaiſſini quod omnes donationes excedentes ſummam 25. ſcutorum ſunt nullæ, & inualidæ, niſi inſinuentur; donatio non annulletur in totum, ſed tantum in eo quod excedit ſummam licitam; & per conſequens ſit valida vſque ad ſummam 25. ſcutorum vt probauimus *in noſtris Quæſt. Ciuilibus cap.* 56. *n.* 13. *vol.* 1. poſt Ioann. Baptiſt. Coſt. *de ratione Ratæ quæſt.* 125. *n.* 10.

Tamen hoc procedit, quando diuerſitas 6
conſiſtit in ſumma, ſecus ſi conſiſteret in corpore beneficij, non obſtante clauſula, *quod maior & verior expreſſio fieri poſſit in Literis:* quæ non operatur reſpectu diuerſi corporis, ſed tantum reſpectu qualitatum; ſicut dicitur de noua prouiſione quæ non exprimit beneficium Curatum, in ea ſiquidem non ſuffragatur clauſula, *quod nominum qualitatum &c. verior expreſſio fieri poſſit in Literis;*
† quia cùm beneficium ſimplex, & Curatum 7
ſint diuerſa corpora, vt dicit Puteus *deciſ.*
300. *num.* 3. *lib.* 1. † Beneficij Curati qualitas 8
omnino exprimi debet, ita vt non ſufficiat illud exprimere per verbum, *forſan*, ſcilicet quòd *forſan Curatum exiſtat*; vt ſignanter aduertit Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 24. ſed dictio, *forſan*, deletur, aut habetur pro non appoſita.

Hoc verum eſt quando facultas transfe- 9
rendi reſtricta eſt ad certum corpus beneficij, & non conſtat de errore: immò conſtat de voluntate concedentis, vt ſuperiùs *ſuo loco* monuimus, vel aliter non conſtat de mente Pontificis propter generalia, & ampliſſima verba conceſſionis: ſi enim de ea conſtaret, hoc ſufficit; vt apud Marcheſ. *tom.* 1. *fol.* 557. *num.* 51 *verſic. nec vis aliqua:* Lotter. *de re beneficiaria, lib.* 1. *quæſt.* 36. *num.* 71. *& multis ſe-*
*quentib.* † Similiter non oritur aliqua diuer- 10
ſitas quæ impediat validitatem translationis, ſi nomen Beneficij expreſſum fuerit demonſtratiuè dumtaxat, & non taxatiuè: Dicitur autem demonſtratiuè, quando ex aliis coniecturis vel circunſtantiis conſtat de certo corpore, ad quod Papa relationem habuit, dum transferendi facultatem conceſſit: Lot-
ter. *d. lib.* 1. *quæſt.* 36. *num.* 80. † Eadémque 11
ratione facultas transferendi limitata ad certam perſonam, non poteſt eſſe efficax ſi ad aliam perſonam fiat translatio: Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 40. *n.* 71.

Eodem modo, ſi penſio, cuius transferen- 12
dæ facultas data fuit, extincta & abolita fuerit, & poſtea renouata, non eſt ampliùs locus translationi ex prima facultate, niſi omnia de nouo Summo Pontifici expreſſa fuerint, Rota *deciſ.* 1312. *part.* 3. *lib.* 3. *diuerſ.*

Tertio loco notandum eſt, quod ſi Papa 13
conceſſerit



conceſſerit alicui facultatem transferendi penſiones, in tali Indulto non continetur facultas percipiendi fructus propria authoritate: ſiquidem magna eſt differentia inter penſionem, & reſeruationem fructuum propria authoritate percipiendorum. *Primò*, quia penſio ſolam importat hypothecam; fructuum verò propria authoritate percipiendorum conceſſio importat dominium, ad inſtar vſufructuarij qui fructuum dominus eſt. *Secundò*, quia ius percipiendi fructus non dicitur penſio, ſed loco penſionis; vt ſuperiùs oſtendimus. Ideo mirum non eſt, ſi in generali facultate transferendi penſiones, ius iſtud fructuum propria authoritate percipiendorum minimè comprehenditur, pro vt determinauit Rota *in Romana penſionis*, 28. *Ianuarij* 1641. *coram R. P. D. Veroſpio*, inſerta apud Modern. *in tract. de Romanæ Rotæ Auditorio, fol.* 328.

14 Quartò, ſi tractetur de translatione penſionis impoſitæ ſuper aliquo beneficio, quæ requirit ſpecialem expreſſionem, ſufficit quod illa expreſſio fiat in reſeruatione penſionis, nec requiritur noua expreſſio in translatione: veluti ſi agatur de penſione reſeruata ſuper Eccleſia Cathedrali, quæ ſpecialem notam requirit, propter Concilium Lateranenſe, cui derogandum eſt vt valeat, teſte Creſcent. *deciſ.* 1. *num.* 2. *de reb. Eccleſ. non*
15 *alienand.* † Quod procedit etiam ſi eodem tempore fuerit reſeruata penſio, & conceſſa facultas transferendi; cùm enim per translationem non inducatur nouum onus Eccleſiæ, ſufficit vnica derogatio: Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 551. *num.* 21. *&* 22. vbi dicit quod etiam ſi derogatio Conciliorum eſſet neceſſaria, ſufficeret derogatio generalis cum clauſula, *quorum tenores &c.*

Vltimò notandum eſt, quod facultas 16
transferendi conſumitur per primam translationem, nec poteſt extendi ad ſecundam: quia verba intelliguntur de primo actu, iuxta
*l. Boues*, §. *hoc ſermone, ff. de verbor. ſignific.* † & 17
propterea ſi poſt conſumptam, & executioni demandatam primam translationem, Papa Motu proprio translationem eiuſdem penſionis iterum faceret, primi fideiuſſores eſſent liberati: vt probat Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 249. niſi tamen extinctio fuerit momentanea, adinſtar ſolutionis quæ fit pro monſtra, iuxt. *l. qui ſic ſoluit, ff. de ſolut.* vt poſtea oſtendemus; aut etiam niſi prima
translatio eſſet nulla: Idem *num.* 249. † Sic 18
facultas retinendi penſiones, non obſtante matrimonio, intelligitur de primo matrimonio, & cum eo conſumitur, niſi aliud exprimatur: Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 11. *num.* 82. Garſ. *loco citato, num.* 248.

Quintò notandum eſt, quod ſicut quando 19
reſignatio facta fuit in fauorem perſonæ nominatæ, ius non abdicatur à reſignante, donec reſignatario beneficium reſignatum irreuocabiliter acquiratur: quamuis aliud fit in puris reſignationibus, Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 6. *num.* 2. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 127. *num* 36. *& ſequentib.* & *cap.* 159. *num.* 24. *&* 25. Ceual. *commun. opinion. cap.* 561. *num.* 46. Eadem ratione ius non abdicatur à transferente, donec penſio fuerit quæſita irreuocabiliter translatario: Et ita determinauit Rota *deciſ.* 446. *num.* 4. *part.* 1. *diuerſ.* vbi dicitur hoc maximè procedere, ſtante clauſula, *nec aliàs, aliter &c.* quia illa reddit actum conditionalem; Abb. *in cap. inſinuante, num.* 6. *extra. qui Clerici, vel vouentes.*

# CAPVT XXXIII.

## ARGVMENTVM.

CLERICVS, qui penſionem obtinet, vtrum ex eo ſolo gaudeat fori priuilegio, & petere poſſit ſe remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum, quamuis non habeat qualitates ad hoc requiſitas ex Concilio Tridentino. Et quæ illæ ſint? Quæ ſit differentia quoad fori priuilegium inter eum qui eſt in maioribus, & eum qui in minoribus Ordinibus conſtitutus; & eum qui habet beneficium, aut penſionem; & eum qui non habet. Quid de laico qui ex ſpeciali Summi Pontificis gratia penſionem habet? & quibus ex cauſis penſio laicis aſſignari ſoleat? Penſionem loco beneficialis tituli poſſeſſam, fori priuilegium tribuere: & Clericum, qui penſionem obtinet, fori priuilegio frui concluditur ex veriori ſententia.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Quæ requirantur vt ſimplex Clericus gaudeat fori priuilegio.*

2 *Vtrùm habitum, vel Tonſuram deferre ſufficiat, an verò vtrumque requiratur, vt Clericus gaudeat priuilegio fori? & vtrumque requiri concluditur.*

3 *Tonſuræ geſtationem non adeo neceſſariam eſſe, quidam exiſtimant.*

4 *Non requiritur trina monitio, vt Clericus non incedens in habitu & Tonſura, amittat fori priuilegium.*

5 *Conſtitutus in maioribus Ordinibus indiſtinctè gaudet priuilegio fori, ſiue penſionem aut beneficium habeat, ſiue non: & num.7.*

6 *Qui beneficium obtinet, aut penſionem, quamuis nondum ſacros Ordines ſuſceperit, aut habitum & Tonſuram non deferat, gaudet fori priuilegio.*

8 *Laicus qui penſionem habet ex ſpeciali Pontificis gratia, non gaudet priuilegio fori.*

9 *Ampliatur vt procedat, etiam ſi Papa laïco penſionem conceſſerit Motu proprio.*

10 *Papa poteſt laicis penſionem aſſignare, & tunc illi nec ad reſidentiam, nec ad Officij diuini recitationem tenentur.*

11 *Laicus regulariter penſionis capax non eſt.*

12 *Clerici coniugati penſionum capaces non ſunt.*

13 *Penſionem Papa concedere poteſt pro Officio temporali, veluti pro pulſandis organis &c. vel pro alio miniſterio temporali.*

14 *Papa laico penſionem alijs de cauſis aſſignare poteſt ſuper beneficijs, veluti ratione paupertatis, aut alijs de cauſis.*

15 *Penſiones laicis aſſignatæ ſunt quid merè temporale.*

16 *Qui obtinet penſionem in titulum beneficij aſſignatam, gaudet fori priuilegio.*

17 *Clericum qui penſionem obtinet in materia fori, eodem iure cenſeri quo obtinentes beneficia, verius eſt.*

18 *Contrarium Alij voluère: ſed prima opinio verior eſt, num.* 19.

20 *Qui penſiones vltra ſummam ſexaginta Ducatorum obtinent, tenentur incedere in habitu & Tonſura.*

21 *Clericum obtinentem penſionem, fori priuilegio gaudere, fuit declaratum in Vrbe per ſacram Congregationem.*

22 *Ampliatur vt procedat, quamuis talis Penſionarius non incederet in habitu & Tonſura.*

23 *Declarationes Sacræ Congregationis vim legis habent.*

QVÆRITVR vtrum Clericus, qui penſionem habet ſuper aliquo beneficio gaudeat priuilegio fori, ita vt citatus coram iudice ſæculari, poſſit forum declinare, & petere ſe remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum? In hac quæſtione variæ ſunt Doctorum ſententiæ. Quarum *Prima* eſt illorum, qui exiſtimant Clericum, qui penſionem habet, fori priuilegio non gaudere, niſi incedat in habitu & Tonſura. *Secunda* vult, ex eo ſolùm quòd Clericus penſionem Eccleſiaſticam obtinet, fori gaudere priuilegio.

Pro intellectu quæſtionis ſupponendum 1
eſt in primis, ad hoc vt Clericus fori priuilegio gaudeat, ſecundum Decreta Sacri Concilij Tridentini, ſufficere vnum ex tribus quæ ſequuntur: Primò, quod habitum & Tonſuram deferens, alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiat. Secundò, quod Clericalem habitum & Tonſuram deferens, in aliquo Seminario de Epiſcopi licentia degat. Tertiò, quod in habitu & Tonſura incedens, in aliqua Schola de Epiſcopi licentia verſetur: vt refert Barboſ. *ad Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 6. *num.* 24.
† habitum autem & Tonſuram ſimul re- 2
quiri certum eſt; ita vt non ſufficiat ſola geſtatio habitus ſine corona, vel coronæ ſine habitu: Barboſ. *in l. Titia* 35. *num.* 34. *verſic. vltima concluſio: ff. ſolut. matrim.* Barboſ. *de Epiſcop. part.* 2. *alleg.* 12. *num.* 19. Quamuis Alij dicant ſufficere delationem habitus ſine Tonſura vel Tonſuræ ſine habitu, vt apud Antonin. *Reſolut. lib.* 3. *cap.* 48. *num.* 9. & 10. quem citat Diana *reſolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 32. & Capiblanc. *de iure Baron. pragm.* 8. *cap.* 3. *num.* 28.
† vbi dicit geſtationem Tonſuræ non eſſe 3
adeo neceſſariam, licet non neget vtrumque requiri nempe habitum & Tonſuram: & & ideo prima opinio eſt verior; quia Concilium vtrumque copulatiuè exigit, vt Clericus in Minoribus conſtitutus gaudeat fori priui-
legio: † nec requiritur trina monitio & in- 4
corrigibilitas, ſed ſtatim Clericus in Minoribus conſtitutus non incedens in habitu & Tonſura, amittit fori priuilegium, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 440. *num.* 8. & 9. quia quoad hoc, correcta ſunt hodie antiqua iura.

Secundò ſupponendum eſt, quod quan- 5
do agitur de conſtituto in maioribus ſeu Sacris Ordinibus, non eſt ampliùs quærendum vtrùm ſit deſtinatus & adſcriptus alicui Eccleſiæ, Seminario, vel Scholæ, ſed indiſtinctè talis perſona gaudet priuilegio fori, ſiue penſionem aut beneficium habeat, ſiue non: quia Concilium Tridentinum *d. ſeſſione* 23. *cap.* 6. quod requirit





habitum & Tonſuram, & alias prædictas qualitates, ad hoc vt Clericus gaudeat fori priuilegio, loquitur tantùm de eo, qui eſt prima Tonſura initiatus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus, aut beneficium Ec-
6 cleſiaſticum non obtinet: † Secus ergo in eo, qui beneficium Eccleſiaſticum obtinet; quamuis nondum ſacros ſuſceperit Ordines, immò nec Tonſuram & habitum deferat; nam eo non obſtante, fori gaudet priuilegio: Clar. *in praxi, in §. finali, quæſt.* 36. *num.* 19. *in fine, verſic. cæterum:* vbi loquitur de eo qui incedit armatus vt miles: & quod non ſit neceſſaria delatio habitus ad hoc vt poſſidens beneficium fori priuilegio gaudeat, patet ex eo quod Concilium loquitur alternatiuè, ibi, *niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut Clericalem habitum & Tonſuram:* & ſic ſufficit ad hoc beneficium etiam ſine habitu, iuxta vim & naturam propoſitionis Alternatiuæ: *l. hæc verba* 124. *ff. de verb. ſignific.* Cæſar de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 1195. Anton. de Marin. *quotid. reſolut. part.* 1. *cap.* 56. Diana *part.* 1. *reſolut. moral. tract.* 2. *reſolut.* 28.

7 Quoad illos qui ad maiores ſacróſque Ordines promoti ſunt, nulla eſt difficultas, quia quoad illos, remanet in ſuo robore diſpoſitio iuris communis *in cap.* 2. *de for. compet.* & *alijs ſimilibus*, quæ non eſt correcta niſi quoad habentes ſimplicem Tonſuram, vel ſolos quatuor minores Ordines, vt patet ex illius lectura, & tradunt DD. hanc materiam tractantes.

8 Tertiò ſupponendum eſt, hic non tractari de penſione quæ aſſignatur laïco, qui aliquando penſionis capax eſt. Quia quamuis penſiones Eccleſiaſticæ ſolis Clericis, & non laicis ſoleant aſſignari, vt teſtatur Gigas *de penſionib. quæſt.* 22. *num.* 14. Riccius
9 *in praxi reſolut. deciſ.* 157. *num.* 64. † etiam ſi penſio eſſet reſeruata Motu proprio, Idem *ibid. num.* 15. quem ſequitur Rota *deciſ.* 539. *num.* 6. & 7. *part.* 5. *recent. tom.* 2. Carol. de Graſſ. *de effect. Clericatus, quæſt.* 15. *num.* 7. Tuſch. *litera B. concluſ.* 56. *num.* 5. & 6.

10 Tamen Papa poteſt penſiones temporales Laïcis reſeruare, vt dicit Rota *deciſ.* 50. *num.* 22. *part.* 5. *recent.* Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. n. mihi* 151. dicens talem Penſionarium non teneri ad reſidentiam, neque ad recitationem Officij, & ſine dubio poſſe Summum Pontificem ex ſua magna in beneficialibus poteſtate penſionem perſonis laïcis ſuper beneficijs conſtituere, teſtatur Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 16.

Alioqui ceſſante ſpeciali Summi Ponti-
11 ficis gratia, non poteſt quis penſionis eſſe capax, qui beneficiorum capax non ſit, Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 121. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 36. *num.* 18. † Vnde 12
hodie Clerici coniugati ſunt incapaces penſionum, quia ſi propter matrimonium penſio extinguitur, vt ſuprà diximus; multo minùs poſt contractum matrimonium conceſſa valebit; vt arguit Sanchez *de matrimonio lib.* 7. *diſput.* 44. *num.* 9.

Cauſæ autem, propter quas Summus Pon- 13
tifex penſionem laico concedere poteſt, ſunt variæ: Primò, quia conceduntur pro ſeruitio, vel officio aliquo temporali, veluti pro pulſandis campanis, vel pro organis; Caccialup. *de penſ. quæſt.* 15. Gomeſ. *ad Regul. de Annali, quæſt.* 21. *paulo poſt principium*, & ſimiliter penſiones poſſunt aſſignari Coniugatis, Gigas *de penſion. quæſt.* 54. *num.* 1.

Secundò poteſt aſſignari penſio laico vel coniugato pro re vtiliter geſta, vel gerenda in fauorem Eccleſiæ; & ſic pro miniſterio temporali: Couar. *ſuper* 4. *Decret.* 2. *part. cap.* 6. §. 3. *n.* 6. Salzed. *in addit. ad pract. Diaz. cap.* 80. *litera E. verſic. præterquam ſi à Romano Pontifice*, allegans ad hoc Caccialup. *de penſ. quæſt.* 30.

Non tamen eſt reſtricta Pontificis autho- 14
ritas ad ſolam cauſam famulatus Eccleſiæ, ſed laicis etiam coniugatis penſiones ſuper beneficiis aliis de cauſis concedere poteſt, veluti ratione paupertatis, aut alia ex cauſa, & ſic poſſidentes penſiones omni culpa vacant: vt poſt alios plures cenſuit Sanch. *d. lib.* 7. *diſput.* 44. *num.* 9.

Igitur laicus huiuſmodi penſiones obti- 15
nens, non gaudet fori priuilegio, cùm ſint merè temporales; vt concludit Ceual. *in tract. de cognit. per viam violent. quæſt.* 62. *num.* 19. Et ratio eſt; quia iſtæ penſiones, non ſunt Inſigne, neque demonſtratio ſtatus Clericalis, neque obligant ad ſtatum Clericalem, nec ad Officium diuinum recitandum, nec aliqua ratione beneficio Eccleſiaſtico æquiparari poſſunt, Riccius *deciſ. Curiæ Archiep. Neapol.* 192. *num. vlt. part.* 2. Marta *de iuriſd. part.* 2. *cap.* 32. *num.* 45.

Quartò ſupponendum eſt, nullam quo- 16
que eſſe dubitationem, quin poſſidens penſionem loco beneficialis tituli conſtitutam, gaudeat fori priuilegio: iuxta *cap. conquerente, de Cleric. non reſidentib.* & *ibi* Abbas *n.* 5. & nos de ea ſuperiùs egimus: quia cum huiuſmodi penſio ſit verè beneficium Eccleſiaſticum, comprehenditur ſub diſpoſitione Concilij Tridentini dantis priuilegium fori Clericalis, iis qui beneficia poſſident: ita concludit Ceuallos *loco citato, quæſt.* 62.

*num.*24. Gonzal.*ad regul.*8.*gloſ.*5.§.5.*num.*42.

17 His ita ſuppoſitis, concludendum eſt ſecundum veriorem & receptiorem ſententiam, Clericum penſionis Eccleſiaſticæ poſſeſſorem gaudere fori priuilegio, & petere poſſe ſe remitti ad ſuos Iudices Eccleſiaſticos,
18 † aduerſus quam concluſionem multi non infimæ notæ Doctores inſurgunt: & inter cæteros, Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *cap.*10.*n.* 70. dicens ita Sacram Congregationem declaraſſe *die* 19. *Iunij* 1586. nempe Clericum qui penſionem Eccleſiaſticam obtinet non gaudere fori priuilegio, niſi Tonſuram & habitum deferat; & ſic penſionem non comprehendi ſub nomine beneficij in conſtitutione Concilij, *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 6. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſ.* 5. §. 5. *num.* 6. qui verba dictæ declarationis Eminentiſſimorum Cardinalium Sacri Concilij Tridentini Interpretum refert, & Ricc. *in deciſ. Cur. Archiep. Neapol. deciſ.* 71. *num.* 11. *part.* 2. *& deciſ.* 192. *num.* 10. *eadem parte*, Ceual. *in tract. de cognit. per viam violent. part.* 2. *quæſt.* 62. *num.* 31. Bonacin. *tom.* 2. *in tract. de Legib. diſput.* 10. *quæſt.* 2. *puncto* 1. §. 4. *num.*12.cum pluribus aliis quos citat Barboſ. *ad Concil. Trident. d. ſeſſ.* 23. §. 4. *num.* 23.

19 Sed contrariam ſententiam, & concluſioni noſtræ conformem plures Alij complectuntur, quos citat & ſequitur Alexand. Sperell. *deciſ.*132.*n.*34.dicens,declarationem allegatam per Gonzal. & alios, eſſe apocrypham; & ſæpiùs contrarium fauore obtinentis penſionem fuiſſe per eandem Sacram Congregationem declaratum, prout de ſua ſcientia, teſtatur Barboſa *de Epiſcop. part.*2. *allegat.*12.*num*8. dicens hanc ſententiam eſſe
veriorem. † Et quatenus contrariam quis ſe- 20
qui vellet, illam non habere locum niſi in pēſionibus non excedentibus ſummam ſexaginta Ducatorum auri de Camera,iuxta Bullam Pij V. S.M. anno 1586. publicatam,quæ incipit, *Paſtoralis*:cùm penſiones ſupra illam ſummam obtinentes, teneantur incedere in habitu & Tonſura: & ita Neapoli ſæpiùs fuiſſe deciſum teſtatur Marta *de iuriſdict. part.* 2. *cap.* 32. *num.* 45.

Sed hodie, quæſtio iſta fuit ſine dubio de- 21
ciſa per dictam Sacram Congregationem inter Epiſcopum Portugalenſem Dominum Rodericum de Cunha, & Senatum Regium eiuſdem Ciuitatis; & reſponſum, eum, qui penſionem obtinet Eccleſiaſticam, haberi pro Clerico,& gaudere fori priuilegio;vt per Barboſ. qui teſtatur ſe vidiſſe & legiſſe proprium originale illius Declarationis. † Quod 22
intelligendum eſt vt procedat, etiam ſi talis obtinens penſionem, non incedat in habitu & Tonſura. Idem Barboſ. *in deciſ. Apoſtol. in verbo, fori priuilegium, deciſ.*361.*n.*7. † Nemo 23
autem dubitat,quin Declarationes dictæ Sacrę Congregationis Cardinaliũ Sacri Concilij Interpretum vim legis habeant;& bene probat Garſ. *de benefic. in præfatione ſui tractatus.*

## CAPVT XXXIV.

## *ARGVMENTVM.*

VTRVM ſub titulo penſionis poſſit Epiſcopus ad ſacros Ordines promouere ſibi ſubditum,ſiue familiaris ipſius ſit, ſiue non. Familiares Epiſcopi, ſubditos eſſe ad effectum ſuſceptionis Ordinum, ſi per triennium continuum cum illo fuerint commorati. Quibus tamen, ſi beneficium non habeant, Epiſcopus de eo ſtatim prouidere debet. Quomodo quis dicatur ſubditus Epiſcopi, ratione originis, vel domicilij. Vtrum ſubditus quis dicatur Epiſcopo ratione penſionis, ſicut illi ſubditus eſt ad ſuſceptionem Ordinum ratione beneficij, aut etiam generaliter in aliis caſibus.

### SVMMARIVM.

1 *Cum nemo ad ſacros Ordines promoueri debeat ſine titulo ſufficienti,vtrum ad hoc ſufficiat titulus penſionis.*

2 *Vt quis ſuſcipiat ſacros Ordines ſufficit vt habeat ſufficienter vnde viuere poſſit.*

3 *Quando forma requiritur ad certum effectum, ſufficit quod adimpleatur per æquipollens, dummodo idem reſultet effectus.*

4 *Vt quis ad ſacros Ordines promoueri queat, ſufficit quod det fideiuſſorem idoneum pro alimentis.*

5 *Vtrum qui penſionem habet ſuper beneficio poſſit dici promotus à non ſuo Epiſcopo, ſi aliunde non ſit illi ſubditus.*

*6 Epiſcopus*



6 *Epiſcopus poteſt conferre ſacros Ordines ſuo familiari triennali, quamuis non ſit de ſua Diæceſi.*

7 *Intellige, dummodò ſtatim huic promoto prouideat de beneficio.*

8 *Familiarem ſuum habentem iam beneficium ſufficiens Epiſcopus ad Ordines promouere poteſt, nec aliud ipſi dare tenetur.*

9 *Alios non familiares Epiſcopus promouere non poteſt, niſi ſibi ſubditi ſint ratione originis, domicilij, vel beneficij.*

10 *Epiſcopus originis dicitur illius loci, in quo pater illius natus eſt.*

11 *Ampliatur etiam ſi filius in alio loco quàm paternæ originis natus ſit.*

12 *Non tamen quoad hoc inſpicitur locus originis Aui.*

13 *Domicilium ex quibus in aliqua Diæceſi acquiratur.*

14 *Ratione beneficij quis ſubditur Epiſcopo, vt illi conferre poſſit Ordines, ſi in eius Diæceſi ſitum ſit.*

15 *Ampliatur vt procedat, ſiue beneficium datum fuerit in titulum, ſiue in commendam.*

16 *Ratione penſionis nemo dicitur ſubditus Epiſcopo, ad hoc vt dicatur proprius Epiſcopus pro collatione Ordinum.*

17 *Ratione patrimonij non dicitur proprius Epiſcopus licèt bona patrimonij in eius Diæceſi poſita ſint.*

18 *Præbenda, ſeu penſio temporalis non dat iuriſdictionem Epiſcopo ad conferendos Ordines ſibi alia ratione non ſubdito: & qui de materia tractent, remiſſiuè.*

19 *In genere, nemo dicitur ſubditus Epiſcopo ratione penſionis.*

1 CVM certum ſit,neminem ad ſacros Ordines promoueri poſſe, niſi habeat vnde viuere poſſit; *cap. non liceat* 2. *de præbend.* nempe niſi habeat titulum beneficij, vel patrimonij: Quæritur vtrum ſufficiat titulus penſionis Eccleſiaſticæ ſuper aliquo beneficio? Reſoluendum eſt, titulum penſionis in hac materia eſſe ſufficientem, ſi Epiſcopus Ordinum collator ità iudicauerit. Ita ſancitum eſt in Concil. Trident. *ſeſſ.*21. *cap.*2. his verbis: *Patrimonium verò, vel penſionem obtinentes ordinari poſthàc non poſſint, niſi illi quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos, pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum; eòque priùs perſpecto, patrimonium illud, vel penſionem verè ab eis obtineri, taliáque eſſe quæ eis ad vitam ſuſtentandam ſatis ſint.* ita etiam refert Vgolin. *in tract. de Epiſcop. part.* 2. *cap.*26. §.14. Barboſ.
2 *de Epiſcop. part.*2. *allegat.*19. *num.*74. † Quod etiam probatur ex eo, quod menti & intentioni Concilij ſatisfit, quoties is qui promouendus eſt, habet reditus ex quibus ali poſ-
ſit & viuere: † Quando enim aliquid re- 3
quiritur ad certum effectum, ſufficit quod adimpleatur per æquipollens, dummodo idem reſultet effectus, quia effectus magis inſpicitur quàm modus: *l. ſi mulier, in principio, ff. ad Trebellian. & l. ſi mater*, cum *ibi* notatis per Decium *num.* 3. *&* 4. *de inſtit. & ſubſtitut.* Tuſch. *litera E. concluſ.*50.*&* 51. *& litera F. concluſ.* 419. Rota apud Picum *ad*
*ſtatut. Vrbis, deciſ.*24. *num.*11. † vnde ad ſatis- 4
faciendum intentioni Concilij,ſufficiet ſi Ordinandus dederit fideiuſſorem pro alimentis ipſi præſtandis; vt refert Diana *Reſolut. moral. part.*5.*tract.*10.*reſolut.*48.

Attamen dubitari poteſt, vtrum is qui 5
penſionem obtinet ſuper aliquo beneficio ſito in Diœceſi alicuius Epiſcopi, dicatur illius ſubditus ad effectum vt illi validè ſa-
cros Ordines conferre poſſit? † & quidem ſi 6
agatur de Familiaribus triennalibus Epiſcopi, certum eſt ipſi licere dictis Familiaribus etiam de eius Diœceſi non exiſtentibus Sacros Ordines conferre, ſi id pro ſuæ Eccleſiæ vtilitate vel commoditate expedire iudicauerit; vt dicit poſt alios Barboſ. *ad Concil. Trident. ſeſſ.*23. *cap.*9. *num.*13. & *ſeſſ.*21. *cap.*2. *num.*58. Garz. *de benefic. lib.* 2. *cap.*5. *num.*81.
*in* 2. *declaratione*, † dummodo tamen Epiſco- 7
pus ſuo Familiari triennali beneficium nullum habenti, ſtatim beneficium conferat; Garſ. *de benefic. part.*2. *cap.*5. *num.*85. *&* 86. Barboſ. *in deciſ. Apoſtol. deciſ.*295. *num.*4. *&* 5.
† ſi tamen iſte familiaris etiam non trienna- 8
lis haberet beneficium ſufficiens,poſſet illum ſine difficultate Epiſcopus ſicut quemlibet alium admittere ad Ordines, teſte Garſia *loco citat. num.*88. & ſic non obligatur ad dandum illi aliud beneficium.

Quoad alios verò, qui non ſunt Familia- 9
res Epiſcopi, non poteſt ipſe ſimiles perſonas ordinare niſi ſibi ſubditæ ſint ratione originis, vel domicilij, vel ratione beneficij: *d. cap. cum nullus, & toto tit. de temp. ordin. in* 6. Concil. Trident. *ſeſſ.*23. *de reformat. cap.* 8. † Originem hic intelligere de-
bemus illius loci in quo pater natus eſt, quia 10
filius originem paternam ſequitur: *l. aſſumptio*, §.1. *ff. ad municip. l. ſi vt proponis, C. de incolis, lib.* 10. † Idque etiam ſi filius natus
eſſet in alio loco quam paterno; habet enim 11
hoc caſu domicilium paternæ originis, & propriæ; nam origo paterna tolli non poteſt: Cod. Fabr. *lib.*9. *tit.*30. *definit.* 24. Boër. *deciſ.*
13. *num.* 4. *& ſeqq.* † qui licet aſſerant hoc 12
etiam locum habere in origine Aui, tamen

contrarium dicendum eſt quando agitur de
ſubiectone quoad Ordinum ſuſceptionem,
teſte Vgolin. *de Epiſc. cap.* 26. §. 1. *poſt num.* 4.
idque ne daretur proceſſus in infinitum:
quem ſequitur Riccius *in praxi reſolut. deciſ.*
298. *num.* 5. Barboſ. *de Epiſcop. p.* 1. *alleg.* 4. *n.* 13.
13 Domicilium verò acquiritur ex animo
habitandi in aliquo loco, vt ibi continuam
quis vitam agat: vt explicat Riccius *loco cita-
to, deciſ.* 304. *& ſeqq.* circa quod videri pote-
runt DD. citati per Barboſ. *de Epiſc. part.* 2.
*alleg.* 4. *num.* 22. & ad Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.*
14 9. *num.* 34. † Ratione denique beneficij quis
ſubditus eſt Epiſcopo, ad effectum vt ab eo
validè poſſit ordinari, Riccius *loco citato, deciſ.*
15 299. *& ſequentib.* † ſiue illud poſſideat in ti-
tulum, ſiue in commendam perpetuam, Bar-
boſ. *de Epiſcop. d. part.* 2. *alleg.* 4. *num.* 50. *&*
16 *ſeq.* & de hac materia *à num.* 42. † Et hoc caſu,
ſub nomine *Beneficÿ*, penſio non continetur,
niſi agatur de Familiaribus Epiſcopi, vt *ſuprà*
oſtenſum fuit; nam alioqui ratione penſio-
nis non dicitur quis ſubditus Epiſcopo, vt
ab eo ordinari queat: Ricc. *deciſ.* 302. *per
totam,* Vgolin. *de Epiſcop. cap.* 26. §. 3. *verſic.*
17 *excipitur tamen*, † vbi eadem ratione dicit,
quod licèt aliquis habeat patrimonium in
Diœceſi alicuius Epiſcopi, non efficitur pro-
pterea ſubditus illius quoad ſuſceptionem
Ordinum, ſi alia de cauſa illi ſubditus non
ſit: Campanill. *in diuerſ. iuris Canon. rubric.* 9.
*cap.* 8. *num.* 17. *verſic. ex cauſa verò penſionis,*
vbi allegat Galet. *in margarit. caſuum con-
ſcientiæ, in verbo, Clericus*, §. 17. Barboſ. *de
Epiſcop. d. part.* 2. *allegat.* 4. *num.* 56. *& de iure
Eccleſ. vniuerſ. lib.* 1. *cap.* 33 *num.* 41.
Similiter ſi quis habeat præbendam tem- 18
poralem veluti pro regenda Muſica, vel Or-
ganis, non eſt ſubditus illius Epiſcopi, in quo
talis præbenda ſoluitur; quia nihil ſpiritua-
litatis continet, ſed in mera temporalitate
conſiſtit, Ricc. *in praxi aurea reſolut.* 49. *n.* 3.
Gonzal. *ad Regul.* 8. *gloſ.* 5. §. 1. *n.* 6. Reliqua
hanc materiam concernentia videri poterunt
fusè tractata apud Barboſ. *lib.* 1. *iur. Eccleſ.
cap.* 33. *à num.* 12. *& multis ſeqq.*
Immò etiam loquendo generaliter, quod 19
ratione penſionis quis non fiat ſubditus
Epiſcopo illius loci, quidquid Alij contra-
rium voluerint, dixit Pyrr. Corrad. *in praxi
diſpenſ. Apoſtolic. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 38. quia ad
hunc effectum requiritur beneficium quod
detur in titulum, habens ius ſpirituale, quod
non habet penſio, quia conſiſtit in mera
tẽporalitate, & per eam non intitulatur quis,
nec obligatur Eccleſiæ, ſicut per beneficium.

# CAPVT XXXV.

## *ARGVMENTVM.*

VTRVM confiſcatis omnibus bonis Clerici, penſio etiam ſit confiſcata, ſiue confiſcatio fiat per ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici, ſiue Iudicis Laici. Et vtrùm Iudex Laicus de cauſis penſionum cognoſcere poſſit? Et quid obſeruetur in Galliæ tribunalibus? Quid dicendum ſit de confiſcatione omnium bonorum, vtrùm hoc caſu comprehendantur vſusfructus, emphyteuſis, feudum, beneficia, alimenta, & ſimilia? Et vtrum aliquid hac in re ſpeciale ſit, dum agitur contra hæreticos.

### SVMMARIVM.

1 *Ad fiſcum generaliter tranſeunt omnia, quæ ad hæredes extraneos tranſire poſſunt; quæ verò tranſire non poſſunt, non tranſeunt in fiſcum.*

2 *Fiſcus eſt loco hæredis extranei.*

3 *Qui dicantur hæredes extranei in materia confiſcationis.*

4 *Penſio finitur regulariter cum perſona penſionarij.*

5 *Ius patronatus quod non tranſit ad hæredes extraneos, non tranſit in fiſcum.*

6 *Vſusfructus amittitur per maximam & mediam capitis diminutionem.*

7 *Pœna relegationis, aut perpetui carceris, vel triremium, continet maximam capitis diminutionem.*

8 *Emphyteuſis. Eccleſiaſtica non comprehenditur in generali bonorum confiſcatione.*

9 *Alimenta non veniunt in confiſcatione omnium bonorum.*

10 *Fructus bonorum confiſcatorum pertinent ad fiſcum durante vita condemnati, quamuis ſint ſuppoſita fideicommiſſo.*

11 *Cauſa amiſſionis penſionis non poteſt intentari niſi coram Iudice Eccleſiaſtico.*



12 *In Gallia, cauſa nullitatis penſionis remitti ſolet ad Iudices Eccleſiaſticos.*

13 *Dum cauſa remittitur ad Iudices Eccleſiaſticos, interim ſolent Galliæ tribunalia dare prouiſionalem Penſionario.*

14 *Immo ſæpè aſſignatur interim tertia pars fructuum Penſionario, ſupportatis oneribus pro rata.*

15 *Epiſcopi fiſcum propriè non habent, ſed impropriè: ideò non gaudent priuilegio tacitæ hypothecæ.*

16 *Fiſcus Eccleſiæ propriè reſidet apud Eccleſiam vniuerſalem.*

17 *Epiſcopi habent Promotorem, ſed non fiſcalem Aduocatum, niſi impropriè.*

18 *Penſio in titulum beneficij perpetui erecta, vacat eodem modo, quo beneficia.*

19 *Si Iudex Eccleſiaſticus pronunciet ſententiam confiſcationis generalis omnium bonorum alicuius, in ea penſiones continentur.*

20 *Confiſcatis omnibus bonis Clerici, poteſt procedi per Iudicem Eccleſiaſticum ad priuationem beneficiorum, etiam ob crimen læſæ maieſtatis aduerſus Principem ſæcularem.*

21 *Idem procedit in emphyteuſi Eccleſiaſtica, quando ad extraneos hæredes eſt tranſitoria. Quid in non tranſitoria; an ſaltem fructus durante vita confiſcandi ſint?*

22 *Hanc tamen condemnationem Iudex ſæcularis facere non poteſt.*

23 *Commoditas penſionis decurſæ ad hæredes tranſitoria eſt.*

24 *Iuſpatronatus quando tranſeat, vel non tranſeat ad fiſcum.*

25 *Vſusfructus extinguitur per maximam, & mediam capitis diminutionem.*

26 *In penſionibus, & beneficiis, non inducitur priuatio niſi per modos à iure expreſſos.*

27 *Condemnatus ad priuationem beneficiorum, non cenſetur condemnatus ex eo ad priuationem penſionum.*

28 *In odium hæretici, condemnatus ad priuationem beneficiorum, cenſetur condemnatus ad priuationem penſionum.*

29 *Clerico, ſi condemnetur ad priuationem penſionum, debet dimitti ſumma conueniens ne mendicare cogatur.*

30 *Confiſcatis penſionibus, fiſcus, ſi aliunde bona condemnati non ſufficiant, tenetur ſoluere debita Clerici condemnati.*

31 *Condemnatus ad triremes in perpetuum, non amittit beneficia, niſi hoc in ſententia dictum fuerit, vel niſi agatur de delicto ex quo priuatio oriatur ipſo iure.*

32 *Condemnatus ad vitam ad triremes vtrùm incurrat irregularitatem? variæ ſunt opiniones.*

33 *Penſiones illius, qui ad triremes condemnatus eſt, non extingui, ſæpiùs Signatura Sanctiſſimi reſcripſit.*

QVÆRITVR vtrùm confiſcatis propter delictum bonis alicuius Clerici, veniant in confiſcatione penſiones, an verò beneficium liberum remaneat? pro vtraque parte adduci
poſſunt rationes. † Et primò quidem, quia 1
quæ non tranſeunt ad hæredem extraneum,
non tranſeunt in fiſcum: Bart. Alex. & alij
*in l. ſi finita, §. de vectigalibus, ff. de damno
infecto:* ſicut è contra ad fiſcum tranſeunt
ea omnia, quæ ad hæredes extraneos tranſ-
mittuntur: *l.* 2. *C. ad leg. Iul. de vi publ. vel
priuata, l. eorum, ff. ad l. Iul. maieſt. l. iura
libertorum, de iure patron.* Plot. *conſ. crimin.* 130.
*num.* 17. *vol.* 1. *inter conſil. crimin. diuerſ.* Clar.
*in practica crimin. cap.* 78. *num.* 7. Gomeſ. *lib.* 2.
*reſolut. cap.* 15. *de ſeruit. num.* 18. *verſic. ſecun-
do quia:* Roland. *conſ.* 31. *num.* 26. *vol.* 1. *&
conſil.* 98. *num.* 16. *vol.* 2. Oſaſc. *deciſ.* 54. *n.* 4.
Carpan. *in cap. omnium, conſtit. Mediolan.
num.* 127. Peregrin. *de iure fiſci, lib.* 5. *num.* 91.
† quia fiſcus eſt loco hæredis extranei, Fari- 2
nac. *de delict. & pœn. quæſt.* 25. *num.* 51. † Ex- 3
tranei quoque hæredes in hac controuerſia
dicuntur omnes Collaterales, etiam quòd
ſuccedere poſſent ab inteſtato, vt Oſaſc.
*dicta deciſ.* 94 *num.* 16. *&* 17. probat; † ſed 4
penſio Eccleſiaſtica finitur morte illius, cui
ipſa debetur, nec tranſit ad hæredes: Pariſ.
*de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 4. *num.* 62. *& lib. eod.
quæſt.* 2. *à num.* 113. Viuian. *de Iurepatronat.
lib.* 9. *quæſt.* 13. *num.* 45. ergo penſio non
tranſit ad fiſcum, nec venit in generali con-
fiſcatione bonorum.
Secundò quia iuſpatronatus non tranſit 5
ad fiſcum, etiamſi omnia bona alicuius fue-
rint confiſcata; præſertim quando agitur
de iure patronatus, quod non poteſt tran-
ſire ad extraneos hæredes; Clar. *d. §. fin.
quæſt.* 78. *num.* 8. *&* 9. & poſt eum, Farinac.
*de delict. & pœn. quæſt.* 25. *num.* 152. *&* 153.
ergo eadem ratione penſio ad fiſcum tran-
ſire non poteſt, cùm non ſit ad extraneos
tranſitoria. Qua de re videatur copioſiùs
Farinac. *d. quæſt.* 25. *num.* 151. *& ſequent.*
& Viuian. *de iurepatron. lib.* 18. *cap.* 2. *n.* 17.
*& ſequent.* fusè Sanch. *ad præcept. Decal.
lib.* 2. *cap.* 19. *per tot.*
Tertiò, quia vſusfructus, cui penſio
æquiparatur, per maximam & mediam ca- 6
pitis diminutionem amittitur, & per ban-
num, cui iuncta eſt bonorum confiſcatio;

vt copioſè probat Caſtill. *de vſufr. cap.66. per tot.* & maximè *num.* 27. & 28. ergo eodem modo penſio videtur extincta per confiſcationem, & beneficium remanere liberum; ſicut extincto vſufructu illius conſolidatio fit cum proprietate: *l. ſi tibi, ff. quemad. vſusfr. amitt.*

7 Quotiès enim per ſententiam impoſita eſt pœna, quæ ſecum inferat maximam, aut mediam capitis diminutionem, ceſſat vſusfructus, & cum proprietate conſolidatur; veluti ſi quis ad perpetuam relegationem condemnetur, aut ad perpetuos carceres, quo caſu maximam pati dicitur capitis diminutionem, vt probat Caſtillo *dicto cap. 66. num.* 27. & 28.

8 Quartò, quia dum agitur de emphyteuſi Eccleſiaſtica, non comprehenditur in generali confiſcatione bonorum, quando non tranſit ad hæredes extraneos, vt copioſè probat Farinac. *dicta quæſt.* 25. *num.* 51. & *ſeqq.* ſicut nec bona feudalia, Farin. *ibidem num.* 62. & *ſeqq.* Idem dicendum videtur de penſione, in qua ſine ſpeciali Summi Pontificis conceſſione, non eſt licita tranſlatio, vt ſuo loco oſtendimus.

9 Quintò, quia alimenta numquam comprehenduntur in generali bonorum confiſcatione, imò nequidem confiſcari poſſunt; Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 59. *num.* 14. atqui penſio conceditur Penſionario, vt commodiùs viuere poſſit, & ſic loco alimentorum; ergo non ſolùm non comprehenditur in generali bonorum confiſcatione, ſed ne quidem confiſcari poſſe videtur.

10 In contrarium verò facit, quod dum quis habet ius cum eius vita finiturum, ſi interueniat bonorum confiſcatio, licèt bona alienari non poſſint, veluti propter fideicommiſſum, aut aliud ſimile impedimentum ratione bonorum condemnati ob delictum, pro quo confiſcationi locus eſt, fructus pertinent ad fiſcum: *l. Statius Florus*, §. *Cornelio Felici*, *ff. de iur. fiſci*: & omnia commoda pecuniaria prouenientia ex parte condemnati tranſeunt in fiſcum, DD. & maximè Caſtrenſ. *in d. l. ſi finita*, §. *de vectigalibus*, *ff. de damno infecto*.

11 Vt verò huius quæſtionis reſolutio habeatur, hoc in primis ſtatuendum eſt, iudicium, cuius vigore proceditur ad confiſcationem, ſeu priuationem penſionum, non poſſe intentari, minúſque terminari coram Iudice laico; Imò cognitionem hoc caſu ad ſolum Iudicem Eccleſiaſticum pertinere; vt aduertit Gambar. *in tract. de offic. & poteſt.*
12 *Legati, lib.6. num.*764. † Et in effectu etiam in Gallia, vbi poteſtas Iudicis Eccleſiaſtici non ita ſtrictè obſeruari ſolet, nihilominus tamen in Palamento Pariſienſi, & Tholoſano, Eccleſiaſtici litigantes ſuper penſionis validitate, vel inualiditate, remitti ſolent ad Iudices Eccleſiaſticos: eodémque modo, ſi lis inſtituta fuerit ſuper ſolutione penſionis poſt maturatos ſolutionis terminos: † quamuis ali- 13
quando propter æquitatem, & priuilegium alimentorum, huiuſmodi remiſſio ad Iudicem Eccleſiaſticum fiat ſub onere prouiſionalis alimentariæ; Maynard. *lib.* 1. *cap.* 43. Chopin. *de ſacra Politia, lib.* 3. *titul.* 2. *num.* 17. vt patet ex arreſto Curiæ Tholoſanæ relato per Maynard. *ſub die* 27. *Auguſti* 1569. in quo Curia remittit Partes ad Iudicem Eccleſiaſticum competentem, qui ius dicat ſuper validitate, vel inualiditate impoſitionis, & reſeruationis penſionis, ſecundum ſancta Decreta, & Canonicas ſanctiones, pro vt iuris fuerit; † Et interim quod prouiſus per Sum- 14
mum Pontificem de penſione, per modum prouiſionis gaudebit tertia parte fructuum, redituum, & emolumentorum beneficij, ſuper quo impoſita fuerit penſio, ſupportatis pro rata omnibus oneribus tam ordinarijs quàm extraordinariis illius beneficij. Chopinus verò *dicto tit.* 3. *num.* 17. dicit, dum quis immoderatam eſſe penſionem prætendit, coram Iudice Eccleſiaſtico agendum eſſe: ita vt approbari non debeat contraria Diuionenſis Senatus obſeruantia, de qua D. Feuret *in tract. de Abuſ. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 37.

Verumtamen hic ſubſiſtendum eſt, dum 15
de confiſcatione agimus; ſiquidem Epiſcopi propriè fiſcum non habent, ſed potiùs Cameram; vnde priuilegia fiſci, veluti priuilegium tacitæ hypothecæ, non habent; vt poſt Neguſant. *de pignorib. part.* 2. *membr.* 4. *num.* 122. probat Merlin. *in tract. de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *quæſt.* 23. *num.* 13. & 14. † quia 16
præeminentia habendi fiſcum, nõ reſidet niſi penes Eccleſiam Vniuerſalem: Carauit. *ſuper ritib. magn. Curiæ, ritu* 17. *num.* 12. † Habent 17
igitur Epiſcopi fiſcum, & procuratorem fiſcalem, ſed impropriè, qui potiùs Promotor fiſcalis quàm Procurator nominari debet: Sbrozz. *de offic. Vicarij Epiſcop. lib.* 2. *qu.* 160. *num.* 2. & 3. & ſic intelligenda eſt opinio communis Canoniſtarum exiſtimantium Epiſcopum habere fiſcum ſuum, de qua Peregrin. *lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 109. Clar. *in* §. *final. quæſt.* 80. *num.* 5. Barboſ. *de Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 107. *num.* 16. qui omnes concludunt Epiſcopos ſuum habere fiſcum, ita tamen vt talis fiſcus non habeat priuilegia, quæ Principis Supremi fiſco de iure conceduntur.

Secundo, hoc etiam conſtituendum eſt, 18
quod ſi agatur de penſione in titulum beneficij erecta, nullum eſt plane dubium quin Iudex Eccleſiaſticus adeundus ſit, quia cùm vt



vt *ſuprà* oſtenſum fuit, hæc penſio ſortiatur naturam veri beneficij: ſicut in beneficio, ita & in huiuſmodi penſione in titulum conceſſa locus erit priuationi quandoque ipſo iure, quandoque per ſententiam declaratoriam, iuxta diſtinctiones propoſitas per nos *in quæſt. beneficialib. cap.* 27. *num.* 1. & *ſequentib. vol.* 1.

19 Tertiò, quando Iudex Eccleſiaſticus procederet ad ſententiam confiſcationis omnium bonorum Clerici, verius videtur in ea comprehendi penſiones ſuper beneficiis impoſitas, quatenus Clericus habeat aliunde ex quo viuere poſſit: quia omnia commoda pecuniaria condemnati, vigore confiſcationis pertinent ad fiſcum, durante vita illius; & nulla fit hoc caſu iniuria Eccleſiæ, quæ non eſſet libertatem conſequutura, niſi poſt mortem Penſionarij: vt concludit Gambar. *d. lib.* 6. *qu.* 7. *n.* 713. & *ſeq.*

20 Et probatur à ſimili, dum enim agitur de beneficiis Eccleſiaſticis, ſi contingat generaliter omnia bona Clerici confiſcari, poteſt Iudex Eccleſiaſticus condemnare eumdem Clericum ad priuationem beneficiorum, etiam ſi agatur de crimine læſæ maieſtatis commiſſo contra Principem ſæcularem, Farinac. *de crim. læſ. maieſt. q.* 112. *n.* 236.

21 Et quando agitur de emphyteuſi Eccleſiaſtica tranſitoria ad quoſcunque hæredes, idem Iudex Eccleſiaſticus procedere poteſt ad confiſcationem, ex veriori ſententia, quam probat Sanch. *in præcept. Decal. lib.* 2. *cap.* 19.
22 *num.* 29. † non poteſt tamen hæc confiſcatio fieri per Iudicem ſæcularem, Farinac. *de delict. & pœn. quæſt.* 25. *num.* 57. Quando autem tractatur de emphyteuſi Eccleſiaſtica quæ non tranſit ad hæredes extraneos, dubitatum fuit vtrùm ſaltem durante vita emphyteutæ fructus bonorum emphyteuticorum pertineant ad fiſcum? in qua quæſtione Farin. *dicta quæſt.* 25. inclinat ad negatiuam, ſecutus Gabriel. *conſ.* 73. *lib.* 2. ea ratione, quia publicatis bonis emphyteutæ, dominium vtile illius cenſetur publicatum, & per conſequens fructus ab emphyteuta abdicati, qui non poſſunt ſubſiſtere ſine dominio vtili, quod eſt fundamentum & radix perceptionis fructuum; quod non poteſt eodem modo conſiderari quoad penſionem beneficialem, quæ ſemper ſuum fundamentum retinet poſt bonorum publicationem, videlicet beneficium, cuius fructus penſioni obnoxij percipiuntur per Titularem.

23 Ad argumenta in contrarium adducta Reſpondetur, & primò ad id quod dicitur penſionem non tranſire ad hæredes, hoc quidem verum eſſe quoad ius exigendi penſionem; ſed quoad commoditatem fructuum, non eſt dubitandum quod tranſeat ad hæredes pro penſionibus decurſis & maturatis durante vita Penſionarij; Gig. *de penſ. quæſt.* 53. & nos ſuperiùs fusè comprobauimus: ergo idem de penſione dicendum eſt, vt eius commoditas pertineat ad fiſcum.

Eadem datur reſponſio ad ſecundum, 24
nempe quod iuſpatronatus contineatur in bonorum publicatione, dummodo illa fiat per ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici, non autem laici, & agatur de Iure patronatus quod tranſitorium eſt ad hæredes; vt bene oſtendit Sanch. *in præcepta Decal. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 3. quod explicat Viuian. *de Iure patr. lib.* 15. *cap.* 2. *num.* 19. & *ſeqq.* diſtinguendo per diuerſos caſus; ſed commoditas & fructus penſionum tranſit ad quoſcumque Clerici hæredes, & per conſequens poteſt tranſire in fiſcum. Eadémque reſponſio congruit quartæ obiectioni.

Ad tertiam de vſufructu Reſpondetur, 25
aliam eſſe vſusfructus, aliam verò penſionis rationem: nam vſusfructus extinguitur per maximam, aut mediam capitis diminutionem, vt fusè probat Caſtill. *de vſufr. d. cap.* 66. *per totum*, † in penſionibus autem & be- 26
neficiis non inducitur priuatio niſi per modos à iure expreſſos, de quibus copioſè Rebuff. *in praxi tit. de mod. amitt. benef. part.* 3. & per Garſ. *de benefic. part.* 11. *cap.* 10. *per totum.*

Immo quando per ſententiam quis fuiſſet 27
condemnatus ad priuationem ſuorum beneficiorum, non propterea cenſeretur condemnatus ad priuationem penſionum, etiam ſi condemnatio fuiſſet facta per verba generalia & geminata, Creſcent. *deciſ.* 14. *de ſent. & re iudic.* poſt Gloſſ. *in cap. quicunque*, §. *hæretici, in verbo, beneficium, de hæretic. lib.* 6. & *ibi* Geminian. *n.* 2. *verſic. nota bene*: vbi quod in odium hæretici, nomen Beneficij debet ſumi largo modo, & per conſequens extenditur ad penſiones: Abb. *in cap. ad audientiam* 2. *num.* 2. *de reſcript. verſic. dicerem tamen*; & *ibi* Felin. *in princip.* Gig. *de penſ. quæſt.* 94. *num.* 7.
† ſpeciale tamen eſt in cauſa hæreſis, vt ſic 28
condemnatus amittat etiam penſiones Eccleſiaſticas, Gig. *de penſ. quæſt.* 94. *n.* 7. plures citat Ricciul. *de perſon. extra grem. Eccleſ. exiſt. lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 7.

Ad vltimam Reſpondetur diſtinguendum 29
eſſe; aut enim Clericus habet aliunde bona, & fructus ex quibus viuere poſſit, & hoc caſu non poteſt dici quod penſio cedat in cauſam alimentorum; aut non habet aliunde, & tunc verum eſt, non poſſe hæc alimenta confiſcari: quia debet ſemper relinqui Clerico congrua ſumma ad eius ſuſtentationem, ne cogatur mendicare in dedecus Ordinis

Clericalis, vt *ſuprà* probauimus,& multos ad hoc allegat Farinac. *in fragm. litt. C.n.*443.

30 Similiter ſi Clericus, cuius penſio confiſcatur, ſit obligatus aliquibus creditoribus, fiſcus, qui penſionis commoditate fruitur, tenetur ex fructibus penſionis ſatisfacere creditoribus Penſionarij, ſi alia bona illius non ſufficiant; per text. *in l.* 1.*C.pœnis fiſcal. credit.præferri*: *l.ſi marito,in princip.*& *ibi* Alexand.*ff. ſolut.matrim.*& in *l.*2.*C.ad leg.Iuliam de vi public.* Boſſ.*in prax. tit. de bonor. public. num.* 11. Anchar. Regien. *quæſt. famil.part.*2. *quæſt.*25.*num.*11.Plot. *dicto conſ.*130.*num.*84. *inter conſil. criminalia*, *vol.* 1. & per alia iura quæ allegat Farinac.*de delict.& pœn.quæſt.*25. *num.*169. vbi id bene declarat, dicens hoc habere locum, ſiue debita oriantur ex contractu,ſiue ex vltima voluntate.

31 Quod verò attinet ad ea, quæ ſuperiùs dicta ſunt de eo,qui condemnatus eſt ad perpetuos carceres;& eadem ratione de eo, qui in perpetuum ad triremes fuit condemnatus; non eodem modo decidenda ſunt quoad penſiones: Siquidem ad triremes condemnatus in perpetuum non amittit beneficia quæ poſſidet, niſi hoc expreſsè dictum fuerit in ſententia condemnatoria; vel niſi ageretur de delicto, ex quo priuatio beneficiorum incurritur ipſo iure, veluti ſi quis propter falſificationem Literarum Apoſtolicarum fuerit condemnatus, aut propter aliud ſimile delictum, propter quod pœna priuationis ipſo iure incurritur,quia tunc non tam propter ſententiam,quàm propter delictum & delicti declarationem in ſententia contentam, pœna priuationis infligitur; teſte Nauar. apud Ricc. *in deciſ.Curiæ Archiep.Neapol. part.*2.*deciſ.*95.

Immo quod per condemnationem ad triremes in perpetuum, condemnatus non incurrat pœnam irregularitatis, tenet Diana 32 *part.*4.*reſolut.*83.*in tractat.*2. *de irregularit.*& ex eo nullam incurri infamiam dicit idem Ricc.illúdque fusè probat *in dicta deciſ.Curiæ Archiep.cap.* 119.*per totum.*& faciunt tradita per Camill. Borell.*conſ.*52. *à num.* 34. & maximè *num.*46. vbi etiam agit de damnatis ad triremes in perpetuum, ſeu ad vitam:quamuis contrarium teneat Barboſ. *de Epiſcop. part.*2.*alleg.*43.*num.*15.dicens condemnatum ad triremes, ſi in eis ſteterit,effici infamem, & ad ſacros Ordines non poſſe promoueri: Idem tenet Lezan. *lib.*1.*in ſumma quæſt.regul. cap.* 16.*num.*32.dicens hoc caſu incurri infamiam iuris, & per conſequens irregularitatem: quod examinat Campanil.*in diuerſ.Iur. Canonici, rubric.* 11.*cap.* 18.*à num.*15.*vſque ad finem capitis*, videndus in caſu occurrenti.

Sed quidquid ſit de præmiſſis, penſiones 33 Eccleſiaſticas illius, qui ad vitam condemnatus eſt ad triremes, non vacare dicit Modern. *in tract.de ſtylo Datariæ, cap.*16. §.6.*num.* 20.dicens quidquid ſit de beneficiis, non vacare penſiones illius qui ad vitam condemnatus eſt ad triremes: & ita ſæpiùs Signaturam reſcripſiſſe.

## CAPVT XXXVI.

## *ARGVMENTVM.*

QVÆ ſit differentia inter penſiones temporarias & perituras,quæ dantur ratione tituli beneficij & reales ac perpetuas, quæ per vnam Eccleſiam alteri Eccleſiæ debentur: Vtrùm locus ſit reductioni penſionis perpetuæ, diminutis fructibus beneficij ſeruientis. Tranſactionem de rebus Eccleſiæ non afficere ſucceſſores, niſi à Summo Pontifice fuerit confirmata. Temporis diuturnitatem non ſuffragari ad conualidandam tranſactionem, niſi concurrat illius obſeruantia. Tituli nullitatem continentis ex eius lectura productionem actori producenti nocere demonſtratur.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſit differentia inter penſionem quæ datur ratione tituli beneficij, & quæ datur ratione bonorum vel iurium vnius Eccleſiæ ad aliam.*

2 *Expenditur* conſil. 369. *Romani circa conuentiones factas inter Monaſterium Sancti Petri Montis-maioris prope Arelatem, & Prioratum Sancti Antonij Viennenſis.*

3 *Penſio taxatiuè impoſita ſuper certo beneficio, non debetur niſi ad ratam fructuum qui ex illo percipiuntur.*

4 *Penſio quando dicatur impoſita taxatiuè ſuper certo beneficio, & quando demonſtratiuè.*

5 *Penſio*



5 *Penſio licèt debeatur etiam diminutis fructibus beneficij, hoc tamen locum non habet in penſione promiſſa intuitu iurium per vnam Eccleſiam alteri remiſſorum.*

6 *Penſionis promiſſio non obligat ſucceſſores in Eccleſia etiam vigore tranſlationis inter duas Eccleſias, niſi fuerit homologata à Summo Pontifice.*

7 *Epiſcopi authoritas non poteſt reddere validam penſionis ſeu cenſus impoſitionem vnius Eccleſiæ ad aliam;ſed ſolus Papa per viam diſpenſationis.*

8 *Epiſcopus perſonas penſione grauare poteſt,ſed non Eccleſiam.*

9 *Temporis diuturnitas non facit præſumi ſolemnitates in aliquo actu interueniſſe, niſi concurrat obſeruantia.*

10 *Eccleſia contra Eccleſiam præſcribit ſpatio 40. annorum.*

11 *Martinus antiquus Doctor, in annuis penſionibus, tot eſſe cenſuit præſcriptiones, quot ſunt anni; ſiue debeantur ex contractu,ſiue ex vltima voluntate.*

12 *Bulgari verò ſequaces diſtingunt inter contractus, & vltimas voluntates; vt in debitis ex contractu ſufficiat vnica præſcriptio 30. vel40. annorum, in debitis verò ex vltima voluntate tot ſint præſcriptiones quot anni.*

13 *Intellige vt hoc procedat, quando agitur de ſingularibus ſucceſſoribus: hæres enim & eius author propter malam fidem numquam præſcribunt.*

14 *In debitis conditionalibus qualis eſt cenſus annuus redimibilis, ſingulis annis ſingulæ incipiunt præſcriptiones.*

15 *Penſio vnius Eccleſiæ ad aliam, promiſſa in compenſationem bonorum & iurium,non eſt redimibilis, ideo præſcribitur ſpatio 40. annorum;maximè in Gallia.*

16 *Producens titulum ex prima facie & ſola lectura illius defectiuum, ſibi præiudicat; & melius eſt hoc caſu titulum non producere.*

17 *Qui contrahit, non ſeruatis iuris ſolemnitatibus,præſumitur eſſe in mala fide.*

DVBITATVM quoque fuit in facti contingentia, vtrùm penſio,ſeu cenſus perpetuus per viam tranſactionis non homologatæ imponi poſſit ſuper aliquo beneficio, in præiudicium ſucceſſorum in eodem beneficio, abſque Summi Pontificis authoritate? caſus talis eſt; Rector prioratus Sancti Stephani, tranſegerat cùm Priore Commendatario, illique promiſerat pro ſe & ſucceſſoribus ſuis ſoluere penſionem annuam, ſeu cenſum decem ſalmatarum bladi, confitendo quod illa penſio à tempore cuius memoria non exiſtebat, fuerat ſoluta Dominis Prioribus dicti Prioratus; cum tamen à ſeptuaginta & ampliùs annis numquam facta fuiſſet huiuſmodi penſionis ſolutio, ſed & reditus Rectoris eſſent admodùm diminuti, cùm dictus Rector fructus ſui beneficij non perciperet integros, immo valde diminutos; quæſitum fuit vtrùm Prior Commendatarius eſſet fundatus in petitione dictæ penſionis?

Supponendum eſt ante omnia, quod magna 1 eſt differentia inter penſionem quæ datur ratione tituli, vel reſignationis ipſius beneficij; & illam quæ datur ratione bonorum & iurium beneficij, veluti ſi vna Eccleſia acquirat prædium ab alia,aut ſi inter duas Eccleſias inita ſit tranſactio, per quam illa, quæ prædium retinet, penſionem promittat; hæc enim non eſt penſio, quæ cum tempore finiatur, veluti per mortem, aut ingreſſum Religionis Penſionarij ſequuta profeſſione, vel per contractum Matrimonij, aliiſve ſimilibus modis; ſed eſt perpetua, & bonis ipſius beneficij inhærens, & merè realis, ac veluti quædam ſeruitus bona & prædia Eccleſiæ reſpiciens, de qua iudicari debet ſicut de bonis & prædiis Eccleſiæ:† Qua de cauſa 2 nonnulli exiſtimarunt, non bene ratiocinatum fuiſſe Romanum *conſil.* 369. ſuper quadam penſione impoſita authoritate Summi Pontificis ad fauorem & commodum Abbatis & Monaſterij Montis-maioris ſoluenda per Monaſterium Sancti Antonij Viennenſis: Quia de eo tempore, Monaſterium Sancti Antonij erat ſimplex Prioratus dependens à Monaſterio Sancti Petri Montis-maioris, ambo ſub Ordine Sancti Benedicti; quam dependentiam Summus Pontifex Bonifacius VIII. ſuppreſſit, & dictum Prioratum Sancti Antonij erexit in Abbatiam Ordinis Sancti Auguſtini, & in compenſationem damni illati Monaſterio Montis-maioris, iuſſit Abbatiam & Monaſterium Sancti Antonij ſoluere Monaſterio Montis-maioris penſionem 1300.florenorum(quæ deinde aucta fuit ad 1500.) tanquam antiquo Domino; vnde penſio illa non erat perſonalis & tempore peritura, ſed realis, ac veluti ſeruitus prædialis; quamuis, vt hoc obiter dicamus, variæ ſuper hoc emanarint conſtitutiones & diſpoſitiones, inter quas adeſt vnio facta per Innocentium VIII. dicti Conuentus Montis-maioris cum dicto Conuentu Sancti Antonij Viennenſis in Delphinatu,vt funditùs tolleretur annua illa præſtatio,quam Monaſterium Sancti Antonij ſoluere tenebatur; quam vnionem Alexander VI. ratam habuit teſte Chopino *lib.* 2. *Monaſticon, tit.*2. *num.* 14. poſt Franciſ. Marc.*deciſ.*307.*part.*2.

quamuis

quamuis hæc omnia ſucceſſu temporis variè immutata fuerint.

Et ex præmiſſis apparet, quod Romanus *dicto conſ.* 369. non fuit bene informatus de facto; quia conſuluit perinde ac ſi ageretur de penſione conceſſa ratione tituli beneficij, cùm tamen ageretur de penſione reali impoſita ſuper vna Eccleſia in fauorem alterius Eccleſiæ, non peritura, ſed perpetuò duratura.

3 Hoc ſuppoſito fundamento, pro reſolutione quæſtionis propoſitæ concludendum eſt, quod poſito quod penſio illa per ſucceſſores in Prioratu Sancti Stephani deberetur vigore ſupradictæ tranſlationis, locus eſſet illius reductioni, ita vt non deberetur niſi ad ratam fructuum, quos Rector percipit diminutos, vt probat Gig. *in tract. de penſ. quæſt.* 62. *num.* 6. quia penſio taxatiuè impoſita erat ſuper fructibus certi beneficij, ex notatis per 4 Caſtrenſ. *conſil.* 338. *vol.* 1. *num.* 3. † vbi dicit quod ſi penſio conſtituta fuit, & deinde in oratione ſeparata fuit dictum ex quibus fructibus capi deberet, veluti ſi dictum fuerit, *lego Titio decem quæ volo ſibi ſolui ex reditibus talis prædij.* tunc fructus prædij deſignati cenſentur adiecti demonſtratiuè: ſed ſi vna tantùm ſit oratio, ſignificans quid, & vnde ſolui debeat, veluti ſi dictum, vel conuentum fuerit, quod ex fructibus talis beneficij decem ſoluantur Titio quolibet anno, tunc fructus illius prædij cenſentur appoſiti gratia taxationis, & eis non exiſtentibus non debet debitor ad ſolutionem compelli: quod probatur per text. *in l. quidam teſtamento, ff. de leg.* 1. Surd. *conſ.* 162. *num.* 23. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 256. *num.* 22. Caſtill. *controuerſ. lib.* 4. *cap.* 54. *num.* 17. *& ſeqq.* & propterea cum ſupponeretur, fructus beneficij penſione grauati eſſe notabiliter diminutos, dixi quod caſu quo Penſio debita eſſet, Rector ad illam non teneretur niſi ad ratam fructuum 5 diminutorum; † Et hac in parte quoad ius bene conſuluit Roman. *d. conſil.* 369. dum voluit locum eſſe reductioni penſionis de qua agebatur, quia erat exceſſiua, vt ipſe probat *num.* 9. quia non agitur hoc caſu de penſione impoſita cum renunciatione omnium caſuum fortuitorum, & obligatione Camerali, & aliis clauſulis; quarum ratione diximus ſuperiùs, Penſionarium, non obſtante fructuum tenuitate, poſſe penſionem integram petere: ſed agitur de penſione reali debita intuitu certæ rei, nempe ratione iurium vel bonorum quæ vna Eccleſia alteri dimittit, & ſic videtur promiſſa taxatiuè, videlicet reſpectu iurium alteri Eccleſiæ remiſſorum.

6 Sed nec penſionem aliquam deberi exiſtimaui vigore antiquæ illius tranſactionis, quæ cùm non eſſet homologata à Summo Pontifice, non poterat obligare modernos Rectores ad illius obſeruationem, per textum *in cap. veniens, de tranſact & in cap. prohibemus* 7. *de cenſib.* Louet *in recollect. arreſtor. Litera P. num.* 33. iuxta Doctrinam Bartoli *in l.* 1. *C. ſi aduerſus tranſact. num.* 3. Carond. *lib* 7. *reſponſ.* 6. Peleus *lib.* 2. *action. forenſ. cap.* 42.

7 Nec ſuffragari poterat Epiſcopi authoritas in illa tranſactione forſan interueniens, quia non poteſt Epiſcopus authoritatem interponere conuentioni, per quam cenſus perpetuus imponitur ad grauamen Eccleſiæ, *dicto cap. prohibemus, & cap. ſcientes, de cenſib. Clement.* 1. *verſic. eadem quoque, de ſupplend. neglig. Prælat.* ſed ſolus Summus Pontifex per viam diſpenſationis, *cap. ad quæſtiones* 6. *de rerum permut.* Abb. *in cap. præterea, num.* 13. *de cenſib.* Gig. *de penſionib. cap.* 6. *num.* 1. *&* 6. 8 † Poteſt quidem Epiſcopus ex cauſa perſonam onerare, ſed non Eccleſiam: Barboſ. *de Epiſcop. part.* 3. *alleg.* 85. *n.* 3.

Non etiam obſtat, quod propter temporis diuturnitatem præſumitur quod omnes ſolemnitates interuenerint in hac impoſitione cenſus perpetui, quæ alienationis inſtar eſt: 9 † Quia hoc eſſet verum, ſi tranſactio iſta fuiſſet durante illa temporis diuturnitate obſeruata, hoc enim ſupponunt DD. qui aſſerunt ex temporis diuturnitate præſumi interuentum omnium ſolemnitatum: & ſic cùm tranſactio non fuerit tempore illo durante obſeruata, non eſt locus illi præſumptioni; vt patet ex notatis per Mantic. *deciſ.* 101. *n.* 2. Alexand. *conſ.* 79. *n.* 5. *lib.* 1.

Et in omnem euentum ſucceſſores in beneficio, in quibus nulla poteſt mala fides conſiderari, poſſunt allegare præſcriptionem ex eo quod cenſus ille non ſolum ſpatio quadraginta annorum, ſed etiam multo longiori tempore numquam fuit ſolutus: 10 † quia per ſpatium illud 40. annorum, Eccleſia contra Eccleſiam præſcribit; *cap. de Quarta, cap. ad aures, de præſcript.*

Et licèt magna ſit inter DD. controuerſia circa diuerſas Martini & Bulgari in hac materia ſententias; Martinus 11 † enim in iſtis annuis præſtationibus quolibet anno ſuam præſcriptionem incipere cenſuit, & per conſequens ſortem principalem & capitalis obligationem ſemper in ſuo robore conſeruari: Bulgarus verò, penſiones & reditus annuos extinctiuè legitimo tempore præſcribi exiſtimauit. Martini ſententiam, ſcilicet ſingulis annis ſingulas dandas eſſe præſcriptiones, ſecutus eſt Guid. Pap. *deciſ.* 406. & poſt eum Matth. qui allegat Fulgoſ. *conſil.* 174. Cyn. *in l. plures apochis, C. de fide inſtrumentor.* eandem



dem ſententiam amplectitur Cuiac. *in d. l. plures apochis* 18. facta diſtinctione inter vſuras, & annuos reditus; Papon & *ibi* Addent. *lib.* 12. *tit.* 3. *arreſt.* 5. & omnes iſti DD. loquũtur indiſtinctè ſiue debitum annuum procedat ex diſpoſitione inter viuos, ſiue ex vltima voluntate; & probatur per text. *in l. cum notiſſimi, §. in iis, C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum:* Et ad *leg. eos, C. de vſur.* quæ in contrarium allegatur, bene reſpondet Cuiac. *loco citato.* Eandem Martini ſententiam amplectitur Capellana Tholoſana *deciſ.* 342. Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 73. Mynſinger. *obſeruat.* 13. *centuria* 3. Gratian. *diſcept. foren. cap.* 883. *num.* 14.

12 ☞ Bulgari ſententiam, ſcilicet quod libertas & exemptio à ſolutione præſtationum annuarum vnica temporis præſcriptione acquiratur, tenent plurimi non inferioris notæ Doctores; cum hac tamen diſtinctione, nempe quod ſi agatur de debitis habentibus originem ex contractu, talis reditus præſcribatur ſpatio 30. vel 40. annorum, ſi verò ex vltima voluntate nihil præſcribatur, niſi pro annis præteritis, quibus ceſſatum eſt à ſolutione penſionis; vt copioſè diſtinguit Gomeſ. *lib.* 2. *reſolut. de contractib. cap.* 11. *num.* 45. Gaſp. Roderic. *de annuis reditib. lib.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 100. *& ſeq.* Valaſc. *lib.* 1. *conſult.* 49. *per totam,* Aufrer. *in addit. ad dictam deciſ.* 432. *Capellæ Tholoſanæ,* Maſuer, *in praxi tit.* 22. *de præſcript. num.* 7. Balb. *de præſcript. in* 4. *parte princip. num.* 2. & ita in Senatu Cathalauniæ iudicari teſtatur Iacob. Cancer. *lib.* 1. *reſolut. cap.* 15. *num.* 40. qui addit *num.* 41. onus probandi penſiones præteritas, fuiſſe ſolutas, ſpectare ad eum qui prætendit ſibi penſiones deberi: & de emphyteuta agit Theſaur. *deciſ.* 179. *n.* 4. Corbul. *de Iure emphyteut. tit. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. limit.* 31. *per totam:* hanc etiam ſententiam in penſione annua amplectitur Fernand. Vaſqu. *lib.* 2. *controuerſ. Illuſtr. cap.* 83. *n.* 39. Mohedan. *deciſ.* 4. *de præſcript. aliàs* 226 Rota apud Pacific. *deciſ.* 300. *n.* 1.

13 Et hæc diſcuſſio locum habet contra ſingularem ſucceſſorem, qui longo tempore poſſedit bona penſioni, vel cenſui ſuppoſita; ſecus eſt ſi agatur de eo qui ſoluere promiſit, aut illius hærede vniuerſali, qui non præſcribunt propter malam fidem; vt diſtinguit Valaſc. poſt Balb. ab eo allegatum *in dicta conſult.* 49. *num.* 11. Roderic. *dicta quæſt.* 17. *num.* 103. *verſic. huic autem præſcriptioni.* Porro hanc diſtinctionem inter penſionem ſeu reditum annuum debitum ex contractu, vel ex teſtamento; vt in debito ex contractu ſolutio tota præſcribatur; ſi verò ex teſtamento, ſolùm pro annis præteritis; comprobat copioſè Pacific. *de Saluian. interdict. inſpect.* 2. *cap.* 2. *num.* 291. *& ſeq.* 14 † niſi tamen agatur de cenſu annuo, tunc enim quia contractus eſt conditionalis, tot ſunt præſcriptiones, quot ſunt anni; non enim debetur penſio, niſi quatenus debitor eam redimere nolit; vt dicit Pacific. ex mente Rotæ Romanæ *loco citato, num.* 292. Cenc. *de cenſib. quæſt.* 118. *num.* 17.

15 Hæc tamen conſideratio locum non habet in caſu propoſito: quia agimus de cenſu perpetuo & irredimibili, & ſic non debito ſub conditione, ſed purè; & ideo vnica præſcriptione ſublatus fuit: maximè quia in Gallia ex generali conſuetudine Regni, ob tanti temporis ſpatium quo cenſus, ſeu penſio ſoluta non fuit, penſio illa, ſeu cenſus aut reditus annuus fuit præſcriptus, vt tradit Additio ad Papon. *d. lib.* 12. *tit.* 3. *arreſt.* 5. & docet Argentr. *in conſuet. Britann. artic.* 276. *in verbo, qui ne chéent d'an en an: num.* 3. *&* 4. poſt Maſuer. *in prax. tit.* 22. *de præſcript. num.* 7.

16 Præterea aut iſte actor nempe D. Prior commendatarius, ſola temporis diuturni poſſeſſione nitebatur; & hoc non: quia vt dictum fuit, cenſus per quadraginta & amplius annos ſolutus non fuerat: 17 † aut titulum tranſactionis producere volebat; & hoc caſu, cum titulus ex ſola illius lectura nullus appareret, non poterat illo niti, nec alterius melioris tituli præſumptionem allegare, immò præſumitur, quod ſi alium meliorem titulum habuiſſet, illum produxiſſet, & hoc eſt quod dicunt DD. melius eſſe titulum non producere, quàm producere vitioſum: Gregor. *deciſ.* 353. *num* 19. Argentr. *in conſuet. Britann. artic.* 266. *cap.* 6. *num.* 5. & ideo tantum abeſt vt mala fides eſſet ex parte Rectoris Rei conuenti, quin potiùs ex parte Prioris qui Actor erat; 18 † cùm verum ſit, illum eſſe in mala fide, qui contrahit non ſeruatis iuris ſolemnitatibus; *l.* 1. iuncta Gloſſa, *in verbo, mala fide, C. de fide inſtrument. & iure haſtæ fiſc. lib.* 10. *argum. cap. qui contra, de reg. iur. in* 6. Petr. Barboſ. *ad l. competit.* 6. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum, num.* 65. cum pluribus aliis quos citat & ſequitur Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 130. *num.* 33.

# CAPVT XXXVII.

## *ARGVMENTVM.*

VTRVM Penſionario debeantur termini ſolutionum decurſi à die datæ ſupplicationis, quamuis Literæ poſt aliquod tempus fuerint expeditæ. Et an ex ſolo Partium conſenſu cum renunciatione Regulæ Cancellariæ contrariæ licitum ſit penſiones exigere. Quomodo ſola ſupplicatio ſufficiat in Iudicio poſſeſſorio ſummariſſimo. Quid ſi agatur de ſucceſſore in beneficio. Penſionario deberi penſiones decurſas, quamuis ſolùm poſt nouem menſes Literas expediri curauerit. Literæ expeditæ capiunt robur à die datæ ſupplicationis, etiam ſi fuerint expeditæ poſt obitum Penſionarij, niſi tamen certus terminus datus pro expeditione Literarum eſſet elapſus.

### SVMMARIVM.

1 *Penſio non debetur niſi Literis expeditis, nec ſufficit ſimplex Signatura.*

2 *Ampliatur vt procedat, etiam ſi Partes conſentiant exigi, Literis non expeditis.*

3 *Literæ penſionis ex conſtitutionibus intra nouem menſes à die ſupplicationis expediri debent.*

4 *Reijcitur cautela contraria antiqui Gloſſatoris Regularum Cancellariæ, & aliorum.*

5 *Quando lex reſpicit fauorem priuatum, Partes illi poſſunt renunciare.*

6 *Dicta tamen cautela admittitur in Gallia, vbi ſola Signatura ſufficit in beneficiis inferioribus.*

7 *Literis non expeditis, penſio ſimoniam redolet ſi exigatur,*

8 *Vtrùm ex ſola ſupplicationis productione detur manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem.*

9 *Si Papa mandauerit penſionem ſolui ſub ſimplici Signatura, ſufficit quod Penſionarius agens ſolam producat ſupplicationem.*

10 *Clauſula*, & non aliàs, *in ſupplicatione appoſita, habet vim decreti irritantis.*

11 *Clauſula*, & non aliàs, *refertur ad iuris effectum, & non eſt attendenda in Summariſſimo poſſeſſorio, dum ſimplex Signatura producitur, quia in eo attenditur nudum factum.*

12 *Mortuo Penſionario, hæredes illius non poſſunt petere manutentionem ex perſona defuncti.*

13 *Manutentio peti poteſt contra ſucceſſorem beneficij penſione grauati, quamuis hic numquam ſoluerit, ſi Penſionarius ſit in quaſi poſſeſſione exigendi contra illius authores.*

14 *Iuſtificatio non eſt neceſſaria illi, qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, quamuis ageretur contra ſucceſſorem beneficij, qui numquam ſoluit; ex veriori ſententia.*

15 *Mutatione perſonarum debentium penſionem, non mutatur actus poſſeſſionis.*

16 *Quando non agitur ad Canonizationem Gratiæ, ſola Signatura ſufficit.*

17 *Ad effectum ſimplicis Abſolutoriæ ſola ſupplicatio ſufficit ſine Literis; ſecus ſi agatur de adiudicatione.*

18 *Sola ſupplicatio ſufficit, vt penſio à die Datæ illius peti poſſit, dummodo Literæ fuerint expeditæ intra nouem menſes.*

19 *Gratia per ſolam ſupplicationis ſignaturam eſt perfecta.*

20 *Gratia penſionis eſt informis quoad executionem ſine expeditione Literarum, ſed quoad ſubſtantiam eſt perfecta.*

21 *Literæ cenſentur expeditæ ſub eadem Data ſub qua ſupplicatio ſignata fuit.*

22 *Mortuo Penſionario penſio à die Datæ ſupplicationis tranſmittitur ad illius hæredes, dummodo Literæ intra nouem menſes à die ſupplicationis cõputandos fuerint expeditæ.*

23 *Si tempus expediendi Literas in ſupplicatione penſionis fuerit limitatum, penſio exigi nequit, niſi Literæ intra illud tempus fuerint expeditæ.*

RESERVATA fuit penſio Franciſco menſe Maij anni 1650. & ſubſcripta ſupplicatio eodem tempore: Deinde menſe Ianuarij 1651. Penſionarius iſte curauit Literas ſeu Bullas expediri: quæſitum fuit, vtrum termini penſionis decurſi in diebus Natalis Sancti Ioannis Baptiſtæ, & Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti anni 1650. & ſic ante expeditionem Literarum, debeantur huic Penſionario? † Ratio dubitandi 1
eſt, quia penſio non debetur, nec exigi poteſt niſi poſt Literarum expeditionem, & qui illam petit Literis non expeditis, propter decretum quod à tempore Sixti V. apponi ſolet, *vigore Literarum deſuper conficiendarum, nec antea, aliàs præſens Gratia ſit nulla*: de quo Garſ. *de benefic. part.*4. *cap.*2. *num.*42. *& ſequentib.* Mantic. *deciſ.* 286. *&* 300. vbi fuit dictum, hoc caſu nullam cauſam excuſare exigentem penſionem ante Literarum expeditionem, & Rot. apud Marcheſ. *de commiſſ. in cauſ. penſ. part.*1. §.2. *deciſ.*11. *fol.*610.
2 & *deciſ.* 32. *fol.* 626. † vbi etiam dicitur quod licet Partes conſentiant quod penſio ſic exacta debeatur, conſenſus ille non reddit penſionem validam; quia hoc non pendet ex voluntate Partium, ſed requiritur authoritas Summi Pontificis: videtur ergo penſionem non deberi niſi à die expeditionis Literarum, & terminos decurſos exigi non poſſe.
3 † Immò poſt cõſtitutionem Clementis VIII. neceſſe eſt vt Literæ expediantur intra nouem menſes à die ſupplicationis, aliàs reſeruatio penſionis eſt ipſo iure nulla: vt aduertit Garſ. *dicta part.*4. *cap.*2. *num.*43.

Et ea de cauſa, quidam Præpoſitus, qui Canonicatum & Præbendam reſignauerat ſub penſione ſibi reſeruata, penſionem amiſit, eo quod Literas intra nouem menſes expediri non curauerat: vt teſtis eſt Kochier. *ad regul.* 26. *Cancell. de non indicando iuxta*
4 *formam ſupplicat. num.*39. † Vnde non poteſt hodie locum habere cautela, quam affert Gloſſator antiquus *ad dictam Regulam*, quam dicit ſe habuiſſe & ſeruaſſe in facto proprio; dicens quod ille qui conſenſit reſeruationi penſionis, faciat inſtrumentum ad partem quod eſt contentus ſoluere penſionem Literis non expeditis, & renunciat illi Regulæ Cancellariæ *de non indicando iuxta formam ſupplicationis*, cui dicit renunciari poſſe, iuxta *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis: & l. ſi quis, C. de Epiſcop. & Cleric.* & tunc ipſe tenetur, nec committitur aliqua ſimonia: non credit tamen ſucceſſorem teneri. Idem dicit Gomeſ. *ad dictam Regul. de non iudic. quæſt.* 6. *in fine, verſ. quinta Regula eſt, & quæſt.*14. vbi dicit ſic promittentes eſſe tutos in foro conſcientiæ: eamdémque ſententiam amplectitur Rebuff. *in praxi, in* 3. *parte Signaturæ, in verbo, datum apud: à num.*11. *vſque ad num.*20.
5 dicens, † quod quamuis Partes non poſſint facere quominus leges locum habeãt, tamen quando agitur de fauore priuato, & lex non reſpicit vtilitatem publicam, Partes illi renunciare poſſunt, & ſic facere vt ſtetur ſimplici Signaturæ. Idem dicit *in Reg.* 34. *Cancell. column.* 2. *verſic. ſecundus caſus, & in Concordatis, tit. de mandat. Apoſtol.* §.1. *in verbo, Literas, verſic. Quartò in foro conſcientiæ*: Maſcard. *de probat. concluſ.* 845. *Gratia Principis. num.*30. Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib.*8. *quæſt* 2. *num.*24.
† Quæ concluſio abſque difficultate procedit 6
in Gallia, vbi ſola Signatura ſufficit in Gratiis inferiorum beneficiorum, tam in foro exteriori, quàm in foro conſcientiæ, ita tolerante Summo Pontifice, vt dicit Additio ad Pariſ. *d. num.* 24. & hoc quotidiana Paxis demonſtrat.

Non valet inquam dicta Cautela, quia 7
hodie ſtantibus clauſulis Decreti irritantis appoſitis in conſtitutionibus Summorum Pontificum, penſio eſt ipſo iure nulla, ſi Literæ non expediantur intra tempora *in dictis conſtitutionibus* præfinita: & propterea etiam conſentientibus Partibus exigi non poteſt ante Literarum expeditionem; vt probat Pariſ. *in tract. de Confident. quæſt.*43. *n.*9. *&* 10. dicens, per huiuſmodi pactum de ſoluendo penſionem, Literis non expeditis, committi ſimoniam & confidentiam; quia ſtante illa clauſula, ſi Literæ non fuerint expeditæ, perinde eſt ac ſi nulla fuiſſet penſio reſeruata.

Quæ omnia procedunt in iudicio petito- 8
rio, in quo omnino iuſtificanda eſt penſionis reſeruatio per productionem, ſeu probationem expeditionis Literarum, adeo vt ſola ſupplicatio non ſufficiat niſi aliter Papa ordinauerit; ſed dum agitur de iudicio poſſeſſorio retinendæ, ſeu manutenendæ poſſeſſionis, in quo attenditur ſolum factum; & dum adeſt quæſtio iuris, illa rejicienda eſt ad petitorium, hoc caſu diſtinguendum eſt: Aut enim Penſionarius eſt in quaſi poſſeſſione exigendi, & tunc datur manutentio, etiam non productis Literis, ſed ex ſola productione ſimplicis Signaturæ; aut non eſt in poſſeſſione, & tunc deueniendum eſt ad iudicium petitorium, in quo neceſſaria eſt probatio per Literas, † niſi Papa aliter ordinauerit per clauſulam, *& quod penſio exigi poſſit Literis non expeditis*, vel aliam ſimilem: ita diſtinguit Rota *deciſ.*287. *n.*2. *&* 5. *part.*5. *recent.* Burat. *deciſ.*
542. *num.*2. *&* 3. † Et in hoc non obſtat clau- 10
ſula, *& non alias*, quæ vim habere videtur decreti irritãtis, ita vt omnia reſoluat ab ipſo initio, *l. ſi quidem*, cũ *ibi* notatis per Bald. *n.*3. *verſic. nota Gloſſam, C. de exceptionib.* Socin. ſen. *cõſ.* 251. *num.*4. *vol.*2. & reddit actum, non ſeruata forma decreti factum, ipſo iure nullum,
Barboſ. *de clauſ. cap.*81. *n.*9. † quia hæc clauſula 11
referenda eſt ad effectum iuris, cum tamen in mero poſſeſſorio manutenendæ, nudum factum attendatur: Cod. Fabrian. *lib.*8. *tit.*4. *vti poſſid. definit.*5. Poſtius *de manutent. obſeru.* 15. *num.*21.

Sed tamen hæc debent intelligi, ſi Pen- 12
ſionarius ipſe agat qui manutenendus eſt in ſua poſſeſſione: Aliud eſt ſi mortuo Penſio-

nario illius hæredes beneficij poſſeſſorem conueniant, quia cùm ipſi non poſſint dicere ſe eſſe in quaſi poſſeſſione exigendi, cùm nunquam exegerint, non poſſunt ſe iuuare poſſeſſione defuncti, cum poſſeſſio non tranſeat ad hæredes ſine noua apprehenſione, *l. cum hæredes*, & *ibi* DD. *ff. de acquir. poſſeſſ.* & ita deciſum per Rotā *in Miranden. penſionis* 7. *Maij* 1612. *coram Coccino* apud Cenc. *deciſ.* 339.

13 Et prædicta adeo vera ſunt, vt locum habeant etiam ſi agatur contra ſucceſſorem in beneficio penſione onerato, qui nunquam ſoluerit; dummodo Penſionarius fuerit in poſſeſſione exigendi cōtra illius in beneficio anteceſſorem, cùm hoc caſu, intentato iudicio poſſeſſorio manutenendæ, ſufficiat probare poſſeſſionem cum productione ſaltem ſimplicis ſupplicationis ſignatæ abſque productione Literarum: Rota *dicta deciſ.* 287. *num.* 1. *part.* 5. *recent.* & ſuper hoc plures Rotæ deciſiones allegat Poſt. *in d. tract. de manutent. obſeruat.* 42. *num.* 2. reprobata ſententia ad quam inclinat Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.*
14 37. *num.* 63. † quia in contrarium fuit ſæpè iudicatum, vt ſcilicet non ſit neceſſaria iuſtificatio Gratiæ quando quis eſt in quaſi poſſeſſione exigendi, etiam ſi agatur contra ſucceſſorem in beneficio qui nunquam ſoluerit; Rota *deciſ.* 547. *num.* 4. *part.* 1. *recent.* vbi dictum eſt, quod non obſtante clauſula in reſeruatione penſionis adiecta, *dummodo mille remaneant pro Rectore*, Penſionarius etiam agens contra ſucceſſorem, non tenetur in poſſeſſorio iuſtificare quod mille Rectori re-
15 maneant, † ſiquidem mutatione perſonarum, non mutatur nec variatur poſſeſſio, nec ius actoris: Rota *deciſ.* 562. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* & ius metimur à poſſeſſore, non à perſona illius contra quem poſſidetur; vt plenè explicat Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ.* 57. *num.* 15. *&* 16.

16 Immò hoc generaliter conſtitutum eſt, vt ſola ſupplicatio abſque Literis ſufficiat; quotieſcunque non agitur ad iuſtificationem ſeu canonizationem Gratiæ; Gabriel. *conſ.* 190. *num.* 13. *lib.* 1. Seraphin. *deciſ.* 538. *lib.* 4. *&* 779.
17 *num.* 3. † & etiam ad effectum ſimplicis Abſolutoriæ, ſufficit ſola ſupplicatio abſque expeditione Literarum, licèt ſecus ſit ad effectum ſimplicis adiudicationis; Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 5. *num.* 66. *&* 67. Garſ. *de benefic. part.* 4. *cap.* 3. *num.* 23. *&* 24. Ratio eſt, quia quando non agitur de adiudicatione, ſed dumtaxat de Abſolutoria, onus probandi ſpectat ad Actorem, & illo non probante, Reus qui beneficium poſſidet, abſoluendus eſt, nec tenetur Gratiam ſuam iuſtificare; vt dicit Gomeſ. *ad Regul. de non iudic. iuxta ſupplic. quæſt.* 4. Add. ad Ludouiſ. *deciſ.* 540.

Præmiſſis tamen non obſtantibus, conclu- 18
dendum eſt, terminos penſionis maturatos poſt Datam ſupplicationis, ſpectare ad Penſionarium qui intra nouem menſes Literas Apoſtolicas expediri curauit: quia cùm penſio ſoleat reſeruari in fauorem reſignantis, ſeu ex cauſa permutationis, aut concordiæ, aut alia ſimili; iniquum eſſet ſi Titularis, qui ante expeditionem Literarum, ſignata tamen ſupplicatione, fructus beneficij reſignati vel remiſſi percepit, ſub ſpe ſolutionis penſionis faciendæ reſignanti, vel remittenti, ab illa ſolutione immunis eſſet; atque ita in ſimili caſu determinauit Rota *in Aſſiſien. penſionis* 22. *Iunij* 1607. *coram Sacrato*, quæ inſeritur apud Marcheſ. *de commiſſ. appell. in cauſis*
*penſion. part.* 1. §. 2. *num.* 10. *pag.* 610. † Et ratio 19
eſt, quia Gratia perfecta eſt per ſolam ſupplicationis ſignaturam, Rota *deciſ.* 585. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* & expeditio Literarum requiritur dumtaxat ad probationem Gratiæ, Verall. *deciſ.* 177. *num.* 2. *part.* 2. qui tamen loquitur in terminis iuris communis, ſicut & *in deciſ.* 267. *num.* 2. *part.* 1. plures citat & ſequi-
tur Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 12. *num.* 45. † Et 20
ſic quod dicitur, ſupplicationem ſine Literis continere Gratiam informem, intelligendum eſt, vt ſit informis quoad executionem; Mohedan. *deciſ.* 28. *num.* 3. *de renunciat.* Putc. *deciſ.* 356. *num.* 7. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 20. *num.* 5. *de conceſſ. preben. in nouis*, & ſecundùm hæc dictæ deciſiones limitari & explicari debent; nam quoad ſubſtantiam, Gratia per ſolam ſupplicationem eſt perfecta; Mareſ-
cot. *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 40. *num.* 42. † & in 21
omnem euentum Gratia expedita cenſetur eadem die qua ſupplicatio fuit ſignata, vt dicit Modern. *de ſtyl. Dat. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 103. iuxta *deciſ.* Rotæ 514. *num.* 2. *part.* 3. *lib.* 3.

Igitur in caſu propoſito quamuis Literæ fuerint poſtea expeditæ, dummodo intra legitima tempora, nempe intra nouem menſes, penſio debetur Penſionario à die Datæ ſupplicationis, & per conſequens termini à die dictæ ſupplicationis, & ante Literarum expeditionem non exacti ad ipſum Penſionarium pertinent.

Cui deciſioni non abſimilis eſt caſus mor- 22
tis Titularis poſt ſupplicationem ſignatam, ante tamen Literarum expeditionem contingentis; nam penſiones decurſæ Penſionario debentur à die Signaturæ, quamuis Literæ poſt mortem Titularis fuerint expeditæ, quem caſum decidit Gig. *de penſionib. quæſt.* 40. qui licèt loquatur de expeditione Literarum poſt tres aut quatuor annos; idem hodie dicendum eſt de expeditione facta poſt mortem Titularis, infra tamen nouem menſes per



per conſtitutiones Pontificias ſtabilitos.

Ratio eſt, quia iam Gratia quoad ſubſtantiam erat facta, vt mox dictum eſt; & Bullæ non requirebantur niſi ad probationem & executionem: quod etiam probat Gig. *in dicto tract. quæſt.* 34. exercitium igitur, & executio Gratiæ ſtat in ſuſpenſo, donec Literæ fuerint expeditæ; ipſa autem ſubſtantia Gratiæ firma remanet; dummodo igitur exactio non fiat ante expeditionem Bullarum, peti & exigi poſſunt omnes termini penſionis maturati à die ſignatæ ſupplicationis, ex rationibus ſupradictis.

Aduertendum tamen eſſet, quod ſi in reſeruatione penſionis apponeretur decretum, quod Literæ expediri deberent intra breuius temporis ſpatium, aliàs penſio eſſet nulla, ſi expeditio Literarum non fuiſſet facta intra illud tempus, nullo modo, nec vllo vnquam tempore penſio exigi poſſet; quia decretum omnia nulla redderet tanquam ab initio: vt decidit Rota *deciſ.* 11. *in Veronen. penſionis*, 3. *Iulij* 1592. *coram Millino*, apud Marcheſ. *fol.* 610. Idem Author *de commiſſ. in cauſ. penſ. part.* 1. §. 2. *num.* 41. *fol.* 585. vbi loquitur de Breui pro capienda poſſeſſione nomine Cameræ, dummodo Literæ expediantur intra ſex menſes.

## CAPVT XXXVIII.

### *ARGVMENTVM.*

PENSIONEM in loco, vbi ſitum eſt beneficium, ſoluendam eſſe, niſi aliter conuentum fuerit; etiam ſi Penſionarius ſit Cardinalis: Et ſi Penſionarius, die ſolutionis adueniente, non fuerit in loco deſtinatæ ſolutionis, per ſe, vel per procuratorem habentem legitimum mandatum, vtrùm ſufficiat proteſtatio debitoris, an verò neceſſe ſit quod Titularis faciat depoſitum? & vtrum ſufficiat quod Titularis loco penſionis offerat fructus beneficij? Quando tamen cauſa commiſſa fuit cum clauſula, *ſine retardatione ſolutionis penſionis*, non ſufficere proteſtationem, ſed integrum & actuale depoſitum requiri concluditur, etiamſi Penſionarius non reperiretur in loco deſtinato.

SVMMARIVM.

1 *Si nihil in contrarium conuentum fuerit, penſio ſoluenda eſt in loco vbi ſitum eſt beneficium penſione grauatum.*

2 *In dubio locus ſolutionis eſt ille qui minus grauat debitorem.*

3 *Quamuis penſio ſolui debeat Cardinali, illa ſolui debet in loco, in quo eſt beneficium oneratū penſione, niſi aliter fuerit dictum.*

4 *Quamuis penſio ſit loco alimentorum, non tenetur Titularis illam deferre ad domum Penſionarij, quando ſunt diuerſi fori.*

5 *Obligatio Cameralis pro ſolutione penſionis, non obligat illius debitorem ad illam ſoluendam extra locum tacitè, vel expreſsè conuentum.*

6 *Si Titularis promiſerit ſoluere penſionem in certo loco, poteſt in eo conueniri. Idem, ſi promiſerit ſoluere vbique locorum.*

7 *Si Penſionarius non fuerit præſens in loco deſtinatæ ſolutionis, Titularis tenetur proteſtari, & deponere, ſecundum aliquorum ſententiam.*

8 *Contraria ſententia verior eſt, non requiri depoſitum niſi ad maiorem cautelam.*

9 *Conſultius eſt, abſente Penſionario, facere actuale depoſitum penſionis.*

10 *Ad purgandam moram iam incurſam requiritur actuale depoſitum, non autem ad incurrendam.*

11 *Quando in commiſſione adeſt clauſula*, ſine retardatione ſolutionis penſionis, *non auditur Titularis niſi facto actuali depoſito in defectum ſolutionis.*

12 *Oblatio fructuum facta Penſionario per Titularem non ſufficit, nec releuat, quia ſolutio debet fieri in pecunia, non in fructibus.*

13 *Clauſula*, ſine retardatione ſolutionis penſionis, *ſuſpendit & limitat iuriſdictionem Commiſſarij, vt non habeat vllam iuriſdictionem donec ſolutio facta fuerit.*

14 *Creditorem teneri in ſolutum capere bona ſui debitoris, quomodo intelligatur, & locum habeat.*

15 *Quando ſolutio fieri poteſt, & debet, depoſitum non ſuffragatur.*

16 *Depoſitum fieri ſufficit ſtante illa clauſula*, ſine retardatione, *quando Penſionarius non reperitur in loco deſtinatæ ſolutionis per ſe, vel per procuratorem.*

17 *Quando adeſt clauſula*, refectis expenſis,
*in commiſſione, debet fieri actualis ſolutio.*
18 *Quoad euitandum ne currat intereſſe con-*
*uentionale, requiritur ſolutio; & in eius*
*defectum, depoſitum.*
19 *Clauſula*, Parito iudicato, *exigit actua-*
*lem ſolutionem, licet debitum eſſet illi-*
*quidum.*
20 *Depoſitum actuale requiritur in pecunia nu-*
*merata vt ſatisfiat conditioni, ſi ſolutio*
*in effectu propter aliquam cauſam Penſio-*
*nario fieri impediatur.*

NOTABILIS eſt quæſtio, quando cre-
ditor penſionis non reperitur in loco
deſtinatæ ſolutionis, quid agere de-
beat Titularis, vtrum videlicet teneatur de-
ponere, nec ſolum offerre, & vtrum debeat
proteſtari de impedimento, aut quid aliud
agere?

Pro reſolutione huius quæſtionis in pri-
1 mis videndum eſt, † quo in loco fieri debeat
ſolutio penſionis; in qua difficultate hoc pri-
mò conſtituendum eſt, locum ſoluendæ
penſionis, eſſe locum in quo beneficium pen-
ſione oneratum conſtitutum eſt; Gomeſ. *in*
*regul. de valore exprimend. quæſt.* 8. *n.* 4. Oldrad.
*conſil.* 168. quod conſilium licèt communiter
reprobetur, dum agitur de æſtimando valore
monetæ, vt oſtendemus *cap.* 40. tamen eius
rationes ſubſiſtunt quando dubitatur, in quo
loco fieri debeat penſionis ſolutio: Gambar.
*de poteſt. Leg. lib.* 6. *quæſt.* 27. *num.* 112. ex do-
ctrina Sebaſtiàn. Sap. *in l. hæres abſens*, §. *pro-*
2 *inde, ff. de iudic. num.* 1. † quia in dubio locus
ſolutionis cenſetur deſtinatus, vbi debitor
maiori cum commoditate ſolutionem facere
poteſt, talis autem eſt locus in quò ſitum eſt
beneficium, cuius occaſione penſio debe-
3 tur. † Quod ampliatur, etiamſi ſolutio pen-
ſionis facienda eſſet Cardinali, qui tenetur
reſidere in Curia, quia cùm nullo iure cau-
tum ſit, quod Cardinalis reſidens in Curia
habeat quoad hoc maius priuilegium quàm
cæteri Penſionarij, ideò ſtandum eſt Regu-
læ, vt penſio in loco beneficij ſoluenda ſit:
quam Regulam confirmat etiam Nicol. Garſ.
*de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 233. & quod de Car-
dinalibus dictum eſt, probatur ex deciſis per
Rotam *in Aretina penſionis die* 20. *Februarij*
1598. *coram Litta*, quam refert Marcheſ. *part.*
1. *de commiſſ. fol.* 548. *num.* 45.
4 Neque præmiſſis obſtat quod penſio ſit
reſeruata loco alimentorum: Tum quia dum
agitur de Cardinalibus, ipſi habent vt plu-
rimùm ex quo viuere poſſint; † tum etiam
quia dum agitur de alimentis, verior eſt
opinio, quod licet quando debitor & cre-
ditor illorum ſunt eiuſdem fori, debitor
teneatur illa deferre ad domum creditoris,
Surd. *de aliment. tit.* 4. *quæſt.* 16. *num.* 7. tamen
quando ſunt diuerſi fori, non tenetur illa
deferre ad illum locum, in quo degit is cui
alimenta debentur; vt per Surd. *d. quæſt.* 16.
*num.* 1. & 2.
Non etiam obſtat quod penſionis debi- 5
tor ſit obligatus obligatione Camerali, per
quam promittit quod poſſit conueniri vbi-
que locorum: quia non ea eſt vis illius obli-
gationis vt debitor conueniri poſſit in alio
loco, quàm in eo in quo tacitè vel expreſsè
promiſit, qualis eſt locus beneficij, in quo
vt *ſuprà* dictum fuit tacitè promiſiſſe cenſe-
tur: vt dicit Rota *dicta deciſ. coram Litta*,
& patet ex traditis per Zach. *de oblig. Camer.*
*quæſt.* 7. *n.* 9. & apud Eund. *deciſ.* 78. *n.* 3. & 4.
Quæ omnia intelligenda ſunt, niſi Titu- 6
laris promiſiſſet ſoluere in certo loco, vel
ſoluere vbique locorum, vbi penſio petita
fuerit; tunc enim ſi in certo loco ſoluere
promiſerit, Titularis non ſortitur forum in
loco contractus, nec ibi conueniri poteſt,
etiamſi in eo reperiatur: Lanfranc. Balb.
*deciſ.* 216. Gregor. Tholoſ. *in cap.* 1. *num.* 92.
*de ſponſalib. fol. mihi* 375. *verſic. tertio quando*
*ſolutio.* Si verò promiſerit ſoluere vbique lo-
corum, poteſt vbicumque conueniri: Bart.
*in l. ſi conuenerit, num.* 4. *ff. de iuriſdict. omn.*
*iudic.* per text. *in l. hæres abſens*, §. 1. *ff. de*
*iudic.* cum *leg. ſequenti*; & *l. contraxiſſe, ff. de*
*actionib. & obligat.* Borgnin. Caualcan. *deciſ.* 1.
*n.* 8. Cancer. *lib.* 2. *reſolut. cap.* 6. *de ſolut. n.* 162.
His ita conſtitutis, deueniendo ad deci-
ſionem quæſtionis, videlicet quomodo ſe
gerere debeat Titularis, quando penſionis
ſolutio fuit promiſſa ad certum locum, in
quo Penſionarius tempore ſolutionis non re-
peritur, & nemo pro ipſo, cum legitimo
mandato ad recipiendam ſolutionem, vtrùm
videlicet debeat proteſtari & conſignare, aut
alia vti diligentia, ad hoc vt dicatur ſatisfe-
ciſſe ſuæ obligationi? Variæ ſunt DD. ſen-
tentiæ, diſtinguendo tamen duos caſus; quo-
rum *Primus* eſt, quando adeſt ſimplex obli-
gatio de ſoluendo penſionem in certo loco:
*Secundus* caſus eſt, quando vltra ſimplicem
obligationem adeſt reſcriptum, cum clauſu-
la, *ſine retardatione ſolutionis penſionis*, vel, *pa-*
*rito iudicato.* † In primo caſu, nonnulli DD. 7
voluerunt, debitorem penſionis teneri prote-
ſtari, offerre, & deponere; per text. *in l. ait*
*Prætor*, §. *ſed hodie, ff. de minorib.* vbi dicitur
debitorem minoris teneri deponere, ad hoc
vt ſibi non currant vſuræ, quamuis *ibi* Gloſſ.
diſtinguat inter vſuras quæ debentur ex
conuentione, & quæ officio iudicis; & in *l.*
*ſi reus paratus* 73. *ff. de procuratorib.* vbi dicitur
non ſufficere oblationem ſine depoſito, ſicut





de pecuniis Minorum dictum eſt, & *l. Labeo,*
*ff. de nautic. fœn. l. fin. ff. de lege commiſſ.* &
ita tenet Bartol. *in d. l. ſi reus paratus, num.* 5.
vbi dicit quod ad euitandam pœnam, debi-
tor tenetur facere depoſitum: Idem dicit
Caſtr. *in l. ad diem, in vltima oppoſit. ff. de*
*verbor. obligat.* & *ibid.* Alexand. *num.* 5. vbi
tamen volunt, quod ſufficiat quod debitor
proteſtetur, ſe eſſe paratum ſoluere, nec re-
8 quirunt quod fiat depoſitum: † Alij volunt,
etiam nulla facta conſignatione, debitorem
eo ipſo à mora excuſari, quando creditor
tempore promiſſæ ſolutionis, non fuit præ-
ſens in loco deſtinato, Alexand. *conſ.* 92.
*Perſpectis. num.* 9. Quæ ſententia fauorabi-
lis debitori penſionis, vt ad deponendum
minimè teneatur, congruit menti Rotæ Ro-
manæ apud Mohed. *deciſ.* 15. *de locat.* & Mo-
hedani ſententiam ſequuntur Decius *con-*
*ſil.* 566. *num.* 5. Riminald. iun. *conſil.* 52. *n.* 61.
Roland. *conſil.* 87. *num.* 18. *lib.* 1. Magon. *deciſ.*
*Lucenſ.* 78. *num.* 4. Caroc. *de oblat. quæſt.* 5. *n.* 11.
Et hanc eſſe veriorem ſententiam, quam
ſeruat Rota, teſtatur Gratian. *diſcept. forenſ.*
*cap.* 241. *num.* 18. & 19. Si igitur Titularis
non vſus fuerit cautela depoſiti, poterit ni-
hilominus defendi propter abſentiam, &
negligentiam Penſionarij, vt vltra citatos
tenet Gig. *in tract. de penſionib. quæſt.* 77.
*num.* 18. *in fine.* Alia enim eſt ratio, dum agi-
tur de minoribus, aut pupillis, ad euitandum
curſum vſurarum; vt explicant præcitati
DD. Et hoc idem confirmatur ex traditis
per Buratt. *deciſ.* 517. *num.* 2. vbi dicit, debi-
torem excuſari à mora, ſi ſit paratus ſolue-
re in loco deſtinatæ ſolutionis, & creditor
non ſit præſens, nec reliquerit procurato-
rem paratum ad recipiendum, quando de-
bitor & creditor ſunt diuerſi fori; ex Bart.
*in l. item illa, num.* 9. *verſic. aut volumus, ff.*
*de conſtit. pecun.* Alexand. *conſ.* 172. *num.* 4.
*lib.* 2.
9 Quamuis conſultius ſit, vt debitor pen-
ſionis in caſu abſentiæ Titularis à loco deſti-
natæ ſolutionis, faciat actuale depoſitum,
per quod abſque vlla difficultate liberatur:
vt determinauit Rota *in Abulen. penſionis* 20.
*Nouembris* 1606. *coram Sacrato*, apud Marcheſ.
*fol.* 609. *num.* 8. & probatur per text. *in l. accep-*
*tam*, cum *ibi* notatis per DD. *C. de vſur.* &
*in l. obſignatione, C. de ſolut.* & fusè compro-
bat D. Senator Leotardus *in ſuo tract. de vſur.*
*quæſt.* 84. *num.* 21.
10 Sed notandum eſt, quod licèt vt mox
dictum eſt, non ſit neceſſarium hoc caſu
actuale depoſitum; hoc verum eſt ſi agatur
de mora incurrenda: ſed ſi ageretur de mora
iam incurſa, non ſolum eſt neceſſaria prote-
ſtatio de impedimento, quæ aliàs non re-
quireretur; ex *l. cum quidam*, §. *ſi pupillo,*
*ff. de vſur.* Aretin. *conſ.* 161. *num.* 2. Gozadin.
*conſ.* 66. *num.* 8. ſed etiam ſtante quod mora
iam incurſa fuerit, vt Titularis ab ea libe-
retur, debet facere actuale depoſitum; Bart.
*in d. l. item illa, de conſtit. pecun. num.* 10. Ale-
xand. *conſil.* 92. *lib.* 1. Et ad hunc modum in-
telligendam eſſe doctrinam Bartòli *in d. l. ſi*
*reus paratus* 37. *ff. de procurator.* docet Barboſ.
*ad l. ſi debitor* 21. *ff. de Iudic. num.* 46. & 47.
In ſecundo caſu, videlicet quando cauſa 11
commiſſa fuit cum clauſula *ſine retardatione*
*ſolutionis penſionis*, vel cum clauſula, *parito*
*iudicato*, quamuis Penſionarius non repe-
riretur in loco deſtinatæ ſolutionis, nec vl-
lus pro eo procurator cum ſufficienti man-
dato, non ſufficit proteſtatio, ſed requiritur
actuale depoſitum, † quod debet fieri in 12
pecunia numerata, nec ſufficit quod Titu-
laris dicat de velle fructus beneficij ſoluere,
vel conſignare; maximè quando agitur de
penſione debita ex cauſa reſignationis, quia
ſi Penſionarius credidiſſet ſibi loco pecuniæ
fructus ſolui, minimè reſignaſſet; vt dicit
Rota apud Poſt. *in tract. de manutent. deciſ.*
163. *num.* 6. & 7.
Et ratio præmiſſorum eſt, quia clauſula 13
illa, *ſine retardatione ſolutionis penſionis*, ſuſ-
pendit iuriſdictionem Iudicis Delegati; ita vt
non poſſit ad vlteriora procedere in cogni-
tione negotij principalis, donec ſolutio pen-
ſionis integrę facta fuerit; Gomez. *in compend.*
*vtriuſque Signat. num.* 84. *verſic. confirmatur*
*iſta opinio*, Rota *deciſ.* 428. *num.* 8. *part.* 1. *re-*
*cent.* Barboſ. *de clauſul. cap.* 162. *num.* 5. & 16.
Rota *in Cauenſ. penſionis coram Coccino*, apud
Marcheſ. *de commiſſ. tom.* 1. *num.* 36. *fol.* 541.
*ſub die* 30. *Iunij* 1609. quia illa clauſula ſuſ-
pendit & limitat iuriſdictionem, Rota *deciſ.*
349. *num.* 1. *part.* 1. *diuerſ.* quæ iuriſdictio
non competit Delegato, donec fructus ſint
ſoluti: Burat. *deciſ.* 144. *num.* 12.
Neque obſtat ſi dicatur, creditorem tene- 14
ri in ſolutum accipere bona ſui debitoris,
quando ipſe alio modo ſoluere non poteſt;
& per conſequens debitor penſionis audien-
dus eſt, dum alia ratione quàm per fructuum
oblationem ſatisfacere non poteſt, Bald. *in*
*l.* 3. *ſub num.* 9. *verſic. quod ſi creditor, C. de*
*execut. rei iudic.* & *ibi* Salycet. *num.* 4.
Quia hoc poſſet procedere quoad effe-
ctum euitandæ carcerationis; Dec. *in l.* 2.
§. *mutui datio, in* 3. *lectura, num.* 24. *ff. ſi certum*
*petat.* ſecus ad verificationem illius clauſulæ,
*non retardata ſolutione penſionis*, pro cuius iu-
ſtificatione neceſſe eſt docere de integra &
effectuali ſolutione omnium terminorum
decurſorum: Atque ita deciſum fuit in *Me-*
*diolanenſi penſionis* 7. *Nouembris anni* 1612. *co-*

15 *ram Vbaldo.* † Et hoc caſu regulariter non ſuf-
ficit depoſitum factum per Titularem, vt di-
catur ſatisfeciſſe huic clauſulæ: Quia depo-
nere, non eſt ſoluere: Bart. *in l. item liberatur,*
*§. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluitur,* Tira-
quell. *de retract. conſanguinit. §. 9. gloſ. 3. num. 3.*
16 † Si tamen Penſionarius eſſet abſens, & non
dimiſiſſet procuratorem in loco deſtinatæ
ſolutionis, tunc ſufficeret depoſitum: *l. acce-*
*ptam, C. de vſur.* cum *ibi* notatis, *& d. l. obſig-*
*natione, C. de ſolut.* Non enim tenetur Titula-
ris perquirere Penſionarium extra locum in
quo fieri debet ſolutio, Gigas *d. quæſt. 77. num.*
18. Bartol. *in dicta l. item illa, num. 9. ff. de conſtit.*
*pecun.* In iſtis enim reſcriptis conditionalibus
adimplementum fieri debet in forma ſpeci-
fica, & propterea non ſolum requiritur pro-
teſtatio impedimenti, ſed etiam depoſitum;
17 † ſicut dicitur de clauſula, *refectis expenſis,*
quæ veram exigit ſolutionem; nec ſufficit
oblatio: Gratian. *diſcept. 786. num. 16.* † ſicut 18
dum agitur de intereſſe conuentionali, non
ſufficit oblatio verbalis, ſed requiritur depo-
ſitum, vt illud non currat: Cartar. *deciſ. 69.*
*num. 22. & ſequentibus.* † Idem & multò for- 19
tiùs dicendum eſt, quando cauſa commiſſa
fuit cum clauſula, *parito iudicato*: tunc enim
non ſufficit ſola oblatio, quamuis debitum
eſſet illiquidum, ſed debet interuenire actua-
lis ſolutio, vt tollatur ſuſpenſio iuriſdictio-
nis; Mareſcot. *lib. 1. reſolut. cap. 87. num. 4.*
eius autem loco, fit actuale depoſitum, cre-
ditore recuſante, aut non comparente; vt
mox dictum fuit. † Concludendum ergo eſt 20
in hoc ſecundo caſu, abſente Penſionario à
loco ſolutionis, requiri actuale depoſitum,
alioqui non ſatisfieri dictæ clauſulæ *ſine re-*
*tardatione ſolutionis penſionis*, vt vltra cita-
tos, concludit Garſ. *de benefic. part. 1. cap. 5.*
*num. 235.*

## CAPVT XXXIX.

### *ARGVMENTVM.*

COLLVSIO facta inter duos ſub prætextu litis ſimulatæ, ad hoc vt penſio ſuper aliquo beneficio imponatur, etiam à Summo Pontifice confirmata, nulla eſt tanquam ex falſa cauſa facta: & vltra nullitatem, ſic colludentes beneficio & penſione priuandi ſunt. Explicatur verus ſenſus *cap. audiuimus 3. De colluſ. detegenda.* Colluſio quid ſit? quomodo probetur; & ex quibus coniecturis arguatur.

### SVMMARIVM.

1 *Colluſio quomodo fiat in beneficiis & penſionibus, & quis ſit illius effectus?*

2 *Colluſio eſt delictum.*

3 *Colluſio quid ſit?*

4 *Colluſionis pœna eſt priuatio beneficij & penſionis, & num. 7.*

5 *Tranſactio ſine Superioris authoritate facta ſuper penſione, eſt nulla, quamuis in ea non interuenerit colluſio.*

6 *Explicatur verus ſenſus* cap. 3. de colluſ. detegend.

8 *Si lis vera ſit, & non ſimulata, Ordinarius poteſt authoritatem interponere impoſitioni penſionis.*

9 *Penſionem pro bono pacis ex cauſa veræ litis impoſitam ſine vlla colluſione, ad ſucceſſores in beneficio tranſire quidam exiſtimant.*

*Sed contrarium verius eſt, n. 10.*

11 *Conſultius tamen eſt vt adhibeatur authoritas Sedis Apoſtolicæ.*

12 *Penſio conuenta ab eo, qui nullum ius habet in beneficio, nulla eſt.*

13 *Qui malitioſè renunciauit beneficio vt aliud habeat, vtroque carere debet, ſi fraus fuerit facta in præiudicium Expectantis.*

14 *Idem dicendum eſt, ſi renunciatio facta fuit in fraudem illius, qui beneficium vacaturum optare deberet.*

15 *Colluſio non præſumitur, ſed tamen ad illius probationem ſufficiunt coniecturæ.*

16 *Colluſio non præſumitur, niſi probetur.*

17 *Colluſio probatur præſumptionibus & coniecturis.*

18 *Colluſio præſumitur ex eo quod reus non curauit ſe defendere, nec iura ſua producere.*

19 *Sententia contra hæredem colluſoriè lata, non præiudicat ſubſtitutis.*

20 *Colluſio præſumitur ex eo quod condemnatus non appellauit à ſententia condemnatoria, vel appellationem proſequi non curauit.*

21 *Aliæ colluſionis coniecturæ referuntur.*

22 *In cauſis ciuilibus licita eſt concordia, ſed non colluſio in præiudicium Tertij.*





23 *Reÿcitur ſententia affirmantium colluſionem, vnica præſumptione, ſeu coniectura probari.*

24 *Ex ſola amicitia non oritur ſufficiens coniectura colluſionis, ſeu ſimulationis.*

QVIDAM Clerici cupientes ſuper
beneficiis per alterum ipſorum
poſſeſſis penſionem imponere, ſi-
mulatam litem introduxerunt, ſub diuerſis
imaginariis tamen prætextibus, & ſuper
huiuſmodi lite tranſactionem inierunt, per
quam vnus promiſit penſionem ex fructi-
bus ſui beneficij alteri ſoluere, & omnes be-
neficij fructus pro ſe & ſucceſſoribus in dicto
beneficio obligauit, & conſenſit reſeruari
regreſſum Penſionario in defectum ſolutio-
nis eiuſdem penſionis: Certum eſt hoc caſu
litem hanc confictam & ſimulatam non pro-
deſſe huic promiſſioni, & conſtitutioni pen-
ſionis: & quod plus eſt, beneficium ſic tran-
ſigentis vti vacans impetrari poſſe; cùm ſatis
indignum ſit, ſi fraus & dolus in præiudicium
collatorum, & ſucceſſorum in beneficio,
ipſis fraudatoribus non noceret, & in illorum
iacturam non redundaret: Ita deciditur *in*
2 *cap. audiuimus 3. de colluſ. detegen.* † Ratio eſt,
quia colluſio eſt delictum, Menoch. *de præ-*
*ſumpt. lib. 5. præſumpt. 26. num. 1. & conſil. 175.*
3 *num. 18.* † eſt autem colluſio, fraudulenta &
latens inter Titularem & Penſionarium con-
uentio: vt notatur per Abbatem *in Rubrica*
4 *dicti tit. de colluſ. detegen.* † colludentes autem
ſuper beneficiis, quando per colluſionem
volunt transferre in alios beneficia, vel pen-
ſiones modo illicito, priuari debent huiuſ-
modi beneficiis.

Notandum autem eſt pro vero intellectu
5 *dicti capitis, Audiuimus:* † quod ſi tranſactio
facta fuiſſet ſine authoritate Superioris, nulla
eſſet; quamuis colluſio non adfuiſſet: per
text. *in cap. niſi eſſent, de præbend.* minúſque
afficeret ſucceſſores in beneficio, *cap veniens,*
6 *de tranſact.* † Ergo caſus illius Decretalis vi-
detur figurandus in duobus, qui propter li-
tem colluſoriam extorſerunt ab Epiſcopo
confirmationem illius tranſactionis & im-
poſitionis penſionis, aut alio modo interue-
nit inter eos colluſio: quia tunc non ſolùm
penſionis impoſitio nulla eſt tanquam facta
ex falſa & ſimulata cauſa; quo caſu non va-
let, quamuis confirmata fuiſſet à Summo
Pontifice: Verall. *deciſ. 298. num. 2. & 3. part.*
7 2. Garſ. *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 280.* † Sed
colludentes priuandi ſunt tam pẽſione, quàm
beneficio: Clar. *in praxi crim. in §. fin. quæſt.*
*73. n. 7. verſic. item Clericus colludens:* & in hoc
propriè cenſeo conſiſtere vim & efficaciam
*dicti cap. audiuimus, de colluſ. detegen.* vt ſci-
licet vltra nullitatem actus, quæ reſultat ex
aliis conſtitutionibus, incurratur pœna pri-
uationis beneficij vigore illius Decretalis:
† ſecus ſi eſſet vera lis, & habeat titulum co- 8
loratum, quia tunc Ordinarius poſſet autho-
ritatem interponere conſtitutioni penſionis,
*cap. niſi eſſent, de præbend.*

Sed dubium eſt, vtrùm hoc caſu penſio 9
pro bono pacis authoritate Epiſcopi conſti-
tuta, tranſeat ad onus ſucceſſoris in benefi-
cio? in qua Affirmatiuam tenet Gomeſ. *ad*
*Regul. de Annali. quæſt. 2.* Gig. *de penſ. quæſt. 85.*
*num. 1. & 2.* Redoan. *de ſimonia, part. 2. cap. 4.*
*num. 14. & cap. 21. num. 36.* Gamb. *de poteſt. Leg.*
*tit. 6. num. 385. & ſeqq.* † Alij dicunt non tran- 10
ſire ad ſucceſſores in beneficio huiuſmodi
penſionem, authoritate Ordinarij pro bono
pacis conſtitutam; Staphil *de literis Gratiæ,*
*tit. Exceptio ſola plus operatur: num. 15. fol. 293.*
Paril. *de confident. quæſt. 28. num. 120.* cum aliis
quos citat & ſequitur Barboſ. *ad dictum cap.*
*niſi eſſent 21. de præbend.* quia prior opinio eſt
directè contra textum *in d. cap. niſi eſſent*, ſi-
quidem ſi in caſu *illius textus*, Papa non vult
tolerare vt penſio impoſita ex cauſa pacis &
concordiæ tranſeat ad ſucceſſores, ne circa
reditus beneficiorum ſectio facta videatur,
ſequitur nullo modo voluiſſe Pontificem vt
penſio authoritate Ordinarij impoſita obli-
get ſucceſſores in beneficio: vt dicit Garſ.
*dicta part. 1. cap. 5. num. 334.* & nos ſuperiùs
diximus. † Quidquid ſit, ad euitandum omne 11
dubium, conſultius eſt recurrere ad appro-
bationem & homologationem Summi Pon-
tificis, vel Legationis.

Sed non ſolum irrita erit penſio per collu- 12
ſionem ſub confictæ litis ſpecie reſeruata, ſed
etiam, ſi ab eo, quamuis interueniente Supe-
rioris authoritate, conuenta, qui nullum in
beneficio ius habuerit: & licèt Summi Pon-
tificis authoritas in eius creatione interue-
nerit, ab illius executione appellatur in Gal-
lia tanquam ab Abuſu, vt DD. Galli teſtantur
ſuper *d. cap. 3. de colluſ. detegend.*

Quibus non eſt abſimile quod dicitur de 13
eo, qui renunciauit beneficio malitioſè, vt
aliud habeat in præiudicium Expectãtis; qui
vtroque carere debet: per text. *in cap. 2. de re-*
*nunciat. in 6.* & *ibi* Geminian. *num. 7.* Ancha-
ran. *d. cap. audiuimus, in fine*, vbi idem dicit ha-
bere locum in permutatione: Et dicit Pariſ.
*de reſignat. lib. 12. quæſt. 1. num. 15.* † quod is 14
qui renunciauit ſuo beneficio propter infir-
mitatem grauem, ne præbenda deueniret
ad eum qui habet ius optandi, præſumitur id
feciſſe in fraudem.

Sed quæres quomodo probetur colluſio? 15
reſpondeo colluſionem non præſumi cùm
ſit delictum, Menoch. *conſ. 175. n. 17.* ſed ta-

men cùm ſit difficilis probationis, probari
præſumptionibus & coniecturis: text. eſt in
*l. quia autem, §.non ſimpliciter*, ibi, *ſi tamen*
*nulla ſuſpicio colluſionis religionem Prætoris in-*
*ſtruxerit: ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtam.* quem
ad hunc effectum eſſe notabilem dicit Bald.
*in l. 1. in fine, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam.* &
poſt eum Gigas *de penſ. quæſt.* 42. *num.* 4. &
Mantic. *deciſ.* 246. *num.* 4. Verall. *deciſ.* 143.
*num.* 4. *part.* 1. Menoch. *conſil.* 913. *num.* 37.
16 Maſcard. *de probat. concluſ.* 322. *num.* 1. † vbi
tamen dicit, & bene, quòd colluſio non
præſumitur niſi probetur: Menoch. *lib.* 5.
17 *præſumpt.* 26. *num.* 4. † Rationem reddens,
quia cùm ſit delictum latens, ideo eſt diffici-
lis probationis, & per conſequens ad eius
probationem ſufficiunt coniecturæ; poſt
18 Abb. *in cap. de his, num.* 8. *de accuſat.* † Et in-
ter cæteras colluſionis coniecturas, hæc eſt,
quod citatus non curauit cauſam defendere,
nec iura ſua producere; Mantic. *dicta deciſ.*
246. *num.* 4. Maſcard. *dicta concluſ.* 322. *num.* 8.
19 † quo caſu etiam ſententia lata contra hære-
dem grauatum, non præiudicat ſubſtitutis;
Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 8. *& cap.*
9. *num.* 9. plures allegat Intrigl. *de ſubſtit. centur.*
3. *quæſt.* 73. *num.* 127. *& ſeq.* Fuſar. *de ſubſtit.*
20 *quæſt.* 622. *num.* 15. † Item ſi condemnatus
non appellauit, nec appellationem iuſtam
proſequi curauit: Fuſar. *d. quæſt.* 622. *num.* 7.
*&* 15. Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 8.
*num.* 10. & in ſimilibus caſibus, de quibus
Menoch. *d. præſumpt.* 26. *lib.* 5. Maſcard. *dicta*
*concluſ.* 322.
21 In ſumma, colluſionis coniecturæ reſul-
tant ex eo, quòd reus conuentus probatio-
nes miniſtrare negligit, interrogatoria con-
tra teſtes non dat, appellationem non inter-
ponit, aut interpoſitam non proſequitur; liti
facilè renunciat; ex quibus colluſionem ar-
gui teſtatur Monach. *deciſ. Florent.* 17. *num.* 11.
*&* 12. per text. *in l. quia autem, ff. ſi quis omiſſ.*
*cauſ. teſtam.* & Bald. *in l. fin C. eod. tit.* plures
alias coniecturas colluſionis refert Natt.
*conſil.* 537. *à num.* 31. † vbi facit differentiam 22
inter cauſas Ciuiles, & Criminales, dicens
Partes inuicem concordare poſſe in Ciuili-
bus: ſed decipitur, quia aliud eſt concordare,
aliud colludere in præiudicium Tértij, vel
in fraudem legis; hoc enim ſecundo caſu col-
luſio continet delictum maximè in benefi-
cialibus, & nominatim in penſionis conſti-
tutione ſub prætextu litis; vt *in d. cap.* 3. *de*
*colluſ. deteg.*

Hoc etiam notandum eſt, quod licèt Mo- 23
nach. *dicta deciſ.* 17. *Florent. num.* 15. dixerit,
vnicam ſufficere coniecturam ad inferen-
dam colluſionem; hoc tamen non ita facilè
admittendum, quia cùm colluſio ſit delictum,
& ex ea incurratur pœna priuationis bene-
ficiorum & penſionum, neceſſariò debet
probari ex pluralitate coniecturarum, cùm
hoc caſu agatur de probanda ſimulatione, &
dolo, ad cuius probationem requiruntur con-
iecturæ efficaces: Burat. *deciſ.* 365. *num.* 4. &
debent eſſe coniecturæ legis, & non hominis;
Crauet. *conſ.* 145. *num.* 2. *verſic. quod tamen:*
† adeo vt ſola amicitia non ſufficiat ad præ- 24
ſumendam colluſionem; Pariſ. *de confident.*
*quæſt.* 75. *num.* 7. poſt Salycet. *in l.* 2. *C. de colluſ.*
*deteg.* Natt. *d. conſ.* 537. *num.* 31. Maſcard. *dicta*
*concluſ.* 322. *num.* 6.

# CAPVT XXXX.

## *ARGVMENTVM.*

SI penſio reſeruata fuerit in Ducatis auri de Camera, in qua moneta, & ſub qua forma ſolutio fieri debeat. Solutionem faciendam eſſe iuxta locum in quo penſio fuit conſtituta, & ſic iuxta morem Curiæ Romanæ. Quod ſi penſio fuerit reſeruata in certa ſpecie monetæ, in illa ſpecie ſolui debet, ita vt contraria obſeruantia ſoluenti non præiudicet: Et quid agendum ſit quando ſpecies monetæ, expreſſa in reſeruatione penſionis, non reperitur. Quando dicatur mutata bonitas intrinſeca, vel extrinſeca monetarum? Quid ſi reſeruatio facta fuerit in moneta imaginaria, aut in ea quæ tempore ſolutionis non reperitur. Reſeruatio ſcutorum auri in auro, quid operetur. Demonſtratio quando vim taxationis obtineat in monetis. Quando præſumatur, æſtimationem factam fuiſſe gratiâ taxationis, vel demonſtrationis; & quando gratiâ demonſtrationis, quis valor ſit attendendus? Floreni, vel Ducati de Camera appellatione, quid in Gallia contineatur.

SVMMA



## SVMMARIVM.

1 *Quando penſio fuit reſeruata in Ducatis de Camera, loco Ducati vnius, ſufficit ſoluere vnum aureum cum vno Iulio.*

2 *Valor Ducati attendendus eſt, prout æſtimatur & obſeruatur Romæ.*

3 *Conſuetudo attendenda eſt illius loci, ex quo actus ſumit ſuam originem.*

4 *Papa præſumitur ignorare conſuetudinem locorum, in quibus beneficia ſita ſunt.*

5 *Obſeruantia ſolutionis penſionis non eſt attendenda, quando verba reſeruationis ſunt clara in contrarium.*

6 *Si reſeruatio penſionis fieret in Ducatis, nec adÿcerentur illa verba,* de Camera; *ſolutio fieri deberet iuxta valorem Ducati in loco Beneficÿ.*

*Quod tamen in dubium reuocatur, num.* 7.

8 *Valor aureorum inſpicitur ſecundum locum contractus, licèt ſolutio ad alium locum eſſet deſtinata.*

9 *In dubio, quando agitur de interpretatione contractus, locus in quo celebratus fuit inſpici debet.*

10 *Papa videtur poſſe decipi, ſi valor monetæ non attenderetur reſpectu loci, in quo ſolutio facienda eſt.*

*Sed contra, num.* 12.

11 *Verius eſt, monetarum æſtimationem intelligendam eſſe ſecundum ſtylum Curiæ Romanæ.*

13 *Conſilium* Oldradi 168. *communiter receptum non eſt.*

14 *Penſio in certa nummorum ſpecie reſeruata, in illa ſolui debet. Et quid ſi illa ſpecies non reperiatur?*

15 *Ampliatur vt procedat, etiam ſi tempore ſolutionis valor ille extrinſecus auctus, vel diminutus fuiſſet.*

16 *Mutatio monetarum aurearum præſumitur obueniſſe ex deterioratione monetarum inferiorum.*

17 *Abuſus mercatorum non eſt attendendus, ſed communis potiùs monetarum vſus.*

18 *Valor monetarum intrinſecus quando mutatus dicatur.*

19 *Si penſio fuerit reſeruata in moneta imaginaria, quomodo ſoluenda.*

20 *Si penſio fuerit reſeruata in moneta quæ non reperiebatur excuſa tempore diſpoſitionis, ſolutio fieri debet in ea quæ currebat tempore reſeruationis, ſeu diſpoſitionis.*

21 *Penſio in certa ſpecie promiſſa, in ea ſolui debet, non obſtante quod dictum fuerit,* conſtituentium tot libras.

22 *Quando penſio fuit promiſſa in certa ſpecie, ſi illa creuerit, vel decreuerit; illud cedit commodo vel incommodo Penſionarÿ.*

23 *Si penſio fuerit reſeruata in Ducatis, vel in Aureis in auro, ſolutio fieri debet in illis ſpeciebus, non in moneta currenti.*

24 *Generalis conſuetudo ſoluendi vnam monetam pro alia, non habet locum quando certa ſpecies in penſione fuit reſeruata.*

25 *Demonſtratio valoris monetæ quando cedat loco taxationis.*

26 *Si penſio fuerit reſeruata in ſcutis auri ad rationem tot ſolidorum pro quolibet, illud cenſetur factum gratia demonſtrationis, & non taxatiuè.*

27 *Reſeruatio ſcutorum auri de Camera, excludit æſtimationem adiectam, & ea non obſtante, ſolutio fieri debet in moneta expreſſa.*

28 *Quid dicendum ſit, quando penſio fuit reſeruata ſermone Gallico,* en eſcus ſol, de ſoixante ſols piece.

29 *Vtrùm æſtimatio Aurei in penſione adiecta, fuerit gratia taxationis, aut demonſtrationis, attendendæ ſunt coniecturæ.*

30 *Si valor expreſſus Aurei fuerit maior, vel minor æſtimatione adiecta, magna eſt coniectura taxationis.*

31 *Quando ſolutio fieri debet penſionis in auro taxatæ ad certam ſummam ſolidorum, quomodo intelligatur quoad illos ſolidos.*

32 *Florenorum quibus hodie vtimur, cum Florenis antiquis, quæ ſit differentia.*

33 *Bartol.* in l. Paulus, ff. de ſolut. *dum de Florenis loquitur, intelligitur de florenis auri, & ſic de certa ſpecie monetæ.*

34 *Graduati quando dicantur habere ſufficienter in numero Florenorum reditus beneficiorum ſecundum Concordata.*

35 *Floreni aurei hodie quomodo taxentur in Gallia.*

36 *Hodie Ducati de Camera, Floreni, & Libræ paruorum Turonenſium, dum agitur de Literis Apoſtolicis, pro eòdem ſumuntur.*

VERA huius Quæſtionis reſolutio pendet ex conceptione verborum reſeruationis, quæ vel in moneta generica & imaginaria concipi poteſt, vel in certa nummorũ ſpecie, & expreſſo, aut non expreſſo valore monetarum, per viam taxationis, vel per viam demonſtrationis. Ad quem effectum attendemus iuris communis reſolutiones, & Rotæ Romanæ deciſiones, & Cancellariæ praxim.

Primò igitur notandum eſt, quod ſi pen- 1
ſio reſeruetur in Ducatis auri de Camera,
loco Ducati ſufficit ſoluere vnum ſcutum aureum in auro, cum additione vnius Iulij, pro quolibet ſcuto aureo; intelligendo de ſcutis currentibus in Cancellaria vocatis, *ſcuti de ſtampa*, vt fuit deciſum *in Lucana penſionis*

ſionis coram Pironano, quæ eſt 414. num.10. in recent. part.4. tom.2. & alibi paſſim, Addit. ad
2 Burat. deciſ. 626. num. 8. † & huic taxationi adhærendum eſt, quamuis in loco beneficij diuerſus eſſet valor Ducati; ſiquidem cùm agatur de penſione in Curia Romana per Summum Pontificem reſeruata, ſolutionis æſtimatio fieri debet ſecundum conſuetudinem loci ipſius Summi Pontificis aſſignantis; Abb. in cap.quanto,num 14.de iureiur. Gomeſ.
3 ad Reg.de valore, quæſt. 8. † ſemper enim quoad quæſtionis & litis deciſionem, attendenda eſt conſuetudo loci, vnde originem traxit: vt dicit Cyn.in l.1.C.quæ ſit longa conſuet.& ſermo loquentis debet intelligi ſecundum conſuetudinem loci vbi eſt ille qui loquitur: l.cum de lanionis, §. Aſinam,ff.de fund. inſtruct.leg.l. Labeo,ff. de ſupellect. legata:aliàs
4 † Papa decipi poſſet, quia præſumitur ignorare conſuetudinem loci in quo eſt beneficium; cap. 1. de conſuet. lib. 6. & ita deciſum reperitur apud Bellam. deciſ. 2. per totam, & ita etiam deciſum in tribus deciſionibus relatis per Garſ. de benefic.part.5.cap.3.num.148.& ſeqq. Qua de cauſa, cùm aliquis ratione ſui Officij haberet penſiones in Ducatis authoritate Summi Pontificis impoſitas ſuper certis Dignitatibus, conſului vt contentus eſſet loco Ducatorum, vno ſcuto aureo de ſtampa pro quolibet Ducato cum additione vnius Iulij pro ſingulis ſcutis, & ita fuit factum.

Quæ adeo vera ſunt, vt procedant non-
5 obſtante quacunque obſeruantia in contrarium: quia quando diſpoſitio eſt certa & clara, nullam admittens diſceptationem,aut dubietatem, obſeruantia nihil operatur; non enim inſpicimus obſeruantiam niſi in caſu dubio: Caſtrenſ. in l. hæredes palam,§.ſi quis, poſt num.1.ff.de teſtam.& conſil.340.num.1.lib. 1.Aretin.conſil.84.num.5. & conſil.115. num.2. quæ enim certa ſunt,non indigent interpretatione:l. ille aut ille, §.cùm in verbis,ff.de legat.3.l.pediculis,§.argento,ff.de auro & argento legato,l.ſi quis locuples,ff.de manumiſſ.teſtam.l. iam hoc iure, §.ſed huius,ff.de vulgari,& pupill. ſubſtitut. Rota deciſ.319.num.2.part.6.recent.
6 † Si tamen reſeruaretur penſio ſimpliciter in Ducatis, non adijciendo verba illa, de Camera, æſtimatio & ſolutio Ducati fieri deberet iuxta expoſitionem Ducati in loco beneficij, Bellenzin. de charit. ſubſid. quæſt. 84. num. 4. Garſ. d.part. 3. cap.5. num. 151. Cokier ad Regul. 24. Cancell. de moneta, num. 9.

Quod tamen non procedit ſine difficul-
7 tate, quia etiam hoc caſu militant rationes ſuperiùs deductæ, ſcilicet quod in æſtimando valore monetæ, inſpiciendus eſt locus vbi actus ducit originem; & in effectu quando dubitatur de valore monetæ, inſpiciendum potius eſſe locum in quo actus geſtus eſt;deciſum fuit apud Seraphin. deciſ. 944. num. 2.
† vbi dicitur quod cum promiſſio facta fuiſ- 8
ſet de ſoluendis aureis in auro Romæ, contractus verò fuiſſet factus Anconæ, cum facultate tamen ſoluendi valorem æquiualentem in moneta argentea, valor aureorum debebat æſtimari ſecundum curſum Anconæ, vbi contractus factus fuerat; non autem Romæ,vbi ſolutio erat deſtinata:allegat Bart. in l.ſemper in ſtipulationibus, num.2.& ibi Cagnol. num. 5.ff. de regul. iuris † Et idem dicit 9
ibi Decius num. 8. quod ſcilicet in dubio interpretationem ſumere debemus à conſuetudine loci contractus, & Bart. etiam in l. de quibus,colum.4.in fine, num.13.ff.de legib.& in ſpecie, loquendo de monetis, tradit Natt. conſil.192.num.1.Socin.ſen. conſil.247.num.4. verſic.quibus tamen non obſtantibus, vol.2.Barboſ.in l.hæres abſens,§.proinde,num.59.& ſeqq. ff.de Iudic.

Sed iterum non videtur recedendum à 10
prædicta reſolutione, quòd æſtimatio monetæ in dubio fieri debeat iuxta curſum monetarum loci,in quo ſitum eſt beneficium penſione grauatum; quia alioquin Summus Pontifex decipi poſſet, imponendo forſan debito maiorem penſionem propter ignorantiam valoris monetarum, & conſuetudinis curſus illarum; cùm vt dictum eſt ſuperiùs, Princeps non præſumatur informatus de conſuetudine locorum particularium; & ideo probabilius eſt penſiones in auro reſeruare voluiſſe, habita ratione ad proportionem valoris beneficij, ſuper quo penſio fuit impoſita; vt vltra Doctores ſuperiùs citatos, tenet Oldrad.conſil.168.num.1.

Omnibus conſideratis verius eſt, valorem 11
expreſſum in Ducatis, conſiderandum & æſtimandum eſſe iuxta conſuetudinem & vſum Curiæ Romanæ, vbi Gratia facta fuit, quia DD. magis communiter hanc tuentur ſententiam, vt locus in quo actus fuit geſtus, quoad valorem monetarum, attendatur, quando caſus eſt dubius; vt probat Surd. deciſ. 227. Gratian. diſcept. forenſ. 11. num. 9. Bertazol.clauſ.30.gloſ.5.num.1. Cæual. comm. opin. quæſt. 733. num. 13. Caualcan. deciſ. 16. num.42. part. 2. Theſaur. deciſ. 174. num. 1. Mynſinger.cent.4. obſeruat.1. Mareſcot.lib.1. var.reſolut.cap.94.num.2.Cenc.de cenſib.quæſt. 85.num.39.

Neque obſtat quod opponitur, Papam 12
poſſe decipi in valore beneficij, quem ignorat: quia argumentum retorquetur, cùm immò Papa poſſet decipi, ſi valor monetarum non intelligeretur ſecundùm ipſius concedentis loquendi modum: & ideo expreſſionem



ſionem monetarum in impetratione fieri debere non ſecundum æſtimationem loci vbi vacat beneficium, ſed ſecundùm valorem Curiæ Romanæ, ne Papa decipiatur, dixit Gomeſ. ad Reg. de exprimen. valore, quæſt. 8. verſic. tamen conſiderandum eſt:quem ſequitur Pele.in comment.ad reg.Cancell.cap.41.num.4.
13 verſic.expreſſio monetarum: † non etiam obſtat authoritas Oldradi d. conſil. 168. num. 1. quia illius opinio communiter reprobatur, vt aduertit Roland. à Valle conſil.100.num.14. vol. 3. Mareſcot. dicto cap. 94. num.6. lib.1. Quid autem ſtatuendum ſit, dum expreſſio ſimpliciter facta fuit Ducatorum in mandato procuratoris? Vide infra,deciſ.82.num.3.p.2.

14 Notandum eſt ſecundò, quod quando penſio reſeruata eſt in certa pecuniarum ſpecie veluti in aureis auri in auro; illa ſpecies ſolui debet ſi reperiatur: ſi verò non reperiatur,vel difficilè poſſit haberi, ſolutio debet fieri in tot ſpeciebus monetæ reperibilis,cum qua emi poſſit pecuniæ ſpecies promiſſa: ita deciſum teſtatur Beltramin.ad Ludouiſ.deciſ. 42.num.8.

15 Quod procedit, etiam ſi tempore ſolutionis immutatus eſſet valor extrinſecus aurei, vel alterius monetæ in certa ſpecie promiſſæ: debet enim penſio ſolui in eiſdem ſpeciebus promiſſis; vel in tanto numero alterius ſpeciei,ſi promiſſa reperiri non facilè poſſit,quæ æquiualeat valori extrinſeco monetæ promiſſæ: nam ſi immutatio facta eſſet in bonitate intrinſeca, certum eſt quod eadem bonitas reddi debet, prout erat tempore reſeruationis: Rota in Placentina Vicariæ, 10. Ianuarij 1620.coram Remboldo,quæ eſt deciſio 165. part.4.recent.tom.2. Addit.ad Burat.deciſ. 626. num. 6.

Quæ mutatio bonitatis, quando contigit ex deterioratione minutiorum monetarum, prout de iure præſumitur ea de cauſa ortum habuiſſe,ex Menoch. conſil. 49. num. 3. Surd. conſil.368.num.8.9. & 10. nullo habito reſpectu ad vſum, ſeu potius abuſum mercatorum, qui non eſt attendendus quoad hoc; ſed communis valor eſt attendendus, vt explicauimus in noſtris Quæſtion. Ciuilib. part. 2. quæſt.159. num. 6. tunc ſolutio fieri debet, vel de antiqua moneta,vel de noua, iuxta tamen valorem antiquæ, videlicet habito reſpectu ad valorem antiquum qui currebat tempore reſeruationis:Cenc.de cenſib.quæſt.85.num.11. cum pluribus ibi citatis; ſecus eſt, ſi alteratio valoris monetarum prouenerit ex ſolo hominum vſu, & ſic in bonitate extrinſeca; tunc enim ſolutio penſionis fieri debet iuxta æſtimationem temporis contractus, ſiue valor extrinſecus creuerit,ſiue decreuerit:Rota deciſ. 686.n.2.part.4.diuerſor.

Dicitur autem mutata bonitas intrinſeca, 18
quando Aurei cuduntur de materia viliori reſpectu ligæ; Menoch. d. conſ. 49. num. 9. Cenc. dicta quæſt.85. num. 26. vel in minori pondere,Budel. de monet. cap.7. num.1. Immo etiam dicitur alterata bonitas intrinſeca, quando moneta inferior, qua Aureus, aut alia ſuperior moneta emitur, fuit diminuta in liga, vel pondere; tunc enim debetur eius valor & æſtimatio de tempore reſeruationis, ne Penſionarius creditor verſetur in damno; Albert. Brun.in 6. parte, ſeu declarat. num.5. verſic.ſed maius dubium eſt, & num. 6. Burat. deciſ.626. num.4.& deciſ. 790.n.3.

Notandum eſt tertiò, quod ſi penſio fuerit 19
reſeruata in moneta imaginaria, veluti in tot libris, ſolutio fieri debet in moneta currenti tempore ſolutionis, niſi moneta fuiſſet alterata in bonitate intrinſeca,quia tunc inſpici deberet valor temporis reſeruationis, Cenc. d. quæſt.85.num.13.& 16.† Sed ſi fuerit reſer- 20
uata in moneta quæ non aderat tempore diſpoſitionis, veluti in ſcutis Ferrarienſibus, qui non aderant; tunc dicitur promiſſa moneta imaginaria, & ſolutio per conſequens debet fieri in moneta currenti tempore reſeruationis:Bartol. in l. Paulus, num.6.ff.de ſolut. Surd. conſil.220. lib.2. & 406. lib.3. Rota deciſ.42.num.1.part.4.recent.tom.2.confirmata apud Burat.deciſ.428.n.1.

Notandum eſt quartò, quod quando in contractu vel reſeruatione penſionis fuit facta mentio de ſcutis auri, cum præfixione æſtimationis, forma ſolutionis debet regulari iuxta verba & clauſulas reſeruationis: † Et 21
primò quidem, ſi facta fuerit reſeruatio penſionis centum ſcutorum auri in auro Italiæ, conſtituentium in ſimul quingentas quinquaginta libras, ſolutio penſionis debet fieri in totidem ſcutis auri in auro Italiæ, non obſtante valoris ſcutorum expreſſione; quia illa videtur tantum facta ad ſciendum quis eſſet ſcutorum valor de eo tempore, non autem gratia taxationis, nempe vt ſolus valor æſtimatus deberetur. † & propterea ſiue Aureus 22
tempore ſolutionis auctus fuerit in valore, ſiue decreuerit, illud cedit commodo vel incommodo Penſionarij;quia Aureus in ſpecie promiſſa ſemper ſoluendus eſt hoc caſu:Rota apud Cenc.deciſ.219.n.5.8.& 9.

Quia illa expreſſio auri in auro,facta in re- 23
ſeruatione penſionis, oſtendit intentionem Summi Pontificis fuiſſe, vt ſpecies ipſa auri ſolueretur, & non alia; cùm de iure aliud pro alio ſolui non poſſit:l.2. §. mutui, ff.ſi certum petatur, Gig. de penſ. quæſt.98. num 7. dicens, quod ſi penſio ſit reſeruata in Ducatis auri in auro de Camera, ſiue in Ducatis auri in auro largis, tunc nec debitor penſionis cogi poſſet

poſſet ad ſoluendum in moneta currenti,nec ipſe ſoluere poteſt Penſionario inuito in moneta, ſed ſolutio debet fieri in ſpeciebus expreſſis; poſt Martin. Laudenſ. *de monet.* Albert.Brun. *in eod. tract. quæſt.vlt. columm.*8. Curtium *in l.cum quid,ff.ſi certum petatur:*& in
24 *eadem leg.*tradit Cagnol.*num.*98. † Quamuis enim ex generali conſuetudine, vna ſpecies monetæ ſolui poſſit pro alia;tamen quando in reſeruatione penſionis facta fuit mentio aurei in auro boni & legitimi põderis,excluditur facultas ſoluendi in alia moneta; Theſaur. *deciſ.*174. *num.*6.Bolognin. *conſ.*11.*num.*
25 40.† ita vt non poſſit prætendi quòd demonſtratio ſuccedat loco taxationis, cùm non reperiantur Ducati auri de Camera, quia ſufficit quod aliqui reperiantur, vt ſolutio non fiat in ſumma demonſtrationis cauſâ adiecta, ſed in ipſis Ducatis; & illis non repertis ad ſufficientiam,in ipſorum valore:Rota *d.deciſ.* 135.*n*.4.*part*.3.*recent.*

26 Idem dicit Rota *in Capuana penſionis, coram Veroſpio*, vbi idem deciſum fuit, quando reſeruatio facta fuit de ſcutis auri in auro ad rationem tot ſolidorum pro quolibet ſcuto: Quia verba illa,*ad rationem*,cenſentur appoſita demonſtrationis, & non taxationis gratiâ;*vt in recent.part.*4.*deciſ.*430. *n.*1.*&* 2.Sed quia hæc non tranſeunt ſine difficultate, videatur Gratian.*diſcept.forenſ.cap.*51. *num.*17. *& cap.*417.*à num.*1.*& ſeqq.*qui adeundus eſt, ne nimiùm à materia propoſita recedere vi-
27 deamur. † Eadem ratione, ſi reſeruata ſit penſio verbi gratia centum Ducatorum auri de Camera conſtituentium tot libras,ſolutio debet fieri in Ducatis; & verba illa, *conſtituentium tot libras &c.*cenſentur appoſita demonſtratiuè,& non taxatiuè;Rota *deciſ.*135. *n.*1.*&* 2.*part.*3.*recent.*

28 Cæterum circa præmiſſa variæ conſiderationes adhibendæ ſunt: Et primò quidem, quod non eadem eſt ratio penſionis Latino idiomate in Aureis reſeruatæ; & illius, quæ vulgari ſermone concepta eſt, *en eſcus ſol de ſoixante ſols piece*; quia hoc poſteriori caſu communis loquendi vſus attendendus eſt, & ſi probatum fuerit ex communi Notariorum & Partium loquendi formula, comprehendi ſolum valorem trium librarum, vel 60. ſolidorum, prout in multis locis ita obſeruari certum eſt; tunc communis ille loquendi modus attendi debet, & penſio, aut aliud creditum in ſexaginta ſolidis pro quolibet ſcuto perſolui:hanc diſtinctionem fecit Rota *deciſ.*87.*num.*2.*part.*3.*recent.*

29 Secundò, quod dum quæritur vtrum verba reſeruationis in ſcutis 60. ſolidorum, aut ſimilibus, fuerint appoſita gratiâ taxationis, aut demonſtrationis? multùm poſſunt operari coniecturæ, ex notatis per Caſtill.*controuerſ.lib.*4.*quæſt.*54.*num.*6.*verſic.admittunt tamen:*Tuſch.*litera D. concluſ.*195.*n.*6.

Tertiò, quod inter præcipuas coniecturas 30
hæc cenſetur, quod ſi valor expreſſus in ſolidis, vel libris, non erat verus valor ſcuti qui tunc currebat; ſed expendebatur maiori,vel minori pretio; veluti ſi dictum fuerit, *de aureis, vel ſcutis* 48.*ſolidorum*,& tamen tunc expendebantur pro 50. hoc cenſetur factum gratiâ taxationis,& fauore debitoris,qui non cogetur ad alium valorem quàm expreſſum; Theſaur. Iunior *in tractat. de monet. part.*2.*n.*28. Sola *de monetis, caſu* 28.*num.*4. Maſtrill. *deciſ.*7.*num.*4.Idem Theſaur.*deciſ.*7.*lib.*4.

Vltimò notandum eſt, quod in caſibus,in 31
quibus taxatio facta fuit ad rationem tot ſolidorum pro quolibet ſcuto, & ſumus in caſu in quo debet haberi ratio ad valorem taxatum, ſolutio fieri debet de monetis currentibus tempore diſpoſitionis,adeo vt ſi monetæ tunc fuiſſent maioris valoris, ſolutio facienda erit iuxta valorem temporis talis diſpoſitionis: Gratian. *diſcept.forenſ.*51.*num.*20. poſt Socin.ſen. *conſil.*298.*lib.*2.Bertazol.*clauſ.*30. *gloſ.*9.*num.*21.

Sed hic non incongruè dubitari poteſt 32
quomodo ſoluendus ſit in Gallia valor Ducati de Camera, ſi fuerit expreſſus in reſeruatione penſionis; aut etiam ſi facta fuerit mentio de florenis? Quod ad florenos attinet, quamuis in his partibus florenus hodie conſtet duodecim groſſis ſeu ſolidis, & olim vigintiquatuor ſolidis paruis, ſicut hodie Calculatores computant pro ſolido duodecim denarios communes; & aliquando pro facilitate calculi computant viginti quatuor denarios pro quolibet ſolido, vt explicauimus *in noſtris Quæſtionibus Ciuilibus, cap.*4.
*num.* 3. † tamen antiquitùs, & nominatim 33
tempore Bartoli, floreni ſumebantur pro florenis auri, & ſic pro certa ſpecie monetæ, non autem pro moneta imaginaria, pro vt ſumeretur hodiernis temporibus, cùm nulla cudatur nec extet ſpecies certa conſtituens florenum: quod notandum eſt, vt bene intelligi poſſint ea quæ de florenis dicit Bartol. *in l. Paulus, ff. de ſolut.* quod bene conſiderat
Natt.*conſ.*454.*num.* 2. Hodie verò in Gallia, 34
circa valorem floreni, Rebuffus cenſuit pro eodem accipi Florenum, Solidum, & Ducatum: & ideo hoc notandum eſſe ad excluſionem Graduatorum, & Qualificatorum, vt niſi habeant beneficia quorum fructus aſcendant ad Ducatos ducentos de Camera, nominationes impetrare poſſint, & illis vti. Quod Author ille aſſerit *in Concordatis, tit.de collationibus, §. volumus, in verbo, florenorum auri.* & Alij relati apud Scholiaſtem Louetij





*in recollect. Arreſtorum,littera G.num.*21. *addi-*
35 *tione vltima*: † Sed idem in prima additione voluit ducentos florenos capi in Gallia pro ducentis ſcutis; & hoc ſecundum antiquam Iuriſprudentiam: Sed tamen hodie ad hoc vt Graduatus ſit repletus, hoc eſt vt habeat ſufficientes reditus quibus excludatur à priuilegio Graduatorum, dicit ſufficere 400.
36 Libras: † Quamuis in *arreſto ibi* per Louetium *relato*, dicatur quod Florenus,Ducatus, & Aureus, pro eodem accipi debent: quod etiam voluit Gloſſ. *pragmat. ſanction. tit. de collationib. §. quod ſi quis, in verbo, florenorum*, vbi dicit Florenum de Camera accipiendum eſſe pro Ducato: quia in iis quæ concernunt Cameram Apoſtolicam, & Literas Apoſtolicas,æſtimantur pro æquali valore Florenus auri de Camera, Libra paruorum Turonenſium, & Ducatus. Idem notauit antiquus Gloſſator *ad Regul.*24.*Cancell.de Monet.n.*1.

## CAPVT XLI.

### *ARGVMENTVM.*

PAPA non poteſt de poteſtate ordinaria penſionem ſuper beneficio imponere niſi conſenſus poſſeſſoris interueniat:ſi autem id faciat per viam tranſlationis, liberantur fideiuſſores, qui obligati erant ad fauorem certæ perſonæ. Conſenſus cauſalis, & formalis, quomodo inter ſe differant. Quis ſit effectus derogationis Regulæ Cancellariæ, *de conſenſibus præſtandis.* Quæ ſit praxis præſtandi paruum conſenſum? De Conſenſu præſtito per eum qui nulliter de beneficio prouiſus fuit. Procurator vtrùm poſſit conſenſum validè præſtare reſeruationi penſionis poſt obitum reſignantis? Et ſi Principalis ſit præſens in Curia, vtrùm præſtari poſſit per procuratorem? Vtrùm ſufficiat ad probandum hoc caſu mandatum epiſtola Principalis?Cardinales, ſub qua forma conſenſum præſtent? Regulam *de conſenſibus* in Gallia non obſeruari. Quando conſenſus per procuratorem præſtitus non ſit validus?Regula *de conſenſibus*,non eſt de dandis. Et quid ſit.Regulam eſſe,vel non eſſe de dandis.

SVMMARIVM.

1 *Papa de poteſtate ordinaria non reſeruat penſiones ſine conſenſu illius qui beneficium poſſidet.*

2 *Poteſt tamen id facere de poteſtate abſoluta.*

3 *Papa poteſt imponere & transferre penſiones ſine derogatione Regulæ* de iure quæſito.

4 *Fideiuſſio ad certam perſonam reſtricta extinguitur per tranſlationem penſionis ſecundo loco factam, quia obligatio intelligitur de prima tranſlatione.*

5 *Ampliatur etiam ſi reſeruatio ſeu tranſlatio penſionis fuiſſet facta Motu proprio.*

6 *Solus Partium conſenſus ad reſeruationem penſionis non ſufficit ſine authoritate Sedis Apoſtolicæ.*

7 *Conſenſus cauſalis, & formalis,quomodo inter ſe differant.*

8 *Conſenſus formalis ſolam Gratiæ executionem reſpicit.*

9 *Papa derogare poteſt Regulæ*, de conſenſibus.

10 *Si beneficium conferatur illi, qui propter abſentiam aut defectum ætatis conſentire non poteſt, Papa derogat Regulæ* de conſenſibus.

11 *Infans in ſexto ætatis anno poteſt præſtare conſenſum reſeruationi penſionis, ſeruatis iis quæ hîc recenſentur.*

12 *Paruus conſenſus quid ſit? quis illius effectus? & quæ ſit eius praxis.*

13 *Poſt paruum conſenſum, & paruam Datam, admittitur pœnitentia reſignantis.*

14 *Ampliatur, vt reſignans pœnitere poſſit, etiam poſt ſolutam Datario compoſitionem.*

15 *Paruus conſenſus remittitur per Datarium ipſis Partibus.*

16 *Supplicatio habet tacitam conditionem,* dummodo Partes in eadem voluntate permaneant.

17 *Quomodo olim procederetur quoad paruum conſenſum.*

18 *Conſenſus primus ſi non fuerit præſtitus ante Literarum expeditionem, ille qui deſcribitur in dorſo Literarum, ex conſenſu formali, fit cauſalis & ſubſtantialis.*

19 *Quando beneficium vacat de iure,& de facto,*

*Papa vni confert beneficium, & alteri ſub eadem ſupplicatione penſionem reſeruat.*

20 *Penſionis reſeruatio de conſenſu illius qui nullum ius habet in beneficio, non nocet vero Titulari.*

21 *Conſenſus præſtitus ſub beneplacito Sanctiſſimi, reuocari poteſt antequam obtineatur beneplacitum.*

22 *Procurator poteſt præſtare conſenſum poſt obitum conſtituentis, quando ipſo viuente cœperat exequi mandatum.*

23 *Quæ ſit differentia inter conſenſum procuratoris in reſignatione, & reſeruatione penſionis, vel in illius tranſlatione.*

24 *Procurator poteſt conſenſum formalem præſtare poſt obitum reſignantis in fauorem Penſionarij, ſi ſupplicatio viuente reſignante fuerit ſubſcripta.*

25 *Conſenſus vtrùm præſtari poſſit per procuratorem, quando principalis eſt præſens in Curia.*

26 *Procurator ad conſentiendum penſioni vtrùm poſſit conſtitui per epiſtolam, & quomodo.*

27 *Cardinales qua forma vtantur præſtando conſenſum.*

28 *Regula*, de conſenſibus, *non ſeruatur in Gallia.*

29 *Derogatio Regulæ*, de conſenſibus, *non ſuffragatur, quando mandatum procuratoris eſt inſufficiens.*

30 *Deſcriptio conſenſus in tergo Literarum, non operatur, quando aliunde conſtat de inſufficientia mandati procuratoris.*

31 *Retentio Annatæ facta per Principalem, non inducit approbationem geſtorum per procuratorem, non data ſcientia Principalis.*

32 *Derogatio Regulæ*, de conſenſibus, *refertur ad conſenſum formalem, non autem ad cauſalem.*

33 *Conſenſus cauſalis debet iuſtificari, cùm ſit pars Gratiæ.*

34 *Conſenſus cauſalis ſufficit quod vndequaque probetur.*

35 *Si Principalis vſus fuerit ſcriptura, in qua conſenſus per procuratorem præſtitus exprimitur, & alia, ex quibus poſſit habere ſcientiam, ex eo inducitur ratificatio.*

36 *Conſenſus relatus ad concordiam Partium, quæ non fuit expreſſa Summo Pontifici, non valet.*

37 *Conſenſus conditionales non admittuntur in Cancellaria.*

38 *Conſenſus præſtitus penſioni intuitu laborum Penſionarij, ita vt tranſiret ad ſucceſſores, non valet, ſi hoc Summo Pontifici expreſſum non fuerit.*

39 *Regula Cancellariæ Alexandri VII. Summi Pontificis, & Domini noſtri*, de conſenſibus, *quæ eſt 45. refertur.*

40 *Regula*, de conſenſibus, *non eſt de dandis: & quid hoc ſit, Regulam eſſe de dandis.*

41 *Ex vſu multorum Tribunalium Regulæ Cancellariæ non ſolent produci, cùm ſint notoriæ.*

NOTANDVM eſt primò, conſtituen- 1
dæ penſionis Eccleſiaſticæ cauſam
formalem, eſſe conſenſum Titularis,
iuncta Summi Pontificis authoritate; cùm
Papa ex poteſtate ordinaria, Titularis con-
ſenſum ſupplere non poſſit; ſed hoc facere
poſſit de plenitudine poteſtatis, derogando
Regulæ *de præſtando conſenſu*: Pariſ. *de reſi-
gnat. lib. 6. quæſt. 2. num.* 131. *&* 155. † Ratio 2
eſt, quia penſionem imponere, eſt iuris poſi-
tiui, in quo Papa liberè poteſt diſponere; &
per conſequens non exigitur, quoad poteſta-
tem abſolutam, conſenſus Titularis in im-
poſitione penſionis: ex notatis per Caccialup.
*in tract. de penſ. quæſt.* 19. *num.* 28. Gig. *eodem
tract. quæſt. 6. num.* 17. Verall. *deciſ.* 316. *part.* 2.
† Vnde poteſt Papa ad libitum imponere 3
penſiones, vel eas transferre ſuper benefi-
cio alicuius, etiam abſque derogatione Re-
gulæ *de iure quæſito*: vt deciſum eſt apud
Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 375.
*&* 376.

Intelligendo tamen reſpectu illius qui 4
poſſidet beneficium; ſecus enim eſt reſpectu
fideiuſſorum: qui, ſi Papa penſionem, illis
non conſentientibus, transferat; à fideiuſſio-
ne liberantur: Quia cum fideiuſſores ſe
obligauerint reſpectu certæ perſonæ, non
cenſentur ſe voluiſſe obligare ad fauorem ſe-
cundi tranſlatarij, quia obligatio intelligitur
de prima tranſlatione, nec extenditur ad
ſecundam; & quia fideiuſſoris conſenſum
Papa ſupplere non potuit, ſine quo non in-
ducitur obligatio, nec obligationis renoua-
tio, vel prorogatio: *l.* 1. *§. conuentioni, ff.
de pact. l. obligationum ſubſtantia, & l. quæcun-
que gerimus, ff. de obligat. & act.* † Idque 5
etiam ſi conceſſio facta eſſet Motu proprio,
vt fuit deciſum per Rotam apud Garſ. *lib.* 1.
*cap.* 5. *num.* 247.

Solus autem Partium conſenſus ſine Sum- 6
mi Pontificis authoritate nihil operatur, teſte
Ferreto *conſ.* 319. *n.* 4. vbi dicit penſionem ex
ſola gratia Papæ procedere; & Lotter. *lib.* 1.
*quæſt.* 35. *num.* 65. *&* 66. *de re benef.*

Notandum tamen eſt ſecundò, duplicem 7
conſiderari hac in re conſenſum; quorum
vnus vocatur Cauſalis, in quo conſiſtit ſub-
ſtantia Gratiæ; alter verò vocatur conſen-
ſus Formalis, qui adhibetur ſolùm pro exe-
cutione Literarum: & de vtroque nos egi-
mus *in primo vol. Quæſt. Benefic. c.* 26. ad quem
locum



locum recurrendum erit pro intelligentia
terminorum, omiſſo pro nunc paruo Conſen-
18 ſu, de quo *ibidem* egimus: † cùm igitur cõſen-
ſus iſte formalis non reſpiciat ſubſtantiam
Gratiæ, ſed Literarum executionem, vt
dicit Mohed. *deciſ.* 5. *de renunciat.* Seraphin.
*deciſ.* 1465. *num.* 7. Pariſ. *conſ.* 5. *num.* 59. *vol.* 4.
Ideo huic conſenſui formali Papa ſolet de-
rogare: Pariſ. *de reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 8. *n.* 117.
9 † quia Papa derogat Regulis Cancellariæ,
& nominatim huic Regulæ, *de conſenſibus*,
quæ loquitur de expeditione Literarum non
facienda ſine conſenſu in reſignationibus &
in penſionibus, in hæc verba: *nec Literæ re-
ſeruationis, vel aſſignationis, etiam Motu proprio
cuiuſuis penſionis annuæ ſuper alicuius beneficij
fructibus expediri poſſint, niſi de conſenſu illius
qui penſionem perſoluere tunc debebit.* Huic er-
go Regulæ poſſe derogari per Summum
Pontificem, non eſt dubitandum; vt teſtatur
Pariſ. *d. conſil.* 5. *num.* 58. *vol.* 4 Flamin. *de reſi-
10 gnat. lib.* 8. *quæſt.* 8. *num.* 118. † veluti ſi benefi-
cium conferatur abſenti, qui propter abſen-
tiam conſenſum præſtare non poteſt, tunc
Papa derogat huic Regulæ: Flamin. *vbi ſupra,
n.* 117. & tunc ratificatio Titularis retrotra-
hitur: Card. Pariſ. *dicto conſil.* 5. *n.* 56. multò-
que magis ſi beneficium vacans per obitum,
conferatur minori abſenti, conceditur dero-
gatio huius Regulæ: Flamin. *ibid. num.* 120. &
fuit deciſum per Rotam *coram Oradino, in
Acherotenſi Monaſterij, die* 4. *Maij* 1654. cuius
11 meminit Verall. *deciſ.* 11. *part.* 3. † vbi tamen
fuit dictum, quod infans in ſexto ſuæ ætatis
anno conſtitutus, potuerat facere manda-
tum de authoritate Ordinarij, ad conſentien-
dum penſioni, quia agebatur de acquirendo
beneficium. Immò quod cùm Papa intelle-
xiſſet illum in ſexto ætatis anno conſtitutum
eſſe, tacitè cum illo diſpenſauerat, non ob-
ſtante Regula *de præſtando conſenſu.*

12 Notandum eſt tertiò, non ſine cauſa ſupe-
riùs dictũ per nos fuiſſe, nullam in hoc capite
rationem habendam parui Conſenſus. Dici-
tur enim paruus Conſenſus, quia eſt potiùs
quædam præparatio, quam actus perfectio:
Notarius enim, dum illum annotat; ſolùm ap-
ponit annum, mẽſem, & diem, & nomen pro-
curatoris, vel Principalis, ſi Principalis illum
præſtet: & ſi deinde Pars illum vult, ipſi con-
ſignat, Conſenſus autem formalis ſcribitur à
tergo ſupplicationis & Bullæ: quod ſi ita fa-
ctum non fuerit, Literæ ſunt nullæ: vt expli-
13 cat Pariſ. *dicto lib.* 8. *q.* 8. *n.* 72. *&* 73. † Quod
autem paruus Conſenſus non ſit conſidera-
bilis, patet, quia poſt paruum Conſenſum, &
paruam Datam, licita eſt pœnitentia ante-
quã conſenſus extendatur: Creſcent. *deciſ.* 75.
*aliàs deciſ.* 1. *de cõceſſ. præbend.* Burat. *deciſ.* 787.
*n.* 4. Pute. *deciſ.* 199. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 458. *n.* 10.
*part.* 3. *lib.* 3. *diuerſ.* Verall. *deciſ.* 237. *part.* 1.
† etiam poſt ſolutam Datario compoſitionẽ, 14
Rota *deciſ.* 458. *n.* 6. *part.* 3. *diuerſ. lib.* 3. perfe-
ctus enim non dicitur actus; donec extenſio
conſenſus facta fuerit: & ſic cum antea actus
ſit imperfectus, licita erit variatio: Gratian.
*diſcept. forenſ.* 191. *n.* 9. *&* 10. † Maximè verò 15
hæc, quæ dicta ſunt, locum habent, quia par-
uus iſte Conſenſus datur à Datario, & rema-
net penes Partes, vt dicit Flamin. Pariſ. *de re-
ſignat. d. lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 29. † & ſupplicatio 16
tacitam habet conditionem, *dummodo Partes
in eadem voluntate permaneant*, Card. Otto-
bon. *deciſ.* 11. *num.* 19. vſque ad conſenſus
præſtationem in Cancellaria.

Notandum eſt quartò, multas difficulta- 17
tes, quæ olim proponebantur circa hanc ma-
teriam, hodie ceſſare; quia olim non præſta-
batur conſenſus niſi poſtquam ſupplicatio
erat ſignata; & hunc conſenſum Notarius
Cancellariæ ſolitus erat ſtipulari coram duo-
bus teſtibus, & hic dicebatur Conſenſus par-
uus hoc modo: *Franciſcus & Antonius conſen-
ſerunt reſignationi, & expeditioni Literarum
iuxta tenorem ſupplicationis ſignatæ.* Sed hodie
non ſolet ſubſcribi ſupplicatio per Papam, ni-
ſi priùs præſtitus fuerit conſenſus; & in calce
ſupplicationis apponitur hæc clauſula, *exten-
datur cõſenſus*, ſi reſignatio ſit ſimplex; vel *ex-
tendantur conſenſus*, ſi ſit cum penſionis reſer-
uatione. Aliud enim eſt dicere, *præſtentur con-
ſenſus*, aliud, *extendantur*. Et hoc eſt quod di-
ximus *part.* 1. *quæſt. benefic. c.* 26. *n.* 21. quod ho-
die non priùs conſenſus apponitur in dor-
ſo ſupplicationis ſignatæ, quàm ille ſit præſti-
tus in Cancellaria, & in libris Cameræ extẽ-
ſus ſub illa formalitate, quæ reſpiciat tam Si-
gnaturam, quàm Literarum expeditionem:
Pariſ. *de reſignat. lib.* 10. *quæſt.* 3. *num.* 10. Rota
*deciſ.* 206. *num.* 2. *part.* 2. *recent.*

Eſt nihilominus verum, quod ſi ante Lite- 18
rarum expeditionem nullus alius fuiſſet præ-
ſtitus conſenſus, tali caſu conſenſus iſte for-
malis, qui ſolet in expeditione Literarũ præ-
ſtari, fieret ſubſtantialis; vt bene Card. Otto-
bon. *deciſ.* 11. *n.* 17. Et quando agitur de bene-
ficio quod eſt vacãs de iure & de facto, † Papa 19
non ſub duabus Datis, ſed ſub eadem ſuppli-
catione & Data vni confert beneficium, &
alteri penſionem reſeruat cum illa clauſula,
*cuius, hoc eſt Titularis, ad hoc expreſſus accedit
conſenſus*: quæ poſtmodum in Literis repeti-
tur, teſte Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 35. *n.* 73.

Notandum quintò, quod conſenſus præ- 20
ſtitus reſeruationi penſionis ab eo, qui nulli-
ter fuerat prouiſus de beneficio, non præiu-
dicat ei, qui beneficium legitimè obtinuit.
Caſus fuit per Rotam deciſus, quia licèt is,

qui iudicio Epiſcopi fuerat prælatus alteri in
concurſu, conſenſiſſet impoſitioni penſionis
ſuper Eccleſia Parochiali, tamen quia iſte
Tertius appellauerat ab irrationabili iudicio
Epiſcopi, & fuerat declaratus dignior per
Rotam in cauſa appellationis, & inſtitutus in
eodem beneficio authoritate Rotæ; iuxta
facultatem illi tributam *in Clement. auditor, de
reſcript.* fuit deciſum, hunc inſtitutum per
Rotam non teneri præſtare conſenſum huic
reſeruationi factæ de conſenſu illius primi,
quem nullum ius habere in beneficio fuerat
iudicatum: vt patet *in deciſ. Rotæ* 437. *num.* 1.
21 *part.* 1. *recent.* † Et quod plus eſt, fuit deciſum
hoc procedere, non obſtante quod iſte appel-
lans ante ſuum examen coram Ordinario
conſenſiſſet reſeruationi eiuſdem penſionis,
quia conſenſus fuerat præſtitus ſub benepla-
cito Sanctiſſimi, *& non aliter*; & ſic non va-
lebat conſenſus coram Ordinario præſtitus,
donec Sanctiſſimus confirmaſſet: & ideo po-
terat reuocari ante obtentum beneplacitum,
etiam ſi factum fuiſſet cum iuraměto: Achill.
de Graſſ. *deciſ.* 2. *de pact.* Put. *deciſ.* 343. *num.*
2. *lib.* 1. *in correctis*, & conſenſus ille fuerat præ-
ſtitus in caſum prælectionis faciendæ ab
Epiſcopo: hoc autem caſu prælectio facta
fuerat per Rotam; & ſic ceſſat cauſa præſtiti
conſenſus.

22 Notandum ſextò, quod procurator ad
præſtandum conſenſum legitimè conſtitu-
tus, poteſt etiam conſenſum præſtare poſt
obitum conſtituentis, quando in vita conſti-
tuentis cœperat exequi mandatum, & ſic
res non erat integra; veluti ſi in executione
mandati tunc habiti porrexerat ſupplicatio-
nem, vel aliquem alium actum fecerat vigo-
re mandati; aliàs mandatum expirat per
obitum mandantis: Achill. *deciſ.* 1. *de renun-
ciat.* Gabriel. *conſil.* 194. *num.* 8. *lib.* 1. Pariſ.
*lib.* 9. *quæſt.* 24. *num.* 28. & in his terminis
procedunt Caſſador. *deciſ.* 1. *de renunciat.
num.* 4. Boër. *deciſ.* 348. *num.* 7. Verall. *deciſ.*
396. *part.* 2. Creſcent. *deciſ.* 9. *de procurat.*

23 Quæ autem ſuperiùs loco ſuo diximus,
nempe *cap.* 29. de procuratore conſtituto ad
conſentiendum tranſlationi penſionis, non
eandem habent rationem nec determinatio-
nem; vt monet Pariſ. *d. lib.* 9. *quæſt.* 24.
*num.* 27. & ad hoc faciunt *deciſiones* Putei
92. *&* 259. *lib.* 2. *in correctis*, *aliàs* 267. cùm
procurator conſtitutus ad transferendam
penſionem ſola pœnitentia reuocetur, nec
opus ſit hoc caſu aliqua intimatione, vt ha-
betur *in deciſionibus allegatis.*

24 Redeundo ad caſum propoſitum, dico,
quod ſi ſupplicatio fuerit datata viuente il-
lo qui conſenſum præſtare debebat, tunc
ſuperueniente morte ante conſenſum for-
malem, poteſt procurator conſenſum for-
malem præſtare poſt mortem Principalis,
quia tunc conſenſus retrotrahitur ad diem
Datæ; ſecus eſt quando ſupplicatio fuit da-
tata poſt mortem: tunc enim cùm res ſit
integra, mandatum cenſetur per obitum
reuocatum: & ſic procurator ampliùs con-
ſenſum præſtare non poteſt: Pariſ. *d. lib.* 9.
*quæſt.* 24. *num.* 9. *& ſequent.* Rota *deciſ.* 349.
*num.* 10. 11. *&* 12. *part.* 4. *recent.*

Notandum ſeptimò, quod per Regulam 25
*Cancell.* 45. conſenſus debet præſtari per
ipſum Principalem, ſi præſens fuerit in Cu-
ria: ſi verò fuerit abſens, præſtatur per
procuratorem legitimè conſtitutum; vt
expreſsè dicitur in Regula. Sed hoc verum
eſt, ſi agatur de conſenſu præſtito in reſi-
gnatione; ſed ſi agatur de conſenſu requi-
ſito in reſeruatione penſionis, Gloſſator
antiquus exiſtimauit ſufficere conſenſum
præſtitum per procuratorem, licet Princi-
palis eſſet præſens in Curia: *vt in dicta Re-
gula tradit circa finem*, *verſic. Item in quan-
tum*, *in fine.* Ratio eſt, quia conſtitutio quæ
loquitur de penſionibus, fuit facta in ora-
tione ſeparata, quæ nullam connexionem
habet cum clauſula loquente de reſignatio-
nibus. Dicit tamen hoc admitti in Camera,
ſed dubitat de Cancellaria.

Procurator autem debet eſſe legitimè 26
conſtitutus, & ſi conſentiat in vim epiſto-
læ ad ſe tranſmiſſæ, Notarius non poteſt
extendere conſenſum, niſi præuia recogni-
tione Epiſtolæ, alioqui nulliter agit: Seraphin.
*deciſ.* 1163. *num.* 4. Modern. *de Titul. Datar.
cap.* 10. *quæſt.* 9. *num.* 22. ſed tamen conſenſus
per literas præſtitus, non eſt perfectus, ſi
nihil aliud interueniat: Put. *deciſ.* 350.
*num.* 2. *&* 3. *lib.* 2. *in correct.* Seraphin. *deciſ.*
1163. *num.* 7.

Cardinales autem præſtant conſenſum 27
per ſcedulam propria illorum manu ſubſcri-
ptam, & proprio ſigillo munitam, Caſſador.
*deciſ.* 2. *de renunciat. in princip.* Ideo Regula *de
conſenſibus præſtandis*, non habet locum in
conſenſibus per Cardinales præſtandis, Pariſ.
*d. lib.* 8. *quæſt.* 8. *num.* 17. quia Regula fuit
inuenta ad euitandas fraudes, quæ in Car-
dinalibus non præſumuntur: Verall. *deciſ.* 28.
*num.* 4 *part.* 3.

Octauò notandum eſt, quod Regula, 28
*de conſenſibus*, *non ſeruatur* in Gallia, tan-
quam à iure communi exorbitans; cùm
de iure communi, ſtatim vbi ſupplicatio ſi-
gnata fuit, Gratia perfecta ſit, & ideo pœ-
nitentiæ locus non ſit: *Clement.* 1. *de renun-
ciat.* & ſi reſignans poſt ſignaturam ſuppli-
cationis moriatur, & ante Bullarum confe-
ctionem, in caſibus, in quibus requiruntur,
poterit



poterit nihilominus procurator illas expedi-
ri facere, non obſtante morte ſui Principalis:
Papon. *lib.* 2. *tit.* 8. *des reſignations*, *Arreſt.* 13.

29 Nonò notandum eſt, quòd licèt Summus
Pontifex derogauerit Regulæ *de præſtandis
conſenſibus*, talis derogatio reſpicit ſolam ex-
peditionem Literarum, non autem ſubſtan-
tiam Gratiæ: & ideo ſi procuratoris conſen-
ſus ſit inſufficiens, derogatio Regulæ non
conualidat Gratiam, in cuius ſubſtantia defi-
cit fundamentum; nempe conſenſus, ad
quem præſtandum procurator non habebat
mandatum ſufficiens, maximè in caſu, in quo
conſtat, Papam deſideraſſe dictum conſen-
ſum: vt fuit deciſum *in Camerinenſi penſionis*,
21. *Maij* 1607. apud Marcheſ. *tom.* 1. *fol.* 514.
30 *deciſ.* 5. † vbi etiam fuit dictum, non obſtare
quod in tergo Literarum facta fuerat mentio
de conſenſu Principalis, de quo præſumitur
tunc conſtitiſſe: quia fuit dictum, Regulam
non procedere, quando aliunde apparet de
mandato inſufficienti, per cuius productio-
nem ceſſat præſumptio mandati ſufficientis;
31 vt *in dicta deciſione* concluditur. † Idque non
obſtante retentione Annatæ facta per Prin-
cipalem in expeditione Literarum; quia non
probabatur quod Principalis habuiſſet li-
centiam, cùm non eſſet præſens in expe-
ditione Literarum; cùm tamen ad indu-
cendam ratificationem, requiratur ſcientia
actus ratificandi: Crauet. *conſil.* 197. *num.* 14.
Natt. *conſil.* 636. *num.* 144. Gratian. *diſcept.
forenſ. cap.* 162. *num.* 3. & alibi paſſim.

32 Et ratio præmiſſorum eſt, quia deroga-
tio Regulæ *de præſtando conſenſu*, debet in-
telligi de conſenſu formali qui præſtatur
in Cancellaria pro expeditione Literarum,
non autem de conſenſu cauſali, qui requi-
ritur ád ſubſtantiam Gratiæ; illiuſque per-
fectionem, Mohed. *deciſ.* 5. *de renunciat.*
Gomeſ. *ad Regul. de impetrat. benefic. per obi-
tum famil. Cardin. num.* 3.

33 Qui quidem conſenſus cauſalis, quam-
uis debeat iuſtificari tanquam pars Gratiæ,
*cap.* 2. *de reſcript.* Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 11.
*num.* 1. *&* 4. *ſub tit. de probat.* nec cenſea-
tur probatus per aliquos actus Principalis,
non data ſcientia illius, vt mox dictum eſt;
34 † Tamen ſufficit quod vndecunque probe-
tur: vt per Caſſador. *deciſ.* 1. *num.* 3. *de re-
nunciat.* & ſic data ſcientia Principalis, ve-
luti ſi vſus fuerit ſupplicatione, & in eadem
contineatur etiam reſeruatio penſionis, cen-
ſetur illi conſenſum præbuiſſe: † qui enim
35 aliqua ſcriptura vtitur, cenſetur illam, &
omnia in ea contenta approbare: vt in ter-
minis conſenſus decidit Put. *deciſ.* 100.
*num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Quod procedit in caſu
propoſito, in quo non agitur de iis quæ de-
pendent à Iure, aut aliunde quàm ex fa-
cto ipſius; vt fuſiùs probauimus *ſuprà
cap.* 24. *huius Tractatus*: ſed agitur de ve-
rificando conſenſu reſignantis, qui ex
mera illius voluntate dependet, ſeu po-
tiùs de tacita ratificatione geſtorum per
procuratorem ex certa ſcientia.

Alia etiam ratione conſenſus per procu- 36
ratorem præſtitus non noceret Principali, ſi
conſenſus fuiſſet præſtitus pro validitate
penſionis ad Bullam deſuper expeditam, &
relatus fuiſſet ad quandam Partium con-
cordiam, & non ad ſupplicationem, cùm ta-
men in concordia contineantur plura quæ
non ſunt in ſupplicatione, ſuper qua Bulla
fuerat expedita, nulla facta mentione con-
cordiæ, nec conuentionum in ipſa conten-
tarum, & concordia non fuiſſet inſerta in
ſupplicatione nec extenſiuè, nec relatiuè;
& ſic cùm omnia non fuiſſent conceſſa à
Papa eo modo quo conſenſus fuerat præſti-
tus, perinde eſt ac ſi præſtitus non eſſet,
& per conſequens quod non erat ſufficiens
pro penſione. Atque ita deciſum eſt apud
Vera . *deciſ.* 210. *part.* 1.

Et huius rei ratio eſt, quia conſenſus ille 37
per procuratorem præſtitus relatiuè ad con-
cordiam, conditionaliter cum clauſula, *&
non aliàs*, non admittitur in Cancellaria, &
non valet niſi conditio per Papam approbata
fuerit: & talem eſſe ſtylum teſtatur Sera-
phin. *deciſ.* 1465. *num.* 3.

Vnde in ſimili caſu, cùm ſubſtitutus pro- 38
curator ad conſentiendum reſeruationi pen-
ſionis conſenſum præſtitiſſet intuitu labo-
rum præſtitorum per Penſionarium, ita vt
penſio tranſiret ad ſucceſſores in beneficio,
& in ſupplicatione non fuiſſet expreſſum,
penſionem reſeruari intuitu illorum labo-
rum, etiam quoad ſucceſſores in beneficio;
fuit dubitatum vtrum reſeruatio penſionis
dicatur nulla, aut ſaltem mandatum ad con-
ſentiendum fuerit illicitum, non ſuperue-
niente Superiorum authoritate? Et reſolu-
tum fuit, reſeruationem eſſe inualidam; quia
cùm reſeruatio facta fuiſſet, & conſenſus
præſtitus cauſa laborum, & non cauſa reſi-
gnationis, provt in ſupplicatione dictum erat,
omnia erant nulla; quia ſi fuiſſet expoſitum
Papæ, quod reſeruatio erat ſub prætextu la-
borum Penſionarij, & non ex cauſa reſigna-
tionis, Papa non permiſiſſet quod penſio
tranſiret ad ſucceſſores in beneficio. Item
quia cùm conſenſus fuiſſet præſtitus con-
ditionaliter, nempe *ſi ita Sanctitati ſuæ
placuerit*, & hoc non fuerit Papa expoſi-
tum, tota Gratia corruebat; maximè
cum iſtæ conditiones ſint illicitæ, non inter-
ueniente Summi Pontificis approbatione:

atque ita deciſum fuit per Rotam, *deciſ.*670. *part.*3.*lib.*3. *diuerſor.*

39 Vltimo loco notandum eſt, quod per Regulam Cancellariæ, *de præſtandis conſenſibus*, quæ hodie eſt 45. *inter Regulas S.D.N. Alexandri VII. feliciter ſedentis*, cautum fuit, quod ſuper reſignatione cuiuſcunque beneficij Eccleſiaſtici, ſeu ceſſionis iuris in eo, quam in manibus ſuis, vel in Cancellaria Apoſtolica fieri contigerit, Apoſtolicæ Literæ nullatenus expediantur, niſi reſignans, aut cedens, ſi in Romana Curia præſens fuerit, perſonaliter; alioquin per procuratorem ſuum ad hoc ſpecialiter conſtitutum expeditioni huiuſmodi in eadem Cancellaria expreſsè conſenſerit, & iurauerit vt moris eſt: & ſi ipſum reſignantem, ſeu cedentem pluries ſuper vno & eodem beneficio in fauorem diuerſarum perſonarum ſucceſſiuè conſenſiſſe contigerit, voluit Sanctitas ſua, quòd primus conſenſus tenere debeat, & alij poſteriores conſenſus, ac Literæ, eorum prætextu, etiam ſub priori Data expeditæ pro tempore, nullius ſint roboris vel momenti; nec Literæ reſeruationis vel reſignationis etiam Motu proprio cuiuſuis penſionis annuæ ſuper alicuius beneficij fructibus expediri poſſint, niſi de conſenſu illius qui penſionem ſoluere tunc debebit. † Quæ Regula non eſt *de dan-* 40
*dis*, cùm concernat dumtaxat Expeditores, vt aduertit Seraphin. *d. deciſ.* 1465. *num. vlt.* Dicitur autem non eſſe *de dandis*, quia non eſt opus illam producere in actis, vt explicat antiquus Gloſſator *ad Regul.* 27. *de regulis Cancellariæ producendis*, *num.*3. † Quamuis 41
Regulas Cancellariæ non eſſe producendas tanquam notorias dixerit Anton. Faber *in ſuo Codice lib.*4. *tit.*14. *definit.*15. quod & Ego in his partibus à pluribus annis obſeruatū vidi, nec vnquam opponi de defectu productionis illarum Regularum, durantibus annis ſexaginta, quibus in negotiis Iuſtitiæ verſatus fui.

# CAPVT XLII.

## *ARGVMENTVM.*

PENSIONES ſuper diſtributionibus quotidianis imponi non poſſe: Impoſitas tamen authoritate Sedis Apoſtolicæ, validas eſſe. Fructuum appellatione non contineri Diſtributiones, quando penſio ſuper fructibus fuit impoſita. Quid ſi ſuper fructibus, prouentibus, reditibus, & emolumentis? Et quæ hac in parte ſit differentia inter penſionis reſeruationem, & tranſlationem? Incerti reditus qui dicantur? Capitulum, & Cameram, dum abſentis, vel vacantis beneficij fructus percipiunt, ad penſionis ſolutionem teneri. Et quibus in caſibus locus ſit iuri accreſcendi, vel non decreſcendi, in fauorem Canonicorum, vt fructus, ſeu Diſtributiones non ſingulis de Capitulo, ſed Capitulari maſſæ acquirantur, vtrum Capitulum, vel ſingulares perſonæ ad ſolutionem penſionis pro rata teneantur.

### SVMMARIVM.

1 *Super quotidianis Diſtributionibus regulariter penſiones non debent imponi.*

2 *Fructuum beneficij appellatione quotidianæ Diſtributiones non continentur niſi impropriè.*

3 *Annata non ſoluitur de diſtributionibus quotidianis.*

4 *Indultum de prouidendo de beneficiis vſque ad certam ſummam, non comprehendit quotidianas Diſtributiones, quæ in illa ſumma non computantur.*

5 *Qui profeſſionem Fidei non emiſit, non lucratur fructus, ſed tamen lucratur Diſtributiones quotidianas.*

*Limita vt num.*8.

6 *Condemnatus ad reſolutionem fructuum, non tenetur reſtituere quod acquiſiuit ex Diſtributionibus quotidianis.*

7 *Limita vt non procedat, quando omnes reditus beneficij in Diſtributionibus quotidianis conſiſtunt.*

8 *Qui profeſſionem Fidei non emiſit, priuatur etiam ipſis fructibus quotidianarum Diſtributionum, quando in illis omnes beneficij reditus conſiſtunt.*

9 *Facultas transferendi penſiones conſiſtentes in quibuſcunque fructibus, reditibus, & prouentibus, non comprehendit illas quæ conſiſtunt in Diſtributionibus quotidianis.*

10 *Portio illa, quæ ex diſpoſitione Concilij applicatur pro Diſtributionibus, non ſubjacet ſolutioni penſionum, nec aliis oneribus.*

11 *Intellige*



11 *Intellige quod priùs deducantur penſiones iam impoſitæ tempore ſeparationis tertiæ huius partis; ſed de nouo impoſitæ iſtam tertiam partem non comprehendunt.*

12 *Quando Papa reſeruat penſiones ſuper Diſtributionibus quotidianis, penſio ſolui debet, & valida eſt.*

13 *Diſtributiones quotidianæ, ſi de illis facta non fuerit expreſſa mentio, non obligantur ad penſionem ſoluendam niſi in ſubſidium.*

14 *Si penſio fuerit impoſita etiam ſuper quibuſcunque prouentibus, emolumentis &c. quidam exiſtimant non comprehendi quotidianas Diſtributiones.*

15 *Appellatione fructuum & redituum non continentur Diſtributiones quotidianæ.*

16 *Sicut nec ſub nomine Prouentuum.*

17 *Nec appellatione Obuentionum.*

18 *Continentur tamen Diſtributiones ſub nomine Emolumentorum.*

19 *Stylus tamen Curiæ videtur in contrarium.*

20 *Incertæ non dicuntur obuentiones quæ ſub certa annua mercede locari poſſunt.*

21 *Vtrùm priuilegium competens Diſtributionibus locum habeat in reditibus communibus, qui in fine anni diſtribuuntur.*

22 *Penſio poteſt imponi ſuper iſtis reditibus, qui veniunt ſub nomine Obuentionum.*

23 *Quæ ſit differentia in hac quæſtione inter Tranſlationem, & Reſeruationem penſionis.*

24 *Capitulum quod lucratur fructus abſentis, tenetur pro rata ad ſolutionem penſionis.*

25 *Perſona Titularis non eſt in conſideratione quoad penſionis ſolutionem, ſed fructus beneficij.*

*Camera Apoſtolica ſoluit penſionem ſi fructus percipiat, ibidem.*

26 *Reÿcitur opinio exiſtimantium Capitulum non teneri pro rata ad penſionem, dum percipit Diſtributiones abſentis.*

27 *Qui Diſtributiones abſentis lucratur, tenetur pro rata ad penſionis ſuper illo beneficio impoſitæ ſolutionem.*

28 *Quomodo agi poſſit ad conſequendam ſolutionem penſionis contra fructus non conſumptos.*

29 *Ex eo quòd penſio ſoluitur per eos, qui abſentis, vel ſuſpenſi Canonici Diſtributiones perceperunt, cultus diuinus non minuitur.*

30 *Ius accreſcendi circa Diſtributiones quotidianas, quæ ſingulis diebus & horis diuini ſeruitÿ dantur præſentibus, locum non habet quando portiones abſentium acquiruntur Capitulo.*

31 *Explicatur* deciſio 500. *Rotæ* apud Coccinum.

32 *Ius accreſcendi, vel non decreſcendi, locum habet inter Canonicos, quando portiones abſentium non quæruntur maſſæ Capituli, ſed Canonicis inſeruientibus.*

33 *Ius accreſcendi ceſſat inter Canonicos circa Diſtributiones abſentium, quando in contrarium adeſt ſtatutum, vel conſuetudo Capituli.*

34 *Penſio loco abſentis ſoluitur pro rata à Capitulo, ſi illi Diſtributiones acquirantur; ſecùs ſi à particularibus, hi enim tenentur pro rata.*

REGVLA generalis eſt, ex Diſtribu- 1
tionibus quotidianis, ſi iuris communis diſpoſitionem attendamus, non deberi penſiones annuas, nec ſuper ipſis penſiones imponi ſeu reſeruari poſſe: quia penſio eſt onus fructuum, & debetur de fructibus: Gigas *de penſionib. quæſt.* 39. *num.* 1. Roman. *conſ.* 388. *num. num.* 2. Rota *deciſ.* 508. *num.*3. *part.*2. *recent. & deciſ.* 77. *part.*3. † fru- 2
ctuum autem beneficij appellatione non continentur Diſtributiones quotidianæ niſi impropriè, vt notatur *in recent. part.*8. *deciſ.* 24. *num.*15. quia licèt dentur beneficiato propter beneficium, fructus tamen non ſunt: *cap. vnic. de Cleric. non reſident. lib.*6. Caſſador. *deciſ.* 6. *num.* 6. *de præbend.* † vbi quod propte- 3
rea non computantur in valore fructuum, nec ex illis ſoluitur Annata: † Et ſi quis ob- 4
tinuit Gratiam vt ſibi prouideatur de beneficiis vſque ad certam ſummam in illa ſumma non computantur Diſtributiones quotidianæ, Oldrad. *conſ.* 118. *num.*1. *& per totum*, Guttierr. *conſ.* 8. *num.* 2. Gonzal. *ad Regul.*8. *in* §.7. *proœm. num.*154. † Ideo licet cautum ſit 5
quod prouiſus de beneficio non faciat fructus ſuos donec fidei profeſſionem emiſerit, tamen lucratur quotidianas Diſtributiones; quia dantur ratione ſeruitij & miniſterij perſonalis: Gonzal. *ibidem, num.*170. † Et qui ad 6
reſtitutionem fructuum condemnatus fuit, non tenetur regulariter ad reſtitutionem eorum quæ lucratus fuit ex Diſtributionibus quotidianis. Quod tamen intelligendum eſt iuxta declarationes factas per Gonzal. *loco cit. num.*155. *& multis ſeqq.* † Et nominatim 7
quando beneficij reditus conſiſtunt omnes in Diſtributionibus quotidianis, vt apud Eumdem *num.*157. † quo etiam caſu, qui fidei 8
profeſſionem non emiſit, priuatur Diſtributionibus quotidianis, vt pœnæ locus aliquis eſſe poſſit: Barboſ. *de appell. verbor. cap.* 103. *num.* 14.

Et ea de cauſa diſputatum fuit in Rota, 9
vtrum qui habet facultatem penſiones transferendi reſeruatas ſuper quibuſcunque fructibus, reditibus, & prouentibus quorumcunque beneficiorum Eccleſiaſticorum comprehen

N 4 prehen

prehenderentur penſiones ſuper diſtributionibus quotidianis ex ſpeciali Summi Pontificis gratia reſeruatæ? & cùm fuiſſet deciſum ſub illa facultate comprehendi propter generalitatem verborum conceſſionis; Tamen Rota negotio accuratiùs perpenſo, receſſit à deciſis, & declarauit in generali facultate non comprehendi Penſiones ſuper Diſtributionibus quotidianis debitas; quia generalitas verborum non debet quoad hoc operari, cum verſemur in materia non fauorabili, ſed potiùs odioſa; cùm penſionis tranſlatio prorogationem ſeruitutis inducat ſuper beneficiis: vt copioſè explicat D. Paul. Rubeus (cuius doctrinæ & laboribus multùm debet Iuriſprudentia noſtra) *in ſuis annotationib. ad deciſ. Rotæ Romanæ*, *deciſ.* 576. *n.* 51. *& multis ſeqq. partis* 4. *Tom.* 3. Et tranſlationem penſionis eſſe odioſiſſimam, ſuperiùs *ſuo loco* fuit demonſtratum.

Supradicta multò fortiùs procedunt in
10 portione illa, quæ ex Concilij Tridentini diſpoſitione deſumi debet, vt applicetur iis qui effectualiter Diuinis Officiis interfuerint, de qua nos copioſè egimus *in primo volumine quæſt. benefic. cap.* 52. ſiquidem dicti Concilij decreto ſtatutum eſt *ſeſſ.* 21. *cap.* 3. *& ſeſſ.* 22. *cap.* 3. in omnibus Eccleſiis, in quibus nullæ ſunt Diſtributiones quotidianæ, aut ita tenues vt veriſimiliter negligantur, tertia pars fructuum Canonicatuum, Dignitatum, & Perſonatuum, Portionum & Officiorum ſeparetur, & in Diſtributiones quotidianas conuertatur, quæ inter eos, qui interfuerint proportionabiliter arbitrio Epiſcopi diuidatur: Quæ portio in Diſtributiones conuerſa, non ſubiacet penſionibus, aut aliis Eccleſiæ oneribus, quantumuis legitimè impoſitis: Imò intelligi debet, vt computetur deductis priùs dictis penſionibus aliiſque oneribus, quandiu illa durauerint; † Sed de
11 nouo imponendę non comprehendunt iſtam tertiam partem: Atque ita Sacra Congregatio declarauit, teſte Garſ. *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 468. Barboſ. *ad d. cap.* 3. *ſeſſ.* 21. *de reformat. num.* 7. Quod explicat Monet. *in tract. de Diſtribut. quotid. part.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 5. *& ſequentib.* Quod ita explicandum eſt, vt dum de penſionibus antea impoſitis agitur, penſiones in primis de globo deducantur, & de reſiduo tertia illa pars detrahatur; ſed penſiones de nouo impoſitæ, non comprehendunt iſtam tertiam partem.

Verùm ſi Papa imponat, ſeu reſeruet pen-
12 ſiones nominatim ſuper Diſtributionibus quotidianis, dubitari non poteſt quin reſeruatio huiuſmodi ſit valida, & effectum ſortiri ac obſeruari debeat; Barboſ. *ad d. ſeſſ.* 3. *cap.* 21. *num.* 7. *in fine*, poſt Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 390. ibi, *niſi expreſſis verbis à Pontifice concedantur*: Idem tradit Monet. *de Diſtribut. quotid. dicta part.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 6. † qui 13
tamen hoc limitat *num.* 11. vt penſio non cenſeatur hoc caſu reſeruata niſi in ſubſidium ſuper Diſtributionibus quotidianis, primò autem & principaliter ſuper fructibus Canonicatus, vel beneficij: argumento eorum quæ dicuntur in Gloſſ. *l. ſtipendia, in verbo, prouinciæ, & in verbo, ſtipendia*, *C. de execut. rei iudic.* vbi dicitur quòd ſtipendia militum, quibus ſimiles ſunt illæ Diſtributiones, non poſſunt vendi, nec in ſolutum dari niſi in ſubſidium.

Quod ſi reſeruatio penſionis fiat ſuper 14
fructibus, reditibus, prouentibus, obuentionibus, & emolumentis beneficij; dubitari poteſt vtrùm in ſimili reſeruatione contineantur Diſtributiones quotidianæ? Hanc quæſtionem in ſimilibus terminis determinat Emanuel Roderic. *quæſt. regul. tom.* 3. *qu.* 74. *artic.* 4. dicens, quod ſi Papa imponat penſionem ſuper fructibus, reditibus, prouentibus, obuentionibus, & emolumentis alicuius præbendæ, non cenſetur impoſita ſuper Diſtributionibus quotidianis, niſi ſpecialiter exprimatur; cùm enim detur ratione laboris propter intereſſentiam in diuinis Officiis, non eſt intentionis ſuæ Sanctitatis illas alicui oneri & penſioni ſubiacere; ſicut paulò antè de militum ſtipendiis dicebamus, quæ nec vendi, nec obligari poſſunt, niſi in ſubſidium: *l. ſtipendia* 4. *C. de execut. rei iudic.* & *ibi* Gloſſ. Bald. & Salycet. Merlin. *de pignorib. lib.* 2. *quæſt.* 62.

Quod tamen non tranſit ſine difficultate; 15
ſiquidem quamuis appellatione Redituum & fructuum non contineantur quotidianæ Diſtributiones, vt probat Gratian. *diſcept. forenſ.* 283. *num.* 9. vbi plures allegat, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 7. *num.* 186. † ſimiliter 16
licèt appellatione Prouentuum non contineantur Diſtributiones, quæ ſingulis diebus præſtantur ratione ſeruitij perſonalis, *cap licet, de præbend.* Ripa *in cap. cum M. Ferrarienſis*, *num.* 16. *de conſtitut.* Moneta *de Diſtribut. quotid. part.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 7. † quamuis 17
etiam appellatione Obuentionum non veniant dictæ Diſtributiones quotidianæ, Rip. *reſponſ.* 2. *num.* 2. *de conſtitut.* Monet. *d. part.* 1. *cap.* 7. *num.* 11. *& ſeqq.* Barboſ. *de appellat. verbor. cap.* 173. *num.* 4. † Tamen ſub nomine 18
Emolumentorum illas comprehendi verum eſt; ex Monet. *d. tract. part.* 1. *qu.* 7. *num.* 15. Gutierr. *conſ.* 8. *num.* 5. quia nomen illud reſpicit omnem vtilitatem ex re prouenientem: Boër. *deciſ.* 224. *num.* 6. maximè ſtante magna verborum illorum repetitione, quæ aliquid operari debet; teſte Pariſ. *de reſignat. lib.* 6.

quæſt.



*quæſt.* 2. *num.* 34. Rota relata per Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 382. *& ſequentib.*

19 Nihilominus tamen ex ſtylo Curiæ, per illa verba non intelligi Diſtributiones quotidianas, nec incertas obuentiones, teſtatur Garſ. *part.* 1. *cap.* 5. *num.* 387. Ego autem vidi multas prouiſiones circa penſionum reſeruationes, in quibus expreſſa ſit mentio Diſtributionum; & hanc mentionem fieri ſecurius eſt: maximè cùm non ſit hodie difficilis talium reſeruationum conceſſio, & nominatim in Legatione.

20 Aduertendum autem hic eſt, non comprehendi ſub incertarum obuentionum nomine illas, quas ſi Titularis locare vellet, aut vendere, poſſet eas ad annum ſub certa mercede transferre: Anchar. *in Clement.* 2. *num.* 4. *verſic. ſed aduerte ad hoc vltimum, de conceſſ. præbend.* Felin. *in cap. ad aures*, *ſub. num.* 14. *verſic. ſed Petrus: de reſcript.* Rebuff. *in tract. de Congru. poſt num.* 87.

21 Sed quæſiuit Gambar. *in tract. de poteſt. Legati*, vtrum quod de Diſtributionibus quoad impoſitionem ſeu reſeruationem penſionis dictum eſt, locum etiam habeat in aliis reditibus communibus, qui finito anno diuiduntur inter eos qui fuerunt præſentes, quamuis non interfuerint omnibus Horis: ſolet enim in multis Eccleſiis obſeruari, vt duplex ſit emolumentum; Alterum quidem, quod præſtatur illis qui verè & præſentialiter adſtiterint diuinis Officiis: Alterum verò, quod datur illis qui vni tantùm Horæ interfuerint: vel etiam, in aliquibus Eccleſiis, qui in Ciuitate præſentes fuerint? In hac quæſtione Gambar. *lib.* 6. *num.* 23. *& ſequentib.*
22 nihil certi determinat: † ſed cum illæ ſint ad inſtar præbendarum, maximè vbi non ſunt aliæ præbendæ, *Extrauag. cum nonnulli, §. præterea cum in aliquibus, de præbend. inter Communes:* & copioſè probat Garſ. *part.* 3. *cap.* 2. *num.* 440. verius eſt, ſi penſio fuerit reſeruata ſuper reditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuerſis beneficij, ſeu Canonicatus, illam cenſeri impoſitam ſuper huiuſmodi obuentionibus: vt decidit Monet. *de Diſtributionib. quotidian. part.* 3. *quæſt.* [illegible] *num.* 13. Idque quatenus fructus præbendæ non ſufficerent, vt *ibi* per eum.

23 Nec huic reſolutioni aduerſatur deciſio Rotæ Romanæ relata per dictum Dominum Rubeum *in addit. ad d. deciſ.* 576. *num.* 51. *part.* 4. *recent. tom.* 3. vbi deciſum fuit, in hac penſionum materia, ſub indulto loquente de transferendis quibuſcunque penſionibus reſeruatis ſuper quibuſcunque fructibus, reditibus, vel prouentibus quorumcunque beneficiorum Eccleſiaſticorum, non comprehendi penſiones ſuper Diſtributionibus quotidianis impoſitas: quia non hic agitur de tranſlatione penſionis, ſed de illius reſeruatione: nam licèt dubitetur vtrùm penſionis reſeruatio ſit odioſa, vt per Rotam *deciſ.* 240. *& deciſ.* 454. *part.* 1. *diuerſ.* vbi hæc quæſtio in vtramque partem examinatur; Tamen dum agitur de penſionis tranſlatione, agitur de materia odioſiſſima, cùm contineat prorogationem ſeruitutis impoſitæ ſuper fructibus beneficij: quidquid in contrarium dicat Duran. *deciſ.* 67. *n.* 3. Quia verius eſt tranſlationem penſionis eſſe multùm odioſam, teſte Verall. *deciſ.* 303. *num.* 10. *part.* 2. Gomeſ. *ad Regul. de infirmis*, *quæſt.* 16. D. Rubeus *dicta deciſ.* 576. *num.* 57. *part.* 4. *recent. tom.* 3. Ideo in materia tranſlationis, de qua loquitur præfata deciſio, ſtrictior fieri debet interpretatio quàm in materia reſeruationis penſionis.

Notandum eſt vltimo loco, quod ſi pro- 24
pter abſentiam, aut negligentiam Canonici, aut alia de cauſa Capitulum lucretur fructus vel Diſtributiones quotidianas, quas ipſe percepiſſet, tenetur Capitulum ad ſolutionem penſionis impoſitæ ſuper illo Canonicatu, pro rata fructuum perceptorum. Ratio eſt, quia penſio ſuper fructibus & diſtributionibus reſeruata, non acquiritur Capitulo, niſi eadem ratione, eodémque modo, & ſub iiſdem oneribus, ſub quibus Canonicus illas percipere poterat; neque debetur penſio ratione ſeruitij per Canonicum præſtandi, ſed ex mera Gratia Papæ: & Penſionarius habet actionem realem ad conſequendam penſionem aduersùs illos omnes, qui fructus, ſeu Diſtributiones percipiunt: Gig. *de penſionib. quæſt.* 39. *&* 43. Creſcent. *deciſ.* 3. *de ſolut.* ac etiam perſonalem actionem habet, aduersùs quoſcunque ſucceſſores. † Vnde perſona Titularis, eiúſve ſerui- 25
tium non eſt quoad Penſionarium conſiderabile, cui abſentia, aut negligentia Titularis nocere non poteſt: vt bene probat Mareſcot. *lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 18. *num.* 50. *&* 51. & nos probauimus in *Quæſt. benefic. tom.* 1. *cap.* 35. *num.* 14. poſt Rotam *deciſ.* 133. *part.* 2. *recent.* Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſ.* 5. §. 5. *num.* 44. Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 214. Qua ratione, etiam Camera Apoſtolica, dum fructus beneficij percipit, tenetur pro rata ad ſolutionem penſionis: quia cùm percipiat commodum, æquum eſt vt etiam onus ſuſtineat: vt per Gonzal. *d.* §. 5. *num.* 52. † Adeo 26
vt reijcienda ſit opinio Monetæ contrarium ſentientis *in tract. de Diſtribut. quotid. part.* 3. *qu.* 8. *num.* 17. cuius rationibus reſpondere non eſt difficile. Nam dum dicit in prima ratione, quòd ex illis diſtributionibus quas abſentes amittunt, nihil lucratur Capitulum;

ſed

ſed lucrum ſpectat ad ſingulares perſonas ipſius Capituli inter quas nunc plures reperiũtur,nunc pauciores,*ex cap.vnico, de Cleric.non reſident.in 6.* Aliud autem eſt Capitulũ, aliud perſonæ ſingulares de Capitulo,Felin. *in cap. eam te, de reſcript.* & probatur *in cap.final. & ibi* DD. *de præbend. in 6.* Reſpondetur,iſtam rationem non tollere dubium, ſed tantum allegare inconueniens circa modum repe-
27 tendi: † & ideo duo caſus conſiderandi ſunt; *Primus* eſt, quando emolumenta amiſſa acquiruntur Capitulo: *Secundus*, quando acquiruntur ſingularibus perſonis ſiue per ius accreſcendi, ſiue per ius non decreſcendi. Primo caſu, Capitulum tenetur contribuere pro rata ad ſolutionem penſionis: Secundo caſu, onus ſoluendi ſpectat ad particulares ipſius Capituli: vt explicat Garſ. *de benefic.*
28 *part.* 1. *cap.* 5. *n.* 222. *& ſequentib.* † Quamuis non neget, agi poſſe hypothecaria contra fructus non conſumptos, contra illorum poſſeſſores, abſque eo quod poſſint habere regreſſum contra Capitulum pro ea parte, quam ſoluerint, quia pars fructuum & diſtributionum contingens ipſam penſionem, fuit eis per Capitulum indebitè & abſque neceſſitate diſtributa.

29 Secunda ratio, quod penſio non debetur niſi per eum, qui illius reſeruationi conſenſit, illiúſque ſucceſſores; facilè eliditur, quia Capitulũ & Canonici qui fructus aut diſtributiones perceperunt,dicuntur in hac parte, illius, qui beneficium poſſidet, ſucceſſores.

Idem dicendum eſt de tertia ratione,quod penſio non debetur ab alio, quàm ab eo qui fructus beneficij percipit: nam etiam fructus, & diſtributiones, quas Capitulum, vel ſingulares illius perſonæ recipiunt, non aliunde proueniunt, quàm ab ipſo beneficio, & occaſione illius.

Sicut non obſtat quod dicitur, ſi fructus, & Diſtributiones eſſent obnoxiæ penſioni, cultus diuinus minueretur: quia diminutio cultus diuini non ducit originem à contributione Capituli, ſed ab ipſa penſionis impoſitione ſuper Diſtributionibus quotidianis authoritate Summi Pontificis facta.

Ideo non eſt recedendum ab opinione Rotæ Romanæ quam nos etiam ſecuti ſumus *lib.*1. *Quæſt. benefic. cap.* 35. *num.*13. *&* 14. quam opinionem bene probat Mareſcot. *lib.* 2. *var.reſolut. cap.* 18. *num.* 50. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 5. *num.* 44. Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 214. vbi adfert deciſionem Rotæ Romanæ pro hac opinione factam.

30 Sed quæritur, quando propter abſentiam illius, qui debet penſionem,fructus deuenerunt ad Canonicos inſeruientes, vel ad Capitulum, quis teneatur ad penſionis ſolutionem; ſcilicet vtrùm Capitulum, vel ſingulares Canonici qui lucrum perceperunt.

Pro quæſtionis determinatione duo caſus conſiderandi ſunt: *Primus* eſt,quando agitur de Diſtributionibus illis, quarum certa quantitas eſt ſingulis intereſſentibus & aſſiſtentibus Diuinis Officiis & actualiter inſeruientibus aſſignata; portio verò illius, qui propter ſuſpenſionem, abſentiam, vel aliud impedimentum, illam non lucratur, non inter præſentes diſtribuitur, ſed acquiritur maſſæ Capitulari, & in Eccleſiæ vtilitatem conuertitur; & hoc caſu portiones abſentium non accreſcunt præſentibus, ſed remanent apud maſſam Capitularem: Garſ. *de benefic. dicta part.* 1. *num.* 224. Mantic. *deciſ.* 229. Franciſc. Marc. *deciſ.* 885. *num.*6. *&* 7. *part.* 2. Guillelm. Benedict. *in repetit. cap. Raynutius, de teſtament. in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam, num.* 151. Rationem reddens, quia ius accreſcendi inter Canonicos præſentes habet locum in parte data poſtea defecta; ſed in parte numquam data locum non habet: oportet enim, vt locus ſit iuri accreſcendi, quod pars alicui quæratur, & quæſita auferatur ab eo; ergo cùm non intereſſentibus nihil datum videatur, nihil per conſequens intereſſentibus accreſcere poteſt: & ita ratiocinatur etiam Franciſc. Marc. *dicta deciſ.* 885. *num.* 6. *part.* 2.

Et cùm hoc caſu, Canonici vocati ſint ad res diuerſas,& nullo cõiunctionis genere ſint coniuncti; ſcilicet nec re, nec verbis, portio illorum deficiens non poteſt præſentibus
accreſcere: † Atque ita deciſio *Coccini* 500. 31
non poteſt ſubſiſtere, ſi loquatur de Diſtributionibus huius primi generis, de quibus loqui videtur, dicens illas applicandas eſſe Canonicis præſentibus, qui fundatam habent intentionem in iure accreſcendi, niſi certa Quota per Statutum aut conſuetudinem detur inſeruientibus: quia illa deciſio non poteſt ſuſtineri niſi in ſecundo caſu mox proponendo, vel in caſu diſpoſitionis particularis Statuti, vel conſuetudinis in contrarium.

Secundus caſus eſt, quando certa portio 32
non fuit ſingulis Canonicis aſſignata, ſed omnibus; ita vt inter illos ſit diſtribuenda, & portiones eorum, qui diuinis Officiis & Horis Canonicis non interſunt, accreſcant præſentibus & intereſſentibus; ſeu illorum portiones propter negligentiam ſeu defectum non intereſſentium pinguiores ſint,ſeu per ius accreſcendi, ſeu per ius non decreſcendi: & tunc verius eſt portiones non intereſſentium & non ſeruientium acquiri illis proportionabiliter,qui fuerũt præſentes,& actuale



actuale ſeruitium præſtiterunt,quia hoc caſu ſunt re & verbis coniuncti: *l.* 1. *in fine, ff.de vſufr.accreſc.* §. *ſi eadem, Inſtit.de legat. l. vnica,* §. *his ita definitis, verſic. hoc ita tam variè, &* §. *ſi vero non omnes, C.de caduc.tollendis*, & tradit Gloſſ. *in Clement.* 2. *in verbo, pars dimidia, de ætate & qualit.* Gloſſ. *in Clement.* 2. *in verbo, ſuſpenſus, De Vita & honeſt.Cleric.* Felin. *in cap. Apoſtolicæ, column.*5. *num.* 12. *verſic.durante autem, de except.* Couar. *lib.*3. *var.reſolut.cap.*13. *num.*7. Mantic. *d.deciſ.*226. *&* 236. Franciſc. Marc. *d.deciſ.*885. *num.*2. *& ſeqq. part.*2. quia cùm vocentur hoc caſu ad eandem ſummam, ſeu quantitatem inter eos in concurſu diuidendam, cenſentur coniuncti, tanquam collectiuè vocati; ſequitur inter eos locum eſſe iuri accreſcendi; vt ratiocinatur Mantic.
33 *d. deciſ.* 226. † non tamen poteſt negari quin ius accreſcendi ceſſet, ſi ita per Statutum Eccleſiæ fuerit ordinatum, aut per conſuetudinem introductum: Gloſſ. *in dicta Clement.* 2. *in verbo, pars dimidia, de ætat. & qualit.* Monald. *conſ.*27. *num.*4. *vol* 1.

Quibus ita conſtitutis, facilis eſt reſolutio 34
propoſitæ difficultatis: ſiquidem in Primo caſu, diſtributiones abſentium acquiruntur Capitulo, & per conſequens Capitulum tenetur pro rata ſoluere penſionem ſuper Diſtributionibus Canonicatus impoſitam. Secundo verò caſu, onus ſoluendi ſpectat ad Canonicos, qui lucrum Diſtributionum perceperunt, quia non potuit plus accreſcere Capitulo, vel reſpectiuè Canonicis, quàm ille,in cuius defectum Diſtributiones lucrantur, acquirere potuiſſet; & ſic illæ tranſeunt ad eos, à quibus percipiuntur,cum ſua cauſa, & cũ onere ſoluendi Penſionario; vt bene ratiocinantur Gonzal. & Garſ. *locis ſuprà citatis.*

## CAPVT XLIII.

### *ARGVMENTVM.*

QVAMVIS facultas diſpenſandi ſit fauorabiliter extendenda, ipſa tamen diſpenſatio tanquam odioſa ſtrictam interpretationem recipit, nec extenditur ad caſus in diſpenſatione non contentos: Quod variis propoſitis exemplis explicatur. Diſpenſatus ad beneficia non obſtante defectu Natalium, vtrum cenſeatur diſpenſatus ad obtinendas penſiones Eccleſiaſticas? Tandem concluditur verius eſſe, Diſpenſationem illegitimi ad beneficia obtinenda,continere etiam facultatem ad obtinendas penſiones.

### SVMMARIVM.

1 *Facultas diſpenſandi eſt fauorabilis, & latiſſimè extendenda.*
2 *Mandatum de diſpenſando pro Monachis, extenditur ad Abbatem.*
3 *Argumentum à maiori ad minus, locum habet in facultate diſpenſandi.*
4 *Diſpenſatio eſt odioſa, & ſtrictè intelligenda.*
5 *Facultas diſpenſandi ſuper affinitate in certo gradu, comprehendit gradum illum duplicatum: ſed non idem eſt in ipſa diſpenſatione.*
6 *In diſpenſatione non habet locum argumentum à maiori ad minus, ſecùs in facultate diſpenſandi; vt ſuprà num.*3.
7 *Diſpenſatus ad percipiendas Diſtributiones, non cenſetur diſpenſatus ad Anniuerſaria.*
8 *Diſpenſatus ad obtinendum Canonicatum, non cenſetur diſpenſatus ad dandum votum in Capitulo.*
9 *Diſpenſatus ad ſuſcipiendos ſacros Ordines, non eſt diſpenſatus ad obtinenda beneficia Curata.*
10 *Diſpenſatus ad obtinenda plura beneficia, non cenſetur diſpenſatus ad plura retinenda.*
11 *Quando illegitimus eſt diſpenſatus ab obtinenda quæcunque beneficia, plurimi cenſuerunt in ea diſpenſatione penſiones contineri.*
12 *Diſpenſatio facta illegitimo, reſpicit perſonam, non beneficium.*
13 *Diſpenſatio illegitimi ad obtinenda beneficia, non finitur in primo, ſed locum etiam habet in ſecundo beneficio, niſi diſpenſatio eſſet limitata ad certum beneficium, quo caſu nec etiam extenditur ad penſionem.*
14 *Si Diſpenſatio reſtricta ſit ad certum beneficium, poteſt diſpenſatus illud reſignare, reſeruata ſibi penſione ſine noua diſpenſatione.*
15 *Ex ſtylo Curiæ, quidam aſſerunt diſpenſationem ad beneficia, non continere penſiones.*
16 *Sed quamuis hoc verum ſit de rigore, tamen*

ex

*ex æquitate & Summi Pontificis præſumpta mente, diſpenſatio ad beneficia, continet penſiones.*

17 *Examinantur dicta per Gig.* de penſ.quæſt. 18. & 19. *& nominatim vtrùm diſpenſatio ad quæcunque beneficia, comprehendat penſiones.*

18 *Diſpenſatus ad Clericatum non obſtante defectu Natalium, cenſetur etiam diſpenſatus ad penſiones: & num.* 21.

19 *Illegitimus diſpenſatus ad omnes Dignitates, non cenſetur diſpenſatus ad beneficia obtinenda.*

20 *Illegitimus non alia ratione arcetur à penſionibus, niſi quia Clericus eſſe non poteſt.*

22 *Diſpenſatus ad beneficia, de neceſſitate diſpenſatus cenſetur ad Clericatum.*

23 *Diſpenſatio comprehendit omnia quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam.*

24 *Diſpenſatus ad plura beneficia, cenſetur diſpenſatus ad reſidendum in altero illorum.*

25 *Minor diſpenſatus ad beneficium parochiale, cenſetur diſpenſatus vt intra annum non teneatur promoueri.*

26 *Diſpenſatus à reſidentia, cenſetur diſpenſatus vt non teneatur ad profeſſionem fidei intra tempus à Concilio præfixum.*

1 HVIVS quæſtionis dubium in eo conſiſtit; quia licèt facultas diſpenſandi ſit fauorabilis, & ideo latiſſimè extendenda; iuxta ea quæ notat Gutierr. *in*
2 *tract.de matrim. cap.*124.*n.*3.† Vnde mandatum de diſpenſando cum Monachis, extenditur etiam ad Abbatem: *cap.fin. de ſimonia*,
3 † & in facultate diſpenſandi, locum habet argumentum à maiori ad minus: *cap.per venerabilem,qui lib. ſint legitimi*, quia diſpenſandi facultas nemini nocere poteſt niſi ſoli concedenti; Sanch. *de matrim. lib.*8. *diſput.*2.*n.*1. *& ſeqq.*

Aliud tamen dicendum eſt, quando non
4 agitur de facultate diſpenſandi, ſed de ipſa
5 Diſpenſatione: exemplum afferri poteſt,† ſi quis habeat facultatem diſpenſandi in ſecundo affinitatis gradu, talis facultas extenditur ad diſpenſandum in eodem gradu duplicato; Et tamen Diſpenſatio in ſecundo, non extenditur ad eumdem gradum duplicatum: Guttier.*de matrimon.cap.*124.*num.*3.Sanch.*in*
6 *eod.tract.lib.*8.*diſput.*24.*num.*9.† Vnde in Diſpenſatione non habet locum argumentum, à maiori ad minus, quod tamen in facultate diſpenſandi validum eſſe, paulò antè diximus; Hoſtienſ. & alij *in cap. poſtulaſti, de reſcript.* latè Surd.*deciſ.*268.*num.*20.*&* 21.Rota *deciſ.*194.*num.*5.*part.*6.*recent.* quia Diſpenſatio eſt ſtrictè intelligenda, Felin. *in d. cap. poſtulaſti, num.*8.*&* 9.Veral.*deciſ.*8.*num.*6.*part.*1.Rota *deciſ.*496.*n.* 2.*part.*1.*recent.* maximè quando agitur de Diſpenſationibus particularibus & odioſis, Sanch. *d. lib.* 8. *de matrim. diſput.*1.*num.*8. 33.*&* 36.Barboſ.*in l.*1.*part.*1. *ff. ſolut. matrim. num.*19.*&* 20. † Ideo diſpen- 7
ſatus à Papa, vt in abſentia poſſit Diſtributiones quotidianas lucrari, non cenſetur diſpẽſatus vt Mortuaria & Anniuerſaria percipere poſſit, niſi id in Diſpenſatione exprimatur: Monet. *de Diſtribut.quotid.part.*2.*cap.*14.*num.*22.Rota *deciſ.*59.*num.*7.*part.*7.*recent.*
† Similiter diſpenſatus ſuper ætate ad obti- 8
nendum Canonicatum, non cenſetur diſpenſatus ad dandum votum in Capitulo, donec ad ſacros Ordines promotus fuerit: Barboſ.*in tract.de Canonic.& Dignit.cap.*37.*num.*
13.† & diſpenſatus ad ſuſcipiendos ante æta- 9
tem Sacros Ordines & ſacerdotium, non cenſetur diſpenſatus vt beneficia Curata aſſequi poſſit; Rebuff.*de priuil.ſcholaſtic. priuileg.*36.*num.*119. Garſ. *de benefic.part.*1. *cap.*6. *n.*72.Corrad. *in prax.diſpenſat. part.* 1. *cap.* 5.
*num.*15.*&* 16.† Eadem ratione, diſpenſatus 10
ad obtinenda plura beneficia, non cenſetur diſpenſatus ad illa retinenda, Rota *deciſ.*528. *num.*1.*& ſeq.part.*1. *recent.* & *deciſ.*233. *num.*26.*part.*1.*diuerſ.*Rebuff.*in praxi,tit. de diſpenſat.ratione ætatis, in verbo, & inſimul retinere:* Marius Antonin. *lib.*1.*reſolut.*19.*n.*14.

His tamen non obſtantibus, aliqui DD. reſoluunt, Diſpenſationem conceſſam inhabili ad obtinenda beneficia, comprehendere etiam facultatem obtinendi penſiones; & inter cœteros Gigas *de Penſ. quæſt.* 19. *in fine*, poſt multas pro contraria ſententia deductas rationes, tandem *num. vltimo, circa finem, verſic. Tamen præmiſſis omnibus non obſtantibus*, concludit quod ſi Iudex eſſet, ſemper iudicaret diſpenſatum quoad Ordines & beneficia, eſſe capacem Eccleſiaſticæ penſionis; etiam poſita pro vera illa ſententia, quæ vult, illegitimum ad obtinendas penſiones indigere diſpenſatione: ſed loquitur in caſu quo diſpenſatio loquitur de obtinendis beneficiis quibuſcunque; cuius ſententia placet etiam Garciæ *de benefic.part.*1.*cap.*5.*num.*150. ea ratione, quia penſio ſuccedit loco beneficij, & per conſequens diſpenſatus ad beneficia, cenſetur diſpenſatus ad obtinendas
penſiones. † Et poteſt alia afferri ratio, quia 12
illa diſpenſatio quæ reddit illegitimum capacem, non reſpicit beneficium, ſed perſonam: & per hanc rationem Sanch. *in tract. de*
*matrim. lib.*8. *diſput.*31.*n.*11. concludit, † diſ- 13
penſationem illegitimi, non terminari ad primum beneficium, ſed operari, vt etiam ſecundum ſucceſſiuè, eiuſdem diſpenſationis vigore, obtinere poſſit.





Hoc tamen limitatur per Garſ.vt locũ non habeat, quando quis eſſet diſpenſatus ad certum beneficium ſpecialiter; quia talis expreſſio certi beneficij non extenderetur ad penſionem, cùm omnis diſpoſitio ad certum caſum reſtricta, intelligitur de primo actu: *l. boues*, *§. hoc ſermone*, & *ibi* Tiraquell. *n.*36. *ff. de verbor. ſignificat.* Ita Garſ. *d.part.*1.*cap.*5. *num.*151.

14 Hoc tamen locum habere cenſet Rebuff. *in tit. de diſpenſat. ad plura beneficia, num.*65. niſi diſpenſatus ad certum beneficium, illud poſtea reſignaſſet reſeruata ſibi penſione; quia penſionem ſuper illo beneficio obtinere poſſet, vtpote ſubrogatam in locum beneficij, ad quod fuit diſpenſatus; ita docet *in d. tit. de diſpenſat. ratione ætatis, num.* 65. *verſic. niſi ſemel*, poſt Gigas *de penſ. quæſt.* 18. *& de diſpenſat.ſuper defect.natal. num.* 82.Pyrr. Corrad.*in prax.diſpenſat.Apoſtolic.lib.*1.*cap.*5. *num.*8.

15 Stylus tamen Curiæ, eſt in contrarium; nempe conceſſa diſpenſatione ad obtinenda beneficia, non cenſeri conceſſam facultatem obtinendi penſiones, niſi de illis expreſſa fuerit facta mentio in reſcripto: vt teſtatur Corrad.*in d.tract. diſpenſ. Apoſtolic. lib.*2.*c.*7.*n.*19. Quamuis ratio per eum allegata, quod penſio alicui ad vitam aſſignata locum obtinet beneficij, contra ipſum retorqueri poſſit: ſed hanc etiam ſententiam tenuit Rota *in Cæſarauguſtana penſionis coram Gyptio* 3. *Februarij* 1590.relata per Garſ.*loco citato, n.*147.licet in materia principali aliter fuerit deciſum propter ampliſſimas clauſulas in prouiſionibus appoſitas.

Ego, ſi meam liceat proferre ſententiam,
16 exiſtimo quidem cõſultius eſſe, vt in diſpenſatione fiat mentio penſionum, provt fecit Corrad. in forma per eum data, *d.lib.*2. *cap.*7. ſed ſi hoc omiſſum fuerit, dico de rigore iuris diſpenſationem non eſſe extendendam à beneficiis ad penſiones, propter naturam diſpenſationis quæ eſt ſtricti iuris, & ſtrictam recipit interpretationem, ob iura, & rationes *in principio huius capitis* allegatas: ſed de æquitate & ex præſumpta mente Summi Pontificis, qui diſpenſando potiùs perſonam reſpexit quàm beneficium, crederem diſpenſatum ad beneficia, cenſeri etiam diſpenſatum ad penſiones obtinendas, ſaluo cuiuſlibet meliùs ſentientis iudicio: ad quod conferunt per Nos tradita *in primo vol. Quæſt. benefic. part.*2. *cap.*1. §.4. *n.* 10. poſt Rotam *deciſ.*415. *n.*1.*part.*1 *diuerſ.* quod illegitimus diſpenſatus ad Clericatum, cenſetur etiam tacitè diſpenſatus ad obtinendam penſionem: Duran.*deciſ.*217. *num.* 4. *&* 18. *& deciſ.* 143. *num.* 1. Burat. *deciſ.* 53. *num.* 2. & *ibi* Additio.

Sed notandum eſt, quod Gigas *dicta quæſt.* 17
19. proponit caſum in fortioribus terminis; videlicet quando per Sedem Apoſtolicam fuit diſpenſatum ſuper eo qui patitur defectum natalium, vt eo non obſtante poſſit habere beneficia cum cura, & ſine cura, & alia quæcunque: & quærit vtrum hoc caſu talis ſic diſpenſatus poſſit obtinere penſiones ſuper beneficiis? quæ diſpenſatio fauorabilior eſt ipſi diſpenſato propter vim illius dictionis, *quæcumque*, cuius natura eſt, vt omnes caſus comprehendat; vt tradit Barboſ. *de dictionib. cap.* 317. & pluribus ſimilibus probat Gig. *dicto loco.* Ideo quamuis *in quæſtione* 18. exiſtimauerit diſpenſatum ad beneficia ſimplicia, & curata, non cenſeri diſpenſatum ad obtinendas penſiones; tamen in quæſtione ſequenti nempe *quæſt.* 19. *in fine*, dicit quod ſi eſſet Iudex, ipſe iudicaret, diſpenſatum ad Ordines & ad beneficia, eſſe capacem Eccleſiaſticæ penſionis. Sed in caſu *quæſtionis* 18. in qua fundat ſuam concluſionem in natura diſpenſationis, quæ eſt odioſa & ſtrictè intelligenda, Rebuffus dicit quod fortè contrarium eſt verum. Et ſanè pro Rebuffi ſententia, vt ſcilicet ſaltem ex æquitate & præſumpta mente Summi Pontificis, quando incapax fuit diſpenſatus ad beneficia, cenſeatur etiam diſpenſatus ad obtinendas penſiones ſuper beneficiis, magnæ apud
me conſiderationis eſt ratio: † quia cùm ve- 18
rum ſit & receptum, eum, qui propter defectum natalium diſpenſatus fuit ad Clericatum, cenſeri per conſequens diſpenſatum ad obtinendas penſiones Eccleſiaſticas, vt per Rotam *deciſ.*425.*part.* 1. *diuerſ.* poſt Gomes.*ad regul.de Annali, quæſt.*21.*in fine*, Lupus *de illegit. comment.* 1. §. 3. *num.*28. *&* 29.poſt Paleot. quem allegat *de nothis, & ſpuriis, q.*58.
† vbi dicit quod licèt ſi Summus Pontifex 19
concedat illegitimo facultatem promouendi ad omnes Dignitates, non trahitur diſpenſatio ad beneficia, niſi facta ſpeciali illorum mentione, ex Felino *in cap. veniens, columna* 1. *de accuſat.* Marſil. *ſingul.* 193. *incipit, Baſtardus:* Tiraquell. *de Nobilitat. cap.*15. tamen penſiones quæ ſuper fructibus beneficiorum aſſignantur, & non in Titulum Sacerdotis cõſtituuntur, defectum Natalium patientibus aſſignari poſſunt: & ex eo quòd ad Clericatum diſpenſantur, cenſentur etiam ad obtinendas penſiones Eccleſiaſticas diſ-
penſati: † & eo ipſo quod illegitimus obti- 20
net Clericatum, ſine dubio capax eſt penſionis abſque alia diſpenſatione; non enim alia ratione arcetur à penſionibus obtinendis, niſi quia Clericus eſſe non poteſt: Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.*5. *n.*116. & *ibidem* Rota per eum allegata, Seraphin.*deciſ.*1264.*num.*2.

21 † Et propterea omnino tenendum eſt, omiſſis omnibus controuerſiis, illegitimum diſpenſatum ad Ordines & ad Clericatum, cenſeri diſpenſatum ad obtinendas penſiones Eccleſiaſticas; vt reiecta contraria Gigantis opinione cenſuit Rota apud Merlin. *deciſ.* 278. *n.* 2. Burat. *deciſ.* 53. *n.* 2. Coccin. *deciſ.* 31. *num.* 8. Gambar. *de Legato, lib.* 6. *num.* 28.

22 Hinc ſequitur argumentum ineuitabile, quia illegitimus diſpenſatus ad beneficia, ex neceſſaria conſequentia debet eſſe diſpenſatus ad obtinendum Clericatum, cùm beneficia non poſſint conferri laicis, ſed ſolis Clericis, ſaltem tonſuratis: *cap. cum adeo, de reſſcript. cap. ex literis. de tranſact.* Rebuff. *in prax. part.* 1. *tit. de Cleric. & à quibus &c. n.* 4.

23 † Atqui diſpenſatio alicui conceſſa, comprehendit omnes ſpecies incluſas, & eas quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam; Cardin. Ottobon. *deciſ.* 46. *n.* 14. vbi diſpenſatus ſuper ætate, cenſetur etiam diſpenſatus ad fructus ex beneficio percipiendos; Pyrr. Corrad. *de diſpenſ. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 19. Abb. *in cap. quia tantum, n.* 4. *de præbend.* Felin. *in cap. poſtulaſti, n.* 10. *de reſcript.* Rebuff. *in prax. tit. de diſpenſat. de non promouend. n.* 55. Sanch. *de matrimon. lib.* 8. *diſput.* 1. *n.* 19. † qui dicunt, ideo 24
diſpenſatum ad plura beneficia, tacitè videri diſpenſatum à reſidentia in vno ipſorum: Gloſſ. *in cap. non poteſt, in verbo, retinere, de præbend. in* 6. *cap. ſi quis in clero, in verbo, ſolemnibus,* 17. *quæſt.* 1. Ripa *in cap. ad aures, de reſcript. num.* 43. Gambar. *de poteſt. Legati, lib.* 10. *num.* 230. † eadémque de cauſa ſi diſ- 25
penſetur cum minore vt beneficium parochiale obtineat, cenſetur quoque diſpenſatus vt intra annum promoueri non teneatur: Cardin. Ottobon. *deciſ.* 58. *num.* 22. Gambar. *loco citato, num.* 232. Corrad. *in prax. diſpenſ. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 20. † Et qui diſpenſatus eſt 26
ad percipiendum fructus in abſentia, cenſetur quoque diſpenſatus vt profeſſionem Fidei non emittat intra tempus à Concilio præſcriptum; Corrad. *ibid. num.* 23. Garſ. *de benefic. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 77. Ex quibus ſequitur, illegitimum diſpenſatum ad beneficia, ex neceſſaria conſequentia cenſeri diſpenſatum ad obtinendum Clericatum, quo obtento, non indiget alia diſpenſatione ad obtinendas penſiones Eccleſiaſticas.

# CAPVT XLIV.

## ARGVMENTVM.

SECVNDA penſionis reſeruatio nulla eſt, ſi in ea non fuerit facta expreſſio alterius penſionis anterioris ſuper eodem beneficio impoſitæ; dummodo prima penſio non ſit nulla, vel inefficax, aut non exigibilis. Primam penſionem validam eſſe, aut exigibilem, probare tenetur ille, qui ſecundam ex hoc capite non factæ illius mentionis impugnat: Quæ nullitas oritur ipſo iure, adeo vt per obitum Penſionarij, aut extinctionem ſubſecutam primæ penſionis, ſecunda non conualeſcat: nec excuſetur impetrans, quamuis alleget ignorantiam; etiam ſi Motu proprio Summi Pontificis ſecunda fuerit impoſita. Quibus clauſulis mederi poſſit huic nullitati? Quid ſi reſeruatio primæ penſionis fuerit facta ſub conditione, ſiue illa purificata fuerit, ſiue non.

### SVMMARIVM.

1 *Penſio ſecunda nulla eſt, ſi in ea non fuerit facta mentio penſionis antecedentis ſuper eodem beneficio impoſitæ.*

2 *Secunda Gratia non valet, ſi in ea non fuerit facta mentio primæ, maximè in beneficialibus.*

3 *Intellige vt locum habeat, quando prima Gratia non eſt nulla.*

4 *Ampliatur vt procedat, quando prima Gratia non fuit acceptata, tunc enim perinde habetur ac ſi non eſſet: ideo in conceſſione ſecundæ penſionis, non eſt neceſſe illius mentionem facere.*

5 *Onus probandi antiquam penſionem fuiſſe validam, incumbit ei qui ſecundam ob defectum expreſſionis huius impugnat.*

6 *Siue prima penſio ſit perpetua, ſiue non, debet illius mentio fieri in impetratione ſecundæ.*

7 *Ampliatur vt procedat, ſiue obtinens ſecundam ſciuerit, ſiue ignorauerit adfuiſſe anteriorem.*

8 *In defectum expreſſionis primæ, verius eſt ſecundam eſſe ipſo iure nullam.*

9 *Secunda penſio nulla ob non expreſſionem primæ, non reualidatur per extinctionem primæ ſubſecutam.*





10. *Nullitas ſecundæ penſionis ob non expreſſionem primæ ſuper eodem beneficio impoſitæ locum etiam habet in conceſſione facta Motu proprio.*

11 *Si prima penſio fuerit Summo Pontifici expoſita diminutè, penſio ſecunda non annullatur in totum, ſed tantum in exceſſu, ſiue de reſeruatione, ſiue de tranſlatione agatur; quia agitur de re diuidua.*

12 *Quibus clauſulis appoſitis cenſeatur facta legitima primæ penſionis mentio in impetratione ſecundæ.*

13 *Per clauſulam*, dummodo hæc penſio medietatem non excedat, & remaneant Rectori 50. *vtrum ſufficienter dicatur factam fuiſſe expreſſionem pẽſionis anterioris.*

14 *Non præſumitur, Papam in dubio voluiſſe Eccleſiam duplici onere ponſionis grauare; ſicut nec teſtator hæredem duplici dotis ſolutione onerare.*

15 *Quando prætendens penſionem eſſe validam non obſtante defectu expreſſionis antiquæ ſuper eodem beneficio impoſitæ, probat primam eſſe inutilem, aut inexigibilem, ſtante illa clauſula*, dummodo medietatẽ non excedat, *obtinere debet pro validitate,*

16 *Onus probandi validitatem & exigibilitatem primæ penſionis, hoc caſu ad eum, qui ſecundam impugnat, pertinet, etiam ſi ſit reus.*

17 *Sola ſupplicatio cum extinctione primæ penſionis non probat illius validitatem.*

18 *Extinctio primæ penſionis, non præiudicat Tertio, ſicut nec ſolutio illius ſpontanea facta per Titularem ſucceſſori in beneficio præiudicare poteſt.*

19 *Quando prima penſio fuit reſeruata ſub conditione, quæ tempore conceſſionis ſecundæ fuerat purificata; reddit ſecundam nullam, ſi de prima mentio facta non fuerit.*

20 *Si penſio anterior ſit conditionalis conditione ſuſpenſiua, quæ tempore ſecundæ non fuerit purificata, vtrum ſecunda penſio ſit nulla ob non expreſſionem primæ.*

21 *Conditionum aliquæ ſunt ſuſpenſiuæ, & aliæ reſolutiuæ; & quis ſit illarum effectus.*

22 *Concluditur probabilius eſſe, quod prima penſio, quamuis conditionalis conditione ſuſpenſiua, debeat exprimi in impetratione ſecundæ.*

23 *Præiudicium Minoris, & Eccleſiæ, conſiderari debet, licet ſit dubium & poſſibile tantum.*

1 CONCLVSIO generalis eſt, penſionis reſeruationem nullam eſſe & ſubreptitiam, ſi in ea non fuerit facta mentio, & Summo Pontifici expoſitum, quòd ſuper eodem beneficio, iam alia penſio erat impoſita; quia ſi Summus Pontifex fuiſſet informatus de illa penſione anteriori, difficiliùs hanc poſteriorem conceſſiſſet: certum autem eſt, Gratiam omnem eſſe ſubreptitiam, in qua non fuerunt narrata omnia, quæ concedentem difficiliorem reddidiſſent: *cap. dudum, de elect. cap. ſuper Literis, cap. poſtulaſti. de reſcript.* Menoch. *de arbitr. caſu* 201. *num.* 24. † Vnde hoc generaliter con- 2
ſtitutum eſt, Gratiam, vel conceſſionem ſecundo loco factam, eſſe nullam, ſi in ea non fuerit facta mentio primæ: Iaſon. *in l. nec damnoſa, num.* 3. *C. de precib. Imp. offer. & in l.* 2. *in fine, C. ſi contra ius, vel vtilit. public.* Tuſch. *litera G. concluſ.* 56. *num.* 2. *&* 6. *& Litera S. concluſ.* 729. *num.* 1. *&* 9. Pute. *deciſ.* 240. *num.* 1. *lib.* 1. *in correct.* Rota *diuerſ. deciſ.* 91. *num.* 3. *part.* 3. *lib.* 3. vbi dicitur hoc procedere in quibuſcunque conceſſionibus, & maximè quando agitur de Gratiis beneficialibus; Barboſ. *in cap. veniens* 19. *num.* 4. *de præſcript.* Burat. *deciſ.* 421. *num.* 2. Rota *deciſ.* 46. *num.* 7. *part.* 5. *recent.*

Sed hoc intelligendum eſt, † vt locum 3
habeat, quando prima Gratia eſt valida: alioqui de ea fieri non debet mentio in ſecunda: Felin. *in cap. ex tenore, num.* 2. *de reſcript.* quem ſequitur Menoch. *de arbitr. caſ.* 203. *num.* 32. Verall. *deciſ.* 217. *num.* 2. *part.* 2.
† Vnde in hac penſionum materia, deciſum 4
fuit non eſſe neceſſarium, vt in ſecunda reſeruatione penſionis fiat mentio primæ, quãdo prima vitio nullitatis laborat: Verall. *deciſ.* 301. *num.* 2. *p.* 2. *&* 311. *num.* 4. 312. *num.* 2. *ead. parte* Add. ad Mohed. *deciſ.* 11. *de locat. aliàs deciſ.* 259. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 61. Idem dicendum eſt, ſi prima penſio non habuit effectum quia non fuit acceptata; Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *n.* 52.

Quod adeo verum eſt, vt onus probandi 5
validitatem antiquæ penſionis incumbat illi, qui dat de nullitate ſecundæ penſionis, ob non factam expreſſionem primæ: Rota *deciſ.* 666. *n.* 3. *part.* 2. *recent.* vbi aliæ deciſiones allegantur: & propterea cum in conſtitutione penſionis appoſitum fuiſſet decretum, quod prima illa penſio eſſet nulla, niſi realiter, & cum effectu perſolueretur; Dubitatum fuit vtrum neceſſaria eſſet expreſſio illius primæ penſionis in ſecunda? ſed tamen fuit reſolutum, neceſſariam non fuiſſe expreſſionem, quia per confeſſionem Partis, conſtabat de vera & effectuali ſolutione, vt apud Merlin. *deciſ.* 722. *num.* 10. quæ eſt repetita *in recent. deciſ.* 169. *n.* 14. *& ſequent* maximè quia clauſula, *quod penſio realiter & effectualiter ſolui deberet*, appoſita erat ad euitandas fraudes, & in fauorem ſucceſſoris in beneficio, & ideo non debuiſſet in eius odium retorqueri.

6 Et prædicta ampliantur vt procedant, ſiue prima penſio ſit temporalis, ſiue perpetua; quia vtroque caſu eadem ratio militat, ne ſcilicet Summus Pontifex eandem Eccleſiam duplici onere grauare voluerit; Verall. *deciſ.*312. *num.* 2. *part.* 2. Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 47.

7 Item procedunt, ſiue impetrans ſciuerit primam adeſſe penſionem, ſiue ignorauerit; quia in hoc non attenditur intentio Partium, ſed Summi Pontificis, qui non cenſetur Eccleſiam duplici onere grauare voluiſſe, niſi hoc illi fuerit expoſitum: *cap. mandatum, de reſcript.* Oldrad. *conſ.* 22. *num.* 4. Pariſ. *conſ.* 5. *num.* 134. *lib.* 4.

8 An verò hoc caſu ob non factam expreſſionem primæ penſionis impoſitæ ſuper eodem beneficio, ſecunda ſit nulla ipſo iure, an ope exceptionis? In hac quæſtione Gambar. *in tract. de poteſt. Leg. lib.* 6. *n.* 233. exiſtimauit non oriri nullitatem ipſo iure, quia illa numquam producitur niſi per legem exprimatur: ſequitur Pariſ. *de reſignat. d. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 61.

Contrarium tamen verius eſt, nempe hanc ſecundæ penſionis reſeruationem, non facta expreſſione antiquæ, eſſe nullam ipſo iure, tuetur Caſſador. *deciſ.* 3. *num.* 5. *& deciſ.* 4. *num.* 5. *de penſionib.* Creſcent. *deciſ.* 1. *n.* 1. *&* 3. *de reb. Eccleſ. non alienand.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 59. † vbi propte-
9 rea concluditur, quod ſi prima penſio ceſſet per extinctionem, vel alio modo; non reuiuiſcit ſecunda.

Item ſupradicta procedunt, etiam ſi aga-
10 tur de penſione reſeruata Motu proprio, adhuc enim nulla eſt ſecunda penſio, non facta expreſſione primæ: Caſſador. *d. deciſ.* 3. *num.* 4. *de penſ.* Gig. *de penſ. quæſt.* 29. *num.* 4. quia Motus proprius non operatur vbi adeſt defectus intentionis Summi Pontificis, Barboſ. *de clauſ. cap.* 79. *num.* 50. Rot. *deciſ.* 656. *num.* 4. *&* 7. *part.* 2. *recent.*

Cæterum dubitari poteſt, ſi Summo Pon-
11 tifici facta fuerit primæ penſionis mentio diminutè, & non integraliter, vtrum ſecunda penſionis reſeruatio ſit in totum nulla; an verò locus ſit illius reductioni ad ratam quantitatis expreſſæ? Reſoluendum eſt non eſſe nullam, ſed reducendam ad proportionem ratam antiquæ penſionis narratæ. Ratio eſt, quia cùm penſio ſit diuidua, eatenus ſuſtinetur quatenus vera onerum expreſſio facta eſt: Caſſador. *deciſ.* 4. *num.* 4. *de penſion.* Gigas *quæſt.* 35. *num.* 8. Mantic. *deciſ.* 153. *num.* 1. *& ſequent.* vbi dicitur hoc procedere tam in reſeruatione, quàm in tranſlatione penſionis; quia in rebus diuiduis, vtile per inutile non vitiatur: atque ita deciſum fuit, apud Merlin. *deciſ.* 722. *num.* 5. *&* 6. *& deciſ.* 169. *part.* 7. *recent.*

Supradicta omnia vera quidem ſunt, ſi 12
Papæ nec in genere, nec in ſpecie expoſitum fuit adeſſe alias penſiones impoſitas ſuper eodem beneficio: ſed ſi in genere narratum fuiſſet alias adeſſe penſiones ſuper illo impoſitas, apponeretur illa clauſula, *dummodo præſens; & aliæ omnes ſimul fructuum medietatem non excedant*, & tunc Gratia eſſet valida, vera exiſtente conditione, quamuis anteriores penſiones ſpecificè narratæ non fuerint: Lotter. *d. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 62. Verall. *deciſ.* 296. *part.* 2. Pariſ. *d. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 52. *verſic. limita tertiò.* Et faciunt tradita per Boër. *deciſ.* 162. *num.* 4. *verſic. & præcipuè quando in ſecundis Literis*: vbi idem dicit quando in ſecundis Literis appoſita eſt clauſula, *etiam ſi pro alio ſcripſerimus*, aut alia clauſula derogationem importans.

Et circa hanc reſolutionem fuit aliàs du- 13
bitatum, vtrùm Regula illa generalis, quod penſio etiam Motu proprio Pontificis aſſignata, nulla eſt, non facta mentione alterius penſionis antea impoſitæ, locum habeat quando Papa in ſuo reſcripto reſtrinxit penſionem per illam clauſulam, *dummodò penſio medietatem non excedat, & remaneant* 50. *pro Rectore*, cùm ex hoc Papa videatur ſatis cogitaſſe de omnibus & quibuſcunque oneribus ſuper beneficio impoſitis, & per conſequens de penſione anteriori: & ideo non fuerit neceſſe alias penſiones exprimere: nihilominus tamen fuit reſolutum, quod ex illis clauſulis, non eſt ſufficienter facta expreſſio penſionis anterioris, niſi aliunde
conſtet de certa ſcientia Papæ: † quia in 14
dubio, non præſumitur Papam voluiſſe Eccleſiam duplici onere grauare: *cap. mandatum*, cum *duobus ſequentib. de reſcript.* & *ibi* DD. *cap. duobus, eod. tit. in* 6. Et facit à ſimili bonus text. *in l. Titia*, §. *qui inuita filia, ff. de legat.* 2. ibi, *non enim eſt veriſimile, patrem duplici præſtatione dotis filium eiúſque hæredem onerare voluiſſe*: & *l. qui dotem à matre, in fine, ff. de dote præleg.* ibi, *niſi manifeſtè vxor docuiſſet eam teſtantis voluntatem fuiſſe, vt onerare hæredes duplici præſtatione dotis vellet.* Et hæc reſolutio confirmatur quoque ex eo, quòd illa clauſula, *dummodò &c.* ſuperiùs expreſſa, fuit appoſita non ad fauorem Penſionarij, ſed potiùs ad fauorem ipſius Titularis; & per conſequens non debet in illius odium retorqueri: *l. quod fauore, C. de legibus*: Vnde dum præſupponitur alia eſſe onera beneficij, debet intelligi de oneribus intrinſecis





quæ adhærent beneficio, quæ Papæ poſſunt eſſe incognita; non autem extrinſecis, vt ſunt penſiones: Mantic. *deciſ.* 93.

15 Præterea quod ſuperiùs *n.* 5. dictum fuit, illum qui penſionem nullam eſſe prætendit ob non expreſſionem antiquæ penſionis, teneri probare primam penſionem eſſe validam: ampliatur, vt teneatur etiam probare illam fuiſſe vtilem & exigibilem, quādo adhibita fuit prædicta clauſula, *dummodo penſio medietatem fructuum non excedat, &* 50. *remaneant Rectori beneficij*: quia ille qui dicit penſionem eſſe nullam, tenetur probare ſuam in-
16 tentionem: † & per conſequens debet docere, quod per primam penſionem fructus beneficij ita diminuantur, vt excedat medietatem fructuum, & quod non remaneant 50. pro Rectore, etiam ſi id opponat per viam exceptionis, cùm hac exceptione fungatur partibus actoris, & hoc ſit fundamentum eius intentionis; *l.* 2. *l. in exceptionibus, in princip. ff. de probat. l.* 2. §. 1. *ff. de dol. mal. except.*

Vnde cum ſecunda penſio poſſit annullari ex capite non expreſſionis primæ, hoc debet intelligi de prima non ſolùm valida, ſed etiam efficaci, & exigibili; ita quod per eam fructus vltra medietatem à Summo Pontifice conſideratam minuantur; vt deciſum fuit apud Mantic. *deciſ.* 111. *num.* 3.

17 Neque ſola ſupplicatio penſionis, & eius extinctio per ſolutiones anticipatas, & conſenſus in dorſo Literarum ſufficeret ad penſionis validitatem probandam, niſi doceretur de Clericatu primi Penſionarij, quando in ſupplicatione dictum fuiſſet, primam penſionem ſoluendam poſtquam Penſionarius charactere Clericali fuerit inſignitus.

18 Nec ſola extinctio penſionis antecedentis facta poſt obtentionem ſecundæ, in qua facta non fuit mentio primæ, conualidaret ſecundam penſionem: quia vt *ſuprà* oſtenſum fuit, nullitas iſta de qua agitur, talis eſt, vt ſecundæ penſionis impetratio ſit nulla ipſo iure ex defectu intentionis Pontificis reſeruantis: vt probat Boër. *d. deciſ.* 162. *n.* 2. vbi hoc ampliat locum habere, quamuis Titularis vellet ſecundam penſionem ſoluere, cùm non ſit in poteſtate negligentis, vel maligni, validitas, ſeu inualiditas penſionis, in præiudicium ſucceſſoris: *cap. veniens, de tranſact.* cùm non deceat Gratiam Principis eſſe Tertio damnoſam: *cap. ſuper eodem, de offic. Deleg. l.* 2. §. *merito*, cum *ſequent. ff. ne quid in loco publico.*

19 Vltimò quod dictum fuit, videtur locum habere dumtaxat in reſeruatione ſecundæ penſionis pura, non autem conditionali; provt in caſu aliàs deciſo, in quo ſupponebatur primam penſionem fuiſſe impoſitam, exigendam tamen poſt obitum Rectoris, cùm conditio nihil ponat in eſſe: *l. cedere diem, ff. de verbor. ſignific.* & perinde eſt, ac ſi dictum fuiſſet penſionem reſeruari in caſum quo Penſionarius Rectori ſuperuixiſſet, & ante obitum Rectoris non poterat dici quod penſio illa prima grauaret Eccleſiam. Super qua difficultate fuit reſolutum apud Mohed. *deciſ.* 11. *de locato*, quod debuerat fieri mentio primæ penſionis, quamuis fuiſſet reſeruata ſub conditione, ex eo quod Titularis ſub cuius mortis conditione penſio fuerat reſeruata, erat mortuus tempore ſecundæ penſionis; & ſic conditio erat purificata; & per conſequens ſecunda pen-
ſio vitio nullitatis laborabat: † ſed ſi condi- 20
tio mortis ipſius Titularis nondum fuiſſet purificata, maior fuiſſet difficultas; quam *ibidem* Mohed. non reſoluit; quia cùm prima penſio fuiſſet reſeruata ſub conditione ſuſpenſiua, illa impedit oriri effectum primæ penſionis, & perinde eſt ac ſi nulla ad-
fuiſſet penſio; † cùm hæc ſit differentia in- 21
ter conditionem ſuſpenſiuam, & reſolutiuam: vt illa impediat ortum actionis, hæc verò non impediat, ſed ipſam actionem poſt eius ortum reſoluat: Gloſſ. *in l.* 2. *ff. de in diem addict.* Bartol. *in l.* 1. *ff. de condit. & demonſtr. num.* 9. *verſic. tertia differentia eſt*: cum aliis allegatis per Menoch. *conſ.* 262. *num.* 10. & per Pariſ. *conſil.* 5. *num.* 12. *vol.* 4. vbi penſio fuerat aſſignata ſub conditione reſolutiua, cuius natura eſt, vt per eam non impediatur effectus diſpoſitionis, ſed dumtaxat reſoluatur, quando conditio aduenit; quod ſecus eſt in ſuſpenſiua, ante cuius purificationem nullus producitur effectus diſpoſitionis, ſed omnia in ſuſpenſo manent: vt copioſè probat Pariſ. *loc. cit. d. n.* 12. *& ſequent.* Quam difficultatem non reſoluit *ibi* Rota;
† ſed tamen videretur probabilius, quod li- 22
cèt prima penſio ſit ſub cōditione reſeruata, nihilominus tamen quia conditio poſſet euenire, & ſic beneficium contra legis & Pontificis intentionem duplici onere prægrauari, illa poſſibilitas præiudicij videtur ſufficiens ad obligandum Penſionarium, vt de ea in ſua
prouiſione mentionem faciat; † adinſtar Mi- 23
noris (cuius priuilegia competunt Eccleſiæ) qui non ſolum reſtituitur in integrum aduerſùs damnum præſens, ſed etiam aduerſùs illud quod euenire poteſt, etiam ſi dubium ſit; ita vt ad hoc, ſola damni poſſibilitas ſufficiat: Fulgoſ. *in l. nam & poſtea*, §. *ſi minor, n.* 4. *ff. de in integr. reſtit.* Abb. *in cap. peruenit, in fine, de arbitr.* Crauet. *conſ.* 192. *n.* 4. Odd. *de reſtit. in integrū, qu.* 4. *art.* 5. *n.* 36. & in Iure certum eſt, quod etiam pro damno quod timetur, Iudex prouidere debet: *toto tit. ff. de damn. infect.* Ideo videtur

quod etiam ſi Eccleſia grauetur penſione anteriori conditionaliter impoſita ſub conditione ſuſpenſiua, nihilominus de ea mentio fieri debet propter præiudicium Eccleſiæ, quod in futurum euenire poteſt: ſaluo cuiuslibet meliori & ſaniori iudicio.

## CAPVT XLV.

### ARGVMENTVM.

DE Regreſſu conceſſo reſignanti ad beneficium reſignatum, quando reſignatarius arguit penſionem ſuper beneficio reſignato impoſitam de nullitate, aut quando recuſat ſoluere penſionem; & quid hac in re obſeruetur in Gallia? Regula proponitur cum ſuis Ampliationibus, & Declarationibus, Quomodò verum ſit, reſignantem excludi à regreſſus, aut reductionis penſionis electione, quando reſeruatio certæ ſummæ facta fuit cum clauſula, *& non aliàs.* Incapax beneficij an poſſit ſuper eo intentare regreſſum? Illo autem conceſſo, vtrum Titularis recuperet omnia iura antiqua, & ſedem? Et quæ ſit differentia inter Acceſſum, Ingreſſum, & Regreſſum.

### SVMMARIVM.

1 *Si reſignatarius non ſoluat penſionem, datur reſignanti regreſſus ad beneficium reſignatum.*

2 *In Gallia datur regreſſus ob non ſolutam penſionem vigore iuris communis.*

3 *Donator poteſt ingredi ad bona donata, & illorum dominium aſſequi, ſi alimenta per eum reſeruata non præſtentur.*

4 *Reſignatio facta*, reſeruata penſione, & non aliàs; *reſoluitur ex defectu conditionis, ſi penſio non ſoluatur.*

5 *Gratia reſeruationis penſionis cum clauſula,* & non aliàs: *annullatur, ſi regreſſus corruat.*

6 *Regreſſus conceditur reſignanti tam ſi agatur ad nullitatem penſionis, quàm ſi in ſolutione penſionis reſignatarius deficiat.*

7 *Penſionis debitor non ſoluens penſionem facilè admittitur ad purgationem moræ ad euitandum regreſſum.*

8 *Ampliatur primò Regula concedens regreſſum, vt locum habeat etiam in ſucceſſore, vel reſignatario reſignatarij.*

9 *Ampliatur ſecundò, etiam ſi opponeretur Penſionarium eſſe periurum.*

10 *Ampliatur tertiò vt procedat, quamuis reſeruatio penſionis non fuerit facta eodem tempore quo reſignatio, dummodò infra biduum.*

11 *Ampliatur quartò, etiam ſi reſeruatio penſionis facta fuerit ſuper aliis boneficiis non reſignatis.*

12 *Acceſſus, & Regreſſus, ſunt duo incompatibilia.*

13 *Intellige hoc procedere, quando conceditur ſuper eodem beneficio; ſecus ſi ſuper diuerſis.*

14 *Ampliatur quintò, vt Regreſſum intentans non teneatur docere de ſuo bono iure.*

15 *Ampliatur ſextò vt procedat, quamuis intentans Regreſſum, non poſſit propter ætatem poſſidere beneficium, ſuper quo Regreſſum petit.*

16 *Regreſſus non datur, niſi volente eo, qui illum intentat.*

17 *Emphyteuta non cadit in Commiſſum niſi volente Domino directo.*

18 *Procurator non poteſt intentare Regreſſum ſine ſpeciali mandato.*

19 *Regreſſus ob non ſolutionem penſionis non eſt ſublatus per Concilium Tridentinum: & hæc eſt ſeptima Ampliatio.*

20 *Ampliatur Octauò vt procedat, etiam ſi penſio reſeruata quidem fuerit in ſumma certa, ſed cum modificatione,* dummodò tertiam partem fructuum non excedat; *tunc enim datur electio Titulari, vt ſi velit, agere poſſit ad Regreſſum, aut ad penſionis reductionem ad Quotam præſcriptam.*

21 *Si penſio ſit reſeruata ſtrictè in certa ſumma, ſine modificatione illius clauſulæ,* dummodo non excedat &c. *ſi eſt exceſſiua, redditur nulla in totum.*

22 *Quomodo intelligenda ſit illa clauſula,* quod penſio annullari, vel reduci non poſſit.

23 *Regreſſus intentari poteſt aduerſus ſucceſſorem in beneficio, ſi agat ad nullitatem penſionis.*

24 *Quomodo intentari poſſit Regreſſus aduerſus ſucceſſorem in beneficio, propter defectum ſolutionis.*



25 *Regreſſus conceditur contra ſucceſſorem in beneficio pro penſionibus decurſis per anteceſſorem debitis, ſi contra illum factæ fuerint diligentiæ requiſitæ.*

26 *Regreſſum intentans contra beneficium incompatibile, non eſt à ſua petitione remouendus.*

27 *Priuatus omnibus beneficiis quomodolibet, obtentis, non priuatur regreſſu ſibi competente.*

28 *Penſio extinguitur ſi quis obtinuerit regreſſum.*

29 *Vſusfructus extinguitur per acquiſitionem proprietatis.*

30 *Penſio, & vſusfructus amittuntur, ſi acquiſitio fuerit facta irreuocabiliter; ſecùs ſi reuocabiliter.*

31 *Ad canoniZandum Regreſſum requiritur ſententia declaratoria.*

32 *Fallit quando Papa reſeruat Regreſſum cum dictione,* liberum; *tunc enim non requiritur ſententia declaratoria.*

33 *Regreſſus Declaratoria non datur, niſi adſit magna contumacia, ſeu proteruia debentis penſionem.*

34 *Si Regreſſus non fuerit irreuocabiliier datus, penſio remanet in ſuo ſtatu.*

35 *Quando Regreſſus fuit irreuocabiliter datus, penſio de conſenſu partium reualidari non poteſt; Immò requiritur noua conceſſio Papæ.*

36 *Ex quibus colligatur, Regreſſum fuiſſe datum irreuocabiliter.*

37 *Qui Regreſſum obtinet ad beneficium, recuperat priſtinum ſtatum & ſedem, nec ſoluit iura in Ingreſſu ſolui conſueta.*

38 *Qui Regreſſum obtinet ad Parochialem, non indiget nouo examine, nec concurſu.*

39 *Acceſſus quid ſit, & quid Ingreſſus, & quomodo inter ſe differant, & à Regreſſu.*

1 NOTANDVM eſt primò, quod ſi reſignatarius non ſoluat penſionem reſignanti, hic poteſt petere Regreſſum ad beneficium reſignatum, & penſione grauatum, etiam in Gallia, prout ſæpè iudicatum fuit in ſupremis Tribunalibus, refe-
2 rente Tornet *litera P. num.* 88. † non quidem in Gallia, propter reſeruationem appoſitam in clauſulis prouiſionum, ſed propter tacitam reſeruationem Regreſſus ex natura rei competentis ad inſtar donatarij non adimplentis conditiones, ſub quibus donatio facta fuit: Papon *lib.* 2. *tit.* 8. *arreſt.* 20. Additio ad Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 17. *verſic. ſecundò autem.*

3 Et cùm penſio teneat locum alimentorum, vt ſæpè diximus, maximè dum appoſita fuit illa clauſula in reſeruatione penſionis, *vt commodiùs ſuſtentari valeas*, non ſolum reuocatur ex modo, vel conditione non adimpleta, ſicut donationes factæ priuatis perſonis, *ex l.* 1. *&* 2. *C. de donat. quæ ſub mod.* Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 93. *num.* 46. *part.* 2. ſed etiam res donatæ, fauore alimentorum, tranſeunt ipſo iure in donatarium, & illarum dominium ad donantem reuertitur: Rip. *in l. final. num.* 129. *quæſt.* 37. *C. de reuocand. donat.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 61. *num.* 8. Lara *in l. ſi quis à liberis, §. vtrùm, num.* 20. *ff. de lib. agnoſcend.* Couar. *lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 14. *num.* 4. vbi dicit, donatori hoc caſu dari vtilem actionem in rem, quæ vt bene aduertit Surd. *loco citato*, non competit niſi vero domino.

Extra Galliam conceditur Regreſſus in 4
vim dictarum clauſularum, maximè ſi reſignatio facta fuerit ſub reſeruatione penſionis adiecta clauſula, *& non aliàs, aliter, nec alio modo*: quia tunc reſignatio eſt conditionalis, & deficiente conditione habetur pro non facta, & ideo reſignans poteſt redire ad ſuum beneficium: Rot. *deciſ.* 286. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 4. vbi ponit formam clauſularum, quæ hac de cauſa in prouiſionibus apponi ſolent; † Immò clauſula illa adeo reddit prouiſio- 5
nem conditionalem, vt Gratia annulletur, ſi Regreſſus non teneat: Seraphin. *deciſ.* 114. *n.* 1. † qui Regreſſus non ſolùm conceditur, ſi 6
reſignatarius recuſet, aut cum magna proteruia differat ſoluere penſionem, ſed etiam ſi agat ad illius nullitatem, ſeu aliqua de cauſa prætendat illam malè, vel nulliter fuiſſe aſſignatam: Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *qu.* 40. *num.* 272. & vna harum duarum cauſarum ſufficit; Verall. *deciſ.* 9. *part.* 3. nam in caſu intentatæ nullitatis penſionis, datur Penſionario Regreſſus ad primum beneficium, quia facta reſignatione conditionaliter ſub penſionis reſeruatione, ſi penſio nulliter fuerit reſeruata, reſignatio eſt per conſequens nulla, vt pote deficiente conditione ſub qua facta fuit renunciatio: vt dicit Creſcent. *deciſ.* 17. *de reſcript. num.* 3. Rot. *deciſ.* 286. *num.* 2. *part.* 2 *recent.* Propter verò denegatam, aut retardatam penſionis ſolutionem, ideo Regreſſus competit reſignãti, quia magna contumacia debitoris pœnam illam priuationis beneficij meretur: non enim datur hoc caſu Regreſſus, niſi magna debitoris contumacia præcedat: Pariſ. *d. lib.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 15. Gomeſ. *ad Regul. de ſubrogandis, quæſt.* 7. *verſic. ſecundus caſus*: Garſ. *de benefic. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 50. cum deciſis *ibi* inſertis, † Ideo facilè admit- 7
titur Titularis ad purgandam moram, ſi paratus ſit illam celeri ſatisfactione excludere: Rot. *deciſ.* 340. *num.* 8. *part.* 4 *recent.*

*tom.* 2. vbi aliæ deciſiones allegantur.
8 Quod *ibidem* ampliatur, vt locum habeat
etiam ſi ageretur de reſignatario reſignata-
rij, aut alio beneficij ſucceſſore: provt *infe-
riùs,in 7. ampliatione,* explicabimus: quia ſuc-
ceſſor tenetur ſtare conditionibus in prima
reſignatione appoſitis, Rot. *deciſ.* 631. *in fine
parte prima recent.* poſt Verall. *deciſ.*8.*part.*3.
*& deciſ.* 155. *part.* 1. Pariſ. *d. lib.*6.*quæſt.* 3.
*num.*18.
9 Ampliatur etiam vt procedat, quamuis
allegaretur, Penſionarium eſſe periurum, &
per conſequens infamem, Felin. *in cap.teſti-
monium,de iureiur.* quamuis enim infamis non
ſit habilis ad beneficia, *cap. tua nos,de iureiur.*
Felin. *in cap. querelam, eod. tit.* Dec. *in cap.*2.
*de reſcript.* tamen non priuatur obtentis, ſed
tantum eſt inhabilis ad obtinenda in futu-
rum, vt dicunt DD. *in locis mox citatis*: &
ideo Penſionarius quamuis periurus, & de
periurio conuictus, non amittit Regreſſum
ad beneficium; quia cauſa Regreſſus habet
originem de præterito, vt deciſum teſtatur
Achill. de Graſſ.*deciſ.*1.*de iureiurand.*
10 Ampliatur tertiò vt procedat, quamuis re-
ſeruatio penſionis non fuerit facta eodem
die quo reſignatio, ſufficit enim quod facta
fuerit intra biduum: Rot.*deciſ.*68.*num.*3.*part.*
3.*recent.*
11 Rurſus & quartò ampliatur vt procedat,
quamuis penſio fuiſſet reſeruata non ſolùm
ſuper beneficia reſignata, ſed etiam ſuper
aliis beneficiis: quod fieri poteſt cum clauſula,
*Quod remanente, ſeu deficiente poſſeſſore in ſo-
lutione penſionis, in totum, vel in parte, licitum
ſit Penſionario vti Regreſſu, & illorum realem
poſſeſſionem adipiſci*: hoc enim caſu, ſi Titula-
ris recuſet, vel deficiat in ſolutione vnius
penſionis ex pluribus, poterit Penſionarius
vti Regreſſu quoad beneficia reſignata, &
Acceſſu ſeu Ingreſſu quoad alia beneficia,
quæ numquam poſſederat: nam illa verba,
*in totum, vel in parte,* ſic intelligenda ſunt, vt
ſi pars deficiat, totum peti poſſit: atque ita
deciſam teſtatur Veral. *deciſ.* 313. *alias* 19.
*part.*2.
12 Neque obſtat quod Acceſſus ſeu Ingreſ-
ſus, & Regreſſus ſimul ſe compati non poſ-
ſunt, tanquam contradictoria: Regreſſus
enim ſupponit illum intentanti priùs com-
petijſſe ius, ſeu cauſam præcedentem. Ac-
ceſſus verò, nullum ius præcedens ſupponit;
vt explicauimus *tom.* 1. *Quæſt. Benefic.part.*2.
*cap.*1. §. 4. & ideo illa ſe inuicem minimè
compati deciſum fuit per Rotam *deciſ.* 206.
13 *num.*1.*part.* 2. *recent.* † Quia hoc intelligitur
quando agitur de eodem beneficio: Incom-
patibilitas enim inter Acceſſum & Regreſ-
ſum dumtaxat non procedit, dum agitur
de diuerſis beneficiis; vt patet ex *eadem
deciſ.* 206.
Ampliatur quintò, vt non ſit neceſſe quòd 14
reſignans, aut cedens, qui Regreſſum in-
tentat, doceat ſe habere bonum ius: Seraphin.
*deciſ.*390.*n.*1.
Ampliatur ſextò, vt locum habeat, quam- 15
uis ille cui competit Regreſſus, non ſit capax
beneficij, ad quod Regreſſus fuit datus: quia
licèt Regreſſus exerceri non poſſit propter
inhabilitatem Penſionarij, non propterea an-
nullatur reſeruatio: Exemplum dari poteſt
in minori 25. annis, qui obtinuit tranſlatio-
nem penſionis in alterius fauorem reſeruatæ
ſuper beneficio Curato: quia licèt iſte Tran-
ſlatarius non ſit capax Regreſſus ad benefi-
cium Curatum, tamen tranſlatio ſubſiſtit in
ſuo robore, quandoquidem conceſſus cen-
ſetur Regreſſus, quatenus Penſionarius ſit
capax illius; cùm clauſula Regreſſus non ſit
principalis, ſed acceſſoria, in pœnam videli-
cet nolentis, vel differentis ſoluere penſio-
nem: Pute. *deciſ.* 283. *aliàs* 293. *lib.* 1. vbi
etiam dicitur quod in reſeruatione Regreſ-
ſus, non eſt neceſſarius conſenſus: Quia Re-
greſſus ob non ſolutionem penſionis datur
eo tempore, quo quis eſt beneficio priuatus,
& eius non intereſt.† Præterea quia Regreſ- 16
ſus eo tantùm caſu conceſſus cenſetur, quo
ille, in cuius fauorem reſeruatur, eo vti vo-
luerit, Mohed. *deciſ.* 13. *num.* 4. *& deciſ.* 36.
*verſic.nec obſtat:de renunciat.* Put.*deciſ.*36.*aliàs*
34. *verſic.tamen aliqui domini,lib.*2.† ſicut vi- 17
demus in emphyteuta, quia à iure ſuo non
cadit, niſi Dominus illud voluerit, & ſe velle
declarauerit, quod inter cæteros fusè probat
& explicat Amic. *in tract. de iure emphyt.
quæſt.* 30. maximè *num.* 6. † Ideo non poteſt 18
procurator Regreſſus iudicium ſine ſpeciali
mandato proponere, Verall.*deciſ.* 8. *part.* 3.
*num.* 3.
Ampliatur 7. vt Regreſſus locum habeat 19
non obſtante diſpoſitione Concilij Triden-
tini *ſeſſ.* 25.*de reformat.cap.*7. quia in eius diſ-
poſitione non comprehenduntur Regreſſus
reſeruati per reſignantem in caſum non ſo-
lutæ penſionis; teſte Barboſ. *ad dictum cap.*7.
Pariſ.*de reſignat. lib.*6. *cap.*5. *num.*110. & dixi
*in Quæſt.benefic.tom.*1.*cap.*26.*num.*41.
Ampliatur 8. etiamſi penſio reſeruata fue- 20
rit, non quidem in certa & determinata
quantitate, nec fundata in Narratiua certi
valoris, ſed cum moderatione quod non ex-
cedat duas ex tribus partibus fructuum be-
neficij; tunc enim dato exceſſu, eſt in ele-
ctione Penſionarij, vel regreſſum intentare
aduerſus Titularem non ſoluentem, vel pen-
ſionis reductionem petere: quia cùm penſio
fuerit reſeruata ad fauorem & commodum
reſignantis



reſignantis, non eſt locus regreſſui, niſi qua-
tenus reſignanti placuerit, ne quod in eius
fauorem inductum eſt, in eius odium retor-
queatur; vt mox dictum eſt ex *deciſ.* 119.
*num. vlt. part.* 4. *recent.* Caſſador. *deciſ.* 4.
*per totam, de locat. & deciſ.*4.*num.*2.*de penſion.*
Puteus *deciſ.*36. *& deciſ.* 8.*lib.* 2. *& deciſ.*306.
*lib.* 1. Mohed. *deciſ.* 36. *de renunciat.* Nec
clauſula illa in reſeruatione penſionis appo-
ſita, *& non aliàs, aliter, nec alio modo,* exclu-
dit reſignantem ab electione vtrum malit
intentare Regreſſum, vel reductionem pen-
ſionis; quaſi formam inducat, & ſit indiui-
dua: Burat. *deciſ.*437.*n.*5. & eius Add. *deciſ.*
369. *num.* 8. Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 6.
*num.*422. Quia difficultas eſſet, ſi illa clau-
ſula eſſet appoſita certæ quantitati, ſecus
ſi nulla certa quantitate deſignata, dictum
fuerit, quod penſionum aſſignatarum ratæ
duas ex tribus partibus fructuum non exce-
dant: quo etiam caſu dictum fuit, non tolli
Penſionario electionem, quin Regreſſum
intentare poſſit, vel penſionis reductionem
petere, cum inductum in eius fauorem non
debeat in ipſius odium retorqueri; & clau-
ſula, *non aliter &c.* ſuam recipiat interpreta-
tionem ex ſequentibus Reſcripti verbis, ita
fuit deciſum per Rotam *deciſ.* 76.*&* 61. *inter
impreſſas Eminentiſſimi Cardinalis Otthoboni,*
21 & apud eumdem *deciſ.* 163.† Quanquam
verius ſit, quod ſi penſio fuerit reſeruata
purè cum expreſſione certi valoris, eo caſu
ſi valor expreſſus non iuſtificatur, penſio
non eſt reducibilis, ſed corruit in totum
propter ſubreptionem: Rota *deciſ.* 342.
*num.* 14. *part.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 626. *num.* 5.
*part.* 1. *recent.* Garſ. *d. part.*1.*cap.* 5. *num.* 427.
*verſic. ad ſecundum*, & per conſequens non
dabitur hoc caſu facultas reſignanti eligere
Reductionem, vel Regreſſum: Card. Ottho-
bon. *dicta deciſ.* 163.*num.*12.
Quod vt clariùs explicetur, ſupponen-
dum eſt duobus modis poſſe exponi quan-
titatem valoris fructuum beneficij in reſer-
uatione penſionis. Primò, narrando certam
ac determinatam quantitatem penſionis
ſoluendæ, cum clauſula, *& non aliàs, aliter,
nec alio modo*: Secundò, narrando quidem
vt ſuprà, ſed cum modificatione quod penſio
non excedat duas ex tribus partibus valoris
fructuum beneficij penſione grauati. In pri-
mo caſu, cùm reſignatio facta fuerit ſub con-
ditione, illa deficiente, deficit conſenſus, &
reſeruatio penſionis eſt nulla in totum, cùm
conſtet de enixa voluntate Summi Pontifi-
cis, quod penſio ſoluatur in ſumma determi-
nata, & ad conſenſum reſignantis reſtricta;
vt ex adductis per Garſ. *de benefic. part.*1.*cap.*
5.*num.*438. ſed in ſecundo caſu, quia intentio
principalis Summi Pontificis fuit, vt penſio
non excedat duas ex tribus partibus bene-
ficij, mentio certæ ſummæ fuit declarata per
illam clauſulam, *Dummodo non excedat duas
tertias partes fructuum*: & ideo eſt in electio-
ne Penſionarij vtrùm velit intentare Re-
greſſum, vel conſentire reductioni penſionis
ad illas duas tertias partes fructuum, Mareſ-
cot. *lib.*2.*var.reſolut. cap.* 4. *num.*1. Pariſ.*lib.*6.
*quæſt.*2.*num.*144. *in tract. de reſignat.* Mantic.
*deciſ.*153.*num.*2. cum aliis allegatis per Card.
Otthobon. *deciſ.*76.*num.*8. *& deciſ.*61.*num.*8.
*deciſ.*163.*num.*12. & maximè *num.*17.† Adeo 22
vt huic reſolutioni non obſtet clauſula, quæ
in penſionis reſeruatione apponi ſolet, *quod
penſio reduci, vel annullari aut inualidari non
poſſit &c.* Quia cùm hoc decretum fuerit ap-
poſitum dumtaxat ad fauorem reſignantis,
non debet in illius odium retorqueri: vt *in
dicta deciſ.*76.*num.*13.
Ampliatur 9. vt Regreſſus poſſit intentari, 23
etiam contra ſucceſſorem in beneficio, ſi
agat ad nullitatem penſionis: Verall. *deciſ.* 8.
*part.* 3. † ſi verò agatur ad Regreſſum ob non 24
ſolutionem penſionis, diſtinguendum eſt;
Aut enim agitur de defectu ſolutionis fa-
ciendę per anteceſſorem qui ſoluere deſtitit,
aut recuſauit, & hoc caſu non poteſt inten-
tari Regreſſus contra ſucceſſorem; Put.
*deciſ.* 333. *in principio, lib.*1. *in correct.* Aut de
recuſatione vel negligentia ipſius ſucceſſoris
quoad terminos poſt eius poſſeſſionem de-
curſos, & hoc caſu Regreſſui locus erit:
Pariſ. *de reſignat. Lib.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 18.
*&* 19.
Sed tamen ſi iudicium fuiſſet motum con-
tra anteceſſorem, & intentatus fuiſſet Re-
greſſus contra ipſum propter non ſolutionem
penſionis; verius videtur quod iſto caſu lis
deſuper mota poſſit continuari contra ſuc-
ceſſorem; Gambar. *de offic. Legati,lib.*6.*num.*
461.*& ſequentib.* & maximè *num.* 464. † Im- 25
mò generaliter concedendum eſſe, Regreſ-
ſum pro terminis decurſis in vita anteceſſo-
ris in beneficio, quando Penſionarius contra
ipſum debitas fecerat diligentias, probat
Lotter. *lib.* 1. *quæſt.* 39. *num.* 152. *& ſeqq. &
num.*155.
Secundò notandum eſt, fuiſſe alias dubi- 26
tatum, vtrùm ſi quis habeat penſionem ſu-
per Canonicatu alicuius Eccleſiæ & impe-
tret alium Canonicatum in eadem Eccleſia,
& per conſequens incompatibilem cum eo-
dem Canonicatu ſuper quo habet Regreſ-
ſum, cenſeatur tacitè renunciare Regreſſui?
Reſoluendum eſt non cenſeri renunciare,
quia incompatibilitas beneficiorum non
conſideratur, nec locum habet ratione ade-
ptionis, ſed dumtaxat ratione retentionis;
per

per text. *in Clement. Gratiæ, de reſcript.* ibi, *ſi ſecundum pacificè aſſequaris*: Merlin. *deciſ.* 6. *num.* 9. repetita *in recent. deciſ.* 337. *part.* 4. *tom.* 2. Ideo nihil impedit quin Penſionario detur Regreſſus ad beneficium, quamuis aliud incompatibile poſſideat, quia poteſt alterutrum dimittere. Immo fuit aliàs deciſum quod cum quidam Canonicus ab hæreticis deſcendens reſignaſſet ſuum Canonicatum reſeruata ſibi penſione cum Regreſſu, & poſt reſignationem factum fuiſſet Statutum in illa Eccleſia, quod deſcendentes ab hæreticis non poſſent Canonicatus obtinere, tamen iſte reſignans poterat exequi ſuum Regreſſum ad illum Canonicatum in defectum ſolutionis penſionis, quamuis per illud Statutum fuiſſet redditus incapax poſſidendi Canonicatum: vt apud Pute. *deciſ.* 260. *per tot. lib.* 1. Rota *diuerſ. deciſ.* 328. *lib.* 3. *part.* 3.

27 Immo priuatus omnibus beneficiis quomodolibet obtentis, non ideo priuatur Regreſſu ſibi ſuper aliquo beneficio competenti; quia in pœnalibus ſtricta debet fieri interpretatio. Et licèt regreſſus cauſam habeat de præterito, tamen pendet à futuro euentu, & non dicitur Regreſſum intentans habere beneficium, niſi poſt priuationem ſecutam: Rota *deciſ.* 698. *part.* 3. *lib.* 3. *diuerſ.* Et hoc eſt conforme iis quæ ſuperiùs *hoc eodem capite* dicta ſunt, *ampliat.* 4.

28 Tertiò notandum eſt, quod penſio extinguitur per Regreſſum reſignantis ſub penſione ad beneficium reſignatum, quia titulus reſignatarij reſoluitur, & remanet apud Penſionarium; ſicut ſeruitus amittitur, ſi debitor ſeruitutis acquirat prædium dominans: *l. quidquid, in fine, ff. commun. prædior. l.* 1. *ff. quemadmod. ſeruit. amitt. l. ſi commune, ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior. l. tria prædia, ff. de ſeruitut. vrb. præd.* & res mea mihi ſeruire non poteſt; 29 *l. vtifrui, ff. ſi vſusfr. petatur.*† & vſusfructus, cui penſio æquiparatur, extinguitur per acquiſitionem proprietatis factam ab vſufructuario; *l. ſi tibi fundi vſusfructus, ff. quibus modis vſusfruct. amittatur*: Caſtill. *de vſufr. cap.* 71. *num.* 5. Idémque de penſione dicendum eſſe probat Gig *de penſ. quæſt.* 49. *n.* 6. & 7.

30 Hoc tamen non procedit, quando Regreſſus fuit obtentus reuocabiliter; nam tunc reuocato Regreſſu, reuiuiſcit ius exigendi penſionem: vt probat Gig. *dicta quæſt.* 49. *num.* 7. *in principio*, adinſtar vſusfructus; quia ſi quæſita fuerit proprietas legatario, ſed reuocabiliter, reuocata proprietatis acquiſitione, reuiuiſcit vſusfructus: *l. dominus* 64. *ff. de vſufruct.* vbi reuocato legato proprietatis facto vſufructuario, per querelam, reuiuiſcit vſusfructus: Idem deciditur *in l. à liberto* 35. *ff. de bonis libert.* Tiraquell. *de retract. conſanguin.* §. 1. *gloſ.* 7. *num.* 61. & *ſequentibus*, & ita refert Ricc. in terminis penſionis, *collect.* 3488. *verſic. notandum quartò.*

Idcircò cùm ad obtinendum Regreſſum 31 requiratur ſententia declaratoria pro illius canonizatione, etiam ſi in reſeruationis conceſſione fuiſſet dictum quod liceret regredi propria authoritate: Caſſador. *deciſ.* 4. *de locat.* Gamb. *de Legato, lib.* 6. *n.* 472. † 32 quamuis ſententiam declaratoriam non requiri, quando Papa liberum Regreſſum reſeruauit, propter vim dictionis illius, *liberè*, exiſtimauerit Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 921. *n.* 20. † 33 Quæ Regreſſus canonizatio concedi non ſolet, niſi maxima exiſtente proteruia debitoris: Gomeſ. *de ſubrogand. collit. quæſt.* 7. *ſub num.* 9. *in fine.* † 34 Ideo ſi Regreſſus non fuerit irreuocabiliter obtentus, etiam per ſententiam in iudicatum tranſactam, reuiuiſcit penſio: Additio ad Burat. *deciſ.* 528. *num.* 5. *in fine, verſic. quod intelligitur*: Confert ad præmiſſa deciſio Rotæ apud Marcheſ. *part.* 1. *fol.* 568. *coram Pamphilio, in Cæſaraugustana penſionis* 13. *Nouembris* 1591. Rota *deciſ.* 215. *num.* 3. *part.* 8. *recent.* † 35 Vnde ſequitur quod ſi Regreſſus fuerit irreuocabiliter executioni demandatus, non poteſt ex ſolo Partium conſenſu reualidari penſio, ſed requiritur noua Summi Pontificis conceſſio: quod non ita locum habet quando Regreſſus fuit acquiſitus reuocabiliter; Gambar. *de Legato, d. lib.* 6. *n.* 483. Add. ad Burat. *dicta deciſ.* 528. *num.* 5. *in principio.*

Reuocabiliter etiam dicitur obtentus Regreſſus 36, ſi debitor penſionis moram per effectualem ſolutionem purgauerit: Verall. *deciſ.* 9. *in fine, part.* 3. aut ſi Titularis ſententiam manutentionis contra Penſionarium obtinuerit. Rot. *deciſ.* 215. *n.* 4. *part.* 8. *recent.*

Quartò notandum eſt, quod obtento Regreſſu 37, Penſionarius redit ad primæuum ſtatum in quo erat ante reſignationem: quia illi conceditur omne illud quod ad obtinendum antiquum ſtatū, eſt neceſſarium; Rota *diuerſ. deciſ.* 328. *lib.* 3. *part.* 3. *num.* 3. & ideo regrediens ad Canonicatum recuperat primum locum, nec tenetur ſoluere iura Cappæ, & ſimilia, quæ dantur à Canonicis nouiter receptis: imò percipit omnes fructus & diſtributiones pro rata temporis ſeruitij: Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 36. & 37. † 38 quia poſſeſſio per Regreſſum acquiſita habet originem ex primæuo iure; vt ſupra dictum eſt: Et ob eandem rationem in Eccleſia, quæ per Regreſſum obtinetur, quamuis parochialis ſit, non eſt in ea faciendus concurſus, nec is qui regreditur examinandus; vt concludit Maſſobr. *in praxi concurſ. requiſito* 3. *dubit.* 6. poſt Garſ. *de benefic. part.* 9. *cap.*



*cap.* 2. *num.* 168. vbi ex declaratione ſacræ Congregationis ſecus eſſe dicit in eo, qui beneficium parochiale nunquam poſſedit: ſed illo caſu non dicitur Regreſſus, ſed potius Ingreſſus vel Acceſſus ad beneficium.

39 Quintò notanda eſt differentia inter Acceſſum, Ingreſſum, & Regreſſum: quia Acceſſus totaliter pendet à futuro euentu, nec habet aliquod ius præexiſtens, Rebuff. *in praxi, tit. de Regreſſib.* Caſſador. *deciſ. vnica, de pact. num.* 1. & 9. Regreſſus autem non eſt acquiſitio noui iuris, ſeu noui tituli, ſed prioris continuatio, quia habet cauſam de præterito: Oldrad. *conſ.* 274. *ſub num.* 3. *verſic.* & *ad iſtud:* & *num.* 6. *verſic.* & *ad hoc reſpondetur.* Ingreſſus autem dicitur quando reſeruatur alicui facultas ingrediendi in beneficium, Literis non expeditis, & nondum capta poſſeſſione; tunc Cancellaria hoc ius vocat *Ingreſſum*, Rota verò *Regreſſum* nuncupat; cuius ſententiam ſequendam eſſe monet Mareſcot. *lib.* 2. *cap.* 71. *num.* 7. & *ſeq.*

Exemplum Acceſſus proponitur, veluti ſi Papa velit conferre alicui Canonicatum, vel aliud beneficium, quod ille propter ætatis defectum poſſidere non poſſit, in alterius perſonæ fauorem conferat donec ille inhabilis ad legitimam & maturam ætatem deuenerit, cum hoc tamen, vt poſſit, adueniente ætate legitima, propria authoritate ad illum Epiſcopatum, aliúdve beneficium accedere; de quo Pariſ. *conſ.* 76. *volum.* 4. Caſſador. *dicta deciſ. vnica, de pact.* Redoan. *de ſimonia, cap.* 17. *num.* 5. Ingreſſus exemplum eſt, ſi Papa mihi conferat beneficium, & illud reſignem reſeruata penſione antequam illius poſſeſſionem aſſequar; ſi enim reſignatarius ſit contumax in ſolutione penſionis, tunc non potero propriè intentare Regreſſum quia nunquam poſſedi; ſed vocabitur Ingreſſus. Denique Regreſſus dicitur, quando redeo ad meum beneficium ob non ſolutam mihi penſionem, ſecundùm ea quæ ſuperiùs expoſita fuerunt. Hæc omnia explicantur apud Redoan. *de ſimonia, d. quæſt.* 17. & 18. Mareſcot. *d. cap.* 71. *lib.* 2. Rebuff. *d. tit. de Regreſſib.* Ricc. *collectan.* 3488. Regreſſuum etiam multa ſunt genera, extra cauſam penſionis, veluti in caſu *cap. ſi beneficia, de præbend. in* 6. Item in caſu permutationis, & aliis ſimilibus; quæ quia non pertinent ad materiam propoſitam, videri poterunt in *locis allegatis* per Tuſch. *litera R. concluſ.* 90.

## CAPVT XLVI.

### *ARGVMENTVM.*

QVIA penſiones reſeruatæ vt plurimùm per Regreſſum extinguuntur; quatuor alij præcipui Regreſſus modi exponuntur, videlicet per permutationem, per conualeſcentiam in extremitate morbi in Gallia Reſignantis, per reſignationem minoris 25. annis læſi, vel decepti, & per euictionem beneficij incompatibilis, quod à Papa alteri per præuentionem fuerat collatum. Explicantur ſuper hoc variæ quæſtiones, & inter cæteras vtrùm regrediens teneatur ſoluere penſiones in reſignatione reſeruatas? & vtrùm indigeat noua collatione? & an recuperet primum locum? & an teneatur ſoluere Capitulo iura in Ingreſſu ſolui conſueta per nouos Canonicos? & ſimiles.

SVMMARIVM.

1 *Permutanti beneficium conceditur Regreſſus ad illud, ſi permutatio effectum non ſortiatur.*
2 *Permutantibus non conceditur Regreſſus, quando permutatio non fuit ſortita effectum propter dolum, aut culpam permutantium.*
3 *Quando penſio in permutatione fuit nulliter reſeruata propter culpam reſignantium, veluti ob non expreſſum verum valorem, ſucceſſor in beneficio non tenetur ad ſolutionem penſionis.*
4 *Vtrùm permutans rediens ad ſuum beneficium indigeat noua collatione.*
5 *In caſibus in quibus permutans non indiget noua collatione, ſaltem indiget Superioris licentia vt ad ſuum beneficium redeat.*
6 *Permutans, ſi permutatio non ſortiatur effectum, remanet in ſuo veteri titulo, & poſſeſſione.*
7 *Permutatio ſi facta fuerit ſub reſeruatione penſionis, quæ aut authoriſata non fuerit, aut illam Papa homologare noluerit, vtrum Regreſſui locus ſit; & reſoluitur negatiuè.*

8 *Reſignans*

8 *Reſignans in extremitate morbi in Gallia, ſi conualeſcat, redit ad ſuum beneficium.*

9 *Vtrùm Regreſſus ille in Gallia concedatur tam ſi purè in manibus Ordinarij reſignetur, quàm conditionaliter ſeu in fauorem certæ perſonæ coram Summo Pontifice? variæ referuntur ſententiæ.*

10 *Regreſſus ex iudiciorum vſu datur conualeſcenti, etiam in puris reſignationibus.*

11 *Regreſſu dato conualeſcenti, omnia reponuntur in eius fauorem in priſtino ſtatu, tam quoad ſedem, quàm alia; & penſio, quam reſignans reſeruauerat, extinguitur.*

12 *Quid in hac quæſtione decreuerit Ludouicus XIII. Rex Edicto ſuo.*

13 *Quomodo obſeruetur & intelligatur Edictum illud Ludouici XIII.*

14 *Reſignanti, cui non datur Regreſſus, penſio ad vitam ex cauſa miſerationis per ſuprema Galliæ Tribunalia quandoque aſſignatur.*

15 *Minor in beneficialibus habetur pro maiore.*

16 *Minori læſo per beneficij reſignationem ſuccurritur, & illi datur Regreſſus.*

17 *Minor* 14. *annis quid obſeruare debeat in Gallia in beneficij per eum obtenti reſignatione.*

18 *Minori Doctori vtrùm detur Regreſſus ad beneficium quod reſignauit inconſultè.*

19 *Doctori per ignorantiam facti decepto ſuccurritur.*

20 *Minori reſignanti non ſuccurritur, nec Regreſſus datur, ſi illi aliud beneficium ſufficiens remaneat.*

21 *Minori quocumque caſu datur Regreſſus, ſi malis artibus ad reſignandum Præceptori, Curatori, Medico, & ſimilibus perſonis inductus fuerit.*

22 *Beneficium curatum Minor dimittens, læſus non dicitur.*

23 *Regreſſu conceſſo, quando in reſignatione penſio fuerat reſeruata in fauorem Tertij, vtrum regrediens teneatur ſoluere penſionem illi Tertio reſeruatam.*

24 *Explicatur Doctrina Gambari* in tract. de Legato, lib. 6. n. 498.

25 *Regreſſus conceditur ſi quis reſignauerit beneficium ex falsa cauſa.*

26 *Idem dicendum eſt, quando reſignatio eſt nulla.*

27 *Acceptans beneficium incompatibile, quod priùs alteri per Papam conceſſum ignorabat, habet Regreſſum ad ſuum primum beneficium quod dimiſerat, ſi ſtatim beneficium alteri à Papa collatum dimittat.*

28 *Indiget tamen noua poſſeſſione ſi agatur de Canonicatu, quia hoc caſu poſſeſſio debet capitulariter capi.*

29 *Texrus* in cap. ſi beneficia 20. de præbend. in 6. *procedit, etiamſi beneficium ſucceſſiuè ad plurium manus deuenerit.*

30 *Si lis ſuper beneficio ſecundo adepto moueatur poſt duos menſes, non denegatur tamen prouiſio Regreſſus ad primum beneficium.*

31 *De euictione beneficiorum permutatorum, remiſſiuè.*

QVIA in *præcedenti capite* copioſè actum fuit de Regreſſu concedendo ſuper beneficio reſignato propter non ſolutionem penſionis; & dictum fuit, regredientem ad beneficium reſignatum recuperare omnia iura, gradum, & locum, quem antea obtinebat; nunc ſequitur vt agamus vtrum conceſſo Regreſſu aliis de cauſis, regrediens obtineat præcedentem locum, & in omnem euentum ſi ipſe ſit debilis, pauper, & infirmus, vtrum poſſit obtinere ſaltem penſionem alimentariam ſuper beneficio reſignato; Denique quibus modis per Regreſſum penſiones extinguantur.

Pro cuius quæſtionis reſolutione ſupponendum eſt, Regreſſum ad beneficium reſignatum, variis ex cauſis reſignanti concedi poſſe, partim ex diſpoſitione Iuris communis, partim ex vſu Tribunalium Galliæ.

Primò, Regreſſus conceditur permutanti, 1
qui poteſt redire ad ſuum beneficium ſi permutatio non fuerit ſortita effectum; Cardin. *in Clement. vnica, de rer. permut.* & *ibidem* Ancharan. *num.* 6. Imola *num.* 7. *&* 8. Rebuff. *in praxi, tit. de permut. num.* 25. & in *Concordatis tit. de collationib.* §. *volumus, in verbo, permutationis.*

Quod limitatur, vt locum non habeat, 2
quando permutatio non poteſt ſortiri effectum propter dolum vel culpam mutuò reſignantium, ſeu compermutantium; tunc enim huiuſmodi permutatio producit vacationem, nec locus eſt Regreſſui; immo beneficium poteſt liberè alteri conferri: Petr. Gregor. *de benefic. cap.* 28. *num.* 11. Cokier. *in tract. de permut. benefic. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 13.

Vnde ſi quis reſignet beneficium reſer- 3
uata ſibi penſione ſuper illo, & penſio fuit nulla propter illius culpam, veluti ob non expreſſum verum valorem beneficij ſcienter, & cum culpa reſignantis, non poterit Regreſſum habere ad ſuum beneficium; Immò ius ab eo abdicatum eſt per talem reſignationem, nec tenetur ſucceſſor in beneficio ad ſolutionem penſionis, ex eo quod fuit nulliter reſeruata; quamuis reſignatarius ipſe qui conſenſit penſioni ſub illa falſa valoris expreſſione, non poſſit excuſari ab huiuſmodi penſionis ſolutione, niſi habuerit iuſtam ignorantiæ cauſam, tunc enim poterit opponere de nullitare penſionis; vt probat Garſ. *de benefic. part.* 11. *num.* 39. & poſt ipſum Cokier. *in tract. de permut. benefic. part.* 1 *cap.* 19. *num.* 13. *&* *part.* 3. *cap.* 9. *num.* 13.



4 Quando autem permutatio non fuit ſortita effectum, & permutans redit ad ſuum beneficium, dubitatum fuit vtrum ad redeundum ad primum beneficium requiratur noua collatio? ſuper quo variæ ſunt Doctorum ſententiæ, aliis affirmatiuam, aliis negatiuam tenentibus; vt patet ex traditis per Garſ. *de benefic. part.* 11. *cap.* 4. *num.* 5. & affirmatiuè videtur ſentire Rota apud
5 eumdem *d. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 19. † Sed qui exiſtimant non eſſe opus noua collatione, exigunt nihilominus licentiam Superioris quæ loco collationis eſt; vt dicit Cokier. *in tract. de permut. benefic. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 2. *verſic. vel vt plerique volunt:* poſt Aufrer. *ad deciſ. Capell. Tholoſ.* 260. *in fine,* Ioann. Staphil. *de literis Gratiæ, tit. de variis modis vacat.* §. 1. *num.* 14. & ita abſolutè tenendum eſſe, nempe quod hoc caſu permutans poſſit ad beneficium ſuum ſine noua collatione redire, teſtatur Cæual. *comm. opin. quæſt.* 561. *num.* 6. vbi dicit hanc eſſe communem & magis communem ſententiam, & quod ita ſeruatur de ſtylo, & ita
6 ſeruatur in ſupremis Curiis, quia † ante completam permutationem, aut illâ non admiſſâ per Collatorem, permutans remanet in veteri titulo & poſſeſſione; vt bene conſiderat Brodeau ad Louet *litera B. num.* 13. Boër. *deciſ.* 97. Codex Fabr. *lib.* 1. *tit.* 2. *de ſacroſ. Eccleſ. defin.* 53.

7 Sed dubitatur quid ſtatuendum ſit, ſi inter duos conuentum fuerit de reſeruanda penſione ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ, & deinde permutatio completa fuerit, & collatio hinc inde ſubſecuta, nec vlla beneficiorum permutatorum euictio euenerit; ſed tantum conditio creandæ penſionis, de qua Partes conuenerunt, ad compenſandam beneficiorum permutatorum inæqualitatem, non fuerit adimpleta propter culpam aut negligentiam illius ex permutantibus, qui penſione grauari debuerat; aut etiam quia Summus Pontifex noluit penſioni authoritatem præſtare; vtrùm hoc caſu, ille cui conditio reſeruandæ penſionis non fuit adimpleta, poſſit intentare Regreſſum aduerſus beneficium reſignatum, ſeu permutatum, non oblata primi beneficij, quod talis debitor penſionis dimiſerat, reſtitutione, quam facere non poſſet, vtpote quod beneficium compermutatum alteri reſignaſſet? & Reſpondendum eſt, hoc caſu Regreſſui locum non eſſe, quia cùm iam illud quod principale eſt in permutatione beneficiorum, fuerit adimpletum, & mutua reſignatio ſubſecuta, non poteſt agi ad Regreſſum propter extrinſecas conditiones non impletas; quando beneficium traditum vigore mutuæ reſignationis, ſeu permutationis, reſtitui non poteſt; ſiquidem in permutationibus locus non eſt pœnitentiæ quando vnus totum ex parte ſuà adimpleuit, & ex alia parte aliquid fuit adimpletum circa partem permutationis intrinſecam, ſi pœnitentia illa alteri damnum eſſet allatura: *l. ſi pecuniam, verſic. ſi autem vnus impleuit, ff. de condiction. cauſ. dat. cauſ. non ſequuta,* & *ibi* Bald. & poſt eum Cokier. *de permut. benef. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 4.

Et ex ſupradictis apparet quibus in caſibus ob non adimpletam, aut non effectuatam permutationem locus ſit Regeſſui, & per conſequens ceſſationi, aut reſpectiuè reualidationi penſionum ſuper beneficiis permutatis impoſitarum.

Secundus caſus eſt ſpecialis in Gallia, 8
vbi per ſupremorum Tribunalium præiudicia hoc ex æquitate obſeruatur, vt ſi quis in infirmitate conſtitutus; & in extremis poſitus, mortis cogitatione commotus beneficium ſuum reſignauerit, ad ſanitatem rediens ad reſignatum beneficium regredi poſſit, perinde ac ſi numquam reſignaſſet, reducendo cauſam ad non cauſam, adinſtar donationis cauſa mortis: *l.* 2. *ff. de donat. cauſ. mortis,* ibi, *mortis periculo conterriti: l.* 3. *eod. tit.* Et in hoc omnes DD. Galli conueniunt.

Sed inter ipſos diuerſæ ſunt opiniones, 9
vtrùm hoc locum habeat tam in reſignationibus puris, quàm in conditionalibus, ſeu in fauorem, aut ex cauſa permutationis? nam in collationibus puris, collatarius nihil accipit à reſignante, ſed totum à collatore, & mero illius arbitrio & delectu, & talis reſignatio pura & ſimplex, nulla conditione adiecta, nec illius perſonæ conſideratione facta, relinquit plenam & liberam perſonæ inſtituendæ electionem Ordinario collatori; adeo vt quamuis reclamantibus reſignatariis, & prætendentibus beneficia reſignata iis deberi, quos ad aurem Ordinario collatori nominauerint, & talem eſſe conſuetudinem & obſeruantiam generalem allegantibus, ipſos à tali prætenſione remouendos eſſe, reſoluat Louet. *ad regul. de infirm. reſignantib. numero* 9. quem nos ſequuti fuimus *in*

*noſtris Quæſt. beneſic. tom.* 2. *cap.* 188. *num.* 8.

10 Verùm, communis hodiernorum Iudiciorum vſus Regreſſum reſignantibus in extremitate morbi concedit, tam in reſignationibus purè, quàm ſub conditione factis; adeo vt ſic redintegrati ad beneficia reſignata, omnia recuperent ex beneficio reſignato dependentia; veluti domos Canonicales, groſſos fructus, ius optandi eodem ordine quo illud ante reſignationem ipſis competebat, non obſtantibus iis quæ dicit Louet *in dicta Regula de infirm. reſignantibus*, nec non Anton. Fabric. *in tract. de beneſic. tit. de aliis quibuſcunque iuribus, num.* 23. quamuis ille loquatur in aliis terminis, nempe reſignationis non acceptatæ; vnde nihil ex eo poteſt inferri ad caſum, de quo nunc agimus, quia contrarium hodie obſeruatur, & iudicatur, teſte D. Feburet *in tract. de Abuſu, lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 16. *pag.* 198. dicente, hoc in Senatu Diuionenſi nullam pati difficultatem: ſed tamen videnda ſunt quæ copioſè explicantur apud Louet & eius Scholiaſtem, *litera B. num.* 13. *in noua editione anni* 1655. *pag.* 69. *in fine, verſic. l'on a excepté: fol. mihi* 69.

11 Et hoc caſu omnia reſtituuntur in priſtinum ſtatum, gradum, & ſedem, perinde ac ſi reſignatio facta non fuiſſet; & per conſequens reſignatarius liberatur à ſolutione penſionis, iuxta tradita *ſuprà, cap. præcedenti, num.* 23.

Sed tamen non leuis aduersùs prædictas
12 reſolutiones oritur dubitatio, propter edictum Ludouici XIII. factum *menſe Nouembris* 1637. *artic.* 20. vbi expreſsè decernitur, quod ad euitandos abuſus, qui contra ſacrorum Decretorum conſtitutiones irrepſerunt, quod ſcilicet reſignantes in infirmitate conſtituti, ſi poſtmodum ad ſanitatem redierint, ad dimiſſa beneficia ſine noua prouiſione redeunt: poſt puram & ſimplicem reſignationem in manibus Ordinarij factam, aut etiam Legati, ac per eos admiſſam, reſignans remaneat integrè priuatus ſuo beneficio, & omni iure quod in eo habebat, nec ad illud redire poſſit ſine noua prouiſione; ſiue reſignatio facta fuerit in infirmitate, ſiue aliter; & quoad reſignationes factas in fauorem, ſi reſignatarius illis expreſsè, vel tacitè conſenſerit, reſignans remaneat ſimiliter priuatus iure ſuo, nec poſſit ad beneficium reſignatum regredi ſine noua prouiſione: quod Edictum fuit verificatum *in magno Regis conſilio, anno* 1638. quæ conſtitutio conformis eſt diſpoſitioni *cap. ex tranſmiſſa* 3. *de renunc.* in illis verbis, *dum in infirmitate laboraret:* & paulò pòſt, *hortari tamen eos poteris, vt illum non tanquam vnum de Eccleſia, ſed quaſi de nouo recipiant in ſocium, & in Fratrem.*

Verum quia in declaratione illius Edicti 13
facta *anno* 1649. *& die* 2. *Auguſti artic.* 14. ſolum fit mentio permutationum, non autem reſignationum; ideo non obſtante primo Edicto hodie conceditur Regreſſus in Parlamento Pariſienſi nulla habita ratione Edicti prædicti *anni* 1637. quoad reſignationes factas in fauorem per infirmos, maximè reſpectu perſonarum coniunctarum, aut domeſticarum; vt teſtatur Add. ad Louet *dicta litera B. num.* 13. *pag.* 71. *columm.* 1. *in principio.*

Solent tamen aliquando ſuprema Tri- 14
bunalia Parlamentorum aſſignare penſionem alimentariam durante vita reſignantis commiſerationis gratiâ, ſi infirmitas longa ſit, & reſignans non habeat aliunde: quod Iudicibus inferioribus non conceditur: vt aduertit Brodeau *ad dictum num.* 13. *pag.* 70. *circa medium primæ columnæ.* Quod etiam de iure communi coram Iudice Eccleſiaſtico obtineri poſſet, ſi reſignans aliunde ex quo viueret non haberet, cùm non deceat quempiam in dedecus Ordinis Clericalis ad mendicitatem cogi; vt probatur ex traditis per Pariſ. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 4.

Tertius caſus eſt, quando agitur de Mi- 15
nore, qui in beneficij reſignatione læſus fuit; quia licèt Minor pro Maiore habeatur in beneficialibus, *cap. final. de iudic. in* 6. *cap.* 2. *de reſtitut. ſpoliat.* Rota *deciſ.* 571. *n.* 1. *part.* 4. *recent.* Burat. *deciſ.* 483. *num.* 7.
† tamen Minori læſo ſuccurritur per re- 16
ſtitutionem in integrum: Pariſ. *de reſign. lib.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 45. Boër. *deciſ.* 350. *n.* 4. *colum.* 1. *in fine & ſequent.* quia licèt in obtinendo beneficio, minor illud, quod dimiſit, recuperare nequeat per viam reſtitutionis in integrum, tamen quando inconſultè reſignauit beneficium quod obtinebat, reſtituendus eſt; Couar. *lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 5. *num.* 3. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, de teſtam. in verbo, adiecta impuberi, num.* 62.
† vbi addit, quod in Gallia, 17
Minor 14. annis beneficium reſignare non poteſt, niſi ex decreto Superioris, & cum cauſæ cognitione: & conceſſa Minori in integrum reſtitutione, datur illi Regreſſus ad beneficium reſignatum in eodem loco & ſtatu, quo reperiebatur, perinde ac ſi reſignatio facta non fuiſſet: vt probat D. Feuret. *in ſuo tract. de Abuſu, lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 16. vbi tamen addit, non eſſe Minori concedendum Regreſſum in certis caſibus.



18 *Primò*, ſi ſit promotus ad Doctoratum, Boër. *deciſ.* 350. *num.* 6. quamuis hæc concluſio non ſit tuta, cùm Minoribus læſis quantumuis Doctoribus, etiam actu legentibus, reſtitutionem concedi, iudicatum fuiſſe in Parlamento Tholoſano referat Maynard. *lib.* 3. *cap.* 38. & Brodeau ad Louet *li-*
19 *tera G. num.* 9. maximè † quando Doctor fuit deceptus propter ignorantiam facti, quæ peritiſſimos quoſque fallere poteſt; vt per Gabriel. *conſ.* 20. *num.* 65. *columm.* 2. & ipſummet Boër. *dicta deciſ.* 350. *num.* 16.

20 *Secundò* dicit dictus Author *eodem num.* 18. competere Regreſſum & reſtitutionem in integrum Minori, quando beneficium reſignatum vnicum habebat, ſecus ſi haberet
21 alia beneficia ſufficientia: † & tamen hoc caſu ſi probetur dolus reſignatarij, non videtur dubitandum quin Regreſſui locus eſſet, veluti ſi ageretur de reſignatione facta in fauorem Præceptoris, Tutoris, Curatoris, & ſimilium perſonarum: Pariſ. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 7. Maynard. *lib.* 2. *quæſt.* 97. Peleus *in quæſt. illuſtr.* 97. Chopin. *de ſacra polit. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 13. Louet *litera D. num.* 61.

22 *Tertiò*, non ita facilè concedi minori Regreſſum aduersùs reſignationem beneficij curam animarum habentis; ex Panormit. *in cap. ex parte, de reſtitut. ſpoliat. num.* 14. vbi dicit Regreſſum concedi fauore Eccleſiæ, & diſputat *ibidem, & numeris ſeqq.* vtrum hoc caſu requiratur noua collatio? & dicit non requiri: vt per Eundem, *num.* 18.

23 Sed quæritur, ſi reſignaui beneficium ſub reſeruatione penſionis quinquaginta ſcutorum in fauorem Tertij, & deinde declaratum fuerit locum eſſe Regreſſui, vtrùm rediens ad meum beneficium tenear penſionem huic Tertio ſoluere? & videtur dicendum me non teneri ad ſolutionem penſionis, cùm Regreſſus reſtituat reſignantem ad eundem ſtatum, in quo erat ante reſignationem; vt ſuperiùs probatum fuit; & perinde ſit eo caſu, ac ſi reſignatio facta non fuiſſet: Et tamen contrarium deciſum fuit per Gambar. *in tract. de Legato, lib.* 6. *num.* 498. quem citat & ſequitur Pariſ. *de reſignat lib.* 6. *quæſt.* 5. *num.* 38. dicens in caſum Regreſſus, regredientem teneri ad ſolutionem penſionis, ſub qua reſignatio facta fuerat.

Non debet tamen recedi à prima opinione, videlicet quod regrediens in caſu de quo agitur, ſit exemptus à ſolutione penſionis ſub qua reſignatio facta fuerat; quia vbicunque fit contractus, ſeu alterius diſpoſitionis reſolutio, omnis obligatio interim facta euaneſcit; *l. ſi res diſtracta, ff. quib. modis pig. vel hypothec. ſoluitur. l. ſi ex duabus, §. ſed & Marcellus, ff. de in diem addict. l. potior, §. videamus, ff. qui pot. in pignor. habeant.* alioquin hoc eſſet contra naturam Regreſſus, & reſtitutionis in integrum.

Neque obſtat Doctrina Gambari; quia illa 24
locum habet in caſu ſpeciali, in quo Regreſſus fuerat reſeruatus reſignanti in caſum mortis reſignatarij, provt olim reſeruari poterat, & Papa Regreſſum cum conditione reſeruationis ex certa ſcientia approbauerat; provt fuerat expoſitum; penſionem reſeruari per reſignatarium eiúſque ſucceſſores ſoluendam; quod non eſt in caſu noſtro: Immò & in caſu Gambari, ſi caſus occurreret, non ita facilè eius opinionem ſine maturiori deliberatione ſequendam exiſtimarem.

Quartus caſus, in quo conceditur Regreſ- 25
ſus, eſt, ſi renunciatio facta fuerit ex falſa cauſa, quam reſignans putabat eſſe veram; Gemin. *in cap. ſi beneficia, n.* 5. *de præben. in* 6. † & 26
generaliter quando reſignatio eſt nulla: Pariſ. *de reſignat. beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 18. *n.* 3. & eſt bonus textus *in c. ſi beneficia* 20. *de præbend. in* 6.
† vbi dicitur quod ſi quis obtineret benefi- 27
cium incompatibile, & Epiſcopus loci Ordinarius illi contulerit aliud beneficium etiam incompatibile, & non erat diſpenſatus per Papam, hoc autem ſecundum incompatibile iam antea fuerat collatum per Papam alteri (quod ignorabat iſte impetrans) qui quidem impetrans dimiſſo primo beneficio quod videbat eſſe incompatibile, fuit miſſus in poſſeſſionem ſecundi, ſi prouiſus à Papa euicerit ſecundum, poteſt redire ad primum, dummodo ſtatim iſtud ſecundum dimiſerit, & hoc propria authoritate, & ſine noua collatione, quamuis ſuperiùs oſtenſum fuerit melius eſſe, vt redeat cum authoritate Superioris, quæ vim collationis obtinet, ſed tunc dicitur continuare, & non indiget noua poſſeſſione ob naturam Regreſſus, de qua ſuperiùs actum eſt: Pariſ. *lib.* 6. *de reſignat. quæſt.* 5. *n.* 41. † In Canonicatibus tamen apprehenſio poſ-
ſeſſionis debet fieri Capitulariter, Idem *n.* 31. 28
*& ſequent.* † Dictáque conſtitutio *illius cap. ſi*
*beneficia*, locum habet quoad omnes alios, ſi 29
ſub eo prætextu beneficia per plures manus tranſierint, nempe ſi plures fuerint reſignatariorum reſignatarij.

Vnde quamuis prouiſus de ſecundo in-
compatibili, ſi ſteterit in pacifica poſſeſſione 30
ſecundi ſaltem per duos menſes, arceatur à primo beneficio quod cenſetur vacare à principio, & collatio de eo à principio facta, ſit bona, tamen quamuis lis moueatur poſt duos menſes, non denegabitur huic poſſeſſori remedium *d. cap. ſi beneficia, de præbend. in* 6. ſi conditiones *in dicto textu* requiſitæ, & ſuperiùs allatæ concurrant; vt dicit Garſ. *de beneſic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 116.

Alia circa materiam Regreſſus videri po-
terunt apud Pariſ.*de reſignat.lib.6.c.5*.Tuſch.
*litera R. concluſ.* 90. & de intellectu *d. cap. ſi*
*beneficia*, plura tradit Cokier *in tract. de per-*
*mut.benefic. part.3.cap.9.n.5*. & de euictione
beneficiorum permutatorum quædam vtilia
& notabilia refert D. Paſtor I. D. Aquenſis *in*
*ſuo tractat. de benefic.lib.3.tit.11.num.12.*

## CAPVT XLVII.

### *ARGVMENTVM.*

QVI Regreſſum intentauit ad beneficium reſignatum, vtrum ſibi præiudicet quominus poſſit penſiones exigere, vel petere, & vtrùm per talem exactionem, vel petitionem ſibi præiudicet in actione Regreſſus? Quid ſi exigat etiam penſiones in futurum decurrendas, & vtrùm iuramenti vis faciat, vt vtrumque, nempe Penſionem ſimul & Regreſſum petere poſſit? Recipiens penſionem vtrum ſibi præiudicet in actione Regreſſus, per varios caſus explicatur. Penſionem exigens quomodo ſuam proteſtationem concipere debeat, vt ſibi non præiudicet in Regreſſu. Quid dicendum ſit, ſi petitio, vel exactio facta fuerit per procuratorem.

### SVMMARIVM.

1 *Colonus quamuis penſionem domino ſoluat, non liberatur ab obligatione ſuæ locationis.*

2 *Emphyteuta dum expellitur, debet ſoluere totius temporis penſionem.*

3 *Solutio penſionis nihil habet commune cum Regreſſu.*

4 *Penſionarius qui agit ad Regreſſum, illi tacitè renuntiat ſi petat penſiones à reſignatario.*

5 *Dominus directus recipiens canonem, ſibi præiudicat in petitione caducitatis.*

6 *Eodem modo receditur à Regreſſu per petitionem penſionis, quo per illius exactionem.*

7 *Receditur à Regreſſu per petitionem penſionum tam præteritarum quàm futurarum.*

8 *Proteſtatio contraria Penſionarij, non impedit quominus receptis penſionibus excludatur à Regreſſu.*

9 *Hoc procedit quando Penſionarius exigit penſiones tam præteritas, quàm futuras.*

10 *Si Penſionarius proteſtatus fuerit quod nolebat ſibi præiudicare in Regreſſu, recipiendo penſionem, & Titularis debitor huic proteſtationi non contradixerit, Penſionarius non excluditur à petitione Regreſſus.*

11 *Si debitor penſionis ſoluendo dixerit non eſſe locum Regreſſui, ſibi non præiudicat, & ius ſibi ſaluum manet.*

12 *Si reſignatarius promiſerit cum iuramento ſoluere penſionem, poteſt Penſionarius & penſionem & regreſſum petere.*

13 *Clauſula*, Rato manente pacto, *quæ ineſt iuramento, facit vt penſio ſimul & regreſſus intentari queant.*

14 *Regulariter agi non poteſt ſimul ad pœnam, & ad implementum.*

15 *Propter vim iuramenti pœna ſimul & implementum peti poſſunt.*

16 *Explicantur varij caſus qui conſiderari poſſunt dum dubitatur vtrum ſimul peti poſſint penſio & regreſſus.*

17 *Primus caſus eſt, quando creditor recipit duntaxat penſionem, & tunc per eius receptionem renunciatur tacitè Regreſſui.*

18 *Mora debitoris tam in penſione, quàm in emphyteuſi, celeri ſatisfactione purgatur.*

19 *Secundus caſus, quando creditor intentauit iudicium pro penſione, nihilque petiit circa regreſſum; nam hoc etiam caſu ſibi præiudicat in regreſſu per receptionem penſionis.*

20 *Pacta reſolutiua nihil operantur, niſi volente eo, ad cuius fauorem appoſita ſunt.*

21 *Tertius caſus, quando intentatum quidem fuit iudicium regreſſus, ſed Penſionarius recepit penſionem cum proteſtatione, quod non intendit ſibi præiudicare quoad regreſſum; & hoc caſu videtur verius & æquius, Penſionarium eo non obſtante excludendum à Regreſſu.*

22 *Solutio penſionis lite pendente facta non purgat moram, quando actio fuit intentata ad nullitatem penſionis; ſecus ſi tantùm actum fuerit circa penſionis ſolutionem.*

23 *Quartus caſus eſt, quando actum fuit tam pro ſolutione penſionis, quàm pro regreſſu; & hoc caſu attendenda ſunt verba ſententiæ, & alia de quibus hic.*

24 *Si Iudex ſimul iudicauerit, tam ſuper penſione, quàm ſuper Regreſſu, tunc recipiendo penſionẽ Penſionarius ſibi non præiudicat in Regreſſu, etiam ſi receperit ſine proteſtatione.*



25 *Conſenſus Penſionarij non poteſt reconualidare penſionem, quam Penſionarius extinxiſſe cenſetur per ſententiam Regreſſus adiudicatoriam.*

26 *Intellige hoc procedere, quando ſententia fecit tranſitum in rem iudicatam; ſecus ſi eſſet per appellationem ſuſpenſa.*

27 *Quæ ſit differentia inter receptionem penſionum præteriti temporis, & futuri, dum tractatur de tacita renunciatione Regreſſus.*

28 *Quomodo debeat concipi proteſtatio recipientis penſionem, vt ſibi non præiudicet in Regreſſu.*

29 *Procurator Penſionarij non præiudicat domino quoad Regreſſum recipiendo penſionem, niſi dominus expreſsè, vel tacitè ratificauerit.*

1 HVIVS quæſtionis reſolutio non eſt
diſſimilis ab illa, qua quæritur
vtrum Dominus directus recipiens
canonem, aut laudimium, ſibi præiudicet
quoad ius Commiſſi & Caducitatis. Contra
Titularem, quod ſoluta penſione poſſit cogi
ad dimittendum beneficium vigore Regreſ-
ſus, facit textus *in l. colonus, ff.locati*, vbi colo-
nus quamuis domino penſionem ſeu merce-
dem perſoluerit, poteſt nihilominus à con-
ductione expelli: quod confirmatur per text.
2 *in authent. qui rem, C. de ſacroſ. Eccleſ.* † vbi
dicitur emphyteutam non ſoluentem cano-
nem intra biennium, expelli poſſe, ita ta-
men vt ſoluat totius anteacti temporis pen-
ſionem. Præterea renunciatio Regreſſus per
receptionem penſionis, dependet ex tacita
quadam recipientis voluntate, quæ non de-
bet extendi vltra id quod ex ipſo actu de ne-
ceſſitate infertur, Surd. *conſil.* 52. *num.* 73.
3 † & cùm penſio & Regreſſus ſint duo diuer-
ſa, & ex diuerſis cauſis prodeãt, nempe Pen-
ſio ex reſeruatione, Regreſſus verò ex con-
tumacia debitoris, ex vno ad aliud nihil in-
ferri poſſe videtur.
4 Sed tamen contrariam ſententiam tuen-
tur Clar. *in §.Emphyteuſis, quæſt.* 10.*poſt prin-
cip.*Surd. *deciſ.* 317.*num.* 14.Gratian. *diſcept.*
637.*num.* 38. *& ſequent.* Gigas *de penſionib.*
5 *quæſt.*73. *n.*5.vbi apertè deciditur † Penſio-
narium ſibi præiudicare in Regreſſu per re-
ceptionem penſionum, adinſtar Domini di-
recti, qui recipiendo canones ſibi præiudicat
in petitione caducitatis: quod etiam tenent
multi, quos citat & ſequitur Hodiern. ad
Surd. *deciſ.* 6. *n.*8. *& ſequent.*Mantic.*de tacit.
conuent.lib.*22.*tit.*33.
6 Quod Ampliatur *primò* per DD. vt ad
effectum remittendi caducitatem, perinde
ſit petere penſionem, aut illam reciperet:
Salycet. *in l. commiſſoriæ, verſic. & faciunt hæc
quod ſi dominus: C.de pact.inter empt. & vendit.*
Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 1.*gloſſ.*2.*n.*64.
Ampliatur *ſecundò*, ſiue actũ fuerit ad pen- 7
ſiones pro tempore præterito, ſeu pro futu-
ro: Gratian.*diſcept.forenſ.d.cap.*633.*num.*40.
Ampliatur *Tertiò* vt procedat, non obſtan- 8
te proteſtatione in contrarium facta per
Penſionarium, Vincent. de Franch. *deciſ.*48.
*num.* 6. *&* 7. Hodiern. *ad d. deciſ.* 6. *num.* 9.
illa ſiquidem † proteſtatio tãquam contraria 9
facto, non releuat, nec impedit quin Penſio-
narius excludatur à Regreſſu. Quod tamen
ſic intelligit Gigas *de penſ. quæſt.*73 .*num.* 6.
*&* 7. vt locum non habeat, quando Penſiona-
rius præteritas penſiones reciperet, etiam
cum proteſtatione; ſecus ſi reciperet tam
præteritas quàm futuras, quia proteſtatio
non releuaret tanquam contraria facto: Ad-
ditio ad Burat. *deciſ.*617. *num.* 8. fuſè Amic.
*de iure Emphyteut.quæſt.*34. *per totam.*
Si tamen debitor penſionis huic proteſta- 10
tioni acquieuerit, ſeu non contradixerit,
Penſionarius non impeditur Regreſſum in-
tentare; Addit. *ad d. deciſ.* 617. Burat. *in* 2.
*ampliatione, verſic. præterea habet locum:*
quia ſibi debet imputare, cùm huic proteſta-
tioni non contradixerit; non enim opus
eſt, vt ſibi non præiudicet, debitorem ex-
preſsè diſſentire: immo ſufficit illum non
contradicere; quia niſi contradicat, cenſetur
conſenſum præbere tali proteſtationi: Iaſ. *in
l.*2.*num.*127.*C.de iur. emphyt.*Curt.ſen.*conſ.*81.
*num.* 2. † ſed ſi emphyteuta contra Domini
proteſtationem, aut penſionis debitor dixe- 11
rit, non eſſe priuationi locum, ſibi non præiu-
dicat: Mantic. *de tacit. conuent. lib.*22.*tit.*33.
*num.* 8. *verſic. cæterum:* Additio ad Burat. *di-
cta deciſ.* 617. *num.*8.*verſic. cenſetur tamen.*
Prætérea notandum eſt, Penſionarium
ſimul penſionem petere, & regreſſum inten- 12
tare poſſe, quando reſignatarius penſionem
ſoluere promiſit cum iuramento: quia iura-
mentum habet vim clauſulæ, *Rato manente
pacto*, Tuſch. *litera C. concluſ.* 300. *num.* 4.
† Illa autem Clauſula operatur, vt tam pœ- 13
na quàm debitum principale ſimul exigi
poſſit, *l.qui fidem, ff. de tranſact.* ſicut Domi-
nus & pœnam & Commiſſum vigore illius
clauſulæ petere poteſt: Tuſch. *ibid. num.* 11.
Marta *de clauſul. part.* 1. *clauſ.* 131. *num.* 1.
Barboſ.*clauſ.*128.*num.*7.
Et per hanc rationẽ memini me anno 1624.
reſpondiſſe, quod cum quidam ſe obligaſſet
cum iuramento remittere libros & protocol-
la cuiuſdam Notarij defuncti, liberis eiuſ-
dem, ſub pœna centum ſcutorum in caſum
non implementi, cogi poterat ad ſolutionem

Alia circa materiam Regreſſus videri poterunt apud Pariſ. *de reſignat. lib.6.c.5.* Tuſch. *litera R. concluſ.* 90. & de intellectu *d. cap. ſi beneficia*, plura tradit Cokier *in tract. de permut. benefic. part.3. cap.9. n.5.* & de euictione beneficiorum permutatorum quædam vtilia & notabilia refert D. Paſtor I. D. Aquenſis *in ſuo tractat. de benefic. lib.3. tit.11. num.12.*

# CAPVT XLVII.

## *ARGVMENTVM.*

QVI Regreſſum intentauit ad beneficium reſignatum, vtrum ſibi præiudicet quominus poſſit penſiones exigere, vel petere, & vtrùm per talem exactionem, vel petitionem ſibi præiudicet in actione Regreſſus? Quid ſi exigat etiam penſiones in futurum decurrendas, & vtrùm iuramenti vis faciat, vt vtrumque, nempe Penſionem ſimul & Regreſſum petere poſſit? Recipiens penſionem vtrum ſibi præiudicet in actione Regreſſus, per varios caſus explicatur. Penſionem exigens quomodo ſuam proteſtationem concipere debeat, vt ſibi non præiudicet in Regreſſu. Quid dicendum ſit, ſi petitio, vel exactio facta fuerit per procuratorem.

### SVMMARIVM.

1 *Colonus quamuis penſionem domino ſoluat, non liberatur ab obligatione ſuæ locationis.*
2 *Emphyteuta dum expellitur, debet ſoluere totius temporis penſionem.*
3 *Solutio penſionis nihil habet commune cum Regreſſu.*
4 *Penſionarius qui agit ad Regreſſum, illi tacitè renuntiat ſi petat penſiones à reſignatario.*
5 *Dominus directus recipiens canonem, ſibi præiudicat in petitione caducitatis.*
6 *Eodem modo receditur à Regreſſu per petitionem penſionis, quo per illius exactionem.*
7 *Receditur à Regreſſu per petitionem penſionum tam præteritarum quàm futurarum.*
8 *Proteſtatio contraria Penſionarij, non impedit quominus receptis penſionibus excludatur à Regreſſu.*
9 *Hoc procedit quando Penſionarius exigit penſiones tam præteritas, quàm futuras.*
10 *Si Penſionarius proteſtatus fuerit quod nolebat ſibi præiudicare in Regreſſu, recipiendo penſionem, & Titularis debitor huic proteſtationi non contradixerit, Penſionarius non excluditur à petitione Regreſſus.*
11 *Si debitor penſionis ſoluendo dixerit non eſſe locum Regreſſui, ſibi non præiudicat, & ius ſibi ſaluum manet.*
12 *Si reſignatarius promiſerit cum iuramento ſoluere penſionem, poteſt Penſionarius & penſionem & regreſſum petere.*
13 *Clauſula,* Rato manente pacto, *quæ ineſt iuramento, facit vt penſio ſimul & regreſſus intentari queant.*
14 *Regulariter agi non poteſt ſimul ad pœnam, & ad implementum.*
15 *Propter vim iuramenti pœna ſimul & implementum peti poſſunt.*
16 *Explicantur varij caſus qui conſiderari poſſunt dum dubitatur vtrum ſimul peti poſſint penſio & regreſſus.*
17 *Primus caſus eſt, quando creditor recipit duntaxat penſionem, & tunc per eius receptionem renunciatur tacitè Regreſſui.*
18 *Mora debitoris tam in penſione, quàm in emphyteuſi, celeri ſatisfactione purgatur.*
19 *Secundus caſus, quando creditor intentauit iudicium pro penſione, nihilque petiit circa regreſſum; nam hoc etiam caſu ſibi præiudicat in regreſſu per receptionem penſionis.*
20 *Pacta reſolutiua nihil operantur, niſi volente eo, ad cuius fauorem appoſita ſunt.*
21 *Tertius caſus, quando intentatum quidem fuit iudicium regreſſus, ſed Penſionarius recepit penſionem cum proteſtatione, quod non intendit ſibi præiudicare quoad regreſſum; & hoc caſu videtur verius & æquius, Penſionarium eo non obſtante excludendum à Regreſſu.*
22 *Solutio penſionis lite pendente facta non purgat moram, quando actio fuit intentata ad nullitatem penſionis; ſecus ſi tantùm actum fuerit circa penſionis ſolutionem.*
23 *Quartus caſus eſt, quando actum fuit tam pro ſolutione penſionis, quàm pro regreſſu; & hoc caſu attendenda ſunt verba ſententiæ, & alia de quibus hic.*
24 *Si Iudex ſimul iudicauerit, tam ſuper penſione, quàm ſuper Regreſſu, tunc recipiendo penſionē Penſionarius ſibi non præiudicat in Regreſſu, etiam ſi receperit ſine proteſtatione.*



25 *Conſenſus Penſionarij non poteſt reconualidare penſionem, quam Penſionarius extinxiſſe cenſetur per ſententiam Regreſſus adiudicatoriam.*
26 *Intellige hoc procedere, quando ſententia fecit tranſitum in rem iudicatam; ſecus ſi eſſet per appellationem ſuſpenſa.*
27 *Quæ ſit differentia inter receptionem penſionum præteriti temporis, & futuri, dum tractatur de tacita renunciatione Regreſſus.*
28 *Quomodo debeat concipi proteſtatio recipientis penſionem, vt ſibi non præiudicet in Regreſſu.*
29 *Procurator Penſionarij non præiudicat domino quoad Regreſſum recipiendo penſionem, niſi dominus expreſſè, vel tacitè ratificauerit.*

1 HVIVS quæſtionis reſolutio non eſt diſſimilis ab illa, qua quæritur vtrum Dominus directus recipiens canonem, aut laudimium, ſibi præiudicet quoad ius Commiſſi & Caducitatis. Contra Titularem, quod ſoluta penſione poſſit cogi ad dimittendum beneficium vigore Regreſſus, facit textus *in l. colonus, ff. locati,* vbi colonus quamuis domino penſionem ſeu mercedem perſoluerit, poteſt nihilominus à conductione expelli: quod confirmatur per text.
2 *in authent. qui rem, C. de ſacroſ. Ecoleſ.* † vbi dicitur emphyteutam non ſoluentem canonem intra biennium, expelli poſſe, ita tamen vt ſoluat totius anteacti temporis penſionem. Præterea renunciatio Regreſſus per receptionem penſionis, dependet ex tacita quadam recipientis voluntate, quæ non debet extendi vltra id quod ex ipſo actu de neceſſitate infertur, Surd. *conſil.* 52. *num.* 73.
3 † & cùm penſio & Regreſſus ſint duo diuerſa, & ex diuerſis cauſis prodeāt, nempe Penſio ex reſeruatione, Regreſſus verò ex contumacia debitoris, ex vno ad aliud nihil inferri poſſe videtur.

4 Sed tamen contrariam ſententiam tuentur Clar. *in §. Emphyteuſis, quæſt.* 10. *poſt princip.* Surd. *deciſ.* 317. *num.* 14. Gratian. *diſcept.* 637. *num.* 38. *& ſequent.* Gigas *de penſionib.*
5 *quæſt.* 73. *n.* 5. vbi apertè deciditur † Penſionarium ſibi præiudicare in Regreſſu per receptionem penſionum, adinſtar Domini directi, qui recipiendo canones ſibi præiudicat in petitione caducitatis: quod etiam tenent multi, quos citat & ſequitur Hodiern. ad Surd. *deciſ.* 6. *n.* 8. *& ſequent.* Mantic. *de tacit. conuent. lib.* 22. *tit.* 33.

6 Quod Ampliatur *primò* per DD. vt ad effectum remittendi caducitatem, perinde ſit petere penſionem, aut illam recipere: Salycet. *in l. commiſſoriæ, verſic. & faciunt hæc quod ſi dominus: C. de pact. inter empt. & vendit.* Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 1. *gloſſ.* 2. *n.* 64.

Ampliatur *ſecundò*, ſiue actū fuerit ad pen- 7
ſiones pro tempore præterito, ſeu pro futuro: Gratian. *diſcept. forenſ. d. cap.* 633. *num.* 40.

Ampliatur *Tertiò* vt procedat, non obſtan- 8
te proteſtatione in contrarium facta per Penſionarium, Vincent. de Franch. *deciſ.* 48. *num.* 6. *&* 7. Hodiern. *ad d. deciſ.* 6. *num.* 9.
illa ſiquidem † proteſtatio tāquam contraria 9
facto, non releuat, nec impedit quin Penſionarius excludatur à Regreſſu. Quod tamen ſic intelligit Gigas *de penſ. quæſt.* 73. *num.* 6. *&* 7. vt locum non habeat, quando Penſionarius præteritas penſiones reciperet, etiam cum proteſtatione; ſecus ſi reciperet tam præteritas quàm futuras, quia proteſtatio non releuaret tanquam contraria facto: Additio ad Burat. *deciſ.* 617. *num.* 8. fusè Amic. *de iure Emphyteut. quæſt.* 34. *per totam.*

Si tamen debitor penſionis huic proteſta- 10
tioni acquieuerit, ſeu non contradixerit, Penſionarius non impeditur Regreſſum intentare; Addit. *ad d. deciſ.* 617. Burat. *in* 2. *ampliatione, verſic. præterea habet locum:* quia ſibi debet imputare, cùm huic proteſtationi non contradixerit; non enim opus eſt, vt ſibi non præiudicet, debitorem expreſſè diſſentire: immo ſufficit illum non contradicere; quia niſi contradicat, cenſetur conſenſum præbere tali proteſtationi: Iaſ. *in l.* 2. *num.* 127. *C. de iur. emphyt.* Curt. ſen. *conſ.* 81. *num.* 2. † ſed ſi emphyteuta contra Domini
proteſtationem, aut penſionis debitor dixe- 11
rit, non eſſe priuationi locum, ſibi non præiudicat: Mantic. *de tacit. conuent. lib.* 22. *tit.* 33. *num.* 8. *verſic. cæterum:* Additio ad Burat. *dicta deciſ.* 617. *num.* 8. *verſic. cenſetur tamen.*

Præterea notandum eſt, Penſionarium
ſimul penſionem petere, & regreſſum inten- 12
tare poſſe, quando reſignatarius penſionem ſoluere promiſit cum iuramento: quia iuramentum habet vim clauſulæ, *Rato manente pacto*, Tuſch. *litera C. concluſ.* 300. *num.* 4.
† Illa autem Clauſula operatur, vt tam pœ- 13
na quàm debitum principale ſimul exigi poſſit, *l. qui fidem, ff. de tranſact.* ſicut Dominus & pœnam & Commiſſum vigore illius clauſulæ petere poteſt: Tuſch. *ibid. num.* 11. Marta *de clauſul. part.* 1. *clauſ.* 131. *num.* 1. Barboſ. *clauſ.* 128. *num.* 7.

Et per hanc rationē memini me anno 1624. reſpondiſſe, quod cum quidam ſe obligaſſet cum iuramento remittere libros & protocolla cuiuſdam Notarij defuncti, liberis eiuſdem, ſub pœna centum ſcutorum in caſum non implementi, cogi poterat ad ſolutionem

pœnæ, & ſimul ad traditionem ſcriptura-
14 rum: Quia licèt in multis caſibus quis non poſſit agere ſimul ad implementum, & ad pœnam ſubrogatam in locum illius quod intereſt; ſed alterutra debeat eſſe contentus, Surd. *deciſ.*304. *num.* 9. *& deciſ.*307. *num.*8. Galganet. *in tract. de condit. & demonſtr. part.* 2. *cap.* 5. *quæſt.* 19. *verſic. ſed in hac quæſtione:*
15 DD. *in l. cum proponas, C. de tranſact.* † Tamen in caſu illo, propter clauſulam, *Rato manente pacto*, dixi poſſe vtrumque peti, nempe implementum & pœnam: vt per DD. omnes *in d. l. cum proponas*, & maximè Padilla *num.* 2. quæ clauſula licet non eſſet expreſſa in dicto contractu, tamen habebatur pro expreſſa propter virtutem iuramenti in illo appoſiti, ex Marta *de clauſul. part.* 1. *cap.* 141. *num.*4. Padill. *d. num.* 2. Et quæ in illo caſu dicta ſunt, eodem modo locum habent quando agitur de penſione Eccleſiaſtica, vt ſtante obligatione iurata, & clauſula, *Rato manente pacto*, quæ in illa ſubintelligitur, ſimul penſio peti poſſit, & regreſſus intentari; vt in iiſdem terminis probat Barboſ. *in praxi exigendi penſ. quæſt.* 10. *num.* 5. *&* 6.

16 Hæc autem ſic generaliter dicta, meliùs explicantur, conſiderando varios caſus, qui hac in re contingere poſſunt, poſt Gambar. *de Legato, lib.*6.

17 Primus igitur caſus eſt de eo, qui ſi voluiſſet, poterat habere Regreſſum, quia terminus ſoluendi penſionem lapſus erat; & nihilominus ſimpliciter penſionem recepit ſine aliqua proteſtatione, quia cùm regreſſum intentare, vel non intentare, ab illius voluntate dependeat, dum ipſe ſimpliciter ſolutionem recipit, cenſetur Regreſſui re-
18 nunciare; † cum per promptam & celerem ſatisfactionem in hac penſionum materia mora purgetur: ita concludit Gambar. *d. lib.* 6. *num.*480. Quemadmodum in emphyteuta idem ſtatuendum eſt; vt probat Mantic. *de tacit. conuent. lib.* 22. *tit.* 33. *num.* 3. vbi plurimos DD. huius ſententiæ comprobatores allegat: Idem *deciſ.* 200. *num.* 1. Surd. *deciſ.*317. *num.* 26.

19 Secundus caſus eſt, ſi quis egit in iudicio ad conſecutionem penſionis ſibi debitæ, nec vllam Regreſſus mentionem fecit: deinde verò penſionem ſimpliciter, & ſine proteſtatione recepit: Et hoc etiam caſu cenſetur renunciare Regreſſui per eum intentato, quia cùm penſionem exegerit, videtur ceſſare omnis pœna, quæ propter magnam debitoris proteruiam & contumaciam fuit introducta: *l. ſi emptorem*, *§. final. l. poſt diem, ff. de lege commiſſ.* vbi ſi venditor poſt moram emptoris recipiat pretium, videtur à pœna contractus receſſiſſe, quæ erat, quod res eſſet inempta; † nam pacta reſolutiua non ſortiuntur 20
effectum, niſi Pars, ad cuius fauorem appoſita ſunt, illis vti voluerit: *l.* 1. *ff. de lege commiſſ. l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact.* Mantic. *de tacit. conuent. lib.*4. *tit.*29. *num.*9. *&* 15. & ita concludit Gambar. *dicto lib.*6. *num.*482.

Tertius eſt caſus, quando poſt intentatum 21
iudicium, Penſionarius recipit ſolutionem cum proteſtatione quod non intendit præiudicare Regreſſui: In quo caſu licet Barboſ. *in d. praxi exigendi penſiones, quæſt.* 10. *num.* 11. *verſic. ſed hæc reſolutio*: videatur facere difficultatem ex Doctrina Gigant. *d. tract. de penſ. qu.*73. *num.*7. & Surd. *dicta deciſ.*317. *num.*26. Tamen reſolutio petenda eſt ex ſuperiùs adductis, nempe videndum eſt, an Titularis proteſtationi acquieuerit, ſeu non contradixerit; nam illo non contradicente proteſtatio releuat, & proteſtantem iuuat, vt *ſuprà* dictum eſt.

Ego verò, negotio attentè conſiderato, exiſtimo difficile eſſe, vt poſtquam Penſionarius recepit ſolutionem, poſſit audiri in Regreſſu per eum intentato: credo ſiquidem proteſtationem illam vti facto contrariam non releuare; quia certum eſt quod debitor excludit Regreſſum penſionarij quotieſcunque celeri ſatisfactione, ſoluit, & moram purgat; vt ſuperiùs fuit probatum: maximè ex æquitate Canonica, & ex obſeruatione Rotæ Romanæ.

Quod procedit, quando Regreſſus pe- 22
titur propter denegatam ſolutionem; ſecus autem eſſe credo, ſi Regreſſus peteretur propter intentatam nullitatem penſionis per poſſeſſorem beneficij, & lite pendente Penſionarius fuiſſet in poſſeſſione exigendi manutentus, tunc enim ſolutio penſionis non purgat culpam debitoris, quæ non tam conſiſtit in denegatione ſolutionis, quàm in impugnatione penſionis; quæ culpa non tollitur per ſolutionem cum proteſtatione admiſſam: inter enim duos iſtos caſus Regreſſus intentati ex capite denegatæ ſolutionis, aut ex capite intentatæ per Titularem nullitatis, non modica eſt differentia; vt aduertit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.*40. *n.*287. *& ſeqq.*

Quartus caſus eſt, quando Penſionarius 23
egit ad vtrumque, nempe ad ſolutionem penſionis, & ſimul ad Regreſſum: Et hoc caſu attendenda ſunt verba ſententiæ; Aut enim Iudex pronunciauit ſuper altero ex duobus, aut ſuper vtroque, aut ſuper nullo; quod idem eſt, cùm vnum veniat in conſequentiam alterius. Si ſuper nullo, videtur de rigore iuris proteſtationem iuuare Penſionarium, vt per receptionem penſionis ſibi non præiudicet in petitione Regreſſus, tamen ex æquitate ab illo excludendus eſt per receptionem



receptionem penſionis præteriti temporis; quia cùm petierit penſionem ſimul & regreſſum, & contentus fuerit ſolutione penſionis, per quam omnis mora purgatur, acceptando vnum ex duobus petitis, alteri renuntiaſſe videtur. Et iſtam diſtinctionem inter penſionem præteriti temporis, & futuri, conſiderat Gambar. *dicto lib.* 6. *num.* 491. *&* 492. ſequitur Barboſ. *in dicta praxi exig. penſion. quæſt.* 10. *n.* 12. *circa finem.*

24 Sed ſi Iudex ſuper vtroque pronunciauerit, videlicet tam ſuper ſolutione penſionis, quàm ſuper Regreſſu; tunc Penſionarius recipiendo penſionem, ſiue cum proteſtatione, ſiue ſine ea, ſibi non præiudicat, quominus poſt receptam ſolutionem poſſit intentare Regreſſum, quia imputandum eſt debitori penſionis, cur vſque ad ſententiam perſeuerauerit, & moram congruo tempore per effectualem ſolutionem non purgauerit: & hoc ſiue agatur de penſionibus præteritis, ſiue de futuris, cùm per ſententiam, à qua non fuit appellatum, titulus poſſeſſoris iam fuerit reſolutus & conſolidatus in perſona Penſionarij: collatio quippe vigore Regreſſus ab initio per Papam reſeruati, cenſetur facta Penſionario, vt ex tunc, propter moram Titularis: vt per Achill. de Graſſ. *deciſ.*7.
25 *num.* 4. *de renunciat.* † neque conſenſus Penſionarij poteſt mederi iacturæ & amiſſioni iuris ipſius Titularis, cùm per ſententiam in iudicatum tranſactam fuerit quæſitum irreuocabiliter ius Penſionario, quod ab eo auferri, & ad Titularem tranſire non poteſt ſine noua Pontificis conceſſione: Gambar. *d.*
26 *lib.*6. *de Legato, num.* 484. † Dixi, ſi ſententia tranſitum fecerit in rem iudicatam: quia ſi illa eſſet per appellationem ſuſpenſa, ius non eſſet quæſitum Penſionario irreuocabiliter, & per conſequens Titularis poſſet ſine noua Pontificis conceſſione ad ſuum beneficium reuerti; vt patet ex notatis *in addit.* ad Burat. *deciſ.*528. *num.*5. *vſque ad finem.*

Et ex ſupradictis colligitur reſpõſio ad iura in principio huius Quæſtionis adducta, quæ debent explicari iuxta diſtinctionem & varietatem caſuum, ſuperiùs in diſcurſu explicatorum; nempe vt locum non habeant ex æquitate Canonica. Item nec locum habeant, quando recipiuntur penſiones temporis futuri, & iuxta alias declarationes ſuperiùs adductas. Et omnibus bene ſatisfacit in terminis emphyteutæ, Amic. *de iur. emphyt. quæſt.*33. *num.*9. *& ſeqq.* † Et hanc diffe- 27
rentiam inter recipientem penſiones præteriti temporis, & futuri, agnoſcunt DD. de emphyteuſi loquentes, veluti Gratian. *diſcept.* 152. *num.* 12. *& ſeqq.* Cald. *de extinct. emphyt. lib.*4. *cap.* 11. *num.*16. Trentacinq. *lib.*3. *tit. de iur. emphyt. reſolut.*4. *ſub num.*4.

Aduertendo, quod nulla *hic* debet fieri differentia inter petentem, & recipientem penſiones; Gratian. *dicto cap.* 152. *num.* 21. Blancard. *in notis* ad Amed. *de laudem. nota* 1. Hodierna ad Surd. *deciſ.* 6. *num.* 11. † Quo- 28
modo autem concipienda ſit proteſtatio, vt recipiens penſiones ſibi non præiudicet, videri poteſt apud Hodiern. *dicta deciſ.*6. *num.* 14. *&* 15. vbi dicit quod Dominus directus (quod & ad Titularem adaptari debet,) faciat proteſtationem, quod percipit penſiones tanquam fructus rei ſuæ, & vti ab iniuſto detentore ſolutas.

Aduertendum etiam eſt, quod ſi procura- 29
tor Penſionarij exegerit penſionem, non præiudicat Domino, niſi habeat ſpeciale mandatum; *l. contra iuris, §. fin. ff. de pact. l. ſi quis delegauerit, ff. de nouat.* Quod intelligendum eſt, niſi Dominus penſionem ſolutam procuratori non reſtituerit, poſtquam ſciuit, quia tunc factum procuratoris ratum habuiſſe videtur: Bart. *in leg. quo enim, §.* 1. *ff. rem rat. haberi*, Ruyn. *conſil.* 151. *num.* 12. *verſic. inſuper, & num.* 13. *vol.* 1. Mantic. *de tacit. conuent. lib.* 22. *tit.* 33. *num.* 9. *&* 10.

## CAPVT XLVIII.

### ARGVMENTVM.

CAVSAM Regreſſus tanquam præiudicialem, in primis & ante omnia tractandam eſſe, maximè quando in conceſſione penſionis adeſt illa clauſula, *quod de nullitate dici non poſſit &c.* Et quæ ſit illius clauſulæ efficacia? Quid ſi opponatur de notorio defectu intentionis Papæ? Sed quod tunc intentari poſſit iudicium ſpolij demonſtratur, tam contra primum, quàm contra ſecundum reſignatarium. Hæc autem cauſa ſpolij eſt priuilegiata, adeo vt ab ea reijciantur omnia quæ titulum, vel proprietatem reſpi-

ciunt; quamuis hæc actio non competat Tertio nouam penſionem obtinenti ſuper eodem beneficio poſt primam extinctam, non obſtante ſubrogatione, & aliis clauſulis prægnantibus. Spolium competit, ſi opponatur nullitas reſignationis, dummodo actor habeat titulum coloratum: Ex ex quibus titulus coloratus dicatur? Denique agitur de appellatione à Declaratoria Regreſſus, vel Excommunicationis.

SVMMARIVM.

1 *In Iudicio Regreſſus requiritur ſententia illius canonizatoria, & hæc quæſtio eſt præiudicialis.*

2 *Quæ ſit vis illius clauſulæ appoſitæ in reſcripto penſionis,* quod de illius nullitate dici non poſſit.

3 *Exceptio de iure valida aduersùs penſionem admittitur, non obſtante quod in reſcripto fuerit dictum, quod de nullitate dici non poſſit.*

4 *Regreſſus excluditur ſi conſtet de notorio defectu intentionis Papæ.*

5 *Sed hoc caſu datur remedium actionis ſpolij fauore reſignantis.*

6 *Actio ſpolij datur contra reſignatarium reſignatarij.*

7 *Intentato per reſignantem ſpolio aduersùs Penſionarium, non poſſunt contra illum opponi exceptiones requirentes altiorem indaginem.*

8 *Spoliatus non tenetur reſpondere Penſionario nullitatem alleganti.*

9 *Hoc tamen ſpolij remedium non competit Tertio Penſionario, qui numquam poſſedit, ſi penſio iam extincta illi data fuerit.*

10 *Remedium ſpolij non datur Titulari qui poſſeſſionem non accepit, & Litteras non expediuit.*

11 *Ampliatur hoc vt procedat non obſtantibus clauſulis prægnantibus, quando penſio noua fuit creata ſuper beneficio pleno.*

12 *Actio ſpolij non datur Tertio, ad cuius fauorem noua penſio fuit conceſſa, quamuis fuerit ſubrogatus in ius & locum illius, cui prima penſio debebatur.*

13 *Quando Reſignatarius agit ad nullitatem penſionis, tunc oritur certum & verum ſpolium, quod continet reſtitutionem poſſeſſionis, & fructuum.*

14 *Is, cui penſio reſeruata debetur, non agit ſpolio, niſi habeat titulum coloratum.*

15 *Defectus tituli non nocet reſeruatario penſionis, niſi probetur per confeſſionem, vel per rem iudicatam.*

16 *Reſolutiones Rotæ non probant rem iudicatam, niſi etiam producatur ſententia in conſequentiam illarum lata.*

17 *Is qui ſibi penſionem reſeruauit ad fundandum ſpolij iudicium, dicitur habere titulum coloratum, qui conceſſus fuit ab eo qui authoritatem habebat illum concedendi.*

18 *Qui paſſus eſt de nullitate cognoſci, ſibi præiudicat in actione ſpolij, ſi per probationes titulus fuerit diſcoloratus.*

19 *Vtilius eſt intentare actiones executiuas pro obtinenda penſionis ſolutione.*

20 *Sententia ſimpliciter prolata canonizatoria Regreſſus admittit appellationem tam ſuſpenſiuam, quàm deuolutiuam.*

21 *Quando non fuit actum ad canonizationem ſimplicem Regreſſus, ſed actum fuit executiuè vigore Literarum, aut iudicio ſpolij, attendenda ſunt verba ſententiæ, vt ſciatur an ſit locus appellationi.*

22 *Si petatur, debitorem penſionis declarari excommunicatum ob non ſolutionem penſionis, non datur hoc caſu appellatio ſuſpenſiua à Declaratoria excommunicationis.*

23 *Quando Appellatio præcedit ſententiam excommunicationis, executio aduersùs Penſionarium ſuſpenditur, & ſententia contra eum lata, declaratoria excommunicationis, eſt nulla.*

24 *A ſententia excommunicationis quibus caſibus appellari poſſit, vel non, remiſſiuè.*

NOTANDVM eſt circa hanc materiam 1 Regreſſus, quod Cauſa Regreſſus eſt præiudicialis actioni intentatæ ſuper reductione penſionis, illámque abſorbet: nam eo ipſo quod reſignatarius non vult ſoluere penſionem promiſſam, vel contraueniens pacto inito, illius reductionem petit, locus eſt Regreſſui & conſolidationi iuris in perſona reſignantis, canonizato in primis Regreſſu per ſententiam: & ſic Cauſa Regreſſus tanquam præiudicialis impedit proceſſum cauſæ nullitatis, vel reductionis; iuxta *l. fin. C. de ord. cognit.* Marta *de Clauſ. cap.* 278. *num.* 4. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 617. *num.* 35.

Et hoc potiſſimùm locum habet, quando 2 in reſcripto penſionis reſeruatæ adiecta fuit clauſula, *& quod de nullitate dici non poſſit:* quæ clauſula excludit debitorem penſionis à limine Iudicij, niſi tamen nullitates procederent ex iis, quæ fuerunt expreſſa Summo Pontifici; ſemper enim loquimur de qualitatibus



non expreſſis, & quæ ſunt extrinſecæ, dum dicimus excipientem de nullitate, non eſſe audiendum ad retardandum Regreſſus effectum; Felin. *in cap. ſignificaſti, num.* 9. *de offic. Deleg.* Alexand. *conſ.* 77. *num.* 16. *vol.* 3. Mart. *d. clauſ.* 278. *num.* 2.

3 Sed hoc intelligitur de exceptione nulla & inualida, non autem de valida & legitima: ideo clauſula illa intelligitur de facto, & non de iure, vt probat Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *qu.* 3. *num.* 9. vbi propterea dicit, quod per illam clauſulam non excluditur exceptio expreſſi falſi valoris, & ſimiles: ſubdit tamen quod illo caſu Penſionarius regredi poteſt ad ſuum beneficium: quia ſi reſignatio ſit nulla, per conſequens ius non fuit à reſignante abdicatum: vt dicit Idem, *n.* 10.

4 Similiter eliditur actio Regreſſus, ſi opponatur de notorio defectu intentionis Papę; veluti ſi narratum eſſet, penſionem non excedere medietatem fructuum, & manifeſtè probaretur illius exceſſus vltra dictam medietatem: Pariſ. *d. lib.* 6. *quæſt.* 4. *n.* 7. *&* 8.

5 Quamquam illo caſu reſignans poſſet intentare iudicium ſpolij, & eo mediante redintegrari in poſſeſſionem ſui beneficij: Creſcent. *deciſ.* 17. *de reſcript.* Mantic. *deciſ.* 173. *num.* 1. *verſic. ſed tamen reſignans*, Rota *deciſ.* 631. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* Pariſ. *d. lib.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 10. quos citat & ſequitur Lotter. 6 *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 40. *num.* 275. † Idque ſiue agatur contra primum reſignatarium, ſiue contra illius ſucceſſorem, quia conditio ſub illa clauſula, *non aliter &c.* adiecta reſignationi, etiam ſucceſſores in beneficio afficit pro conſeruatione iuris ipſius reſignantis; Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 18. Rota 7 *dicta deciſ.* 631. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* † Et ſupponendum eſt, quod iſta Cauſa ſpolij eſt priuilegiata, & ante omnia ſpoliatus eſt reſtituendus: *cap. literis, de reſtitut. ſpoliat.* nec poteſt exceptio in hoc iudicio opponi, quæ altiorem requirat indaginem, Menoch. *Recuper. poſſeſſ. remed.* 1. *num.* 21. & per conſequens Cauſa Regreſſus eſt in primis iudicanda, & canonizanda; quia agitur de reſtituendo ſpoliatum ad ſuum beneficium, qui non aliter reſignaſſet, niſi habita ſolutione integra ſuæ penſionis, vel regreſſu ad ſuum beneficium. 8 † Neque tenetur reſignans reſpondere ſuper nullitate penſionis, aut illius reductione, quia ſpoliatus non tenetur reſpondere ſpoliatori ſuper cauſa principali: Verall. *deciſ.* 171. *part.* 3.

9 Verum iſta actio ſpolij non competit illi qui numquam beneficium poſſedit, veluti ſi alicuius fauore fuiſſet reſeruata penſio 100. ducatorum ſuper aliquo beneficio, & ille conſenſiſſet extinctioni, & deinde Summus Pontifex eandem penſionem aſſignaſſet cuidam Tertio, ſane Tertius iſte non poſſet ſpolium intentare, cùm numquam poſſederit, & deficiat vnum ex ſpolij extremis, nempe poſſeſſio anterior actoris: Rota *poſt tractatum* Poſtij *de manutenend. deciſ.* 313. *num.* 16. ex regula *l. decem*, & *ibi* Bartol. & alij DD. *ff. de verbor. obligat.* repetita *in recent. deciſ.* 287. *n.* 18. *part.* 5. † vbi dicitur, Regreſſum illi non 10 competere qui beneficij poſſeſſionem non accepit, & Literas non expediuit, ſi ante captam poſſeſſionem, & Literarum expeditionem iuri ſuo reſeruata penſione renunciauit.

Quod procedit, non obſtante quòd pen- 11 ſio huic Tertio reſeruata fuerit cum omnibus clauſulis, exemptionibus, & decretis, provt fuerat reſeruata primo Penſionario; quia Primo, qui beneficium poſſidebat, bene potuit ex ſtylo Datariæ Regreſſus reſeruari, non item huic Tertio qui nunquam beneficij poſſeſſionem adeptus eſt, ſed ante eam captam renunciauit, & reſeruatio cum omnibus clauſulis debet intelligi, congrua congruis referendo, & ſuppoſitis habilibus; non autem fauore illius Tertij, qui incapax erat Regreſſus: quæ tamen non eodem modo procedunt in tranſlatario, vt ſuo loco dictum eſt.

Similiter nihil, quoad concedendum Re- 12 greſſum, operatur clauſula ſubrogationis in ius & locum reſignantis: Quia ſubrogatio non cenſetur complecti iura diuerſa, & in quibus diuerſa viget qualitas: Gratian. *diſcept. forenſ.* 848. *num.* 28. Rota *in Taurinenſ. penſionis* 29. *Maij* 1643. *coram D. Dunozet. n.* 4.

Et per conſequens ille, ad cuius fauorem reſeruata fuit penſio ſuper beneficio iam pleno, non poteſt vti iure Regreſſus, cùm numquam beneficium illud poſſederit: Rota *dicta deciſ.* 287. *n.* 18. *part.* 5. *recent.* & in *aliis deciſ. ſuperiùs allegatis,* & apud Zach. *de obligat. Camer. deciſ.* 249. *a.* 12.

Et ſupradicta omnia confirmantur ex iis, 13 quæ aliàs decidit Rota apud Garſ. *in tract. de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 514. vbi dicitur, quando Reſignatarius agit ad nullitatem penſionis impoſitæ fauore reſignantis ſuum beneficium, cum clauſulis conſuetis, tunc adeſſe verum ſpolium, quod continet reſtitutionem poſſeſſionis, & fructuum damnorum & intereſſe, & ſic datur tam actio, quàm exceptio ſpolij, iuxta notata *in cap.* 1. *de reſtitut. ſpoliat. in* 6. † Nam certum eſt, quod reſignans ſub 14 illa conditione ſolutionis penſionis, *& non aliàs,* non adimpleta conditione, habet actionem ſpolij, dummodo habeat titulum coloratum; Put. *de reſtit. ſpoliat. deciſ.* 14. † contra 15 quod ſpolium dato titulò colorato non poteſt opponi

opponi de defectu ipſius tituli, niſi probetur
per confeſſionem Partis, vel per rem iudica-
tam: non enim dicitur exceptio notoria niſi
probetur illo modo, vt probat Additio ad
Gregor. *deciſ.*107.*num.*3.Burat.*deciſ.*360.*n.*7.
16 † adeo vt non ſufficiat producere reſolutio-
nes Rotæ, niſi etiam producatur ſententia in
vim talis reſolutionis lata; quod notandum
eſt: cùm etiam in Rota Auenionenſi ſcri-
bantur in Libro ad hoc deſtinato concluſio-
nes Rotales, quæ non probant rem iudica-
tam, niſi ſimul producatur ſententia in exe-
quutionem illius reſolutionis lata; vt aduertit
Burat.*deciſ.*158. *n.*8.

17 Titulus autem coloratus dicitur in hoc
ſpolij Iudicio, quando prouiſio fuit obtēta ab
eo qui habebat poteſtatem conferēdi, quam-
uis illa prouiſio impugnetur de nullitate, vel
ſubreptione; Pute. *deciſ.* 76. *in correct. lib.* 1.
Burat. *deciſ.*33. *num.*3. *&* *deciſ.*48. *num.* 3. &
licet titulus fiat diſcoloratus quando prouiſio
eſt notoriè ſubreptitia, vt per Addent. *in dicta*
*deciſ.* Buratti 48. *num.*16. quia titulus notoriè
infectus nullum tribuit colorem; Rebuff.
*conſil.*188.*num.*3. Gomeſ. *ad regul. de Triennali,*
*quæſt.* 33. *num.*1. Gregor. *deciſ.* 500. *num.* 11.
18 † Tamen hoc non procedit niſi quando nul-
litas, vel ſubreptio eſt notoria per confeſ-
ſionem Partis, vel per rem iudicatam; vel
quando ſpoliatus paſſus eſt excipi de ſubre-
ptione, admitti articulos ad illius probatio-
nem, & fieri probationes, & de illa cognoſci;
tunc enim cenſetur renuntiaſſe priuilegio
19 ſpolij: vt per Burat. *deciſ.* 127. *num.* 16. † Et
patet ex ſupradictis vtilius eſſe in caſu præ-
dicto intentare actionem ſpolij, & executio-
nis Literarum, quàm iudicium Regreſſus,
quia non eſt locus appellationi ſuſpenſiuæ,
quando in ſententia Iudex ſolam conſidera-
uit executionem Literarum Apoſtolicarum,
& non proceſſit per viam declarationis pœ-
næ: quod fuſiùs exponit Lotter. *de re benefic.*
*lib.*1.*quæſt.*40.*n.*277. vbi ponit ſequentes con-
cluſiones.

20 Prima, quando agitur ſimpliciter ad ob-
tinendum Regreſſum propter non ſolutam
penſionem: & hoc caſu dicit ſententiam eſſe
appellabilem, cùm Regreſſus ſit odioſus &
detur in pœnam proteruiæ debitoris, cuius
declaratio fieri debet per ſententiam, à qua
ſententia canonizatoria Regreſſus datur ap-
pellatio, maximè quia debitor penſionis po-
teſt allegare iuſtas excuſationis cauſas.

Secunda; quando agitur ad Regreſſum 21
ob intentatam nullitatem penſionis, aut illius
reductionem, diſtinguit vtrum fuerit actum
ad nullitatem penſionis, vel ad reductionem:
ſed hic caſus huius ſecundæ concluſionis
non poteſt reſolui niſi ſecundum verba ſen-
tentiæ, aut formam intentandæ actionis: ſi
enim actum fuerit iudicio poſſeſſorio, cauſa
appellationis non admittitur niſi cum clau-
ſula, *ſine retardatione ſolutionis penſionis*, ſi verò
Penſionarius non ſit in poſſeſſione exigendi,
& Titularis opponat de nullitate, aut redu-
ctione, actor ſine dubio intentabit Iudicium
executiuum vigore Literarum Apoſtolica-
rum, & per conſequens appellatio non com-
mittetur niſi cum clauſula, *ſine retardatione*
*ſolutionis penſionis*: ſed ſi tanquam ſpoliatus
agat ad Regreſſum, & actionem ſpolij in-
tentet, reijcietur reus ab exceptione nullita-
tis, vel reductionis tanquam requirente al-
tiorem indaginem, vt ſæpè dictum fuit; &
ſic non retardabitur executio, niſi quando
actor ſimpliciter petiit Regreſſum ad bene-
ficium: quod copioſiùs explicabitur in *capite*
*particulari*, dum tractabitur de commiſſione
concedenda cum clauſula, *ſine retardatione*
*ſolutionis penſionis*. † Hoc addit, quod ſi peta- 22
tur, debitorem penſionis declarari excom-
municatum, à ſententia excommunicationis
declaratoria non dabitur appellatio ſuſpen-
ſiua; Lotter. *loco citato, lib.*1.*quæſt.*40.*num.*281.
quod fusè exponit Scacc. *de appellat. quæſt.*17.
*limit.*22.*num.*1.*&* *ſeqq.*

Quod tamen locum non habet, quando 23
appellatio præcedit ſententiam excommu-
nicationis, tunc enim habet effectum tam
ſuſpenſiuum quàm deuolutiuum: *cap. dilecti,*
*de appell. c. licet, de ſententia excomm. in 6. cap.*
*præterea* 40. *de appellat.* Sanch. *conſil. moral. lib.*
3.*cap. vnico, dubit.*32.*num.*217. Præterea datur
appellatio ſuſpenſiua à ſententia excommu-
nicationis, ſi lata fuerit propter non paritio-
nem præcepto ſub illius comminatione facto,
Salgad. *de Reg. protect. part.*2.*cap.*5.*num.*18. per
text. *in dicto c. dilecti* 52. & *ibi* Abb. *de appell.*
quia ſi Iudex hoc caſu procedat ad ſenten-
tiam declaratoriam excommunicationis in
ſpretum appellationis, talis ſententia nulla
eſt, Farinac. *quæſt.* 101. *num.*70. † qui ſuper 24
hac quæſtione appellationis ab excommuni-
cationis ſententia adeundus eſt, cum totam
materiam exponat cum ſuis declarationibus,
*d. cap.*101.*num.*66.*&* *ſeqq.*

CAPVT



# CAPVT XLIX.

## *ARGVMENTVM.*

QVÆ remedia prodita ſint aduersùs beneficiarium penſionis ſolutioni non ſatisfacientem, tam per viam mandati executiui, quàm per viam ſententiæ declaratoriæ cenſurarum? Qui termini ſubſtantiales ſecundùm ſtylum Curiæ Romanæ ſint ſeruandi? Aut etiam ſi agatur de executione aduersùs obligatos in forma Cameræ ad ſolutionem penſionis? De Executoribus, & Subexecutoribus; & de Iudicibus ordinariis. Quæ ſit forma proceſſus fulminati, & executionis in vim illius, nec non ſententiæ declaratoriæ cenſurarum? Quando deputari poſſit ſubexecutor non conſtitutus in Dignitate Eccleſiaſtica? Quandiu duret Executorum facultas? Et quando per illorum deputationem ſuſpendatur Iuriſdictio Ordinariorum quoad executionem pro ſolutione penſionis? Aliáque multa notabilia circa hanc materiam exponuntur.

## SVMMARIVM.

1 *Termini ſubſtantiales obſeruandi in iudiciis ſummariis, aut aliis, qui ſint? Et quod non ſint obſeruandi quando penſio petitur per viam mandati executiui.*

2 *Qui ſint termini ex ſtylo Rotæ in Iudiciis petitionis penſionis regulariter obſeruandi.*

3 *Termini illi quatuor quandoque omitti poſſunt.*

4 *Auditor Cameræ contra beneficiarium, aut illius fideiuſſores abſentes pro penſione obligatos cum obligatione Camerali procedit per audientiam contradictarum.*

5 *Non obſtante deputatione certi Executoris, procedi poteſt coram Iudice ordinario ad petendam penſionis ſolutionem.*

6 *In Cauſis extra Curiam intentatis, Ordinarius adiri poteſt pro obtinenda penſionis ſolutione, qui procedet non tanquam Executor, ſed in vim ſuæ Iuriſdictionis ordinariæ.*

7 *Papa deputando certos Executores pro penſione, videtur ad ſe Cauſam executionis auocare.*

8 *Quando deputatio Executoris pro penſione, facta fuit per Papam Motu proprio, non poteſt Iudex ordinarius, aut alius quàm deputatus adiri.*

9 *Virtute Clauſulæ,* cæterum: *adiri poteſt alius ſubexecutor, ſi deputatus in Literis non poſſit exequi.*

10 *Quæ ſit illa Clauſula,* cæterum: *& quibus verbis concipiatur.*

11 *Subexecutorem non poſſe exequi contra bona illius qui penſionis debitor eſt, nonnulli exiſtimant:*
*Sed contra, num.*12.

13 *Executor vigore Literarum pro penſione debet eſſe in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus; & quis ſit talis?*

14 *Fallit quando agitur de eo cui mera executio committitur.*

15 *Literæ penſionis debent exhiberi Auditori Cameræ: Quid de ſubdelegato vigore dictæ clauſulæ,* Cæterum.

16 *Quibus comminationibus vtendum ſit coram Delegato, vel ſubdelegato, pro paritione Literarum.*

17 *Quomodo differat proceſſura quæ fit contra conſentientem penſioni; & quæ contra non conſentientem?*

18 *Forma ſententiæ quæ proferri debet contra Titularem non ſoluentem penſionem.*

19 *Quomodo procedendum ſit contra ſucceſſorem in beneficio, pro conſequenda ſolutione penſionis.*

20 *Forma fulminandi proceſſum executorialem per Executorem Apoſtolicum contra Titularem deficientem in ſolutione penſionis.*

21 *Forma compellendi debitorem penſionis in vim proceſſus fulminati.*

22 *Executor non poteſt præiudicare Penſionario, quamuis ſe incompetentem pronunciet: quod ſecus eſt in Delegato.*

23 *Tandiu durat poteſtas Executoris quandiu durat Gratia donec fuerit executioni demandata.*

24 *Quando agitur de actu reiterabili facultas Executoris non finitur in primo actu.*

25 *Poſt finitam executionem ſi contradictor compareat, debet adire Iudicem ordinarium, non autem Executorem.*

26 *Dum agitur de actu reiterabili, Executor adiri poteſt etiam poſt annum.*

27 *Secùs*

27 *Secùs eſt quando agitur de actu non reiterabili, etiam ſi Executor nulliter proceſſerit.*
28 *Clauſula,*defendant inductum, & faciant illi de fructibus reſponderi : *facit, vt Executor poſſit procedere etiam poſt cœptam executionem, illámve ſemel factam.*
29 *Contra contumacem in parendo dantur Aggrauatoriæ.*
30 *Executoriales conceduntur in iſtis partibus, quæ reſpectu vrbis Romæ dicuntur* Vltramontanæ.
31 *Quæ ſit differentia inter executoriales, & mandata executiua.*
32 *Qui ſint termini ſeruandi in executorialibus.*
33 *Lata ſententia declaratoria cenſurarum, quomodo procedendum ſit contra non obedientem & contumacem in parendo.*
34 *Ad euitandas cenſuras, debitor penſionis debet docere ſe verè & realiter ſoluiſſe, & paruiſſe.*
35 *Executoriales non conceduntur niſi in cauſis Eccleſiaſticis, in quibus proceditur per mandata executiua : Et quæ ſit inter vtrumque caſum differentia?*
36 *Executor debet abſtinere ab executione quando comparet contradictor.*
37 *Poſt executionem Literæ debent reproduci, & quomodo.*
38 *Si cauſa fuerit commiſſa ſine retardatione ſolutionis penſionis, illa clauſula operatur in omnibus inſtantiis.*
39 *Poteſtas Executoris ceſſat ſi Cauſa fuerit commiſſa alicui Iudici poſt deputatum particularem Executorem, niſi adhibita fuerit clauſula*, ſine retardatione:*num.* 40.
41 *Clauſula,*cum incidentibus &c. *tribuit facultatem exequendi Commiſſario, ſed hoc cumulatiuè.*
42 *Iuriſdictio in dubio cenſetur conceſſa cumulatiuè.*
43 *Si Commiſſarius Cauſæ inhibuerit Executori de procedendo ad vlteriora, non poteſt Executor procedere ſine vitio attentatorum.*

1 CONTRA debitorem penſionis pro-
cedi poteſt per viam mandati exe-
cutiui, vel per viam Declaratoriæ
Cenſurarum. Inter vtrumque modum ma-
gna eſt differentia; quia in mandato execu-
tiuo, non eſt neceſſaria aliqua terminorum
2 obſeruatio, † qui alioquin obſeruandi ſunt in
omnibus Iudiciis Summariis, qui ſecundum
ſtylum Rotæ Romanæ quatuor ſunt, ijque
ſubſtantiales, nempe ad ponendum, ad arti-
culandum, ad producendum omnia, & ad di-
cendum contra producta : provt explicat
Veſtr. *in praxi, lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 1. † Hos enim 3
terminos (quamuis etiam in certis caſibus
omitti poſſint, vt per Gregor. *deciſ.* 43. *num.*
13.) non eſſe obſeruandos, quando procedi-
tur per viam mandati executiui, docet Gre-
gor. *ead. deciſ.* 43. *num.* 15. Lotter. *d. lib.* 1. *quæſt.*
40. *num.* 314. & 315. Poſtius *de manutent. ob-
ſeruat.* 103. *num.* 1. & apud Eumdem *poſt tract.
de manut. deciſ.* 256. *num.* 1. † Quod potiſſi-
mum locum habet, quando debitor penſio- 4
nis, vel illius fideiuſſor, aut campſor qui
fecit ſcedulam banchariam, reperitur obli-
gatus in forma Cameræ : illo enim caſu, in
penſionibus debitis in vim ſimilis obligatio-
nis in Curia Romana, Auditor Cameræ pro-
cedit per audientiam Contradictarum con-
tra abſentem vbicumque fuerit; Rota apud
Zach. *deciſ.* 115. *num.* 7. Barboſ. *in praxi penſio-
num, quæſt.* 5. *num.* 14.

Procedi quoque poteſt coram Iudice or- 5
dinario Eccleſiaſtico, non obſtante deputa-
tione certi Executoris; quia cùm illa data
fuerit in fauorem Penſionarij, non debet in
eius odium retorqueri, nec impedire quomi-
nus adeatur alius Iudex competens; vt no-
minatim decidit Maſſobr. *in praxi concurſus,
requiſito* 5. *dubit.* 12. *num.* 6. † Quod intelligit 6
de iudiciis quæ intentantur extra Curiam
Romanam, vt *ibi, in verſic. ſi vero ſumus extra
Curiam:* & allegat Gig. *de penſ. quæſt.* 69. *num.* 3.
*verſic. iſtis tamen non obſtantibus*, & addit
quod illo caſu Ordinarius non procedit vti
Executor, ſed vigore ſuæ Iuriſdictionis or-
dinariæ; & Ego hoc vidi obſeruari, quod eſt
in electione Penſionarij, vel agere pro con-
ſequenda ſolutione penſionis coram Audi-
tore Legationis, ſeu Vicelegato, aut alio
Ordinario; vel vti executorialibus coram
Executore: Veſtr. *in praxi, lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 1.
*circa medium, verſic. ſecus autem vbi actor via
ordinaria.*

Et generalis eſt Regula, quod vnuſquiſque 7
fauori ſuo poteſt renunciare; *l. penult. C. de
pactis,* cum pluribus *ibi* citatis per Barboſam:
vnde licèt verum ſit, quòd quando Papa
dat Executores Literarum Apoſtolicarum,
Pontifex ipſe ad ſe auocare videtur execu-
tionis articulum, *cap. vt noſtrum, de Appellat.*
Rota *deciſ.* 3. *de appell. in nouis*: Felin. *in cap. fi-
nali, de præſumpt.* Et ideo quamuis ſi proceſ-
ſus fuerit fulminatus, & directus omnibus &
ſingulis; ille, cui Literæ præſentatæ fuerunt,
poſſit procedere, vti merus Executor citra
vitium attentatorum, ex Seraphino *deciſ.*
1003. *num.* 3. Tamen hoc debet intelligi vt
ſit in electione actoris, qui vel poterit vti ſpe-
ciali deputatione Summi Pontificis, vel Or-
dinarium adire. Neque obſtat quod dictum
eſt, Papam cenſeri tacitè ad ſe euocare exe-





cutionem: Quia euocatio conceſſa intelligi-
tur, ſi, & quatenus Pars, ad cuius inſtantiam
8 data fuit, illa vti velit: † Niſi tamen deputatio
Executoris facta fuiſſet Motu proprio Papæ;
tunc enim non poſſet alius adiri quàm Exe-
cutor datus ab ipſo Pontifice : vt explicaui-
mus *in tract. de præuent. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 22.
& *ſeqq.* & *cap.* 7. *n.* 18. *eadem parte* 1.

9 Eſt etiam in electione Penſionarij, abſen-
te Executore, vel impedito, adire Subexecu-
torem, & coram eo procedere virtute clau-
ſulæ, *Cæterum* : quæ in Literis executoria-
libus apponi ſolet, & coram eo procedere : &
tunc Auditor Legationis, aut alius quiſpiam
in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus adiri
poteſt pro facienda executione, ad effectum
10 obtinendi ſolutionem penſionis. † Huius
autem clauſulæ, *Cæterum*, tenor talis eſt,
provt refert Saluſt. Tiber. *in formul. inſtrum.
lib.* 2. *cap.* 11. *de proceſſ. diuerſ. prouiſ. Apoſtolic.*
Cæterum *cùm ad executionem præmiſſorum vl-
teriùs faciendam nequeamus quoad præſens in-
tereſſe, pluribus aliis legitimè negotiis præpediti,
Vniuerſis & ſingulis Abbatibus, Præpoſitis, De-
canis, Archidiaconis, Cantoribus, Theſaurariis,
ac tam Cathedralium & Metropolitanarum
quàm Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque
Eccleſiarum Rectoribus, & Locumtenentibus ea-
rumdem, cæteriſque Presbyteris, Clericis, Nota-
riis & Tabellionibus publicis Eccleſiaſticis & ſæ-
cularibus per Ciuitatem N. eiúſque Diæceſim, aut
aliàs vbilibet conſtitutis, & cuilibet eorum in ſo-
lidum, ſuper vlteriori executione mandati Apo-
ſtolici atque noſtri facienda, tenore præſentium
plenariè committimus vices noſtras, donec eas ad
nos ſpecialiter & expreſſè duxerimus reuocan-
das: quos Nos &c.*

11 Verum quando fuit electus huiuſmodi
Subexecutor, ſecundùm ſententiam aliquo-
rum non poteſt ille procedere executiuè
contra bona illius qui penſionem debet:
quia hoc non eſt ipſi commiſſum in Literis
ſubdelegationis; ſed ſolum poteſt publicare
Cenſuras ab Auditore Cameræ fulminatas in
caſu non ſolutionis, & denunciare debitorem
excommunicatum, vel præcipere aliis vt
eum denuntient & euitent: ſi enim Executor
aliter procederet, poſſet ab eo appellari ra-
tione exceſſus, quia procederet vltra ſuam
commiſſionem. Garſias tamen *de benefic.
part.* 1. *cap.* 5. *num.* 585. tenet contrarium;
12 † Immò quod Subexecutor poſſit etiam pro-
cedere contra bona debitoris, & etiam poſt
latam ſententiam ſequeſtrum apponere, quia
generalis illi datur commiſſio exequendi pro
ſolutione penſionis. Quam ſententiam ſe-
quitur Salgado *in tract. de Regia protect. part.* 3.
13 *cap.* 3. *num.* 82. & 83. † qui etiam addit quod
iſte ſubexecutor eligi non poteſt, niſi ſit in
Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus, quales
ſunt Canonici Eccleſiæ Cathedralis: ad nota-
ta *in cap. ſtatutum, de reſcript. in* 6. & *ibi* Go-
meſ. quia ſubdelegatus debet eſſe eiuſdem
qualitatis, ſicut delegans : Gomeſ. *ibid. num.*
62. Ferret. *conſil.* 53. Salgado *dicta part.* 3. *cap.*
3. *n.* 32. Garſ. *d. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 531.

Quod tamen non procedit quando agitur 14
de mero Executore, cui videlicet committi-
tur nudum miniſterium; hic enim deputari
poteſt quamuis non ſit in Dignitate Eccle-
ſiaſtica conſtitutus, vt poſt Rotam *deciſ.* 29.
& 31. *de reſcript. in nouis,* Archidiac. *in cap. ſta-
tutum, num.* 11. *verſic. ſecus tamen eſt: de reſcript.
in* 6. Cardin. *conſ.* 103. *num.* 10. Federic de Sen.
*conſ.* 115. *num.* 2. Rota *deciſ.* 445. *n.* 5. *part.* 1. *re-
cent.* veluti ſi agatur de ſimplici mandato de
immittendo, vt in *d. deciſ.* 445. *n.* 2.

Quia autem Auditor Cameræ eſt Iudex 15
omnium executorialium, debent illi exhiberi
Literæ originales penſionis tam gratioſæ
quàm executoriæ; quamuis quando procedi-
tur coram ſubdelegato vigore dictæ clauſu-
læ, *Cæterum*, ſufficiat præſentare proceſſum
fulminatum, quia in eo Literæ reſeruationis
penſionis inſeruntur : ſi tamen Pars oppone-
ret, teneretur etiam Penſionarius exhibere
Literas originales penſionis, vt ſuperiùs di-
ximus ex *deciſ.* Achillis de Graſſ. 2. *de offic.
Deleg. num.* 6. & *deciſ.* 7. *ſub tit. de penſionib.* quæ
ſunt *deciſ.* 53. & 419. provt oſtendimus dum
de penſionum tranſlatione ageremus.

Poſteaquàm verò Literæ reſeruationis 16
Executori fuerint præſentatæ, aut ipſe dun-
taxat proceſſus fulminatus, in quo Literæ
ſunt inſertę; Penſionario petenti mandatum,
ſeu monitorium contra poſſeſſorem benefi-
cij, ſuper quo penſio impoſita reperitur, tale
mandatum decernitur, videlicet, vt poſſeſſor
infra ſex dies, vel alium breuem terminum
Penſionario tot aureos vel ducatos ſoluere
teneatur ſub excommunicationis ſententiis,
cenſuris, & pœnis &c. & infra eumdem ter-
minum doceat de ſolutione & paritione; alio-
quin lapſo dicto termino compareat ad vi-
dendum ſe incidiſſe in excommunicatio-
nem, aliáſque ſententias, cenſuras, & pœnas
prædictas ſibi declarari, facta citatione ad
omnes & ſingulos actus executionis, & ag-
grauationem cum comminatione, quod ſiuè
compareat, ſiue non, eius contumacia non
obſtante procedetur &c. & aliàs provt apud
Garſ. *d. part.* 5. *cap* 5. *num.* 536. apud quem vi-
deri poterit modus procedendi in ſimilibus
cauſis.

Sed hac in parte diſtinguendum eſt, vtrum 17
agatur contra illum qui penſioni conſenſit,
an verò illius ſucceſſorem qui conſenſum
non præſtitit : ſi enim agatur contra conſen-

tientem, obtento ſuper ſolutione penſionis monitorio, illóque ad Partes miſſo, & perſonaliter executo, ita vt non ſufficiat intimationem alio modo fieri; vt pluribus citatis probat Poſt. *de manutent. obſeru.* 103. *num.* 4. & 5. & illius executione in tergo Literarum notata & reproducta: & aduenïente termino citationis, ſi citatus non compareat, proceditur per Contradictas; ſi verò compareat, producuntur Literæ reſeruationis penſionis, ſi in actis non ſunt; ſin minus reproducuntur, & verificato Clericatu, cuius verificatio neceſſaria eſt, videndum eſt vtrum in Literis adſint aliquæ conditiones verificandæ; iuxta ea quæ ſuperiùs ſuo loco diximus, ſeruatiſque quatuor terminis ad docendum ſe paruiſſe iuxta ſtylum Curiæ, & vltimo loco citato reo ad ſententiam, Iudex procedit ad declaratoriam excommunicationis, & aliarum pœnarum & cenſurarum in Literis contentarum, & condemnationem Rei ad omnes expenſas; vt docet Saluſt. Tiber. *in praxi*, *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 6. qui *num.* 13. ponit formam ſententiæ declaratoriæ in huiuſmodi cauſa ferendæ, ne fiat mixtura, & detur occaſio appellandi.

18 Forma autem ſententiæ hæc eſt: *Dicimus dictum Petrum, modernum dicti beneficij poſſeſſorē, ſententias, cenſuras & pœnas in Literis Apoſtolicis reſeruationis penſionis de quibus in actis contentas, ob illarum non paritionem, ac eiuſdem pēſionis illiuſque terminorū decurſorum non ſolutionē, incurriſſe, ac in eas incidiſſe, ipſúmque vti excommunicatum & declaratum ab omnibus Chriſti fidelibus euitandum, literas deſuper declaratorias, omnéque mandatum deſuper neceſſarium & opportunum concedendum eſſe, prout concedimus & relaxamus; & inſuper eumdem Petrum in omnibus expenſis condemnandum, prout condemnamus, earum taxa Nobis, aut cui de iure, reſeruata.*

19 Si verò agatur contra ſucceſſorem in beneficio, debet ſimiliter obtineri Monitorium, & verificandus eſt Clericatus, valor fructuum, poſſeſſio beneficij per reum conuentum: & quod primus ille qui conſenſit, illud idem beneficium poſſedit, & eidem ſucceſſori debent Literæ originales, aut ſumptum ex regiſtro Bullarum, aut Cameræ Apoſtolicæ intimari, maximè Parte opponente, iuxta *præfatam deciſionem* 53. & 419. Achill. de Graſſ. Et hanc praxim copioſiùs explicat Saluſt. Tiberius *in dicta praxi lib.* 2. *cap.* 2. *per totum.* Vt autem ſciatur quomodo procedendum ſit, hic inſerere expedit primò quidem formam fulminandi proceſſum executorialem per executorem Apoſtolicum, ad compellendum Titularem ad ſolutionem penſionis; & deinde formam exequendi proceſſum fulminatum; prout illas proponit Maſſobr. *in praxi Concurſus, requiſit.* 5. *dubit.* 12. *fol.* 251. à quo, vt ſequitur, deſumpſimus.

---

*Forma fulminandi proceſſum executorialem per Executorem Apoſtolicum, ad compellendum poſſeſſorem beneficij penſione grauati vt ſoluat penſionem*, apud eundem Maſſobr. *fol.* 251.

*FRanciſcus. N. Canonicus Eccleſiæ Cathedralis A. & Literarum Apoſtolicarum infraſcriptarum Executor ſpecialiter deputatus &c.* 20

*Vniuerſis & ſingulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, vel aliàs in Dignitate quauis conſtitutis, Canonicis tam Cathedralium quàm Collegiatarum Rectoribus, Plebanis, & Curatis, aut non Curatis, Presbyteris, & Clericis quibuſcunque, & vbilibet conſtitutis, ſalutem in Domino, & noſtris, immò veriùs, Apoſtolicis firmiter obedire mandatis, &c.*

*Noueritis nuper pro parte & ad iſtantiam R. D. Clerici Diœceſis Auenionen. principalis, fuiſſe coram Nobis exhibitas Literas Apoſtolicas reſeruationis annuæ penſionis triginta ducatorum auri de Camera ſuper Præpoſitura Eccleſiæ Vaſionenſis per S.D.N. Vrbanum VIII. facta, vt apparet eius Literis ſub Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub anno Incarnationis Dominicæ Nonis Maij Pontificatus eiuſdem anno.... Quarum quidem Literarum Apoſtolicarum tenor talis eſt qui ſequitur, Videlicet:*

*Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei &c. Et ſunt literæ gratiæ.*

*Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei &c. Et ſunt literæ executoriales.*

*Quas quidem præinſertas Literas vobis omnibus ſupraſcriptis, ac veſtrum cuilibet in ſolidum committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus eis ſtatim viſis & receptis, etiam ſub pœna quingentorum Ducatorum auri de*





*Camera, eidem Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & pro illis mandati executiui, ac in iuris ſubſidium, & quatenus opus ſit, excommunicationis, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis intimetis & inſinuetis ac notificetis R. D. Eccleſiæ Vaſionenſis Præpoſito, prout Nos intimamus, & intimari volumus & mandamus per præſentes, & ſucceſſiue moneatis* 1. 2. 3. *& peremptoriè, prout & Nos monemus & requirimus eundem Dominum Præpoſitum ex aduerſo principalem, quatenus infra ſex dierum ſpatium poſt præſentium executionem, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, reliquos verò duos pro tertio ac peremptorio termino & Canonica monitione aſſignamus, & vos aſſignetis eidem, etiam ſub iam dictis ſententiis, cenſuris, & pœnis, debeat realiter & cum effectu præinſertis Literis in omnibus & per omnia paruiſſe & obediuiſſe, & pro reali & effectuali paritione præfato Domino D. Inſtanti ſoluiſſe & exburſaſſe omnes & ſingulos terminos decurſos & non ſolutos eiuſdem annuæ penſionis, & in futurum ſuis loco & tempore decurrendos & maturandos, & quatenus opus ſit eundem D. Inſtantem in eius pacifica & quieta poſſeſſione exigendi dictam annuam penſionem omni meliori modo manutenuiſſe, defendiſſe, & conſeruare; & manuteneri, defendi & conſeruari feciſſe & vidiſſe, & quodcunque aliud deſuper neceſſarium & opportunum remedium decerni & relaxari vidiſſe: Et cum dicto D. Inſtante, qui deſuper deducit omnē eius, omnemque actionem ſibi quomodolibet competentia, iuri ſtetiſſe, eique ius & iuſtitiam fieri & miniſtrari vidiſſe, non ſolùm modo & forma præmiſsis, verùm etiam omni meliori modo & forma & c. Præſentibúſque noſtris executorialibus ac præinſertis literis Apoſtolicis reſpectiuè in omnibus & per omnia paruiſſe & obediuiſſe, & inſuper inſinuaſſe eidem Domino Præpoſito quod mentis eiuſdem D. Inſtantis fuit, & eſt, quòd ſi dictus Præpoſitus deſiſtat aliquo tempore in futurum à ſolutione cuiuſlibet termini dictæ penſionis, effluxis* 30. *diebus poſt quemlibet terminum, in dictis præinſertis Literis præfixum, abſque alia monitione ſeu interpellatione tunc ſibi facta, quippe qui ex nunc prout ex tunc, & è contra, monetur, & monitum eſſe vult, & eſſe velle proteſtatur; ipſo facto incurrat ſententias, cenſuras, & pœnas in dictis Literis comminatas, & inflictas, prout Nos tenore præſentium & omni meliori modo &c. eundem Dominum Præpoſitum monemus, & monitum ex nunc prout ex tunc dictas cenſuras & pœnas in caſu &c. eo ipſo incurrere decernimus.*

*Alioquin eundem Præpoſitum ſic monitum, ſi in præmiſſis ſe grauatum ſenſerit, ex tunc eadem authoritate citetis, & citari curetis, prout Nos eundem citamus per præſentes, quatenus die prima dicti termini, ſi iuridica fuerit, alioquin die prima iuridica tunc immediatè ſequenti compareat legitimè coram Nobis in hac Ciuitate in domibus ſolitæ noſtræ habitationis, eius grauaminis cauſas allegaturus, aliáque dicturus, facturus, & recepturus, prout iuſtitia ſuadebit & ordo dictauerit rationis. Certificantes eundem ſic monitum vel citatum, quòd ſiue in termino citationis comparuerit, ſiue non, nihilominus ad præmiſſa & alia grauiora iuris remedia procedemus, eius contumacia nonobſtante.*

*Abſolutionem verò in præmiſſis Nobis, vel Superiori noſtro tantummodò reſeruamus. De quorum intimatione facienda cuilibet Notario, Nuncio, vel Clerico plena dabitur fides. In quorum &c. Datum &c.*

---

*Forma compellendi Beneficiarium ad ſolutionem penſionis in vim fulminati proceſſus per Executorem Apoſtolicum*, apud Eund. Maſſobr. *fol.* 253.

*PEtrus &c. Archipresbyter Eccleſiæ N. in hac parte merus Executor electus ad exequendum infra inſertas Literas Apoſtolicas, & deſuper fulminatum proceſſum, & aliàs omni meliori modo &c.*

*Dilecto nobis in Chriſto D. Præpoſito*

*Eccleſiæ Vaſionenſis ſalutem in Domino, & noſtris, immò veriùs Apoſtolicis obedire mandatis.*

*Noueritis nuper pro parte & ad inſtantiam R. D. Clerici diœceſis N. præſentatas nobis fuiſſe Literas Apoſtolicas S.D.N. Vrbani Papæ VIII. & deſuper etiam fulminatum proceſſum infra inſerta, ſuper, & pro reſeruatione penſionis 30. ducatorum auri de Camera ſuper dicta Præpoſitura Vaſionenſi facta, vt apparet eius Literis tenoris ſequentis, Videlicet: &c.* Hic inſeruntur literæ inſertæ in proceſſu fulminato, necnon ipſe proceſſus fulminatus.

*Poſt quorum quidem proceſſus & Literarum in eo inſertarum præſentationem, Nos fuimus requiſiti vt ad illorum executionem deuenire debeamus, te cogendo, vt realiter & cum effectu pareas & obedias præfatis Literis Apoſtolicis in omnibus & per omnia, vt in eis; & etiam attenta tua renitentia, in qua etiam de præſenti perſeueras in non ſoluendo dictam annuam penſionem, ſeu illius decurſos terminos & maturatos in feſto S. Ioannis Baptiſtæ, & Natiuitatis Domini, anni præteriti 1624. etiam poſt effluxos 30. dies poſt quemlibet terminum ex ipſis, debeamus contra te procedere & deuenire ad declarationem incurſus ſententiarum, cenſurarum, & pœnarum in ipſis Literis comminatarum, & in proceſſu inflictarum, cum relaxatione cedulonum, illorúmque publicatione & affixione &c. Deducendo &c. ac ſaluo iure &c.*

*Nos itaque volentes huiuſmodi Literas, prout tenemur, & ratio poſtulat, exequi; te N. charitatiuè monemus, requirimus, & hortamur 1. 2. 3. & peremptoriè &c. hac vna pro trina Canonica monitione præmiſſa, quatenus debeas paruiſſe, & obediuiſſe ipſis Literis Apoſtolicis in omnibus & per omnia prout in eis: Et pro reali & effectuali paritione debeas dicto Inſtanti ſoluiſſe & exburſaſſe intra terminum trium dierum proximè futurorum poſt intimationem præſentium, vt infrà, faciendam; quorum primum pro primo, ſecundum pro ſecundo, ac tertium pro vltimo termino ac peremptorio aſſignamus, omnes & ſingulos terminos decurſos & non ſolutos dictæ penſionis, & nominatim terminos in Natiuit. D. N. & Sancti Ioannis Baptiſtæ feſtiuitatibus anni 1624. Alioquin compareas coram nobis die prima iuridica exinde immediatè ſequenti: poſt dictum terminum in domo noſtræ ſolitæ habitationis hora ſecunda poſt meridiem in Ciuitate N. ad videndum & audiendum pro executione dictarum Literarum Apoſtolicarũ, & in vim dicti proceſſus fulminati, te declarari renitentem in ſoluendo, & conſequẽter incurriſſe ſententias, cenſuras, & pœnas in eis comminatas & inflictas: & deſuper formari & relaxari cedulones, eóſque publicari toties quoties opus fuerit, & in Eccleſiis affigi, aliáque fieri & expediri prout iuris fuerit, grauari & reaggrauari &c. Peremptoriè &c. Et de intimatione tibi facienda perſonaliter, vel &c. Ita tamen quod vna copia &c. Et quod cuicunque Nuncio vel Clerico referenti plena fides adhibeatur &c. In quorum fidem &c. Datum &c.*

Porrò, circa hanc deputationem Executorum pro ſolutione penſionis conſequenda, quædam notanda ſunt.

22 Et primò, quod inter Iudicem Delegatum, & Executorem, hæc eſt differentia, quod ſi Delegatus ſe pronunciet Iudicem incompetentem, eius poteſtas eo ipſo expirat; ſecus eſt in Executore, quia licet declaret & pronunciet ſe non eſſe Executorem, non ideo eius poteſtas expirat, imò eo non obſtante exequi poteſt: quia ſicut non poteſt Gratiæ præiudicare, ita nec deputationi Executoris, quæ eſt ipſius Gratiæ acceſſoria; vt poſt Gemin. & Franc. *in cap. ſi ſuper gratia, de præbend. in 6.* & Gloſſ. *in cap. ſi ſoli, in fine, de conceſſ. præbend.* Felin. *in cap. ſignificantibus, verſic. Limita Quarto: de offic. Deleg.* probat Gig. *de penſ. quæſt. 91. num. 6.* 23 † & per conſequens tandiu durat authoritas Executoris, quandiu durat Gratia donec fuerit mandata executioni: Gig. *de penſ. quæſt. 91. num. 4.* cum accipiat perpetuationem à gratia principali. Quod notandum eſſe in materia penſionum, dicit Maſſobr. *in praxi Concurſ. requiſit. 5. dubit. 12. n. 4.*

24 Qui etiam dicit, quod dum agitur de actu reiterabili, qualis eſt ſolutio penſionis, facultas Executoris non conſumitur in primo actu;



ſed durat quandiu actus reiterari debet; ſecus eſt ſi agatur de vnico actu, veluti de conferendo beneficium, vel ſi de immittendo aliquem in poſſeſſionem: illo enim caſu Executoris poteſtas facta executione expiraret, vt per Gigant. *d. tract. de penſ. quæſt. 69. num. 3. verſic. nec obſtat ratio.* Maſſobr. *ibidem, num. 5.*

25 † Et ideo ſi quis poſt captam realiter poſſeſſionem beneficij ſe velit opponere, non debet adire Executorem, ſed comparere debebit coram Ordinario, quia poteſtas Executoris expirauit per executionem factam actus non reiterabilis; & iſta eſt noua actio: vt probat Garſ. *de benefic. part. 6. cap. 2. num. 145.* 26 Rota *deciſ. 1. num. 7. & ſeqq. part. 7. recent.* † Et ideò dum agitur de actu reiterabili, quamuis ſemel ſententia fuerit executioni demandata, poteſt etiam poſt annum iterum Executor procedere: vt *dicta deciſ. 1. num. 22. & deciſ. 21. num. 8. & deciſ. 265. num. 10. ead. part. 7.*

27 † Alioqui ſi agatur de actu non reiterabili, expirat Executoris poteſtas, poſtquam ſemel exequutus fuit, etiam ſi nulliter proceſſerit: Rota *deciſ. 350. num. 12. part. 5. recent.*

28 † Quamuis ſtante clauſula appoſita in deputatione Executorum, *quod defendant inductum*, non dicatur perfecta executio donec Immiſſus fructus perceperit, præſertim ſi adſit clauſula conſueta, *& faciant illi de fructibus reſponderi:* Perceptis autem fructibus, expirat authoritas Executoris: Garſ. *d. part. 6. cap. 2. n. 149. & ſeqq.* maximè *n. 154.*

29 Secundò notandum eſt, quod executorialibus parere nolentes, poſt latam ſeruatis terminis ſententiam declaratoriam parere coguntur cum Aggrauatoriis, vt dicitur in *deciſione* Rotæ 657. *n. 1. part. 1. recent.* & apud Poſt. *deciſ. 31. num. 1. & obſeruat. 103. num. 3.* 30 † quas Executoriales concedit Rota quando executio debet fieri vltra Montes reſpectu Vrbis Romæ, prout in Statu Auenionenſi, & extra ſtatum Eccleſiaſticum: nam in Statu Eccleſiaſtico, & citra Montes poteſt procedi 31 per mandata executiua; † intra quæ, & dictas Executoriales, hæc eſt differentia, quod in mandato executiuo proceditur per præcepta; at in executorialibus proceditur per monitiones: vt per Rotam *d. deciſ. 31. poſt tract.* 32 Poſtij *de manutent.* † termini autem qui ex ſtylo Rotæ in huiuſmodi executorialibus ſeruari debent, ſunt hi, ad docendum ſe paruiſſe Literis; primo, ad primam pro prima; ſecundo, pro ſecunda; tertio, pro tertia; quarto, pro quarta; ſinguli ad primam diem: quibus terminis elapſis proceditur ad ſententiam declaratoriam, iuxta formam ſuperiùs deſcriptam, *num.* 18.

33 Lata deinde hac ſententia declaratoria, & Literis deſuper expeditis affiguntur cedulones, quibus dictus debitor excommunicatus declaratur in locis conſuetis. Deinde iſte excommunicatus expectatur per decem dies, quibus elapſis, ſi adhuc perſiſtat in contumacia, proceditur contra ipſum ad inuocationem Brachij ſæcularis, cum termino decem dierum, ad videndum ſe reaggrauari; tertio, ad videndum interdici: quarto ad videndum Brachium ſæculare decerni: ſinguli iſti termini ſunt ad primam, vel etiam per totam, cum interuallo decem dierum ab vno ad alium, à ſingulorum publicatione. Decernuntur vltimo loco Literæ ſuper inuocatione Brachij ſæcularis, ad hoc vt debitor cogatur per detentionem perſonæ, pignorationem bonorum &c. prout diffuſiùs explicat Veſtr. *in praxi Curiæ Romanæ, lib. 8. cap. vlt. n. 19. & 20.*

Sed ſciendum eſt, quod vt euitentur huiuſmodi Declaratoriæ, debet intimatus docere ſe verè & realiter paruiſſe, nec ſufficeret ſola oblatio verbalis, niſi ageretur de actu cui ſatisfit per ſolam patientiam; veluti ſi fuiſſet vigore executorialium facta inhibitio de impediendo aliquem in exercitio Iuriſpatronatus quoad futuras vacationes, tunc enim ſola ſufficiet patientia, & non contradictio, vt dicatur paritum, & euitabitur declaratoria Cenſurarum; quia hoc caſu ſufficit oblatio verbalis, & ſola patientia: *l. 1. §. ſi vir vxori, & l. quod meo, §. ſi furioſo, & l. ſi me in vacuam, in princip. de acquir. poſſeſſ.* Rota *deciſ. 596. num. 2. part. 3. recent.* 34

Tertiò notandum eſt, quod Executorialibus locus eſt, quando agitur de cauſis Eccleſiaſticis; ſecùs ſi agatur de cauſis prophanis, in quibus procedi ſolet per mandata executiua; & ideo licèt poſſeſſio capta, non ſeruatis illis quatuor terminis, vigore Executorialium, eſſet attentata. Creſcent. *deciſ. 2. vt lite pendent.* tamen quando verſamur in prophanis, aut aliàs vigore mandati executiui, prædictorum terminorum omiſſio non cauſat attentata: Rota *deciſ. 53. num. 5. part. 1. recent.* quæ eſt apud Gregor. *deciſ. 43.* 35

Quartò notandum eſt, quod Executor ſubdelegatus ſiue pro executione rei iudicatæ, ſiue mandati de manutenendo, ſeu aliàs vigore Executorialium, ſi procedat ad executionem quando adeſt Pars quæ ſe opponit, committit attentatum; quia partes illius ſunt de ſimpliciter referendo, non autem de cognoſcendo: Bald. *in cap. ſuper quæſtionum, num. 1. de offic. Deleg.* Couar. *lib. 3. reſolut. cap. 16. num. 7.* Lancellot. *de attent. part. 1. cap. 1. num. 34.* † quia Literæ poſt illarum executionem debent reproduci coram Iudice decernente executoriales, & ſeruari dicti quatuor termini, vt *ſuprà* oſtenſum fuit; aliàs executio eſt nulla & attentatoria: vt per Lan- 36 37

cellot. *d. num.* 34. *&* 35. Rota *deciſ.* 342. *num.* 1.
*& 2. part. 4. recent.*
38 Quintò notandum eſt, quod ſi Cauſa fue-
rit ab initio commiſſa per Papam cum clau-
ſula, *ſine retardatione ſolutionis penſionis*, iudi-
cium executiuum præſeruatur per omnes
inſtantias, donec Cauſa per rem iudicatam
fuerit terminata: Caſſador. *deciſ.* 10. *num.* 8.
*de reſcript.* † & ſi per Papam dati fuerint par-
ticulares executores pro ſolutione penſionis,
ceſſat per commiſſionem Cauſæ, authoritas
Executorum: Gig. *de penſ. cap.* 69. *num.* 4. *in*
*fine*, dicens, quod facit *cap. ſtuduiſti, de offic. De-*
*leg. cap. vt noſtrum, de appellat. cap. cæterum, de*
39 *reſcript.* & per dicta Iura ita tenet Rota *deciſ.*
11. *vt lite pend. num.* 2. *verſic. ſed dic quod non po-*
40 *tuit:* † niſi tamen Papa Cauſam nullitatis ſeu
reductionis penſionis commiſiſſet cum clau-
ſula, *ſine retardatione ſolutionis penſionis*, quia
per huiuſmodi clauſulam cenſeretur reſer-
uata poteſtas Executoris: vt concludit Gig. *in*
*dicta quæſt.* 69. *num.* 5.
Sed tamen ſi Cauſa fuiſſet commiſſa pro-
41 vt fieri ſolet, *cum incidentibus, dependenti-*
*bus, emergentibus, annexis & connexis*, ope-
raretur vt etiam commiſſa eſſet executio,
non obſtante deputatione alterius particula-
ris Executoris, quamuis probabilius ſit per
illam commiſſionem non cenſeri Commiſ-
ſario conceſſam priuatiuè, ſed cumulatiuè;
ex notatis per Felin. *in cap. paſtoralis, columm.* 1.
*&* 2. *de offic. Ordin.* Decium *conſ.* 3. *num.* 3. &
ex notatis per Nos *in tract. de præuent. Iudic.*
*part.* 1. *cap.* 28. *num.* 29. † vbi probauimus per 42
conceſſionem generalem Iuriſdictionis ali-
cui factam non cenſeri derogatum Iuriſdi-
ctioni particulariter alteri datæ, ſed inter illos
locum eſſe præuentioni, ex Menoch. *de præ-*
*ſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 18. *à num.* 15. 25. *& ſeqq.*
Ricc. *part.* 1. *deciſ.* 69. *num.* 11. † Et propterea ſi 43
Auditor, aut alius Cauſæ Commiſſarius in
vim ſuæ commiſſionis inhibuerit Executori,
non poteſt ipſe Executor ad vlteriora proce-
dere ſine vitio attentatorum: Ex notatis per
Lancellot. *de attentat. cap.* 20. *ampliat.* 1.
*num.* 29. *&* 30. Gig. *de penſ. d. cap.* 69. *num. vlt.*
*in fine*, Rotam *deciſ.* 308. *n.* 3. *part.* 3. *recent.* &
apud Marcheſan. *de commiſſ. p.* 1. *fol.* 535.

## CAPVT L.

### ARGVMENTVM.

SOLAM ſupplicationis productionem ſine Literis ſufficere in Iudicio Summariſſimi poſſeſſorij pro penſionibus. Quæ in illo Iudicio ſint probanda, vel non; etiam ſi agatur contra ſucceſſorem in beneficio? Quæ ſit forma articulandi in hoc iudicio? An pro ſimplici dilatione ſolutionis intret actio ſpolij? Tituli productio quomodo requiratur, & quomodo differat ab illius iuſtificatione? In Iudicio ſpolij quæ ſint extrema, & quomodo probanda? Et poſſeſſorium pro penſione Eccleſiæ debita quomodo intentari queat? Quæ dicatur perſona legitima, vt ſoluendo penſionem, conſtituat Penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi? Et ex quibus adminiculis ſolutio præſumatur facta de mandato Titularis? Quid ſi Penſionarius dicat ſe recepiſſe penſionem à Titulari per manus Tertij ſoluentis eius nomine? Confeſſio de recepto vtrùm noceat ſucceſſori in beneficio? Quid ſi ſolutio facta fuerit per fideiuſſorem? De ſolutione facta metu cenſurarum & executionum: Et de quittancia facta pro reſiduo; Aliáque plurima hanc poſſeſſorij materiam concernentia.

### SVMMARIVM.

1 *In iudicio manutentionis ſufficit producere ſimplicem Signaturam, etiam non productis Literis, & num.* 3.
2 *Expeditio Literarum non ſuffragatur ſi facta fuerit poſt exactionem penſionis*
4 *In iudicio executiuo, vel recuperandæ poſſeſſionis, quæ per actorem probanda ſint.*
5 *Quæ iuſtificanda ſint in remedio ſummariſſimi poſſeſſorij aduerſus beneficij ſucceſſorem intentato.*
6 *In actione ſpolij ſufficit probare antiquam poſſeſſionem actoris, & recentem Rei conti.*
7 *In remedio ſpolij non eſt neceſſarium probare poſſeſſionem actoris præcisè de tempore litis.*
8 *Quamuis debitor longo tempore ceſſauerit in ſolutione penſionis, non tollitur ex eo remedium manutentionis.*

9 Si



9 *Si tamen debitor interpellatus recuſauerit, & Penſionarius huic recuſationi acquieuerit, excluditur à iudicio manutentionis.*
10 *Quæ deducenda & articulanda ac probanda ſint in iudicio ſummariſſimi poſſeſſorij.*
11 *Interdictum Recuperandæ poſſeſſionis non datur contra petentem dilationem ad ſoluendum, ſed tantùm contra recuſantem.*
12 *Vtrùm dentur remedia poſſeſſoria quando agitur de præſtatione merè perſonali.*
13 *Aliud eſſe, quòd quis teneatur producere titulum ſuæ poſſeſſionis; aliud, quòd illum iuſtificare teneatur.*
14 *Etiam ſi opponatur, Penſionem eſſe extinctam, non impeditur manutentio, niſi de extinctione fiat fides in promptu.*
15 *Poſſeſſio in beneficialibus coloranda eſt, & quomodò hoc fiat.*
16 *Hæc procedunt, etiamſi intentatum fuerit poſſeſſorium contra ſucceſſorem in beneficio.*
17 *Regula Cancellariæ de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, non habet locum in poſſeſſorio.*
18 *Gratia per ſolam Signaturam perficitur; Literæ verò non requiruntur niſi ad probationem.*
19 *Duo extrema quæ ſint in Iudicio ſpolij, & quomodò probanda.*
20 *In antiquis primum extremum probatur per leuiores probationes.*
21 *In antiquis ſufficiunt teſtes de auditu auditus.*
22 *Secundum extremum probatur per litis ſuſtentationem.*
23 *Quando agitur de iuribus Eccleſiæ, Rector quamuis non exegerit penſionem, tamen poteſt intentare poſſeſſorium nomine ſuæ Eccleſiæ, quia Eccleſia ſemper poſſidet.*
24 *Dominus Caſtri, cuius prædeceſſores præſentauerunt, poteſt intentare iudicia poſſeſſoria nomine Caſtri, quamuis ipſe numquam præſentauerit.*
25 *Rector, cuius prædeceſſores exegerunt Decimas, poteſt intentare remedia poſſeſſoria pro decimis nomine ſuæ Eccleſiæ.*
26 *Penſionario exiſtenti in poſſeſſione exigendi datur manutentio aduerſus tertios poſſeſſores.*
27 *Literæ penſionis intimandæ ſunt ſucceſſori in beneficio quando contra illum agitur pro penſione.*
28 *Intellige vt procedat, quando agitur contra ſucceſſorem ad declarationem cenſurarum, & priuationem beneficij, ſecus eſt ſi ſimpliciter agatur ad ſolutionem penſionis, etiam de mandato Executoris.*
29 *Ampliatur vt intimatio Literarum fieri debeat illi, qui penſioni non conſenſit per ſe; nec ſufficit quod conſenſerit per procuratorem, vt penſionarius eximatur ab obnere intimationis.*
30 *Intimatio Literarum debet fieri perſonaliter cum expeditione copiæ ſi petatur.*
31 *Quaſi poſſeſſio manutenibilis acquiritur ex vnico actu ſolutionis.*
32 *Immò ad quaſi poſſeſſionem ſufficit ſolutio partis penſionis, dummodo non fuerit facta excluſiuè quoad aliam partem.*
33 *Manutentio non conceditur niſi ſolutiones penſionis factæ fuerint à perſona legitima.*
34 *In iuribus incorporalibus non acquiritur quaſi poſſeſſio, niſi probata ſcientia aduerſarij.*
35 *Solum mandatum, aut commiſſio data alicui vt ſoluat penſionem, non probat quaſi poſſeſſionem niſi ſequatur ſolutio.*
36 *Solutio facta per reſeruatarium fructuum cum facultate illos percipiendi propria authoritate, conſtituit Penſionarium in quaſi poſſeſſione manutenibili exigendi penſionem, quam habet ſuper fructibus illius beneficij.*
37 *Intellige vt procedat quando non reſeruatur certa quantitas fructuum, ſed omnes fructus generaliter.*
38 *Simplex fructuum reſeruatarius ſine facultate percipiendi illos propria authoritate, ſoluendo penſionem non conſtituit Penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi niſi interueniat ſcientia Titularis.*
39 *Soluens pro alio non præſumitur habere mandatum niſi concurrentibus adminiculis.*
40 *Quando agitur de ſolutione ſummæ notabilis, præſumitur facta ex mandato principalis debitoris, & de pecuniis illius.*
41 *Expenſa autem decem Ducatorum non dicitur modica ad illum effectum.*
42 *Solutio an cenſeatur facta de mandato debitoris quando facta fuit in executionem reſeruationis præcedentis.*
43 *Quando ille qui ſoluit penſionem alicui, ſolitus eſt aliàs penſiones ſoluere, pro Titulari præſumitur & iſtam de eius mandato ſoluiſſe.*
44 *Quando adſunt adminicula quod ſoluens hoc fecerit de mandato Titularis, non requiritur alia probatio ratificationis ſeu approbationis ſolutionis factæ Penſionario.*
45 *Quittancia facta de ſumma recepta à Titulari per manus Tertij, vtrùm probet poſſeſſionem ad effectum manutentionis, & num.* 47.
46 *Mandatum probatur, ſi ſolutio per manus Tertij fiat in præſentia illius qui penſionis debitor eſt.*
48 *Quaſi poſſeſſio probatur ſi Titularis confeſſus fuerit ſe aliàs penſionem ſoluiſſe.*
49 *Ampliatur, vt ſufficiat confeſſio extraiudicialis.*

 50 Confeſſio

50 Confeſſio ſolutionis penſionis facta in precibus non nocet, niſi probetur reſcriptum fuiſſe obtentum de mandato poſſeſſoris beneficij penſione grauati.

51 Sola Narratiua per Papam facta cum illa clauſula, ſicut accepimus, non probat ſolutionem ad effectum manutentionis.

52 Sola confeſſio ſolutionis non ſuffragatur quando agitur contra ſucceſſorem in beneficio; ſed debet conſtare de vera & reali numeratione.

53 Confeſſio probat veram ſolutionem quando dictum fuit ſolutum fuiſſe de contanti, vel in pecunia numerata.

54 Confeſſio ex quibus probet veram & realem ſolutionem ſi fiat per inſtrumentum publicum.

55 Conſuetudo, & vſus Notariorum attendendus eſt, dum dubitatur vtrum ex confeſſione facta in inſtrumento publico probetur vera ſolutio.

56 Referuntur plura adminicula ad probandam veritatem ſolutionum.

57 Teſtes informiter examinati faciunt adminiculum ad eliciendam veritatem confeſſionis factæ de ſolutione.

58 Solutionis annotatio in dorſo ſchedulæ bancariæ vtrùm ſufficiat ad probandam veram ſolutionem penſionis in Summariſſimo.

59 Solutio penſionis notata in libro mercatoris vtrùm probet ad effectum obtinendi in ſummariſſimo.

60 Liber mercatoris non probat in præiudicium Tertij.

61 Fallit concurrentibus adminiculis.

62 Vtrùm Penſionarius conſtituatur in quaſi poſſeſſione exigendi per ſolutionem factam per fideiuſſorem penſionis.

63 Solutio facta per principalem nocet fideiuſſori quoad poſſeſſionem exigendi.

64 Fideiuſſori cenſetur datum mandatum tam ad fideiubendum quàm ad ſoluendum.

65 Fideiuſſor ſoluens animo repetendi, an & quando conſtituat Penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi, diſtinguitur.

66 Explicatur deciſio Veralli 330. part. 2.

67 Quo caſu fideiuſſor non liberetur per reſignationem illius beneficij ratione cuius ſe obligauit.

68 Solutio facta à campſore qui dederat ſcedulam bancariam conſtituit Penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi.

69 Solutio penſionis facta à Syndico, œconomo, depoſitario, & ſimilibus, non conſtituit Penſionarium in quaſi poſſeſſione manutenibili.

70 Sicut nec ſolutio facta, Sede vacante, ratione illius beneficij, ſuper quo penſio fuit impoſita. Quid de ſolutione facta per ſubcollectores ſpoliorum, ibidem.

71 Non ſufficit probare mandatum ſoluentis penſionem, ſed debet etiam probari mandatum, vel ratificatio recipientis.

72 Solutiones factæ patri, penſionis debitæ filio, non ſuffragantur in poſſeſſorio.

73 Contra illum qui beneficium penſione grauatum dimiſit, nulla poteſt intentari manutentio.

74 Per appoſitionem ſequeſtri ſuper fructibus beneficij, non fit præiudicium Penſionario quoad exactionem penſionis ſuæ.

75 Solutio facta metu cenſurarum vtrùm conſtituat penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi.

76 Quæ forma ſit obſeruanda ab eo qui ſoluit metu cenſurarum, vt non conſtituat Penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi.

77 Solutio certæ ſummæ facta pro reſta, ſeu pro reſiduo totius penſionis decurſæ, an, & quomodò operetur poſſeſſionem manutenibilem fauore Penſionarij.

78 Solutio facta pro reſiduo per manus Tertij ſoluentis non probat reſiduum fuiſſe ſolutum de pecuniis illius.

79 Compenſatio operatur liberationem, ſed non quaſi poſſeſſionem manutenibilem.

80 Recipiens penſionem diminutam per ſententiam ſibi præiudicat in poſſeſſorio, ſi non fuerit proteſtatus.

81 In ſummariſſimo Penſionarius non tenetur iuſtificare quod ſumma reſeruata Rectori apud eum remaneat, quamuis agat contra ſucceſſorem in beneficio, niſi clarè conſtet illam non remanere apud Rectorem.

82 Quando penſio fuit reſeruata alicui, cùm primùm charactere Clericali fuerit inſignitus, ſi Penſionarius ſit in quaſi poſſeſſione exigendi, clauſula illa non obſtat agenti poſſeſſorio ſummariſſimo.

83 Explicatur deciſio Seraphini 664. & oſtenditur quæ ſit differentia inter iuſtificationem Literarum, quæ requiritur in iudicio poſſeſſorio, & illam quæ interuenire debet in iudicio executionis Literarum.

84 Clauſula, arbitrio Rotæ, quid operetur in poſſeſſorio? & quid dum agitur de executione Literarum Apoſtolicarum? & quæ ſit in vtroque caſu differentia.

IN hac copioſa materia, nonnulla, eaque præcipuè capita hìc adnotauimus. Et primò quidem, quod dum 1
Penſionarius petit ſe manuteri in quaſi poſſeſſione ſummariſſima exigendi ſibi debitam penſionem, non tenetur producere Literas reſeruationis illius penſionis, ſed ſufficit exhibitio, ſeu productio ſupplicationis: quia licèt



licèt non poſſit penſio exigi & ſolui, niſi priùs expeditis & confectis Literis, nec ſufficiat ſola ſupplicatio, maximè ſtante decreto apponi ſolito, *vigore Literarum Apoſtolicarum deſuper conficiendarum, nec antea, aliàs præſens penſio ſit nulla*: Garſ. *de benefic. part. 2. cap. 2. num.* 43. Mantic. *deciſ.* 286.
2 *&* 300. † Adeo vt non ſufficiat confectio
Literarum poſt exactionem vt in *deciſ. impreſſis* apud Marcheſ. *tom.* 1. *fol.* 611. *&* 627. ſufficit tamen Literas eſſe plumbatas ad hoc vt dicantur expeditæ; Mohed. *deciſ.* 3. *de probat.* Garſ. *part.* 4. *cap.* 2. *num.* 56.

3 Tamen quando fuit intentatum remedium Summariſſimi poſſeſſorij, ſufficit productio ſola ſupplicationis ſine Literis: Garſ. *d. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 451. *&* 446. Rota apud Poſt. *deciſ.* 316. *n.* 1. *& deciſ.* 355. *n.* 2. 5. *& ſeq.* Burat. *deciſ.* 542. *num.* 2.

4 Notandum eſt ſecundò, quod ſi agatur poſſeſſorio Adipiſcendæ, vel executiuè, actor tenetur verificare omnia narrata, Parte opponente; ipſa verò non opponente, ſufficit verificare ea ſolùm quorum falſitas vitiat gratiam, vel quorum expreſſio faciliùs mouit Papam ad concedendum, vt dicit Rota coram Lancelloto *in Salamantina penſionis* 18. *Aprilis* 1591. inſerta apud Garſ. *part.* 1. *cap.* 5. *num.* 543. & ita determinat Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 40. ad quod allegat deciſionem *coram Sacrato* impreſſam apud Marcheſ. *de commiſſ. part.* 2. *fol.* 486. *num.* 3. quibus addenda ſunt, quæ idem Lotterius notat *ibidem, num.* 54. *& ſequent.*

5 Et præmiſſa ampliantur, vt ſola productio ſupplicationis ſufficiat, etiam ſi agatur remedio ſummariſſimi poſſeſſorij contra ſucceſſorem in beneficio penſione grauato; quidquid in contrarium dicere videatur Lotter. *loco citato, num.* 63. quia etiam intentato hoc remedio contra ſucceſſorem, non exigitur probatio per Literas, ſed ſufficit productio ſolius ſupplicationis, Puteus *deciſ.* 333. *num.* 3. *&* 337. *in correctis, lib.* 1. vbi quod quoties non agitur de canonizatione gratiæ, ſufficit productio ſola ſupplicationis. Idem dicit Ro-
6 ta *deciſ.* 175. *num.* 2. *part.* 4. *diuerſ.* † Idem in
remedio recuperandæ poſſeſſionis decidit Rota *deciſ.* 70. poſt tractatum Poſtij *de manutent. num.* 2. ex Regula qua nititur Guid. Pap. *deciſ.* 629. *num.* 19. quia in remedio Recuperandæ non curatur de Titulo, cùm etiam prædo ſit reintegrandus, & ſufficiat probare antiquam poſſeſſionem actoris, & nouam Rei conuenti: Duran. *deciſ.* 37. *n.* 1. *&* 3. hæc enim ſunt duo extrema actionis ſpolij; Mareſcot. *lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 59. *num.* 1. Rota *deciſ.* 16. *num.* 1. *part.* 7. *recent.*

Non tamen neceſſe eſt, quod anterior 7
actoris poſſeſſio probetur præcisè de tempore ſpolij, ſed ſufficit vt probetur quòd actor ante ſpolium aliquando poſſederit; text. eſt *in cap. olim.* 3. ibi, *vel priùs etiam habuiſſet: de reſtitut. ſpoliat.* quia qui aliquando poſſedit, præſumitur poſſeſſionem vſque ad tempus litis motæ continuaſſe; Menoch. *remed.* 15. *Recuper. n.* 386. Alciat. *de præſumpt. regul.* 2. *præſumpt.* 21. *&* 22. Mareſcot. *loco citato, n.* 6.

Ita vt quamuis Titularis per 30. annos 8
penſionem non ſoluerit, illa longa ceſſatio non impediat Iudicium manutentionis in Summariſſimo poſſeſſorio; Burat. *deciſ.* 347. *num.* 11. repetita apud Cenc. *in tract. de cenſ. deciſ.* 410. *num.* 15. *&* 16. *& deciſ.* 242. *num.* 8.
*&* 9. *& deciſ.* 244. *&* 245. *&* 246. † Vbi tamen 9
concluditur illud fallere, quando debitor interpellatus ſolutionem denegauit, dicens ſe ad illam non teneri. Ratio eſt, quia poſſeſſio præſumitur continuata niſi ab alio fuerit apprehenſa: ad text. *in l. licet, C. de acquir. poſſeſſ.* cum pluribus citatis *dicta deciſ.* 242. *num.* 7. apud Cencium.

Notandum Tertiò, quod quæ deducenda 10
ſint dum Penſionarius intentat remedium Reintegrãdæ, docet Cala *de modo articuland. n.* 728. nempe quod Titularis debitor penſionis fuit ſæpiùs requiſitus & interpellatus de ſoluendo penſionem impoſitam ſuper tali beneficio, quod ſẽper facere recuſauit, & quod ipſe Penſionarius aliàs ante dictam recuſationem & denegationem exegit dictam penſionem ab eodem Titulari, aut alio ad id legitimam facultatem habente; Hieronym. Magon. *deciſ. Lucen.* 4. *num.* 11. *verſic. nam ad hoc*, Gig. *de penſ. quæſt.* 47. *num.* 1. Crauet. *conſ.* 140. *num.* 1. cum aliis quos citat & ſequitur Marcell. Cala *in tract. de modo articulandi, & probandi, num.* 328.

Quartò, aduertendum eſt, quod licet 11
aliqui dubitauerint, vtrùm per ſimplicem dilationem ſolutionis factam per debitorem penſionis, aut alterius annuæ præſtationis, Penſionarius poſſit agere interdicto Recuperandæ poſſeſſionis, & exiſtimauerint ex ſimplici dilatione, aut non ſolutione, locum eſſe remediis ad poſſeſſionem recuperandam introductis; tamen verius eſt, non ex ſimplici denegatione locum eſſe huiuſmodi remediis, ſed dumtaxat quando debitor negat, animo ſe liberandi in futurum à ſolutione penſionis: non autem ſi propter impotentiam, aut aliam excuſationem ſoluere non poſſit: veluti ſi dicat Penſionario, *veni cras, veni poſt ſex dies &c.* vt dicit Bellamer. *conſ.* 21. *num.* 6. *verſic. Item rectè*; licèt quidam malè ipſum allegent pro contraria opinione: eámdemque ſententiam tuetur Ioann.

Ioann. Fab. *in* §. *Retinendæ*, *num.* 19. *&* 20. *Inſtitut. de interdict.* vbi probat, non ſufficere ſimplicem denegationem vt locus ſit ſimilibus interdictis poſſeſſoriis, ſed opus eſſe vt interueniat contradictio verbo, vel facto; cuius ſententiæ adhæret Menoch. *remed.* 3. *retinend. poſſeſſ. num.* 477. Cenc. *in tract. de cenſ. quæſt.* 91. *num.* 18. Eandem ſententiam probat Bertrand. *conſ.* 297. *num.* 3. *vol.* 3. *part.* 1. vbi reprehendit eum, qui intentando poſſeſſorium fecerat articulos, & deduxerat in illis ceſſationem ſolutionis; dicens, quod non ſatis erat articulare ceſſationem ſed debebat articulare cõtradictionem debitoris, & ſic eiectionem à poſſeſſione. Idem tenet Dec. *conſ.* 136. *num.* 1. vbi dicit, quod quando debitor penſionis quæ ſolebat annuatim perſolui, recuſat ſoluere propter inuoluntatem, non autem propter ſolam impotentiam, debet actor reduci authoritate iudiciali in eum ſtatum, in quo erat tempore ceſſationis ſolutionis; iuxta doctrinam Abbatis *in cap. querelam in* 3. *notabili, de electione.*

12 Notandum eſt quintò, quod licet DD. dubitauerint, vtrùm competant remedia recuperandæ poſſeſſionis quando agitur de præſtatione merè perſonali, vt videre eſt apud Oſaſc. *deciſ. Pedemont.* 99. *num.* 10. quorum opinionem non eſſe ſequendam, imò etiam in præſtationibus annuis merè perſonalibus remedia poſſeſſoria competere ſuperiùs fuerit per nos demonſtratum *cap.* 19. *num.* 4. ex Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 113. *num.* 15. Peregrin. *de fideicomm. artic.* 46. *num.* 18. *&* 19. & aliis. Tamen quando agitur de penſione debita ratione alicuius rei, provt in caſu iſto de penſione Eccleſiaſtica, quæ debetur ratione çerti beneficij, & adeo annexa eſt ipſi beneficio, vt etiam tranſeat ad ſucceſſorem, qui beneficium poſſidet penſione oneratum, fatentur omnes competere Penſionario remedium reintegrandæ, aut officium Iudicis ad hoc vt creditor reponatur in eo ſtatu, in quo priùs erat conſtitutus ante ceſſationem; vt dicit Decius *conſ.* 136. *n.* 2. & præciſè Gigas *de penſ. dicta quæſt.* 47. *num.* 2. & tradit Afflict. *deciſ.* 395. *num.* 8. dicens in hoc DD. omnes tam iuris Ciuilis quàm Canonici conuenire, Cenc. *de cenſib. quæſt.* 96. *num.* 15. Menoch. *remed.* 1. *recuperand. poſſeſſ. num.* 87. qui hoc ampliat *num.* 89. vt locum habeat, ſi agatur aduerſus ſucceſſorem qui recuſet ſoluere penſionem, qui licèt numquam ſoluerit poſt mortem ſui prædeceſſoris, attamen negando ſoluere ſpoliat Penſionarium ſua quaſi poſſeſſione exigendi, vt probat Guid. Pap. per multas rationes *deciſ.* 629. dummodò tamen probetur quod ipſe, vel eius anteceſſores fuerunt in quaſi poſſeſſione exigendi iſtam penſionem; vt *ibi* notat Menoch. *in fine.*

Quæritur ſexto loco, vtrùm neceſſaria 13
ſit productio tituli in hoc poſſeſſorio reintegrandæ poſſeſſionis. In hac quæſtione, Regula generalis eſt, quod poſſeſſor non eſt à ſua poſſeſſione amouendus ſine cauſæ cognitione, ſiue colorem habeat poſſidendi, ſiue non; vt poſt Oldrad. *conſil.* 227. *num.* 3. *ante finem, verſic. nunquam autem dicit*, Ludouiſ. *deciſ.* 105. *num.* 2. ſed ex eo non plenè reſoluitur difficultas, ſed magis ſtrictè proponitur alia Regula, quod iuſtificatio tituli non habet locum in ſpolio, etiam quando res non poteſt aliter haberi, nec poſſideri ſine titulo, niſi agatur contra Superiorem; vt bene declarat Anton. de Butr. *in cap. conſtitutus, num.* 8. *verſic. ſed tu dic: de fil. presbyter.* Pute. *deciſ.* 447. *alias* 457. *lib.* 2. Achill. de Graſſ. *deciſ.* 5. *de reſtitut. ſpoliat.* Ludouiſ. *dicta deciſ.* 105. *num.* 20. Rota apud Cenc. *deciſ.* 246.
*num.* 4. † Adeo vt manutentio ſit conceden- 14
da, quamuis allegaretur penſionem eſſe extinctam: vti *in dicta deciſ.* 246. *num.* 5. Quod tamen ego intelligo, niſi confeſtim & in promptu conſtaret de dicta extinctione, quia exceptio clara & non requirens altiorem indaginem, eſt in iſtis iudiciis poſſeſſoriis admittenda: Poſt. *de manuten. obſeruat.* 42. *num.* 140. *&* 153. Sed nec ex hac Regula reſoluitur difficultas; aliud enim eſt titulum producere, aliud titulum iuſtificare; vt dicit Menoch. *remed.* 3. *retinend. poſſ. num.* 335. poſt Gloſſ. vltim. *in fine*, *in Clement. vnica, de cauſa poſſeſſ. & propriet.*

Ideo dum pro penſione Eccleſiaſtica ſuper beneficiis intentatur remedium manutenendæ poſſeſſionis, & multo magis reintegrandæ, non tenetur quidem actor titulum ſuum plenè iuſtificare, ſed debet inducere Iudicis animum, vt credat illum non temerariè petere reintegrationem, nec authorita-
te propria poſſeſſionem aliàs obtinuiſſe; † & 15
hoc eſt colorare poſſeſſionem, quæ coloratio ſemper eſt neceſſaria in omnibus cauſis ſpiritualibus, vel mixtis: Rota *deciſ.* 20. *de reſtitut. ſpoliat. in antiquis*, Caſſador. *deciſ.* 8. *num.* 1. *&* 20. *ſub eodem titulo*, Tenetur ſiquidem, qui agit poſſeſſorio pro penſione, probare, quod exegit penſionem: non poteſt autem in illo iudicio obtinere, niſi probet exiſtentiam rei, cuius poſſeſſionem prætendit: Gregor. *deciſ.* 350. *in princip.* Lotter. *de re beneficiar. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 50. *&* 51. ſed tamen hoc caſu Literas ſeu Bullas non eſſe de neceſſitate producendas, ſed ſufficere ſolam ſupplicationem ſignatam ſuperiùs probauimus, ex
eodem Lotter. *ibidem, num.* 53. † etiam ſi poſ- 16
ſeſſorium



ſeſſorium manutenendæ fuerit intentatum contra ſucceſſorem in beneficio, in vim ſolutionum ab eius anteceſſore factarum; quamuis nouus poſſeſſor numquam ſoluerit: Poſt.
17 *de manuten. obſeruat.* 42. *num.* 42. † Idque non obſtante Regula, *de non iudicando iuxta formam ſupplicationis*, quæ procedit in illis Iudiciis, in quibus neceſſaria eſt tituli iuſtificatio, non autem in iſtis poſſeſſoriis, in quibus non tractatur de titulo, ſed ſolùm de poſſeſſione, nec titulus principaliter conſideratur, nec ſuper eo iudicatur, ſed ſolum ſuper poſ-
18 ſeſſione aut illius adiudicatione: † Gratia autem per ſolam Signaturam perficitur, & Literæ non requiruntur ad illius perfectionem, ſed ad probationem tantùm: idem Lotter. *num.* 56. *&* 57.

19 Notandum ſeptimò eſt, quod intentato ſpolij Iudicio diuerſimodè duorum extremorum probatio facienda eſt: quia primum Extremum, videlicet anterior poſſeſſio illius qui agit ad obtinendam reintegrationem pro conſequenda ſolutione penſionis, plene & concludenter verificanda eſt per veras probationes, iuxta ſtylum Rotæ Romanæ, de quo atteſtatur Gomeſ. *in regul. de infirm.* quem citat & ſequitur Rota *deciſ.* 294. *n.* 5. *part.* 7. *recent.* Verall. *deciſ.* 370. *num.* 1. *part.* 2. Rota *deciſ.* 337. *&* 165. *num.* 1. *in deciſ. diuerſ. part.* 2. & alibi paſſim.

20 Quod tamen locum non habet quando verſamur in antiquis, tunc enim primum Extremum, hoc eſt anterior poſſeſſio illius qui agit pro conſequenda poſſeſſione penſionis, probatur per leuiores probationes; Alexand. *conſ.* 24. *num* 32. *lib.* 2. Seraphin. *deciſ.* 763. *num.* 8. Ludouiſ. *deciſ.* 239. *num.* 4. Pute. *deciſ.* 74. *lib.* 1. *in correctis*, Adeo vt attenta temporis antiquitate ſufficiant probationes præſumptiuæ, Pute. *d. deciſ.* 74. Rota *deciſ.* 394. *n.* 2. *part.* 1. *diuerſ.*

21 Idcirco ſufficit in antiquis quod anterior poſſeſſio actoris probetur per teſtes de auditu auditus, vel per publicam vocem & famam, vel per enunciatiuas plurium inſtrumentorum, vel alia, de quibus Mareſcot. *d. lib.* 1. *cap.*
22 59. *num.* 43. *& ſeqq. vſque ad finem capitis:* † Secundum verò Extremum, hoc eſt denegatio Titularis probatur per litis ſuſtentationem: Gregor. *deciſ.* 362. *n.* 3. Cenc. *in tract. de cenſib. quæſt.* 91. *num.* 11.

23 Notandum octauò, quod ſi Rector alicuius Eccleſiæ ſit in poſſeſſione exigendi penſionem annuam ſuæ Eccleſiæ debitam ab alia Eccleſia, ille qui ſuccedit in Eccleſia creditrice, poterit agere ſpolio, aut aliis remediis poſſeſſoriis contra Rectorem Eccleſiæ grauatæ penſione qui illam ſoluere recuſat; quia licèt regulariter poſſeſſio vnius non ſit poſſeſſio alterius, Rota *recen. deciſ.* 473. *num.* 2. *part.* 3. nec manutentio concedatur ex alterius poſſeſſione, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 425. *num.* 50. *in fine*, tamen hoc caſu, quia agitur de iuribus Eccleſiæ, ideo Eccleſia ipſa dicitur poſſidere, & competunt remedia poſſeſſoria nomine Eccleſiæ: Seraphin. *deciſ.* 1417. *num.* 2. *in fine*, Rota *deciſ.* 435. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* Tuſch. *in verb. poſſeſſio, concluſ.* 433. *num.* 1. *&* 2. cum aliis citatis per Poſt. *in tract. de manutent. obſeruat.* 55. *n.* 92. *& ſeq.*
† Sicut dicitur de Domino Caſtri qui poteſt 24
intentare remedia poſſeſſoria occaſione iuris præſentandi, quod illi competit ratione Caſtri, quamuis ipſe nunquam præſentauerit, dummodò anteriores Caſtri poſſeſſores pręſentauerint; quia Dignitas ſeu Caſtrum videtur hoc ius præſentandi ſemper tenuiſſe & poſſediſſe, iuxta notata per Innocent. *in cap. cum ſuper, de cauſa poſſeſſ. & propriet. & cap. in Literis, de reſtitut. ſpoliat.* Rota *deciſ.* 1. *de iure*
*patr. in nouis*, † Eadémque ratione datur ma- 25
nutentio in quaſi poſſeſſione exigendi Decimas Rectori agenti nomine ſuæ Eccleſiæ, cuius reſpectu poſſeſſio fuit conſeruata: Add. ad Burat. *deciſ.* 753. *num.* 4.

Sicut è conuerſo Penſionario, qui eſt in 26
poſſeſſione exigendi, datur manutentio contra tertios poſſeſſores & contra ſucceſſores in beneficio, vt poſt Guid. Pap. *deciſ.* 629. *num.* 13. Put. *deciſ.* 151. *lib.* 3. Gigas *de penſ. quæſt.* 47. *num.* 10. dicit Rota *deciſ.* 62. *num.* 27. *part.* 7.
*recent.* † tamen in caſibus, in quibus Penſio- 27
narius agit contra ſucceſſorem, debet illi intimare Literas ſuæ reſeruationis penſiònis, Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 417. *num.* 27. Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *n.* 98.

Sed hoc eſt verum, quando agitur ad de- 28
clarationem pœnarum, veluti cenſurarum; aut ad priuationem beneficij: ſecus eſt ſi agatur ſimpliciter ad ſolutionem penſionis, etiam de mandato Executoris; vt dicit Garſ. *de benefic. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 579. quia dum agitur de pœna, debet præcedere intimatio Li-
terarum illi, qui non per ſe conſenſit, † etiam 29
ſi conſenſerit per procuratorem; & multo magis quando agitur de ſucceſſore in beneficio, qui nec per ſe, nec per alium conſenſum præſtitit: Caſſador. *deciſ.* 12. *de reſcript. num.* 1. *&* 2. Gomeſ. *in compend. vtriuſque Signat. in fine*, *verſic. hinc eſt quod de ſtylo Curiæ*; Mandoſ. *de monitor. quæſt.* 26. Gig. *de penſ. quæſt.* 77. *num.* 10. 20. 21. *&* 22. *& quæſt.* 84. *n.* 2.
† & iſta intimatio debet fieri perſonaliter, 30
nec ſufficit ſcientia ſine intimatione, Mohed. *deciſ.* 3. *de dolo & contumac.* Rota apud Marcheſ. *part.* 1. *deciſ.* 70. *num.* 4. *fol.* 919. & debet fieri intimatio per Notarium cum expeditione copiæ, ſi petatur; Gig. *qu.* 77. *num.* 21. Garſ.

21. Garſ. *loco citato* , *num.* 578.

31 Notandum nonò,quod ad hoc vt quis manuteneatur in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem , ſufficit quòd conſtet de vnico actu ſolutionis,Rota *deciſ.* 193. *num.*2.*part.*3. *recent.* & 310.*num.*1.*part.*4.Poſt.*de manutent. obſeruat.*18.*num.*36. quæ quidem ſolutio probatur per quittanciam à Penſionario factam: Menoch. *remed.* 3. *retinend. poſſeſſ. num.* 57. Rota *deciſ.* 310.*num.*3.*part.*4. *recent.* & 387. *num.*2.*part.*2.

32 Immò ad obtinendam manutentionem, ſufficit ſolutio vnica partis eiuſdem penſionis,Poſt. *ibid.num.*37. qui tamen hoc limitat, & benè , niſi ſoluens habuerit animum ſoluendi penſionem reſtrictiuè ad illam partem ; Idem dicit Gratian. *diſcept.forenſ. cap.* 426.*num.*1.Vnde ſi in reſeruatione penſionis adſit clauſula , *quod centum remaneant pro Rectore* , & debitor penſionis ſoluat partem,proteſtans quod non tenetur ad ampliorem ſummam, ex eo quòd non remanent centùm pro Rectore;iſta ſolutio non proderit ad obtinendam manutentionem pro tota penſione : Gratian.*dicta diſcept.*426.*num.*14.& 15. Rota *deciſ.*547.*num.*4.*part.*1.idem Poſt.*obſeruat.*73. *num.* 169. & 170. Gregor. *deciſ.*557. *n.*11.Burat.*deciſ.*542.*n.*9.& 759.*n.*6.

33 Notandum eſt decimò , quod ad hoc vt ſolutio penſionis facta Penſionario conſtituat illum in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, requiritur , ſolutionem factam fuiſſe à perſona legitima, videlicet quæ titulum habeat in beneficio , Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 113. *num.* 52. Rota coram Martino Andrea *deciſ.* 18. *num.* 4. quia in iſtis iuribus in-
34 corporalibus , † ſubſtantia poſſeſſionis conſiſtit in ſcientia & patientia Domini , quæ non interuenit regulariter,aut ſaltem probata non eſt ex ſolutione facta per eum qui non habet titulum in beneficio , niſi veri Titularis ſcientia aliunde probetur : Bart. *in l.* 1. §. *huius autem interdicti , in fine , verſic.ſecundo modo:ff.vti poſſidetis*,Menoch.*remed.*3.*retinen. poſſeſſ.num.*147. Lotter. *de re beneficiaria lib.*1. *cap.* 38. *num.* 130. Omnino enim requiritur ſcientia & patientia domini,ad hoc vt ſolutio facta ab alio quàm ab ipſo, conſtituat Penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi : Rota *deciſ.*716.*num.*3.*part.*2.*recent.* per text. cum ſua Gloſſa *in l.*2.*C.de ſeruitut.* & *aqua* , & *ibi* Bart.*num.*8.& 9.& *in l.quoties* 20.& *ibi* Gloſſ. *ff.de ſeruitut. titulo generali* , cum aliis *ibidem* citatis;Pute. *deciſ.*273.*num.*3.*lib.*2.*in correctis.* Rota *deciſ.* 253.*n.*3.*part.*3.*recent.*& 530.*n.*5. *part.*4.*recent.*

35 Notandum eſt vndecimò, quod quamuis ille qui verum habet titulum in beneficio, dediſſet commiſſionem etiam per inſtrumentum publicum alicui amico , vel procuratori de ſoluendo penſionem, non cenſeretur ex eo Penſionarius conſtitutus in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem , niſi fuiſſet ſubſecuta effectualis ſolutio : Aliud enim eſt mandatum de ſoluendo , aliud ſolutio : Rota apud Pacific.*deciſ.*44.*num.*5.& 6.Gratian.*diſcept.forenſ.cap.*113.*n.*53.& 54.

Notandum eſt duodecimò , quod ſolutio 36
facta per eum qui eſt reſeruatarius fructuum, & habet facultatem percipiendi illos propria authoritate,conſtituit Penſionarium in quaſi poſſeſſione manutenibili , etiam contra ſucceſſorem in beneficio : Ratio eſt , quia hoc caſu reſeruatarius fructus colligit adinſtar vſufructuarij propter facultatem ſibi conceſſam illos propria authoritate percipiendi : *l. fundi Trebatiani , ff.de vſufr.legato*, & *ibi* Bartol.& *in l.cotem ferro*,§.*qui maximos* , *ff.de public.*& *vectigalib.num.*9.vbi dicit,quod quando quis habet facultatem percipiendi fructus propria authoritate , cenſetur tanquam vſufructuarius;† quod intelligendum eſt, quan- 37
do non percipitur certa quantitas,ſed ius percipiendi fructus competit generaliter abſque deſignatione certorum fructuum , provt ius generaliter & ſine deſignatione certæ quantitatis competit illi , qui omnium fructuum beneficij reſeruatarius eſt : hæc bene probantur ex diſtinctione quam refert Achill.de Graſſ.*deciſ.*3.*de renunciat.* Igitur hoc caſu,ille qui fructus propria authoritate percipit , tenetur per conſequens ad onera realia ipſius beneficij quales ſunt penſiones ſuper illo impoſitæ , & per conſequens, cum ſit legitima perſona ad faciendam penſionis ſolutionem,nec de ea Titularis,qui fructus nondum percipit,ſe immiſcere poſſit,ipſe per ſolutionem conſtituit Penſionarium in quaſi poſſeſſione manutenibili;vt determinat Rota *in Toletana penſionis die* 5. *Decemb.* 1603. *coram Iuſto*, quæ inſeritur apud Zach. *de ſociet.Offic. deciſ.* 27. & ſequitur eadem Rota *deciſ.* 508. *num.*3.*part.*2.*recent*: Addent. ad Ludouiſ. *deciſ.*275.*num.*23.

Si tamen ageretur de ſimplici fructuum 38
reſeruatario,qui non haberet facultatem percipiendi illos propria authoritate,tali caſu ſolutio per illum facta non tribueret quaſi poſſeſſionem niſi data ſcientia Titularis,quia hic non habet titulum , & nec proprio iure, nec propria authoritate adminiſtrat:Poſt. *de manutent.obſeruat.*35.*n.*80.

Notandum decimotertiò , quod ex præ- 39
miſſis ſequitur , nempe ſolutionem factam à Tertio ſine mandato illius qui penſionis debitor eſt , non conſtituere Penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem ; Rota apud Pacific. *deciſ.* 44.*num.*4. & 11.Gigas *de penſ.*



*penſ. quæſt.* 38. *num.*4. quia mandatum de ſoluendo non præſumitur niſi concurrentibus adminiculis, Burat. *deciſ.*347. *n.*3. & *d.deciſ.* 44.*num.*11.apud Pacific.

40 Adminicula autem ſunt primò , ſi agatur de ſolutione ſummæ notabilis ; cùm nemo præſumatur iactare ſuum : iuxta *l.cum de indebito , ff. de probat.* Lotter. *lib.*1. *de re benefic. quæſt.*38.*num.*146.& *ſeqq.* Gregor. *deciſ.*275. *num.* 4. Ideo ſi agatur de ſumma notabili, præſumptio eſt quod fuerit ſoluta de pecuniis debitoris;Mantic. *de tacit. conuent. lib.* 7. *tit.*6.*num.*3.& 4.Gratian. *diſcept.forenſ.* 296.
41 *num.*20.& 21.† Vbi dicit quod ad hunc effectum expenſa decem Ducatorum non dicitur modica, poſt Mantic. *lib.*7. *tit.*4. *n.*14.

42 Alia adminicula deſumuntur ex præcedenti reſeruatione, in cuius executionem ſolutiones factæ præſumuntur : Bart.*in l.triticum*,& *in l.ſi ita fuero ſtipulatus* , §.1.*num.*3.*ff. de verbor. obligat.* Surd. *conſil.* 156. *num.* 24. Gregor.*dicta deciſ.*275.*num.*4. Sed hanc præſumptionem non magni faciendam eſſe exiſtimo : quia non agimus nunc vtrùm ſolutio facta fuerit in cauſam obligationis præcedentis,qua Titularis adſtrictus eſt ad ſolutionem penſionis;ſi enim de eo dubitaretur , vt pote quod in quittãcia non fuiſſet expreſſum pro quo debito ſolutio fiebat, tunc verum eſſet quod ſolutio facta cenſeretur in cauſam illius penſionis reſeruatæ : ſed ſolum in caſu iſto quæritur vtrùm ſolutio facta fuerit de mandato , vel cum ſcientia ipſius debitoris; ad quod præcedentis reſeruationis coniectu-
43 ra nihil facere videtur. † Deſumitur etiam aliud adminiculum ex eo, quod idemmet qui ſoluit plures alios penſionis terminos , aliàs perſoluiſſet:Rota coram Gregor.*d.deciſ.*275. *num.*4. vbi Beltramin. *num.*20. bene aduertit,
44 † quod quando adſunt adminicula,tunc non exigitur alia probatio ratificationis,aut ſcientiæ illius, qui penſionis debitor eſt : Et in tot *deciſionibus* , in quibus Rota dixit mandatum Titularis præſumi ex adminiculis,numquam apparet quod Rota requiſiuerit aliam probationem ſcientiæ Titularis.

45 Sed quid dicendum , ſi Penſionarius in quittancia dicat ſe recepiſſe penſionem tot Ducatorum à Titio beneficij poſſeſſore per manus Sempronij,vtrum hoc caſu præſumatur ſolutionem fuiſſe factam de mandato Titularis?Ego quidem exiſtimo non probari ex eo mandatum, tum quia iſte Tertius ſoluens non poteſt præiudicare Titulari , & ideo quamuis diceret expreſsè quod ſoluebat de mandato ipſius Titularis, hoc ei non noceret , quia confeſſio vnius non poteſt alteri Tertio præiudicare ; Surd. *conſil.* 5. *num.* 39. cum pluribus per eum citatis;& eſt notiſſima iuris Regula : Tum etiam quia verba illa, *per manus Sempronij*,nihil inferunt ad mandatum ipſius, † niſi id fieret in præſentia ipſius 46
ad cuius exonerationem fit ſolutio, vt erat in caſu Bertrandi,*conſil.*282.*num.*2.*vol.*2.*part.*1. quia illo caſu Sempronius potiùs pecuniam numeraſſe quàm dediſſe videtur , vt *ibi* per eum. Idemque eſt in caſu Salyceti *in l. omnibus , C.de teſtibus* , *num.*6. *verſic. cum peteres à me* , vbi allegat textum *in l.ſi procuratori præſentis* 79.*ff. de verbor. obligat.* quia iſto caſu qui ſoluit in præſentia principalis,dicitur nudus miniſter ; † & quod verba illa,*per manus* 47
*talis* , non intelligantur facta de mandato alterius quando agitur de præiudicio Tertij, dicit Cardin. Zabarell. *in clement.*1.§. *nos itaque , in* 21.*notab.num.*10. & ita locum habere cenſeo quæ de ſolutione facta per manus alterius , dicit Gratian. *diſcept. forenſ.* 113. *num.*58.

Sed aliud potentius adminiculum deſu- 48
mitur ex confeſſione Titularis,qui faſſus fuit ſe aliàs penſionem,de qua agitur,perſoluiſſe; quæ probatio omnem aliam probationis ſpeciem exſuperat : *l. cum precum* , *C. de liberali cauſa,l.cum te*,2.*C.de tranſact.* † & ſufficit iſta 49
confeſſio quamuis fuerit extraiudicialis , vt fuit deciſum apud Marcheſan. *part.* 1. *fol.* 545. *n.* 2. & ſequitur Rota apud Eminentiſſ. Card.Ottobon.*deciſ.*56.*num.*8.

Si tamen confeſſio illa fuiſſet facta in pre- 50
cibus , neceſſarium eſſet docere preces illas fuiſſe datas de ordine , ſeu mandato ipſius Titularis , iuxta Doctrinam Bartoli *in l. certum* 6.§.*ſed an & ipſos*,*num.*2.*ff.de confeſſ* Rota *deciſ.*273.*num.*8. & 9.*part.*6.*recent.*nam aliàs eſſet in arbitrio cuiuſcunque porrigere preces nomine alterius, illiſque vti ad commodum proprium ; vt aduertit Maſcard.*de probat. concluſ.*368.*num.* 21. quæ malè allegatur apud eumdem Cardin. Ottobonum , vitio impreſſorum : † Sola tamen narratiua con- 51
tenta in Literis Apoſtolicis,non probat ſolutionem,nec quaſi poſſeſſionem,quando facta eſt cum clauſula,*ſicut accepimus*:quia Papa nihil certi aſſerit , ſed ſe remittit ad factum de quo ſibi non conſtat, vt tradunt omnes in *clement.* 1.*de probat.* Bellamer. *deciſ.*158.cum aliis per Gabriel.*concluſ.*2. *de probat.num.*4.*in quinta limitat.* Rota *deciſ.* 681.*num.*2. *in fine*, *verſic.Aut comes nititur:part.*4.*diuerſor.*

Cæterum iſta confeſſio Titularis legitimè 52
probata per quittanciam aut per teſtes non nocebit ſucceſſori in beneficio , ad effectum vt Penſionarius manuteneatur in quaſi poſſeſſione exigendi aduersùs ipſum ſucceſſorem , niſi interuenerit vera & realis numeratio ; Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*365. *num.*35.Burat.*deciſ.* 156. *num.* 2. & *ſequentib.*

& ibi Addent. n.14. Lotter. de re benefic. lib. 1.
53 quæſt.38. num.117.† Limitatur primò, niſi in
quittancia adiectum fuerit, quod creditor
penſionis illam recepit de contanti, vel in pe-
cunia realiter numerata: quia per illa verba
probatur vera & realis ſolutio; ad notata per
Bartol. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chryſogonus, n.3.
& ibidem Alexand. num.14. ff. de verbor. obligat.
54 Rota deciſ.193. num.4. part.3. recent.† quod ſi
quitancia fuerit facta per inſtrumentum pu-
blicum, in quo adiecta fuerit confeſſio de re-
cepto, attendenda ſunt verba Notarij, ſi enim
dixerit, debitorem penſionis vere & realiter
pecuniam numeraſſe, vel ſimpliciter vſus
fuerit verbo numerauit, & multò magis ſi di-
xerit ſolutionem factam fuiſſe in talibus &
talibus ſpeciebus, abſque dubio ex ea, vera nu-
meratio probatur; vel ſi dixerit ſolutum fuiſ-
ſe realiter & cum effectu: prout iſta omnia pro-
bat Farinac. de falſit. & ſimulat. quæſt.154. n.
64. Idem dicendum eſt, ſi Notarius dixerit
quod Titius confeſſus fuit habuiſſe & rece-
piſſe à Titio centum, quæ habuit & recepit
in præſentia mei Notarij & teſtium, Farinac.
ibidem num.67. Rota deciſ.310. num.3. part.4.
recentior.

55 Limitatur ſecundò vt locum non habeat
Regula, ſi confeſſio de recepto facta in ſcri-
ptura quittanciæ haberet pro ſe generalem
conſuetudinem, & ſtylum illius loci, quod
omnes quittanciæ fieri ſoleant abſque ex-
preſſione veræ numerationis, ſed per ſolam
& ſimplicem confeſſionem; ex hoc enim
probabitur vera ſolutio & numeratio etiam
aduerſus ſucceſſores: Rota d. deciſ. 193.
num.4. part.3. recent. verſic. præcipuè ſtante ſtylo.
Gratian. diſcept. for. cap.365. num.38. Poſt. de
manutent. obſeruat. 35. n.22.

56 Limitatur tertiò, niſi iſtæ confeſſiones
eſſent adminiculatæ & veriſimiles, veluti
ſi continerent notabilem ſummam, cùm
non ſit probabile, quod quis voluerit iactare
ſuum. Idem ſi confeſſiones eſſent gemina-
tæ, ſi plures factæ fuiſſent diuerſis credito-
ribus Penſionarij per manus Notarij ſuc-
ceſſiuis temporibus, ſi conſtet de reſerua-
tione & obligatione præcedenti, & aliis ſimi-
libus, de quibus Poſtius dicta obſeruat. 35.
57 num. 23.† adeo vt pro adminiculo ſufficiant
teſtes quamuis nulliter & informiter exa-
minati, Gratian. d. diſcept. 365. num.39.

58 Notandum eſt decimoquartò, quod etiam
ex præmiſſis reſultat, quod ſi mercator dede-
rit ſcedulam bancariam pro ſolutione pen-
ſionis in terminis conuentis, & ſcedula bene
& legitimè recognita, & in dorſo illius ſce-
dulæ fuerit annotata ſolutio, ex hoc ſaltem
iunctis adminiculis probata cenſetur ſolutio
ad effectum ſummariſſimæ manutentionis
in quaſi poſſeſſione exigendi; quia ſimiles
annotationes non ſolent fieri niſi de con-
ſenſu creditoris, & quia creditor non poteſt
vti illa ſcriptura niſi cum qualitate ſolutionis
annotatæ in tergo illius: l. Publia 26. §. finali,
cum ibi notatis, ff. depoſiti, Surd. deciſ. 333. n.11.

Similiter ſi mercator ſcripſerit in libris 59
ſuis ſe ſoluiſſe penſionem de mandato Titu-
laris, concurrentibus adminiculis, probata
erit ſolutio ad effectum concedendi manu-
tentionem in quaſi poſſeſſione exigendi; † 60
quia licèt regulariter liber mercatoris non
probet pro Tertio contra Tertium, vt fusè
oſtendit Nicol. à Genua de ſcript. priuata, lib.
4. qu.3. per totam, Eſcobar. de Ratiocin. cap.11.
num. 29.† Tamen concurrentibus admini- 61
culis liber ille contra Tertium probat veram
penſionis ſolutionem interueniſſe, vt gene-
ralis eſt Regula quam proponit Genua d.
quæſt. 3. num. 7. & in indiuiduo de ſolutione
penſionis tenuit Rota deciſ. 386. num.5. part.
4. tom.2.

Notandum eſt decimoquintò, quid ſta- 62
tuendum ſit de ſolutione facta per fideiuſ-
ſorem, vtrum videlicet per eam Penſiona-
rius ſit conſtitutus in quaſi poſſeſſione exi-
gendi? In hac quæſtione Poſtius exiſtimauit
non cenſeri inductam poſſeſſionem manute-
nibilem, quia cauſa non tangit principaliter
fideiuſſorem, qui cùm habeat releuatorem
potuit eſſe nimis facilis ad ſoluendum, non
propoſitis legitimis exceptionibus, quæ po-
terant retardare ſolutionem penſionis, vt di-
cit idem Author in tract. de manutent. obſer-
uat. 56. num.37.† Quamuis enim ſi principa- 63
lis ſoluat, locus ſit manutentioni aduerſus fi-
deiuſſorem, principaliter & in ſolidum obli-
gatum, quia factum Principalis nocet fide-
iuſſori, Gratian. diſcept. forenſ. cap. 310. num.
32. Rota deciſ. 299. num.6. part.1. recent. Ta-
men aliud eſſe vult in fideiuſſore ſoluente,
qui ſuo Principali nocere non potuit; cùm ta-
men è conuerſo Principalis ſoluendo potue-
rit fideiuſſori præiudicare. Sed tamen ab eius
ſententia recedendum videtur, tùm ex au-
thoritate Rotæ in Cremonenſi penſionis, coram
Vbaldo 2. Maij 1622. quæ hanc ſententiam
aduersùs opinionem Poſtij manifeſtè, illo ta-
men non citato, ſecuta eſt; tum ob rationem
euidentem, † quia nimirum fideiuſſori non 64
ſolùm cenſetur datum mandatum ad fideiu-
bendum, ſed etiam ad ſoluendum, & per
conſequens ſolutio facta per fideiuſſorem
cenſetur facta de mandato Principalis, & ea
ratione conſtituit Penſionarium in quaſi
poſſeſſione exigendi, ſecundùm regulas &
doctrinas ſuperiùs propoſitas. Quamuis
enim controuerſum fuerit vtrùm fideiuſſor
cenſeatur habere mandatum ad ſoluendum,
verior



verior tamen eſt ſententia affirmatiua, quam
tenet Cardin. Mantic. de tacit. conuent. lib.16.
tit. 22. num.4. Honded. conſil.17. num.34. lib.2.
quia ſi fideiuſſor habet actionem mandati
contrariam poſtquam ſoluit, l. idemque 10. §.
fideiuſſores, ff. mandati, l. 2. C. eod. titulo, eadem
ratione videtur ab initio mandatum habuiſſe
ad ſoluendum, l. ex mandato, §. fin. à contrario
ſenſu, ff. mand. & tenuit Rota deciſ. 386. num.
27. part.4. recent. tom.2. dicens ita communi-
ter fuiſſe receptum, Duran. deciſ.27. num.3.
& deciſ.75. num. 10. Addent. ad Burat. deciſ.
65 534. num. 9.† Si tamen fideiuſſor proteſtatus
fuerit quod ſoluebat animo repetendi, non
poteſt conſtituere Penſionarium in quaſi
poſſeſſione exigendi, dummodo in proteſta-
tione dicat ſe ſoluere animo repetendi ab ipſo
Penſionario; ſi enim ſimpliciter dixiſſet ſe
animo repetendi ſoluere, & non expreſſiſſet, à
penſionario, cenſeretur habuiſſe animum re-
petendi à Principali pro quo fideiuſſit, quia
debet intelligi ſecundùm naturam fideiuſſio-
nis, quæ eſt vt ipſe repetat à Principali: cap.
peruenit, de fideiuſſoribus, & ita reſolutum de-
66 ciſ.299. n.11. part. 1. recent.† Cui reſolutioni
non aduerſatur deciſio Veralli 330. num. 1.
part.2. Quia in caſu huius deciſionis aderat ex-
preſſa proteſtatio facta ab eo qui ſoluebat
nomine Titularis, quod ſoluebat metu cen-
ſurarum, & animo repetendi, & per ſolutio-
nem illam, non intendebat quod fuiſſet ali-
quod ius quæſitum aduerſario: vt patet in
dicta deciſione 330.

67 Aduertendo tamen, quod licèt regulari-
ter reſignato beneficio extinguatur obliga-
tio fideiuſſoris, quia ſublato principali cor-
ruit acceſſorium; ſi tamen in reſeruatione
dictum fuerit quod Titularis non poſſit reſi-
gnare, niſi prouiſus ſimilem obligationem
præſtiterit, & fideiuſſores dederit, aliàs &c.
Titulares ipſi & illorum fideiuſſores rema-
nent obligati poſt reſignationem, niſi con-
ditioni ſatisfecerint, & prouiſus ſe obligaue-
rit, & alios fideiuſſores dederit: Rota deciſ.
23. num.2. & 3. part.2. recent.

68 Quando autem ſolutio facta fuit à cam-
pſore in vim ſcedulæ bancariæ, quam Titu-
laris dederat pro ſolutione penſionis, illa ſo-
lutio conſtituit Penſionarium in quaſi poſ-
ſeſſione, cuius vigore dandum eſt Penſiona-
rio mandatum de manutenendo, ſibi enim
imputare debet Titularis, ſi nolebat ſolutio-
nem fieri per campſorem, cur illi non inti-
mari fecerit ne ſolueret: Rota deciſ. 352. num.
11. & 12. part.4. recent. tom.2.

69 Notandum decimoſextò, quòd ſolutio fa-
cta à Syndico, vel Oeconomo, non conſtituit
in quaſi poſſeſſione exigendi, ſicuti nec à de-
poſitario aut ſequeſtratario, aut ſimilibus per-
ſonis, Lotter. de re beneficiaria, lib.1. quæſt.38.
num.134. & ſeqq. Gregor. deciſ.275. num.8. &
21. Burat. deciſ.753. num.1. ſicuti nec ſolutio-
nes factæ Sede Epiſcopali vacante, Lotter. loco
mox citato, num.13. Quia cùm nemo titulum
habeat Sede vacante, non poteſt eo tempore
acquiri aliqua poſſeſſio contra Eccleſiam,
Rota deciſ.681. num.1. part.4. diuerſ.† Quæ 70
ratio militat etiam in ſolutionibus factis per
ſubcollectorē ſpoliorum, Lotter. vbi ſuprà, n.
138. quamuis tales ſolutiones faciant admini-
cula ad coadiuuandam probationem quaſi
poſſeſſionis; Gregor. dicta deciſ. 275. num.9.
Rota deciſ.193. num.5. part.3. recent.

Notandum eſt decimoſeptimò, quod ad 71
hoc vt probetur ſolutio ad effectum acqui-
rendi quaſi poſſeſſionem, debet conſtare de
mandato tam ſoluentis quàm recipientis;
Gratian. diſcept. forenſ. cap.365. num.9. & 10.
niſi conſtet de ratificatione & de adminicu-
lis; Rota deciſ.591. n.3. part.2. recent.† & ideo 72
ſolutiones factæ patri Penſionarij non ſuffi-
ciunt ad hunc effectum, quamuis illa facta
fuerit in executionem obligationis Penſio-
narij, qui ad exonerationem debiti paterni
ceſſerat partem fructuum ſeu commoditatis
ſuæ penſionis; quia quittancia patris prodeſt
quidem ad liberationem illius qui ſoluit à de-
bito paterno, ſed non ad acquirendam quaſi
poſſeſſionem in præiudicium filij Penſiona-
rij: vt fuit deciſum in recent. part.4. tom.2. de-
ciſ. 352. num. 20. vbi allegatur deciſio Lucana
penſionis coram Pirouano 27. Nouembris 1617.
quæ inſeritur in recent. deciſ. 585. num.3. vbi
allegatur Gig. conſ.14. num.5. quia in ſpiritua-
libus, qualis eſt penſio, pater non poteſt exer-
cere patriam poteſtatem: † Vnde etiam ſe- 73
quitur quod nulla poteſt exerceri quaſi poſ-
ſeſſionis & manutentionis actio contra illum,
qui beneficium penſione grauatum dimiſit;
Rota apud Poſtium de manutent. deciſ. 180.
num. 13. non idem in ſequeſtratariò, quia ille
perſonam poſſeſſoris repræſentat: & ideo non
poteſt euitare ſolutionem penſionis debitæ
ſuper beneficio, cuius fructus ſunt ſequeſtra-
ti, vt in dicta deciſ. 180. n.1. Non tamen ex eo
infertur, quod ipſe ſoluens conſtituat Pen-
ſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi, cùm
titulum non habeat, vt ſuperiùs dictum fuit;
ſed dumtaxat † quod per appoſitionem ſe- 74
queſtri ſuper fructibus beneficij non fiat præ-
iudicium Pẽſionario, quo minus in ſua quaſi
poſſeſſione manuteneri debeat, & ſolutio per
ſequeſtrariū fieri de fructibus ſequeſtratis;
quod fusè explicat, cum ſuis ampliationibus,
& limitationibus, Poſtius de manutent. obſeru.
60. per totam.

Notandum eſt decimoctauò, quod ſolutio 75
facta metu cenſurarū, vel ex forma commiſ-
ſionis

ſionis datæ *ſine retardatione executionis*, non conſtituit Penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi: quia qui paret mandatis Superioris non animo obediendi, ſed timore pœnæ, non conſtituit aduerſarium in quaſi poſſeſſione iuris incorporalis; ſecundùm Innocent. *in cap. cum olim*, per illum text. *de reſtitut. ſpoliat.* & *ibidem* Gloſſ. incipiens, *Abſtinuit*; Mareſcot. *lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 22. *num.* 22. Rota *deciſ.* 196. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſ.* quod procedit, ſiue comminatio, præceptum, & executio fuerit iuſta, ſiue non; quia hic ſolùm attenditur animus & voluntas ac patientia illius qui ſoluit, quæ non interuenit in eo qui coactus ſoluit; Puteus *deciſ.* 273. *lib.* 2. *in correct.* Rota *deciſ.* 429. *num.* 5. *part.* 3. *recent.* Seraphin. *deciſ.* 1017. *num.* 6. † ſed hoc caſu requiritur
76 quod ſoluens proteſtetur in actu ipſo ſolutionis, quod ſoluit coactè, & metu cenſurarum, vel executionum; alioquin ſi ſimpliciter ſoluerit abſque illa proteſtatione, conſtituit Penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi; Add. ad Gregor. *deciſ.* 365. *num.* 4. vbi etiam dicitur quod iſta proteſtatio fieri debet tempore primæ ſolutionis, nec ſufficit quod fiat in ſequentibus ſolutionibus: ſed ſi in prima facta fuerit, hoc ſufficit pro ſequentibus; nec ſufficeret ſi fieret proteſtatio de repetendo à quodam Tertio, vt *ibidem* bene deducitur.

Notandum eſt decimononò, quod ſi ſolu-
77 tio certæ ſummæ facta fuerit pro reſiduo totius termini decurſi, vel omnium terminorum, conſtituit in quaſi poſſeſſione percipiendi integras ſummas debitas; hæc enim eſt vis ſolutionis factæ pro reſiduo, vt totum debitum comprehendat; Gloſſ. *in l. ſi ex pluribus, ff. de acceptilat.* Iaſon *in l. ſiquidem, n.* 4. *verſic. limita: C. de tranſact.* Rota *deciſ.* 76. *num.* 3. *part.* 5. *recent.* & antea *in Regienſi penſionis, coram Orano*, inſerta apud Marcheſ. *tom.* 1. *fol.* 563. *& fol.* 616. ſed correctiùs *dicto fol.* 563. In qua dicitur huiuſmodi quaſi poſſeſſionem mediante ſolutione factam, pro reſiduo ſuffragari ad obtinendam manutentionem, etiam aduerſus ſucceſſorem in beneficio: & quod inde acquiratur poſſeſſio pro toto debito penſionis, decidit etiam Rota apud Poſtium *deciſ.* 318. *num.* 2. *&* 3. ex illa ſiquidem quittancia oritur præſumptio quod totum debitum fuerit ſolutum, Munnoz de Eſcobar *in tractat. de ratiocin. cap.* 37. *in princip.* Barboſ. *de clauſ. cap.* 108. Marta *clauſ.* 333. *part.* 1. Coſta *in eod. tract. cap.* 54. Tuſch. *Litera R. concluſ.* 255.

78 Aduertendo tamen obiter, quod licèt ex quittancia facta pro reſta ſiue pro reſiduo oriatur præſumptio, quod totum reſiduum fuerit ſolutũ, non tamen ex eo ſequitur quod præſumatur, ſolutionem fuiſſe factam de pecuniis propriis ſoluentis: quia duæ ſimul concurrerent præſumptiones, quod dici non debet: Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 132. *num.* 82. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 570. *num.* 33. quem ſimpliciter citat & ſequitur Fontanell. *de pact. nuptialib. clauſul.* 14. *gloſſ. vnica, part.* 1. *n.* 35. *fol. mihi* 632.

Notandum eſt vigeſimò, quod quamuis 79
compenſatio fieret inter duos, quorum vterque diuerſo reſpectu eſt debitor & creditor, & multo magis ſi compenſatio fieret cum Tertio, non poteſt ex eo inferri quaſi poſſeſſio iuris exigendi penſionem; quia licèt compenſatio vim ſolutionis habeat ad liberandum & exonerandum debitorem, tamen quia hæc non eſt vera, ſed ficta ſolutio, non habet vim producendi effectum quaſi poſſeſſionis in præiudicium Tertij, vel ſucceſſoris in beneficio; Seraphin. *deciſ.* 302. *num.* 1. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 728. *num.* 10. Poſtius *de manutent. obſeruat.* 35. *num.* 17. & apud Eumdem *deciſ.* 47. *num.* 8.

Notandum eſt vigeſimoprimò, quod cum 80
ſecundùm generales iuris Regulas, quæ propriè Tractatum noſtrum non concernunt, is qui facto proprio cecidit à poſſeſſione, non poſſit intentare remedia poſſeſſoria, quas fuſiùs exponit Poſtius *in dicto tractat. de manutent. obſeruat.* 57. *per totam*, ſi Penſionarius poſt motam ſibi litem à Titulari ſuper reductione penſionis & latam ſententiam fauore reductionis, quamuis priùs recuſaſſet recipere penſionem diminutam & reductam, & proteſtatus fuiſſet, cum clauſula, *ſaluo iure recipiendi reſiduum*, tamen poſtea liberè & abſque vlla proteſtatione fecit quittanciam, ſibi præiudicauit in poſſeſſorio: argum. §. *poſteriore, Inſtit. quib. mod. teſtam. infirment. l. pacta nouiſſima, C. de pactis*, & ideo ſi ſententia penſionem maioris ſummæ reducendam declarauerit ad 112. ſcuta, quam ſummam poſtea Penſionarius ſine proteſtatione receperit, non poteſt prætendere manutentionem niſi quoad illa 112. ſcuta, reſiduum tamen non prohibebitur diſputare in iudicio petitorio; vt decidit Coccin. *deciſ.* 186. *num.* 2.

Notandum eſt vigeſimoſecundò, quod li- 8
cèt ſuperiùs *cap.* 14. *num.* 5. *&* 13. dixerimus, quod quando Penſionarius eſt in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, & in ſupplicatione adiecta fuit clauſula, *dummodò remaneant centum pro Rectore*, non tenetur Penſionarius in ſummariſſimo poſſeſſorio probare exiſtentiam conditionis; non tamen explicauimus vtrum hoc procedat, etiam contra ſuccedentem in beneficio; qua in re Ego reiectis omnibus, quæ in contrarium dici poſſent, exiſtimo nec etiam contra ſucceſſorem Penſionarium teneri



teneri probare, quod centum remaneant pro Rectore, vel mille pro Epiſcopo, non obſtante conditione appoſita in reſeruatione penſionis; niſi tamen clarè conſtaret, quod illa centum non remanerent Rectori, vel mille pro Epiſcopo: & hic verus eſt ſenſus Rotæ *in deciſione Foroliuienſi coram Penia*, qua nititur Gratian. contrarium probans *diſcept. forenſ. cap.* 113. *num.* 73. *& cap.* 365. *num.* 40. quæ deciſio eſt relata apud Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 447. in illis verbis, *licèt, ſi conſtet conditionem non eſſe adimpletam, ſolutio penſionis non conſtituat in quaſi poſſeſſione exigendi; aliàs ſic:* & hanc ſententiam probat Poſtius *de manutent. obſeruat.* 42. *n.* 54. & ita fuit quoque deciſum in Rota *deciſ.* 547. *num.*
82 4. *part.* 1. *recen.* † Idem dicendum eſt de penſione alicui reſeruata, cum clauſula *cùm primùm charactere Clericali fuerit inſignitus*; quia iſta conditio non obſtat, licèt non fuerit verificata, quando Penſionarius eſt in quaſi poſſeſſione exigendi; Gratian. *dicto cap.* 113. *num.* 20. & ſic in poſſeſſorio fouendus eſt Penſionarius, Poſtius *d. cap.* 42. *num.* 56. Et quamuis contrarium innuere videatur Rota apud Seraphin. *deciſ.* 664. *n.* 4. dicens, hoc caſu exceptionem reſultare ex ventre reſeruationis; tamen non videtur à præcedenti reſolutione recedendum, dum tractatur de ſummariſſimo poſſeſſorio, in quo conſideratur nudum factum, & non agitur de iure actoris.

83 Sed pro vera declaratione *dictæ deciſionis* 664. apud Seraphinum, ſupponendum eſt magnam eſſe differentiam inter iuſtificationem quæ requiritur pro executione Literarum Apoſtolicarum obtinenda, & eam quæ interuenire debet in poſſeſſorio ſummariſſimo: nam pro executione Literarum prædictarum, quamuis commiſſio data fuerit *ſine retardatione ſolutionis penſionis*, etiam cum clauſula, *arbitrio Rotæ*, non ſolet Rota procedere ad declarationem arbitrij pro executione, niſi iuſtificata quaſi poſſeſſione exigendi, Caualer. *deciſ.* 249. *n.* 1. *&* 2. clauſula enim illa, *arbitrio Rotæ*, intelligitur prout de iure: atqui de iure ad hoc vt quis manuteneatur in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, debet conſtare de reſeruatione, & de quaſi poſſeſſione; ita ratiocinatur Rota *deciſ.* 348. *num.* 4. *part.* 1.
*diuerſ.* † Et propterea arbitrio locus non eſt 84
ad retardandam ſolutionem penſionis aduerſùs eum, qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi, etiam lite pendente ſuper penſionis nullitate, vel reductione: Seraphin. *deciſ.* 1429. *num.* 2. Rota *deciſ.* 387. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* Et quamuis per illam clauſulam, *arbitrio Rotæ* cenſeatur data facultas examinandi validitatem Literarum; hoc tamen non habet locum quando agitur de eo qui eſt in poſſeſſione exigendi: & hoc modo intelligendæ ſunt *deciſ.* 674. Seraphini *&* 567. *part.* 2. *recent.* vt aduertit Additio Buratti *in deciſ.* 591. *num.* 10. Ex quibus patet non contrariari *dictam deciſionem* Seraphini 564. ſupradictæ reſolutioni, quod non obſtantibus dictis clauſulis, *dummodo remaneant centum &c*, vel *poſtquam Clericali Charactere fuerit inſignitus*; penſionarius in ſua poſſeſſione manuteneri debeat non iuſtificato dictæ conditionis euentu: quia deciſio illa loquitur in terminis executionis Literarum Apoſtolicarum, ex quarum ventre reſultat exceptio; nos autem agimus in ſummariſſimo poſſeſſorio: quæ duo multùm inter ſe differunt, vt mox oſtenſum fuit, & in puncto Rota *deciſ.* 352. *num.* 22. *&* 23. *part.* 4. *recent. tom.* 2.

# CAPVT LI.

## *ARGVMENTVM.*

DE variis exceptionibus quæ opponi poſſunt in iudicio petitionis penſionis ſummariſſimo, vel executiuo: vel quæ in eo ad aliud Iudicium remittendæ ſunt, veluti nullitatis, vel non expreſſi veri valoris beneficij. Quid de exceptione extinctionis penſionis? concluditur per eam non retardari manutentionem, niſi ſit omnino clara; præſertim ſi de ea non conſtet niſi per depoſitiones teſtium. Exceptionem compenſationis non retardare ſolutionem penſionis, quando illa fuit reſeruata loco alimentorum, vbi agitur de alimentis futuris, qualia ſunt omnia debita à die litis motæ; & in hac materia plures & diuerſi caſus conſiderantur & reſoluuntur.

## SVMMARIVM.

1 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in iudiciis poſſeſſoriis, ſed reſeruantur ad plenarium, vel ad petitorium.*

2 *Exceptio nullitatis penſionis non admittitur in poſſeſſorio.*

3 *Exceptio rei iudicatæ non impedit manutentionem Penſionarij in quaſi poſſeſſione exigendi, ſi cauſa reſtitutionis in integrum fuerit commiſſa, donec illud iudicium fuerit terminatum.*

4 *Exceptio non expreſſi valoris beneficij, quamuis probata in prima inſtantia, non impedit manutentionem Penſionarij qui appellauit.*

5 *Exceptio extinctionis penſionis ſi non ſit clara, non impedit manutentionem Penſionarij.*

6 *Exceptio profeſſionis Penſionarij in aliquo Ordine Religioſo, non dicitur clara ad impediendam illius manutentionem in quaſi poſſeſſione exigendi.*

7 *Exceptio quod penſio ceſſauerit per adeptionem Parochialis, reſultans ex ipſis Literis reſeruationis, retardat manutentionem ſi in conceſſione ita expreſſum fuerit.*

8 *Extinctio declarata per ſententiam latam vigore depoſitionis teſtium, ſi ab illa fuerit appellatum, non retardat manutentionem.*

9 *Inſtrumenta antiqua in quibus poteſt eſſe probabilis dubitatio, æquiparantur probationi per teſtes, & non impediunt manutentionem.*

10 *Exceptio extinctionis annui reditus, non retardat manutentionem illius, cui debetur cenſus, ſi non ſit clara.*

11 *Exceptio compenſationis non admittitur, quando penſio fuit reſeruata loco alimentorum.*

12 *Generalis eſt Regula, exceptionem compenſationis non eſſe admittendam in cauſa alimentorum.*

13 *Sicut nec in ſubſidio charitatiuo loco alimentorum aſſignato.*

14 *Dum agitur de alimentis futuris non datur appellatio ſuſpenſiua.*

15 *Futura dicuntur alimenta quæ debentur à die litis motæ.*

16 *Futurorum alimentorum cauſa, eſt ſummaria, & tractanda ſimpliciter, & de plano.*

17 *Penſionis petitio admittit compenſationem, ſi agatur de alimentis præteritis, ſecus ſi de futuris.*

18 *Via executiua quando competat Penſionario pro penſionibus præteritis, & vtrùm competat hæredibus Penſionarij.*

19 *Compenſatiò admittitur aduerſus petitionem penſionis ſi ſit liquida, & agatur de debito æquè priuilegiato.*

20 *Compenſatio penſionis indebitè ſolutæ, opponi poteſt Penſionario, quamuis ageretur de alimentis.*

21 *Reſciſſa tranſactione ſuper alimentis, ea quæ vigore talis tranſactionis ſoluta fuêre, compenſantur.*

22 *Si quis plus ſoluerit quàm deberet pro penſione, illud repetit, aut compenſat cum futuris penſionibus.*

23 *In interdicto recuperandæ poſſeſſionis, admittitur reconuentio procedens ex cauſa pariter priuilegiata.*

24 *Exceptio compenſationis aduerſus Penſionarium agentem in vim obligationis Cameralis, admittenda eſt ſi ſit liquida.*

25 *Etiam in ſummariſſimo poſſeſſorio penſionis admittitur exceptio compenſationis, ſi de ea liquidò, & in promptu conſtet.*

NOTANDVM eſt, quod in hoc iudicio 1
non admittuntur exceptiones re-
quirentes altiorem indaginem, ſed
reijciuntur ad iudicium petitorium; Verall.
*deciſ.*320.*part.*2. Rot. *in recent. deciſ.*387.*n.*4.
quod generaliter obtinet in quibuſcunque
iudiciis poſſeſſoriis, vt plurimos allegans te-
ſtatur bon.mem.D.Argelus *in tract.de acquir.
poſſeſſ.quæſt.*2.*artic.*1.*n.*26.

Vnde exceptio nullitatis non admittitur 2
in hoc iudicio poſſeſſorio pro penſione in-
tentato, Gig. *de penſ.quæſt.*35. *num.*9.Couar.
*lib.*2.*var.reſolut.cap.*1.*num.*9.Caſſador *deciſ.*4.
*num.*8.*de reſcript.*Rota *deciſ.*436.*num.*1.*part.*3.
*recent.*

Item non admittitur in hoc iudicio ſum- 3
mariſſimo pro ſolutione penſionis intentato
exceptio, vel petitio reſtitutionis in inte-
grum intentatæ per Penſionarium aduerſùs
ſententiam tranſactam in iudicatum, per
quam penſio fuerat declarata nulla, ſiqui-
dem cùm reſtitutio in integrum omnia re-
ponat in priſtinum ſtatum, illa pendente
penſionarius eſt manutenendus, vt fuit de-
ciſum per Rotam *deciſ.* 350.*in fine, verſic.
non obſtat, part.* 1.*diuerſ.* vbi licèt Penſiona-
rius fuiſſet condemnatus, & ſententia, per
quam penſio fuerat declarata nulla, tranſi-
tum feciſſet in rem iudicatam; nihilominus
tamen quia Penſionarius obtinuerat, Cau-
ſam reſtitutionis in integrum committi, fuit
ordinatum, ipſum eſſe manutenendum in
quaſi poſſeſſione exigendi, donec Cauſa
reſtitutionis in integrum fuiſſet finita.Idem-
què tuetur Rota *deciſ.* 382.*num. vlt. verſic.
ceſſabat difficultas, part.* 4. *recent.*

Secundò, exceptio non expreſſi veri valo- 4
ris beneficij, non debet admitti in hoc iudi-
cio ſummariſſimo, pro manutentione in
penſionis exactione intentato: quia licèt in
prima



prima inſtantia Titularis bene ſuam inten-
tionem probauerit ſuper beneficij valore
minore quàm fuerit expreſſum, tamen Pen-
ſionarius in alia inſtantia poteſt iſtas proba-
tiones impugnare & elidere, quare interim
manutenendus eſt, quia probatio non exclu-
dit probationem; Curt. iun. *in l. admonendi,
num.*65. *de iureiur.* Surd. *conſil.* 135.*num.*94.
& ita in terminis penſionis, decidit Gratian.
*diſcept.forenſ. cap.* 948. *num.* 13.

5 Tertiò, quod attinet ad exceptionem
extinctionis penſionis, certum eſt illam non
impedire manutentionem Penſionarij, ſi
non ſit clara, & altiorem requirat indaginem;
veluti ſi opponatur, Penſionarium emiſiſſe
profeſſionem in Ordine Regulari, per quam
profeſſionem certum eſt penſionem extin-
ctam cenſeri, vt ſuo loco demonſtrabimus:
6 † & tamen quia iſta exceptio non eſt clara,
quia poteſt fieri quod Penſionarius fuerit
diſpenſatus ad obtinendam penſionem non
obſtante profeſſione, vt per Gig. *de penſ.
quæſt.* 17.*num.* 7.*in fine*, Ideo per talem ex-
ceptionem non retardatur manutentio tan-
quam requirens altiorem indaginem; Verall.
7 *deciſ.* 321.*part.* 1.† Aliud eſt, ſi exceptio illa
extinctionis penſionis ſit clara: veluti quan-
do reſultat ex ventre Literarum, in quibus
dictum fuerat, quod ſi aliam Parochialem
aſſecutus fuerit, penſio eo ipſo ceſſet, & ſuc-
ceſſores ad illam minimè teneantur; provt
in caſu *deciſ.* 617. *part.* 1. *recent.* hoc enim
caſu, exceptio extinctionis non dicitur al-
tiorem indaginem requirere, cùm ex ipſa
Literarum reſeruationis inſpectione oriatur:
Idque reſolutum fuit non obſtantibus iis,
quæ priùs deciſa fuerant *in deciſ.* 537.*part.*3.
*recent.* quæ deciſio fuit per prædictam reuo-
cata.

8 Quod ſi conſtaret de extinctione penſio-
nis per publicum inſtrumentum ceſſionis
illius, aut extinctionis, hoc ſufficeret, nec ſa-
tis eſſet quod extinctio fuiſſet per ſententiam
declarata vigore teſtium deſuper examina-
torum: quia ſi ſententia illa fuiſſet per appel-
lationem ſuſpenſa, exceptio extinctionis, re-
quireret altiorem indaginem, & ideo non
retardaret manutentionem: Rota *deciſ.*386.
*part.*4.*recent.tom.*2. *num.* 54. & 55. Maximè
verò, quando extinctionis probatio fundatur
in depoſitionibus teſtium, cùm enim proba-
tio probationem non excludat, & depoſitio
illorum teſtium poſſit infirmari, vel per obie-
ctus contra perſonas & dicta teſtium, vel per
teſtes contrarium deponentes, probatio illa
non debet admitti in Iudiciis poſſeſſoriis, ſed
ad petitorium reijcienda eſt: D. Argel. *de
acquir. poſſeſſ. quæſt.*2. *artic.*5. *num.* 57. ſecun-
dùm *impreſſionem Lugdunenſem*, poſt Gontard.
*in l. vnicæ, C. ſi de moment.poſſeſſ. limit.*12.*n.*8.
*in fine.verſic.*2.*aliud iuris eſſet.* † vbi dicit, illud 9
etiam obtinere, quando producuntur inſtru-
menta antiqua in quibus adeſſe poteſt pro-
babilis dubitatio; Perſonal. *de adipiſcend poſ-
ſeſſ.num.*308.cum pluribus aliis per D.Arge-
lum allegatis.Cum igitur penſionis extinctio
non præſumatur, ſed onus probandi incum-
bat alleganti, vt dicit Seraphin *deciſ.* 1088.
*num.*1. Marcheſ. *de commiſſ. appellat. in cauſis
penſ.part.*1.§.2.*n.*11. *fol.*580. ſequitur, quod
ſi non probetur per claras & euidentes pro-
bationes incontinenti factas, illam opponens
in hoc iudicio poſſeſſorio admittendus non
eſt, † provt dicitur in ſimili de exiſtente in 10
quaſi poſſeſſione exigendi cenſum, cui ſi op-
ponatur exceptio extinctionis cenſus, non
impeditur manutentio, quando extinctio
non eſt certa & indubitata; Cenc. *de cenſib.
quæſt.*91.*num.* 30. poſt Caſſador. *deciſ.* 10.
*num.* 7. & Verall. *deciſ.* 321.*part.* 1.

Quartò, exceptio compenſationis non 11
admittitur in hoc iudicio, quando (vt ple-
rumque fit) penſio fuit reſeruata loco ali-
mentorum, *l.* 3. *C.de compenſat.* Surd. *de ali-
ment. tit.* 8.*priuileg.* 53.*num.* 5. Gig. *de penſ.
quæſt.* 92. *num.* 4. faciunt tradita per ipſum
*quæſt.* 45.*num.* 9. Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*
728.*num.*36.

Et quod generalis ſit Regula, quod in 12
cauſis alimentorum non eſt admittenda com-
penſatio, probatur *in l. in ea quæ*, 3. *C. de
compenſat.* licet *ibi* Gloſſa *in verbo, alimento-
rum*, reſtringat diſpoſitionem illius legis ad
alimenta alicui ſeruienti Reipublicæ debita;
ſed generaliter in materia alimentorum lo-
cum non eſſe compenſationi, fatentur om-
nes DD.& nominatim Surd.*de aliment.tit.*8.
*priuil.* 53. *num.* 5. Faber *in* §. *in bonæ fidei* 19.
*Inſtitut. de actionib. columna penult. verſic. nun-
quid poſſit opponi*, Sebaſt.Med. *de compenſ.part.*
1.*quæſt.*14.*n.*1.Peregrin.*de iure fiſci, lib.*6.*tit.*7.
*num.* 15. *in fine*, Cod. Fabr. *ſub.tit. de compen-
ſat. definit.*7.† Idémque locum habet in ſub- 13
ſidio charitatiuo impoſito ratione alimento-
rum, Surd.*d.tit.* 8.*priuileg.* 53.*num.* 6. Quod
eſt verum quando agitur de alimentis futu-
ris, ſecus ſi agatur de præteritis, quæ non
habent idem priuilegium, Carol. de Graſſ.
*in tract. de except. cap.* 16. *num. mihi* 48.
† Vnde quando agitur de alimentis futuris,
etiam officio Iudicis debitis, non datur ap- 14
pellatio ſuſpenſiua; ſecus eſt ſi ageretur de
alimentis præteritis: Ruginell. *de appell.
cap.*2.§. 3. *num.* 271. Rota *diuerſ. deciſ.* 764.
*num.* 1. † & futura dicuntur omnia alimenta 15
debita à die litis motæ: Ruginell. *ibidem
num.* 273. Scacc. *de appell. quæſt.* 17. *limit.* 7.
*num.* 15. Salgad. *de Reg. protect. part.* 3. *cap.*1.

Verall. *deciſ.* 24. *part.* 1. Vincent.de Franch.
16 *deciſ.* 605. *per totam*, † Et quando agitur de alimentis futuris, cauſa eſt ſummaria, & tractanda & cognoſcenda ſimpliciter & de plano: *l. ſi quis à liberis*, §. 2. *ff. de lib. agnoſcendis:* Sed ſi agatur de præteritis, cauſa eſt ordinaria; Alberic. *in l. cum hi*, *ff. de tranſact.* & ideo in terminis penſionis, dum agitur de compenſatione admittenda, plures caſus conſiderari debent.

17 Primus eſt, quando agitur de penſione debita pro alimentis præteritis, videlicet decurſis ante litem motam; & tunc admittenda erit compenſatio debiti liquidi, oppoſita per poſſeſſorem beneficij; quamuis non admitteretur pro futuris terminis penſionis loco alimentorum aſſignatæ: vt in propriis terminis diſtinguit Monald. *conſ.* 62. *n.* 9.
18 † ad quod bene facit reſolutio Gigant. *de penſ. quæſt.* 51. *num.* 29. vbi dicit, quod ſi agatur de penſione decurſa, cauſa non eſt ex ſe ſummaria; ſed ſi de futura & decurrenda? diſtinguit, quia aut penſionem decurſam, & non ſolutam, Penſionarius exigit à Rectore beneficij qui conſenſit illius reſeruationi, & tunc contra illum executiuè proceditur, ſicut & contra ſucceſſorem in beneficio penſione grauato, intimatis tamen priùs Literis; ſed ſi agatur de penſionibus præteritis contra hæredem defuncti poſſeſſoris (dum viueret) beneficij grauati, tunc proceditur via ordinaria, quia ſunt penſiones præteritæ, & quoad illas ceſſat priuilegium alimentorum. Idemque dicendum, quando hæredes Penſionarij defuncti agunt pro penſionibus decurſis in vita illius: quod intelligendum eſt, niſi ageretur de obligatione Camerali, cuius executio datur etiam contra hæredes illius, qui ſic obligatus reperitur; Galleſ. *de obligat. Camer. q.* 4. & *ibi* Zach. *n.* 8.

19 Secundus caſus eſt, quando agitur de compenſatione adeo priuilegiata, ſicut ipſa petitio penſionis; veluti ſi penſio debeatur in vim obligationis Cameralis præſtitæ per Titularem, & debitum, quod petitur compenſari, oriatur ſimiliter ex obligatione Cameræ iurata, & liquida, non requirente altiorem indaginem; quia inter æqualiter priuilegiata, procedendum eſt viâ ordinariâ, *l. ſed ſi milites*, §. *coæqualitas*, *ff. de excuſat. tutor.* Bartol. *in l. fin. num.* 21. *verſic. aut comparet aliquis*: *C. de edict. Diui Adrian.* Rota *apud Zach. de obligat. Camer. deciſ.* 89. *num.* 5. Idem Zachias *quæſt.* 18. *num.* 20.

20 Tertius caſus eſt, quando ſolutio penſionis in vnam cauſam facta conuertitur in aliam, & illa propter quam ſolutum eſt, ex poſt facto reſoluitur, & datum indebitè compenſatur in eo quod debetur, tunc ſine dubio opponi poteſt compenſatio, etiam ſi agatur de cauſa fauorabili penſionis datæ ad alimenta: text. eſt *in l. & poſt rem indicatam*, §. 1. & *ibi* Bartol. & alij, *ff. de tranſact.*
† vbi dicitur, quod ſi tranſactio facta fuerit 21
ſuper alimentis alicui in vltima voluntate relictis abſque decreto Prætoris, & alimenta vigore illius tranſactionis præſtita fuerint, illud quod ſolutum fuit debet compenſari cum alimentis in futurum præſtandis, quamuis tranſactio non ſit legitimè facta: † & ideo 22
ſi Titularis penſionem plus debito per aliquot annos exſoluerit, non ſolum habet repetitionem per condictionem indebiti, vt decidit Rota *poſt tract. Zachiæ de obligat. Camer. deciſ.* 15. *num.* 1. quia in omni actu ſolutionis ſemper videtur ineſſe tacita conditio repetendi quatenùs indebitè ſolutum fuerit; *l. fin.* §. *item item quæſitum eſt*, *ff. de condict. indeb.* (vbi quod pactum de non mouendo controuerſiam ſoluenti non impedit repetitionem ſummarum indebitè ſolutarũ) ſed etiam poteſt illas penſiones indebitè ſoſolutas compenſare, vt probat Monald. *conſ.* 62. *num.* 6. dicens ad hoc facere dictum Felini *in cap. ſuborta*, *num.* 2. *ad finem*, *de ſent. & re iudic.* † vbi quod licèt compenſatio opponi non poſſit aduersùs executionem rei iudicatæ ſuper interdicto recuperandæ poſſeſſionis; dicit tamen non habere locum, quando reconuentio deſcendit ex cauſa pariter priuilegiata, & tunc vnum debitum cum alio compenſatur: vnde idem dicendum eſt quando compenſatio oritur propter alias penſiones indebitè ſolutas.

Quartus eſt caſus, quando agitur de in- 24
ſtrumento iurato, & Camerali obligatione firmato: & tunc licèt ſit controuerſia inter DD. vtrum compenſatio opponi iure poſſit; & non poſſe obſeruetur ex ſtylo Curiæ Romanæ; tamen verius & receptius eſt, hoc caſu compenſationis exceptionem admittendam eſſe, quando eſt liquida, & incontinenti probata non obſtante iuramento & obligatione Camerali, Mareſcot. *lib.* 2. *reſolut. cap.* 121. *num.* 54. Galleſ. *de obligat. Camer. quæſt.* 18. *num.* 9. & *ibi* Zachias *num.* 18. cum pluribus aliis allegatis per Add. ad Burat. *deciſ.* 77. *num.* 7.

Quintus caſus eſt, quando Penſionarius 25
qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, intentauit iudicium ſummariſſimi poſſeſſorij; & tunc ſi exceptio compenſationis ſit illiquida aut turbida, vel altiorem requirat indaginem, non debet impedire manutentionem; ſecus ſi clara ſit vel liquida, cùm hoc caſu vim habeat ſolutionis; vt probatur ex notatis per Poſtiũ *de manutent. obſeruat.* 65. *n.* 4. Cenc. *de cẽſib. q.* 91. *n.* 28. *verſic. vel exceptio.*

CAPVT



## CAPVT LII.

### *ARGVMENTVM.*

DE Pluribus aliis exceptionibus, videlicet de exceptione non iuris Penſionarij; nullitatis penſionis reſeruatæ ſuper beneficio incompatibili; quod Penſionarius non ſit Clericus, vel ab alieno Epiſcopo tonſuratus; quod Titularis à cenſuris propter paupertatem ſit excuſandus; & quod Penſionarius adeptus fuerit poſſeſſionem eiuſdem beneficij penſione grauati. Incompatibile beneficium retinens priuatur vtroque beneficio, nec poteſt reſignare, aut penſionem reſeruare: Illud verò dimittens nec penſione grauare poteſt. Dimiſſio vtrùm coram Notario facta valeat. Defectus Clericatus vtrum obiici queat in poſſeſſorio? & is quomodo probetur? Paupertas excuſat à cenſuris. Conſolidatio penſionis cum titulo doloſè facta nocet Penſionario, & vtrùm id procedat ſi adſit ſcientia ſine dolo.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non iuris Penſionarij quibus caſibus admittatur.*

2 *Penſionarius qui eſt in poſſeſſione, manutenendus eſt, non obſtante exceptione non iuris.*

3 *Exceptio non iuris non impedit manutentionem, niſi de ea conſtet per confeſſionem, aut rem iudicatam.*

4 *Exceptio nullitatis procedere poteſt ex penſionis reſeruatione facta ſuper beneficio incompatibili adepto.*

5 *Retinens duo beneficia incompatibilia, vtroque priuatur ipſo iure.*

6 *Penſio reſeruata ex cauſa reſignationis per poſſeſſorem beneficij cum alio incompatibilis, nulla eſt, tanquam reſeruata ex falſa cauſa.*

7 *Sed hoc caſu, poſſeſſio & retentio vtriuſque beneficij bene & concludenter probanda eſt.*

8 *Probatio temporis præteriti non arguit poſſionem beneficiorum incompatibilium, ad effectum penſionis annullandæ.*

9 *Præſumptio poſſeſſionis petita ex tempore præterito non prodeſt Tertio illam alleganti ad priuationem.*

10 *Poſſeſſio beneficij incompatibilis adepta per procuratorem non nocet ad effectum priuationis.*

11 *Impetrans beneficium incompatibile, quamuis illud retinere non præſumat, tenetur primum dimittere liberè & ſine reſeruatione penſionis.*

12 *Quibus clauſulis vtatur Signatura in collatione beneficij cum alio incompatibilis.*

13 *Dimiſſione beneficij cum alio incompatibilis facta conditionaliter, vel cum reſeruatione penſionis, aut in fauorem alterius, vtrumque beneficium vacat.*

14 *Dimiſſio facta coram Notario de beneficio incompatibili eſt valida.*

15 *Sed hoc reuocatur in dubium.*

16 *Voluntas dimittentis beneficium incompatibile non ſufficit niſi acceptetur ab habente poteſtatem.*

17 *Dimiſſio beneficij incompatibilis coram Notario ſine fraude facta, ſaltem excuſat à pœna.*

18 *Si vacatio beneficij incompatibilis adepti adueniat alio modo quàm propter incompatibilitatem, veluti propter matrimonium, reſignatio fieri poteſt ſub reſeruatione penſionis.*

19 *Appoſitio manus Papæ conditionaliter facta, ceſſat ſi conditio ſub qua reſeruatio facta fuit, deficiat.*

20 *Si Papa apponat manum ſuper beneficio certo modo vacaturo, hoc non obſtat ſi beneficium vacet alio vacationis genere.*

21 *Exceptio defectus Clericatus non obſtat in poſſeſſorio.*

22 *In petitorio Clericatus eſt probandus: & varij modi Clericatum probandi referuntur.*

23 *Quamuis non conſtet de Literis dimiſſoriis Clericatus publicè collati, præſumitur id factum fuiſſe cum licentia proprij Epiſcopi.*

24 *Exceptio paupertatis Titularis, illum excuſat à cenſuris ex arbitrio Iudicis.*

25 *Probatio paupertatis dependet ex Iudicis arbitrio.*

26 *Clauſula*, arbitrio, *remittit aliquid de iuris rigore.*

27 *Extinguitur penſio per conſolidationem irreuocabiliter factam; ſecus ſi reuocabiliter.*

28 *Hoc*

28 *Hoc procedit, ſi Penſionarius qui reuocabi-*
*liter obtinuit beneficium penſione graua-*
*tum, habuiſſet probabilem ignorantiam.*
29 *Obtinens regreſſum, non poteſt obtinere pen-*
*ſionem ſuper eodem beneficio, licèt obti-*
*nuerit reuocabiliter; niſi fuiſſet inprobabi-*
*li ignorantia.*
30 *Reſciſſa per querelam aditione hæreditatis,*
*actiones priſtinæ reuiuiſcunt.*
31 *Si Penſionarius nulliter adeptus fuerit pen-*
*ſione grauati beneficij poſſeſſionem ſine do-*
*lo, auocata ab eo poſſeſſione, penſio re-*
*uiuiſcit; quamuis id ſcienter fecerit.*
32 *Penſionarij beneficium penſione grauatum*
*obtinentis dolus quomodo excludatur ad*
*hoc vt penſio non fuerit extincta per conſo-*
*lidationem.*

1 QVINTA exceptio eſt, dum oppo-
nitur conſtare de non iure Penſio-
narij, veluti ſi dicatur penſionem
eſſe nullam: Quæ exceptio non admittitur
quando Titularis reſeruationi conſenſit. Item
reiicitur illa exceptio, quando Penſionarius
eſt in poſſeſſione exigendi. Denique reiici-
tur, quando cauſa fuit commiſſa cum clauſu-
la, *ſine retardatione ſolutionis penſionis*: † ſiqui-
2 dem dum de nullitate diſceptatur, interim
Titularis cogendus eſt ſoluere: Caſſador.
*deciſ.* 4. *num.* 8. *de reſcript.* Couar. *lib.* 2. *reſo-*
*lut. cap.* 1. *num.* 9. Gigas *de penſ. quæſt.* 35. *n.* 9.
3 † ſi tamen notoriè conſtaret de non iure
Penſionarij, retardaretur executio, vel ma-
nutentio, dummodo de eo conſtaret per
confeſſionem ipſius Penſionarij, vel per
ſententiam tranſactam in iudicatum: nam
iſtis ceſſantibus, poſſet in progreſſu cauſæ
probari ſufficiens replicatio aduerſus illud
non ius allegatum: ita decidit Rota *deciſ.* 436.
*num.* 4. *part.* 3. *recent.* Seraphin. *deciſ.* 555.
*num.* 8.

Sexta exceptio eſt; ſi beneficium ſecun-
4 dum incompatibile cum primo reſignauit
in fauorem alicuius, reſeruata ſibi ſuper pri-
mo beneficio penſione: quæ penſionis re-
ſeruatio impugnatur tanquam nulla & in-
ualida. † Pro cuius exceptionis explicatione
5 ſupponendum eſt primò, quod ſacri Conci-
lij Tridentini decreto conſtitutum eſt, *ſeſſione*
7. *de reformat. cap.* 4. quod quicunque de
cætero plura Curata, aut aliàs incompati-
bilia beneficia Eccleſiaſtica, ſiue per viam
vnionis ad vitam, ſeu Commendæ perpetuæ,
aut alio quocunque nomine, & titulo, con-
tra ſacrorum Canonum decreta, & nomina-
tim contra conſtitutionem Innocentij III.
*in cap. de multa, de præbend.* recipere, ac ſi-
mul retinere præſumpſerit, beneficiis ipſis,
iuxta illius conſtitutionis diſpoſitionem, ipſo
iure, etiam eiuſdem Conciliaris conſtitutio-
nis rigore, priuatus exiſtat. † Vnde ſi reſi- 6
gnans beneficium reſeruata ſibi penſione,
veluti Canonicatum, tempore reſignationis
poſſideret aliam Eccleſiam incompatibilem,
veluti Parochialem, & per conſequens ex
diſpoſitione dicti Concilij, vtroque beneficio
ipſo iure priuatus eſſet, ſequitur reſignatio-
nem illius, & per conſequens penſionis re-
ſeruationem eſſe nullam, tam ex defectu iu-
ris in reſignante, quàm ob falſam cauſam
narratæ vacationis, quia per incompatibilita-
tem, non autem ex cauſa reſignationis vaca-
bat Canonicatus, ſuper quo penſio reſerua-
ta fuerat, & per conſequens penſio erat in-
ualida propter impoſſibilem verificationem
narratiuæ penſionis, cùm illa eſſet falſa:
Verall. *deciſ.* 291. *num.* 2. *part.* 1. *& deciſ.* 298.
*n.* 1. *& ſeqq. part.* 2. Cæſar de Graſſis *deciſ.* 12.
*de præbend. ante numerum primum.*

Sed aduertendum eſt, quod hoc caſu bene 7
& concludenter probanda eſt poſſeſſio con-
tinuata vtriuſque beneficij, non autem per
præſumptionem, quia actus præſumptiui
non ſufficiunt ad effectum priuationis in
præiudicium poſſeſſoris: † quia Tertius non 8
poteſt allegare, quod præſumatur reſignan-
tem poſſidere beneficium aliud incompati-
bile ex eo quod antea illud poſſidebat; &
poſſeſſio ſemel probata præſumatur conti-
nuata; Mantic. *deciſ.* 95. *num.* 4. *& deciſ.* 172.
*num.* 4. Rota *diuerſ. deciſ.* 152. *num.* 7. *part.* 4.
Pute. *deciſ.* 16. *lib.* 2. Rota apud Zach. *de obli-*
*gat. Camer. deciſ.* 66. *num.* 2. † Quia axioma 9
illud procedit, quando continuatio poſſeſ-
ſionis allegatur ab ipſomet poſſeſſore, non
autem quando allegatur per Tertium, ma-
ximè ad effectum priuationis: Puteus *de-*
*ciſ.* 19. *lib.* 2. *& deciſ.* 225. *eodem libro.* Non
tamen amittitur poſſeſſio primi, ſaltem ci-
uilis, ante adeptam poſſeſſionem ſecundi, vt
per Rotam *deciſ.* 83. *in* 2. *part. noſtri Operis.*

Præterea non ſufficit hoc caſu probare, 10
quod reſignans cum penſionis reſeruatione
poſſeſſionem acceperit per procuratorem be-
neficij incompatibilis; immo requiritur quod
conſtet de eius ſpeciali mandato: Gloſſa *in*
*cap. cum noſtris, de conceſſ. præbend.* Capell.
Tholoſ. *deciſ.* 486.

Secundò ſupponendum eſt, quod non 11
ſolùm ſi quis duo beneficia inuicem incom-
patibilia cõtra iuris & Concilij diſpoſitionem
poſſideat, reſignare non poteſt, nec per con-
ſequens ſibi penſionem reſeruare, vtpote
priuatus ipſo iure vtroque incompatibili be-
neficio, ſed etiam ſi quis ſolùm obtineat pro-
uiſionem beneficij incompatibilis quamuis
vtrumque ſimul retinere non præſumat, ſed
alterũ ex duobus dimittere teneretur; tamen
ſuper



ſuper beneficio quod dimittit penſionem
reſeruare non poteſt, ſed omnino illud liberè
in manibus Superioris dimittere tenetur,
non autem in fauorem, nec ſub reſeruatio-
ne penſionis, aut fructuum; quamuis hoc
aliàs fieret tempore felic. record. Grego-
rij XIII. vt dicit Pariſ. *de reſignat. lib.* 3. *tit.* 1.
12 *num.* 64. *&* 65. † Sed hodie in gratia quæ fit
de beneficio vnum incompatibile poſſidenti,
ſeu ius ad illud habenti, apponitur decretum,
quod ipſe Orator infra duos menſes à die ha-
bitæ poſſeſſionis ſecundi, vel ſi per eum ſte-
terit quominus illam aſſequatur, primum
dimittere, ſeu iuri competenti cedere in ma-
nibus Romani Pontificis tantùm liberè, cum
ſpecifica huius decreti mentione; omnino
teneatur: alioquin ambo vacent eo ipſo; ita
vt de illis per Sedem Apoſtolicam diſponi
13 poſſit, &c. ac irritum, &c. † Vnde apparet
hanc dimiſſionem purè & liberè fieri debere
ſine vlla penſionis reſeruatione, & non in
fauorem alicuius, nec ex cauſa permutatio-
nis, alioquin vtrumque beneficium vacat
ipſo iure; videlicet tam primum, quàm ſe-
cundum, & poteſt de vtroque tanquam va-
cante, per Sedem Apoſtolicam prouideri.
14 Et quamuis dicatur, dimiſſionem debere
fieri coram Sede Apoſtolica, tamen ſufficere
quod fiat coram Notario & teſtibus, dicit
Gonſal. *ad Reg. menſium, gloſ.* 15. *num.* 119.
dicens ita fuiſſe deciſum per Rotam *in vna*
*Compoſtellana Canonicatus,* 10. *Maij* 1600. *co-*
15 *ram Eminentiſſimo Card. Lancelloto.* † Quod
tamen non tranſit ſine difficultate, quia No-
tarius non poteſt acceptare dimiſſionem, ſeu
ſimplicem reſignationem, per quam ius abdi-
cetur à reſignante: & propterea in prouiſio-
nibus per dimiſſionem, aut reſignationem
apponi ſolet clauſula, *etiam in manibus Notarij*
16 *ſponte factam*: † ſiquidem beneficium non
amittitur nuda voluntate dimittentis, ſine
acceptatione illius qui conferendi poteſtatem
habet, ſaltem Epiſcopi, qui collator ordina-
rius eſt: & dimiſſio, ad effectum abdicandi
ius à dimittente, debet fieri coram illo, qui
non ſolum habet facultatem inſtituendi, ſed
etiam deſtituendi; ex traditis per Duran.
17 *deciſ.* 237. *num.* 18. *& ſeqq.* † Ideo conſultius
erit vt dimiſſio fiat coram Sede Apoſtolica;
quanquam facta coram Notario & teſtibus,
& debitè intimata, forſan ſufficere poſſet, ſi
non adeſſent aliquæ fraudis coniecturæ: iux-
ta præfatam *Rotæ* deciſionem ab ipſo Gonſal.
allegatam, ſaltem ad excuſandum à pœna.
18 Sed quod dictum eſt, dimiſſionem liberè
fieri debere coram Papa, ſeu Sede Apoſtoli-
ca, & non coram Ordinario, locum habet, ſi
vacatio contingeret per illam adeptionem
incompatibilis beneficij; ſecus ſi alio modo,
veluti per obitum, aut contractum matrimo-
nij illius qui tale beneficium adeptus eſt; tunc
enim ceſſat Pontificis reſeruatio: quia vaca-
tio contingit alia via, quàm per eam quæ
reſeruationi cauſam dedit, & ideo reſigna-
tio contrahentis matrimonium eo caſu valida
eſt, ante contractum ipſum, & nondum elapſo
termino duorum menſium, dato in reſcripto
ad dimittendum beneficium incompatibile:
vt concludit Garſ. *de benefic. part.* 11. *cap.* 5.
*num.* 63. † Aliud enim eſt quod Papa manus 19
apponat purè, Aliud quod conditionaliter:
nam hoc ſecundo modo, ceſſante conditione,
ceſſat affectio; & propterea cum hoc caſu
Papa beneficium reſeruauerit, ratione pro-
uiſionis factæ de beneficio incompatibili, &
beneficium vacet per matrimonium, poteſt
admitti reſignatio coram quocumque colla-
tore idoneo: Rota *deciſ.* 14. *num.* 2. *vt lite pend.*
*in nouis.* † Et ſi Papa manum apponat ſuper 20
beneficio certo modo vacaturo, illa manus
appoſitio non ſortitur effectum reſeruatio-
nis, ſi beneficium vacet alio modo, quàm illo,
cuius reſpectu Papa ſuæ collationi & diſpo-
ſitioni beneficium illud reſeruauit, Æneas
de Falconib. *in tract. de reſeruat. quæſt.* 4.
*effectu* 16. *num.* 2. Garſ. *de benefic. part.* 5. *cap.* 1.
*num.* 152.

Septima exceptio; quando opponitur 21
Penſionario illum non eſſe Clericum: &
hoc caſu ſi Penſionarius ſit in quaſi poſſeſ-
ſione exigendi, nihil tenetur probare, quia
hæc exceptio reſpicit petitorium, & in ſum-
mariſſimo poſſeſſorio attenditur nudum fa-
ctum; ideo Penſionarius in ſua quaſi poſ-
ſeſſione manutenendus eſt, dummodò non
conſtet ipſum non eſſe Clericum, & hoc
probetur euidenter per debitorem penſio-
nis: Puteus *deciſ.* 239. *num.* 4. *lib.* 1. Rota
apud Poſt. *in tract. de manutent. deciſ.* 355.
*num.* 7. *&* 10. *& deciſ.* 117. *num.* 8. & coram
Martino Andrea, *deciſ.* 53. *num.* 1. vbi alij
plures allegantur.

In petitorio verò Clericatus omninò pro- 22
bandus eſt; cùm vt ſæpè diximus penſio non
concedatur laicis, ſed ſolis Clericis: proba-
tur autem Clericatus, vel ex atteſtatione
& aſſertione Ordinarij, vt per Rotam
*deciſ.* 7. *num.* 2. *in* 2. *part. huius Operis,* &
*ibidem deciſ.* 63. *num.* 9. *& deciſ.* 65. *num.* 1.
& *pluribus aliis,* Maſcard. *de probat. concluſ.*
305. *num.* 2. Rota *deciſ.* 97. *num.* 14. *part.* 4.
*recent. tom.* 2. Item Clericatus probatur, ſi
conſtet aliquem ad ſacros Ordines fuiſſe
promotum, Rota *deciſ.* 126. *num.* 3. *part.* 5.
*recent.* Item probatur ex confeſſione Partis
in precibus, Burat. *deciſ.* 300. *num.* 4. Item
probatur per indicia & coniecturas, Boër.
*deciſ.* 171. *num.* 23. *&* 24. *&* 25. nec non etiam
per

per teſtes de publica voce & fama, Rota coram Gregor. *deciſ.* 394. *num.* 2. aut ſi probetur aliquem palam & publicè Sacerdotis munera exercuiſſe, Maſcard. *d. concluſ.* 305. Plura de hac materia videri poſſunt *in deciſione* inſerta apud Viuian. *in tract. de iurepatron. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 30. *& ſequent.*

23 Sed notandum eſt, quod ſi conſtet Clericatum fuiſſe collatum ab aliquo Epiſcopo, quamuis ex diſpoſitione Concilij Tridentini *ſeſſ.* 14. *cap.* 2. *& ſeſſ.* 23. *cap.* 8. non debeat Epiſcopus non ſuo ſubdito etiam ſimplicem Tonſuram conferre, niſi de licentia proprij Epiſcopi, & cum Literis illius dimiſſoriis; tamen petens penſionem ſuper aliquo beneficio probato Clericatu, etiam ab alieno Epiſcopo, habet pro ſe præſumptionem, & ei penſio adiudicanda eſt ſi collatio Tonſuræ facta fuerit in publica Ordinatione, præſentibus Canonicis, Notario & Cancellario Epiſcopali, qui de ipſa collatione Tonſuræ rogatus fuit, & inſtrumentum conceſſit duobus teſtibus munitum; ideo præſumendum eſt hoc fuiſſe factum de licentia proprij Epiſcopi; vt deciſum fuit in terminis penſionis apud Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 87. *aliàs vnica, de præſumpt.* Quod notandum eſt, quia hoc aliàs à me fuit magna cum anxietate quæſitum à quodam, qui ſuas Dimiſſoriales Literas amiſerat.

24 Octaua exceptio, cùm Penſionarius egiſſet ad declarationem Cenſurarum aduerſus Titularem ob non ſolutam penſionem, à qua declaratione Titularis appellauerat, & cauſa appellationis commiſſa fuiſſet cum clauſula, *ſine retardatione ſolutionis penſionis arbitrio Rotæ*, deciſum quidem fuerat Titularem, non obſtante exceptione paupertatis per eum allegata, non eſſe audiendum; cum illa clauſula, eius ſit efficaciæ, vt non admittat appellantem, niſi priùs penſionem perſoluerit; tamen Rota negotio meliùs perpenſo, ex æquo & bono admiſit appellantem, eúmque à cenſuris abſoluit, quia probatum fuerat debitorem penſionis viuere ex
25 eleemoſynis: † & ideo cum probatio paupertatis dependeat ex Iudicis arbitrio, Gloſ. *in authent. præterea, in verbo, locuples, C. vnde vir & vxor;* & *ibi* DD. Rota *deciſ.* 202. *part.* 2.
26 *diuerſ.* † Arbitrium autem operatur vt aliquid remittatur de iuris rigore, Barboſ. *clauſ.* 10. *num.* 4. Ideo Rota ſtante impoſſibilitate executionis dedit Abſolutoriam dicto Titulari penſionis debitori, cum reincidentia tamen, quatenus in futurum non ſatisfaceret; vt deciſum fuit apud Caualer. *deciſ.* 78. *&* 120.

27 Nona exceptio eſt, exceptio conſolidationis: quia vt ſuperiùs dictum eſt *cap.* 45. *num.* 28. *& ſequent.* quando Penſionarius obtinuit regreſſum ad beneficium penſione grauatum, ſi illum obtinuerit irreuocabiliter, penſio extinguitur per conſolidationem, ſicut vſusfructus, aut alia ſeruitus, per acquiſitionem proprietatis.

Et ideo ſi Penſionarius obtinuerit prouiſionem ad ſui fauorem de beneficio penſione grauato, & beneficium illud poſtea euictum fuerit, penſio reuiuiſcit, quia ius
ſibi quæſitum fuerat reuocabiliter: † Sed hoc 28
eſt verum, quando Penſionarius ignorabat
alteri meliora iura ſuper illo beneficio competere: nam ſi hoc ſciuiſſet, & nihilominus de illo beneficio ſibi prouideri curaſſet, illo caſu penſio non reuiuiſceret; immò prorſus extincta remaneret: vt explicat Gigas *in*
*tract. de penſ. quæſt.* 49. *num.* 8. † Et propte- 29
rea ſi Penſionarius ſciens ſe non legitimè declaraſſe Regreſſum, & per conſequens ſibi non competere ius, adeptus fuerit poſſeſſionem beneficij penſione grauati; vigore talis Regreſſus non legitimè obtenti, ſeu declarati, penſio extincta manet, adinſtar vſusfructus, qui non reintegratur quando proprietas per vſufructuarium acquiſita, fuit reuocata, ſi ipſe ſciuerit alium habere meliora iura, & eo non obſtante, poſſeſſionem bonorum, ſuper quibus vſusfructus debetur, adeptus fuerit: Gloſſ. & DD. *in l. ſi maritus, C. de inoffic. teſtament.* Tiraquell. *du Retraict lignager*, §. 1. *gloſ.* 7. *num.* 69. *& ſequent.*
† ſicut reſciſſa per querelam hæreditatis adi- 30
tione, actiones priſtinæ reuiuiſcunt; *d. l. ſi*
*maritus.* † Sed hoc intelligitur, quando Pen- 31
ſionarius adeptus eſt nulliter poſſeſſionem beneficij penſione grauati, ſciens quidem, ſed cum fraude & dolo, ſe non habere ius in illa obtentione, vel poſſeſſione beneficij grauati penſione; & non ſufficit quod ſimpliciter ſciat, vel ſcire debeat titulum per eum acceptatum, eſſe nullum, vel reſolubilem, niſi vlteriùs faciendo talem actum, delinquat, & ſit in dolo; hoc enim tantùm caſu verum eſt, quod in pœnam ſui delicti actio non reuiuiſcat: atque ita quando adeſt ſimplex ſcientia vſufructuarij, aut hæredis, iura ſua per aditionem confundentis, actiones reintegrari; niſi adſit delictum, & dolus; ita vt non ſufficiat ſola culpa ſine dolo & delicto, tradunt omnes, videlicet Cyn. *in d. l. ſi maritus tuus*, & Bald. *ſub n.* 1. Angel. Salycet. & Caſtrenſ. omnes *ſub num.* 2. Tiraquell. *d.* §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 71. *& ſequent.*

Excluditur autem dolus, ſi in adeptione 32
poſſeſſionis Penſionarius fuerit proteſtatus, quod non intendit capere poſſeſſionem niſi ſi & quatenus illa ſibi debeatur, & quod non intendit



intendit ſibì præiudicare quoad penſionem ſibi debitam, quatenus acquiſitio illius beneficij ſuum non ſortiatur effectum, & cum aliis clauſulis præſeruatiuis ampliſſimis: atque iuxta ſupradicta reſolutum fuit per Rotam Romanam *in vna Cæſarauguſtana penſionis coram Eminentiſſimo Pamphilio die* 13. *Nouemb.* 1591.

# CAPVT LIII.

## *ARGVMENTVM.*

INSTRVMENTVM conſenſus tranſlationis penſionis non ſubſcriptum, contra formam Statuti, vtrum ſit validum? quid poſſit exceptio non iuris Titularis appoſita per Penſionarium ipſi Titulari cedenti beneficium penſione grauatum. De clauſula, *Etiam ſi nullum ius &c.* De diſcordia inter tranſlationem & reſeruationem penſionis. De penſione expedita per Breue Apoſtolicum. Cardinalis vtrùm comprehendatur in tranſlatione penſionis impoſitæ ſuper beneficio per eum poſſeſſo. De periurio tam per Penſionarium, quàm Titularem commiſſo. Penſio vtrùm poſſit imponi ſuper præbenda Pœnitentiarij: & vtrum iſta circunſtantia ſit exprimenda.

### SVMMARIVM.

1 *Conſenſus præſtitus pro tranſlatione penſionis vtrùm ſubiaceat Statuto requirenti ſubſcriptionem Notarij & teſtium in quolibet inſtrumento.*

2 *Inſtrumentum quamuis ſit nullum ob defectum ſubſcriptionis, contractus tamen poteſt eſſe validus.*

3 *Res ſpirituales non deducuntur in commercium, & propterea diſpoſitio Statuti requirentis ſubſcriptionem Partium & teſtium, in illis non habet locum.*

4 *In tranſlatione penſionis ius non confertur à transferente, ſed à Papa concedente.*

5 *Exceptio quod Titularis nullum habet ius, an ſit admittenda? & quomodo hæc exceptio differat ab ea in qua opponitur de non iure Penſionarij.*

6 *Allegatio* Lapi 89. *non habet locum in penſione.*

7 *De clauſula*, etiam ſi nullum ius &c. *& de eius efficacia.*

8 *De cancellatione illius clauſulæ interueniente in reſcripto.*

9 *Si diſcordia ſit in Supplicatione penſionis, & in Bullis, quid agendum ſit.*

10 *Si adſit diuerſitas Summæ in reſeruatione penſionis, & illius tranſlatione, quomodo tranſlatio ſubſiſtat.*

11 *Expeditio penſionis per Breue valida eſt, & executioni demandanda.*

12 *Eadem eſt vis Breuis, & Literarum expeditarum.*

13 *Facultas transferendi penſiones vtrùm poſſit retorqueri contra Cardinales poſſidentes beneficia penſioni ſuppoſita.*

14 *Generalis locutio non comprehendit Cardinales.*

15 *In Indulto transferendi penſiones non attenditur qualitas perſonæ, ſed tantùm qualitas beneficij.*

16 *Cardinales non ſunt ſpeciali nota digni in materia in qua nullum habent priuilegium particulare.*

17 *Sermo generalis comprehendit omnes qui in ſubiecta materia non ſunt ſpecialiter priuilegiati.*

18 *Titularis agens ad nullitatem penſionis non obtenta diſpenſatione iuramenti, repellitur exceptione periurij.*

19 *Periurus Titularis agens ad nullitatem penſionis, non excuſatur, quamuis dicat ſe agere nomine Eccleſiæ pro illius exoneratione.*

20 *Si in vno contractu plura ſunt iuramenta, tot requiruntur diſpenſationes quot ſunt iuramenta.*

21 *Quibus clauſulis vtendum ſit vt omnia iuramenta eiuſdem contractus in vna ſupplicatione contineantur.*

22 *Periurus vtrum non ſolum ſit à limine Iudicij repellendus, ſed etiam à ſuis beneficiis & penſionibus remouendus.*

23 *Vt ex periurio incurratur pœna priuationis; requiritur quod periurium ſit iudiciale.*

24 *Penſionarius periurus non amittit ſua beneficia ipſo iure, ſed requiritur ſententia declaratoria.*

25 *Penſionarius periurus non amittit penſiones ſi de illarum priuatione non fuerit facta ſpecialis expreſſio in ſententia priuatoria.*

26 *Pœnitentiarius videtur quodammodo habere curam animarum.*

27 *Literæ penſionis debent regulari iuxta Literas beneficiales.*

28 *Officio Pœnitentiarij nulla incumbit cura animarum niſi illi ſit annexa Eccleſia Parochialis.*

29 *Pœnitentiarius poteſt audire confeſſiones ſine noua licentia,& eſt impropriè Parochus totius Diæceſis.*

30 *Per vnionem Canonicatus factam officio Pœnitentiarij non ſupprimitur titulus Canonicatus, quia vnio non fuit facta extinctiuè.*

1 DECIMA exceptio conſiſtit in defectu
ſubſcriptionis Notarij & teſtium in
inſtrumento tranſlationis penſionis:
quæ tamen ſubſcriptio requiratur ex Statuto
particulari illius loci in quo contractus fuit
celebratus, provt requiritur & obſeruatur in
præſenti ciuitate Auenionenſi nominatim
ex Regulamento Eminentiſſimi Cardinalis
de Armeniaco, cuius inobſeruantia reddit
contractum nullum & inualidum,ex notatis
per Mareſcot.*lib.*2.*var.reſolut.cap.*29.Quam-
2 uis † Inſtrumentum quidem inualidum,con-
tractum tamen validum eſſe dicat Cancer.
*lib.*2.*var.reſolut.cap.*30.*num.*39.*& ſeqq.*

Verùm iſta exceptio non ſuffragatur op-
ponenti illam, nec inualidam reddit penſio-
nis tranſlationem, quamuis non ſubſcri-
3 ptam, † quia hoc in caſu non agitur de in-
ſtrumento vel contractu obligatorio, cum
non tractetur de re quæ poſſit in ſtipulatio-
nem deduci,cùm penſiones non ſint in com-
mercio noſtro quoad tranſlationem; Bald.
*conſ.*104. *in princip.lib.*1.& in omnibus ſimili-
bus ſpiritualitatem concernentibus, aut illi
annexis, aut ab ea dependentibus, ſemper
intelligatur & apponi ſoleat conditio, *ſi Sum-
mo Pontifici placuerit:* vt *ibid.* dicit Bald.*num.*2.
4 *verſic. ſane merum imperium.* † Et ſimiles pen-
ſionum reſeruationes, vel tranſlationes de-
pendent à Papa, & non à Partibus; & vbi
Partis exigitur, vel adeſt conſenſus, magis à
Pontifice quis dicitur rem aſſequi, cum ſine
eo Partes nihil tale poſſint; teſte Caſſador.
*deciſ.*4. *de locato, num.*5. Ex quibus ſequitur
quod ſi quis habeat Indultum transferendi
penſiones coram Notario & teſtibus, provt
habent milites Sancti Petri,& alij plurimi, &
tranſlatio coram Notario facta fuerit abſque
ſubſcriptione inſtrumenti,ex Statuto requi-
ſita,nihilominus tranſlatio valida eſt:vt deci-
ſum teſtatur Coccin.*deciſ.*455.*n.*7.

5 Vndecima exceptio eſt: quod reſignanti,
& penſionem ſuper beneficio ſibi reſeruāti,
nullum ius competeret, & ſic reſignatione
nulla exiſtente,penſio quoque nulla ſit. Hæc
exceptio diuerſa eſt ab illa, quam ſuperiùs
expoſuimus *num.* 5. *cap.* 52. *in quinta Exce-
ptione*: Siquidem *ibi* locuti fuimus de exce-
ptione non iuris aduersùs Penſionarium,
nunc autem agimus de exceptione non iuris
aduersùs Titularem, qui reſignans ſibi pen-
ſionem reſeruauit; quia paria ſunt non ce-
dere, & inutiliter & inualidè cedere: Pariſ.
*de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 105. Achill.de
Graſſis *deciſ.*3.*de penſ.aliàs* 418. Verall.*deciſ.*
300.*part.*2.Rota *deciſ.*337.*num.*1.*part.*3. *re-
cent. & deciſ.*356. *ead. part.* 3. † vbi dicitur, 6
quod *allegatio* 89. Lapi, qui vult quod poſ-
ſeſſor triennalis non teneatur iuſtificare ti-
tulum ſui authoris:non habet locum in pen-
ſione, cùm iuuet dumtaxat eum qui ſucce-
dit in titulo beneficij, qualis non eſt Penſio-
narius. † Sed hoc caſu ad euitandas lites, ap- 7
ponitur quandoque clauſula in reſcripto,
*etiam ſi nullum ius illi competeret, penſio ex vo-
luntate Summi Pontificis ſolui debeat*, Garſ. *de
benefic.part.*11.*cap.*3. *n.* 132. & vide *infra cap.*
63.*num.*10.

Sed quid dicendum ſi clauſula illa, *etiam* 8
*ſi nullum ius &c.* fuerit cancellata in corpore
reſcripti,& remanſerit ſine cancellatione in
clauſulis ipſius, vt pote quod verbum,*etiam*,
& verbum,*nullum*,fuerit cancellatum, ita vt
remaneant ſolum verba ſequentia,*ſi dicto re-
ſignanti ius competat?* in quo dubio fuit reſo-
lutum,reſignantem,ſeu cedentem,non tene-
ri iuſtificare ius ceſſum,& ab illa iuſtificatio-
ne liberari per illam clauſulam, quamuis in
corpore reſcripti deletam, quia cùm fuiſſet
relicta, & non deleta in clauſulis, præſume-
batur deleta per errorem in corpore reſcri-
pti: atque ita deciſum fuit apud Pute. *deciſ.*
228. *lib.* 1. Pariſ. *d. lib.* 6. *cap.*2.*num.*104.

Si autem adſit diſcordia inter ſupplicatio- 9
nem,& Literas ſeu Bullas,non debet iudicari
iuxta contenta in ſupplicatione, ſed dumta-
xat iuxta contenta in Literis ſeu Bullis, in
quibus conſiſtit perfectio Gratiæ: vt fuit de-
ciſum apud Cæſar.de Graſſ. *deciſ.*7. *&* 47. &
nota eſt Regula Cancellariæ 26. *de non iudi-
cando iuxta formam ſupplicationis, ſed Litera-
rum expeditarum*; in qua Regula Scribentes
copioſiùs hanc materiam examinant.

Præterea ſi adſit diuerſitas ſummæ in 10
penſionis reſeruatione, & in illius tranſla-
tione, talis diuerſitas non nocet, ſi tranſlatio
facta fuerit relatiuè ad illam penſionem,
quia cùm conſtet de intentione Partium,
quod voluerint tranſlationem fieri iuxta
formam ſub qua reſeruatio facta fuit, & re-
latiuè ad ipſam penſionis conſtitutionem,
nihil intereſt; quamuis tranſlatio facta fue-
rit de penſione ducatorum 120. & penſio-
nis



nis reſeruatio eſſet tantùm de ſcutis 112. vt
fuit deciſum per Rotam *deciſ.* 598. *num.* 2.
*part.*4.*recent.*

11 Duodecima exceptio petitur ex non ex-
peditione Literarum, de qua licèt ſuperiùs
copioſè actum fuerit, remanet tamen du-
bium quid dicendum ſit, quando non qui-
dem Literæ fuerunt expeditæ, ſed ſolùm
Breue Sanctiſſimi D. N. Papæ. (Breuium, &
Literarum Apoſtolicarum ſeu Bullarum hæc
eſt differentia; quia Literæ Apoſtolicæ ex-
pediuntur apertæ & patentes: Breuia verò
ſiue Gratiam, ſiue Iuſtitiam contineant, ex-
pediuntur clauſa, & non aperiuntur donec
perſona ad quam diriguntur, illa ſolemniter
aperiri faciat, & tali modo clauſura confici-
tur, vt ex aperitione nulla ſequatur læſio
ſigilli ſub annulo Piſcatoris appoſiti.) Sed
tamen dum ageretur de penſione impoſita &
reſeruata per Breue, fuit reſolutum illam ex-
peditionem factam per Breue, habere ean-
dem vim quam haberent Literæ Apoſtolicæ
formiter expeditæ, apud Pute. *deciſ.*149.*lib.*1.
12 † & eandem, ac non minorem eſſe vim Bre-
uis & Literarum expèditarum teſtatur Gon-
zal.*ad Reg. menſium, gloſ.*59. *num.*16.Rebuff.
*in praxi,tit.de Breui Apoſtolico*, vbi æquiparat
Breue, Bullæ expeditæ per Cameram. Sed
aduertendum eſt quod vt Breue ſortiatur
effectum,debet præſentari illi cui dirigitur,
ex Rota *in recent.part.*8 *deciſ.*26.*n.*8.

13 Decimatertia exceptio,quod Tranſlatarius
non poſſit exigere penſionem tranſlatam in
præiudicium Cardinalis poſſidentis benefi-
cium penſione tranſlata grauatum, cùm fa-
cultas transferendi penſiones non videatur
comprehendere illas quæ debentur per Car-
dinales, etiam ſi penſionis tranſlatio conceſ-
14 ſa fuerit alteri Cardinali: † ſiquidem certũ eſt
Cardinales eſſe ſpeciali nota dignos,& quòd
in conſtitutione generali non comprehen-
duntur: Gig. *de penſ.q.*59.*n.*11. vnde Cardi-
nales,qui non ligantur Regula 2.*Cancellariæ*,
nec Extrauagãti,*Iniunctæ,de electione*,nec Re-
gula *de Idiomate*, nec multis aliis conſtitutio-
nibus, de quibus Gonzal. *ad Reg. Menſium,
gloſſ.*24. *num.*67. *& ſequentib.* cùm in indulto
transferendi non fuerit facta mentio Cardi-
nalis, non videtur quod illud afficiat Cardi-
nales, ex *l. apud Labeonem, §.ait Prætor.ff.de
iniur.*Mantic.*de tacit.conuent. lib.*3. *tit.*2. *num.*
40. Lapus *alleg.*70.*Sæpè vidi:n.*7.*verſic.& quæ
ſpeciali.*

15 His tamen non obſtantibus; verius eſt in
generali facultate transferendi, contineri
etiam penſiones,quæ ſuper beneficiis poſſeſ-
ſis per Cardinales impoſitæ reperiuntur:quia
in indulto transferendi non inſpicitur quali-
tas perſonæ, quæ penſionem ſoluere debet;
ſed Eccleſia: idque optima ratione,quia pen-
ſio quoad Eccleſiam, eſt onus & grauamen
ipſius Eccleſiæ reale & perpetuum,quandiu
durat pẽſio:quò verò ad Titularem,eſt onus
temporale,videlicet quandiu ipſe Eccleſiam
poſſidet,& facultas transferendi prorogat ſer-
uitutem ſemel impoſitam in præiudicium
Eccleſiæ:illud verò præiudicium quod infer-
tur Cardinali Titulari, eſt ſecundarium &
euentuale,quia contingere poteſt quòd Car-
dinalis dictam Eccleſiam poſſidens tempore
tranſlationis, citò moriatur,& ſic attendi de-
bet qualitas Eccleſiæ,non qualitas poſſeſſoris
beneficij.

Quod autem dicitur, Cardinales eſſe ſpe- 16
ciali nota dignos, verum eſt dũ agitur de ali-
quo caſu, in quo Cardinales habent priuile-
gium,prerogatiuam,aut rationem ſpecialem;
vt dicit Ferret. *conſil.*314.*n.*11. *&* 12. vbi dicit;
quod quãdo qualitas Cardinalis poteſt adeſ-
ſe,& abeſſe tempore vacationis,non eſt illius
facienda expreſſio. Et quamuis Ancharan.
allegetur in contrarium,*conſ.*297.tamẽ illum
male locutum fuiſſe teſtatur Ruyn. *conſ.*4. *n.*
19.*vol.*5.& ideo Cardinales habentes penſio-
nes actiuas, ſiue paſſiuas,debent contineri in
hac materia penſionum; † cùm in generali 17
diſpoſitione comprehendantur etiam perſo-
næ, quæ non ſunt ſpecialiter priuilegiatæ in
illa materia: *l. in fraudem, §.finali*, vbi DD.*ff.
de milit.teſtamen.*Rip.*in l.*1.*n.*60.*ff.de vulg. &
pupill.ſubſtit.*Gabriel.*conſ.*20.*n.* 2. *lib.*2.Natt.
*conſ.*420. *n.*20. Decius *conſ.* 3. *ante n.*2. Et vt
quęſtionem iſtam concludamus,ſufficit quod
ita reſolutum fuit per Rotam apud Viuian.
*de Iurepatron. deciſ.*91. 92. *&* 93. quæ vltima,
eſt inſerta apud Duran.*deciſ.*67.*per totam*, in
quibus deciſionibus, multa huius reſolutio-
nis fundamenta adducuntur,quæ hic repete-
re ſuperfluum eſſet.

Decimaquarta exceptio eſt periurij; quæ 18
diuerſimodè conſiderari poteſt: videlicet in
perſona Penſionarij,vel in perſona Titularis
qui penſionem ſoluere debet. Quoad Titula-
rem, ſi agat aduerſus penſionarium ad nulli-
tatem penſionis, repellitur à limine iudicij,
oppoſita periurij exceptione: quod generale
eſt in quocunque periurij crimine irretito,
Clar.*in §.periuriũ,n.*5.*verſic.præterea periurus*:
Farinac. plures allegans *de falſit.& ſimulat.q.*
160.*n.*176. Et ideò cùm debitor pẽſionis pro-
miſerit cum iuramento ſe penſionem ſuo tẽ-
pore ſoluturum, cum obligatione de non
contraueniendo, dicitur promiſſioni & iura-
mento contrauenire, agendò ad nullitatem,
non obtenta priùs abſolutione à iuramento:
Socin. ſen. *conſ.*38. *n.*1. *vol.*3. † Neque poteſt 19
excuſari ſi dicat ſe agere nomine ſuæ Ec-
cleſiæ, vt illam liberet ab onere penſionis,

cùm durante vita illius, ſit potiùs onus Rectoris, quàm Eccleſiæ; maximè cùm agatur de iuramento quod ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ: Rota apud Picum *deciſ.* 55. *n.* 6. poſt *Commentaria ad Statutum Vrbis.*

20 Quod adeo verum eſt, vt ſecundum multorum ſententiam procedat, quando plurima erant iuramenta, etiam in eodem contractu præſtita, ſi non petita fuerit abſolutio à ſingulis iuramentis; veluti ſi quis iurauerit non contrauenire, & non petere abſolutionem, & obtenta non vti; hoc enim debet exprimi in reſcripto abſolutionis à iuramento: vt in terminis penſionis deciſum fuit in Rota *coram Platto, in Cluſina penſionis* 18. *Iunij* 1590. inſerta apud Marcheſ. *de commiſſ. part.* 1. *fol.* 570. *num.* 67. Pariſ. *conſil.* 43. *n.* 15. *lib.* 1. Felin. *in c. cõſtitutus, n.* 14. *verſic. ampliùs dico: de reſcript.*

21 Verum huic obiectioni ſuccurritur, tam per clauſulam, quæ per prudentes practicos in ſupplicatione apponi conſueuit, videlicet *non obſtantibus quibuſcunque iuramentis, etiam duplicibus, vel de abſolutionem huiuſmodi non impetrando, & impetrata non vtendo &c.* tum etiam per alias clauſulas veluti per clauſulam, *quorum tenores &c.* aut clauſulas relatiuas ad inſtrumentum, in quo iuramentum reperitur appoſitum: quia hoc ſufficit, vt non ſit petenda abſolutio à pluribus iuramentis in eodem contractu promiſſionis penſionis appoſitis: & ita intelligenda eſt ſupradicta deciſio; vt probat Mareſcot. *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 84. *num.* 6. Zach. *poſt tract. de obligat. Camer. deciſ.* 29. *num.* 4. & *deciſ.* 179. *num.* 19.

22 Sed dubitari poteſt, vtrùm Titularis ſic agens non obtenta diſpenſatione iuramenti, non ſolùm à limine Iudicij ſit repellendus, ſed etiam vtrùm beneficiorum priuationem incurrat propter periurium? In hac quæſtione locus eſt priuationi beneficij, ſi ob periurium in non ſoluendo penſionem, contra illum per viam denunciationis actum fuerit, & actio deſtinata ſit ad priuationem, vt teſtatur Farinac. *de falſit. & ſimulat. quæſt.* 160. *n.* 203. & 204.

23 Quamuis deinde *num.* 208. ſe reſtingat ad periurium iudiciale, ita quod in alio non ſit locus pœnæ priuationis: quod etiam dixit Staphil. *in tract. de liter. Grat. in tit. de var. modis vacationum, in tit. quis veniat priuand. benefic. num.* 8. *in fine*, vbi dicit, quod Signatura non dat pro periurio priuationem beneficiorum, niſi periurium ſit iudiciale: ſed hoc caſu contra non ſoluentem prodita ſunt alia remedia, nempe Regreſſus, aut viæ executiuæ, vel etiam mandati de manutenendo, & alia de quibus ſuperiùs fusè actum eſt. Et hæc de Titulari non ſoluente, aut ad penſionis nullitatem agente, non obtenta diſpenſatione iuramenti.

24 Quoad Penſionarium verò; non poteſt ad materiam noſtram quæſtio adaptari, cùm ille non egeat diſpenſatione iuramenti, quia non eſt obligatus Titulari cum iuramento: ſed quæſtio concernit generalem dubitationem, videlicet vtrùm periurus incurrat priuationem beneficij? In qua verius eſt illam non incurrere ipſo iure, ſed requiri ſententiam declaratoriam: vt probat Garſ. *de benefic. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 167. vbi hanc communem opinionem eſſe probat:
25 † & propterea Penſionarius non amittit beneficia ſi quæ poſſideat, niſi priuetur per ſententiam; neque penſiones, niſi illud in ſententia exprimatur; cùm ſuperiùs comprobatum fuerit, quod in pœnalibus, & in materia priuationis, appellatione beneficiorum penſiones non contineantur; de qua materia priuationis beneficiorum propter periurium, videndus eſt Barboſ. *in cap. querelam* 10. *de iureiur.*

26 Decima quinta exceptio eſt, quod gratia penſionis impoſita ſuper præbenda, vel Canonicatu Pœnitentiarij, eſt ſubreptitia, ex eo quod in illa non fuit narratum penſionem fuiſſe impoſitam ſuper Pœnitentiaria: quia cùm Pœnitentiarij adminiſtrent Sacramentum Pœnitentiæ, videntur habere curam animarum: & propterea dici poſſit, quòd illius curæ expreſſio fieri debuiſſet in reſeruatione penſionis.
27 † Quod confirmatur, quia ſicuti in impetratione præbendæ Pœnitentialis, illa qualitate tacita, non ſuffragantur Literæ; ita nec in conceſſione penſionis, cùm Literæ penſionis debeant regulari iuxta Literas beneficiales: Gigas *de penſ. quæſt. vltima, num.* 13.

28 Sed tamen iſta exceptio non eſt fundata, cùm verius ſit officio Pœnitentiarij nullam incumbere curam, niſi cum hac qualitate concurrat Parochia: Gloſſ. *in Clement. dudum, in verbo, impediant, de ſepult.* dicens, quod licèt Fratres Prædicatores, vel Minores ex priuilegio exercere poſſint ea quæ ſunt fori pœnitentialis, non tamen ideo cenſentur Curati; quia neque illi ad hoc munus exercendum adſtricti ſunt, neque Parochiani ad illos in foro pœnitentiali accedere tenentur: & ita determinat Gomeſ. *ad Regul. de Idiomate, quæſt.* 1. *columm.* 3. *verſic. ex quo alind: fol. mihi* 123.
29 † quamuis Pœnitentiarium eſſe veluti Parochum totius Diœceſis dixerimus *tom.* 1. *quæſt. benefic. part.* 2. *cap.* 3. §. 11. *num.* 31. quod etiam dixit Barboſ. *in tractat. de Canonic. cap.* 26. *num.* 2. Ideo poſſe audire Confeſſiones ſine noua licentia Epiſcopi, vt *ibidem* diximus, & in praxi



praxi obſeruari fecimus: tamen nomen Parochi illi competit impropriè, & ſic non eſt Parochus, ſed quaſi Parochus.
30 † Et licèt verum ſit, Literas penſionis regulandas eſſe adinſtar Literarum beneficialium, vt dicit Gig. *de penſ. quæſt.* 100. *num.* 13. non tamen ex eo ſequitur, quod eadem taciturnitas quæ reddit gratiam Pœnitentiariæ ſubreptitiam, ſi non exprimatur; reddat etiam gratiam penſionis ſuper ea impoſitam, nullam & inualidam; cùm titulus & penſio multùm inter ſe diuerſa ſint, tam quoad naturam, quàm quoad expreſſionem: & ideo penſio impoſita ſuper præbenda vnita officio Pœnitentiarij, eſt valida; quamuis illius officij mentio facta non fuerit; maximè quia præbenda vnita non fuit Officio extinctiuè, nec per eam extinctus fuit titulus Canonicatus; vt fuit deciſum per Rotam apud Coccin. *deciſ.* 328. *per totam.*

## CAPVT LIV.

### *ARGVMENTVM.*

DE gratia penſionis per Papam in ſupplicatione deleta & caſſata, & per ſucceſſorem in Pontificatu conceſſa abſque expreſſione huius denegationis. Tranſlatio penſionis facta in mortis articulo per balbutientem vtrum ſit valida? aut ſi ſit ita infirmus, vt modò reſpondeat affirmatiuè, & paulò poſt negatiuè? Quid ſi Notarius dicat ſe laceraſſe memoriale tranſlationis? Vtrùm cancellatio inſtrumenti erronea illius executionem impediat? Quomodo executio penſionis poſſit impediri, ſi per ſententiam vulnerata ſit, etiam ſi adſit pro Penſionario Cameralis obligatio. De nullitate oppoſita per viam exceptionis, quod obſtet executioni Cameralis obligationis.

### SVMMARIVM.

1 *Pactum inter duos compermutantes de penſione in fauorem Tertij reſeruanda non valet, ſi non fuerit à Pontifice approbatum, nec iſte Tertius illo vti poteſt ſub prætextu ignorantiæ.*

2 *Mortuo Pontifice qui pacti approbationem recuſauit, poteſt illud ſucceſſor in Pontificatu approbare, ſed hoc caſu neceſſe eſt, vt Partium voluntas duret.*

3 *Reſeruatio beneplaciti Apoſtolici cenſetur facta ſub nomine Dignitatis: ideo ſucceſſor poteſt concedere, quod Papa præcedens denegauit.*

4 *Vtrum voluntas Partium duret tempore noui Pontificatus colligitur ex coniecturis.*

5 *Balbutiens in mortis articulo vtrum penſionem validè transferre poſſit.*

6 *Si Notarius atteſtetur transferentem penſionem in mortis articulo, modo affirmatiuè, modo negatiuè locutum fuiſſe, ſuſpenditur executio donec de veritate cognitum fuerit.*

7 *Notarius dicens ſe laceraſſe memoriale tranſlationis penſionis, non præiudicat Partibus.*

8 *Non creditur Notario etiam ſi cum iuramento atteſtetur ſe amiſiſſe originale.*

9 *Cancellatio inſtrumenti tranſlationis penſionis informiter facta, non præiudicat Partibus.*

10 *Cancellatio facta à non habente poteſtatem, aut caſualiter, non obeſt veritati.*

11 *Cancellatio nulliter facta non impedit viam executiuam.*

12 *Sed hoc caſu opus eſt notoriè conſtet de nullitate cancellationis.*

13 *Inſtrumentum quomodo dicatur vulneratum per ſententiam contra illud latam.*

14 *Obligatio Cameralis reſtringitur per omnes conditiones appoſitas in reſeruatione penſionis, cuius eſt acceſſoria.*

15 *Si lata fuerit ſententia, per quam fuerit declaratum non eſſe locum executioni obligationis Cameralis, ſuſpenditur executio donec illa ſententia fuerit per tres conformes reuocata.*

16 *Intellige vt hoc procedat, quando prima ſententia lata fuit in fauorem Titularis; ſecus ſi fuerit dictum locum eſſe executioni fauore Penſionarij; tunc enim ſit executio donec adſint tres conformes in contrarium.*

17 *Vulnus proceſſuarum non nocet executioni per Penſionarium petitæ.*

18 *Nullitas per viam exceptionis oppoſita, ſi de illa conſtet, impedit executionem Penſionarij.*

DECIMASEXTA exceptio oritur ex eo, quod clauſula appoſita in gratia penſionis, fuerit ſemel per Papam caſſata:

caſſata : deinde verò non facta expreſſione huiuſmodi caſſationis, ſeu denegationis,
1 fuerit per eumdem Pontificem, aut eius ſucceſſorem conceſſa. Caſus talis eſt: Conuenerant inter ſe duo Prælati in permutatione ſuarum Eccleſiarum, quod quotieſcunque vnus ipſorum conſentiret caſſationi penſionis, qui erat Curatus; alter teneretur conſentire in fauorem perſonæ per compermutantem nominandæ, vt ſimilis penſio imponeretur ſuper beneficio per iſtum poſſeſſo: idque ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ; quod pactum Summus Pontifex non ſolùm non-approbauit, ſed illud ex ſupplicatione deleuit : vnde non eſt dubitandum quod conceſſio penſionis facta per Papam in fauorem iſtius Tertij nominati, ſit nulla; cùm iſte Tertius deducat ius ſuum ex radice infecta, nempe ex conuentione per Summum Pontificem reprobata, cuius debebat facere mentionem; cùm certum ſit, quod ſi hoc fuiſſet expoſitum, Papa non conceſſiſſet gratiam penſionis, aut ſaltem ſe difficiliorem reddidiſſet : adeo quòd iſte tertius Penſionarius non poſſit allegare ignorantiam; quia tractat de lucro captando : atque ita deciſum fuit per Rotam *in Toletana penſionis, deciſ.149. part.3.lib.3.diuerſ.*

2 Sed retento eodem themate, etiam fuit exorta dubitatio, ex eo quod Pontifex ſucceſſor, mortuo illo qui denegauerat illius conuentionis confirmationem, illam nihilominus confirmauit; abſque eo tamen quod illi fuiſſet narrata denegatio facta per eius anteceſſorem. Pro cuius difficultatis reſolutione primò loco videndum eſt, vtrum duret voluntas compermutantis, tempore huius ſecundi reſcripti; cùm enim ſemel Papa recuſaſſet approbare conuentionem in illo capite penſionis imponendæ in fauorem Tertij nominandi, ceſſabat obligatio & promiſſio facta per illum permutantem. Quod ſi de illius voluntatis tacitæ, vel expreſſæ continuatione conſtaret, non erat opus narrare Summo Pontifici denegationem factam per eius anteceſſorem; vt fuit deciſum *part. 3. diuerſ.lib.3.deciſ.244. in eadem cauſa Toletana*
3 *penſionis, & deciſ.215.num.4.part.3.lib.2.*† quia reſeruatio beneplaciti Apoſtolici facta fuerat ſub nomine Dignitatis, & ideo ſucceſſor in Pontificatu poterat concordiam confirmare; quamuis denegata fuiſſet illius confirmatio per eius anteceſſorem: ad notata *in cap. quoniam Abbas, de offic. Deleg. & in cap. ſi gratioſè, de reſcript. in 6.* Rota *deciſ. 246. part. 3.*
4 *diuerſ. lib.* 2. Vtrùm † autem duret conſenſus tempore ſecundæ conceſſionis, recurrendũ eſt ad coniecturas, vt factũ fuit *deciſ. 270. ead.part. & deciſ.290.* Pute. *deciſ. 271. lib.3.*

Decimaſeptima exceptio oritur ex eo, 5
quod cùm tranſlatio penſionis ſub facultate à Summo Pontifice conceſſa, fieri poſſit ab eo qui conſtitutus eſt in articulo mortis, vt aliàs probauimus; opponi poteſt quod conſenſus tranſlationi fuit præſtitus à morti proximo, & balbutiente : Sed in hac exceptione, diſtinguendum eſt: aut enim transferens erat in eo ſtatu, vt Notarius & teſtes intelligere poſſent quid diceret, & tunc licet haberet linguam groſſam, & eſſet ſemi-mortuus, valet tranſlatio penſionis; ſecus ſi ita balbutiret vt non poſſet intelligi, vt deciſum fuit in iſtis terminis apud Coccin. *deciſ.455. num.*5. Et hæc diſtinctio colligitur ex notatis *in l.iubemus, C.de teſtam.* Alexand.*conſ.33.n.9. vol.* 3. Riminald. iun. *conſ. 261. num.* 77. poſt Caſtrenſ.& alios : in *l. quoniam indignum, C. de teſtament.* Modern.*in tract.de cæco, ſurdo, & muto, qu.33.n.9*

Sed maius eſt dubium, ſi conſtitutus in 6
articulo mortis, aut grauiſſima detentus infirmitate, interrogatus à Notario vtrum vellet transferre penſionem, reſponderit quod ſic; & ſtatim interrogatus vtrum vellet de hoc confici inſtrumentum, reſponderit quod non; & de hoc Notarius atteſtetur; vtrùm talis exceptio retardare debeat executionem inſtrumenti deſuper confecti per illum Notarium? ſanè hoc caſu, cùm conſtet exceptionem iſtam non proponi ad retardandam ſolutionem, & Notarij illius fidem admodùm vacillare, fuit reſolutum vt videretur protocollum illius Notarij, & interim ſuſpenderetur executio; vt apud Creſcent. *deciſ.103. aliàs deciſ.3.de fide inſtrument.*

Sed quid iuris, ſi Notarius dicat ſe lace- 7
raſſe memoriale, vtrum ex hoc fiat præiudicium inſtrumento tranſlationis penſionis? In hoc articulo concludendum eſt, atteſtationem Notarij non præiudicare illius inſtrumenti tranſlationis validitati; ex notatis per Felin. *in cap.accepimus, num.16.de fide inſtrument.* † vbi ſi Notarius dicat ſe amiſiſſe 8
ſuam imbreuiaturam, non creditur illius dicto etiam iurato: & ita fuit deciſum apud Puteum *deciſ.363.lib.3.*

Sed non parua eſt difficultas quid ſtatuen- 9
dum ſit, ſi mandatum ad conſentiendum reſeruationi penſionis, vel illius tranſlationi, reperiatur cancellatum apud acta Notarij, ad requiſitionem alicuius, qui ad id faciendum legitimam facultatem non habebat? In qua difficultate reſoluendum eſt, cancellationem huiuſmodi illius inſtrumenti veritati non nocere; veluti etiam ſi rebus non integris, & poſt præſtitum conſenſum formalem & validum cancellatio facta fuiſſet: † quia 10
cancellatio inſtrumenti facta à non habente authorita



authoritatem & poteſtatem cancellandi, nihil operatur: *l.ſi chirographum ff.de probat.l.inductum, C.de ſolut.l.poſtquam, & l. Labeo, ff.de pact.* Bald.*in l. ſcriniarios, verſic.item ſcias, C.de milit.teſtament.* Menoch. *de arbitr.lib.1.quæſt. 90. num.*24. ſicut cancellatio caſualis, vel ab alio quàm à teſtatore, aut de eius mandato facta, non nocet veritati teſtamenti: *l.1.ff. de his quæ in teſtam. delent.* D. Argel. *de acquir. poſſeſ.q.6. artic.10.n.74. in impreſſione Lugdu-*
11 *nen.* † Et quod talis cancellatio nulliter & inconſultè facta, non impediat executionem inſtrumenti, dicit Gratian.*diſcept.forenſ.cap. 699.num.*1. poſt Surd. *conſil.16.num.*15. vbi ſi duo erant obligati, & vnus cancellari fecerit inſtrumentum obligatorium, non impeditur executio contra alium in eodem inſtrumento obligatum, quia talis cancellatio reſtringitur ad ſuam cauſam propter quam facta
12 fuit: Aſin.*de execut.§.1.cap.39.num.6.*† quamuis quoad viam executiuam difficile eſſet illam obtinere ex inſtrumento cancellato; niſi notoriè conſtaret de errore cancellationis : provt aliàs mihi contigit in facto, quia Notarius quidam Baronis, qui inſtrumẽtum, in quo Dominus loci habebat intereſſe, ſumpſerat, & in margine ſcripſerat illud fuiſſe cancellatum; quia Dominus eius ſic voluit: quamobrem conſului, & fuit iudicatum, executionem eſſe validam vigore talis inſtrumenti: quia manifeſtè conſtabat de nullitate cancellationis, quia hac in re non erat credendum verbis Notarij ſine teſtibus & aliis ſolemnitatibus inſtrumenti : ex Surdo *dicto conſil.16.num.*17.

13 Decimaoctaua exceptio eſt ea, quæ datur aduersùs Penſionarium agentem via executiua, quando inſtrumentum habens viam executiuam, veluti ſi ſit obligatione Camerali vallatum, fuit vulneratum per vnam ſententiam contra illud latam, per quam fuit declaratum, inſtrumentum, in quo Titularis ſe obligauit ad ſolutionem penſionis, eſſe nullum, ſeu nullam executionem mereri; hoc enim caſu propter huiuſmodi vulnerationem ſemper ceſſare debet via executiua, donec pro illius validitate latæ fuerint tres ſententiæ conformes : Gonzal. *ad Regul. Men-*
14 *ſium, §.6.num.* 202. † quia obligatio Cameralis recipit omnes conditiones Literarum reſeruationis penſionis, tanquam illius acceſſoria; quia ab ipſis Literis reſeruationis robur accipit, & intelligitur cum clauſula, *ſi preces veritate nitãtur:* vt dicit Rota apud Zachiam *de obligat.Camer.deciſ.46.num.1.&* 2.& apud Marcheſ. *de commiſſ. part.1. fol.* 534. & 571.
† Vnde cùm obligatio Titularis pendeat ex 15
validitate Literarum Apoſtolicarum, ſi pronunciatum fuerit illas non eſſe exequendas, & Titularem abſoluendum eſſe, non poteſt eſſe locus executioni obligationis Cameralis præſtitæ in fauorem Penſionarij, donec conſtet de iniuſtitia iſtius ſententiæ abſolutoriæ per tres ſententias conformes, ſicut dictum fuit de reſeruatione penſionis conditionalis, quæ ſicut effectum ſortiri non poteſt niſi verificata conditione, cùm vt dictum eſt, ſemper in ea ſubintelligatur clauſula, *ſi preces veritate nitantur*, ita & conſenſus cum obligatione Camerali cenſetur præſtitus ſub eadem conditione gratiæ, cuius eſt acceſſorius; vt deciſum fuit *in Cauſa Hipporegienſi penſionis 28.Iunij 1651.coram R.P.D. Meltio* inſerta *in ſequenti capite, num.7.*

Sed hoc intelligendum eſt vt procedat, 16
quando prima ſententia fuit abſolutoria in fauorem Titularis; non autem quando prima ſententia fuit lata in fauorem Penſionarij pro executione obligationis præſtitæ per Titularem, quam Iudex exequendam eſſe declarauit; quia tunc durat executio donec ſint latæ tres ſententiæ conformes in contrarium : vt tradit Gonzal.*dicto §.6.num.*202. Rota apud Burat.*deciſ.37.n.5.*

Item aduertendum eſt, fieri debere diffe- 17
rentiam inter ſententiam vulnerantem executionem & proceſſuram, & eam quæ vulnerat ipſam obligationem Titularis: ſi enim ſola proceſſura fuerit vulnerata, nõ inficitur obligatio nec impeditur via executiua; Rota poſt *tract.*Zachiẹ *de obligat.Camer.deciſ.59.num.*3. vt per Ferentill.*ad deciſ.*329.Buratti, & habetur *in eadem deciſ.num.6.*

Denique notandum eſt, quod licet litiſ- 18
pendentia ſuper nullitate Literarum non impediat executionem obligationis Cameralis, tamen hoc non procedit quando nullitas fuit oppoſita per viam exceptionis aduerſus executionem obligationis Cameralis petitam pro parte Penſionarij; tunc enim ſi de illa nullitate conſtet Iudici, impeditur executio obligationis Cameralis petita aduerſus Titularem; Franc. *in cap. dilecto, colum.* 18. *verſic. circa ſecundum, & columm.* 23. *verſic. ſed aduerte : de appellat.* Rota *in Firmana penſionis, coram Mellino* 14. *Decemb.* 1592.apud Marcheſ.*part.1.fol.*572.& apud Zach. *de obligat.Camerali deciſ.46.*

# CAPVT LV.

## ARGVMENTVM.

IN hoc capite inſeritur deciſio Rotæ Romanæ *in Hipporegienſi penſionis, coram R. P. D. Meltio*, per quam confirmantur quæ dicta ſunt *in cap. præcedenti*; quod obligatio Titularis pro ſolutione penſionis præſtita tanquam acceſſoria Gratiæ recipiat omnes conditiones appoſitas in ipſa Gratia: Multa etiam reſoluuntur conformia iis, quæ ſuperiùs dicta ſunt, quòd clauſula, *Dummodo remaneant centum pro Rectore*, habeat tractum ſucceſſiuum: Aliáque multa in hac penſionum tractatione notatu digna.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio fit deſerta, ſi per multos annos nihil in cauſa factum fuerit.*

2 *Præſumitur pro validitate ſententiæ, maximè ſi de iuſtitia illius appareat ex reuolutione proceſſus.*

3 *Quando Iudex habet iuriſdictionem in petitorio, poteſt de eo cognoſcere quamuis ſit Iudex ſummariſſimi poſſeſſorij.*

4 *Idem quando vterque litigans eſt illius foro ſubiectus.*

5 *Qui facit actus poſitiuos, veluti dando interrogatoria teſtibus, conſentire cenſetur vt procedatur in petitorio.*

6 *Clauſula,* Dummodo remaneant, &c. *debet omnino iuſtificari per eum, qui agit vigore Gratiæ in qua talis clauſula fuit adiecta.*

7 *Conſenſus penſioni præſtitus cenſetur ſub iiſdem conditionibus in Gratia appoſitis.*

8 *Iuſtificatio clauſulæ*, Dummodo remaneant,&c. *quomodo probetur ex confeſſione Titularis.*

9 *Conſenſus præſtitus per Titularem non nocet ſucceſſori qui per obitum fuit prouiſus.*

10 *Petens remiſſoriam, ſi ſit reus, adhuc poteſt vincere ob non ius actoris.*

11 *Probatio tenuitatis Congruæ, & redituum beneficij, colligitur ex depoſitione illius, qui præelectus in Concurſu ad Parochialem beneficium illud recuſauit.*

12 *Ordinario multùm deferendum eſt, ſi atteſtetur de qualitatibus beneficij ſuæ Diœceſis.*

13 *Si vnus teſtis deponat de tempore, & alij ſimpliciter, præſumuntur in tempore conteſtes.*

14 *Dictum teſtis non deponentis de certo tempore, declaratur per dictum alterius de illo deponentis.*

15 *Clauſula,* Dummodo remaneant,&c. *debet verificari etiam quoad tempus ſucceſſiuum: quod attẽditur in materia Cõgruæ portionis.*

16 *Ad verificationem clauſulæ*, dummodo remaneant, &c. *debet haberi reſpectus ad fructus certos.*

17 *Nullitas examinis teſtium ſanatur per cõparitionẽ procuratoris qui dedit interrogatoria.*

18 *Obiectus dati contra teſtes, ſupplentur ex numero illorum.*

19 *Ad verificandũ quæ ſumma remaneat Rectori beneficij, deduci debent omnia onera illius.*

20 *Si centum non remaneant libera Rectori, clauſula,* Dummodo remaneant,&c. *facit vt Gratia reddatur nulla.*

21 *Quando valor fuit narratus affirmatiuè per aſcenſum, tunc Penſionarius illum concludenter probare tenetur.*

22 *Quando duæ diuerſæ clauſulæ ponuntur in Gratia, omnes verificandæ ſunt.*

23 *Reſtitutio in integrum aduersùs ſententiam non datur, niſi conſtito de læſione.*

---

## DECISIO ROTÆ ROMANÆ coram R.P. D. Meltio,

*In Hipporegienſi Penſionis, Vener. 28. Iun.* 1651.

SVPER Parochiali Eccleſia Sancti Oderici Ciuitatis Hipporegieñ. quã Franciſcus Auda iam obtinebat, fuit de anno 1619. de eiuſdem Franciſci Titularis conſenſu auctoritate Apoſtolica reſeruata annua penſio ducatorum 70. auri de Camera ad fauorem Marchionis Philiberti Ceuæ, expreſſis fructibus certis per aſcenſum ad ducatos 160. incertis ad 40. & cum ſolita clauſula, *Dummodo ex fructibus dictæ Eccleſiæ illius Rectori pro tempore exiſtenti centum ducati liberi remaneant*: ſumm. Stephani, *num.* 1. Defuncto præfato Franciſco, Stephanus Dominicus Arondellus in dicta Parochiali ſucceſſor cœpit controuertere ſolutionem penſionis, ſub prætextu quod fructus aſcenderent tantum ad ducatos 70. Quare introducto contra eum iudicio ad inſtantiam Marchionis coram Vicario Hipporegieñ. ſuper ſolutione dictæ penſionis, obtinuit penſionarius manutentionem in quaſi poſſeſſione illam exigendi, quam Nuncius Taurineñ. in



ingradu appellationis confirmauit: Sed deuoluta deinde ad A. C. cauſa, fuit per ipſum de anno 1644. ſententia promulgata in petitorio, per quam fuit declarata dicta penſio nulla & inualida; Ab hac ſententia, interpoſita, ſed nunquam proſecuta pro parte Marchionis, appellatione; Dubitaui an conſtaret de re iudicata, vel potius de cauſis reſtitutionis in integrum? & Domini quoad primam partem, affirmatiuè; quo verò ad ſecundam, negatiuè reſponderunt.

1 Conſtat enim de re iudicata, quia cum cauſa appellationis à ſententia ad fauorem moderni Titularis commiſſa fuerit in Rotá vſque de anno 1644. & ab indè citrà nihil vnquam in cauſa actum fuerit, abſque vlla fatalium prorogatione, appellatio effecta fuit deſerta, & ſententia fecit tranſitum in iudicatum, perinde ac ſi ab ea appellatum non fuiſſet, *cap. cum ſit Romana, extr. de app. Clem. ſi appellationem, eodem tit. l. 2. & l. fin. & Authen. ei qui, C. de tempor. & repar. appell.* Rota coram Puteo *deciſ.* 28. *lib.* 2. *& in recent. deciſ.* 414. *num.* 3. *part.* 5. & ex ſimilibus circunſtantiis Rota pro re iudicata reſpondit *in Romana locorum montium* 15. *Februarij* 1641. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*, confirmata 3. *Iunij* 1650. *coram me*: & in *Aquilana Iuriſpatr.* 4. *Iunij* 1646. *coram* R.P.D. *meo Corrado*, §. *quia cum ab eo tempore*; & in *Meleuitana antianitatis* 14. *Decembris* 1648. *coram eodem Reuerendiſſ. D. meo Decano.* Idque ſine difficultate procedit, ſtante validitate, & iuſtitia dictæ ſententiæ.

2 Validitas autem (omiſſo quòd pro ea ſtat ſemper præſumptio, Gloſ. *in l. ſi poſt, C. de iur. & fact. ignor.* Menoch. *conſ.* 110. *num.* 6. *lib.* 2. *& de præſumpt. lib.* 2. *præſum.* 67. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 2. vbi latè) ſatis clara reſultat ex reuolutione proceſſus, ex quo apparet ſeruata fuiſſe de iure ſeruãda, iuxta requiſita per Caputaq. *deciſ.* 260. *part.* 2. Rot *deciſ.* 678. *num.* 1. *&* 708. *num.* 1. *part.* 2. *in recent.* & coram ſan. mem. Greg. XV. *deciſ.* 218. *num.* 1. *verſ. quia de validitate*, Buratt. *deciſ.* 126. *num.* 2. *verſ. nam de iuriſdictione, & deciſ.* 601. *num.* 3. *verſ. validitas autem ſententiæ, part.* 4. *tom.* 3. *recent.*

3 Neque illa impugnari valet prætextu defectus iuriſdictionis, ex eo deducti, quod coram A.C. Iudice poſſeſſorij ſummarijſſimi non potuerit agi in petitorio. Quia obiectum non applicatur, quando idem Iudex habet iuriſdictionem pronunciandi etiam in petitorio, provt habet A. C. ex facultatibus impreſſis poſt Saluſt. Tib. *in prax. fol.* 524. *num.* 8.

4 † & quando vterque litigans eſt eidem foro ſubjectus, vt conciliando Text. qui videntur contrarij *in cap.* 1. *de cauſ. poſſ. & propr.* & in *cap. vlt. de iudic.* notat Barboſ. *in d. cap.* 1. *num.* 4. *&* 5. vbi allegat concordantes; & fuit dictum *in Piſauren. penſionis* 29. *Aprilis* 1648. *coram R. P. D. meo Bichio.* † Vltra quod dum penſionarius deuenit ad plures actus poſitiuos, & 5
ſignanter dedit interrogatoria ſuper articulis reſpicientibus petitorium, ſatis exinde conſenſiſſe videtur quod coram A.C. etiam petitorium cognoſceretur; & ita fruſtra hodie excipit de defectu iuriſdictionis: ad tradita per modern. Hiſpan. *de iudic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 2. *diſp.* 2. *num.* 8. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 306. *num.* 8. *& ſeqq. part.* 7. *recent.*

Iuſtitia quoque ſatis euidens ex eo redditur; nam penſio, de qua hic agitur, reſeruata 6
fuit ſub clauſula, *Dummodo remaneant centum ducati pro Rectore*; per quam ita qualificatur tota gratia, vt ſiue importet modum, ſiue conditionem, nihil actum cenſeatur niſi dicta clauſula fuerit priùs iuſtificata: Loter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 38. *à num.* 40. *cum ſeqq.* Rota coram Seraph. *deciſ.* 1017. *num.* 4. & coram ſan. mem. Gregor. XV. *deciſ.* 57. *num.* 2. & *ibi* Add. *num.* 22. & cum penſionarius illam minimè iuſtificauerit, vtique dicendum eſt iuſtè proceſſiſſe A. C. dum pronunciauit per ſententiam, dictam penſionem eſſe nullam; onus namque iuſtificandi dictam clauſulam ſpectabat ad penſionarium, etiamſi ſolutioni penſionis conſenſerit Titularis, † quia talis 7
conſenſus intelligitur præſtitus ſub eadem conditione, quam habet gratia, cui accedit; ideoque non purificata tali conditione, conſenſus nihil operatur: Garz. *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 464. *verſ. quia ille conſenſus*, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 45. Rota *deciſ.* 519. *num.* 4. *part.* 2. *recent.* Add. ad ſan. mem. Gregor. XV. *deciſ.* 57. *num.* 12. *verſ. declara hoc procedere*, cum aliis alleg. *in Monopolitana penſionis* 2. *Iunij* 1645. *coram R.P.D. meo Bichio*, §. *quæ concluſio.*

Neque ſubſiſtit, quod cùm Titularis con- 8
ſenſerit penſioni, exprimendo vlteriùs valorem beneficij in ea quantitate, quæ excedit dictam Congruam ducat. 100. ex hac confeſſione reſultet ſufficiens iuſtificatio clauſulæ, *Dummodo*, ad tradita per Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 49. Quia ſi reſpicimus conſenſum Stephani moderni Titularis, ille fuit ſimpliciter præſtitus ſolutioni penſionis abſque vlla expreſſione valoris beneficij, provt conſtat ex tenore inſtrumenti relati *in ſummario penſionarij num.* 3. † Reſpectu vero 9
conſenſus Titularis prædeceſſoris, licet fuerit cum expreſſione valoris, illa non valet præiudicare ſucceſſori, cauſam non ab eo, ſed à Summo Pontifice habenti, à quo fuit prouiſus de huiuſmodi beneficio vacante per obitum; quo tempore omne ius anteceſſoris remanſerat penitus extinctũ: vt fuit reſolutum coram

coram Seraph. *deciſ.* 1122. *num.* 1. *verſ. tam ex eo: deciſ.* 511. *num.* 2. *verſ. tanto magis*, *part.* 4. *recent. & deciſ.* 144. *num.* 16. *verſ. demum non obſtat, cum ſeqq. part.* 4. *tom.* 2. & fuit dictum *in Conchen. penſionis* 21. *Maij* 1649. *coram R.P.D. meo Corrado.*

10 Neque releuat ſi dicatur, quod Titularis
reus conuentus petendo remiſſoriam, videatur aſſumpſiſſe in ſe onus probandi, quod non remaneant centum pro Rectore; nam cùm articulos produxerit cum clauſula, *non ſe aſtringens*; & ſit reus, adhuc retinet prærogatiuam, qua Rei gaudere ſolent, obtinendi ſcilicet in iudicio ob non probationes ab actore factas: Gloſ. *in l. circa, ff. de probat. & in l.* 2. *C. de probat.* Dec. *conſ.* 517. *num.* 7. Herculan. *de Negat. num.* 46. Pariſ. *conſ.* 66. *num.* 8. *lib.* 1. Magon. *deciſ. Lucen.* 11. *num.* 13. vbi allegat concordantes, & Rota firmauit *in Firmana pecuniaria* 14. *Martij* 1642. *coram R.P.D. meo Bichio*, §. *& quamuis.*

Sed ex abundanti, quod non remaneant centum pro Rectore, probant etiam Teſtes examinati ad inſtantiam Stephani Dominici Arondelli moderni Rectoris, qui omnes deponunt fructus dictæ Eccleſiæ non excedere ducatos 70. & ſuorum dictorum optimam rationem reddunt, eo quia ex adminiſtratione reddituum dictæ Eccleſiæ per aliquos ex Teſtibus exercita, ac ex viſione librorum in quibus ipſi redditus annotantur, ita verum
11 eſſe reperierunt; † necnon quia cum vnus
ex dictis Teſtibus fuiſſet in concurſu ad dictam Parochialem præelectus, habita notitia tenuitatis reddituum non exceden. dictos ducatos 70. atque plurium ac notabilium aliorum onerum, quæ Parochus dictæ Eccleſiæ ſubire tenetur, liberè præelectioni de ſe factæ ceſſit, vnde ex illis reſultat concludens probatio; Rot. *in recent. deciſ.* 243. *num.* 12. *part.* 6. *& deciſ.* 270. *num.* 1. *&* 2. *& deciſ.* 263. *num.* 2. *part.* 7. *recent.* maximè cum dicta Teſtium recipiant robur, & adminiculum ex atteſtatione Ordinarij Hipporegieñ. ſuper tenuitate reddituum dicti beneficij, provt conſtat ex eius epiſtola ſcripta Sanctiſſ. D. N. de tempore quo Cardinalis erat; *ſumm. Ste-*
12 *phani num.* 7. † cui vt valdè ſit deferendum,
tanquam benè informato de qualitatibus beneficiorum propriæ Diœceſis, declarauit Rot. coram Mantic. *deciſ.* 87. *num.* 2. Gregor. *deciſ.* 407. *num.* 6. *in fine*, vbi Add. *in recent. deciſ.* 143. *num.* 6. *part.* 7.

13 Non obſtat quod dicti Teſtes non percu-
tiant tempus gratiæ reſeruationis penſionis; nam cùm primus deponat de tempore ante, & poſt reſeruationem, hoc ſufficit, vt alij Teſtes genericè de valore deponentes, cum eo in tempore conteſtes præſumantur; ſemper enim quando congrua interpretatione fieri poteſt, teſtes conteſtes præſumuntur: Caſtren. *conſ.* 126. *in fine*, *& conſ.* 342. *in cauſa Frataleæ domus*, *col.* 3. *lib.* 2. Aretin. *conſ.* 36.
*col.* 2. *verſ. nec poteſt dici* † & in terminis quod 14
dictum Teſtis non deponentis de certo tempore, declaretur ex alio teſte qui de illo deponit, firmat Innoc. *in cap. qualiter, & quando: col.* 2. *de accuſat.* Bald. *in l. de quibus, col. antepenult. ff. de legibus*, Alex. *conſ.* 109. *in fine, lib.* 1. *& conſ.* 503. *num.* 2. *eodem lib.* Crauett. *conſ.* 78. *num.* 9. *verſ. ideo quando teſtes*, Gratian. *diſcept. foren. cap.* 505. *num.* 8. *verſ. & quamuis non iuſtificetur*, vltra quod ſatis eſt pro annullanda dicta penſione, quod hodie probetur attento valore per decennium non remanere cen-
tum pro Rectore, † nam clauſula illa, *Dummo-* 15
*do*, habet cauſam ſucceſſiuam congruæ ſuſtentationis Rectoris, & ita verificanda venit non ſolum de tempore gratiæ, ſed etiam quod continuò duret, ita vt ſi fructus beneficij adeo fuerint diminuti vt amplius centum non remaneant pro dicto Rectore, penſio in in totum corruat: Garz. *de beneſ. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 399. *& ſeqq.* Seraph. *deciſ.* 951. *num.* 4. Rota *in Romana penſionis* 25. *Maij* 1646. §. *vnde, coram R.P.D. meo Bichio.*

Nec etiam releuat, quod teſtes non de- 16
ponant de fructibus incertis, ſuper quibus præſupponitur quod etiam reſeruata fuerit penſio; quia pro iuſtificatione clauſulæ, *Dummodo*, probandum eſt quod ex fructibus certis centum remaneant; ſcilicet de illis, qui licet ſint incerti ratione ſummæ, habent tamen quandam certitudinem, vt ſunt decimæ frumenti, vini, &c. non autem de illis, qui ſunt omnino incerti, provt ſunt funeralia, & ſimilia, quæ non imputantur in Congruam; ad tradita per Rebuff. *de Congrua, num.* 83. *&* 86. Mantic. *deciſ.* 269. *num.* 6. Rota *deciſ.* 5. *num.* 3. *part.* 2. *diuerſ. & in recent. deciſ.* 230. *num.* 2. *cum ſeqq. part.* 6. Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 44. Et ratio eſt, quia venter non patitur dilationem, nec pendere debet ab incerto: Rot. *deciſ.* 230. *num.* 5. *part.* 6. *recent.* & fuit dictum *in Romana penſionis, ſub* §. *defecit, coram R.P.D. Bichio.*

Minúſque obſtare viſæ fuerunt prætenſæ nullitates examinis dictorũ teſtium: nam illa ex defectu iuramenti non ſubſiſtit in facto, cum appareat Teſtes ad delationem Iudicis iuraſſe de veritate dicenda, provt conſtat ex iuribus datis *in ſumm. reſponſionis Stephani, num.* 2. Aliæ ex defectu citationis ad videndum examinari, tollitur per monitionem à Iudice factam procuratori ibi præſenti ad intereſſendum examini, & dandum interrogatoria pro certis diebus, & horis, *eodem ſumm. reſponſionis num.* 3. quæ monitio ſupplet de-



17 fectum citationis, † eóque magis dum pro-
curator ſic monitus poſtea comparuit, ac dedit interrogatoria, & interfuit examini, ac teſtibus pro Marchione interrogatis, *ſumm. Stephani, num.* 4. & ſic apparet eum feciſſe totum id, quod facere poterat; vndè examen optimum ſuffragatur, nulla habita ratione prætenſarum nullitatum: prout in his terminis reſpondit ſæpiùs Rota, & ſignanter coram Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 11. *num.* 18. *de probat.* Put. *deciſ.* 305. *lib.* 3. *in antiq.* Caputaq. *deciſ.* 149. *num.* 1. *part.* 1. Gregor. XV. *deciſ.* 466. *num.* 1. & *ibi* Add. *num.* 11. & fuit etiam reſolutum *in Cæſaraugustana diſtributionum* 3. *Decembris* 1640. *coram Eminentiſſ. D. Card. Panzirolo*, §. *vltra quod teſtis.*

18 Eiuſdem irreleuantiæ viſæ fuerunt exce-
ptiones datæ contra perſonas teſtium; nam præter quod ſunt parui momenti, adhuc illæ ſupplentur ex numero quinque Teſtium: Gloſ. *in l.* 3. *verb. numerus, ff. de teſt.* Alex. *conſ.* 149. *num.* 6. *lib.* 5. latè Gabr. *de teſt. concl.* 5. *per tot.* Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 5. *num.* 8. *de ſponſal.* Gregor. XV. *deciſ.* 351. *num.* 4. & fuit dictum *in Signina cenſus*, 12. *Maij* 1645. *coram Reuerendiſſ. Terracinen. Spoletana bonorum*, 7. *Febr.* 1648. *coram R.P.D. meo Roias, Meleuitana domus* 15. *Ianuar.* 1649. *& in Bonon. pecuniaria* 10. *Ianuarij* 1650. *coram R.P.D. meo Otthobono*, §. *eadem verò, in fine.*

Neque confeſſio facta à moderno Rectore de anno 1641. quod fructus huius beneficij non excederent ducatos 108. de qua *in ſummario Marchionis, num.* 8. dici poteſt contraria teſtibus deponen. de ducatis 70. Quia ducati 70. de Camera, de quibus deponunt Teſtes, redacti ad ducatos de partibus, de quibus Titularis intellexit, conſtituunt eandem ſummam ducat. 108.

19 Denique non obſtat, quod in omnem
caſum procedi debuiſſet per viam reductionis, non autem annullationis in totum: Quia cùm detractis pluribus oneribus ordinariis, & neceſſariis, ad quæ Rector tenetur, & quæ in iuſtificatione clauſulæ, *Dummodo*, deduci debent, ad tradita per Gig. *de penſ. quæſt.* 96. *num.* 2. Caſſador. *deciſ.* 19. *num.* 1. *&* 2. *de præben.* cum *plur. relatis* per Add. ad
Gregor. XV. *deciſ.* 249. *num.* 12. † non re- 20
maneant centum liberi pro Rectore, penſio benè annullata fuit.

Præterea animaduertebant DD. quod 21
penſio, de qua agitur, reſeruata fuit ſub expreſſione valoris ducat. 200. per aſcenſum, quo caſu Penſionarius tenetur plenè, & concludenter illam iuſtificare tanquam fundamentum ſuæ gratiæ; Rota *in Rauennaten. penſionis* 28. *Iunij* 1596. *coram Litta, num.* 3. *verſ. ſed etiam*, inter impreſſas apud Marcheſan. *de Commiſſ. part.* 1. *fol.* 615. & fuit latè probatum *in Hiſpalen. penſionis* 22. *Martij* 1613. *coram bon. mem. Pirouano, in recent. deciſ.* 444. *per tot.* confirmata *deciſ.* 526. *part.* 3. cum aliis alleg. *in Conchen. penſionis* 21. *Martij* 1649. *coram R.P.D. meo Corrado*: aliàs penſio in totum annullatur, etiam ſi clauſula, *Dummodo*, iuſtificata remaneat; quia hæc aliò tendit, ac longè diſtat à iuſtificatione narratiuæ valoris, quæ verificanda venit tanquam fundamentum gratiæ, & ſufficit iuſtificatio de tempore ſupplicationis: clauſula verò prædicta, vt ſuprà dicebatur, reſpicit continuationem, & progreſſum penſionis, nec eſt ſufficiens iuſtificatio de tempore gratiæ, ſed requiritur ſucceſſiua, adeo vt ſemper probandum ſit centum remanere pro Recto-
re: † atque ita ex huiuſmodi clauſulis vti 22
reſpicien. diuerſa tempora, & effectus, vtraque venit iuſtificanda; provt in his terminis reſolutum fuit *in d. Conchen. penſionis* 21. *Maij* 1649. *coram R.P.D. meo Corrado*, §. *hæc enim aliò tendit.*

Quare ex prædictis, cùm ſatis conſtet de 23
validitate & iuſtitia ſententiæ A. C. ſequitur reſolutio ſecundæ partis, quod non conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum, quæ tantùm datur conſtito de læſione reſultante ex inualiditate, vel iniuſtitia ſententiæ; Caputaq. *deciſ.* 94. *part.* 3. Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 10. *num.* 12. *de ſent. & re iudic.* Rota *deciſ.* 492. *num.* 1. *part.* 1. *& deciſ.* 307. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* & fuit reſolutum *in Sarſinaten. feudi* 22. *Iunij* 1645. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*, §. *cauſa.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

# CAPVT LVI.

## ARGVMENTVM.

OBTINENS beneficium incompatibile, non poteſt ſuper illo, quod priùs obtinebat, penſionem ſibi reſeruare; ſed purè, & ſine conditione dimittere tenetur, ſi ſecundi beneficij poſſeſſio ſit pacifica, & nulla ſit lis ſuper titulo beneficij: nec ſufficit quod ſit ſuper fructibus. Exceptio quando dicatur oriri ex ventre Literarum non expeditarum: ſed huiuſmodi exceptionem non prodeſſe mercatori in forma Cameræ obligato, iuxta mentem Rotæ: quod explicatur. Extinctionem penſionis per procuratorem factæ contra formam mandati, aut illâ non obſeruatâ, non ſuffragari. Penſionem triplicatam authoritate Papæ factam, eſſe validam. Simulatio penſionis ex quibus colligatur.

### SVMMARIVM.

1 *Si penſio ſit reſeruata cum clauſula,* dummodo remaneant quinquaginta Rectori: *& illa verè non remaneant; penſio eſt nulla, nec reſignanti hoc caſu datur regreſſus ad beneficium reſignatum.*

2 *Retinens duo beneficia incompatibilia, vtroque priuatur ipſo iure: Ideo non habet titulum coloratum, & penſionem petere non poteſt.*

3 *Ad hoc vt quis retinere poſſit beneficium incompatibile occaſione litis, illa debet eſſe ſuper titulo, & non ſuper fructibus.*

4 *Lis dicitur eſſe ſuper titulo beneficij, ſi Tertius prætendat illud ſibi deberi non tanquam conferendum, ſed tanquam collatum.*

5 *Exceptiones quæ ex ſola productione Literarum reſultant, ſunt admiſſibiles.*

6 *Reus non tenetur proponere exceptionem, quæ ex ipſa actione reſultat: & n.8.*

7 *Conductor bonorum Eccleſiæ ad ſex annos ſub beneplacito Apoſtolico, illo non obtento, rectè excipit; etiam in ſummariſſimo poſſeſſorio.*

9 *Exceptio quæ oritur ex ventre ſententiæ, illius impedit executionem, licèt requirat altiorem indaginem.*

10 *In quocumque Iudicio admittitur exceptio quæ oritur ex eodem inſtrumento.*

11 *Quando gratia eſt conditionalis, exceptio defectus conditionis dicitur procedere ex ventre gratiæ.*

12 *Regula de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, vtrum iuuet fideiuſſorem penſionis ad retardandam executionem.*

13 *Rota Romana iudicauit contra fideiuſſorem propter facultates Auditoris Cameræ: quod tamen explicatur num. 14. quo caſu procedere poſſit.*

15 *Regula,* de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, *non habet locum in prouiſionibus factis in partibus Infidelium.*

16 *Extinctio facta per procuratorem, non ſeruata forma mandati, eſt nulla.*

17 *Confeſſio procuratoris quod receperit ſummam contentam in mandato, non ſufficit, niſi ad hoc habeat ſpeciale mandatum.*

18 *Procuratoris ad reſignandum reuocatio eſt valida, niſi facta fuerit poſtquam procurator legitimè exequi cœperit mandatum.*

19 *Penſio triplicata fieri poteſt coram Papa, & illius exemplum affertur.*

20 *Penſio dicitur ſimulata, ſi reſeruata fuerit nepoti reſignantis, cui ſtatim retroceſſio eiuſdem beneficij facta fuit.*

21 *Sola vicinitas actuum regulariter non inducit præſumptionem confidentiæ.*

22 *Non eſt illicitum habere intentionem, vt penſio nepoti aut conſanguineo reſignantis reſeruetur, etiam in terminis Bullæ Pij IV. & V.*

23 *Ex actuum vicinitate non præſumitur ſimonia, quando agitur de duobus actibus inuicem non proportionatis, quod exemplo declaratur.*

24 *Si agatur de actibus eodem die factis coram eodem notario & teſtibus, præſumitur confidentia ſi illi duo actus ſint inuicem proportionati.*

25 *Reſignatio cum reſeruatione penſionis annullatur, nec non ipſa penſio, ſi reſignatarius non capiat poſſeſſionem beneficij reſignati antequam aperta ſit Regalia.*

26 *Vtrum penſio cum reſignatione annulletur per ſuperuenientem aperturam Regaliæ, ſi poſſeſſio capta fuerit per procuratorem, & non perſonaliter.*





27 *Regalia durat, quamuis nouus Epiſcopus, non per ſe, poſſeſſionem Epiſcopatus apprehenderit, ſed per procuratorem: Variæ ad hoc ſententiæ referuntur.*

28 *Quando quis apprehendit poſſeſſionem per procuratorem propter legitimum impedimentum, perinde beneficium dicitur plenum, ac ſi illa fuiſſet perſonaliter capta.*

1 DECIMANONA exceptio proponitur
aduerſus intentatum Regreſſum ad
Eccleſiam parochialem, quam poſſeſ-
ſor reſeruata penſione reſignauerat, propter
ſolutionis defectum: cui penſionario reſig-
nanti ſub reſeruatione penſionis reſignata-
rius oppoſuit penſionem eſſe nullam dupli-
ci ex capite; *Primo*, quia penſio reſeruata fue-
rat cum conditione, vel modo, *dummodo cen-
tum remaneant pro Rectore*, quod non fuerat
iuſtificatum, nec penſionarius erat in poſ-
ſeſſione exigendi, & conſenſus fuerat limita-
tus per illam clauſulam, *dummodo rema-
neant &c.* Ideo cùm non probata verifica-
tione illius conditionis penſio ſit nulla, non
poteſt dari Regreſſus reſignanti, niſi quate-
nus penſio eſſet nulla ex alio capite, quàm ex
illa clauſula, cum qua approbatus fuerat, &
2 acceptatus reſignatarij conſenſus. † *Secundo*,
quia licèt ipſe reſignans adeptus fuiſſet aliam
Eccleſiam incompatibilem, veluti Canonica-
tum, & ſic dimiſerit Parochialem primo loco
per eum poſſeſſam, dimiſſio facta fuit in vim
decreti in prouiſione Canonicatus appoſiti,
quod Parochialem intra duos menſes dimit-
tere teneretur, aliàs tam primum quàm ſe-
cundum beneficiũ vacaret ipſo iure: & cùm
dimiſſio facta non fuiſſet intra tempus in de-
creto præfixum, infectus erat titulus, & poſ-
ſeſſio; & ſic non poterat petere Regreſſum,
cùm titulo ſaltem colorato careret; ita deci-
ſum apud Mantic. *deciſ.* 356. † vbi inſuper fuit
3 dictum non obſtare quod allegabatur, reſi-
gnantem Parochialem, non fuiſſe obligatum
dimittere primum beneficium intra duos
menſes, quia eius poſſeſſio non erat pacifica
propter litem deſuper intentatam: hoc enim
verum fuiſſet, ſi lis eſſet intentata ſuper titulo
beneficij; cùm tamen intentata fuiſſet dum-
taxat ſuper fructibus illius: non enim dicitur
beneficium litigioſum niſi Tertius illud pe-
tat tanquam ſuum, nec ſufficit quod illud pe-
4 tat tanquam ſibi debitum; vt *in deciſ. 45. in 2.
part. huius Operis.* † Et quod petat tanquam
ſibi collatum, non autem tanquam conferen-
5 dum: Addent. ad Gregor. *deciſ.* 305 *n.6. & 7.*

Vigeſima exceptio reſpicit illam, quæ ori-
tur ex ventre Literarum: tales autem ſunt
omnes exceptiones, quæ non aliunde aut ex-
trinſecùs obueniunt, ſed comprobatæ ma-
nent ex ſola Literarum productione, & in-
ſpectione; tunc enim actioni ineſt exceptio
quando non poteſt deduci actio in iudicio,
quin etiam ſimul deducatur exceptio: ex no-
tatis per Bartol. *in l. lecta, n.21. ff. ſi cert. petat.* 6
† vbi dicit, quod ſi actore pactum producen-
te, exceptio ineſt ex parte Rei, non eſt neceſ-
ſe quod reus illam proponat; quia cùm inſit
in ipſa actione, non eſt neceſſe quod extrin-
ſecùs proponatur, adinſtar pacti incontinenti
appoſiti in ſtipulatione, quod non eſt neceſ-
ſe vt proponatur per Reum: & ita loquitur
Rota poſt *tractatum* Pacifici *de Saluian. inter-* 7
*dict. deciſ.* 263. *n.2.* † Huius doctrinæ exem-
plum afferri poteſt, etiamſi ageretur de ſum-
mariſſimo poſſeſſorio in conductore, qui con-
duxerat ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ,
cùm conductio bonorum Eccleſiæ facta fuiſ-
ſet ad ſex annos; cùm tamen ex conſtitutio-
ne Pauli II. inter Extrauagantes, *de reb. Ec-
cleſ. non alien.* non poſſit excedere triennium;
nec obtentum fuerit beneplacitum Apoſto-
licum, hoc caſu cùm exceptio ſimul oriatur
ex ventre contractus, & ex ſola illius lectura
probetur, deneganda eſt conductori manu-
tentio: vt fuit deciſum apud Poſtiũ *deciſ.* 215. 8
*n.6. & per totam deciſionem:* † & quod illa ex-
ceptio quæ oritur ex ventre Literarum ſor-
tiatur effectum, etiam ſi non opponatur à
Parte, vltra Bartolum ſuperiùs citatum pro-
bat Bald. *in d. l. lecta, n.13. ff. ſi certum petatur:*
DD. *in cap. exceptionem, de except.* & maximè
Abb. *n.14. verſic. & tunc aut inerat:* Burat. *deciſ.* 9
151. *n.7.* † Et exceptio quæ oritur ex ventre
ſententiæ, illius executionem retardat, etiam
ſi requireret altiorem indaginem; Surd. *con-
ſil.* 186. *num.* 22. Ruin. *conſ.* 22. *n.9. lib.* 1. Iaſon
*in §. actionum, num.* 128. *Inſtit. de actionib.* Rota
*deciſ.* 209. *num.* 3. *part.* 6. *recent.* quod bene ex-
plicat D. Archiepiſcopus Argelus *in tract. de
acquir. poſſeſſ. quæſt. 2. artic. 7. num. 21. & ſeqq.* 10
*ſecundum Impreſſionem Lugdunenſem.* † Et re-
gula generalis eſt quod in omni Iudicio ſem-
per admittitur exceptio quæ prouenit ab eo-
dem inſtrumento: vt poſt Bald. Felin. & alios
dicit Rota *in Lauretana prædij 8. Aprilis* 1592.
*coram Gipſio* inſerta apud Marcheſan. *de com-
miſſ. tom. 1. fol.* 755. Seraphin. poſt plures alios 11
*deciſ.* 430. *num.* 5. *& deciſ.* 980. *num.* 13. † tunc
autem dicitur exceptionem reſultare ex ven-
tre gratiæ penſionis, quando gratia eſt condi-
tionalis, quia actor tũc debet gratiã in primis
verificare; alioquin illius probatio reijcitur
ad petitorium: idem Seraphin. *deciſ.* 664. *n.4.*

Vigeſimaprima exceptio concernit mer-
catorem; qui ſe obligauit ſoluere penſionario 12
liberè, & ſine aliqua exceptione: cõtra quem
dum hæredes Penſionarij defuncti agerent
ad ſolutionem penſionum decurſarum in vita

eorum authoris, mercator oppoſuerat exceptionem Literarum non expeditarum; eáque de cauſa prætendebat ſe non teneri ad ſolutionem penſionis;quia ſicut illa exceptio competebat Titulari qui erat principalis debitor, iuxta *deciſionem* 440. apud Gregor. ita & iſti mercatori,qui dumtaxat nomine fideiuſſorio reperiebatur obligatus, & actoribus obſtabat Regula Cancellariæ 26. *de non iudicando iuxta formam ſupplicationis*, & ſic pro
13 mercatore fuerat deciſum vt *in deciſ.* 392. *part.* 1.*recent.* † Sed tamen poſtea Rota *in eadem Cauſa*, rebus maturiori cum deliberatione conſideratis, receſſit à prima reſolutione, propter authoritatem Auditoris Cameræ, illiuſque facultates, quibus illi conceditur vt procedere poſſit de facto executiuè, & nullo iuris ordine ſeruato: vt *in deciſ.*446.*ead. part.*
14 1.*recent.*

De cuius primæ deciſionis reuocatione ego dubito,cùm verum ſit quod ſicut penſionarius non poterat cogere Titularem, cuius obligatio nulla erat,nec executionem merebatur, Literis non expeditis,ita nec obligatio fideiuſſoria, quæ ſubſiſtere non poteſt ſi principalis deficiat;niſi forſan dicamus,quod mercator iſte ſoluens propter vim præcepti Auditoris Cameræ,poſſit deinde ſolutum re-
15 petere condictione indebiti: interim tamen ſoluere cogatur animo repetendi: † Aduertendo tamen,quod Regula illa Cancellariæ, *de non iudicando iuxta formam ſupplicationis*, non habet locum in illis qui promoti ſunt in partibus Infidelium,cum pro ſimilibus beneficiis nulla ſoluatur Annata: Put.*deciſ.*18. *de*
16 *penſionib.*

Vigeſimaſecunda exceptio eſt ſi penſionario agenti excipiatur, eius procuratorem conſenſum præſtitiſſe extinctioni penſionis: hæc enim exceptio ſufficit ad impediendum penſionarium,illúmque repellẽdum à limine iudicij; dummodo tamen procurator adimpleuerit omnia contenta in mandato, & proceſſerit iuxta formã illius:vnde ſi mandatum factum fuerit alicui, vt conſentire poſſit caſſationi Penſionis, ita tamen vt eius principali ſoluerentur omnes termini decurſi, & quod ſibi ſoluerentur ſcuta 1300.ſi conſtet de conſenſu procuratoris, & non conſtet de receptione terminorum decurſorum,nec de ſolutione 1300. ſcutorum, penſio nihilominus peti poterit quamuis procurator confeſſus
17 fuerit,ſummam 1300. ſcutorum fuiſſe ſolutam:† quia confeſſio procuratoris non præiudicat domino, niſi ad hoc fuiſſet illi datum ſpeciale mandatum:Bart.*in l.*2.§. *creditum,ff. ſi certum petatur*: & *ibi* omnes DD.cum pluribus quos citat & ſequitur Seraphin. *deciſ.* 1987.*n.*4.& 5.

18 Eadem ratione,ſi Cardinalis,aut alius dederit mandatum alicui ad conſentiendũ penſioni ſuper beneficio, in euentum quo ipſe Cardinalis ius ſibi competens in dicto beneficio cederet, qui procurator cõſenſum præſtet in Cancellaria, ex quo Cardinalis ceſſit reſeruato ſibi Regreſſu,quæ ceſſio cùm eſſet inualida, quia facta fuerat abſque reſeruatione Regreſſus,Principalis reuocauit conſtitutionem procuratoris, ideo fuit dubitatum de validitate penſionis:quia reuocatio nõ videbatur facta re integra; & præterea facta fuerat in Camera,& non in Cancellaria, nec in loco vbi procurator conſenſerat, vt probauimus *in noſtris Quæſt.benefic.c.*26.*n.*11. Tamen fuit deciſum illum conſenſum procuratoris non valere, cùm fuiſſet præſtitus contra formam mandati; quia procurator conſenſerat quod pẽſio eſſet impoſita,caſu quo Cardinalis cederet;& ſic adiecta conditione quę non erat appoſita in eius mandato, & ante tẽpus facta fuerat executio mandati,quo non poterat procurator vti antequam ipſe Cardinalis cederet:atque ita deciſum fuit apud Creſcẽt. *deciſ.*5.*de procurat.* quæ aliàs eſt *deciſio* 105.

19 Vigeſimatertia exceptio eſt, ſi agatur de penſione triplicata,quæ tamen exceptio non nocet Penſionario, ſi omnia bene expoſita fuerint Sũmo Pontifici,& non conſtet aliunde de confidentia;veluti ſi Thomas reſignauerit in fauorem Hieronymi,& deinde Hieronymus in fauorem Gregorij, non cenſetur factus aliquis actus prohibitus,ex quo penſio annullari poſſit:quia authoritas Summi Pontificis,reſignationem,& penſionum reſeruationes, validas reddit: vt fuit deciſum apud Verall.*deciſ.*314.*part.*2.

20 Vigeſimaquarta eſt exceptio ſimulationis:ſi enim reſignatio non fuerit vera,ſed ſimulata,ad effectum vt reſeruetur penſio nepoti ipſius reſignantis,& beneficium ſic penſione grauatum ipſi reſignanti ſtatim retrocedatur, huiuſmodi reſignatio cum retroceſſione cenſetur facta confidentialiter, & ideo penſio nulla eſt;ſicut dicitur de ſolutione momentanea *in l. qui ſic ſoluit, ff. de ſolut.* nam ex eo quòd agitur de penſione reſeruata in fauorem nepotis ipſius reſignantis, & beneficium ſic oneratum ſtatim fuit retroceſſum ipſi reſignanti,præſumitur hoc fuiſſe factum in fraudem ad conualidandam penſionem, quæ aliàs ſine cauſa difficiliùs obtineri poteſt:vt fuit deciſum *in Reatina penſionis*,15. *Maij* 1588. *coram Pamphilio*, apud Marcheſan. *de commiſſ. tom.* 1. *pag.* 571. *num.* 58. *verſic. tum etiam quia reſignatio*: † quamuis 21 aliàs actuum vicinitas non eſſet ſufficiens, ſi ſola eſſet, ad arguendam ſimoniam, vel confidentiam, Pariſ. *de confid. cap.* 51. *num.*14.



22 *num.* 14. *& ſeqq.* † nec eſt prohibitum quod quis habeat intentionem reſeruandi penſionem conſanguineo, ſi hoc non deducat in pactum,& ſub beneplacito Apoſtolico,Felin. *in cap.ad audientiam* 31.*num.*3.*verſic.quod autem, de reſcript.* Caſſador. *deciſ.* 2. *de ſimonia*, Rota *deciſ.*166. *num.*4. *part.*2. *recent.* Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. num.*245. *verſic.non tamen eſt ſimonia*: Sanch. *conſil. moral.lib.*2.*cap.*3.*dubit.* 36.*num.*12.vbi dicitur, quod ſi quis ſibi, vel fratri, aut alicui conſanguineo beneficium aut penſionem conferri legitima authoritate, ſi digni ſint, procuret, nulla hoc caſu committitur ſimonia, nec aliud crimen; *cap.qui Epiſcopatum*, 18.*quæſt.*1. & *ibi* Gloſſ. & DD. idque etiam in terminis Bullæ *ſuper confidentiis*,authoritate Pij IV.& V. conceſſæ;vt notat Pariſ.*de confid.quæſt.*1.*num.*20.

23 Sed iſta non nocent deciſioni prædictæ; ſiquidem diſtinguendum eſt vtrum inter diuerſos actus eodem die factos,adſit proportio vnius ad alterum;an verò non ſint actus proportionabiles: exemplum huius ſecundi caſus eſt in caſu quo Franciſcus qui Canonicatum poſſidebat pomeridianis horis, locauerat fructus beneficij cuidam Gomezio de Quintauilla, pretio tamen moderato, cùm matutinis horis feciſſet mandatum ad conſentiendum Coadiutoriæ in fauorem ipſius Gomezij;cúmque opponeretur adeſſe ſimoniam propter actuum vicinitatem & correſpectiuitatem, nihilominus fuit deciſum non probari ſufficienter ſimoniam: quia mandatum Coadiutoriæ fuerat factum ſine aliqua relatione ad arrendamentum: & è contra, arrendamentum potuit fieri ſine relatione ad mandatum Coadiutoriæ; quia mandatum potuit fieri matutinis horis ſine vlla cogitatione arrendamenti, & arrendamentum veſpertinis horis ex noua & ſuperuenienti vtriuſque perſonæ conuentione, ideo non debet ex his capi ſiniſtra interpretatio: immò potiùs legitima & iuſta:ad *l. merito*,& *ibi DD.ff.pro ſoc.*DD.*in cap.in præſentia,de probat.*

24 † At verò in primo caſu, quando inter vtrúmque actum adeſt proportio, oritur ex eo præſumptio confidentiæ, & ideo in caſu ſuperiùs allato, in quo ceſſio, & retroceſſio euidenter facta fuerat ad fines conſeruandi penſionem in fauorem nepotis illius qui reſignauerat, quæ alioqui non fuiſſet valida in præiudicium ſucceſſorum,tanquam ſine cauſa facta, rectè fuit deciſum ſimulationem præſumi; quæ præſumptio eſt ſufficiens ex ſe ad annullandam penſionis reſeruationem, propter coniunctionem & proportionem materiarum, quæ connexionem habent ad inuicem: & ſic fuit deciſum apud Mohed. *deciſ.* 3. *de ſimonia*, de qua etiam mandatorum correſpectiuitate agit Rota *deciſ.*82.*n.*1. *lib.*1.*parte* 3.*diuerſ.*In quo tamen caſu Partes fuerunt excuſatæ à ſimonia, propter reſeruatum beneplacitum Papæ.

Vigeſimaquinta exceptio conſiſtit in eo, 25 quod licèt quis fuiſſet prouiſus de beneficio, vel penſione ſuper eo, tempore quo Regalia nondum erat aperta, vt pote quod Epiſcopus loci Ordinarius nondum erat vita functus; tamen prouiſus de beneficio penſione grauato non acceperat poſſeſſionem illius beneficij niſi poſt mortem Epiſcopi, & ſic, tempore apertæ Regaliæ; quæ exceptio in Gallia ſine dubio admittenda eſt,quia Regaliæ locus eſt etiam in caſu reſignationis, vt probauimus *in noſtris Quæſtionib.benefic.tom.*1. *part.* 2. *cap.* 3. §. 13. *num.* 16. Atqui beneficium dicitur vacare in Regalia, ſi prouiſus poſſeſſionem non apprehendat niſi poſt mortem Epiſcopi, & ſic poſt apertam Regaliam, ſiquidem Regaliæ locus eſt, quoties prouiſus ante mortem Epiſcopi & aperturam Regaliæ poſſeſſionem non apprehendit, cùm ſufficiat, quod tempore apertæ Regaliæ beneficium vacet de iure,vel de facto; Forget. *du droict de Regale*, *num.*10. *in fine*, & *num.*11.

Cæterum maior eſt difficultas, dum reſi- 26 gnatarius, idemque penſionis debitor accepit quidem poſſeſſionem,ſed non realiter per ſe,ſed tantum per procuratorem, vtrum hoc caſu beneficium dicatur plenum, cùm poſſeſſio capta fuerit ante aperturam Regaliæ, cui locus non eſt niſi beneficium ſit vacans quoad titulum, aut quoad poſſeſſionem? Ratio dubitandi petitur ex eo, quod † quan- 27 do Epiſcopus mortuus eſt, aut alio modo Sedes Epiſcopalis vacat,aperitur Regalia,& durat donec prouiſus de Epiſcopatu apprehenderit realem,actualem & corporalem poſſeſſionem, per ſe, & non per procuratorem,& iuramentum fidelitatis, aliáque præſtiterit, de quibus per nos actum eſt *dicto cap.*3. §. 13. *num.*21. Ergo eodem modo videtur, quod ſi beneficium reperiatur vacans de facto tempore Regaliæ, vt pote quod prouiſus cœperit quidem poſſeſſionem, ſed non per ſe ipſum, immò per procuratorem, illud beneficium dicatur adhuc vacans de facto;& potiora ſint hoc caſu iura Regaliſtæ, & ſic penſio reſeruata per prouiſum ſubſiſtere non poſſit, ſicut prouiſio principalis nulla eſt: & hanc ſententiam tuetur Louet *ad Regul. de publicand.reſignat.n.*133. dicens, imputandum ei, qui tantùm per procuratorem poſſeſſionem eſt adeptus, cùm poſſet in propria perſona; quia leges Regaliorum præuidere debuit.

Sed tamẽ videtur cõcludendũ,quod capta beneficij poſſeſſione per procuratorẽ,benefi-

cium ſatis dicatur plenum,& non vacans, ad hoc vt excludatur Regaliſta; quia ſatis dicitur plena poſſeſſio, quæ capta fuit per procuratorem ſpecialiter deputatum:& ſic cùm hoc caſu beneficium non eſſet vacans nec de iure, nec de facto, propter apprehenſam poſſeſſionem, videtur dicendum non eſſe locum Regiæ prouiſioni. Charond. *reſp.* 11. & probatur per text. *in cap. accedens* 24. *de præbend.* vbi quod Clericus abſens poteſt per alium de beneficio ſibi collato inueſtiri, & quod meo nomine poſſidetur, ego poſſidere videor: *l. quod meo, ff. de acquir. poſſeſſ.* & hanc ſententiam poſteriorem tuetur Ruſæus *in tract. Regaliũ, priuileg.* 1. *n.* 8. *verſic. tamen hodie.*

Quidquid tamen ſit de hac controuerſia, cuius hodie deciſio expectatur à Conſilio Regio, hoc certum eſt, quod poſſeſſio habetur pro capta, quando prouiſus habuit legitimum impedimentum, vt non caperet poſſeſſionem per ſeipſum; veluti propter infirmitatem, aut aliam legitimam cauſam: Forget. *du droict de Regale, num.* 9. *verſic. toutesfois quand il y a.*

Reliquæ exceptiones, quas proponit Gigas *in quæſt.* 100. vel ſuperiùs aliis in locis explicatæ ſunt, vel nihil fermè habent quod ſpeciale ſit in hac penſionum materia.

# CAPVT LVII.

## *ARGVMENTVM.*

EXTINCTIONEM penſionis gratuitam ſolo Partium conſenſu fieri poſſe: ſi autem pecunia interueniat, Pontificis requiri authoritatem. Idémque de penſionis reductione ſtatuendum eſt: ſed ſi fiat gratuitò, & penſio ſit loco alimentorum, debet interuenire Magiſtratus decretum. Quando autem penſio dicatur conſtituta loco alimentorum. Et in quibus caſibus ſortiatur naturam contractus, vel vltimæ voluntatis. In iis quæ contractus naturam induunt locus eſt pœnitentiæ re integra, & tales dicuntur, quamuis præſtitus fuerit paruus conſenſus. Iuramento autem adhibito, non eſt opus decreto Magiſtratus. Et quæ ſint penſiones habentes cauſam oneroſam, & quæ lucratiuam; illæque quibus cum clauſulis concedantur.

### SVMMARIVM.

1 *Extinctio penſionis gratuita fieri poteſt ex ſolo Partium conſenſu, ſed ſi fiat interueniente pecunia, neceſſaria eſt Summi Pontificis approbatio.*

2 *Penſionis extinctio quæ fit anticipatis aliquot annorum ſolutionibus, indiget Pontificia authoritate.*

3 *Regreſſus poteſt caſſari ſolo Partium conſenſu coram Notario & teſtibus; quia hoc tendit ad fauorem Eccleſiæ.*

4 *Ceſſio beneficij debet fieri in manibus Superioris.*

5 *Reductio penſionis eiſdem regitur regulis quibus extinctio, circa requiſitam Pontificis authoritatem.*

6 *Extinctio penſionis fauorabilis eſt, & illius impedimenta odioſa.*

7 *Extinctio penſionis voluntaria & gratuita vtrum fieri poſſit ſine authoritate & decreto Magiſtratus.*

8 *Penſio vt plurimùm aſſignatur loco alimẽtorũ.*

9 *Super alimentis futuris tranſactio non valet ſine decreto.*

10 *Quod locum habet, quando alimenta debentur ex vltima voluntate: vt infra n.* 15.

11 *Penſiones à Pontifice conceſſæ videntur induere naturam vltimæ voluntatis.*

12 *Quemadmodum legatum, ita & ius illius, qui penſionis eſt debitor, non ſtatim amittitur ob non ſolutionem, dummodo illa fiat intra tempus arbitrio boni viri æſtimandum.*

13 *Quibus ex clauſulis dignoſcatur penſionem reſeruatam eſſe loco alimentorum.*

14 *Vtrum verum ſit penſiones induere naturam vltimarum voluntatum, & quando, & quis inde reſultet effectus.*

15 *Super alimentis debitis ex contractu tranſigi poteſt ſine decreto, ſecus ſi ex vltima voluntate: quæ diſtinctio duplici ratione comprobatur reiecta contraria ſententia.*

16 *Eadem Reſolutio locum habet in alimentis quomodolibet cauſa mortis relictis, etiam ſi cauſa conditionis implendæ.*

17 *Item locum habet quando alimenta debentur*





*quidem ex contractu, ſed originem ducunt ex teſtamento, vel alia vltima voluntate.*

18 *Penſiones ex cauſa reſignationis reſeruatæ induunt naturam contractus innominati.*

19 *In penſionibus ille, qui ex parte ſua adimpleuit, poteſt re integra pœnitere aduerſus eum qui perfectè non adimpleuit ex parte ſua.*

20 *Qui ſolum paruum præſtitit conſenſum ſuper penſione, non dicitur perfectè adimpleuiſſe; quia hic conſenſus eſt dumtaxat quædam præparatio actus futuri.*

21 *Conſenſus præſtitus per reſignantem, facit vt penſio contractui æquiparetur.*

22 *Penſio quæ non Motu proprio, ſed in vim reſeruationis reſultantis ex reſignatione fuit conceſſa, poteſt gratis extingui ſine decreto.*

23 *Penſiones Motu proprio Pontificis reſeruatæ aſſumunt naturam vltimæ voluntatis.*

24 *Penſio aliter quàm ex conſenſu Partium reſeruata, extingui poteſt ſine decreto, quando non habet cauſam alimentorum.*

25 *Remiſſio penſionis etiam cauſa alimentorum reſeruatæ, firmatur iuramento.*

26 *Alimentorum iure ſanguinis debitorum remiſſio non firmatur iuramento.*

27 *Penſiones quæ dicantur oneroſæ, & quæ lucratiuæ; & quæ clauſulæ apponantur in vtroque caſu.*

28 *Penſiones oneroſæ cenſentur aſſignatæ cauſâ alimentorum, non autem lucratiuæ.*

QVAMVIS penſio Eccleſiaſtica non poſ-
1 ſit redimi pecunia ſine authoritate
Summi Pontificis, vt diximus *ſuprà, cap.* 14. *n.*
17. tamen quando illius extinctio fit gratuitò,
& ſine interuentu pecuniæ, non requiritur
authoritas Pontificis, ſed illa extinctio ex ſolo
Partium conſenſu facta, valida eſt, & ex ea
nulla incurritur pœna, vt docent Gomeſ. *ad*
*regul. de infirmis, q.* 16. *pag.* 3. *verſic. hinc eſt:* vbi
dicit quod ſola voluntate penſio poteſt gratis
remitti abſque licentia Papæ, ſicut quælibet
res prophana: & quod Rota tempore ſuo id
ſæpius approbauit: argum. Gloſſæ *in can. Agatho, in verbo, quæ ſolita,* 63. *diſtinct.* & *ibi* Præ-
poſitus: ſequitur Redoan. *in tract. de ſimon.*
*part.* 2. *cap.* 14. *n.* 15. Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *q.* 2.
*n.* 123. † vbi dicit, quod quando caſſatio pen-
2 ſionis fit anticipatis aliquot annorum ſolu-
tionibus, non poteſt fieri ſine authoritate Pa-
pæ, Achill. de Graſſ. *deciſ.* 6. *de renunciat.* † vbi
3 dicit quod ſicut in penſione, ita & in Regreſ-
ſu, is qui penſionem obtinet, aut is qui Re-
greſſum habet ſuper beneficio, poteſt pen-
ſioni, & reſpectiuè Regreſſui renunciare co-
ram Notario & teſtibus, nulla accedente
Summi Pontificis authoritate; quia tam pen-
ſionis quàm Regreſſus extinctio eſt fauo-
rabilis Eccleſiæ: cùm per illorum caſſationem
Eccleſia liberetur à ſeruitute, & libertatem
acquirat: & ideo hoc caſu non eſt locus diſ-
poſitioni *Clement. primæ, de renunciat.* † per 4
quam decernitur, ceſſionem, aut renunciatio-
nem fieri debere in manibus Superioris ad id
poteſtatem habentis, in illis verbis, *in cuius*
*manibus ceſſio erat facienda.* Ita etiam deciſum
fuit apud eundem Achill. *deciſ.* 7. *de Decim.*
*aliàs* 312. & hoc vti indubitatum proponit
Sanches *in conſil. moralib. lib.* 3. *cap.* 2. *dubit.* 46.
*verſic: quintò nota:* quibus addo Gratian. *deciſ.*
158. *n.* 12. † Et quod dictum eſt de extinctio- 5
ne, idem dicendum eſt de reductione, vt ſcili-
cet reductio penſionis fieri poſſit gratis, ex
ſola Partium conuentione: vt deciditur per
Rotam apud Garſ. *de benefic. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 39.
*verſic. quod reſeruatio:* & ſic intelligendus eſt
Pariſ. *dict. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 129. dum vult redu-
ctionem penſionis non poſſe fieri inconſulto
Papa, vt locum habeat quando reductio fit
mediante pecunia: Rota *deciſ.* 454. *n.* 7. *part.* 1.
*diuerſ.* † vbi dicitur quod ſicut penſionis ex- 6
tinctio eſt fauorabilis, ita & impedimenta ex-
tinctionis ſunt odioſa: quia impediunt ne Ec-
cleſia priſtinam recuperet libertatem, & ſer-
uitutis prorogationem inducit.

In illis ergo caſibus, in quibus penſio ſolo 7
Partium conſenſu caſſari, ſeu extingui po-
teſt, quæritur vtrùm talis extinctio ſeu caſ-
ſatio penſionis fieri poſſit abſque decreto
Superioris? † Dubium facit, quia penſio- 8
nes reſeruantur loco alimentorum penſiona-
rij, vt dicit Gig. *de penſion. quæſt.* 51. *num.* 2.
& *quæſt.* 69. *num.* 3. *in fine*, Roman. *conſ.* 388.
*num.* 3. † Sed tranſactio ſuper alimentis fu- 9
turis fieri non poteſt niſi interueniente Iudi-
cis authoritate, *l. cum hi, ff. de tranſact. l. de*
*alimentis, C. eod. tit.* hoc enim alimentorum
eſt priuilegium vt alienari nequeant, Surd.
*de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 55. *per totum*, Tira-
quell. *de retract. conſanguin.* §. 26. *gloſ.* 1. *num.*
7. fusè Galerat. *de renunciat. centur.* 1. *cap.* 50.
*per totum*, ſaltem interuenire debet Iudicis
decretum, † maximè cùm debeantur alimen- 10
ta ex vltima voluntate; *dicta l. cum hi, in*
*principio*, Bald. *in l. pactum, C. de collat. columm.*
*vlt.* Iaſ. *in l. quæ de legato, num.* 24. *ff. de legat.*
1. Surd. *d. tit.* 8. *priuil.* 56. *num.* 4. & *ſequenti-*
*bus*, Galerat. *d. cap.* 50. *n.* 9. † Atqui penſio- 11
nes à Summo Pontifice reſeruatæ videntur
habere naturam Legati, & vltimæ volunta-
tis, cùm procedant ex gratia Summi Ponti-
ficis, vt dicit Barboſ. *in l. diuortio* 8. *in principio*
*legis, num.* 43. *in fine, verſic. eò maximè:* Roman.
*conſil.* 348. *num.* 5. vbi propterea dicit, † quod
quemadmodum vltima voluntas non vitia- 12
tur, quamuis id quod intra certum termi-
num fieri debebat, fuerit poſt tempus præfi-

xum executioni demandatum arbitrio boni
viri; ita pariter dicendum eſt, in gratia ſeu
mandato Papæ: quia licèt impoſſibile ſit illud,
quod in gratia demandatum eſt, adimpleri
infra tempus præfixum, non tamen propte-
rea debet irritum declarari id quod Papa
conceſſit, ſed eſt poſtea explicandum intra
terminum competentem arbitrio Iudicis;
maximè dum agitur de gratia Motu proprio
conceſſa, quæ fauorabilis eſt: Ideo licèt ſo-
lutio demandata in Bulla facienda in die feſto
Annunciationis Glorioſiſſimæ Virginis, non
poſſit fieri tempore ordinato ad penſionem
ſoluendam, tamen ſufficit quod poſtea arbi-
trio boni viri ſoluatur, & ex defectu ſolutio-
nis in tempore penſionis gratia non an-
nullatur.

13 Sed vt quæſtio iſta meliùs reſoluatur, ſup-
ponendum eſt non omnes penſiones Eccle-
ſiaſticas locum alimentorum obtinere, ſed
eas dumtaxat in quibus id expreſſum fuit,
veluti illas in quibus adeſt clauſula, *vt com-
modiùs ſuſtentari valeas*; aut ſimilis, quæ ap-
poni ſolet; vt in conſtitutionibus penſionum
quæ ſine cauſa fiunt: Aliæ verò in quibus
ſimiles clauſulæ non apponuntur, non ha-
bent naturam alimentorum; vt bene aduer-
tit Garſ. *de benefic. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 31 *verſic.
nam non omnis.*

14 Secundò ſupponendum eſt, non eſſe extra
propoſitum id quod in hac controuerſia DD.
diſputant, vtrùm penſiones Eccleſiaſticæ
potiùs accedant ad naturam contractuum,
an verò vltimarum voluntatum: quia ſi con-
tractuum naturam induunt, remitti ſine du-
bio poſſunt gratis, nulla accepta pecunia, aut
alia re temporali: ſi verò accedunt ad natu-
ram vltimæ voluntatis, hoc caſu eſt difficul-
tas, vtrùm redimi, vel reduci poſſint ſine de-
15 creto Magiſtratus; † cùm generaliter conſti-
tutum ſit, ſuper alimentis futuris tranſigi non
poſſe, quando ex vltima voluntate debentur,
niſi Magiſtratus interueniente decreto; ſecus
eſt ſi debeantur ex contractu: ita diſtingunt
DD. *in d. l. de alimentis, & dicta l. cum ij, §. hæc
oratio, ff. de tranſact.* Cordub. *in l. ſi quis à
liberis, §. parens, num.* 76. & licèt Lancellot.
dicat hunc intellectum eſſe diuinatiuum, non
tamen à communi intellectu recedendum
eſt, quem *ibidem* communiter DD. propo-
nunt, & probat Mantic. *de tacit. conuent.
tom.* 2. *libro* 26. *titulo* 3. *num.* 8. duplici ratione;
*Prima* eſt, quia cum priuilegio alimentorum
concurrit fauor vltimæ voluntatis, *l. alio, l.
ſeruos, l. Mela, ff. de aliment. & cibar. legat.*
quam tamen rationem impugnat Cordub.
*in d. §. parens, num.* 78. ſed ſecundam appro-
bat. *Secunda* igitur eſt, quia alimenta, quæ ex
contractu debentur, originem ducunt ex fa-
cto & prouidentia alimentarij, qui ſicut fuit
diligens in acquirendo, ita præſumitur dili-
gens futurus in retinendo; ideo liberum illi
eſt ſuper alimentis tranſigere: quod non ea-
dem ratione locum habet in alimentis ex te-
ſtatoris prouidentia relictis, quæ cùm non
procedant ex induſtria & facto alimentarij,
non præſumitur quod futurus ſit diligens in
retinendo: argum. text. *in §. ex conditionali,*
cum *ibi* notatis, *Inſtit. de verbor. obligat.* Ita
arguit Mantic. *dicto num.* 8. *in fine*, quam ra-
tionem examinat Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.*
56. *num.* 84. *& ſeqq.*

Et quod dictum fuit de vltimis voluntati- 16
bus, eodem modo procedit ſiue alimenta
causâ mortis relicta ſint, ſiue relinquantur
ab eo cui aliquid relictum eſt causâ mortis,
vel causâ conditionis implendæ; *d. l. cum hi,
§. hæc oratio, ff. de tranſact.* Mantic. *d. num.* 8.

Idem ſi debeantur quidem ex contractu, 17
ſed primordialiter debeantur ex teſtamento;
quod receptius eſſe teſtatur Padill. *in d. l. de
alimentis, num.* 9. poſt Bald. & Alberic. *in d. l.
cum ij, §. planè*, & Iacobin. *in princip. illius
legis, num.* 10. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.*
56. *num.* 87.

Tertiò ſupponendum eſt, quod penſiones 18
debitæ propter reſeruationem factam in actu
reſignationis, induunt naturam contractus
innominati, *do, vt des*; vt dicit Rota *deciſ.*
471. *num.* 2. *part.* 1. *diuerſ.* † vbi propterea di- 19
citur, quod in iſtis penſionibus, ſicut in con-
tractibus innominatis licita eſt pœnitentia re
integra, etiam ſi vnus impleuerit, licèt alius
aliquid fecerit, ſi perfectè non adimpleuerit:
Bart. *in l. ſi pecunia, num.* 11. *ff. de condict. cauſ.
dat. cauſ. non ſecuta.* vbi Iaſ. *num.* 6. *&* 11.
Claud. de Seyſſel. *in l. ſi ita ſtipulatus, columm.*
9. *de verbor. obligat.* † etiam ſi præſtitus fuerit 20
paruus conſenſus, qui eſt tantum quoddam
præparamentum ad actum, vt *in dicta deciſio-
ne* 471. *num.* 3. † & ita penſionem ratione 21
conſenſus præſtiti per Titularem æquiparari
contractui, dicit Achill. de Graſſ. *deciſ.* 13. *de
penſ. num.* 8. Garſ. *de benefic. lib.* 1. *cap.* 5. *num.*
41. & in iſtis terminis procedunt dicta per
Gig. *de penſ. quæſt.* 51. *num.* 5. *& quæſt.* 99. *num.*
10. † & per conſequens ex generali Regula 22
ſuperiùs adducta, quamuis penſio eſſet loco
alimentorum, ſi tamen non fuerit reſeruata
Motu proprio, ſed in conſequentiam con-
ſenſus præſtiti per Titularem, poteſt remitti,
minui, vel caſſari gratis, nulla Superioris, ſeu
Magiſtratus authoritate interueniente, ſicut
dictum eſt de alimentis ex contractu debitis:
Garſ. *d. num.* 41. † Tota igitur difficultas re- 23
ducitur ad penſiones, per Papam Motu pro-
prio, & abſque conſenſu Titularis loco ali-
mentorum impoſitas, cùm ex mente Rotæ
ſimiles



ſimiles penſiones capiant naturam vltimæ
voluntatis, vt dicit Rota apud Put. *deciſ.* 193.
*num.* 4. *lib.* 3.

24 Sed reſoluendum eſt, neque hoc caſu in
remiſſione gratuita penſionis Magiſtratus
decretum exigi, cùm ratio fauoris alimento-
rum ceſſet in iſto caſu extinctionis penſio-
nis: nam ſicut alimentorum præſtatio fauo-
rabilis eſt, & illorum remiſſio odium conti-
net: ita è conuerſo penſionis retentio fauore
caret; illius verò caſſatio fauorabilis eſt, cùm
Eccleſiam eximat ab onere & ſeruitute:
Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 5. *&* 6.
Achill. de Graſſ. *deciſ.* 7. *de decimis, num.* 2.

Et ex his reſoluta manent dubia pro con-
traria opinione allata: quia non procedunt
in penſionibus, quæ loco alimentorum non
dantur; nec in illis quæ dantur ex conſenſu,
& contractu Titularis; nec in aliis quæ dan-
tur ſine Partium conuentione, quæ licèt ve-
rum eſſet quòd induerent naturam vltimæ
voluntatis, non tamen in illis concurreret
duplex fauor, nempe alimentorum, & vlti-
mæ voluntatis aduerſus remiſſionem ali-
mentorum; quinimò adeſſet fauor pro re-
miſſione & caſſatione penſionis: quia
Eccleſia ab illo onere liberaretur, vt di-
ctum eſt.

25 Sed adhuc duo ſunt hic notanda: *Primum,*
quod in quibuſcumque caſibus conuentio
& remiſſio alimentorum firmatur iuramen-
to, quamuis in ea non interuenerit decretum
Magiſtratus, ſecundùm veriorem & recep-
tiorem ſententiam, quam tuetur Fachin. *lib.*
3. *quæſt. iuris, cap.* 21. quia iuramentum facit
vt ciuilis ratio ceſſet, cum Religio præponen-
da ſit Iuris Ciuilis conſtitutionibus: *cap. cum
contingat, de iureiur. cap. quamuis pactum, de
pactis, lib.* 6. Vaſqu. *de ſucceſſ. lib.* 2. §. 18. *re-
quiſito* 29. *num.* 169. Padill. *in d. l. de alimentis,
C. de tranſact. num.* 5. Garſ. *dicta part.* 1. *cap.* 5.
*num.* 34. *verſic. item illa:* Mantic. *d. lib.* 26. *tit.*
20. *num.* 12. † quod tamen locum non habe- 26
ret in alimentis debitis à patre filio, cùm de-
beantur iure ſanguinis, quæ propterea etiam
cum iuramento remitti nequeunt: vt per
eund. *num.* 13.

*Secundum* eſt, quod penſionum duo ſunt 27
genera: quædam enim cauſam habent one-
roſam, aliæ lucratiuam: oneroſam cauſam
habere dicuntur, quæ dantur vel propter ex-
tinctionem litis, vel propter renunciationem
beneficij in fauorem alicuius, prout quotidie
fieri videmus: ſed lucratiuæ ſunt, quando
vacante beneficio, vni confertur beneficium,
& alteri penſio: hanc diſtinctionem affert
Gig. *de penſ. quæſt.* 3. *num.* 4.

Inter hæc duo penſionum genera hæc eſt
differentia, quod in ea quæ cauſam habet
lucratiuam hæc apponitur clauſula; *Franciſco
verò vt commodiùs ſuſtentari valeat, de alicuius
ſubuentionis auxilio prouidere volentes, &c.* &
hæc clauſula cenſetur appoſita loco alimen-
torum Penſionarij; Roman. *d. conſil.* 388.
*num.* 3. *&* 5. In penſione autem oneroſa, vide-
licet quando quis beneficium dimittit in fa-
uorem alterius ſub reſeruatione penſionis,
non apponitur prædicta clauſula, ſed ſe-
quens; *ne dictus Franciſcus ex dicta reſignatio-
ne, ſeu ceſſione, nimium diſpendium patiatur,
de alicuius ſubuentionis auxilio prouidere volen-
tes, penſionem annuam, &c.* † Et ſic patet quod 28
in primo caſu penſio impoſita cenſetur be-
neficio, loco alimentorum penſionarij: in
ſecundo verò, in quandam compenſatio-
nem fructuum beneficij dimiſſi: ita Pariſ.
*de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 7. *& mul-
tis ſeqq.*

## CAPVT LVIII.

### *ARGVMENTVM.*

QVIBVS in caſibus poſſeſſor beneficij penſione grauati habeat ius petendi reductionem penſionis ad minorem ſummam, ſiue fructus tempore reſeruatæ penſionis non ſint ſufficientes ad alimenta Rectoris, ſiue ex accidenti poſtea ſubſecuto notabiliter minuantur. Clauſula, *aliunde viuere valeas*, quomodo, & iuxta quod tempus ſit iuſtificanda. Reſignatio facta à non habente aliunde ex quo viuere valeat, quibus caſibus ſit valida. Quando penſio eſt iniuſta, & reducibilis, poteſt peti coram Iudice ordinario illius reductio; quamuis in ea appoſita ſit clauſula, quod reduci non poſſit. In curam animarum habentibus beneficiis, Parocho reſignanti congruam ſuſtentationem remanere debere, quicunque caſus diminutionis fructuum beneficij



contingat:

contingat: In aliis diſtinguendum eſt, vtrum agatur de reſignatario, vel aliter prouiſo; & vtrum fructuum reſpectus habitus fuerit per viam taxationis, aut demonſtrationis, quod ex quibus cognoſci poſſit oſtenditur: & diuerſi caſus circa hanc quæſtionem proponuntur, & explicantur.

## SVMMARIVM.

1 *Ad ſacros Ordines nemo admitti debat qui non habeat ſufficienter ex quo viuere queat; nec poteſt Sacerdos beneficium, ad cuius titulum promotus fuit, reſignare.*

2 *Gratia penſionis eſt nulla, ſi illi conſentiens falsò aſſerat ſe habere aliunde ex quo viuere poſſit.*

3 *Onus probandi quod reſignans cum reſeruatione penſionis aliunde habeat vt viuere poſſit, ſpectat ad obtinentem gratiam.*

4 *Quod quis aliunde habeat probari debet iuxta tempus reſignationis, ita vt non ſufficiat probare ex eo quod reſignans breui pòſt tempore diem ſuum obierit.*

5 *Valor probandus eſt regulariter tempore vacationis.*

6 *Quando valor probandus eſt ad priuandum aliquem, probatio valoris inſpicitur per decem annos ante.*

7 *Quando quæritur vtrum quis habeat reditus ſufficientes ad ſuſtentationem vitæ, ſufficit inſpicere duos annos ante prouiſionem, & vnum annum poſt.*

8 *Vtrum quis habeat ad ſuſtentationem vitæ, iudicis arbitrio remittitur.*

9 *Conſtitutus in minoribus Ordinibus, vel Tonſura, poteſt liberè reſignare, quamuis aliunde non habeat; etiam cum penſione.*

10 *Conſtitutus in Sacris Ordinibus reſignare poteſt, ſi penſio eſſet adeo magna, vt clarè conſtaret ex illa ſufficienter ipſi pro alimentis ſupereſſe.*

11 *Conſtitutio Pij V. de non promouendis qui non habent reditus ſufficientes ad vitam, niſi Religionem ingredi velint; licet loquatur de Ordinariis, locum etiam habet in prouiſionibus factis in Curia.*

12 *Clauſula*, aliundè viuere valeas, *verificatur ex eo quod reſignanti reſeruatur penſio ſufficiens.*

13 *Qui conſenſit penſioni exceſſiuæ, ſibi imputare debet, nec conqueri poteſt.*

14 *Succeſſor qui non conſenſit penſionis reſeruationi, poteſt illius exceſſum opponere.*

15 *Quamuis in Literis adſit clauſula*, quòd penſio reduci non poſſit, *ſi tamen ſit exceſſiua, non impeditur ſucceſſor qui illi non conſenſit, illius reductionem petere.*

16 *Quæ ſit differentia inter clauſulas penſionis*, vt commodiùs ſuſtentari valeas, *vel* vt decentiùs: *& quod cenſeantur appoſitæ cauſa alimentorum.*

17 *Reſignans ſub penſione, vtrùm teneatur pati diminutionem penſionis ſi reditus beneficij reſignati notabiliter minuantur,*

18 *Clauſula,* Dummodò remaneant &c. *habet cauſam continuam & ſucceſſiuam, & debet verificari etiam tempore poſt prouiſionem futuro in habentibus curam animarum annexam.*

19 *Clauſula*, rebus ſic ſtantibus, *ſuum perdit officium, quando tempore diſpoſitionis cogitatum fuit de eo quod eueniet in futurum.*

20 *Clauſulam*, Dummodò remaneant &c. *non habere tractum futuri temporis dixerunt aliqui.*

*Sed reprobantur, ſub diſtinctione, n. 21.*

22 *In parochialibus Eccleſiis ſi Rectori non remaneat Congrua pro alimentis, penſionis reductioni locus eſt.*

23 *Alimenta alicui teſtamento ſimpliciter relicta variantur, aut minuuntur ſecundùm temporis occurrentiam.*

24 *Ampliatur vt procedat, ſiue alimenta iure actionis, ſiue Iudicis officio debeantur.*

25 *Si alimenta fuerint taxata, nec augeri poſſunt, nec minui.*

26 *Quando alimenta ſunt in teſtamento taxata ad certam ſummam, ſi fructus non ſufficiant, capi debent de ipſa proprietate.*

27 *In alimentis non taxatis hæres præfertur legatario, quamuis inuentarium non confecerit.*

28 *Clauſula*, Dummodo remaneat Rectori talis ſumma: *continet taxationem alimentorum.*

29 *Priuilegia plura inuicem conquaſſantur ſi ſint æqualia; ſed ſi vnum eſt alio maius, hoc præualet.*

30 *Priuilegium alimentorum Rectoris, potentius eſt priuilegio penſionarij.*

31 *Clauſula reſeruationis certæ Summæ, demptis tot ſcutis pro Rectore, quantæ ſit efficaciæ.*

32 *In beneficiis, quibus cura animarum non imminet, reſignatarius non poteſt impugnare penſionem de exceſſu.*

33 *Tertius qui non conſenſit reſeruationi penſionis, vtrum poſſit opponere illam eſſe exceſſiuam.*

34 Si



34 *Si penſio taxatiuè impoſita ſit, nec augeri poteſt nec minui: ſecùs ſi demonſtratiuè.*

35 *Reditus annuus ſuper fructibus certi fundi limitatus non debetur ſi ex illo fundo nihil perceptum fuerit.*

36 *Demonſtrationis, an taxationis cauſa beneficij fructus penſione grauati fuerint, colligitur ex identitate, vel diſcontinuatione orationis.*

37 *Qui ſe obligauit in forma Cameræ, & renunciauit caſibus fortuitis in ampliſſima forma, tenetur ſoluere, nec auditur petens reductionem penſionis.*

38 *Quando ſterilitas vnius anni compenſari poteſt cum fertilitate alterius, reductio penſionis peti non poteſt.*

39 *Si Titularis fuerit impeditus à Tertio prætendente potiora iura ſuper beneficio, liberatur, cedendo actiones.*

40 *Si verò impeditus fuerit facto Tertij prætendentis ſuper parte fructuum, debet ſoluere quatenus valent fructus percepti; & ſi non ſufficiant, liberatur, cedendo actiones pro reſiduo.*

41 *Quando Titularis dedit ſchedulã bancariam pro ſolutione penſionis, tenetur ſoluere ſiue fructus ſufficiant ſiue non.*

VARII caſus in propoſita quæſtione diſtinguendi ſunt: quorum Primus eſt, quando in reſeruatione penſionis expreſſum fuit, quod conſentiens reſeruationi habet aliunde ex quo viuere poſſit: Et in hoc articulo, ſicut & in pluribus aliis duæ conſiderationes adhibendæ ſunt. *Prima* quidem eſt, dum beneficium adeo paruum eſt, vt reſignanti ſoluta penſione non remaneat ſufficienter vnde viuere poſſit: *Secunda*, quando ex pòſt facto beneficij reditus admodum diminuti ſunt, ita vt non remaneant Titulari fructus ad viuendum ſufficientes.

Quod attinet ad primum caput concernens tempus reſignationis, certum eſt † ſecundùm diſpoſitionem ſacri Concilij Tridentini *ſeſſ. 21. cap. 2. de reformat.* neminem ad Sacros Ordines admitti debere ſi ſæcularis ſit, qui non habeat titulum ſufficientem beneficij, vel patrimonij: tale autem beneficium reſignari non poſſe, niſi reſignans habeat in reditibus ſufficienter vt aliunde viuere poſſit, vt expreſsè diſponitur in *dicto Concilio.*

2 Vnde ſi in reſeruatione penſionis dicatur, prout exprimi ſolet, *quod reſignans aliunde habeat ex quo viuere poſſit*, & hoc tempore reſeruationis, verum non ſit; gratia eſt nulla, tanquam obreptitia & ſubreptitia; † quia onus
3 probandi hanc expreſſionem ſpectat ad illum qui gratiam obtinuit cum illa conditione; Rota apud Marcheſ. *tom. 1. pag.* 471. *in Lucana maiuſculatus, coram Orano, anno* 1585. & *in eadem coram Comitulo anno* 1589. apud Eundem Marcheſ. *fol.* 512. quia ad eum qui aſſeruit, onus probandi ſpectat Rota *deciſ.* 77. *de reſcript. in antiq.* Crauet. *conſ.* 104. *n.* 3.

Adeo vt non ſufficiat probare ex iis quæ 4
poſtea ſubſecuta ſunt, vtrum reſignans habuerit vnde viuere poſſit; veluti ſi reſignans paulò poſt reſignationem vita functus fuerit: quia probatio debet percutere tempus reſcripti, & futurus exitus non eſt ſpectandus: Rota *d. deciſ. coram Comitulo* apud Marcheſ. *d. pag.* 612. *verſic. nec eo minus:* iuxta *l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verbor. obligat.* † & ge- 5
neraliter conſtitutum eſt, valorem probandum eſſe habito reſpectu ad tempus vacationis, Oldrad. *conſil.* 58. Veral. *deciſ.* 330. *part.* 3.

Sed tamen dum quæritur vtrum reſeruatió penſionis ſit valida, an non, propter expreſſionem factam, *quod reſignans habet aliunde ex quo viuere poſſit*; non adeo præcisè reſtringenda eſt probatio valoris bonorum ſufficientium ad ſuſtentationem reſignantis; ſed diſtinguendi ſunt duo caſus: † Primus eſt, 6
quando agitur de priuando aliquem beneficio: & tunc quia materia eſt obiectiua, valoris probatio debet fieri per decem annos antè; Seraphin. *deciſ.* 485. *num.* 1. Rota *deciſ.* 189. *num.* 1. & 4. *part.* 1. *diuerſ.* † Secundus ca- 7
ſus eſt, quando agitur de probatione valoris, & redituum beneficij, ad videndum vtrum ex illis Rector ſuſtentari poſſit; & hoc caſu non eſt neceſſe valorem probare per decennium, ſed ſufficit probare per duos annos ante tempus gratiæ, & per annum poſt; vt dicit Add. ad Burat. *deciſ.* 538. *num.* 22. *circa finem.* † Sed cùm totum hoc pendeat ab arbi- 8
trio Iudicis, ſufficit ad effectũ videndi vtrum quis habeat vt ſufficienter poſſit ſuſtentari, quod habeatur ratio aliquot annorum præcedentium, & aliquot ſubſequentium, vt facta comparatione & compenſatione anni fertilis cum ſterili, argui poſſit valor probabilis fructuum, ex quibus ali poterit reſignans, cuius reſignatio admiſſa fuit ſub illa expreſſione, *quod habeat ſufficientes reditus ad ſui ſuſtentationem:* quod etiam iudicatum fuit *in recent. deciſ.* 159. *n.* 8. & 9. *part.* 5. *recent.* & *deciſ.* 825. *n.* 4. *part.* 4. *diuerſ.*

Quæ autem dicta ſunt de reſignante, cui 9
oportet ſupereſſe bona pro eius ſuſtentatione; locum habent in eo qui ad Sacros Ordines promotus eſt: is enim qui vel ſimplici Tonſura, vel minoribus tantùm Ordinibus inſignitus eſt, poteſt liberè reſignare, ſiue

reſignatio

reſignatio fiat coram Ordinario, ſiue coram
Summo Pontifice; videlicet purè coram
Ordinario, & cum reſeruatione penſionis
coram Papa; cùm poſſit etiam tacitè renun-
ciare contrahendo matrimonium: *cap.* 1.
vbi omnes, *de Cleric. coniug.* Pariſ. *conſ.* 40.
*num.* 24. *vol.* 4. Clar. *in* §. *final. quæſt.* 73.
*num.* 5. Atque hanc reſolutionem compro-
bat Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 14.
*num.* 2. Sed qui ad Sacros Ordines promo-
tus eſt, non admittitur ad reſignandum ex
10 ſtylo Curiæ, † niſi aliunde habeat vnde
viuere poſſit: niſi tamen penſio adeo eſſet
notabilis, vt ex eius reſeruatione conſtaret il-
lum ex ea habiturum eſſe ſufficientem quan-
titatem, ex qua viuere & ſuſtentari poſſit;
vt conſtituit Summus Pontifex Pius V. *in
ſua conſtitutione* 58. quæ incipit, *Quanta
Eccleſiæ Dei incommoda*: his verbis, *ſed nec
horum vllus ſacro Ordine mancipatus niſi Re-
ligionem ingreſſurus valeat vllo modo beneficium,
vel officium Eccleſiaſticum reſignare, niſi ei
aliunde ſit, quo in vita poſſit commodè ſuſtentari.*
11 † Quæ Conſtitutio licet loquatur de Colla-
toribus Ordinariis, tamen ex identitate ra-
tionis locum etiam habet in collationibus
factis in Curia; vt teſtatur Flamin. Pariſ.
*dicto lib.* 3. *de reſignat. quæſt.* 14. *num.* 3. cuius
Conſtitutionis mentionem facit Barboſ. *iuris
Eccleſiaſt. vniuerſ. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 111.
Scortia *in ſelect. Pontific. conſtitut. epitom.* 101.
eiúſque verba refert Flamin. Pariſ. *loco citato*,
Garſ. *de benefic. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 198.
12 Quod autem diximus ſufficienter conſta-
re quod reſignans aliundè viuere poſſit,
quando ſibi reſeruauit penſionem conſide-
rabilem, fuit comprobatum per Rotam *co-
ram Penia, in Brixienſi Parochialis* 20. *Nouem-
bris* 1598. inſerta apud Garſ. *de benefic. part.*
2. *cap.* 51. *num.* 209. quia licèt in ſupplicatione
appoſita fuerit clauſula, *Dummodo aliunde vi-
uere poſſit*: vel, *dictus reſignans aliundè viuere
valeat*: tamen illud verbum, *aliundè*, debet
intelligi ad excluſionem beneficij reſignati,
non autem ad excluſionem penſionis.
13 Concludendum igitur eſt in hoc primo
capite, quod ſi tempore reſeruationis penſio
ſit exceſſiua, non poteſt quidem is qui con-
ſenſit conqueri de exceſſu, & agere ad re-
ductionem in præiudicium reſignantis; ſed
tenetur, vel penſionem ſoluere, vel bene-
ficium dimittere, cùm illi imputandum ſit,
cur beneficium tanta penſione oneratum ac-
ceptauerit, vt aliàs diximus; & probat Staphil.
*de literis iuſtit. tit. de commiſſ. ſuper reductione
penſionis, num.* 2. *&* 3. quia volenti & conſen-
tienti non fit iniuria: *l.* 1. §. *vſque adeo, ff. de
14 iniur. l. nemo, ff. de regul. iur.* † Sed ſucceſſor
in beneficio qui penſioni non conſenſit, &
non poterat ſcire valorem fructuum bene-
ficij, poteſt agere ad reductionem penſio-
nis, quæ licèt non ſit nulla, eſt tamen exceſ-
ſiua; & ideo non caſſatur quidem, ſed redu-
citur & reformatur: vt dicit Staphil. *loco ci-
tato*, & Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 42.
*num.* 54.
Et hoc procedit etiam ſi in Literis reſer- 15
uationis penſionis dictum fuiſſet, quod pen-
ſio ad certam fructuum partem conſtituta
reduci non poſſit: quia ſi de iure iuſtis de cau-
ſis locus eſſet reductioni, non impeditur Iu-
dex etiam ordinarius procedere ad redu-
ctionis ſententiam: ad quod faciũt *text. in cap.
ſententiã,* 35. *q.* 9. *& cap. cum literis, de in integr.
reſtitut. & cap. cum olim, de re iudic.* in quibus
dicitur, ſententiam Romani Pontificis poſſe
in melius commutari: Quod intelligendũ eſt,
quando Summus Pontifex non fuit informa-
tus provt oportebat; alioqui nemo dubitare
poteſt quin eius iuſſis obtemperandum ſit,
& quod inferiores ſuper illis manum appo-
nere non poſſint. Quod tamen fallit in iis
qui habent commiſſionem Papæ: Ratio eſt,
quia id dicitur factum manibus Papæ, quod
fit ab eo qui ab ipſo Pontifice commiſſionem
habet: vt ibi dicit Staphil. *num.* 10. *&* 11.
Sed redeundo ad clauſulas, quæ ſolent 16
apponi in aſſignatione penſionis, aduerten-
dum eſt, ſecundum nonnullorum ſenten-
tiam, fieri debere diſtinctionem inter duas
clauſulas quæ apponuntur in reſeruatione
penſionis, videlicet, *vt commodiùs viuere va-
leas*, & aliam, *vt decentiùs ſuſtentari valeas.*
Dum enim dicitur *vt commodiùs viuere va-
leas*, hæc clauſula denotat cauſam impulſi-
uam, & non finalem; vt *in deciſ.* 454. *ad finem,
part.* 1. *recent.* quam ad hoc allegat Mart. *de
clauſ. part.* 1. *num.* 198. reprehendens in hoc
Gigant. *in tract. de penſ. quæſt.* 51. *num.* 20. cu-
ius tamen ſententiam defendit Lotter. *de re
benefic. lib.* 1. *quæſt.* 35. *num.* 50. dicens, quod
quidquid ſit de illis clauſulis, *vt commodiùs*,
vel *vt decentiùs ſuſtentari valeas*, quando agi-
tur de legato, aut aliis diſpoſitionibus; tamen
in hac materia penſionis ſi adiectæ fuerint
in ſupplicatione, & in literis Apoſtolicis, cau-
ſam alimentorum continent; cuius etiam
ſententiæ fuit Caccialup. *in tract. de penſ.
quæſt.* 9. *num.* 13. & Rota *deciſ.* 99. *num.* 3. *part.* 1.
*recent.* Riminald. iun. *conſil.* 634. *num.* 8. *&* 20.
*& conſil.* 298. *num.* 11. *&* 13. Gabriel. *conſil.* 191.
*num.* 9. Quod tamen quomodo intelligen-
dum ſit, ſuperiùs explicauimus *cap.* 57. *num.*
8. *&* 13. Illa igitur clauſula, *vt commodiùs*, ad
alimenta refertur: Illa verò *vt decentiùs*, ex-
plicatur vt decentiùs quis ſuſtentari valeat
quàm antea ſuſtentaretur, non autem vt de-
centiùs quàm fieri deberet: vt aduertit
Marta



Marta *d. parte* 1. *clauſ.* 199. poſt *dictam deciſ.*
454. *part.* 1. *diuerſ.*
17 Deueniendo ad ſecundum caſum, nempe
quando beneficij penſione grauati reditus
ex noua cauſa admodùm diminuti ſunt, ve-
luti ſi prædium inſigne ipſius beneficij eui-
ctum fuerit, aut fluminis impetu abſorptum,
magnum eſt dubium vtrum Titularis petere
poſſit penſionem ad minorem ſummam rè-
duci, probando quod reſtantes fructus ſibi
ſufficere non poſſunt pro congrua ſuſtenta-
tione: in qua tamen locum eſſe reductioni
concludit Gig. *de penſ. quæſt.* 35. *n.* 8. Staphil.
*de literis iuſtit. tit. de commiſſ. ſuper reduct. penſ.
num.* 7. poſt Roman. *conſ.* 369. Lotter. *d. lib.* 1.
*quæſt.* 43. *num.* 60. ſiquidem quidquid contin-
gat, Titularis debet habere congruam ſu-
ſtentationem, iuxta *deciſ.* Seraphini 951. *num.*
4. quam nos ſuperiùs allegauimus *ſuo loco*, &
18 *cap.* 55. *num.* 15. † vbi dicitur quod dum reſer-
uata fuerunt in aſſignatione penſionis cen-
tum pro Rectore, illa reſeruatio debet ſortiri
effectum continuum, quia reſeruatio illius
ſummæ pro Rectore beneficij habet cauſam
19 ſucceſſiuam: † nam licet regulariter in qua-
cunque diſpoſitione cenſeatur appoſita clau-
ſula, *Rebus ſic ſtantibus*; illa tamen Regula
ſuum perdit officium, quando tempore diſ-
poſitionis cogitatum fuit, aut cogitari debuit
de futura mutatione: vt dicit Ioann. Bapt.
Coſta *in tract. de clauſ. cap.* 10. poſt Natt. *conſ.*
160. *n.* 24. Gratian. *diſcept.* 613. *num.* 29.
20 Sed aliud concludit Garſ. *de benefic. part.* 1.
*cap.* 5. *num.* 398. vbi dicit quod clauſula illa,
*dummodò remaneant mille pro Epiſcopo, vel cen-
tum pro Rectore*, debet referri ad tempus gra-
tiæ, & reſeruationis tantùm; ſicut dicitur de
clauſula, *dummodò medietatem fructuum non
excedat*, & ſimilibus, quæ ſemper referendæ
ſunt ad tempus gratiæ; Rota apud Garſ. *d.
part.* 1. *cap.* 5. *num.* 477. Alexand. *conſil.* 72. *num.*
14. *lib.* 1. ſed dictam deciſionem Seraphini ci-
tat & ſequitur Lotter. *de re benefic. d. quæſt.* 38.
*num.* 70. *lib.* 1. & hæc Seraphini deciſio veriſ-
ſima eſt.
21 Cæterum hanc controuerſiam ita compo-
nit Barboſ. *in tract. de clauſ. cap.* 41. *num.* 6. vt
vera quidem ſit doctrina Garſiæ, nempe
clauſulam *dummodo remaneant &c.* verifican-
dam eſſe de tempore gratiæ: ſed tamen ſi
aliquibus annis contingeret quod Rectori
non remanerent centum, non propterea eſ-
ſet minuenda penſio, niſi reditus adeo eſſent
diminuti, quod ſoluta penſione non poſſet
ſeipſum & onera Eccleſiæ incumbentia
ſuſtentare, tunc locus eſſet reductioni:
quod etiam dixit ipſe Garſ. *loco citato,
num.* 440.
2 Sed iſtæ reſolutiones non omnino tollunt
difficultatem, cùm loquantur in caſu ſpe-
ciali illius clauſulæ, *Dummodò remaneant, &c.*
quæ apponi ſolet in penſionibus impoſitis
ſuper beneficiis curam animarum habenti-
bus, in quibus Rectori Eccleſiæ curatæ de-
bet tantum relinqui, vt ex beneficio penſio-
ne grauato ali poſſit: & hoc caſu videretur di-
cendum, diminutis fructibus penſionem
quoque minuendam eſſe: ad cuius rei proba-
tionem facere videtur Regula, quod alimen-
ta non ad certum tempus referenda ſunt, ſed
ſecundum temporis varietatem minuenda;
adeo vt videatur concludendum non ſecun-
dum tempus reſeruatæ penſionis, ſed ſecun-
dum temporis varietatem illam eſſe minuen-
dã, & iuxta temporis diuerſitatem Parocho
reſignanti alimenta eſſe decernenda; † provt 23
de alimentis teſtamento relictis, quæ aliquam
habent cum præſenti caſu ſimilitudinem, eſt
textus expreſſus *in l. ius alimentorum*, §. *finali,
ff. vbi pupill. educ. deb.* ibi, *diminui debeant quæ
decreta ſunt, quemadmodum ſolent augeri, ſi quid
patrimonio acceſſerit*: per quem textum Ro-
land. Cauagnol. *lib.* 1. *deciſ. conſult.* 20. *num.* 3.
*&* 4. Mantic. *deciſ.* 331. *num.* 2. *&* 3. & Gratian.
*diſcept. forenſ.* 237. *num.* 5. *&* 618. *num.* 18. hoc
procedere teſtantur, etiam ſi conſenſus præ-
ſtitus fuerit; quia ille debet intelligi, *rebus in
eodem ſtatu permanentibus*: Brun. *in tract. de au-
gmento, concluſ.* 12. *num.* 5. Marcheſ. *part.* 1. *de
commiſſ. in cauſ. alimentor. part.* 1. §. 1. *num.* 122.
vbi dicit, alimenta minui decreſcente patri-
monio, & augeri auctis facultatibus: † & bene 24
Doctus Salgado *in tract. de Reg. protect. part.* 4.
*cap.* 8. *num.* 88. *&* 97. illud procedere aſſerens,
ſiue alimenta iure actionis debeantur, ſiue
Iudicis officio; idem Salgad. *in dicto tract. part.*
2. *cap.* 4. *num.* 71. Et generaliter conſtitutum
eſt vt alimenta debeantur dumtaxat ad ra-
tam fructuum, & per conſequens diminutis
fructibus alimenta minuenda ſunt, iuxta di-
minutionem illorum tempore præſtationis;
Marcheſ. *vbi ſuprà*, Menoch. *de arbitr. caſ.* 169.
*num.* 4. per textum, *in d. l. ius alimentorum*, §.
*modum, ff. vbi pupill. educ. debeat, l. imperator, in
fine*, & *ibi* Bartol. Paul. Angel. & Alexand. *ff.
ad Trebell.* Cancer. *lib.* 1. *var. reſolut. cap.* 16. *n.*
24. *in ſecunda editione.*
Tamen iſtis non obſtantibus, non eſt re- 25
cedendum à Doctrina Seraphini *dicta de-
ciſ.* 951. *num.* 4. loquendo de penſione im-
poſita ſuper Eccleſiis Parochialibus, maximè
ſi appoſita fuerit clauſula, *Dummodò centum
remaneant pro Rectore*: quia Regula illa, quod
alimenta taxari debeant ſecundùm ſtatum
& quantitatem bonorum tempore præſtatio-
nis, locum non habet quando alimenta ſunt
taxata & liquidata ad certam ſummam: illa
enim nec augeri debent, nec minui [illegible] Gra-
tian.

tian. *dicta diſcept.*613.*num.*23.*&* 25.per text.
*in l.cum certus* 5.& *ibi* Gloſ.*in verbo*, *taxatio-*
26 *nis,ff.de tritico,vino,& oleo legat.*† Et videmus
in ſimili alimentorum materia,quod quando
teſtator reliquit alimenta taxata ad certam
ſummam, illa non tantum ex fructibus præ-
ſtanda ſunt, ſed in ſubſidium etiam de pro-
prietate;Surd. *de aliment. tit.*4. *quæſt.*9. *num.*
27 28. † & è contra, ſi teſtator alicui ſimpliciter
alimenta ſine taxatione legauit, hæres lega-
tario in ſuis alimentis præfertur: idem Surd.
*de alim.tit.*1.*quæſt.*97.*num.*4.quia non tenetur
hæres coarctare victum ſuum,vt aliis alimen-
ta præſtet;Natt.*conſ.*387.*num.*8. vbi loquitur
de hærede qui confecit Inuentarium:quam-
uis idem ſtatuendum ſit, quando hæres In-
uentarium non confecit;niſi tamen alimen-
ta per teſtatorem ad certam ſummam eſſent
taxata, tunc enim etiam confecto Inuenta-
rio, etiam vltra fructuum quantitatem ad
ſummam taxatam præſtanda ſunt;ex eodem
Gratiano *diſcept.forenſ. cap.* 34. *num.* 22. *&*
28 *ſeqq.& num.*26. † Ergo cùm in caſu propoſi-
to alimenta fuerint taxata ad certam ſum-
mam,nempe dummodo remaneat talis ſum-
ma pro Rectore beneficij; concludendum
eſt ex caſu ſubſequenti, ſummam taxatam
minui nullo modo poſſe, ſed ſemper ſum-
mam taxatam centum ſcutorum debere re-
manere apud Rectorem, non obſtante qua-
libet fructuum beneficij diminutione, cùm
alimenta cauſam habeant ſucceſſiuam:quod
vltra Seraphinum dixit Rota *ſuprà*, *cap.* 55.
*num.*15.

Neque dici poteſt, quod cùm penſio re-
29 gulariter ſoleat aſſignari loco alimentorum,
& ideo cùm tam ex parte Rectoris, quàm
Penſionarij agatur de alimentis, priuilegia
debent conquaſſari: ad notata *in l. verum*, §.
*penult.& final.ff.de minorib.*§.*& hoc præſenti,in
Authent. de ſanctiſſ. Epiſcop. l. final. ff. ex quib.
cauſ.maior.in integr.reſtit.* Odd. *in tract.de re-
ſtitut.in integr quæſt.*18.*artic.*4. Barz.*deciſ.*74.
*n.*10. Giurb.*deciſ.*82.*num.*8.cum pluribus per
eum allegatis.

Iſtud enim verum eſt quando priuilegia
ſunt æqualia:ſi enim vnum ſit potentius alio,
illud præualere debet: Trentacinq. *lib.* 1.
*variar. reſolut.de reſcript. reſolut.*1.*n.*5.

Quod autem priuilegium Congruæ, ſit
30 potentius priuilegio penſionis,patet euiden-
ter: quia Congrua eſt fauorabilis Eccleſiæ,
ſine qua non reperirentur perſonæ honeſtæ,
& idoneæ ad curam animarum exercen-
dam: Rebuff. *in tract. de Congrua*, *num.*8.At
è contrario,penſio eſt Eccleſiæ oneroſa,tan-
quam continens ſeruitutem in præiudicium
Eccleſiæ:Rota *deciſ.*454.*num.*1.*part.*1.*diuerſ.*
ideo priuilegium Congruæ portionis debitæ
Rectori Eccleſiæ parochialis, potentius eſt
priuilegio penſionis, quamuis vtraque locum
alimentorum obtinerent: Trentacinq. *dicta
reſolut.*1.*num.*7.Vnde ſanctæ mem.Vrbanum
VIII.declaraſſe hanc Congruam ſemel aſſig-
natam minui nullo modo poſſe, refert Lot-
ter.*de re benefic.lib.*1.*quæſt.*43.*num.*61.

Multoque magis ſupradicta locum ha- 31
bent, quando penſio fuit reſeruata cum illa
clauſula,*demptis centum pro Rectore*; vel, *dem-
ptis mille pro Epiſcopo*; per quam clauſulam
cenſetur Summus Pontifex priùs reſeruaſſe
centum pro Rectore,vel mille pro Epiſcopo;
quàm alios fructus Titulari: Rebuff. *in tra-
ctat. de Congrua,num.*103.*circa medium*, Rota
*deciſ.*762.*n.*1.*in fine,part.*2.*recent.*

Deueniendo igitur ad alium caſum,nem- 32
pe quod quando agitur de reſeruatione pen-
ſionis facta ſuper beneficio, cui cura anima-
rum annexa non eſt, debent etiam diuerſi
caſus ſeparatim tractari. Si enim agatur de
eo qui reſignauit ſub certa penſionis reſer-
uatione, *& non aliàs, aliter,nec alio modo*, vi-
detur indubitatum, quod reſignatarius, cui
ius eſt conditionaliter quæſitum, non poſſit
agere ad reductionem penſionis etiam ex-
ceſſiuæ,cùm ipſi opponi poſſit exceptio,*ſolue,
vel dimitte*; vt ſuperiùs diximus: † ſi autem 33
agatur de Tertio qui non obtinuit per reſig-
nationem, ſed penſio collata ipſi fuit ſuper
beneficio quod vacauit per obitum, dubita-
tur vtrùm iſte poſſeſſor beneficij penſione
grauati poſſit agere ad reductionem & dimi-
nutionem penſionis?Et quod agere non poſ-
ſit, probatur, quia penſio Eccleſiaſtica non
ſubiacet fortunæ,nec caſui fortuito circa fru-
ctuum perceptionem; vt poſt Alexand. de
Neuo *conſil.*67.*num.*9.tradit Ioann.Bapt.Coſt.
*in tract. de rat. Ratæ*, *quæſt.* 10. *num.* 6. quod
conſilium Alexandri de Neuo inſeritur ad
longum apud Gigant.*cap.*62.*de penſ.*vbi *num.*
19. redditur ratio, quod non ſolum contra
fructus beneficij agi poteſt,ſed etiam perſo-
na ipſa Titularis obligata eſt: † Vnde locus 34
eſſe videtur Regulæ,quæ vult,quod ſi fundus
taxationis cauſa fuerit deſignatus, ex quo
penſio peti poteſt, ſi fructus ex illo fundo
non colligantur, penſio non debetur: ſed ſi
fundus, eiúſque fructus demonſtrationis
cauſa adiectus fuerit, tunc etiam ſi nihil ex
tali fundo perceptum fuerit, nihilominus
penſio ſolui debet:per text.*in l. quidam teſta-
mento,ff. de legat.*1. quod bene explicat circa
hanc materiam penſionis, Caſtrenſ. *conſil.*
338.*num.* 3. *lib.*1. Et generalem illam Regu-
lam proponit Surd. *conſil.* 162.*n.*23. Gratian.
*diſcept.forenſ.cap.*266.*num.*22.Caſtillo *contro-
uerſiar. lib.*4. *cap.* 54. *num.* 17. *& ſequentib.*
Tuſch. *litera l.concluſ.* 61. *num.* 13. 14. *&* 15.
† Et



35 † Et facit à ſimili quod dicitur de annuo re-
ditu conſtituto, iuxta formam Bullæ S. M.
Pij V. quæ vult quod pro cenſu annuo non
obligetur perſona, ſed ſolum aſſignari poſſit
ſuper re fructifera, hoc eſt quæ ſit apta ad
ferendum tot fructus, qui ſufficiant ad ſolu-
tionem integri cenſus; ſi enim fructus illius
prædij non ſufficiant, non ſoluitur cenſus ex
aliis bonis debitoris; quod tamen ſecus eſt
in aliis caſibus, in quibus perſona ipſa eſt
obligata, nec reditus obligatio reſtricta eſt ad
certum fundum;tunc enim licet fructus præ-
dij cenſui ſuppoſiti non ſufficiant, tenetur
debitor penſionis ſolutionem ſupplere ex
aliis bonis ſuis, vt fuſiùs comprobat Cenc. *in
tract.de cenſib.q.*37.*per totam*: Vnde idem vi-
detur dicendum in penſione Eccleſiaſtica,vt
debeatur, licèt Titularis fructus non perce-
perit ſufficientes, quamuis ex pòſt facto illo-
rum diminutio contigerit.

36 Et prædictam diſtinctionem ſequitur Fe-
lin. *in cap. ad audientiam,num.*7.*in* 6.*concluſ.de
reſcript.* dicens, quod vbi præcedit generalis
diſpoſitio circa ſolutionem annuæ penſionis,
& poſtea ſequitur locus,vel materia,vnde de-
beat præſtari,tunc ſunt duæ orationes, & ſic
reditus non videtur aſſignatus ſuper tali re,
vel beneficio cauſa taxationis; ita quod ex
illo beneficio fructus capi debeant, & non
aliunde; ſecus ſi in vna & eadem oratione
adijcitur onus penſionis cum adiectione fru-
ctuum, vt putà, *ſoluas penſionem de fructi-
bus talis beneficij*, tunc enim fructus cenſen-
tur appoſiti cauſa taxationis, & ideo fructi-
bus non exiſtentibus, non poſſit Titularis
grauari ad ſolutionem penſionis.

Pro totali autẽ huius quæſtionis reſolutio-
37 ne, quædam concluſiones faciendæ ſunt.Pri-
ma eſt,quod ſi Titularis ſe obligauerit ad ſo-
lutionem penſionis in forma Cameræ,quam-
uis ipſe probaret ſe nullos fructus percepiſſe,
ſeu reditus, ſuper quibus penſio impoſita
eſt, caſu aliquo inopinato, & merè fortuito,
putà tempeſtatis, belli, vel vredinis, aut alio
ſimili, qui omnes illius anni fructus abſtu-
lerit, fuiſſe deperditos; non ſolum dici po-
teſt Titulari, *ſolue & repete*, ex vi Came-
ralis obligationis, Gigas *de penſ. quæſt.* 62.
*num.* 10. *verſic. & licet concluſio*, ſed etiam
illi imputandum eſt, qui ſe fortunæ ſubie-
cit, & caſibus fortuitis renunciauit; Lotter.
*lib.*1.*quæſt.*39.*num.*66.*&* 67.

Secunda concluſio eſt, quòd res difficul- 38
tate caret, quando ſterilitas vnius anni com-
penſari poteſt cum vbertate annorum ſe-
quentium; Gozad. *conſil.* 83. *num.* 17. *in* 5.
*concluſ.* Gigas *loco citato*, *num.* 7. tunc enim
penſio integre ſolui debet.

Tertia;quod quando Titularis nullos per- 39
cepit fructus, ex eo quod alius prætendens
ius ſuper eodem beneficio illius fructus de
facto percepit, hoc caſu poſſeſſor beneficij
penſione grauati liberatur, cedendo actio-
nes contra illum qui fructus de facto perce-
pit:Ferret. *conſil.* 73. *num.* 2. vbi tamen ſe-
quitur diſtinctionem ſuperiùs allatam,vtrum
videlicet penſio impoſita fuerit ſuper fructi-
bus certi beneficij gratia taxationis, vel gra-
tia demonſtrationis; ſed meliùs Put.*deciſ.*10.
*num.*7.*lib.*1. per text. *in l. quod debetur*, *ff. de
pecul.* Gloſſ. *in l. non aduerſus*, *C. ſi cert. petat.*
Bart. *in l.* 2. §. *idem Nerua*, *ff ne quid in loc.
public. in l. Iulianus*, §. *penult. ff. de action.
empti*, *& in l. ſi ſic*, §. *finali*, *ff. de legat.* 1.
& ita deciſum apud Seraphin. *deciſ.* 1351.
*num.* 31.

Quarta; ſi poſſeſſor beneficij penſione 40
grauati non fuerit impeditus per tertium
occupatorem, non quidem omnes, ſed par-
tem dumtaxat fructuum percipere, ſi fru-
ctus, quos percepit, non ſunt ſufficientes
ad ſolutionem penſionis, ſoluet vſque ad
concurrentiam ſufficientiæ fructuum per-
ceptorum, & pro reſiduo liberabitur ceden-
do actiones contra illum qui fructus perce-
pit; is enim penſionem legitimè ſuper fru-
ctibus impoſitam ſoluere tenetur: Federic.
de Senis *conſil.* 81. *n.*4. Lotter.*loco citato,n.*70.

Quinta concluſio colligitur ex traditis per 41
Gozad.*dicto conſil.*83.*num.*12. vbi dicit,quod
quando Sanctiſſimus voluit quod Titularis
debeat dare cautionem bancariam, & ita
Penſionarios cautos & ſecuros reddere, ex
eo colligitur promiſſionem eſſe puram &
ſimplicem,non autem conditionatam, ita vt
non intelligatur adiecta conditio, *ſi fructus
naſcantur,vel percipiantur.*

Sed quia hæc materia cautionis bancariæ
ſpecialem exigit diſquiſitionem, ideo de ea
nunc particulariter agendum eſt.

## CAPVT LIX.

### ARGVMENTVM.

QVÆ ſit noua praxis ſchedulæ bancariæ, & quæ fuerit antiqua? Vtrum per eam campſor conſtituatur fideiuſſor, vel conſtitutarius? Quomodo concipi debeat ſchedula bancaria ad hoc vt habeat vim ſolutionis, & Titularis eximatur ab obligatione ſoluendi penſionem? Quando inducatur delegatio campſoris, & nouatio actionis? Exceptio reductionis penſionis vtrum opponi poſſit poſt datam ſchedulam bancariam? Schedulam bancariam ex ſtylo Curiæ Romanæ habere vim Cameralis obligationis. Quibus caſibus competat campſori beneficium excuſſionis? Solutio notata à tergo ſchedulæ bancariæ vtrum fidem faciat? Qui ſemel fideiuſſorem dedit pro penſione, vtrum illo mortuo, vel decocto, alium ſubrogare teneatur.

### SVMMARIVM.

1 *Schedula bancaria datur hodie ad ſex annos, & in fine illius temporis renouatur.*

2 *Iſta traditio ſchedulæ bancariæ pro penſione non poteſt fieri niſi ſub authoritate Summi Pontificis.*

3 *Campſor per ſchedulam bancariam vtrum ſit fideiuſſor, an conſtitutor.*

4 *Quæ ſit differentia inter fideiuſſionis contractum, & Conſtituti.*

5 *Expromiſſor in quo differat à fideiuſſore, & Conſtitutore.*

6 *In quibus caſibus per traditionem ſchedulæ bancariæ poſſeſſor beneficij penſione grauati ſit liberatus.*

7 *Vt ſchedula vim habeat debet interuenire illius acceptatio.*

8 *Quæ requirantur conditiones, vt campſoris obligatio ſuum ſortiatur effectum tanquam ex nouatione & delegatione.*

9 *Tria requiſita ad veram delegationem recenſentur.*

10 *Si campſor eſſet aliunde debitor Titularis, & alia requiſita concurrerent, facta diceretur vera delegatio.*

11 *Etiam facta delegatione campſoris, talis delegatio non nouaret actionem nec eximeret Titularem, ſi penſionarius proteſtatus fuiſſet ſe nolle recedere à ſuis primæuis actionibus.*

12 *Quando totum creditum transfuſum eſt in campſorem, ceſſat quoad illud exceptio reductionis penſionis.*

13 *Per delegationem duæ perimuntur actiones, vna videlicet delegantis, & altera debitoris delegati.*

14 *Delegatio vim ſolutionis obtinet.*

15 *Quamuis campſor datus fuerit pro ſimplici ſecuritate ipſius penſionarij, tamen ſi agatur contra ipſum ex obligatione Camerali, debet ſoluere, & poſtea repetere.*

16 *Etiam in mandato de manutenendo, debitori penſionis dicitur*, ſolue, & repete.

17 *Qui penſionem exigit, ſaluo Titulari iure repetendi, non tenetur dare cautionem de reſtituendo caſu quo indebitè exegerit.*

18 *Sola paupertas hominem ſuſpectum non reddit, niſi Iudicis arbitrium aliunde moueatur.*

19 *Ex ſtylo Romanæ Curiæ ſchedula bancaria habet vim obligationis Cameralis.*

20 *Solutio facta per campſorem, cenſetur facta de mandato Titularis principalis debitoris.*

21 *Quamuis diſceptetur vtrùm ſolutio facta per fideiuſſorem, facta cenſeatur de mandato principalis debitoris, tamen dum agitur de campſore faciente ſchedulam bancariam, ille cenſetur habere mandatum ad ſoluendum pro principali.*

22 *Schedula bancaria habet vim ſolutionis, ſi campſor atteſtetur apud ſe factum fuiſſe depoſitum pecuniarum.*

23 *Tradita venditori ſchedula bancaria non currunt vſuræ pretij emptori ſi illa fiat cum depoſito pecuniarum apud campſorem.*

23 *Si penſionarius fuerit negligens in exigendo à campſore, illius erit periculum.*

24 *Si Campſor ſoluerit, nihil ei imputandum eſt, ſi Titularis prætendat reductionem penſionis, quia tenebatur illi denunciare ne ſolueret.*

25 *Sola denunciatio Titularis non eximit campſorem ab obligatione ſoluendi debitam penſionem.*

26 *Quando Schedula bancaria data fuit ad ſolam ſecuritatem, tunc Titularis tenetur campſori reſarcire expenſas executionis contra ipſum factæ, & damna per eum paſſa.*



27 *Fideiuſſori & Conſtitutori competit beneficium excuſſionis.*

28 *Mercator qui penſionem promiſit per ſchedulam bancariam, non habet beneficium excuſſionis.*

29 *Multis in tribunalibus exceptio excuſſionis non admittitur.*

30 *Si tamen campſor promiſerit ſoluere quanto minus penſionarius conſequi poterit à Titulari, ſine dubitatione opponere poteſt excuſſionis exceptionem.*

31 *Et hoc caſu talis exceptio admittitur in quocunque caſu, quia prouenit ex natura rei.*

32 *Schedula bancaria quando ſufficiat penſionario ad probandam ſolutionem in Iudicio manutentionis.*

33 *Hoc eſt verum, quando annotatio non fuit facta à Tertio.*

34 *Titularis vtrùm campſore, qui ſchedulam conſcripſit, lapſo facultatibus, teneatur alium fideiuſſorem ſubrogare.*

35 *Quando obligatio dandi fideiuſſorem facta fuit ad ſex annos, cenſetur habere obligationem ſucceſſiuam, & ſingulis annis renouandam.*

36 *Fideiuſſio debita officio Iudicis renouanda eſt, decocto fideiuſſore iam dato; ſecus ſi vigore pacti, niſi pactum haberet verba denotantia tractum temporis ſucceſſiuum.*

HÆc cautio datur per poſſeſſorem beneficij, quod penſione grauatum eſt, idque in fauorem penſionarij, cui ſe mercator quidam idoneus obligat ſoluere penſionem, quæ cautio olim durabat ad triennium, & finito triennio renouanda erat: ſed hodie datur ad ſex annos, & concipitur hoc modo, dum Papa authoritatē huic cautionis præſtationi interponit, *Ac cautionem bancariam ad beneplacitum tuum ſufficientem & idoneam, ad ſexennium duraturam, & ſexto quoque anno & per ſex menſes ante finem cuiuſlibet ſexennij renouandam præſtare teneatur, & ad id cenſuris Eccleſiaſticis, & executiuè procedendo compelli poſſit*. In cuius decreti executionem campſor ſe obligat ſtatis temporibus per tot annos ſe ſoluturum penſionem cum obligatione Camerali, abſque vlla exceptione præterquam in caſu mortis Titularis, & Pen-
2 ſionarij. † Quod tamen ſine authoritate Summi Pontificis fieri non poteſt; alioquin hæc conuentio eſſet illicita: Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 39. num. 58.*

His ita ſuppoſitis, videndum eſt, quæ ſit vis & natura huius obligationis orientis ex ſchedula Bancaria, vtrum campſor ex ea cenſeatur principalis debitor, an verò fideiuſſor; vel conſtitutarius, aut expromiſſor? inter quos nō modica eſt differentia. De Conſtituto tractatur *in §. de conſtituta, Inſtit. de actionib.* & *ibi* per DD. nec non in *l. 1. ff. de conſtit. pecun.* Conſtitutum autem dicitur contractum, quando Tertius promittit ſoluere quod alius debet; *dicta l. 1. §. 1. & §. debitum, ff. de conſtit. pecun. l. 2. verſic. ita tamen, C. eod. tit.* Roland. à Valle *conſil. 4. num. 34, vol. 4.* per text. *in l. quod autem. §. fin. ff. eodem tit. de conſtit. pecun.*

In hoc autem differunt contractus fide- 4
iuſſionis, & contractus Conſtituti, inter cæteras differentias, quod fideiuſſio requirit ſtipulationem, quæ non niſi inter præſentes fieri poteſt; *l. blanditus, C. de fideiuſſ. l. 5. §. ſatiſacceptio,* & *ibi* Bart. *ſub §. ſtipulatio, n. 8.* & Iaſon, *n. 7. ff. de verbor. obligat.* Mantic. *de tacit. conuent. lib. 16. tit. 5. num. 1.* conſtituens verò ſe poteſt obligare pacto nudo, *dicto §. de conſtituta.* & *ibi* DD. *Inſtit. de actionib.* Item fideiuſſor quamuis obligatione propria reperiatur obligatus, tamen principalis debitoris obligatio ſubſiſtit, acceſſoria enim ſolum eſt obligatio fideiuſſoris: in Conſtituto autem non ſemper ſubſiſtit obligatio debitoris principalis, ſed in hoc adhibenda eſt diſtinctio quam
mox exponemus. † Aliud eſt in expromiſ- 5
ſione, cuius natura eſt, vt ſolus ipſe expromiſſor alieni debiti obligetur, alterius verò obligatio perimatur: Gloſ. *in l. qui libertinus, §. finali, in verbo, dederit, ff. de oper. libert.* totum enim debitum transfunditur in expromiſſorem: Hering. *de fideiuſſ. §. 4. num. 28. & 29.* Cartar. *deciſ. Genuenſi 51. num. 26.* & fuſiùs probaui *in meis quæſt. ciuilib. cap. 162. num. 8. & ſeqq.*

Et ex his plura notabilia inferuntur, & pri- 6
mo quidem debere diſtingui duplicem formam ſchedulæ, & promiſſionis bancariæ: Prima eſt, quando ſchedula bancaria continet ſolam promiſſionem & obligationem ſoluendi, tunc enim campſoris obligatio cenſetur facta ad ſolam ſecuritatem penſionarij. Secunda, quando vltra ſimplicem promiſſionem interuenit etiam nouatio ſeu delegatio, aut extinctio prioris debiti per viam cuiuſdam expromiſſionis. In primo caſu, quia ſola adeſt obligatio de ſoluendo, nec vllum factum depoſitum per campſorem animo à ſe abdicandi dominium pecuniarum, vt creditor poſſit pecunias ad libitum recipere, provt requiritur regulariter vt obligatio ipſius Titularis extinguatur, iuxta Bartol. *in l. ſi ſoluturus, in fine, ff. de ſolut. & liberat.* non oritur obligationis extinctio fauore penſionarij, ſed ille ſemper remanet obligatus. Sed in ſecundo caſu, nempe interueniente nouatione, vel delegatione, ſeu ſi campſor ſe obliget tanquam expromiſſor, extincta videlicet obli-

gatione Titularis, illaque in ſolum campſo-
rem transfuſa; vt explicauimus *dicto cap.*162.
*ſuperiùs allegato*, tunc ſchedula habet vim
transferendi totam obligationem in campſo-
rem: vt deciſum fuit *part.*4. *diuerſ. deciſ.*244.
*num.*7.*&* 8.*& deciſ.*228. *part.*4. *recent.tom.*2.
*num.*1.2.*&* 3.& poſt tractatum Cencij *de cen-
ſib. deciſ.*435. *num.*1. Seraphin. *deciſ.*1419. &
tradunt DD. & nominatim Cagnol. *in l.ſin-
gularia,num.*165. & Iaſ. *num.*39.*ff.ſi cert.petat.*
Surd.*deciſ.*23.*n.*6.Socin. ſenior *in l. qui vſum-*
7 *fructum,num.*6.*ff.de verbor.obligat.*† debet igi-
tur omnino interuenire acceptatio ſchedulæ
bancariæ factæ per mercatorem, nec ſufficit
ſimplex illius acceptatio,ſed illa debet inferre
obligationem mercatoris, perinde ac ſi de-
poſitum in eius manibus factum fuiſſet,in ca-
ſibus vbi debet pro forma interuenire pecu-
nia numerata; provt in terminis cenſus con-
ſtituendi iuxta formam Bullæ, probat Cenc.
*de cenſib.quæſt.*50.*n.*19.
8 Quæ autem requirantur ad hoc vt in obli-
gatione campſoris interueniat delegatio, &
Titularis ab obligatione eximatur, explicat
Surd.*deciſ.*23.*per totam*, Scacc. *de commerc.&
camb.*§.2.*gloſ.*5.*num* 244. *tota quæſt.*8.*fol.mihi*
371. maximè *num.*286. Burat.*deciſ.*486. *n.*2.
*&* 11.apud quos alij plures allegantur.
9 Ex quorum dictis colligitur debere tria
interuenire, ad hoc vt Titularis eximatur ab
obligatione erga Penſionarium per traditio-
nem ſchedulæ bancariæ. Primum,quod dele-
gatus ſit debitor delegantis: Secundum, quod
mercator qui fecit ſchedulam bancariam,
promittat penſionario ſoluere de mandato
Titularis: Tertium,quod Penſionarius illum
mercatorem acceptet tanquam ſuum debi-
torem: quæ tria recenſentur etiam apud
10 Merlin. *de pignorib. lib.*5. *quæſt.*13.*num.*9.† Et
ſic patet ex traditione ſchedulæ bancariæ,
non extingui,aut nouari obligationem Titu-
laris erga penſionarium, niſi mercator fuiſſet
debitor ipſius Titularis, & tanquam talis ſe
obligaſſet Penſionario, & alia concurrant,de
11 quibus *ſuprà*. † Multóque minùs liberabitur
Titularis per traditionem ſchedulæ banca-
riæ,etiam ſi tria ſupradicta requiſita ad indu-
cendam nouationem & delegationem con-
currerent, ſi in actu traditionis ſchedulæ
penſionarius expreſsè proteſtatus fuiſſet,
quod non intendebat recedere ab obligatio-
ne Titularis, & ab hypotheca fructuum be-
neficij, quia proteſtatio illa tanquam contra-
ria delegationi, facit vt omnia iura,actiones
& hypothecæ in ſuo robore permaneant:
Surd.*d.deciſ.*23. *per totam*, Scacc. *de commerc.
& camb.*§.2.*gloſ.*5. *num.*244. *tota q.*8.*fol.*371.
& maximè *n.*286. de cuius proteſtationis ef-
ficacia pluribus agit Amat.*reſolut.*90.*per totã*,

Et ex præmiſſis multa notabilia inferri 12
poſſunt. Et primò quidem quod ſi per ſche-
dulam fuerit nouata actio, & delegatio facta,
ita vt totum creditum ſit transfuſum in
campſorem; non erit ampliùs tractandum
de reductione, ſeu diminutione penſionis
propter caſum inopinatum qui poteſt con-
tingere in fructibus beneficij penſione gra-
uati;quia quoad partitas verè delegatas nihil
eſt quod concernat Titularẽ,qui non eſt am-
pliùs in obligatione, cum per delegationem
penitus ſublata ſit & extincta obligatio ipſius
Titularis delegantis; vt pluribus relatis pro-
bat Cyriac. Niger *controuerſ.* 427. *num.* 1. *&
ſeqq.*& Surd. *conſil.*269. *ſub num.*16. † vbi di- 13
cunt, quod per delegationem duæ perimun-
tur actiones; vna, qua delegatus tenebatur
erga delegantem: altera, qua delegans tene-
batur erga ſuum creditorem,† extincta ergo 14
per delegationem obligatione Titularis, pe-
rinde eſt ac ſi ſoluiſſet penſionario, cum de-
legatio vim ſolutionis habeat: *l.quamuis*, §.*in-
terdum*, *ff. ad Velleianum*, *l.inter cauſas*,§.*abeſ-
ſe*, *ff. mandat.*& per DD. *ſuprà* citatos, & ſic
non eſt ampliùs de penſionis remiſſione tra-
ctandum, quando actio per delegationem
nouata & extincta fuit.
Si verò ſchedula non fuerit facta per viam 15
delegationis, ſed per viam ſimplicis aſſecura-
tionis,tunc diſtinguẽdum eſt: aut enim cam-
pſor qui ſchedulam fecit, per eam obligatus
eſt in forma Cameræ; & tunc cùm exceptio
reductionis requirat altiorem indaginem,non
eſt admittenda in hoc iudicio executiuo, &
non obſtante tali oppoſitione Titularis,cogi-
tur campſor ſoluere: ad tradita per Galleſ. &
Zachiam *de obligat. Camer.q.*17.*per totam*: ſed
tamen ſi poſt ſolutionem factam prætendat
ſe indebitè ſoluiſſe,ſuo,vel Titularis nomine,
competet illis remedium condictionis inde-
biti; vt fuit deciſum *in Romana Vſurariæ pra-
uitatis, coram Peregrino*, 4. *Iuly* 1597. inſerta
apud Zach.*de obligat.Camer. deciſ.*126.*num.*7.
quæ etiam inſeritur *deciſ.* 227. *part.* 4. *diuerſ.
n.*10.& apud Farinac. *deciſ.crimin.*118.*num.*5.
*in fine*,& apud Pacific.*de Saluian. interdict.de-
ciſ.*275.*n.*7.& tradit Zach.*dicta q.*17.*num.*55.
† Et quod dictum eſt de ſolutionibus & exe- 16
cutionibus factis in vim obligationis Came-
ralis,locum etiam habet in ſolutionibus factis
vigore mandati de manutenendo: quia in illo
præſeruantur omnia iura Titularis,& remit-
tuntur ad Iudicium petitorium: Poſt. *de ma-
nutent. obſeruat.*42. *num.*14. ius enim in iſtis
caſibus acquiritur reuocabiliter, vt dicit
D. Argel. *in tract. de acquir. poſſeſſ. quæſt.* 2.
*artic.*7.*num.* 23. *in impreſſ. Lugdunenſi*, † non 17
tamen tenetur hoc caſu qui obtinuit ſolutio-
nem vigore mandati de manutenendo, præ-
ſtare



ſtare cautionem de reſtituendo in caſum
futuræ cognitionis: vt in materia penſionis,
dicit Gratian. *diſcept.forenſ. cap.* 113.*num.*31.
Neque etiam ſub prætextu paupertatis,
18 † quia ſola paupertas non reddit ſuſpectum;
*l.ſuſpectum*, *ff. de ſuſpect. tutor.* Cod.Fabrian.
*lib.* 1. *tit.* 10. *definit.* 9. niſi tamen Iudex vi-
derit nouam adeſſe cauſam hanc cautionem
præſtandi, Burat. *deciſ.* 904. *num.* 7. *&* 9.
Poſtius *de manutent.obſeruat.*104. *in fine.*
19 Quæ autem dicta ſunt de executione fa-
cienda non obſtante petita reductione pen-
ſionis, multo magis locum habent ex ſtylo
Romanæ Curiæ,in qua huiuſmodi ſchedulæ
Bancariæ habent paratam executionem ad-
inſtar obligationis Cameralis; quamuis illa
non fuerit ibi expreſſa: vt teſtatur Illuſtriſ-
ſimus & Reuerendiſſimus bonæ memoriæ
D. Dunozet Archiepiſcopus Seleucienſis
Rotæ Auditor *deciſ.*32.*n.*1.*part.*4.*recent. tõ.*2.
poſt Seraph.*deciſ.*1139.*n.*5. vbi quod ſchedu-
læ iſtæ bancariæ habent vim publici inſtru-
menti; Bald. *conſ.* 348. *num.* 4. *lib.*1. vbi dicit
quod huiuſmodi ſcripturæ habent vim ſen-
tentiæ tranſactæ in rem iudicatam; Rota Ia-
nuenſ. *deciſ.* 2.*num.* 9.Zabarell.*conſil.*155.*n.*1.
20 Secundò infertur, quod penſionario dici-
tur quæſita quaſi poſſeſſio exigendi penſio-
nem, dum Titularis illi tradit ſchedulam
bancariam, cuius vigore campſor ſoluit ta-
lem penſionem; quia ſolutio facta per mer-
catorem ſeu campſorem, cenſetur facta de
mandato ipſius Titularis: Rota *deciſ.* 352.
*num.*11. *part.*4. *recent. tom.* 2. Actus enim tri-
buitur ordinanti, non exequenti: Surd. *de-
ciſ.* 292. *num.* 2. *& deciſ.* 297. *num.* 1. Rota
21 *deciſ.*386.*num.*47. *part.*4. *recentior.tom.*2. † &
ſic campſor, eſt conſtitutor cum mandato
expreſſo Titularis, vt pro eo penſionem ſo-
luat; vt dicit Lotter. *lib.*1. *quæſt.*38. *num.*176.
ita vt in campſore ceſſet diuerſitas opinio-
num in illa quæſtione, vtrum fideiuſſor ha-
beat mandatum ad ſoluendum; de qua Lot-
ter. *ibi,num.*167.
Si autem campſor non ſoluerit,ſed ſoluere
promiſerit dumtaxat pro ſecuritate Penſio-
narij, non cenſetur ex eo quæſita quaſi poſ-
22 ſeſſio exigendi ad fauorem penſionarij: †
quamuis enim ſchedula bancaria vim ſolu-
tionis habeat, vt ſuprà dictum fuit, hoc non
habet locum quando ſimplex adeſt promiſ-
ſio mercatoris de ſoluendo; ſed præterea re-
quiritur quod ſchedula contineat ſolutionẽ,
vel depoſitum pretij, ad hoc vt per traditio-
nem ſchedulæ, & illius acceptationem indu-
catur nouatio, vt ſuperiùs diximus, & bene
explicat Addit.ad Ludouiſ.*deciſ.*347.*num.*19.
vbi propterea ſubdit quod vſuræ recompen-
ſatiuæ pretij, *ex l. curabit*, *C. de action. empti*,
non ampliùs debentur,quando emptor dedit
venditori ſchedulam bancariam, non per
modum ſimplicis aſſecurationis conceptam,
ſed in forma depoſiti & paratæ ſolutionis:
oportet ergo vt per traditionem ſchedulæ
bancariæ debitor penſionis ſit liberatus, &
vt illa traditio vim habeat ſolutionis, vt cam-
pſor, cui directa eſt ſchedula bancaria, præ-
uia ſubſcriptione illius atteſtetur,quod pecu-
niæ in ſchedula deſignatæ ſunt depoſitæ ad
creditum ipſius recipientis; & tunc ſchedula
habet vim ſolutionis, quia eſt irreuocabilis;
vt benè comprobat Vir inſignis D. Paulus
Rubeus *ad deciſ.*81. *partis* 8. *recent. num.*158.
quem vnum adinſtar omnium allegaſſe ſuf-
ficiat; quamuis maiorem quoad hoc præci-
ſionem requirat D.Senator Leotardus,quan-
do realis numeratio requiritur pro forma, in
*tract.de vſur.q.*59.*n.*40. † qui bene concludit 23
*ibidem,num.*41.*&* 42.Quod ſi creditor,qualis
eſt penſionarius,diſtulerit exigere à campſo-
re debitam pecuniam, fueritque negligens
in exigendo, & interea campſor decoxerit,
talis decoctio cedit periculo creditoris, ſeu
penſionarij: *l.certi condictio*,§.*fin.* in illis verbis:
*Ergo tranſit in eum periculum qui mutuum ro-
gauit*: *l.interdum*, §.*finali*, *ff.de verbor.obligat.*
ibi, *certè doli mali exceptio nocebit ei,qui pecu-
niam oblatam accipere noluerit*: & in *l.ſi ſolutu-
rus* 39.*in princip.ff.de ſolut. l.qui decem* 72.*eod.
tit.* ibi, *pro ſoluto oportet eſſe id in quo creditor
accipiendo moram fecerit.*
E conuerſo autẽ, ſi Titularis prætendat ex 24
aliqua iuſta cauſa ſe non teneri ad ſolutio-
nem penſionis, campſor autem qui pro ſola
ſecuritate interuenit abſque nouatione vel
delegatione, ſoluerit penſionario, nihil im-
putandum eſt campſori; immò culpa & ne-
gligentia nocet Titulari,qui opportuno tem-
pore non curauit intimari campſori ne ſo-
lueret: ad text. *in l.ſi fideiuſſor*, *in princip.* ibi,
*potuit enim,atque debuit*: *& in verſic.ſi cũ debi-
tor*, *ff. mandat.* Rota *deciſ.*352.*num.*12.*part.*4.
*recent. tom.* 2. † Immo ceſſante iuſta cauſa in- 25
hibitio vel denunciatio facta campſori de ſo-
luendo non eximit illum ab obligatione ſo-
luẽdi: *l.vtrum.*27.*ff.de conſtitut.pecun.* vbi red-
ditur ratio, quia cum conſtitutor ſit ſemel
obligatus ad ſolutionem, factum debitoris
non debet illum excuſare: & per hanc ratio-
nem ita concludit Lotter. *de re benef. lib.* 1.
*quæſt.*38.*num.*175.
Infertur tertiò,quod quando ſchedula ban- 26
caria datur Penſionario ad ſolam illius ſecu-
ritatem, cùm illo caſu campſor ſit tantùm vti
fideiuſſor, vel conſtitutor, ſi Titularis pen-
ſionem non ſoluat, & ex defectu ſolutio-
nis paſſus ſit aliquod damnum, veluti ſi
factæ fuerint aduersùs eum executiones,

expenſæ pignorationum, & aliæ ſimiles, Titularis non habet aliquem regreſſum contra campſorem, quia cùm vterque ſit in mora ſoluendi, & in culpa, mora vnius & culpa compenſatur cum mora & culpa alterius: Cardin. Mantic. *de tacit. conuent. lib.* 16. *tit.* 22. *num.* 6. poſt Salicet. *in l. ſi pro ea, num.* 8. *C. mandat.* & in terminis penſionis Rota *d. deciſ.* 386. *num.* 22. *part.* 4. *recent. tom.* 2.

27 Infertur quartò, quod quamuis regulariter Conſtitutori, ſicut & fideiuſſori competat beneficium excuſſionis, quod vocatur *beneficium ordinis*, vel *nouæ conſtitutionis, de fideiuſſoribus*, ſeu beneficium *Authent. præſente, C. de fideiuſſ.* & aliis modis ſuccurratur, de quibus per Henriq. *in tract. de fideiuſſ. cap.* 27. *num.* 18. *& ſeqq. part.* 1. cùm eo non obſtante, principalis ſemper remaneat obligatus, *l. vbi quis* 38. *ff. de conſtit. pecunia*, & patet *ex Nouella* 4. *vt creditores primum aggrediantur: & conſtit.* 136. *de argentarior. contract.* vbi expreſſa fit mentio de conſtituendæ pecuniæ reis, & docent omnes in *d. §. de conſtituta, Inſtit. de actionib.* Hering *d. cap.* 27. *part.* 1. *num.* 126. Cod. Fabrian. *lib.* 4. *tit.* 13. *definit.* 1.

28 Tamen quando campſor ſe obligauit per ſchedulam bancariam, non poteſt opponere beneficium excuſſionis, quia illud ceſſat in cauſis in quibus proceditur ex bono & æquo, provt in cauſis mercatorum, *vt in authent. de fideiuſſ. §. agnoſcant, ad finem, verſic. Argentariorum quippe ſponſionibus*, Lotter. *dicto lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 181. & hanc communem eſſe ſententiam teſtatur Henriq. *de fideiuſſ. dicto cap.* 27. *part.* 1. *n.* 28. *& mult. ſequentib.*

29 † Immo chæ exceptio excuſſionis indiſtinctè multis in Curiis omnino rejicitur, veluti in Curia Gratianopolitana ex Statuto Delphinali, *de literis compulſoriis, & præciſis concedendis*, teſte Guid. Pap. *deciſ.* 94. *num.* 1. rejicitur etiam indiſtinctè iſta exceptio excuſſionis pluribus aliis in locis, tam in Auſtria, Italia, Hiſpania, quàm apud Venetos, Florentinos, & Lucenſes: vt teſtatur Hering. *loco citat. num.* 256.

30 Si tamen mercator aut alius fideiuſſor promiſiſſet ſoluere penſionario quanto minus conſequi poterit à Rectore beneficij, tali caſu illi competeret beneficium excuſſionis; quamuis penſionario principalis actio daretur contra Titularem, & contra mercatorem ſic obligatum ſubſidiariè, vt poſt Ruyn. *conſil.* 41. *num.* 4. dicit Cyriac. Niger *controuerſ.* 214. *num.* 35. *lib.* 2. facta videlicet in primis excuſſione bonorum Titularis, vt poſt Ruyn. dicit Bertazol. *de clauſ. inſtrument. clauſ.* 33. *gloſ.* 18. *ſub num.* 3. Cyriac. *dicta controuerſ.* 214. *num.* 38.

31 † Et in hac excuſſione illud ſpeciale eſt, vt requiratur etiam in Iudiciis, aut Tribunalibus in quibus talis exceptio admitti non ſolet, cùm ex ipſa obligationis aut promiſſionis natura dicta excuſſio requiratur: Cancer. *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 5. *n.* 77. *& ſeqq.* Galerat. *de renunciat. centur.* 1. *cap.* 74. *num.* 8. Stracha *de aſſecurat. part.* 3. *num.* 56. *& ſequentib. fol.* 53.

Infertur quintò, ſi quis producat ſchedulam bancariam, quæ habeat in tergo annotationem, quod penſio fuerit ſoluta per talem annotationem, ſaltem concurrentibus aliquibus adminiculis, ex eo induci ſufficientem probationem ad effectum probandæ ſolutionis, vt ex ea oriatur ius petendi manutentionem in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem; cùm huiuſmodi annotationes non ſoleant fieri niſi de conſenſu & voluntate creditoris, qui habet ſchedulam præ manibus, & niſi poſt factam veram & realem ſolutionem: non enim poteſt Penſionarius creditor vti ſchedula, niſi approbet annotationem illam factam in dorſo ſcripturæ, *l. Publia, §. final.* cum *ibi* notat. *ff. depoſiti*: Rota *d. deciſ.* 386. *num.* 2. *part.* 4. *tom.* 2. Quod tamen quomodò procedat, explicatur *in eadem deciſ. num.* 9. *&* 10. 32

† vbi reſpondetur ad *conſ.* Bardelloni 28. *num.* 13. in quo reſoluit ex huiuſmodi annotationibus in dorſo chirographi factis non probari ſolutionem, quia *ibi* Tertius quidam comparuit cum chirographo obligationis quorumdam Iudæorum, qui ſoluerunt ſummam in chirographo contentam, & ille Tertius adnotauit à tergo receptionem pecuniarum, ſed quia non oſtendebat debitores ſoluiſſe de mandato creditoris, provt erat ſcriptum in chirographo, ideo fuit reſponſum annotationem illam non probare contra creditorem. Aliud eſt, quando illa annotatio non impugnatur à creditore, nempe à penſionario, qui illam ſcripturam approbat, & illi vult ſtare, & de eius voluntate & mandato ſcripta præſumitur. 33

Infertur ſextò deciſio alterius quæſtionis, vtrũ videlicet ſi campſor qui ſchedulam ſcripſit pro ſecuritate ſolutionis penſionis, lapſus fuerit facultatibus ante lapſum temporis præfixi Titularis cogendus ſit alium ſubrogare fideiuſſorem idoneum? & videtur, illum non teneri ad dandum alium fideiuſſorem, cùm iam ſuæ obligationi ſatisfecerit, & verba debeant intelligi de primo actu; iuxta regulam *l. boues §. hoc ſermone ff. de verbor. obligat.* Surd. *conſil.* 18. *num.* 13. 34

Contrarium tamen fuit iudicatum in caſu particulari, quem refert Barboſ. *de clauſul. cap.* 16. quia dictum fuerat quod Titularis daret penſionario cautionem idoneam & bancariam duraturam ad ſexennium, & ita cum tractu tẽporis ſucceſſiuo, quia in principio cuiuſlibet anni noua oriebatur obligatio. 35

† Et ad contraria reſpondetur, illa procedere, quando quis ſimpliciter promittit fideiubere: Aliud eſt, quando promiſſio facta fuit per verba denotantia tempus continuatum & ſucceſſiuum, vt *ibi* explicat Barboſ. quanquam aliàs generalis ſit Regula, decocto fideiuſſore, † alium nouum dari debere, quando quis tenetur dare fideiuſſores officio Iudicis; ſecùs ſi in vim pacti: Surd. *dicto conſil.* 18. *n.* 13. *verſic. vltimò, & n.* 14. quia dum agitur officio Iudicis, proceditur ex æquitate: ſecus eſt, quando agitur ex rigore pacti; ſed hoc non habet locum quando pactum continet obligationem ſucceſſiuam, vt mox dictum fuit, tunc enim indiſtinctè renouandus eſt fideiuſſor.



## CAPVT LX.

### *ARGVMENTVM.*

SI reſignatarius qui gratiam obtinuit cum clauſula, *in forma dignum*, non fuerit repertus idoneus, vtrum reſignans conditionaliter in fauorem huius perſonæ, & non aliter, nec alio modo; poſſit petere penſionem ab eo qui beneficium aduerſus illum reſignatarium non idoneum impetrauit. Ex quibus dicatur, reſignantem ſcienter inhabili reſignaſſe, & hoc caſu quando tam beneficio, quàm penſione priuandus ſit? Quid ſtatuendum de Epiſcopo conferente alicui non idoneo. Et de Patrono ſimiliter præſentante incapacem.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio admiſſa cum clauſula*, in forma dignum, *ſi reſignatarius fuerit declaratus incapax & reiectus; vtrùm aliqua ratione ſuccurratur reſignãti cum reſeruatione penſionis.*

2 *Si reſignatarius fuerit declaratus incapax in examine facto vigore commiſſionis* in forma dignum, *reſignantem non poſſe petere penſionem, vel regreſſum in præiudicium illius, qui contra incapacem impetrauit, cenſuit Garcias.*

3 *Reſignans tenetur ſe informare de ſufficientia reſignatarij.*

4 *Conſenſus reſignatarij incapacis, aut non idonei, non præjudicat quoad penſionem Tertio impetranti.*

5 *Prouidens indigno non poteſt ſe excuſare ſub prætextu ignorantiæ.*

6 *Qui reſignat nulliter ſcienter, priuatur omnino beneficio quod reſignauit, nec ad illud redire poteſt, & num.* 23.

7 *Clauſula*, & non aliàs, *habet vim irritandi actum ab initio.*

8 *Si reſignatio ſit conditionalis ius remanet apud reſignantem donec conditio fuerit purificata.*

9 *Reſignans in fauorem non abdicat ius ſuum ſine facto Papæ.*

10 *Reſignatio facta reſeruato regreſſu conditionaliter, non valet, ſi Regreſſus non ſubſiſtat.*

11 *Penſione reſeruata per viam conditionis, reſignatarius opponens de nullitate penſionis, non retardat executionem; ſecus ſi ex defectu conditionis impugnetur: cap.* 80. *num.* 32.

12 *Clauſula*, & non aliàs, *nihil operatur quando reſignans eſt in culpa.*

13 *Qui primo nulliter reſignauit, non poteſt ſecundo reſignare.*

14 *Clauſula*, non aliàs, *non poteſt operari in reſignatione facta in fraudem Regiæ nominationis.*

15 *Conditio habetur pro impleta in præiudicium illius, qui eſt in culpa quominus impleatur.*

16 *Secunda reſignatio poſt primam nulliter factam ſubſiſtit, ſi omnia Pontifici narrata fuerint.*

17 *Quibus ex cauſis reſignans in fauorem incapacis excuſetur, vt ad ſecundam reſignationem procedere, vel beneficium reſignatum repetere poſſit.*

18 *Allegans ignorantiam tenetur illam probare.*

19 *Ignorantia arguitur ex præſumptionibus & coniecturis.*

20 *Reſignatio etiam ſine conditione facta, habet tacitam conditionem, dummodo ius reſignatario in cuius fauorem facta fuit, plenè quæſitum fuerit.*

21 *Poſſeſſio capta ſine titulo non valet.*

22 *Collatio incapaci vel inhabili facta, ſaltem momento ſubſiſtit, ideo abdicat ius à reſignante.*

23 *Reſignans nulliter ſcienter, priuatur beneficio & omni regreſſu ad illud; ſecus ſi ignoranter.*

24 *Epiſcopus conferens indigno, priuatur pro illa vice facultate conferendi.*

25 *Excuſatur tamen Epiſcopus propter iuſtam ignorantiam.*

26 *Patronus priuatur pro illa vice facultate præſentandi ſi minus idoneum præſentauerit ſcienter, ſecus ſi ignoranter.*

27 *Collator ordinarius tenetur ſe informare de qualitatibus illius cui confert beneficium.*

28 *A Iudicis arbitrio pendet iudicare vtrùm interuenerit culpa reſignantis indigno*

29 *In prouiſionibus factis*, in forma dignum, *dum agitur de reſignatione facta in fauorem, non abdicatur ius à reſignante donec literæ Apoſtolicæ fuerint perfectæ executioni demandatæ.*

30 *Per diſtinctionem reſignantis culpoſi, & non culpoſi, reſoluitur quæſtio vtrùm reſignatione non admiſſa propter incapacitatem reſignatarij, reſignãs ius ſuũ integrè perdat.*

QVAMVIS ſuperiùs generaliter diximus, quod ſi reſignatio nulla fuerit, gratia penſionis eſt valida, cum ſit omnino diuerſa à gratia collationis beneficij; hoc tamen maiorem requirit explicationem. In primis quidem verum eſt, quod ſi ſimonia interuenerit in reſignatione, ſicut gratia in renunciatione fundata eſt, ita & gratia penſionis ſubſiſtere non poteſt; vt probauimus *ſup. capite* 12. *num.* 3. & 4. & inferiùs copioſiùs explicabimus.

1 Sed quæri poteſt quid dicendum ſit, quando collatio beneficij penſione grauati facta fuit, cum commiſſione, *in forma dignum arbitramur*, & reſignatarius non fuit repertus idoneus, vtrùm renuncians conditionaliter, *& non aliàs, aliter, nec alio modo*, poſſit petere penſionem, aut redire ad ſuum beneficium? Dubium facit, quod reſignatio eſt conditionalis, & per conſequens non adimpleta conditione, videtur quod vel poſſit redire ad ſuum beneficium, vel ſi illud ad manus alterius deuenerit, petere ſuam penſionem ſic reſeruatam.

2 Sed his non obſtantibus concluditur Per Garciam *loco infrà citando*, quod nec ad beneficium reſignatum redire poſſit, nec penſionem exigere à ſucceſſore illius beneficij, qui ob reſignatarij incapacitatem illud obtinuit; quia reſignatio non habuit effectum propter culpam reſignantis, qui † tenebatur in
3 primis inquirere, & ſe informare de qualitate & idoneitate ſui reſignatarij; & ſic ſciuit, vel ſcire debuit reſignatarium non eſſe idoneum: Garc. *de benef. parte* 11. *cap.* 3. *n.* 38.

Neque in hoc aſſenſus reſignatarij quidquam facit: Quia is nunquam ſucceſſit in beneficio, nec habuit ius in illo, & per conſequens fruſtra conſideratur illius conſenſus quoad penſionis reſeruationem, ex deciſis per Rotam *deciſ.* 337. *num.* 1. *part.* 3. *recent. & deciſ.* 356. *num.* 2. & 3. *eadem parte*: adeo vt ſi poſtea reſignatarius conſenſum præſtiterit penſioni, ille non poſſit retrotrahi in præiudicium ſucceſſoris, qui non ſucceſſit in iure nec in poſſeſſione conſentientis: Rota *dicta deciſ.* 356. *num.* 3. Achill. de Graſſ. *deciſ.* 1. *de penſionibus*. † Eſt enim generalis Regula, quod 5
prouidens indigno non excuſatur, ſub prætextu ignorantiæ, cùm teneatur ſe informare de qualitatibus & idoneitate ipſius: *capit. innotuit, & ibi* Abbas, *columm.* 3. *num.* 9. *verſic. nec probari*; Rebuff. *in praxi, tit. Pœna contra collatores indignis conferentes, num.* 3. Rota *in Piſtorienſi Alternatiuæ*, apud Garſiam *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 739. Maſcard. *de probat. concluſ.* 879. *num.* 7. & 8. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 42. *num.* 1. *circa medium*: † Et 6
hæc † eſt omnium doctrina communis, quod qui reſignat nulliter ſcienter, priuatur beneficio reſignato, nec ad illud redire poteſt: Ioan. Bapt. Coſt. *de facti ſcient. & ignorant. cent.* 2. *diſtinct.* 44. *num.* 5. Pariſ. *de reſign. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 118. & *lib.* 9. *quæſt.* 21. *num.* 8. Seraph. *deciſ.* 25. Adeo vt clauſula illa, *non aliàs, aliter, nec alio modo*, non impediat quominus ius cenſeatur abdicatum à nulliter reſignante. † Quia licèt clauſula, *& non aliàs*, 7
habeat vim irritandi & reſoluendi actum vſque ab initio, *l. ſi quidem*, cum *ibi* notatis per Bald. *num.* 3. *verſic. nota per Gloſſam, C. de except.* Socin. ſen. *conſil.* 251. *n.* 4. *volum.* 2. † Et 8
quando reſeruatio penſionis eſt conditionalis, ius remanet penès reſignantem ſi conditio non fuerit verificata: Achill. *deciſ.* 12. *de penſionibus*, & faciunt tradita per Gomeſ. *de Trienn. quæſt.* 27. *in fine, verſic. Et iſta quæ dicta fuere*: † adeo vt reſignans ſub illa conditione, 9
*& non aliàs*, ad fauorem alterius, non cenſeatur ius à ſe abdicare ſine facto Papæ, Burat. *deciſ.* 437. *num.* 16. † Clauſula enim illa remo- 10
uet conſenſum ab actu; Rota *deciſ.* 115. *num.* 6. *ad medium, parte* 1. & *deciſ.* 647. *ad finem, parte* 2. *diuerſ.* & *deciſ.* 104. *num.* 34. *parte* 6. *recent.* adeo vt ſi reſignatio facta fuerit Regreſſu reſeruato, *& non aliàs*, ſi Regreſſus non ſubſiſtat, non valeat reſignatio: Barboſ. *de clauſul. cap.* 81. *num.* 3. poſt Seraph. *deciſ.* 114. *num.* 1. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 40. *num.* 272. qua † de cauſa, ſi is à quo petitur penſio 11
de nullitate reſignationis excipiat, non poterit impedire executionem: idem Lotter. *num.* 273.

Tamen clauſula illa, *& non aliàs*, nihil operatur



ratur quando reſignans eſt in culpa; Rebuff. *conſil.* 192. *num.* 5. *verſiculo, nec obſtat*, Et poſt ipſum Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 118. *in fine*, vbi dicit, eum, qui reſignat nulliter ſcienter, priuari beneficio, non obſtante illa clauſula in reſignatione appoſita, & quod per talem reſignationem ius ab eo abdicatur, nec poteſt agere ſpolio: idem tradit Scholiaſtes ad eundem Pariſium *lib.* 9. *quæſt.* 21. *ad num.* 8. dicens quod eo ipſo, quod quis eligit ſibi indignum beneficij ſucceſſorem ſcienter, hoc ipſo quoque ſe priuat beneficio, & indignum reddit: & quod in ſimili caſu, quando reſignans eſt in culpa, vel fraude, clauſula illa, *& non aliàs &c.* nihil operetur, probat Rebuff.
13 *conſil.* 38. *num.* 6. & 14. † Vbi dicit, quod qui priùs reſignauit ſine conſenſu Regis, qui ex iuribus Regni interuenire debebat, quoad beneficia quæ ſunt de Regia nominatione, & ſic reſignatio erat nulla, non poteſt deuenire ad ſecundam reſignationem, quia per primam nulliter & fraudulenter factam, abdicat à ſe ius ſuum, & beneficium vacauit in Regalia, & potuit de eo liberè prouideri tanquam vacante; & ſic quamuis in ſecunda reſignatione interuenerit conſenſus Regis, ſecunda reſignatio non ſubſiſtit, tanquam facta ab eo qui tempore huius ſecundæ reſignationis, nullum ius habebat in beneficio.

14 Idque † non obſtante clauſula, *& non aliàs, aliter, nec alio modo*; appoſita in inſtrumento primæ reſignationis, quæ non habet effectum in fraudulenta reſignatione: ſequitur Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 15. *num.* 216. idem probat Rebuff. *conſil.* 93. *num.* 12. vbi dicit quod qui iure & poſſeſſione priuatus eſt, non poteſt reſignare, quia priuatio ſupponit habitum, & nemo poteſt reſignare quod non habet: §. *ſeruus, Inſtit. de capitis diminut.* Petr.
15 Gregor. *de re benefic. cap.* 28. *n.* 11. quia † conditio pro impleta habetur, in præiudicium illius qui eſt in culpa, quo minus adimpleatur, *l. in iure ciuili, ff. de reg. iur. & l. in executione, §. fin. ff. de verbor. obligat.* Garc. *de benef. p.* 11. *cap.* 3. *num.* 217.

16 Si tamen in ſecunda reſignatione, & prouiſione ſubſecuta vigore ſecundæ, fieret mentio de errore & nullitate primæ, ſecunda eſſet valida, quia facta ex certa ſcientia Regis, aut etiam Summi Pontificis collatoris. Rebuff. *dicto conſil.* 38. *n.* 3.

17 Similiter ſi prima reſignatio bona fide facta fuerit, excuſatur reſignans, Rebuff. *dicto num.* 3. vnde ſi probet ſe debitam adhibuiſſe diligentiam in ſumendo informationes ſuper idoneitate reſignatarij, illo caſu quantumuis obligatio reſignatarij de ſoluendo penſionem non ſubſiſteret, vt pote quia ipſe inhabilis eſſet ad obtinendum beneficium; tamen ipſe reſignans conſeruaret ſibi beneficium ſic conditionaliter ſub penſione reſignatum; veluti ſi communiter reputabatur idoneus, vel aliàs ad ſimile beneficium fuerat approbatus, aut ſi habebat plurimas atteſtationes ſuæ idoneitatis, à viris grauibus & fide dignis procedentes, aut ſimilibus de cauſis, excuſandus eſſet, nec ex defectu penſionarij, pœnam priuationis incurreret; Rota *deciſ.* 214. *num.* 5. *verſic. ſicuti non obſtat, part.* 1. *diuerſ.* † Licèt 18
enim allegans ignorantiam, illam probare teneatur: ex Menoch. *lib.* 3. *præſumpt.* 23. *num.* 10. † Illa tamen probatur per coniecturas: Fa- 19
rinac. *part.* 3. *quæſt.* 90. *num.* 105. & 106. qua de re videri poteſt Maſcard. *de probat. concluſ.* 880. & 881. Quæ autem ſint ſufficientes coniecturæ ad excuſationem ex capite ignorantiæ, remittitur arbitrio iudicis: Viuian. *de iurepatron. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 72.

Verùm non ſatis videtur reſoluta præſen- 20
tis quæſtionis deciſio, nam certiſſimum eſt, quod dum quis reſignat conditionaliter cum clauſula, *& non aliàs, aliter, nec alio modo*, in fauorem certæ perſonæ, ſi ius perfectè non fuerit quæſitum reſignatario, etiam per adeptionem poſſeſſionis, totum remanet penes reſignantem, vt probat Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *q.* 3. *num.* 8. & *multis ſequentibus*, Garſ. *de benef. part.* 6. *cap.* 2. *ſub n.* 126. Cardinalis Ottobon. *deciſ.* 106. *num.* 4. vt diximus ſuperiùs, adeo vt ſi reſignatio fuerit facta in fauorem excommunicati, ius remaneat apud reſignantem, in eius fauorem: Put. *deciſ.* 11. *de renunciat.* Et quod plus eſt, etiamſi reſignans reſignet ſimpliciter in fauorem certæ perſonæ, & non adiiciat clauſulam, *non aliter, nec alio modo*, non cenſetur reſignare niſi ſub ea conditione, vt beneficium acquiratur illi, in cuius fauorem beneficium ſuum reſignauit; & talis reſignatio habet conditionem tacitam, quæ requirit vt purificetur; ad notata in *l. ſi pecuniam, ff. ſi certum petatur, & in l. qui balneum, & in l. qui potior, ff. qui potior. in pignore habeantur*, vt bene probat Mohedan. *deciſ.* 36. & *vltima, de renunciat.* vbi hoc ampliat † vt procedat, quamuis 21
reſignatarius poſſeſſionem volente reſignante apprehendiſſet; quia poſſeſſio capta ſine titulo non valet: quod etiam probat Pariſ. copioſè *de reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 21. *per totam*, & maximè *n.* 7. vbi dat exemplum de reſignatione facta in fauorem excommunicati.

Quamquam illius Additionator in contraria fuit ſententia, dicens quod quando reſi- 22
gnatio admittitur, eo ipſo ſatisfactum eſt conditioni, maximè quando ſubſecuta fuit collatio reſignatario: & licèt ipſe ſit excommunicatus, vel aliàs incapax, tamen collatio illi facta ſubſiſtit, ſaltem momento, in vim clauſulæ abſolutionis à cenſuris ad effectum

præſen

præſentium conſequendum, ideo imputandum eſſe dicit reſignanti, ſi minus idoneum ſucceſſorem ſibi elegerit: argum. § *fin. Inſtitut. de ſocietat.*

23 In hac ambiguitate concludendum eſt, quod ſi quis beneficium incapaci ſcienter reſignauerit, totum ius abdicatur à reſignante; & cùm reſignatarius ſit incapax, non potuit conſentire penſioni; & ſic reſignans beneficio priuatur ob renunciationem factam in fauorem inhabilis ſcienter, & penſione caret; cùm is qui penſioni conſenſum præſtitit, non poterat conſentire, quia nullum ius habebat in beneficio: quod elicitur ex deciſionibus & iuribus ſuperiùs deductis *num. 6.* & ex Seraph. *dicta deciſione* 25. & Pariſ. *dicto lib. 9. quæſt.* 21. *num.* 8. Si vero ignoranter ignorantia non culpabili, nec doloſa, iure ſuo reſignans non priuatur, ſed ad beneficium ſuum redit, ſi reſignatarius, *in forma dignum*, non reperiatur idoneus: & hoc vult in effectu Garſ. *dicta part.* 11. *cap.* 3. *n.* 38.

24 Et facit à ſimili quod conſtitutum eſt de Epiſcopo, aut alio collatore, qui ſi beneficium indigno conferat, priuatur pro illa vice facultate conferendi: *cap. cum in cunctis, §. finali, de election. cap. cùm Vintonienſis, eodem titulo,* Gloſſ. *in cap. cum ſingula, §. prohibemus, de præben. in 6.*

25 Sed hoc intelligitur procedere quando collatio fit à ſciente, ſecus ſi ab ignorante: *cap. poſtulatis: cap. cùm Apoſtolicæ, de Clerico excommunic. miniſt.* Rebuff. *in praxi, tit. pœnæ contra Collatores indignis conferentes. num.*
26 2. Sperell. *deciſ.* 115. *num.* 40. † Sic Patronus laicus præſentans ſcienter indignum, priuatur pro illa vice iure præſentandi; ſecus ſi ignoranter: Viuian. *de iure patron. lib. 6. cap. 7. num.* 71.

Sed difficultas eſt, quænam hoc caſu reſignantis requiratur ſcientia, & quomodo probetur? Item quomodo priuari poſſit reſignans, iure quod habet in beneficio, aut penſione, cùm ſupponamus reſignatario duplici ſub conditione fuiſſe prouiſum: prima dum reſignatio facta ſit in fauorem certæ perſonæ, *& non aliàs*, ſecunda, quod prouiſio facta fuit *in forma dignum arbitramur,* & per conſequens, ſi prouiſus non fuerit dignus, prouiſio pro non facta habetur, & ius remanet apud reſignantem.

Quod attinet ad primum dubium, verum eſt quod ſi agatur de collatore ordinario, præſumitur habuiſſe notitiam qualitatis illius, cui beneficium confert; cùm teneatur de illa ſe informare; & de iure is qui tenetur ſcire, habetur pro ſciente: Abb. *in cap. innotuit, num. 9. & 21. de election.* Sperell. *dicta deciſ.* 115. *num.* 41. Mantic. *deciſ.* 158. *num.* 2. Rebuff. *loco cit. num.* 3. Barboſ. *in cap. cum in cunctis. §. clerici, num. 37. in fine, de election.* Si verò agatur de patrono, vel reſignante, qui non tenentur ad tam exactam diligentiam: vt dicit Sanches *in conſil. moral. lib. 2. cap. 1. dubit. 12. in 2. concluſ.* 27
† bonus Iudex, ex variis facti circumſtantiis arbitrio ſuo iudicabit, vtrum interuenerit dolus, vel culpa reſignantis, vel patroni: ad tradita per Viuian. *dicto lib. 6. cap. 7. num.* 72. ſi enim verè adſit culpa reſignantis, iure ſuo in totum priuabitur, vt dicit Burat. *deciſ.* 512. *n.* 10. 28

Secundum dubium maiorem continet difficultatem, quia quando agitur de reſignatione facta in fauorem certæ perſonæ, & prouiſio illi facta fuit, *in forma dignum*, reſignans non amittit iura ſua, niſi poſtquam fuit quæſitum ius reſignatario per collationem, & præterea literæ Apoſtolicæ fuerint executioni demandatæ: vt manifeſtè deciditur *in deciſione* Rotæ Romanæ *inſerta* apud Garſ. *de benef. part. 6. cap. 2. num.* 126. & per Merlin. *deciſ.* 156. *num.* 6. Barboſ. *de clauſ. cap. 66. num.* 4. ita vt interim beneficium alteri conferri non poſſit, Idem *loco cit. num.* 3. 29

Et per hanc rationem videtur concludendum, quod ſi reſignans non fuerit in culpa, ſed habuerit iuſtam cauſam credendi reſignatarium fuiſſe idoneum, ſi talis in examine vigore clauſulæ, *in forma dignum*, repertus non fuerit, ſui beneficij poſſeſſionem retinet, & ideo de penſione non eſt quærendum ratione conſolidationis, maximè quia reſignatarius tanquam non idoneus, non potuit legitimum conſenſum præſtare reſeruationi penſionis: & conferunt per Nos dicta ſuperiùs *cap.* 52. *num.* 31. 30

CAPVT



## CAPVT LXI.

### ARGVMENTVM.

NARRATO falſo fructuum beneficij valore, vtrum reſignans cadat à iure ſuo, eiam in caſibus in quibus valorem exprimere non tenebatur. Et quid iuris, ſi valor non fuerit expreſſus in certa quantitate, ſed tantum ad ratam quantitatis fructuum beneficij. Quid operetur clauſula, *quod verior valoris expreſſio fieri poſſit.* Quid ſi non maior, ſed minor fuerit, valor expreſſus. Titularis quando à mala valoris beneficij expreſſione excuſari poſſit. Reſignatarius quando reſignanti exceptionem falſi valoris expreſſi opponere non poſſit, maximè ſi per longum tempus beneficium poſſederit, & penſionem ſoluerit.

### SVMMARIVM.

1 *Reſignans ſi falſum beneficij reſignati valorem expreſſerit, priuatur iure ſuo: & ſi Tertius beneficium impetrauerit, non tenebitur ſoluere penſionem.*

2 *Quotieſcunque falſus beneficij valor exprimitur, gratia eſt nulla.*

3 *Quod intellige ſi expreſſio facta fuerit in certa quantitate; ſecus eſt ſi dictum fuerit quod duas ex tribus partibus valoris fructuum non excedat.*

4 *Quamuis talis caſus eſſet, in quo valoris expreſſio non eſſet neceſſaria, ſi tamen falsò fuerit expreſſus, gratia corruit.*

5 *Clauſula*, quod verior expreſſio valoris fieri poſſit, *quomodo intelligenda ſit.*

6 *Non obſtante illa clauſula, gratia eſt nulla, ſiue maior, ſiue minor expreſſio valoris facta fuerit in literis.*

7 *Ex quibus cauſis reſignans à mala valoris expreſſione excuſari poſſit: & quid in hoc Rota Romana obſeruet ex æquitate.*

8 *Reſignans excuſatur à mala expreſſione iuſtis de cauſis, & quæ ſint illæ.*

9 *Si reſignans fuerit in bona fide, & reſignatarius in mala quoad valoris expreſſionem, hic cogetur ad ſolutionem penſionis.*

10 *Reſignatarius non poteſt ſub prætextu nullitatis retardare ſolutionem penſionis, ſaluo iure agendi in materia principali.*

11 *Quando falſi valoris expreſſio facta fuit tam per reſignantem quàm per reſignatarium in ſupplicatione, non poteſt reſignatarius de ea opponere.*

12 *Sicut nec poteſt illam reſignatarius opponere quamdiu poſſidet beneficium reſignatum.*

13 *Reſignatarius qui longo tempore poſſedit beneficium reſignatum, vigore literarum Apoſtolicarum, non poteſt opponere nullitatem ipſarum.*

14 *Reſignatarius non poteſt cogere reſignantem, vt doceat de iure ſuo, nec de iure ſibi ceſſo, ſi per multos annos poſſederit, nec liti aſſiſtere curauerit.*

15 *Si agatur contra ſucceſſorem in beneficio, penſionarius tenetur docere de iure ſibi ceſſo, ſed non tenetur illud iuſtificare.*

ALIA proponi poteſt quæſtio præcedenti ſimilis, quid ſtatuendum ſit ſi reſignans maiorem debito expreſſerit beneficij reſignati valorem, vt facilior redderetur Pontifex ad grauiorem ſuper illo beneficio penſionem reſeruandam? Et quamuis *ſuprà cap.* 15. *num.* 5. dixerimus, reſeruationem penſionis ſub falſa valoris expreſſione nullam eſſe; non tamen *ibidem* explicauimus vtrum facta mala valoris expreſſione, reſignans poſſit redire ad ſuum beneficium in defectum ſolutionis penſionis, nec vtrum illo caſu, penſionis reſeruatio de iure ſubſiſtat: non quidem caſu quo reſignatarius ſub illa mala expreſſione præſidens ſoluere recuſet, cùm ipſe non poſſit de nullitate dicere, ſed hoc non eodem modo dicendum eſt, quando agitur de Tertio beneficij ſucceſſore, qui beneficium ob malam expreſſionem ſic vacans impetrauit; † Etenim hoc caſu reſignans ob 1
non ſolutionem penſionis, non poteſt ad ſuum beneficium redire, cùm ius quod in illo habebat prorsùs amittat; Garſ. *dicta parte* 11. *cap. 3. num.* 39. † In omnibus ſiquidem caſibus, in quibus falſus valor fructuum beneficij 2
fuit expreſſus, gratia corruit, & eſt nulla; Eminentiſſ. Card. Ottobon. *deciſ.* 14. *num.* 9. Garſ. *de benef. part. 1. cap. 5. num.* 427. Rota *deciſ.* 159. *num.* 14. *part. 5. recent.* & ideò illi imputandum eſt, quod falsò expreſſerit illud, quod de iure exprimere non tenebatur

tenebatur; Felin. *in cap.ad aures, de reſcript. in 2. concluſ.* & *ibi* Dec. *num.* 11. Creſcent. *deciſ.*8.*num* 1.Ricc.*in collectaneo* 2449.*verſic.* & *licet valor,*& *in praxi, parte* 3. *reſolut.*347. *num.* 6. & *ſequentibus*, Marius Antonin. *lib.* 1.*reſolut.*78. *num.* 2. Maſcard. *de probat.concluſ.*886.*num.*6. Rota *in nouis deciſ.*47.*de præbend.* Capella Tholoſana *deciſione trigeſima quinta:* videndus hac de re Iaſon *in l. edita, num.* 19.*C. de eden.* Craueta *de antiquit. temp. parte* 4.§. *abſolutis, num.*62.*fol.*203.

3 Quod procedit ſi valor fuerit præcisè expreſſus in certa quantitate, & ſub illa quantitatis certæ expreſſione; ſecus eſt, ſi non ſimpliciter & præcisè ſub certi valoris narratiua, ſed cum moderamine quod duas ex tribus partibus non excedat: ſuſtinetur enim hoc caſu intra valorem moderatum, Rota coram eodem Card. Ottobon. *deciſ.*61. *num.*1.2. & 17. & *deciſ.*76.*num.*6.8.11.& 18. & *deciſ.* 163.*num.*1.

4 Et ſupradicta procedunt, quamuis talis eſſet caſus, in quo impetrans non tenebatur verum fructuum beneficij valorem exprimere, quia illi patere debet via quam elegit.

5 Neque releuant clauſulæ, quæ in reſcripto apponi ſolent, *quod verior valor exprimi poſſit:* Quia hoc ſuffragatur, quando illa expreſſio verioris valoris fit ante expeditionem literarum, & non aliàs: Rebuff. *in* 3.*parte Signat. in verbo,etiam in hac Signatura, num.*6. 7.& 8. nam poſt Literas expeditas nihil addi
6 poteſt:† ideo nō obſtante illa clauſula, gratia eſt ſubreptitia & nulla, ſi verus valor non ſit expreſſus in Literis, etiamſi ſiue maior ſiue minor expreſſus fuerit: vt concludit Coκier *ad reg. Cancell.* 61.*num.* 25. poſt Ioannem Guttierres, quem *ibidem* allegat, & ſic reſignans ſub penſione conditionaliter non poterit penſionem exigere niſi à Summo Pontifice nouam obtineat prouiſionem.

7 Sed hic duo conſideranda ſunt, quorum alterum concernit Titularem reſignantem; aliud concernit penſionarium reſignatarium. Quoad Titularem, poteſt ipſe excuſari à mala expreſſione, non ſolùm deducendo ſextam partem de rigoroſo valore fructuum beneficij, provt ſolet Rota minuere de vero valore ad excuſandum defectum veræ expreſſionis;
8 teſte Buratto *deciſ.*826 *num.*3.*in fine:* † Sed etiam probando iuſtam cauſam erroris, ſi ſimilis expreſſio facta fuerit in præcedentibus collationibus: item ſi ille valor iuſtificetur ex arrendamentis: denique ſi adſit publica vox & fama ſuper valore expreſſo; vt bene ad Gregor.XV. *deciſ.*490.*num.*12

Eodem modo excuſatur penſionarius à 9
mala expreſſione, ſi ignorauerit falſitatem cauſæ, aut valoris, cuius occaſione facta fuit penſionis reſeruatio; Et hoc caſu, ſi ipſe ignorauerit, & reſignatarius fuerit in mala fide, poterit agere contra illum: Pariſ. *de reſign. lib.*1. *quæſt.*8. *num.* 44. quia quamdiu fructus percipit reſignatarius, tenetur ad onus reale fructuum; & ſi velit agere in petitorio, tenetur probare nullitatem: Pariſ. *ibid. num.* 45. Si tamen agat vt ſibi penſio ſoluatur, non tenetur probare validitatem penſionis, ſed onus probandi ſpectat ad eum qui agit pro nullitate: Garſ.*de benefic. part.*11.*cap.* 3. *num.* 136.† Et in hoc ſenſu 10
accipienda cenſeo quæ tradit Garſ. *dicta part.*1.*cap.*5.*num.*514.cum *deciſ.* Rotæ *ibidem allegata.*

Si tamen in narratiua penſionis, falſa valo- 11
ris expreſſio facta fuerit tam per reſignantem, quàm per reſignatarium; non poteſt illius falſam expreſſionem ipſe reſignatarius allegare ex Buratto, *deciſ.*409. *num.*2.Seraph. *deciſ.*477.*n.* 5. † Nec poteſt reſignatarius iu- 12
uari hac exceptione, quamdiu beneficium reſignatum obtinet, Mantica *deciſ.*173.*num.*4. Burattus *ibid.num.*3.

Eodem modo ſi reſignatarius per multum 13
tempus beneficium reſignatum poſſederit vigore Literarum Apoſtolicarum, non poteſt illas vitio nullitatis redarguere. Eminentiſſ. Card. Ottob. *deciſ.*76.*num.*22. poſt Creſcent. *deciſ.*17. *num.* 3. *de reſcript.* Rota *deciſ.* 286. *num.*1. *part.* 2. & *deciſ.* 287. *num.* 17. *part.* 5. *recent.* provt in caſu quem tractat Pariſ. *de reſignat. lib.*6. *quæſt.*2. *num.* 106. † Quia reſi- 14
gnatarij non poſſunt cogere reſignantem vt doceat de iure ceſſo, aut illud iuſtificet, quando ceſſio facta fuit ex cauſa reſignationis ſuper beneficio alicuius Tertij, ſi ceſſio fuit acceptata per penſionarium, qui ſoluit per multos annos, & non curauit aſſiſtere liti.† Si 15
tamen contendatur contra ſucceſſorem in beneficio; penſionarius tenetur docere de iure ceſſo, non tamen illud iuſtificare: Garſ. *d.part.*11.*cap.*3.*num.*137.

CAPVT



# CAPVT LXII.

## *ARGVMENTVM.*

DE reſignante, nullum ius habente in beneficio, quod reſignauit reſeruata penſione; Et quæ ſit vis illius clauſulæ, *etiamſi nullum ius,*&*c.* reſignatio ſimoniaca facit vt penſionis reſeruatio non ſubſiſtat. Quomodo procedit quod dicitur, gratiam collationis, & gratiam penſionis, eſſe duas gratias ſeparatas; & vna corruente aliam remanere validam. Si reſignatarius non publicauerit, validam eſſe nihilominus penſionis, vel fructuum reſeruationem. Denique quid dicendum ſit de reſeruatione penſionis ſuper beneficio patronato, quando reſignatio facta fuit ſpreto Patrono laico.

## SVMMARIVM.

1 *Penſio reſeruata illi qui reſignauit beneficium, in quo nullum ius habebat, nulla eſt.*
2 *Si reſignans, tituli ſui nullitatem expoſuerit penſio illi reſeruata, valida eſt.*
3 *Sicut reſignatio nulla eſt, ita & penſionis reſeruatio.*
4 *Tertius impetrans ob defectum tituli reſignantis, non tenetur ad ſolutionem penſionis.*
5 *Cauſa reſignationis expreſſa falſa eſt, ſi reſignatio ſit nulla.*
6 *Penſio ex falſa cauſa reſeruata, nulla eſt.*
7 *Ampliatur vt procedat, quamuis reſeruatio penſionis eſſet munita auctoritate Summi Pontificis.*
8 *Qui poſſedit duo incompatibilia, ſi vnum ſub penſione reſignauerit, non tenet reſignatio, nec penſio.*
9 *Clauſula*, ne nimium diſpendium patiatur, *non poteſt verificari in eo, qui nullum ius habet in beneficio.*
10 *Ampliatur vt procedat, quamuis reſignatio facta fuiſſet conditionaliter, cum clauſula* & non aliàs.
11 *In reſignatione ſimoniaca non abdicatur ius à reſignante.*
12 *Ampliatur vt procedat in quacunque reſignatione nulla.*
13 *Si quis poſt reſignationem nullam matrimonium contraxerit, vel mortuus fuerit, beneficium vacat per obitum, vel per matrimonium; & non per reſignationem.*
14 *Noua prouiſio hoc caſu non ſuffragatur, ſi Pontifici fuerit expoſitum, beneficium vacare per reſignationem, ex ſententia Pariſij.*
15 *Reſignatio ſimoniaca ſubſiſtit in præiudicium reſignantis.*
16 *Quando in reſignatione commiſſa fuit ſimonia, beneficium poteſt impetrari ex capite ſimoniæ.*
17 *Beneficium ſimoniacè reſignatum non poteſt vacare per obitum reſignatarij.*
18 *Si reſignatio fuerit ſimoniaca, impetranti per obitum reſignatarij non competunt remedia poſſeſſoria.*
19 *In reſignatione ſimoniaca, penſionis reſeruatio corruit: Beneficium ſimoniacè reſignatum impetrari debet ex capite ſimoniæ, & ſufficiunt clauſulæ generales, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo: ibidem.*
20 *Quando gratia penſionis eſt independens à gratia prouiſionis, annullata prouiſione non corruit penſio.*
21 *Culpa impetrantis beneficium non nocet Tertio penſionem impetranti, quando beneficium vacat per obitum.*
22 *Quæ ſit differentia hoc caſu inter vacationem per obitum, & per reſignationem.*
23 *In reſignatione ſi adſit inhabilitas reſignantis, illa nocet penſionario, ſecus eſt ſi nullus adſit in eo defectus.*
24 *Quamuis reſignatarius non publicauerit, penſio tamen in fauorem reſignantis ſubſiſtit.*
25 *Reſignanti, qui penſionem retinuit, culpa reſignatarij nocere non debet.*
26 *Secundus reſignatarius poteſt impugnare penſionem reſeruatam primo reſignanti, qui non publicauerat.*
27 *Reſignatio facta ſpreto Patrono laico, eſt nulla.*
28 *Penſio reſeruata ſine conſenſu Patroni, eſt valida, ſi Papæ fuerit expreſſum ius patronatus.*
29 *Papa ſine conſenſu Patroni penſiones imponere poteſt, aut eas prorogare, vel transferre.*
30 *Collatio facta ſine conſenſu Patroni habet implicitum ſtatum validitatis.*
31 *Reſignatio facta ſpreto patrono laico, vti ipſo repugnante, nulla eſt, ita & penſionis reſeruatio in eadem reſignatione facta.*

1 IN conſequentiam præmiſſorum du-
bitari poteſt, vtrùm valida ſit pen-
ſionis reſeruatio facta ad vtilitatem
illius qui beneficium reſignauit, in quo titu-
lum non habebat. Exemplum afferri poteſt
de eo, qui cum beneficium Sacerdotium re-
quirẽs haberet, iuſſus erat intra annũ ad illud
promoueri; & cũ huic obligationi non ſatisfe-
ciſſet, illud reſignauit reſeruata ſibi pẽſione.
2 Sane ſi talis reſignans tituli ſui nullitatem
Summo Pontifici expoſuerit, maximè adhi-
bita illa clauſula, ( *etiam ſi in illo beneficio nullũ*
*cedenti ius competeret*, ) tali caſu nõ eſt dubium
quin reſignatio ſit valida & penſionis reſer-
uatio: Garſ. *de benef. parte* 11. *cap.* 3. *n.* 132. Na-
uarr. *conſ.* 1. *n.* 10. *verſic. quartò, quod reſeruatio:*
*ſub tit. de reſcript. in impreſſione Lugdunenſi,*
*anni* 1591. quod in aliis editionibus eſt, *conſil.*
3 12. † Sed ſi non fuerit expoſita Summo Pon-
tifici nullitas tituli, vel expreſſis verbis, vel
per clauſulas æquiualentes, ſicut reſignatio
nulla eſt, ita nec valet penſionis reſeruatio:
4 † Et propterea ſi Tertius quidam ob reſig-
nationis nullitatem, propter defectum tituli
reſignantis impetrauerit, non tenebitur ad
ſolutionem penſionis; ex Regula generali,
5 quæ hac in materia ſtabilienda eſt, † Quod
quoties reſignatio ex defectu tituli, aut aliàs
ipſo iure eſt nulla, penſionis pariter reſerua-
tio eſt nulla, quando fuit impoſita cauſa re-
ſignationis: vt aduertit Pariſ. *de reſignat. lib.* 6.
*quæſt.* 2. *num.* 76. *&* 105. quia tunc ceſſat cauſa
propter quam penſio conceditur nempe
cauſa reſignationis, & ſic ceſſante cauſa, ceſ-
ſare debet effectus: *l. adigere, §. quamuis, de*
*iure patronat. l. ſi pater, ff. de hæred. inſtit. l. gene-*
*raliter, C. de Epiſc. & Clericis, cap. cum ceſſante*
6 60. *de appellat.* † Et cùm cauſa, ob quam con-
ceſſa eſt penſio: ſit falſa, nempe reſignatio
quæ non ſubſiſtit, penſionis reſeruatio nulla
eſt; Pariſ. *dicta quæſt.* 2. *lib.* 6. *num.* 77. Veral. *de-*
7 *ciſ.* 298. *num.* 1. *parte* 2. † Etiam ſi fuerit reſer-
uata authoritate Summi Pontificis: Garſ. *di-*
*cta parte* 1. *cap.* 5. *num.* 280. Vnde ſi quis bene-
ficium reſignauerit, poſt aſſecutionem alte-
rius beneficij incompatibilis, cuius antea poſ-
ſeſſionem fuerat adeptus, non poteſt illud re-
ſignare, & reſignatio tanquam facta ex falſa
cauſa, nulla eſt: Rota *deciſ.* 491. *num.* 4. *parte* 4.
*recent. tomo* 2. nec per conſequens ſubſiſtit
8 hoc caſu penſionis reſeruatio. † Item quia in
reſignationibus ſolet apponi illa clauſula, *ne*
*reſignans ex reſignatione nimium diſpendium*
*patiatur*, talis clauſula redditur falſa, in caſi-
bus: in quibus reſignans nullum ius habet in
9 beneficio: † Nõ enim dicitur diſpendium pa-
ti, qui nullum ius habet in re, cui renunciat:
vt *in l. manumiſſionis, ff. de iuſtit. & iure.* quem
textum ad hoc allegat Gambar. *de offic. legati,*
*lib.* 6. *n.* 150. † Idque nonobſtante reſignatione 10
conditionali, *& non aliàs &c.* quia conditio
habetur pro impleta, quãdo non poteſt adim-
pleri propter factum & culpam illius, in cu-
ius fauorem adiecta fuit: *l. iure ciuili, ff. de con-*
*dit. & demonſtr. l. in executione, §. fin. ff. de verb.*
*obligat. cap. eum ſtat per eum, de reg. iuris in* 6. *l. in*
*iure ciuili* & *ibi*, Dec. & Cagnolus, *de reg. iur.*
Garſ. *dicta parte* 11. *cap.* 3. *n.* 140. *&* 141.
Sed in reſignante ſimoniacè maior vide- 11
tur difficultas, ſi vera ſit ſententia aſſeren-
tium per renunciationem ſimoniacam non
abdicari ius à reſignante; quam tenet Rebuff.
*in praxi, parte* 3. *tit. de modis amitt. benef. n.* 35.
*&* 36. Rota *deciſ.* 251. apud Veral. *parte* 2.
† Sicut dicitur de qualibet alia reſignatione 12
nulla, per quam nõ abdicatur ius à reſignan-
te, vt per eundem Veral. *deciſ.* 215. *num.* 3. vbi
dicit, quod ſi quis renunciauerit ſimoniacè,
vel aliàs nulliter, non abdicatur ius ab eo.
Et ideò ſi poſt talem renunciationem con- 13
traxerit matrimonium, beneficium illud non
vacat per renunciationem, ſed vacat per ma-
trimonium; & ſi poſt renunciationem ſimo-
niacam moritur, beneficium vacat per obi-
tum, non per reſignationem: Mohedanus
*deciſ* 4. *de ſimonia*; aliàs *deciſ.* 245. Flamin. Pa-
riſ. *lib.* 1. *q.* 3. *num.* 100. † Et ob id noua prouiſio 14
non ſuffragatur, ſi narratum fuerit Papæ,
quod beneficium vacabat, per reſignatio-
nem; quia ſi fuiſſet expoſitum illam fuiſſe
labe ſimoniæ infectam, ſine dubio Papa non
approbaſſet reſignationem, nec per conſe-
quens penſionis reſeruationem: Pariſ. *dicto*
*lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 101. *& ſequentibus*, vbi con-
cludit, in ſimilibus caſibus ius non abdicari
à reſignante: Et hæc eſt Pariſij ſententia.
Sed omiſſa iſta controuerſia, in qua nos 15
aliàs cenſuimus reſignationem ſimoniacè
factam ſubſiſtere in præiudicium reſignantis,
vt ab eo beneficium per impetrationem
amoueri poſſit: vt diximus *in quæſt. beneficial.*
*in* 1. *volum. parte* 2. *cap.* 4. §. 7. *n.* 13. † Conclu- 16
dendum eſt etiam in hoc caſu nullitatis re-
ſignationis ex capite ſimoniæ reſignatione
ſubſiſtente (in quantum agitur de præiudicio
ſic reſignantis) illud beneficium impetrari
poſſe: & per conſequens, impetrantem tale
beneficium ex capite ſimoniæ non teneri ex-
primere quod illud vacet per obitum reſig-
nantis, cùm vacet & impetretur vti vacans
ex capite ſimoniæ. Quod etiam tenet Add.
ad Louet, *litera. B. num.* 13. *column.* 8. *verſic. Ce*
*que a meſme lieu.* dicens quod in renunciatio-
ne in fauorem ſiue ex cauſa permutatio-
nis ſimoniacè facta, licèt ſit ipſo iure nulla,
tamen tenet in præiudicium renunciantis,
nec datur regreſſus: adeò vt beneficium vacet
in fauorem Tertij impetrantis tanquam per





renunciationem ſimoniacam, vbi etiam alle-
gat Additionem ad *conſil.* Decij 118. & alia
iura *fol. mihi* 69. adde Innoc. *in cap. cùm vni-*
*uerſorum, de rerum permutat. in verbo amoto*, vbi
apertè dicit, reſignationem ſimoniacè factam
non tenere: Rota *deciſ.* 7 *in antiquis, ſub tit. de*
*renunciatione, aliàs dec.* 235. Gemin. *conſ.* 125.
Bertrand. *conſil.* 233. *Viſo: num.* 30. *parte* 1. 2. *vo-*
17 *luminis.* † Vbi dicit, quod ſimoniaca reſigna-
tio adeò nulla eſt, vt per eam nullum fuerit
ius quæſitum reſignatario, & quod ſi reſig-
natarius moriatur, beneficium non poteſt va-
care per eius obitum; quia illi nunquam fuit
quæſitum.
18 Et propterea ſi quis impetrauerit illud
beneficium tanquam vacans per obitum re-
ſignatarij in ſimoniaca reſignatione, non po-
teſt intentare poſſeſſorium Retinendæ, cùm
ipſi nullum ius fuerit acquiſitum; & ſi proba-
ret ſe per aliquod tempus poſſediſſe, & de
poſſeſſione eiectum fuiſſe, non poteſt inten-
tare remedium recuperandæ poſſeſſionis:
poſt Anton. de Butr. *in cap. conſtitutus, de filiis*
*presbyt.* & Specul. *in tit. de reſtit. ſpoliat. ſuper*
*rubrica, & in §. nunc dicamus: n.* 8.
19 Nulla ergo exiſtente ſimoniaca reſigna-
tione, nullum ius reſignatario quæritur to-
túmque ius reſignantis corruit, in iis quæ
ipſius concernunt præiudicium; & per con-
ſequens reſeruatio penſionis, ſubſiſtere non
poteſt, ex ſupradictis: & probauimus *ſuprà,*
*in cap.* 12. *num.* 6. Rectius igitur faciet impe-
trans, ſi petat ſibi conferri beneficium tan-
quam indebitè detentum per talem, ob vi-
tium ſimoniæ, & aliàs quouis modo ob titu-
lorum nullitatem &c. quia omiſſa illa diſcuſ-
ſione, vtrum per ſimoniacam renunciatio-
nem, ius fuerit abdicatum à renunciante, hoc
certum eſt, quod beneficium ſimoniacè re-
ſignatum, ex capite ſimoniæ impetrari po-
teſt: vt aduertit Additio ad Pariſ. *lib.* 1. *quæſt.*
3. *num.* 99. aut etiam ſuppreſſo vacationis ge-
nere, certo modo: Rebuff. *de ſimonia, in reſi-*
*gnat. num.* 11. quia ſub clauſula, *ſiue præmiſſo,*
*ſiue alio quouis modo*, continetur vacatio per
ſimoniam: Pariſ. *de reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 7. *num.*
156. Barboſ. *de clauſ. cap.* 172. *num.* 2. *&* 5. Et
ideò cùm quidam Canonicatum reſignaſſet
ſub reſeruatione penſionis, deinde verò ad
beneficium reuerti vellet, ſub eo prætextu
quod in magno mortis periculo illud reſigna-
uerat, (quo caſu ex æquitate datur regreſſus
in Gallia) aut ſaltem penſionem aſſequi; Reſ-
pondi illi nec regreſſum, nec penſionem de-
beri; quia aderunt manifeſtæ coniecturæ ſi-
moniæ in illa reſignatione adhibitæ, cùm ap-
pareret ex epiſtolis debitè recognitis; per
quas probari ſimoniam ſeu confidentiam te-
ſtatur Menochius *lib.* 5. *præſumpt.* 9. *n.* 18. poſt
Veral. *deciſ.* 200. *parte* 1. & ſic reſignans iam
erat effectus incapax illius beneficij, etiam in
Gallia; vt probauimus *in noſtris q. beneficial. lib.*
1. *cap.* 89. *n.* 17. & tradit Petr. Gregor. *in Inſti-*
*tut. rei benefic. cap.* 26. Charondas *lib.* 1. *reſponſio*
47. *& lib.* 7. *reſponſ.* 109. Cùm ergo hoc caſu
vacatio ipſo iure reſultet, non ſolùm penſio-
nis impoſitio ex iam dictis nulla eſt; ſed nec
datur regreſſus ad Beneficium quod iam va-
cabat ex capite ſimoniæ vel confidentiæ, &
ſic nec beneficium poſſidere poterat, nec
illud reſignare: Rebuff. *in praxi, tit. de modis*
*amitt. benef. n.* 51. Gonzal. *ad reg. menſium, gloſſ.*
15. *num.* 146. *&* 147. Rota *deciſ.* 377. *num.* 1.
*part.* 3. *recent.*
Sed hîc non leuius inſurgit difficultas, cùm 20
*in dicto capite* 12. *n.* 2. *& ſequentibus*, dictum
fuerit, quod gratia collationis beneficij, &
gratia penſionis, ſunt duæ gratiæ ſeparatæ, &
ideò nulla exiſtente gratia collationis, non
ideò annullatur gratia reſeruationis penſio-
nis; vt clarè probat Gonz. *ad reg.* 8. *gloſ.* 5. §. 9.
*n.* 60. † vbi dicit, quod ſi vacante aliquo bene- 21
ficio, Papa conferat illud Petro cum reſerua-
tione penſionis annuæ centum ducatorum
ad fauorem Ioannis, ſi collatio facta Petro ſit
nulla, ex aliquo vitio obreptionis, vel ſubrep-
tionis, ſeu incapacitatis illius; & poſtea impe-
tret Antonius illud beneficium per obitum
vti vacans vt prius, quamuis in gratia impe-
trationis, nulla facta fuerit mentio penſionis,
tamẽ iſte vltimus qui impetrauit tenetur ni-
hilominus ſoluere penſionem, prius ad vtili-
tatem Ioannis reſeruatam; quia prima con-
ceſſio duas continebat gratias, vnam colla-
tionis beneficij, & aliam reſeruationis pen-
ſionis: Et quamuis vna deficiat, altera tamen
ſubſiſtit; maximè cùm quilibet literas ſuæ
gratiæ diſtinctas & ſeparatas expediat, vt ſo-
litum eſt; & quod duæ iſtæ gratiæ ſint inter
ſe diſtinctæ, & vna deficiente altera ſubſiſtat,
dicit Rota *parte* 6. *recent. deciſ.* 213. *n.* 18.
Huius difficultatis reſolutio non erit dif- 22
ficilis, ſi diſtinguamus caſum reſeruationis
penſionis ſuper beneficio vacante, per illius
qui beneficium obtinet, reſignationem, & ſic
ex facto ipſius; & eius quæ fit ſuper beneficio
vacante per obitum, aut aliis modis præter
reſignationem: in ſecundo caſu loquitur
Gonzales *loco citato.*
In caſu autem reſignationis iterum diſtin- 23
guendum eſt, Aut enim nullitas reſignatio-
nis procedit ex incapacitate & inhabilitate
reſignantis per eum incurſa ipſo iure, vel per
ſententiam in iudicatum tranſactam: & tunc
ſicut ipſe eſt incapax ad poſſidendum bene-
ficium, & priuatus ipſo iure; ita & incapax
eſt ad illud reſignandum, & penſionem ſibi
mediante reſignatione reſeruandum, vt ſu-

periùs probatum fuit: Aut nulla adeſt inha-
bilitas, nec culpa, aut delictum reſignantis;
& hoc caſu penſio per eum reſeruata ſub-
ſiſtit non obſtante culpa, negligentia, vel
24 delicto reſignatarij. † Vnde licèt reſignata-
rius non publicauerit, remanet in ſuo ro-
bore gratia penſionis tanquam diuerſa;
quia nulla hic interuenit culpa reſigantis,
ſed ſolius reſignatarij; & in effectu hoc ex-
preſsè declarauit Summus Pontifex Grego-
rius XIII. in ſua conſtitutione edita ſuper
publicatione Reſignationum, *in §. reſeruatio-
nibus*, in his verbis: *Reſeruationibus omnibus,
nominis, adminiſtrationis, fructuum etiam om-
nium, ac penſionum, & aliarum rerum quarum-
cunque, nec non facultatibus, indultis, & aliis
conceſſionibus, tam ipſis reſignantibus ſeu ceden-
tibus, qui tum poſſeſſionem ab initio reipſa dimi-
ſerint, quam aliis ex huiuſmodi reſignationibus
ſeu ceſſionibus à Sede Apoſtolica nihilominus va-
lidis, plenúmque effectum ſortituris, &c.*
25 Et hoc iure optimo ſtatutum eſt, qui cum
reſignans non deliquerit, ſed reſignatarius;
non debet reſignans ex alterius culpa & deli-
cto puniri: *l. reſcriptum, ff. de his quib. vt in-
dign.* & qui non deliquit, puniri non debet:
*l. ſancimus, C. de pœn.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 11.
*quæſt.* 7. *num.* 58.
26 Et propterea ſi reſignans hodie, ius antea
acquiſiuerat ex reſignatione alterius mortui,
qui non publicauerat reſignationem in ſui
fauorem factam, & ea de cauſa beneficium
illius erat ſuppoſitum impetrationi, & per
conſequens omne ius ſuum amiſerat, ſi in
fauorem ſecundi reſignauerit, non impeditur
ſecundus iſte reſignatarius dicere de nullita-
te primæ collationis, quamuis conſenſum
præſtiterit huic penſioni in hac ſecunda re-
ſignatione reſeruatæ: quia quoad primam
reſignationem dicitur Tertius, & eius con-
ſenſus reſpicit ſecundam prouiſionem, non
primam: Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 7.
*num.* 61. Garſ. *dicta part.* 11. *cap.* 3. *num.* 135.
27 Sed circa præmiſſa aliud mouetur dubium;
quia certum eſt quod reſignatio beneficij
exiſtentis de iure-patronatus Laicali, ſine
patroni conſenſu, eſt nulla; Gig. *de penſion.
quæſt.* 23. *num.* 4. Viuian. *de iure-patron. lib.* 13.
*cap.* 10. *num.* 76. † Et tamen non obſtante hac 28
nullitate, remanet nihilominus penſio, &
ſuum ſortitur effectum; quamuis reſignatio
ſit nulla, dummodo conſtet Summo Pontifi-
ci beneficium eſſe de iure-patronatus, vt
aliàs diximus; & probat Gigas *dicta quæſt.*
23. *num.* 8. Rebuffus *in* 3. *parte ſignat. in verb.
necnon iuriſpatronatus: num.* 27. & 48. Seraph.
*deciſ.* 1264. *num.* 1. † Poteſt enim Papa abſque 29
alicuius conſenſu, penſiones imponere, trãſ-
ferre; & prorogare: Caccialup. *de penſion.
quæſt.* 5. quare cùm de poteſtate dubitari ne-
queat, ſufficit quod conſtet de voluntate,
provt conſtat, quando fuit illi expoſitum,
beneficium eſſe de iure-patronatus Laicali;
Rota apud Zach. *de obligat. Camer. deciſ.* 138.
*num.* 3. & 689. *part.* 4. *diuerſ.*
Ad dubium reſpondetur reſignationem 30
beneficij dependentis à præſentatione Pa-
troni Laici nullo illius interueniente conſen-
ſu, non eſſe ipſo iure nullam, ſed habere
ſtatutum implicitum validitatis; Card. *in
clem.* 1. *de ſupplend. negl. Prælator. num.* 11. Felin.
*in cap. cum Bertoldus: num.* 10. & 14. *de re iu-
dicat.* Viuian. *de iure-patr. part.* 2. *lib.* 12. *cap.*
5. ita vt ſi patronus ſciat reſignationem, &
taceat, illa firma & valida remaneat: Abb.
*in cap. cum Eccleſia, num.* 12. *de cauſa poſſeſſ. &
propriet.* † Vnde ſi ob non contradictionem 31
Patronorum reſignatio valida remaneat, ſe-
quitur validam quoque fore penſionis reſer-
uationem: & è conuerſo, Patronis contra-
dicentibus, & reſignationem ſine illorum
conſenſu factam impugnantibus, ex nulli-
tate reſignationis, ſequetur nullitas reſerua-
tionis penſionis, ex eo quod remanet reſer-
uata dè conſenſu illius, qui nullum ius habet
in beneficio, & conſenſus præſtitus fuit tan-
quam ſuper re aliena; Rota *deciſ.* 213. *num.*
11. *part.* 6. *Recentiorum.*

## CAPVT LXIII.

### *ARGVMENTVM.*

ILLVM, qui beneficio ipſo iure priuatus eſt, reſignare & penſionem reſeruare non poſſe, referuntur quinquaginta duo caſus, in quibus vacatio beneficij inducitur ipſo iure: vtrum incendij author vel conſultor beneficium reſignare & penſionem reſeruare poſſit: quæ ſit incendiariorum pœna? Ex quibus clauſulis reſignatio facta per eum qui ipſo iure priuatus eſt, poſſit reddi valida? Ceſſionem iuris ex tranſactione non colluſoria eum



cum reſeruatione penſionis eſſe validam quamuis cedens non haberet ius in beneficio ceſſo.

### SVMMARIVM.

1 *Priuatus beneficio ipſo iure, penſionem reſeruare nequit.*
2 *Secùs eſt de eo qui per ſententiã priuandus eſt.*
3 *Iuri, quod quis non habet, renunciare non poteſt.*
4 *Varij caſus enumerantur, in quibus beneficia vacant ipſo iure.*
5 *Incendiarij qui dicantur.*
6 *Incendiariorum pœnæ quæ ſint de iure Canonico in foro contentioſo.*
7 *Quas circunſtantias Iudex conſiderare debeat in pœna incendiariis infligenda.*
8 *Accuſatus de incendio poteſt reſignare reſeruata penſione.*
9 *In dubio iudicandum eſt non eſſe locum pœnæ priuationis beneficij.*
10 *Ex quibus clauſulis valida reddatur reſignatio illius qui ipſo iure priuatus eſt.*
11 *Clauſulæ ſufficiunt ad hoc vt priuatus ipſo iure poſſit reſignare, & penſionem reſeruare, ſi ex illis conſtet de mente Pontificis.*
12 *Penſio reſeruata ex cauſa concordiæ approbatæ, quamuis cedens liti, nullum ius haberet in beneficio, eſt valida.*

1 EX præmiſſis ſequitur, quod ſicut pri-
uatus ipſo iure non poteſt reſignare
beneficium, ita & non poteſt conſen-
tire reſeruationi penſionis, vt in *iuribus ſupe-
rius allegatis*: ius enim non dicitur habere in
beneficio qui ipſo iure priuatus eſt: Felin. *in
cap. in noſtra, de reſcript. in* 37. *corollario*, *n.* 38.
2 *verſic. ſecus ſi eſſet priuatus.* † Et à tempore quo
inducitur ex facto priuatio, amittit illius diſ-
poſitionem ipſo iure, ita vt nec poſſit illud
reſignare, nec permutare, cùm in eo nullum
ius habeat: quamuis aliud dicendum ſit in eo
qui per ſententiam priuandus eſt. Petr. Greg.
*in inſtit. rei benef. cap.* 26. *num.* 15. & *cap.* 33. *n.* 4.
3 † Nemo enim poteſt renunciare iuri quod
non habet: Pariſ. *de reſignat. lib.* 2. *q.* 22. *num.* 3.
& *lib.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 37. & 38. Gonzal. *ad regul.*
8. *gloſſ.* 15. *num.* 146. Garſ. *de benef. part.* 11. *cap.*
3. *num.* 124.
Vacatio autem ipſo iure non inducitur niſi
4 in caſibus à iure expreſſis, quos recenſet Gon-
zales *dicta gloſſ.* 15. *in principio.* & Primò qui-
dem per obitum, Secundò per reſignationem
ſeu renunciationem, Tertiò per aſſequutio-
nem beneficij incompatibilis, 4. Per contra-
ctum matrimonij. 5. Per ingreſſum & pro-
feſſionem Religionis. 6. Ob non promotio-
nem intra annum in Eccleſiis curam anima-
rum habentibus. 7. Per tranſlationem Præ-
lati ad aliam Eccleſiam. 8. Si electus intra
menſem à die ſcientiæ, electioni non con-
ſenſerit. 9. Si confirmationem electionis intra
tres menſes poſt conſenſum præſtitum non
petierit. 10. Si electus ante confirmationem
adminiſtrationis ſe ingeſſerit. 11. Vacat per
promotionem ad Epiſcopatum. 12. Per mili-
tiam ſecularem. 13. Per electionis caſſatio-
nem. 14. Per poſtulationem cum expulſione.
15. Per violentam beneficij occupationem.
16. Per violationem ſequeſtri. 17. Per non ex-
hibitionem tituli coram ordinario poſt mo-
nitionem. 18. Per indebitam bonorum Ec-
cleſiæ alienationem. 19. Si beneficium ha-
beatur pro derelicto. 20. Propter crimen hæ-
reſeos. 21. Et vim quoad filios hæreticorum.
22. Si beneficia obtineantur ad preces hære-
ticorum ſcienter. 23. Propter ſimoniam. 24.
Propter crimẽ Læſæ maieſtatis. 25. Ob rimẽ
falſificationis Literarum Apoſtolicarum. 26.
Ob percuſſionem perſonæ Cardinalis. 27. Ob
percuſſionem Epiſcopi. 28. Propter aſſaſſi-
nium. 29. Ob homicidium commiſſum in per-
ſona Rectoris ſuæ Eccleſiæ. 30. Si quis car-
cerauerit Clericum donec ſuum beneficium
reſignauerit. 31. Si quis ſe ingeſſerit admini-
ſtrationi in præiudicium ſuſpenſionis. 32.
Ob crimen ſodomiæ. 33. Si reſignans non ſu-
peruixerit per viginti dies poſt reſignatio-
nem. 34. Ob non publicationem reſignatio-
nis. 35. Ob non ſeruatam formam conſtitu-
tionis Pij V. quæ incipit, *In conferendis.* 36.
Si quis pro alio ſe ſe examini ſuppoſuerit,
aut aliàs contrauenerit *conſtitutioni* 33. Pauli
IV. quæ incipit, *Inter cæteras*: quam ad lon-
gum inſerit Gonzales *dicta gloſſ.* 15. 37. Si
quis adhæreat Antipapæ. 38. Per obitum col-
latoris re integra. 39. Per lapſum temporis
limitati. 40. Si conferens, ſeu prouidens ad
nutum, prouiſionem reuocauerit. 41. Per de-
poſitionem & priuationem. 42. Per appre-
henſionem poſſeſſionis ante Literarum ex-
peditionem. 43. Si quis indebitè retineat ſcri-
pturas ad Cameram Apoſtolicam ſpectãtes.
44. Si quis offendat litigantes in Romana
Curia. 45. Si quis per annum in excommu-
nicatione inſordeſcat: quod tamen *ibi* Gon-
zales in dubium reuocat. 46. Si quis non ſa-
tisfaciat decreto de dimittendo intra tempus
præfixum. 47. Propter malam promotionem
ad Ordines. 48. Propter confidentiam. 49.
Quando ex lege fundationis, vacatio ipſo
iure indicta eſt in caſu contrauentionis. 50.
Ob nouam erectionem. 51. & creationem. 52.
Quando ex aliqua conſtitutione particulari
inducitur vacatio ipſo iure.

Hæc ſunt præcipua vacationum capita, quibus addi poterunt alia, ſi quæ à iure, vel conſtitutione inducta reperiantur: in quibus ſi vacatio contingat, ſicut beneficium reſignari non poteſt, ita nec penſio reſeruari: vt ſuperiùs probatum fuit.

Hic autem in conſequentiam huius tractatus, inſerendum cenſui quod à paucis diebus à me quæſitum fuit: cùm enim in quadam ciuitate exorta fuiſſet ſeditio, in qua per tumultum populi deuentum fuit ad varia domorum incendia, quidam Eccleſiaſticus opulenta poſſidens beneficia præuidens ſe accuſari poſſe, quod cuiuſdam domus incendij author, vel conſultor fuerit, illa reſignauit reſeruata ſibi competenti penſione, & propterea dubitauit, vtrum penſionis reſeruatio, & ipſa beneficij reſignatio impugnari poſſet? Cui dubio vt facerem ſatis, dixi in primis videndum eſſe quis dicatur incendiarius. Secundò, vtrùm caſu quo locus eſſet delicto incendij, quænam pœna de iure Canonico imponi poſſet, & vtrùm beneficium illius Eccleſiaſtici vacauerit ipſo iure, ita vt non potuerit reſignare, nec per conſequens penſionem ſibi reſeruare.

5 In primo articulo dicendum, incendiarios illos eſſe qui propriâ authoritate incendunt ciuitatem, villam, domum, ſegetes, vel ſimiles res, malo ſtudio, & ad vindictam, ſeu propter odium: *can. peſſimam,* 23. *quæſt. vlt.* nec ſolùm dicitur incendiarius qui incendit, ſed etiam qui auxilium, vel conſilium præbet; vt habetur *in dicto can. peſſimam:* Franciſc. à Platea *in tract. de excommunicat.* §. 29. *num.* 2.

6 In ſecundo articulo omiſſis pœnis à iure Ciuili contra incendiarios introductis, de quibus nunc non agitur; concludendum eſt, pœnam incendiariorum de iure Canonico eſſe arbitrariam in foro contentioſo, vt teſtatur Bernard. Diaz *in praxi crimin. canonic. cap.* 105. *de incendiariis*; in foro autem pœnitentiali, ſi quis deuaſtet Eccleſiam incendio, eſt ipſo iure excommunicatus, & pœnitentiam per quindecim annos facere debet; *can. ſi quis Eccleſiam* 17. *q.* 4. cæteri autem incendiarij non ſunt ipſo iure excommunicati, ſed excommunicandi, ita Franciſc. de Plat. *dict.* §. 29. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. caſu* 390. *num.* 40. DD. *in cap. conqueſti, & in cap. tua, de ſent. excommun.*

7 In arbitrando autem hanc pœnam iuxta ſanctiones iuris Canonici, Iudex conſiderare debet, vtrum magnum, vel paruum ſit incendium; & iuxta qualitatem delicti, pœnam imponere illam, ſi ita arbitratus fuerit, extendendo ad pœnam priuationis beneficij vt dicit Iodoc. *in praxi crimin. cap.* 103. *num.* 16. Rebuff. *in praxi, part.* 3. *tit. de modis amitt. beneſ. n.* 60. Farinac. *de var. & extraord. crimin. quæſt.* 110. *num.* 115.

Vnde ſequitur, quod qui accuſatur de incendio, potuit ſine dubio beneficia reſignare, 8 etiam cum reſeruatione penſionis, cùm in inflictione pœnæ arbitrariæ requiratur cognitio Iudicis, & illius ſententia; maximè dum agitur de incendio paruo, quia nullum crimẽ priuatione dignum inducit priuationem beneficij ipſo iure, niſi in caſibus per Leges & Conſtitutiones Canonicas ordinatis: † Et in 9 dubio præſumendum eſt, non eſſe indictam pœnam priuationis beneficij: Felin. *in cap.* 2. *de reſcript. num.* 3. Rebuff. *de pacific. poſſeſſor. n.* 318. *aliàs* 264. & Gonzal. *d. gloſſ.* 15. *n.* 153.

Vltimò autem bene aduertendum eſt, magnam adhibendam eſſe differentiam inter impetrationem beneficij factam ſimpliciter ex cauſa reſignationis, & eam quæ fit ex capite nullitatis & inhabilitatis: in hac enim, ſi penſio à Summo Pontifice imponatur, erit valida; quia nullum in hoc caſu factum inhabilis interuenit: ſed ſi fiat per reſignationem apponi poſſunt clauſulæ ſalutares per quas penſio reddatur valida, non obſtante nullitate & defectu tituli reſignantis: † Nam reſignatio illius qui ipſo iure priua- 10 tus eſt, reddetur valida per clauſulam, *ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo vacet:* illa enim comprehendit etiam caſum vacationis per priuationem: Rota *deciſ.* 1. *de reſcript. in nouis,* Mohedan. *deciſ.* 5. *de confirm. vtil. vel inutil.* aliàs *deciſ.* 107. Lap. *alleg.* 78. *n.* 18. Mohed. *deciſ.* 2. *de cauſa poſſ. & propr.* Pariſ. *de Reſignat. lib.* 8. *q.* 7. *n.* 136. 133. etiam in caſibus priuationis ipſo iure, vt in terminis reſeruationis penſionis tradit Garſ. *d. parte* 11. *cap.* 3. *n.* 128. & inter cæteras clauſulas affertur iſta, *etiamſi reſignans in illo beneficio ius nullum haberet*, quam cum pluribus aliis proponit Nauarr. *conſil.* 1. aliàs *n.* 7. & 10. *de reſcript.* quas licèt pro maiori parte impugnet Garſ. *vbi ſuprà, num.* 131. † hanc tamen quæ mox appoſita eſt, impu- 11 gnare nemo poteſt, cùm per eam conſtet de certa voluntate Papæ: vt dicit idem Garſias *d. cap.* 3. *n.* 132. *verſic. & videtur etiam.*

Sed tamen quando reſeruatio penſionis 12 fit ex cauſa concordiæ & tranſactionis inter colligitantes, quamuis in Literis fuerit appoſita illa clauſula, *ne ex dicta ceſſione nimium diſpendium patiatur:* valet ceſſio & penſionis reſeruatio facta per alium colligitantem; quamuis ipſe in beneficio nullũ ius haberet; dummodo tamen lis non ſit colluſoria, vt ſuo loco diximus: Caſus habetur apud Mohed. *dec.* 14. *de renunciat.* aliàs *deciſ.* 110. vbi renuncians liti & cauſæ reſeruauit ſibi penſionem in caſum, in quem aduerſarius rediret ad ſuum beneficium: opponebatur, nullam eſſe penſionis reſeruationem, quia nulla aderat lis, quia licèt obtenta fuiſſet commiſſio, & citatio ſubſecuta, tamen ex confeſſione partis conſtabat citationem fuiſſe factam Literis non expeditis, & ſic nulliter; & ceſſio litis ſemper debet intelligi de valida: & fuit concluſum quod ſatis erat, quod colligitans ceſſerat iuri & liti quantum in eo fuit: & Papa cenſetur concedere gratiam, etiamſi nullum ius colligitanti & cedenti competeret in illo beneficio: & per hanc rationem ita concludit Garſ. *dicta parte* 11. *cap.* 3. *num.* 139. quia cedens cenſetur ſolùm hoc caſu ceſſiſſe ius tale, quale ſibi competit.



## CAPVT LXIV.

### *ARGVMENTVM.*

VTRVM ſicut obtinentes beneficia tenentur illa exprimere quæ iam poſſident, ita & penſiones, non quidem dum ſuper eodem beneficio grauato imponuntur, quas exprimendas eſſe certum eſt, ſed dum beneficium aliquod impetratur: & concluditur pro Negatiua; contra multorum ſententiam. In penſione conceſſa *in forma pauperum*, penſionum obtentarum faciendam eſſe mentionem. Quomodo inter ſe differant Literæ, in *forma gratiæ*, & in *forma pauperum*. Quæ dicantur Literæ in *forma communi*, & quæ in *forma ſpeciali*. Quid ſi penſio reſeruetur pro Graduatis, & quæ hoc caſu notanda ſint. Penſiones quas impetrans gratiam in *forma pauperum*, aut in *forma gratiæ*, ſi Religioſus ſit, omnino exprimere tenetur. Penſiones vtrum imputandæ ſint in portionem, quæ ſufficit Graduatis, ad excluſionem.

SVMMARIVM.

1 *Impetrans beneficium tenetur exprimere alia beneficia quæ obtinet, quantumuis modica, aliàs impetratio eſt nulla.*

2 *Sed hoc locum non habet in prouiſionibus factis Motu proprio per Papam.*

3 *Nec in collationibus factis per Regem Galliæ.*

4 *Exprimendum eſt ius ad rem quamuis litigioſum.*

5 *In impetratione beneficij faciendam eſſe expreſſionem penſionum obtentarum plurimi DD. exiſtimant.*

6 *Expreſſio præcedentium penſionum fieri debet quando agitur de grauando Eccleſiam nouo penſionis onere.*

7 *Contrarium tamen verius eſt, nempe non eſſe neceſſariam expreſſionem penſionum obtentarum, quando quis petit ſibi de aliquo beneficio prouideri.*

8 *Penſio non poteſt dici beneficium niſi detur in titulum beneficij.*

9 *Patrimonij expreſſio facienda non eſt in gratia beneficiali.*

10 *Penſiones extinguuntur, ſed non vacant.*

11 *Reprobatur ſententia Garſiæ exiſtimantis penſiones exprimendas eſſe in impetratione beneficij.*

12 *Quando penſio eſt nulla, multo minus exprimenda eſt in beneficij impetratione.*

13 *In impetratione Literarum penſionis in* forma pauperum, *fieri debet mentio penſionum obtentarum.*

14 *Magna eſt differentia Literarum in* forma gratiæ, *& earum quæ dantur in* forma pauperum.

15 *Quando Papa mandat alicui prouideri de beneficio cum limitatione ſummæ, vtrùm poſſit prouideri de beneficio minoris valoris.*

16 *Quæ ſit formula conceſſionis factæ in* forma pauperum.

17 *Quæ ſint Literæ quæ dantur pro pauperibus in* forma communi, *& pro pauperibus graduatis in* forma ſpeciali.

18 *Quomodo beneficium probetur conſuetum eſſe Clericis ſæcularibus aſſignari.*

19 *Non dicitur beneficium conſuetum eſſe Clericis ſæcularibus aſſignari, niſi hoc probetur per titulum, vel per legitimam præſcriptionem.*

20 *Maior apponitur taxa in prouiſionibus quæ fiunt pro Graduatis.*

21 *In conceſſionibus quæ fiunt fauore pauperum Graduatorum, non apponitur decretum de inquirendo de idoneitate ipſorum.*

22 *Penſionum obtentarum expreſſio fieri debet, ſiue conceſſio fiat in* forma communi, *ſiue* pro Graduatis.

23 *Item debet fieri mentio patrimonij clericalis, nec non etiam præſtimonij.*

24 *Religioſi tenentur in impetratione Literarum, ſiue in* forma communi, *ſiue in* forma pauperum, *exprimere penſiones quas obtinent:* & n. 29.

25 *Penſio inducit incompatibilitatem cum beneficio, in Monachis, ſed non in aliis.*

26 *Omnia beneficia ſunt Monachis incompatibilia, niſi ſint annexa, vel ab eodem Monaſterio dependentia.*

27 *Penſiones Eccleſiaſticæ vtrum computentur Graduatis, in numero redituum ſufficientium ad illos excludendos à priuilegio petendi beneficia per obitum vacantia, in vim ſui Gradus.*

28 *Nominatio Graduatorum æquiparatur conceſſioni factæ in* forma pauperum.

30 *Penſiones in Graduatis locum obtinent repletionis, exceptis illis quæ ſine cauſa datæ fuerunt, & non ex cauſa reſignationis.*

31 *In gratia in* forma pauperum, *penſiones quamuis ſint litigioſæ ſunt exprimendæ, ſi impetrans ſit in poſſeſſione illas exigendi.*

1 CERTA & conſtans apud omnes Regula eſt, eos qui beneficia ſibi conferri poſtulant, teneri exprimere omnia alia beneficia per eos obtenta; *cap. ad aures, cap. cùm adeo, & cap. paſtoralis, de reſcript.* quamuis beneficia eſſent modici valoris: Monal. *conſ.* 92. *num.* 1. aliàs impetratio eſt nulla, Menoch. *de arbitr. caſu* 201. *num.* 41. Barboſ. *in cap. ad audientiam* 31. *num.* 3. *de reſcript.*

2 Quod tamen locum non habet in conceſſionibus factis per Summum Pontificem Motu proprio, per text. *in cap. ſi motu proprio, de*
3 *præbend. in* 6. † Item locum non habet in collationibus Regiis in Gallia: Louet. *lit. B. n.* 3. qui idem locum habere vult, vt expreſſio obtentorum non ſit neceſſaria in permutationibus.

4 Expreſſio quoque beneficiorum facienda eſt in impetratione, quamuis eſſent manualia, Menoch. *de arbitr. dicto caſu* 201. *num.* 46. Calderin. *conſ.* 8. *de reſcript. & conſil.* 30. *de præbend.* Felin. *in cap. in noſtra, num.* 18. *de reſcript.* † Imò facere debet mentionem ſeu expreſſionem de ſolo iure ad rem, quamuis illud eſſet controuerſum: Rota *deciſ.* 665. *n.* 1. *&* 3. *parte* 4. *recent. tom.* 3. & explicauimus *in primo tomo noſtrarum Quæſtionum beneficialium, parte* 1. *cap.* 27. *&* 29.

5 Sed vtrùm penſionum, quas quis obtinet, facienda ſit mentio? non eadem eſt apud DD. Sententia. Notando tamen hîc non agi de expreſſione penſionum, in impetratione alterius penſionis ſuper eodem beneficio, quam antea dicebamus faciendam eſſe; ſed dumtaxat de expreſſione facienda in obtentione beneficiorum. In qua difficultate, multi non paruæ authoritatis Viri mentionem quoque & expreſſionem penſionum obtentarum faciendam eſſe cenſuerunt; inter quos eſt Garſ. *de benef. parte* 1. *cap.* 5. *num.* 81. Menoch. *dicto cap.* 201. *de arbitr. num.* 51. & ad hoc allegatur etiam *conſil.* Socini ſenioris 260. *num.* 2. *in princip. lib.* 2.

Sed ſi bene perpendatur, ille loquitur in 6
aliis terminis: tractat enim de facultate conferendi beneficia ratione Eccleſiæ, quæ iam erat magna penſione grauata, & ſic loquitur de expreſſione oneris imponendi ſuper eodem beneficio, quod iam ſatis erat grauatum; ſicut dictum fuit de penſione noua imponenda ſuper eodem beneficio: quia ſi hoc Papæ expoſitum fuiſſet, non ita facilè eandem Eccleſiam maiori onere grauaſſet. Sed prædictam Garſiæ ſententiam, illo non citato tenet Gregor. Toloſ. *in cap. ad audientiā* 31. *de reſcript.* & Rebuff. *in tract. de pacif. poſſeſſ. num.* 133. *aliàs* 115. *verſic. hodie cum qualibet penſio: & in tract. Nominationum, num.* 37. *verſic. primo quæro de penſione.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 5. *& lib.* 6. *q.* 2. *num.* 13. *& lib.* 10. *quæſt.* 2. *num.* 78. in quibus locis allegat Calder. Innoc. Gigant. & alios idem tenet nouiſſimè Antonius Bengeus Gallus *in tractat. de benef. in titul. de diuiſione beneficiorum,* §. 32. *num.* 18. & hanc expreſſionem tutiorem dicit Rebuffus, ne quis impetrando beneficium impetret & litem: plures citat Farinac. *conſil.* 204. *num.* 1. huius ſententiæ fundamenta petuntur ex eo quod penſio ſuccedit loco beneficij, cùm concedatur ad vitam recipientis; ideò ſicut de beneficio, ita de penſione expreſſio facienda eſt.

Contraria tamen ſententia verior eſt, 7
quam nos etiam ſecuti ſumus *tomo* 1. *Quæſt. benef. parte* 2. *cap.* 1. §. 4. *num.* 93. & eam ſequitur Lotter. *de re benef. lib.* 1. *cap.* 45. *num.* 1. *& multis ſequentibus*, & Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ.* 5. §. 5. *num.* 16. Cokier. *ad reg. Cancell.* 61. *num.* 28. dicens, ita hodie in Rota ſeruari: quia conſtitutiones quibus cauetur fieri debere in impetratione expreſſionem beneficiorum obtentorum non poſſunt comprehendere penſiones ſuper beneficiis impoſitas. † Licèt 8
enim penſio, latè ſumpto vocabulo, beneficij nomine comprehendatur, Rota *deciſ.* 123. *num.* 12. *parte* 3. *recent.* tamen non poteſt propriè dici beneficium: Gonzales *ad regul.* 8. *gloſ.* 5. §. 5. *num.* 2. niſi aſſignata eſſet in titulum beneficij perpetui, eo modo quo ſuperiùs explicauimus; quando ſcilicet ex antiquo pinguiori



pinguiori beneficio, reditus capiuntur & diſmembrantur, vt ex illis nouum fiat beneficium, tunc enim illa penſio verè & propriè beneficium eſt, vt etiam explicauimus *in dictis quæſt. benefic. volum.* 1. *parte* 2. *cap.* 1. §. 4. *num.* 22.

9 Sicut nec facienda eſt expreſſio patrimonij alicui ad ſacros Ordines ſuſcipiendos conſtituti; vt probat Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 45. *num.* 7. Garſ. *part.* 1. *cap.* 5. *num.* 77. quidquid dicat Rip. *in cap. ad aures, de reſcript. num.* 18. cùm illud nihil habeat cum beneficio commune; de cuius eſſentia eſt, vt habeat cauſam perpetuam, & tamen patrimonium illud in certis caſibus alienari poſſit, veluti interueniente licentia Epiſcopi, aut etiam ſine eius licentia, quando quis habet reditus ſufficientes ex beneficiis, ſecundùm multorum ſententiam; de qua Barboſ. *ad Conc. Tridentinum ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *num.* 68.

10 Eodem modo penſio non habet cauſam perpetuam, quia extinguitur morte penſionarij, aut aliis modis, & ſic non eſt perpetua; quia beneficium vacat quidem, ſed non extinguitur: penſio verò extinguitur, ſed non vacat: Gigas *de penſionibus quæſt.* 12. *num.* 1. *& quæſt.* 1. *num.* 5. Gonzal. *dicta gloſſ.* 5. §. 5. *n.* 21. vbi probat penſionem eſſe onus temporale, & non perpetuum; & ſic degenerare à natura beneficij quod eſt perpetuum; & *num.* 40. vbi firmat illam concluſionem, quod penſio non dicitur vacare, ſed extingui.

11 Vnde recedendum eſt à ſententia Nicolai Garſ. *in dicto tract. de benefic. parte* 1. *cap.* 5. *num.* 81. quam ex aliis Doctoribus confirmare nititur; ſed optimè reſpondet Lotter. *d. quæſt.* 45. *num.* 9. cuius *hic* dicta repetere ſuperfluum eſſet; ſubdit tamen ſe nonnunquam vidiſſe prouiſiones ſuper impetratione penſionum factas fuiſſe cum expreſſione penſionum obtentarum, ſed hoc factum fuiſſe ex timiditate impetrantium, & ideo nihil ex eo inferri poſſe.

12 Et ſupradicta multo fortius locum habent, quando penſionis reſeruatio eſt nulla; tunc enim fatentur omnes de ea non eſſe faciendam mentionem; quia quod nullum eſt, non poteſt aliquem producere effectum: Gambar. *in tract. de poteſt. Leg. n.* 368. *&* 369.

13 Sed concluſio non procedit quando agitur de Literis conceſſis in *forma pauperum*, quia cum non conueniat, eum, qui Altari ſeruit, non viuere ex Altari, *cap. cum ſecundum, de præbendis*; ſolent impetrari Literæ quæ dicuntur *in forma pauperum*, & in iſtis ex veriori ſententia debet fieri mentio, & expreſſio penſionum Eccleſiaſticarum, quas quis obtinet ſuper beneficiis: vt in terminis *cap. ſi pauper clericus* 30. *de præbend. in* 6. Ratio eſt quia hæc qualitas talis eſt, quæ expreſſa in impetratione impediret prouiſionem: nam faceret ceſſare rationem, propter quam Clericis ſimiles gratiæ conceduntur: Caccialup. *in tract. de penſion. cap.* 26. *num.* 4.

Quia magna eſt differentia inter Literas 14
conceſſas in *forma Gratiæ*, & eas quæ conceduntur in *forma pauperum*: in iſtis enim cùm fiant, ad releuandam paupertatem, conuenit vt non taceatur, quando impetrans habet vnde viuat, quia taceretur tale quid, quo expreſſo difficilior redderetur Summi Pontificis conceſſio: idem dicit Gigas *de penſionib. quæſt.* 67. *num.* 6. *in* 4. *concluſione.* Ex quorum dictis, ne oriatur aliqua confuſio in conceptione terminorum, & ex doctrina Abbatis, & aliorum, de quibus *infrà*, conſiderandum eſt quod Literarum duo ſunt genera quædam enim conceduntur in *forma Gratiæ*, quædam verò in *forma pauperum*.

In forma Gratiæ conceduntur, quando 15
Papa mandat alicui de beneficio prouideri vſque ad certam ſummam: quod fieri poteſt duobus modis; *Primò*, dum Papa mandat prouideri de præbenda tanti valoris, vel ſummæ; veluti ſi dicat de beneficio reditus 200. Librarum. *Secundò*, dum mandat prouideri de beneficio vſque ad 200. Libras. In primo caſu poteſt prouideri de minori, ſed non de maiori. In ſecundo verò caſu, poteſt prouideri de maiori, ſed non de minori: Gloſſ. *in cap. quamuis, in verbo, vſque ad certum; de præben. in* 6. ſed in neutro caſu poteſt ſatisfieri mandato, ſi prouiſio fiat de penſione; quia hoc caſu penſio non venit appellatione Beneficij: textus eſt expreſſus *in d. cap. quamuis*, & *ibi* Gloſſ. *in verbo, in penſione, de reſcript. in* 6.

In *forma* verò *pauperum* fit conceſſio, 16
quando Papa mandat Epiſcopo, qui pauperem Clericum ad ſacros Ordines promouit, non habentem vnde viuere poſſit, quòd illi prouideat ex quo commodè viuere valeat, dato Executore; *cap. ſi pro Clericis, & cap. ſi pauper, de præben. in* 6. harum autem Literarum forma hæc eſt.

*Venerabili Fratri Epiſcopo Caualicenſi; Dilecti filij N. Diœceſis Caualicenſis ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de vita & conuerſatione ipſius Clerici, qui (vt aſſerit) beneficium aliquod Eccleſiaſticum non obtinet, quem per certos Examinatores ſuper hoc à Nobis deputatos de Literatura examinari fecimus diligenter, eique nullum aliud Canonicum obſiſtat impedimentum,*

*eidem*

*eidem de aliquo beneficio Eccleſiaſtico, cum*
*cura, vel ſine cura; dummodo in Eccleſia*
*Cathedrali non exiſtat.* Vide alia, nec non
& pro Graduatis apud Rebuff. *fol.* 729.
*& ſequentibus, in praxi.*

17 Et iſtæ Literæ, ſecundùm aliquos, nuncu-
pantur Literæ in *forma communi*, vt per Re-
buff. *in praxi tit. de reſcript. in forma communi:*
& per Campanil. *in diuerſ. iur. Canon. rubr.* 8.
§. 8. *cap.* 5. *num.* 23. Gomez *in tract. de Gratijs,*
*expectat. num.* 73. Abbat. *in cap. poſtulaſti, in* 3.
*notabili, de reſcript.* Staphil. *in eodem tract. de*
*forma Expectatiuarum, num.* 7. *& ſequentibus,*
vocantur etiam Literæ quandoque *in forma*
*ſpeciali*, vel etiam *Literæ in forma, Cum ſecun-*
*dum Apoſtolicum:* vt dicit Gomez *dicto n.* 73.
Dicuntur autem *in forma communi*, non ad
differentiam Literarum Gratiæ, ſed ad diffe-
rentiam aliarum Literarum, quæ dantur non
pro pauperibus ſimpliciter, ſed pro paupe-
ribus Graduatis: in his ſiquidem poſt illa
verba, *beneficium Eccleſiaſticum*, non ponun-
tur, *olim Clericis ſæcularibus aſſignari ſolitum:*
prout ponitur in *forma pauperum communi*;
dicitur enim ſimpliciter, *conſultum Clericis*
18 *ſæcularibus aſſignari.* † Quia hoc ſecundo ca-
ſu pro Graduatis, qui fauorabilior eſt, non
intendit Summus Pontifex quod ab antiquo
tempore ſeculares illud beneficium aſſignan-
dum poſſideant: ſed ſufficit quod illius na-
turæ ſit à decem annis, quando per illud tem-
pus pacificè & quietè fuit poſſeſſum per
Clericos ſæculares: vt per Ioann. And. *in cap.*
*final. de conſuet. in 6.*

19 Sed hæc diſtinctio allata per Gomez, &
alios, qui ipſum ſequuntur, manifeſtè con-
uincitur per text. expreſſum *in cap. cum de*
*beneficio, de præben. in 6.* cuius hæc ſunt verba;
*Cum de beneficio Eccleſiaſtico conſueto Clericis*
*ſæcularibus aſſignari, prouideri mandatur; de*
*illo debet intelligi, quod tanto tempore ab vno*
*vel pluribus Clericis ſæcularibus in eo inſtitutis*
*Rectoribus extitit continuè ac pacificè guberna-*
*tum, vt præſcriptio legitima ſit completa; etiam-*
*ſi ante, vel poſt, quandoque, Religioſi miniſtra-*
*uerint in eodem.* Et ſic conuincitur doctrina
Gomeſij, & aliorum, nec non illorum quos
citat Maſcard. *de probat. concl.* 173. *num.* 9.
*& multis ſequentibus:* dum volunt ſufficere
tempus decem annorum, quibus beneficium
fuit poſſeſſum per ſæculares, vt ſatisfiat illi
clauſulæ, *quod Clericis ſæcularibus aſſignari*
*conſueuit:* Quod bene impugnat Moneta *in*
*tract. de commut. vltim. volunt. cap.* 11. *n.* 234.
*verſic. quid ipſe poſt alios voluerit:* & ad lon-
gum probat Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 7. *num.* 15.
*& multis ſequentibus.*

Aliam igitur differentiam inter gratiam 20
in forma pauperum communi, & gratiam
pro pauperibus graduatis, ponit Gomeſ. *in*
*dicto tract. de grat. expectat. num.* 107. quia
maior taxa apponitur in gratiis quæ fiunt
pro graduatis, veluti in Germania in com-
muni forma pauperum datur beneficium
cum cura 20. & ſine cura 15. Marcurum ar-
genti: in aliis verò partibus augmentum fit
reſpectiuè ad taxam quæ fit in forma com-
muni, vt ſcilicet pinguius prouideatur gra-
duatis iuxta *cap. de multa in fine de præben.*

Differunt etiam iſtæ gratiæ, quia in illa 21
quæ datur graduatis non mandatur inquiri
de idoneitate impetrantis, quia iam fuit ap-
probatus; at in forma communi apponitur
illa clauſula, *ſi per ſolertem inquiſitionem, &c.*
quæ facit gratiam conditionalem & dat for-
mã executori, & ſi impetrans aliàs eſſet mil-
lies idoneus prouiſio illi facta non ſubſiſte-
ret propter defectũ formæ, Bellam. *concl.* 668.

His ita explicatis, dicimus quod in Literis 22
conceſſis *in forma pauperum*, ſiue *in forma*
*communi*, ſiue pro Graduatis; de quibus dua-
bus agit Rebuff. *in prax. tit. de reſcript. in for-*
*ma communi, & tit. ſequenti*, omninò neceſſa-
ria eſt expreſſio penſionum quas habet im-
petrans: quia ſi penſio ſit competens, ceſſat
paupertas: Felin. *in cap. poſtulaſti, de reſcript.*
*num.* 8. *in tertia declaratione*, vbi dicit, quod
quamuis in Literis Gratiæ non ſit facienda
mentio penſionis, tamen in Literis Iuſtitiæ,
quales ſunt quæ conceduntur *in forma paupe-*
*rum*, † fieri debet mentio non ſolùm pen- 23
ſionis, ſed etiam patrimonij quod impetran-
ti fuit conſtitutum pro Titulo, quia ſi expreſ-
ſio illorum facta fuiſſet, ceſſaſſet ratio pro-
pter quam Gratia *in forma pauperum* eſt in-
troducta. Idémque dicendum eſt de præſti-
monio, quod impetrans obtinet: quod etiam
dicit *in cap. in noſtra, coroll.* 30. *de reſcr.* Staph.
*in tract. de formis Expectatiuarum, in* 9. *forma,*
*n.* 11. cum pluribus quos citat & ſequitur Garſ.
*de benef. parte* 1. *cap.* 5. *n.* 78. Quædam tamen
circa hanc quæſtionem aduertenda ſunt.

Et primò quidem notandum eſt, quod ſi 24
Religioſus impetret beneficium ſui Ordinis,
etiam *in forma Gratiæ*, & non *in forma paupe-*
*rum*, tenetur exprimere penſiones quas ob-
tinet, præſertim in Benedictinis, in quibus
penſio eſt incompatibilis cum beneficio, iux-
ta Conſtitutionem Benedicti XII. quæ, *Be-*
*nedicta* vocatur *in cap.* 9. vnde de ea Religio-
ſus mentionem facere tenetur, non quidem
ex eo quod veniat appellatione beneficij,
† ſed quia penſio inducit incompatibilitatem 25
cum beneficio in ſimilibus perſonis, Ioann.
Nicol. Arelat. Canonicus Eccleſiæ Auenio-
nenſis *in ſuo tract. de iure patronat. num.* 80,
*verſic.*



*verſicul. limita verò*; quamuis in aliis præter
Monachos penſio non inducat incompatibi-
litatem cum beneficio: Imol. *in clement. Gra-*
*tiæ, num.* 10. *de reſcript.* Gig. *de penſ. quæſt.* 42.
cum aliis cum Gonzal. *reg.* 8. *gloſſ.* 5. §. 5.
26 *num.* 14. † Sicut aliàs dicitur, quod omnia
beneficia Monacho ſunt incompatibilia: *cap.*
*cum ſingula, de præbend. in* 6. Gloſſ. *in Clement.*
*vnica, in verbo, ſtatutum, de ſupplend. neglig.*
*prælator.* niſi tamen vtrumque beneficium
dependeret ab eodem Monaſterio, vel ne-
xum inuicem copulatúmque ſit; tunc enim
vtrumque obtinere poteſt: Chopin. *lib.* 1.
*monaſtic. tit. vlt. n.* 24. *in princip.* dixi in *Quæſt.*
*benef. cap.* 93. *num.* 14. *vol.* 1.

27 Secundò notandum eſt, quod cùm in
Gallia Graduati, vel Nominati ab Vniuer-
ſitatibus, qui non ſunt ſufficienter repleti,
beneficiorum reditibus: vſque ad ſummam
in Concordatis expreſſam, habeant ius pe-
tendi beneficia per obitum vacantia, iuxta
ea quæ fuſiùs *dicto cap.* 93. explicauimus; du-
bitatum fuit, vtrum in computatione ſummæ
qui replet Beneficiatum, penſiones Eccle-
ſiaſticæ ſint computandæ? in qua quæſtione
Rebuff. *in tract. nomin. quæſt.* 9. *num.* 37. cen-
ſuit harum penſionum in nominationibus
expreſſionem fieri debere, quod dicit eſſe
æquitatis plenum; inſpiciendo mentem Con-
cordatorum, in quibus volunt Conditores
prouidere paupertati Clericorum non ha-
bentium ducentos florenos in reditu, quod
quomodò intelligendum ſit, explicat Louet.
cum Addit. *litera G. num.* 1. parum enim re-
fert an habeat in penſionibus, an in reditu
beneficiorum: conſtitutio ſiquidem ex li-
mitibus rationis intelligenda eſt; & hoc eſt
quod voluit Gloſſ. *pragm. ſanction. in tit. de*
*collation. in* §. *ſed ſi quis, in verſ. tempore, folio*
*mihi* 348. vbi dicitur quod nominatio æqui- 28
paratur Gratiæ *in forma pauperum*, quia in-
uenta fuit ad prouidendum pauperibus ſcho-
laribus, qui nullum, aut minus ſufficiens be-
neficium Eccleſiaſticum ſunt aſſecuti: ergo
videtur quod ſicut in Gratia *in forma paupe-*
*rum*, ita & in nominatione fieri debeat men-
ſio penſionum obtentarum.

Vnde id multo magis obtinebit in penſio- 29
nibus quas Regulares poſſident, vt tenean-
tur exprimere illas in Literis prouiſionis fa-
ciendæ vigore nominationis; vt aduertit
Prob. *in addit. ad Gloſſ. pragm. ſanction. tit. de*
*collation.* §. *item quod Vniuerſitates, in verbo Be-*
*neficiorum num.* 2. ſed vno verbo, quæſtionem
hanc reſoluit iuxta ſtylum Curiarum Galliæ
Louët. *lit. G. num.* 1. his verbis. † Penſiones 30
reſeruatæ ſuper beneficiis reſignatis per
Graduatos, tenent locum repletionis, ſiue
ſint ſuper beneficiis curatis, ſiue non curatis
ſeu ſimplicibus; ſecus eſt de penſionibus re-
ſeruatis ſine cauſa, & non ex cauſa reſigna-
tionis.

Notandum eſt tertiò, quod dum petitur 31
gratia *in forma pauperum*, non ſolùm exprimi
debent penſiones, quas impetrans pacificè
poſſidet, ſed illæ etiam quæ ſunt litigioſæ,
dummodo ſint tales vt in illarum poſſeſſione
exigendi ſit impetrans reſcriptum: Ratio eſt,
quia ex quo percipit fructus, ſatis prouiſum
eſt illius paupertati; & ſic ceſſat cauſa propter
quam conceditur Gratia: vt probat Staphil.
*in d. tract. de formis Expectat. in* 9. *forma, n.* 12.

## CAPVT LXV.

### *ARGVMENTVM.*

PENSIONEM non niſi ſuper bonis temporalibus Eccleſiæ imponi poſſe. Quomodo diſtinguatur cenſus ſuper bonis Eccleſiæ temporalibus impoſitus, & penſio. Nouum cenſum ſuper bonis Eccleſiæ authoritate Epiſcopi imponi non poſſe, nec antiquum augeri, niſi interuenientibus ſolemnitatibus requiſitis. Quando Epiſcopus quinquageſimam, & quando centeſimam redituum locupletis Eccleſiæ portionem, pro dotatione alterius Eccleſiæ, vel Capellæ conferre poſſit ante illius conſtructionem; Et ad quem hoc caſu pertineat ius Patronatus? Super bonis verò Hoſpitalium, Leproſariorum, & ſimilium Locorum imponi non poſſe, ſi non ſint Eccleſiaſtica: Et ex quibus dignoſcatur, vtrum Hoſpitalia ſint Eccleſiaſtica, vel Laïcalia? Et vtrum in illorum bonis alienandis interuenire debeant ſolemnitates requiſitæ in alienationibus bonorum Eccleſiæ.

SVMMA

## SVMMARIVM.

1 *Penſio ſolum ſuper bonis temporalibus Eccleſiæ imponi poteſt, non autem ſuper iuribus ſpiritualibus.*

2 *Epiſcopus ſuper bonis ſuæ Eccleſiæ cenſum perpetuum imponere non poteſt.*

3 *Inter penſionem & cenſum ſuper bonis Eccleſiæ impoſitum quæ ſit differentia.*

4 *Cenſus nouus Eccleſiæ imponi, vel antiquus augeri non poteſt.*

5 *Cenſus nouus quis dicatur, & quis antiquus.*

6 *Papæ authoritas requiritur, vt nouus cenſus Eccleſiæ imponatur.*

7 *Nouus cenſus dum Eccleſiæ imponitur, interuenire debent ſolemnitates requiſitæ in alienatione bonorum Eccleſiæ.*

8 *Penſionem temporalem, hoc eſt ad certum tempus, vtrum poſſit Epiſcopus conſtituere ſuper bonis ſuæ Eccleſiæ.*

9 *Epiſcopus poteſt quinquageſimam, & quandoque ſolum centeſimam ſuorum redituum partem conuertere in dotationem alterius Eccleſiæ.*

10 *Intellige vt procedat, quando agitur de Eccleſia nondum conſtructa.*

11 *Quod Prælatis inferioribus non eſt permiſſum; Et vtrum hoc caſu neceſſarius ſit conſenſus Capituli.*

12 *Et cui hoc caſu competat ius patronatus Eccleſiæ conſtruendæ.*

13 *Hoſpitalium quædam ſunt Eccleſiaſtica, quædam Laicalia.*

14 *In alienatione bonorum ad Hoſpitalia Eccleſiaſtica ſpectantium interuenire debent ſolemnitates requiſitæ ex conſtitutionibus Apoſtolicis.*

15 *Conſuetudo valet, vt in alienandis Hoſpitalium, quæ ad vitam non conceduntur, bonis, non adhibeantur ſolemnitates.*

16 *Bona Hoſpitalium Laicalium ex primæua fundatione quæſita, non poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus.*

17 *Hoſpitalia ſunt Loca pia, ſed non ſunt beneficia Eccleſiaſtica, niſi fundata ſint authoritate Epiſcopi.*

18 *Hoſpitale non eſt Eccleſiaſticum niſi habeat annexum onus ſeruitij ſpiritualis.*

19 *Hoſpitale non eſt Eccleſiaſticum niſi poſſideatur per Clericum.*

20 *Item niſi conferatur à perſona Eccleſiaſtica.*

21 *Laicus poteſt habere ius conferendi beneficia ex ſpeciali Summi Pontificis priuilegio, nec tũc requiritur aliqua collationis cõfirmatio.*

22 *Priuilegium conferendi beneficia conceſſum eſt Laicis ex familia de Canilhac; ſed conferunt per Vicarium Eccleſiaſticum.*

23 *Qualitas Hoſpitalis Laicalis arguitur, ſi in eo non adſit aliqua campana, nec campanile.*

24 *Quamuis ſi in Hoſpitali adeſſet campana, & campanile, non ex eo ſolo argueretur illud eſſe Eccleſiaſticum.*

25 *Campana autem, vt argumentum qualitatis Eccleſiaſticæ producat, debet eſſe ferro alligata, & per eam populus ad Miſſam audiendam conuocandus.*

26 *Hoſpitale non dicitur conſecratum niſi Epiſcopus primum Lapidem poſuerit.*

27 *Nec dicitur Eccleſiaſticum niſi illius Rectores deputentur ad vitam.*

28 *Item oportet vt habeat formam Eccleſiæ.*

29 *Si Fundatores ſint Laici præſumitur quod Hoſpitale ſit Laicum.*

30 *Inſpicienda eſt etiam adminiſtratorum qualitas ſi ſint Laici.*

31 *Item denominatio Hoſpitalis à nomine ipſius Fundatoris Laici.*

32 *In dubio præſumitur potius quod Hoſpitale ſit Laicum.*

33 *Quæ dicta ſunt de Hoſpitalibus, eodem modo decidenda ſunt dum agitur de Leproſariis, Eleemoſinariis, & ſimilibus.*

1 CONSTITVENDA eſt Regula generalis, penſionem ſuper bonis & iure temporali, ac ſimilibus reditibus & prouentibus alicuius menſę Monaſterij, Epiſcopatus, vel Beneficij imponendam eſſe; ex cuius fructibus onus penſionis, veluti quædam ſeruitus ad ſimilitudinem vſusfructus à ſua proprietate quodammodo ſeparatur; non autem ſuper iure ſpirituali ipſius Eccleſiæ: vt dicit Gig. *in tract. de penſion. q. 7. in princ.* & in effectu Card. Zabar. *in Clem.* 1. §. 1. *de ſupplen. neglig. prælat. in* 3. *q. n.* 4. definit penſionem, vt ſit certa portio ex certa menſa, vel beneficio, ad tẽpus, non in perpetuũ ſeparata.

2 Ex qua concluſione infertur. Primò, quod Epiſcopus non poteſt ſuper bonis Eccleſiæ cenſum imponere perpetuum, quia licèt nomen Penſionis cum nomine Cenſus, quandoque pro eodem vſurpentur, vt dicit Hoſtienſ. *in ſumma, ſub titulo, de cenſib. ex actionib. & procur. n.* 1. vbi definit cenſum, vt ſit quædam penſio, quæ de prouentibus Eccleſiæ perſoluitur: ſubdens, quod quidquid annuatim præſtatur in ſumma, vel quantitate, præſtari poteſt cenſus.

3 Tamen inter penſionem, de qua nunc agimus, & cenſum, magna eſt differentia: cenſus enim eſt onus reale, quo bona cenſui ſuppoſita afficiuntur & perpetuus eſt, penſio verò Eccleſiaſtica ſolùm fructus reſpicit, & cum perſona regulariter extinguitur, licèt ex accidenti transferri poſſit, quod enim cenſus ſit onus reale, & rem ipſam afficiat; probatur ex *l.* 3. *ætatem cum duabus ll. ſequentibus, ff. de cenſib. & in Lexico Iurid. in verbo, cenſus* ex authoritate Briſſonij & aliorum, & in eo ſenſu accipitur *in rubr. C. ſine cenſu, vel reliquis fundum comparari non poſſe.*



4 Hunc igitur cenſum perpetuum in præiudicium Eccleſiæ imponi de nouo, vel augeri non poſſe, certum eſt *dicto cap. prohibemus.* 5 † Nouus autem cenſus hic intelligitur ille, qui non fuit impoſitus tempore fundationis, dotationis, conſecrationis, exemptionis ſeu immunitatis indultæ; illis enim temporibus cenſus imponitur vel aufertur; vt copioſius explicat Hoſtienſis *in ſumma, dicto tit. de cenſibus n.* 3 *&* 5. non poteſt igitur Epiſcopus ſua authoritate præiudicare Eccleſiæ per impoſitionem huius cenſus perpetui, *d. cap. prohibemus, & cap. ſcientes, de cenſibus, & in clem.* 1. §. *eadem quoque, de ſuppl. neglig. Prælat.* 6 † Sed ſolus Summus Pontifex, diſpenſando in ſua lege: *c. ad quæſtiones, C. de rerum permut.* & tradunt communiter DD. *in dicto cap. prohibemus,* & *ibidem* Abb. *num.* 2. *& in cap. præterea, n.* 13. *eodem tit.* 7 † Quia ſi Epiſcopus cenſum imponeret, ex eo Eccleſia in perpetuum grauaretur: ideò hoc non poteſt fieri niſi iuſta de cauſa, & interuenientibus omnibus ſolemnitatibus in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum requiſitis: Abb. *in cap. ſignificauit, de cenſibus, num.* 3. quæ omnia fuſiùs explicat Barboſa *in tract. de off. & poteſt. Epiſc. allegat.* 85. *per totam.*

Diximus de cenſu perpetuo. Sed quoad penſionem poſt mortem penſionarij extinguendam, ſatis ſuperiùs actum fuit *capitibus præcedentibus.*

8 Vtrùm autem Epiſcopus ex cauſa poſſit cenſus perſonales ad tempus conſtituere, dubitari poteſt? in qua quæſtione deciſum fuit in primis, Epiſcopum ex cauſa dotationis alterius Eccleſiæ, vel Capellæ, fructus eidem Eccleſiæ pro parte aſſignare poſſe per textum *in cap. Apoſtolicæ, de donationibus.* Viuian. *de iure patron. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 23. Roch. *de* Curt. *in eodem tract. in verbo, & dotauit, in* 16. *quæſt.* Lambert. *de iure patron. parte* 1. *lib.* 1. *in* 5. *quæſt. princip. art.* 16.

9 Ex quibus iuribus apparet quod quilibet Epiſcopus poteſt conferre quinquageſimam, vel centeſimam partem ſuorum redituum, vni, vel diuerſis Eccleſiis, pro illarum dotatione, quando menſa Epiſcopalis eſt valdè abundans in reditibus: Si tamen Eccleſia, ſeu menſa Epiſcopalis valde grauetur, ſucceſſor, ſic geſta reuocare poteſt.

10 Intellige vt procedat, quando agitur de Eccleſia conſtruenda: ſi enim ageretur de conſtructa, non poteſt donare vltra centeſimam redituum, vel poſſeſſionum ſuæ Menſæ, neque hoc caſu neceſſaria eſt Superioris authoritas, niſi Epiſcopus excederet quinquageſimam, & reſpectiuè centeſimam ſuorum redituum portionem. Et ratio differentiæ inter Eccleſiam conſtructam, & cõſtruendam illa affertur per Rochum de Curte, quia dum agitur de Eccleſia conſtruenda, magis verſatur fauor Eccleſiæ, & magis augetur cultus diuinus; ideò plus dare poteſt Epiſcopus, & maiorem de reditibus vel poſſeſſionibus ſuis portionem dare pro Eccleſia conſtruenda, quàm pro iam conſtructa.

Sed hoc non eſt permiſſum aliis Prælatis inferioribus: & addunt Doctores *in dict. cap. Apoſtolicæ,* & in *locis ſupradictis,* quod licèt ſit inter Doctores controuerſia, vtrùm in hoc ſit neceſſarius conſenſus Capituli, tutius tamen eſt illum adhibere. 12 † Ius patronatus autem hoc caſu non Epiſcopo, ſed Eccleſiæ acquiritur: vt tenet Lambert. *dicto articul.* 16. *num.* 5. *verſicul. certè iſta.* 11

Secunda inſpecto erit circa bona Hoſpitalium; vtrum videlicet ſuper illis penſio Eccleſiaſtica imponi poſſit? in quæſtione iſta, diſtinguendum eſt inter duo genera Hoſpitalium. 13 † Quædam enim ſunt merè Laicalia, alia verò Eccleſiaſtica, ex notatis per Garſ. *de beneficiis, parte* 1. *cap* 3. *per totum,* Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 5. §. 4. *num.* 14. eadémque diſtinctio probatur ex iis quæ tradit Barboſ. *in tract. de Epiſcop. parte* 3. *allegat.* 75. *num.* 33. *&* 42. Rebuff. *in compend. alienat. bonorum Eccleſiaſt. num.* 57. Redoan. *in eodem tract. q.* 28. *n.* 9. *& quæſt.* 49. *num.* 6. *quæſt.* 51. *cap.* 2. Tuſch. *litt. H. concl.* 163. *per totam.* 14 † vbi concludunt omnes, quod ſi agitur de Hoſpitalibus Eccleſiaſticis, nimirum quæ ſunt fundata authoritate Epiſcopi, & dantur in titulum, & ad vitam obtinentis, ſolemnitates *Extrauag. Ambitioſæ, de rebus Eccl. non alienandis,* interuenire debent; quia hæc merè Eccleſiaſtica ſunt: 15 † Secus eſt ſi agatur de Hoſpitalibus Laicalibus quæ perſonis Eccleſiaſticis non conferuntur ad vitam, vel authoritate Epiſcopi erecta non ſunt maximè verò ſi talis ſit conſuetudo, bona illa ſine ſolemnitatibus alienandi, quæ conſuetudo valida eſt, & debet obſeruari, Lap. *in tract. de Hoſpital. n.* 69. *in fine, & num.* 70. *&* 71. Et ideò hæc non comprehenduntur appellatione beneficiorum, ſicut illa quæ in titulum perpetuum perſonis Eccleſiaſticis conferri ſolent; Mareſcot. *lib.* 2. *var. reſol. cap.* 3. maximè *num.* 18.

16 Verum eſt tamen, quod licèt ex ſupradictis Doctoribus non requiratur ſolemnitates iuris in alienatione bonorum Hoſpitalium, hoc debet intelligi quando agitur de bonis obuentis Hoſpitalibus poſt eorum primam fundationem: quæ enim ex primaria origine ſunt Hoſpitalibus relicta, alienari nequeunt ſine ſolemnitatibus requiſitis: Redoan. *de reb. Eccleſiaſt.*

*Eccleſiaſt.non alienand. quæſt.*28.*n.* 11. Lap. *in tract.de Hoſpital.num.*71.

17 Vtrum autem Hoſpitalè ſit beneficium, ita vt ſuper eo penſio Eccleſiaſtica imponi poſſit, colligitur ex concurſu qualitatum ad Eccleſiaſtici beneficij conſtitutionem requiſitarum: Primò enim requiritur, quod illud erectum fuerit authoritate Epiſcopi: Guid. Pap.*deciſ.*187. Rota *deciſ.*508.*num.*6. *&* 509. *num.*1.*parte* 1.*diuerſ.* & probatur *in cap. nemo, & in cap.nullus, de conſecrat.diſt.*1. Rebuff. *in praxi,tit.quare inſtituta ſint beneficia, num.*10. vbi dicitur, quod ſi Epiſcopi approbatio non interuenerit, ſunt ſimpliciter loca pia, vel piæ fundationes: Rota coram Greg. XV. *deciſ.*4. *num.*11. Mareſcot.*var.reſol.lib.*2.*cap.*3.*num.*3.

18 Secundò requiritur, quod habebat aliquod onus ſeruitij ſpiritualis, quia propter officium datur beneficium: *cap.fin. de reſcript. in* 6. Ancharan.*in reg.beneficium, de reg.iur.in* 6. Garſ. *de benef.parte* 1.*cap.*2.*num.*60. *&* 61. *& parte* 7.*cap.*11.*num.*1. *in princip.* vbi propterea infert quod beneficium non poteſt conferri irregulari: Monet.*de diſtrib.quotid.parte* 2.*q.*2. *num.*40.

19 Tertiò requiritur, quod poſſideatur, & poſſideri poſſit per Clericum, quia Laici ſunt beneficiorum incapaces: *cap. cum adeo de reſcript.cap.ex literis de tranſact.cap.*2. *de inſtitut.*

20 Quartò, quod conferri non poſſit niſi à perſona Ecclеſtica, nempe Epiſcopo, vel alio Prælato, & non à laico: *cap.ſi quis deinceps, & cap.ſi quis nullus* 16.*quæſt.*7. & *ibi* Gloſſ. Ancharan.*in regula beneficium num.*3. Gonzal.*loco cit.*

21 *num.*10. † Quamuis ex ſpeciali Summi Pontificis priuilegio, Laicus interdum habeat ius collationis beneficiorum: quo caſu non requiritur alia confirmatio, aut inſtitutio Epiſcopi, vel alterius Clerici, vt probat Garſ. *de*

22 *benef.parte* 1.*cap.*2.*n.*34. † Quale priuilegium conceſſum fuit per Summos Pontifices antiquiſſimæ familiæ de Canillac, ex qua aſſumpti fuêre Summi Pontifices, qui glorioſè Eccleſiam gubernauerunt. Vnde Clariſſimus Marchio modernus ſolet conferre beneficia ab eo dependentia, tam in ciuitate Monſpelienſi, quàm in præſenti Ciuitate Auenionenſi, in qua fundatæ reperiuntur quatuor perpetuæ beneficiaturæ in Eccleſia Metropolitana, quæ tamen collatio exercetur per Vicarium ad hoc per Dominium Marchionem conſtitutum: quod munus hodie & à pluribus annis exercet admodùm Reuerendus Dominus Petrus Peregrinus de Tŏduti Pœnitentiarius & Theſaurarius atque Canonicus eiuſdem Eccleſiæ Metropolitanæ, & Auditor Rotæ Auenionenſis, frater meus dilectiſſimus.

23 Quintò, quod non conferatur ad tempus, quia licèt quædam ſint manualia & amouibilia, tamen ſunt aptitudine perpetua, vt probaui *in Quæſt.benef.volum.*1.*cap.*106.*num.*1. Vnde in facti contingentia dicebam, quoddam Hoſpitale de quo agebatur, eſſe merè Laicale, & non Eccleſiaſticum; & ideò ſuper eo penſionem Eccleſiaſticam imponi non poſſe; quia in eo nullum aderat Campanile, nec campana pulſans ad populum conuocandum; ex quo arguitur qualitas Hoſpitalis laicalis: Maſcard.*de probation.concluſ.*869.*n.*1. *& ſequentibus.* † Quamquam licet ibi adeſſet 24
campana, & campanile, & in eo Miſſæ celebrarentur, non propterea Hoſpitale diceretur Eccleſiaſticum vt tradit Gonzales *dicta gloſſ.*5.§.4.*num.*12. poſt Mohed. *deciſ.*18. *de cauſ.poſſ.& propriet.* & alios per eum allegatos: quia non † conſideratur quod in Hoſpitali 25
ſit aliqua campana, niſi ſit ferro alligata, & per eam populus conuocetur ad audiendas Miſſas: vt per eum Maſcard. *dicta concluſ.* 869.*num.*4.

Item non conſtabat quod Hoſpitale illud fuiſſet conſecratum per Epiſcopum, ex quo præſumebatur Laicale: Murta *de iuriſdict. parte* 4.*cap.*113.*num.* 21. † nec dicitur conſe- 26
cratum, niſi Epiſcopus primum Lapidem poſuerit, & Crucem erexerit: Ioann.de Selua *de benefic.part.*1.*cap.*6.*num.*16.

Item Rectores illius Hoſpitalis non depu- 27
tabantur ad vitam, ſed ſolùm ad annum, vel biennium, ergo non erat Eccleſiaſticum: Ioann. de Selua. *in dicto tract. de benef.part.*1. *cap.*6.*num.*26. † Rurſus ex eo quod illud Hoſ- 28
pitale non habet formam Eccleſiæ, ex quo præſumitur quod ſit Laicale: Federic.de Sen. *conſ.*111.*num.*1. Card.Zabarel.*conſ.*11. *num.vltimo.* † Præterea omnes fundatores & Dota- 29
tores erant Laici, ergo non præſumitur Eccleſiaſticum: Zabarel. *dicto conſil.*11. *verſiculo, primo ex qualitate fundantium.*

Addatur, quod Adminiſtratores illius 30
Hoſpitalis ſunt Laici, & non ſolent in eo Eccleſiaſtici deputari; ergo laicale: Roman. *conſil* 477.*num.* 10. Rota 268.*num.* 3. *parte* 3.*recentior.* & illorum Rectorum deputatio fit per Laicos, ad quos non ſpectaret ius deputationis, ſi eſſet beneficium Eccceleſiaſticum: *cap. de Xenodochiis, de religioſis domibus:* Rom. *dicto conſil.* 477. *num.*8. Rota *deciſ.* 725.*num.*1.*parte* 1.*diuerſorum.*

Inſpicienda etiam eſt denominatio Hoſ- 31
pitalis, quod nomen ſortitur ab ipſo Fundatore non à denominatione Sancti alicuius, Rota *deciſ.* 106. *num.* 5. *parte* 2. *diuerſ. & deciſ.* 268. *num.* 4. *parte* 3. *recent.* † Et in dubio 32
præſumendum eſt, Hoſpitale potius eſſe Laicum, quàm Eccleſiaſticum: Rota *deciſ.*268. *num.* 5. *parte* 3. *recent. & d. deciſ.* 166. *num.*2.





*parte* 2. *diuerſ.* Gonz. *dict. gloſſ.* 5. §. 5. *num.* 24. Et ex his patet quomodo, & in quibus caſibus penſio Eccleſiaſtica aſſignari, vel reſeruari poſſit ſuper Hoſpitalibus.

Quod eodem modo ſtatuendum eſt, dum 33
agitur de Leproſariis, Infirmariis, & Eleemoſynariis, ac ſimilibus: teſte Gonzal. *loco cit. num.* 23.

## CAPVT LXVI.

### *ARGVMENTVM.*

PENSIONEM ſuper præbenda Theologali etiam in Gallia imponi non poſſe: ſi tamen reſignatarius conſenſum præſtiterit, ad eius ſolutionem cogendus eſt in odium perfidiæ, ex ſupremorum Galliæ tribunalium decretis. Quomodo, & quibus concurrentibus hæc præbenda Theologalis ſtabilienda ſit? Quid ſit præbenda præceptorialis; & quomodo inſtituenda? Vtrùm ſuper illa penſio imponi queat? Non eſſe regulariter præbendam hanc perpetuam; Et quomodo Præceptor amoueri poſſit? Et de variis in huius præceptorialis præbendæ materia prolatis per ſupremas Galliæ Curias arreſtis. Præbenda Pœnitentiarij penſionem admittit.

### SVMMARIVM.

1 *Præbenda Theologalis quomodo erigenda, & quibus perſonis ſit conferenda.*

2 *Penſionem in Gallia ſuper præbenda Theologali imponi non poſſe ſæpiùs iudicatum eſt.*

3 *Si tamen Theologus reſignans, penſionem ſibi reſeruauerit, ad illius ſolutionem reſignatarius cogitur.*

4 *Præbenda præceptorialis, ſeu ſcholaſtria, quomodo ſit inſtituenda tam ex Concilio Tridentino, quàm ex Ordinationibus Regiis.*

5 *Præceptoriales præbendæ non comprehenduntur ſub Expectatiuis.*

6 *Præceptoriales præbendæ ſunt amouibiles in Gallia, & ſic non induunt naturam beneficij perpetui.*

7 *Penſio ſuper præbenda præceptoriali imponi non poteſt.*

8 *De iure Canonico Præceptores non ſunt Canonici, ſed ſunt amouibiles.*

9 *Ex Ordinationibus Regiis non requiritur præcisè quod pro præceptoria aſſignetur præbenda aliqua, ſed ſufficit alium reditum aſſignare loco præbendæ.*

10 *Per Arreſtum Parlamenti Aquenſis Capitulum Eccleſiæ Metropolitanæ fuit condemnatum ad applicandam pro Præceptore primam præbendam vacaturam, & interim prouiſionaliter ſoluendam Præceptori ſummam* 300. *Librarum.*

11 *Refertur aliud arreſtum eiuſdem Curiæ, in quo prouiſionalis* 300. *Librarum reducta fuit ad* 200. *Libras, ſed præcisè fuit iudicatum, non reditum, ſed præbendam adiudicandam pro Præceptore.*

12 *Sed Senatus Tholoſanus alternatiuè reditum, vel præbendam adiudicauit.*

13 *Sed poſtea idem Senatus Præceptori reditum adiudicauit ſine diminutione numeri Canonicorum.*

14 *Præceptorialis præbendæ materia apud quos tractetur.*

15 *Penſio ſuper Pœnitentiarij præbenda imponi poteſt.*

HIc primo loco præbenda Theologalis, quæ & de Iure, & ex diſpoſitione ſacri Concilij Tridentini erigi 1
debet, nec non ex Regiis Ordinationibus; de qua multa tradit Barboſa, *ad Concil. Trident.ſeſſ.* 5. *cap.* 1. ſiquidem idem Concilium præcepit vt in illis Eccleſiis, in quibus præbenda, aut præſtimonium, ſeu aliud quouis nomine ſtipendium pro Lectoribus ſacræ Theologiæ deputatum reperitur, Epiſcopi, aliivè Superiores, cogant illa obtinentes, vt per ſeipſos, ſi idonei fuerint, alioquin per idoneum ſubſtitutum ab ipſis Superioribus deputandum, etiam per ſubtractionem redituum ad ſacræ ſcripturæ expoſitionem & interpretationem cogant & impellant, & in futurum præbenda illa non niſi perſonis idoneis conferatur; & aliter facta prouiſio ſit nulla & inualida. Et in Eccleſiis Cathedralibus, vel Metropolitanis, ac etiam

in Collegiatis exiſtentibus in aliquo inſigni oppido, præbenda prima alio modo quàm per reſignationem vacatura deputetur: provt in *dicto Concilio* fuſiùs explicatur; de quo copioſiùs agit Barboſ. *loco cit. nec non in deciſ. Apoſtol.cap.*589.

2 Circa quam præbendam Theologalem, hoc certum eſt in Gallia, & pluribus arreſtis ſupremarum Curarum confirmatum, non poſſe ſuper ea penſionem imponi, & à tali impoſitione recurſum dari, vt teſtatur Add. ad Louet.*litt.P.n.*46.D.Feburet.*lib.*2.*de Abu-* 3 *ſu, cap.*4. *num.*21.† Ita tamen vt ſi agatur de penſione reſeruata per viam reſignationis, cogatur Theologus reſignatarius ad ſolutionem illius, vt euitetur crimen perfidiæ: vt teſtatur Mornac.*ad leg.venditor,*14.*ff.communia vtriuſque iudicij.*

4 Et quod de præbenda Theologali dictum eſt, eodem modo obtinet in præbenda Præceptoriali, quam aliquando *Scholaſtricam* vocant, de qua in eodem Concilio Trident *ſeſſ.*23.*cap.*18. quæ ex eiuſdem Concilij diſpoſitione conferenda eſt Doctori, vel Magiſtro, aut Licentiato in Theologia, aut in Iure Canonico; aliàs prouiſio eſt nulla: Hæc ſunt verba Concilij: *De cætero officia, vel Dignitates illæ quæ Scholaſtriæ dicuntur, non niſi Doctoribus vel Magiſtris, aut Licentiatis in ſacra Pagina, aut in Iure Canonico, & aliis perſonis idoneis, & qui per ſeipſos id munus exercere poſſint, conferantur: & aliter prouiſio facta nulla ſit, & inualida, non obſtantibus quibuſuis priuilegiis & conſuetudinibus etiam immemorabilibus.* Quod decretum refert etiam Garſ.*in tract.de benef.* 5 *part.*7.*cap.*7.*num.*34.† Et tales præbendæ non comprehenduntur ſub Expectatiuis; ex Gomeſ.*in tract.de Expectat.num.*93. *verſic. & pariter dicendum eſt:* quod confirmat Gonzal. *gloſſ.*9.§.2.*num.*16.

6 Sed in Gallia ex Regiis Ordinationibus longè diuerſa eſt harum Præceptoriarum ratio: non enim conſtituunt beneficium perpetuum, ſed ſunt amouibiles ſeruata forma 7 Ordinationis.† Et ſic inter præbēdam Theologalem, & Præceptorialem, magna eſt differentia: illa ſiquidem eſt perpetua, & ſuſcipit penſionem quando agitur inter reſignantem & reſignatarium, vt ſuperius ex Mornacio dictum eſt; hæc nec poteſt impetrari à Summo Pontifice, nec in Legatione, perinde ac ſi eſſet beneficium perpetuum, nec per conſequens penſione grauari; maximè cùm præbenda iſta concedatur ratione continui laboris & ſeruitij, ad quod Præceptor tenetur: quod explicat Add. ad Louet. *littera P.num.*46. *verſicul. Le meſme a lieu:* nec 8 non Feburet. *dicto cap.*4.*num.*22.† Et eſt conforme diſpoſitioni iuris Canonici *in cap. quia nonnulli, de Magiſtris:* ibi, *non quod per hoc efficiatur Canonicus, ſed tamdiu reditus ipſos percipiat, quamdiu ſteterit in docendo.*

Eſt tamen ſecundùm ordinationem Re- 9 giam in electione Capituli, vt aſſignet pro Præceptore vnam præbendam, vel alium reditum ſufficientem illi æquiualentem, provt iudicatum fuit in Parlamento Pariſienſi ſuper Præceptoriali Abbę villæ, teſte Charond. *in ſuis reſponſis, lib.*3.*cap.*61. Chenu *in add. ad Papon.lib.*1.*arreſt.*3.*num.*1. Et ſic clarè apparet quod iſte reditus ſeu præbenda pro Præceptore aſſignanda non ſubijcitur oneri penſionis.

Sed tamen in Curia Parlamenti Aquenſis, 10 iſta Alternatiua videtur alterata per arreſtum latum *die* 2.*Septemb.anni* 1566. contra Syndicum Capituli Eccleſiæ Arelatenſis, per quod fuit dictum, quod præfatum Capitulum teneretur applicare primam præbendam vacaturam illis, qui pro iuuentutis inſtructione Præceptores deputandi erant in dicta Ciuitate Arelatenſi, & reditus trecentarum Librarum ad hunc effectum per arreſtum illud adiudicatus per modum prouiſionis, donec caſus vacationis præbendæ eueniſſet.

Similiter adeſt aliud arreſtum eiuſdem 11 Curiæ Parlamenti *de anno* 1659. *die* 9. *Iulij* inter Dominos Conſules Ciuitatis Arelatenſis, Et Syndicum Capituli dictæ Eccleſiæ, & Dominum Antonium Louis Presbyterum & Canonicum vocatum ad indemnitatem & releuium dicti Capituli: per quod arreſtum fuit dictum, quod in futurum prima præbenda vacatura, erit affectata pro dicta Præceptoriali, & reditus trecentatum Librarum per præcedens arreſtum reductus ad ſummam annuam ducentarum Librarum, idque per modum prouiſionis vt ſuprà dictum eſt, & donec dictus caſus vacationis euenerit: ita vt electio illa Alternatiuæ reditus, aut præbendæ dicto Capitulo, attento prædicto arreſto, ceſſare debeat in Eccleſiis patriæ Prouinciæ, quia ſi Curia voluiſſet dare electionem Capitulo aſſignandi reditum loco præbendæ, illud expreſſiſſet in ſuo arreſto, cùm tamen reditum non adiudicauerit, niſi per modum prouiſionis, & donec locus fuiſſet vacationi.

Varia circa hoc caput interuenêre ſupre- 12 marum Curiarum placita: nam in Parlamento Tholoſano per arreſtum latum *menſe Decembri,* 1564. fuit ordinatum quod Epiſcopus, vel Capitulum tenebantur dare vnam præbendam, vel reditum ipſius pro ſolutione facienda Præceptori, iuxta Ordinationem Regiam, teſte Maynard. *lib.*1.*cap.*9.† Deinde verò eadem Curia, decreuit ſalarium Præceptoris deſumendum eſſe ſuper reditibus Canonicorum abſque diminutione numeri ipſorum: vt per Maynard. *dicto lib.* 1. *cap.* 10. idque tam in Capitulis Cathedralium, quàm Collegiatarum Eccleſiarum: vt per Eundem *cap.* 11. etiam ſi antea Capitulum, & Epiſcopus deſtinaſſent beneficium particulare, pro dicto Præceptore: vt *ibidem, cap.*12. ita quod in eius electione vna vox eſſet Epiſcopi, alia Capituli, tertia Conſulũ loci: vt *ibidem cap.* 13.



14 Plurima aliarum Curiarum arreſta apud Bleynianum videri poterunt, *in ſuo tract. de benefic.tit.de locis Collegialibus, num.*12.*in gloſſ. f.folio mihi* 210. Carond.*lib.*3.*reſp.*61. Tornet. *in ſua collectione arreſtorum, lit.P. num.*163. ad quos pro tota materia, & ad DD. per eos citatos lectorem remittimus, ne materiæ noſtræ penſionum limites tranſgredi videamur. Sufficit nobis concludere, quod Præceptorialis præbenda nullo penſionis onere in Gallia poteſt grauari ex DD. & rationibus ſuperiùs deductis.

Præbendæ Pœnitentialis non eadem eſt 15 ratio, nec idem fauor; hæc enim penſionem patitur ſicut & cætera beneficia, etiam in Gallia: vt aduertit Brodeau ad Louet *dicta littera P.num.*46.

## CAPVT LXVII.

### *ARGVMENTVM.*

EXCOMMVNICATOS, ſicut beneficiorum, ita & penſionum incapaces eſſe probatur; adeò vt nec in iudicio petitorio audiendi ſint, nec in poſſeſſorio, etiam ſummariſſimo; ſi de excommunicatione conſtet euidenter; cùm nec etiam parte volente in iudicio admittendi ſint, niſi tanquam rei ad ſe defendendum & excipiendum. Clauſula *téque abſoluentes*, quam vim habeat ad iuuandum excommunicatum, vel cenſuris irretitum? Vtrum per eam permittatur exercitium Ordinum, intereſſentia in Diuinis, & ſimilia? Vtrùm Epiſcopi, vel alij Papa inferiores vti poſſint hac clauſulâ, & quid tunc operetur? Quid de Legato Auenionenſi, & vtrum iuuet inſordeſcentes?

### SVMMARIVM.

1 *Excommunicati ſunt beneficiorum incapaces.*
2 *Nec non etiam penſionum Eccleſiaſticarum.*
3 *Cum excommunicatis non licet communicare.*
4 *Excommunicatus eſt incapax percipiendi fructus bonorum Eccleſiaſticorum.*
5 *Abſolutio poſt conceſſionem obtenta, non ſuffragatur penſionario, vel beneficiato.*
6 *Excommunicatus repellitur tam in iudicio petitorio, quàm in poſſeſſorio.*
7 *Iudex etiam parte volente non poteſt excommunicatum in iudicio admittere.*
8 *Excommunicatus propter recurſum interpoſitum ad Iudices ſæculares in cauſa Eccleſiaſtica, non eſt admittendus, etiam ſi agat ad manutentionem.*
9 *Excommunicatus, licèt agere non poſſit, tamen ſe poteſt defendere & excipere.*
10 *In iudicio manutentionis qui petit ſe manuteneri eſt actor originarius.*
11 *Clauſula abſolutionis à cenſuris debet interuenire in ipſa beneficij conceſſione, vel ante; & non ſufficit poſtea obtenta.*
12 *Clauſula abſolutionis ſemper cenſetur appoſita, licèt non exprimatur in conceſſione beneficij.*
13 *Illa Clauſula tantùm ſuſpendit impedimentum, donec gratia ſortiatur effectum, poſtea verò eſt inutilis.*
14 *Per illas clauſulas abſolutionis in reſcripto contentas impetrans non redditur capax ſpiritualium exercitiorum.*
15 *Clauſula,* téque abſoluentes, &c. *complectitur abſolutionem à cenſuris etiam in Bulla Cœnæ Domini reſeruatis; ad effectum vt quis beneficia conſequatur.*
16 *Non tamen prodeſt quando excommunicatio procedit ex cauſa hæreſeos.*
17 *Prodeſt quando adiecta fuit per inferiores à Papa, idque quatenus ſe extendit illorum poteſtas.*
18 *Epiſcopi poſſunt vti illa clauſula abſolutionis, quæ tamen non extenditur vltra illorum facultatem.*
19 *In Legatione Auenionis datur ex facultatibus poteſtas diſpenſandi in cuiuſcunque* generis

*generis excommunicatione.*

20 *Multi recenſentur caſus in quibus clauſulæ in prouiſionibus appoſitæ pro abſolutione à cenſuris nihil operantur, quæ recenſentur ex regulis cancellariæ.*

21 *Inſordeſcentibus non proſunt clauſulæ abſolutionis, & qui dicantur tales.*

1 HIc primo loco occurrit excommunicatus, qui beneficiorum capax non eſt; & collatio facta excommunicato eſt ipſo iure nulla: *cap. poſtulaſti, de Cler. excomm. miniſtr.* Innoc. & Abb. *in cap. cum noſtris, de conceſſ. præbend.* Couarr. *in cap. alma mater, de ſent. excomm. parte* 1. §. 7. *n.*1. Pariſ. *de reſignat. lib.* 4. *quæſt.* 3. *num.*32. Cokier *de permut. benefic. parte* 1. *cap.*33. *n.*1.

2 Et ſicut beneficij ita & penſionis Eccleſiaſticæ incapax eſt excommunicatus: Gig. *in tract. de penſionibus, quæſt.* 14. Couarr. *loco citato, num.*2. *verſic. nonò, dum idem in penſione.* Cokier *dicto cap.*33. *num.*8. Pariſ. *de reſignat.*
3 *lib.*4. *quæſt.*3. *num.*48. † Ratio eſt, quia cauſa propter quam excommunicatus eſt incapax beneficij, illa eſt, quia cum excommunicato non poſſumus communicare, *cap. poſtulaſtis, de Cler. excomm. miniſt.* quæ ratio etiam militat in reſeruatione penſionis, cuius ſolutio ſine magna communicatione fieri non poteſt.

4 Præterea excommunicatus eſt incapax fructuum Eccleſiaſticorum, adeò vt non faciat fructus ſuos, Rebuff. *in praxi, in forma nouæ prouiſ. in verbo, téque abſoluentes, n.* 18. per Gloſſ. *in cap. præter,* 32. *diſtinct.* quia Dei & Eccleſiæ inimicus non debet de Chriſti patrimonio viuere: Bald. *in cap.* 1. *columbn.*3. *in* 2. *lect. de iudic.* Garſ. *dicta parte* 7. *cap.* 13. *num.* 66. Monet. *de diſtrib. quotid. parte* 2. *quæſt.* 15. *num.* 24. Put. *deciſ.* 273. *aliàs* 280. *lib.* 1. Salgado *de Regia protect. parte* 2. *cap.* 5. *num.* 62. vbi plures allegat, Ioann. Cop. *in tract. de fructibus, ſub rubr. quod excommunicati fructibus ſuorum beneficiorum priuentur,* quod procedit licèt in ſententia excommunicationis nihil de fructibus dictum fuiſſet, Abb. *in dicto cap. Paſtoralis, §. verum, ſub num.* 17. *de appellat.* & per conſequens non debet excommunicatus penſiones percipere quæ ſuper fructibus beneficiorum reſeruantur.

5 Quod adeò verum eſt, vt abſolutio poſt conceſſionem obtenta, non ſuffragetur excommunicato; ſed illa debeat interuenire tempore reſeruationis, quia in iſtis ſpectatur initium: *cap. dudum, de election.* & in terminis penſionis, Cokier *dicto tract. de permut. benef. parte* 1. *cap.*33. *n* 8. poſt Archidiaconũ, *dict. cap. poſtulaſtis,* & Pariſ. *de reſignation. dicto lib.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 49. Campanil. *in diuerſ. iuris Canon. rubr.* 11. *cap.* 15. *num.* 16. hanc reddens rationem; quia ſicut excommunicatus non poteſt obtinere Literas Iuſtitiæ, ita & multo magis arcendus eſt ab impetratione Literarum gratiæ, ex *cap.* 1. *de reſcript. in* 6. Imò & excommunicato interdicitur adminiſtratio temporalium: Abb. *in d. cap. Paſtoralis, §. verum: n.*18. *de appellat.*

Et præmiſſa procedunt, non ſolùm in iu- 6
dicio petitorio, ſed etiam in poſſeſſorio ſummariſſimo, tam ex Regula generali, quod exceptio excommunicationis impedit manutentionem, quando eſt clara, & non turbida; Rota coram Gregor. XV. *deciſ.* 64. *num.* 3. & 13. Burat. *deciſ.* 306. *num.* 5. Rota *deciſ.* 514. *ſub num.*2. *part.* 2. *recent.* & de eo qui fuit excommunicatus ob non ſolutionem penſionis, quod repellatur etiam in iudicio manutenendæ, tradit poſt Buratum *loco citato* Poſt. *obſeruat.* 68. *de manutent. n.*21. *in fine, in vltima editione,* vbi locum hoc habere aſſerit, dummodo hæc exceptio fuerit in actis producta, & probata, *num.* 23. † quia
Iudex, etiam Parte volente, non poteſt ex- 7
communicatum admittere, idem *num.* 24.
Zach. *de oblig. Camer. quæſt.* 17. *num.*5. † Et in 8
indiuiduo de ſolutione penſionis petita in iudicio poſſeſſorio manutenendæ poſſeſſionis fuit deciſum in *Valentina penſionis,* 31. *Ianuary* 1600. *coram Litta,* inſerta apud Marcheſ. *de commiſſ. tomo* 1. *fol.* 1050. & iterum *tomo* 3. *fol.* 353. vbi cum Michaël prætenderet ſe manuteneri in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem in Petrum: Et Petrus vice verſa prætenderet Michaëlem vti excommunicatum repellendum eſſe à limine iudicij: Rota denegauit Michaëli manutentionem, ex eo quod per recurſum habitum ad Iudices ſæculares incidiſſet in excommunicationem contentam in Bulla *Cœnæ Domini.*

Neque obſtare dictum fuit, quod licèt ex- 9
communicatus agere non poſſit, illi tamen non prohibetur quin ſe defendat; vt fuit deciſum in *Salamantina Canonicatus, die* 24. *Maij* 1595. *coram Blanchetto Seſe de inhib. cap.* 8. §. 3. *num.* 175. & Farinac. *conſil.* 68. *num.* 14. *in fine, lib.* 1. vbi allegatur Menoch. *remed.* 3. *retin.*
*poſſeſſ. num.* 711. † Quidquid enim *ibi* dicatur, 10
veriſſimum eſt, quod excommunicatus non poteſt petere mandatum de manutenendo, quia in illo iudicio non eſt reus neceſſarius, ſed actor originarius, & ſignanter dum petit in primis & ante omnia ſibi ius dici ſuper manutentione, vices actoris ſuſtinet: tum etiam quia tanquam excommunicatus, non poteſt fructus beneficij vel penſionis ſuos facere, vt ſuperiùs probatum fuit: & deciſionum contrariarum nulla habita fuit ratio in Rota. Ideò remanet inconcuſſa veritas, quod etiam



etiam in iudicio manutentionis exigendi penſionem, excommunicatus non eſt audiendus.

11 Quod intelligendum eſt, quando agitur de excommunicatione ſuperueniente poſt penſionis conceſſionem: quæ enim ante opponi poterat, ſanatur per clauſulas ſalutares, quæ in omnibus conceſſionibus opponi ſolent, quæ ſic concipiuntur; *Téque à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes;* Hæ ſiquidem clauſulæ non ſolùm in omnibus prouiſionibus apponuntur teſte Gig. *de penſ. quæſt.* 14. *num.* 9. Barboſ. *de clauſ. cap.* 179. *num.* 2. Marta *de*
12 *clauſ. cap.*47. *num.*1. *part.*1. † Sed etiam quamuis omitterentur, tamen haberentur pro appoſitis: Rebuff. *in forma nouæ prouiſionis, in verbo, téque abſoluentes:* Ricciullus *de iure perſon. extra grem. Eccl. exiſtent. lib.* 4. *cap.*9. *num.*2.

13 Hæc igitur clauſula, quamuis realiter & cum effectu non operetur abſolutionem, tamen ſuſpendit impedimentum proueniens ab excommunicatione, quovſque gratia ſuum ſortiatur effectum; quo ſubſecuto, ſtatim impetrans reincidit in excommunicationem: Garſ. *dicta part.*7. *cap.*13. *num.*62. Ricciul. *dicto cap.*9. *lib.*4. *num.*4. Barboſ. *dicta clauſ.* 179. *num.*5.

14 Et ideò illa clauſula non facit quin prouiſus arceatur à celebrando, ſicut nec poteſt (non obſtante illa clauſula) Diuinis intereſſe, Ordinibus ſacris initiari, & alia facere quæ excommunicatis ſunt prohibita: Ricciull. *vbi ſupra, num.*5. Garſ. *dicto lib.*7. *cap.*13. *num.*65. Rebuff. *in dicto verbo Téque abſoluentes, num.*15. & 19. Barboſ. *loco cit. num.*6.

15 Porrò huius clauſulæ ea vis eſt, vt comprehendat abſolutionem ab omnibus excommunicationibus etiam Summo Pontifici reſeruatis, imò & comprehenſis in Bulla *Cœnæ Domini:* Auila *de cenſur. part.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 5. *dubit.* 2. *in fine, in verſiculo, ſecundò noto.*

16 Qui tamen limitat, vt locum non habeat in excommunicatione incurſa propter hæreſim: Felin. *in cap. Apoſtolica, columbn.* 1. *de exception.* quem citat & ſequitur Couarr. *in cap. alma mater, part.* 1. §. 11. *num.*15. *verſic.*2.

17 Alia limitatio eſt, vt prædicta abſolutio non cum eadem efficacia locum habeat in abſolutione, in vim illius clauſulæ appoſitæ in prouiſionibus aliorum inferiorum; veluti Legati, vel Nuncij: ſiquidem illa clauſula in Inferiorum prouiſionibus adiecta non ſortitur effectum, niſi quatenus ſe extendunt facultates Nuncij, vel Legati concedentis: vt probat Garſ. *dicta parte* 7. *cap.*13. *num.* 68.

Poteſt igitur, ſi velit, Epiſcopus hanc 18
apponere in ſuis prouiſionibus clauſulam: ſed eius effectus non extendetur vltra caſus, in quibus diſpenſare ipſe poteſt: Garſ. *ibidem num.* 71. Ricciullus *de perſ. extra grem. Eccl. exiſt. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 11.

Quæ difficultas locum non habebit quoad 19
prouiſiones factas in Legatione Auenionenſi: quia Legatus Auenionis habet facultatem diſpenſandi etiam in caſibus contentis in Bulla *Cœnæ Domini,* vt oſtendimus *in noſtro ſecundo volumine Quæſt. & reſolut. Benef. cap.* 200. *art.* 47. *dictarum facultatum, fol.* 182. & apponendi clauſulam illam generalem, *Téque abſoluentes, &c. vt in articulo* 14. *earundem facultatum, fol.* 178. addendo clauſulam, *etiam ſi non niſi à Summo Pontifice abſolui poſſet.*

Vltimò notandum eſt, iſtam clauſulam 20
in certis caſibus nihil operari, & perinde eſſe ac ſi non fuiſſet appoſita, qui enarrantur in Regula Cancellariæ, quæ inter Regulas Alexandri VII. Pontificis maximi nunc fœliciter regnantis, eſt *in ordine* 66. qua cauetur, dictam clauſulam abſolutionis in Literis Apoſtolicis adiectam, non ſuffragari non parentibus rei iudicatæ, Incendiariis, Violatoribus Eccleſiarum, Falſificatoribus, & falſificari procurantibus Literas & ſupplicationes Apoſtolicas, & illis vtentibus, receptatoribus aut fautoribus eorum; & res vetitas ad Infideles deferentibus, Violatoribus Eccleſiaſticæ Libertatis, via facti, auſu temerario, Apoſtolicis mandatis non obtemperantibus; & Nuncios, vel Executores Apoſtolicæ Sedis, & eius Officialium commiſſa exequentes impedientibus; & illis qui propter præmiſſa, vel aliquod eorum excommunicati à Iure, vel ab homine per quatuor menſes ſcienter excommunicationis huiuſmodi ſententiam ſuſtinuerint; & generaliter quibuſcumque aliis, qui cenſuris aliquibus etiam aliis quàm vt præfertur, quomodolibet ligati in illis per annum continuum inſorduerint.

Ex quibus patet quod inſordeſcentes per 21
annum non poſſunt iuuari illa clauſula generali abſolutionis in Literis & prouiſionibus Apoſtolicis contenta: ſed in caſibus ſpecialibus ſuperiùs enarratis non requiritur inſordeſcentia in excommunicatione per annum, ſed ſufficit quod remaneat per tempus quatuor menſium iuxta diſpoſitionem prædictæ Regulæ Cancellariæ.

# CAPVT LXVIII.

## ARGVMENTVM.

IRREGVLARITAS aut Suſpenſio quomodo differant, & vtrum ex illis oriatur priuatio beneficiorum antea obtentorum, aut in futurum obtinendorum: & vtrum eadem priuatio locum habeat in penſionibus. Irregularem multos actus exercere poſſe qui non reſpiciunt exercitium Ordinis Sacri. Irregularis ad obtinenda beneficia inhabilis eſt, ſi ex delicto oriatur Irregularitas; ſecùs ſi ex defectu corporis. Abſolutio à cenſuris irregularitatem non comprehendit. Irregularitas partialis non arcet ab exercitio, niſi pro parte quæ illius cauſam præbet.

## SVMMARIVM.

1 *Irregularitas quid ſit.*
2 *Et quomodo à Suſpenſione differat, & quæ ſit illius definitio.*
3 *Suſpenſio non nocet in beneficij adeptione quia continetur ſub clauſula abſolutionis à cenſuris.*
4 *Suſpenſio non priuat penſionibus antea obtẽtis.*
5 *Collatio Irregulari facta ſine diſpenſatione, nulla eſt.*
6 *Irregularis penſionum obtinendarum incapax eſt.*
7 *Penſio alicui aſſignata in ſtipendium non amittitur propter irregularitatem.*
8 *Penſionis Irregularem incapacem eſſe, quoad illam obtinendam.*
9 *Quicumque beneficij, idem & penſionis, incapax eſt.*
10 *Sed quomodo hoc procedat, explicatur.*
11 *Qui alteri pro penſione nomen accommodat, non ſubiaceat excommunicationi quæ datur aduerſus eos qui pro beneficio pro alio ſe ſupponunt examini.*
12 *Quomodo irregularitas noceat in obtinendis penſionibus, non in obtentis.*
13 *Reijcitur Innocentij ſententia, Irregulares ad obtinenda admittere volentis.*
14 *Homicidium non priuat penſionibus iam obtentis.*
15 *Irregularitas non priuat penſionibus antea obtentis, ſed nec poſſeſſione beneficij.*
16 *Irregularis, ante priuationem, penſiones & fructus ſuos facit.*
17 *Multos actus Irregularem exercere poſſe ex multorum ſententia quæ reijcitur.*
18 *Irregularibus nec beneficia nec penſiones in titulũ perpetui beneficij erectæ conferri queunt.*
19 *Irregulari Prælaturæ Regulares non ſunt conferendæ.*
20 *De Irregularitate ex homicidio quæ non ipſo iure, ſed per ſententiam priuationem infert.*
21 *Refertur declaratio ſacræ Congregationis in hac quæſtione.*
22 *Declarationes ſacræ Congregationis habent vim legis.*
23 *Clauſula abſolutionis à cenſuris non abſoluit ab irregularitate, quia irregularitas non eſt cenſura, contra aliquorum ſententiam.*
24 *Dum agitur de irregularitate, non vocatur Abſolutio, ſed Diſpenſatio.*
25 *Differunt irregularitates quæ ex defectu, & quæ ex delicto ſunt.*
25 *Irregularitas ex defectu quædam eſt totalis, alia verò partialis, quarum exempla proponuntur.*
26 *Qui partialem habet ex defectu corporis irregularitatem, non impeditur exercere quæ ſuæ irregularitati non repugnant; quod ibidem explicatur.*
27 *Irregularitas ſine culpa non nocet penſionem habenti.*

IRREGVLARITAS ſic definitur, vt ſit Canonicum impedimentum ex facto, ſeu defectu proueniens, quo quis prohibetur ad Ordines Eccleſiaſticos promoueri, & in eiſdem miniſtrare: ita definit Couarr. *in clem. ſi furioſus, in principio n.* 1. 1

Differt à Suſpenſione, quia ſuſpenſio eſt vna de cenſuris, *cap. quærenti, de verb. ſignific.* at verò Irregularitas non eſt cenſura, vt infra dicemus. Suſpenſio autem eſt prohibitio officij, vel exercitij competentis alicui perſonæ Eccleſiaſticæ, à iure vel ab homine facta: ita notat Diaz. *in pract. crim. Canon. titulo de ſuſpenſis, cap.* 130. Et ideò Suſpenſio non nocet 3
in adeptione beneficij, & multò minus penſionis, propter clauſulam abſolutionis quæ in omnibus ſimilibus conceſſionibus apponi ſolet, & appoſita cenſetur. † Quod ſi Suſpenſio 4
poſt penſionis adeptionem ſuperuenerit, non eſt



eſt locus priuationi penſionis, niſi id in ſententia exprimatur; cum in pœnalibus appellatione beneficij non veniat penſio, vt inferiùs oſtendemus.

5 Irregulares ſunt beneficiorum incapaces, & collatio in illorum fauorem facta, eſt nulla, & inualida: *cap. cum in cunctis, §. finali, de election.* Felin. *in cap.* 2. *column.* 2. *& ſequent. de reſcript. & in cap. inquiſitionis, in* 2. *notab. de accuſat.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 32. *& lib.* 5. *quæſt.* 3. *num.* 181. *quæſt.* 6. *num.* 79. plures cumulat Garſ. *de benef. p.* 7. *cap.* 10. *num.* 2. Rota *deciſ.* 236. *num.* 2. *parte* 2. *recent.*

6 Sicut autem irregularis non eſt capax vt ei conferantur beneficia, ita nec capax eſt vt ei conferantur penſiones: Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. in praxi iuris patronatus, deciſ.* 185. *num.* 178. Sed diffuſius *in deciſ. Curiæ Archiep. parte* 2. *deciſ.* 71. *per totam:* vbi dicit quod cùm quidam Clericus fuiſſet accuſatus de homicidio, & ad triremes ad quinquennium condemnatus, & dubitaretur vtrùm
7 priuandus eſſet penſione? † Quidam diſtinguebant, vtrùm penſio huic Clerico fuiſſet aſſignata in ſtipendium, putà pro ſeruitio temporali, ſeu aliàs, perinde ac ſi eſſet laicus; & hoc caſu penſionem amittere non debebat: Aut penſio fuiſſet illi aſſignata loco beneficij vt commodiùs ſuſtentari valeret; vel ex cauſa reſignationis, & tunc cùm ſuccedat loco beneficij, priuari debebat propter irregularitatem, quia huius generis penſiones eodem modo amittuntur quo beneficia: Gabr. *conſ.* 187. *num.* 11.

8 Sed generaliter penſionem non poſſe reſeruari in fauorem Irregularis, probat Garſ. *de benef. parte* 1. *cap.* 5. *num.* 135. Sanchez *in conſil. moral. lib.* 2. *cap.* 2. *dubit.* 14. *num.* 3. Tamburin. *de iure Abb. tomo* 3. *diſput.* 7. *quæſt.* 9. *num.* 9. rationem reddit Sanchez *in dictis con-*
9 *ſil. moral. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 14. *num.* 3. † Quia quicumque incapax eſt beneficij, eſt quoque incapax penſionis, ſaltem de ſtylo Curiæ, vt dicit Nauarr. per eum allegatus, dum de excommunicato agebat, quem etiam ſuprà penſionis incapacem diximus ex eodem Sanchez *lib.* 2. *dubit.* 10. *n.* 19. quibus in locis allegat Nauarrum *conſ.* 11. *num.* 2. *de tempor. ordin. in nouis*, & Leſſ. *de iuſt. & iure, lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 38. *num.* 203.

10 Quamquam illa Regula quod inhabilis ad beneficia, ſit etiam inhabilis ad penſiones, non ita generaliter procedat; cùm in diſpoſitione pœnali, qui declaratus fuit incapax ad beneficia, non ideò ſit incapax ad penſiones; vt etiam dicit idem Nauarr. *conſ.* 1. *num.* 15. *in fine, de reſcript. in impreſſione Lugdunenſi.*

Prout videmus in effectu, quia licèt per *Conſtitutionem* Pauli IV. *duodecimam*, per quam ſupponentes ſe pro aliis in Examine, vel impetrantes beneficia pro aliis, vt aliquid inde extorqueant; ſint excommunicati; tamen Conſtitutionis illius pœnæ locus non eſt aduerſus eos, qui penſionem impetrant pro alio id ignorante, animo poſtea aliquid paciſcendi circa penſionem: vt probat Bonac. *in tract. de excommunic. in particulari, diſput.* 2. *quæſt.* 3. *ſect.* 5. *punct.* 28. *num.* 3. *fol.* 236. cùm Penſionis, & Beneficij, non eadem ſit ratio. 11

Et propterea in hac quæſtione diſtinguendum eſt inter penſiones iam acquiſitas, & de nouo obtinendas: pẽſiones ſi quidem iam obtentas Irregularis non amittit, niſi renunciet illis, vel inhabilis per ſententiam declaretur; vt probat Nauarr. *conſil.* 35. *num. vltim. in fine, de homic.* ex doctrina Innocentij *in cap. cum noſtris, in principio, de conceſſ. præbend. in verbo, poſſidebat:* vbi dicit quod in homicidas & Irregulares cadere poteſt ius cuiuſlibet Dignitatis, quia iuſtè poſſident illam, ſi cum eis fuerit diſpenſatum; & etiam ſine diſpenſatione iuſtè tenent prædicti Dignitates ſuas quouſque renuncient, vel deponantur. 12

Quæ tamen Innocentij ſententia quoad beneficia obtinenda communiter reijcitur, quamuis multi eam ſequantur, quos congerit Garſ. *dicta parte* 11. *cap.* 10. *num.* 4. Sed in *illo capite*, quo agit de beneficiis obtinendis communis opinio eſt in contrarium; vt teſtatur *ibidem* Garſ. quem ſequitur Leſana *in ſumm. quæſt. regul. p.* 3. *in verbo, Beneficium, n.* 7. 13

Et hoc eſt quod voluit Curia Neapolitana apud Ricc. *parte* 2. *dicta deciſ.* 71. *num.* 3. *& ſequentibus*, dicens Irregularem ex homicidio non eſſe incapacem retentionis penſionis: quam opinionem fundauit ex doctrina Suares *tom.* 5. *diſput.* 44. *ſect.* 3. *num.* 39. Emanuel Sa *in ſuis Aphoriſmis Confeſſ. in verbo, Irregularitas, num.* 4. *&* 6. Henriq. *conſ.* 22. *n.* 5. Garſ. *loco cit. nempe parte* 1. *cap.* 5. *n.* 136. 14

Et cum in hac quæſtione DD. omnes fateantur, maiorem eſſe rationem priuandi beneficiis Irregulares potiùs quàm penſionibus, ſequitur, Irregulares non priuari penſionibus obtentis, ſicut non priuantur beneficiis adeptis, ſed tantùm arcentur ab obtinendis; cùm obtentis non priuentur ipſo iure, ſed tantùm per ſententiam: Garſ. *de benef. parte* 11. *cap.* 10. *num.* 47. Ideò nec irregularitas priuat poſſeſſione beneficij, Rota *deciſ.* 236. *num.* 19. *parte* 4. *recent. tom.* 2. retinet ergo Irregularis beneficia iam obtenta, Rebuff. *de pacif. poſſ. quæſt.* 25. *num.* 280. *aliàs* 226. Pariſ. *lib.* 5. *de reſignat. quæſt.* 4. *n.* 182. 15
† Et ideò ante priuationis ſententiam facit penſiones 16

penſiones & fructus ſuos. Felin. *in cap. de Quarta, num.* 33. *extr. de præſcript.* Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſa* 15. *num.* 150. Rota apud Burat. *deciſ.* 306. *num.* 7. *&* 8. & poteſt reſignare, Lezan. *part.* 3. *Summ. quæſt. Regul. in verbo, Irregularitas, n.* 5. *verſic. tertius effectus.*

17 Imò non deſunt grauiſſimi DD. qui indiſtinctè cenſuerunt peccare quidem mortaliter Irregularem acceptando beneficium in irregularitate, & ſimiliter retinendo; validam tamen eſſe collationem beneficij, & per conſequens penſionis, & facere fructus ſuos, neque teneri illos reſtituere, etiam ſi poſtea per ſententiam iudicis priuaretur illo beneficio. Item validè poſſe reſignare beneficium, antequam per ſententiam illo priuetur. Item non indigere alia rehabilitatione, vel noua collatione, ſi fuerit ad illud beneficium diſpenſatus. Poſſe etiam exercere omnes actus competentes ratione beneficij, imò & licitè, ſi non ſint actus Ordinis, & ſaltem ſi non ſit in mora petendi diſpenſationem. Validè etiã eligere, præſentare, beneficia conferre, iuriſdictionem exercere, Confeſſiones audire, miniſtrare Sacramenta, ſponſos benedicere &c. Ita Nicol. Plonius *in tract. de Irregul. reg.* 44. *num. mihi* 29. *&* 30. & alij quos citat, ſed non ſequitur Diana *parte* 4. *tract.* 2. *de irregul. reſolut.* 37. dicens non eſſe recedendum à contraria opinione tanquam tutiori in praxi ſed tamen illi qui contrariam ſequuntur ſententiam & nominatim Plonius *dicta reg.* 44. monent eos qui incurrerunt irregularitatem, vt caueant ne in irregularitate, vel in peccato mortali, vel ſuſpenſione beneficium recipiant: ideò tutius eſſe dicunt vt confiteantur ante receptionem, ne collatio ſit vitioſa: idem Plonius nititur authoritate Innocentij *in dicto cap. cum noſtris, de conceſſ. præbend.* quam nos in *hoc capite* ſuperiùs non eſſe ſequendam demonſtrauimus ex mente Rotæ Romanæ: quam ſententiam licèt non ſequatur, tamen probabilem illam dicit Lezan. in *ſumm. quæſt. regul. parte* 3. *in verbo, Irregularitas, num.* 1. *verſic. Secundò nota, & verſicul. Tertiò nota.*

18 Verùm, licèt eadem videatur ratio in penſionibus; quæ & in beneficiis, vt vtriuſque capax Irregularis videatur, tamen nos in *Quæſt. benefic. tom.* 1. *quæſt.* 94. ſecuti ſumus illam opinionem, quod Irregulares ſint inhabiles ad beneficia obtinenda, niſi præuia diſpenſatione; & collatio aliter facta, ſit nulla; quam etiam amplectitur Bonac. *in tract. de irregularit. diſput.* 7. *quæſt.* 1. *puncto* 4. *num.* 6. quia inquit deficit voluntas conferendi in Superiore, cùm credibile ſit, illum voluiſſe beneficium ſecundùm Canones conferre non habenti canonicum impedimentum; vt probatur *in dicto cap. poſtulaſtis, de Cler. ex comm. miniſtr.* Idémque dicendum exiſtimat de penſione, quæ titulo Clericali confertur, cuius collationem Irregulari factam dicit eſſe inualidam.

Quod ampliat vt etiam locum habeat in 19
Dignitatibus & Prælaturis Regularibus, per text. *in cap. in quibuſdam, de pæn.* quod etiam bene explicat Laurent. à Peyrin. *in tract. de prælat. quæſt.* 2. *cap.* 5. §. 3. *num.* 43. *& ſequent.* & Lezan. in *ſumm. quæſt. regul. parte* 3. *in verbo, Irregularitas, num.* 6. Bonacin. *tom.* 1. *de Irregularit. diſput.* 7. *quæſt.* 1. *puncto* 4. *num.* 6. In hoc tamen dicit ſtandum eſſe ſtylo Curiæ, quo ceſſante ſtylo, Irregularis non eſſet incapax penſionis: fatetur tamen irregularitatem ſuperuenientem non priuare ipſo facto, beneficio, vel penſione iam obtenta; vt per Eundem *loco citato, num.* 8. quamuis aliqui oppoſitum teneant, aduerſus quos militat communis opinio Doctorum. † Quia cum irregula- 20
ritas procedens ex homicidio non priuet ipſo iure beneficio (cum tamen hæc ſit omnium maxima) vt ex communi ſententia tenent Salzedo *in praxi crimin. cap.* 94. *ad num.* 2. ergo nec alia ſuperueniens irregularitas priuabit beneficio obtento, vel penſione; maximè verò ſi irregularitas proueniat ex ægritudine, ne afflicto detur afflictio: *cap. ex parte, de cler. ægrotante.*

Licet autem Irregularis propter homicidium, non ſit priuatus beneficio ipſo iure, tamen priuandus erit beneficio, ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. Sed non ideò penſione priuandus eſt, quia in pœnalibus verba ſtrictè accipienda ſunt, & penſio in ſtricta interpretatione non continetur ſub beneficij appellatione, & ita declaratum fuit per Sacram Congregationem eminentiſſimorum Cardinalium ſacri Concilij Tridentini Interpretum, Teſte Bonacin. *de Irregular. diſput.* 7. *quæſt.* 1. *num.* 13. & Garſ. *de benef. parte* 1. *cap.* 5. *num.* 13. quam etiam nos retulimus *in primo volumine Quæſt. benefic. cap.* 94. *num.* 23. † Ver- 21
ba autem Declarationis hæc ſunt, vt refert etiam Barboſ. *ad Concil. Trid. ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *in verbo, Sed omni ordine & beneficio:* &c. *Hoc decretum, quod loquitur de incapacitate beneficiorum, in qua ſunt homicidæ, non extenditur ad penſiones.* † Quamuis enim hæc Declaratio 22
difficultatem patiatur, ex ſupradictis; tamen illi ſtandum eſt, vt dicit Garſ. *num.* 138. cum huiuſmodi Congregationis Declarationes habeant vim Legis, etiamſi non ſint productæ, neque publicatæ. Add. ad Burat. *deciſ.* 479. *num.* 20.

Sed quid dicendum, ſi in prouiſione beneficij, aut penſionis reſeruatione, adſit illa clauſula, *Téque à quibuſvis excommunicationis ſententiis, cenſuris, & pœnis abſoluentes, &c.* de qua



qua egimus *in cap. præcedenti*, dum de excommunicatione ageremus: vtrùm ex hoc cenſeatur impetrans abſolutus ab irregularitate? Reſpondetur quod non; vt reſoluit Nauarr. *conſil.* 66. *num.* 1. *de ſentent. excommunicat.* quia Papa nunquam cenſetur abſoluere ab excommunicatione, vel abſoluendi facultatem tribuere, niſi id exprimat: idem tenet Pariſ. *de reſignat. lib.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 40. Rebuff. *in praxi, in forma noua prouiſion. in verbo, Téque abſoluentes, num.* 5. adeò vt dubia reddatur ſententia Laurent. de Peyrinis *in tractat. de Prælat. quæſt.* 2. *cap.* 5. §. 3. *num.* 46. dicentis per illa verba, *à cenſuris, & pœnis*, cenſeri comprehenſam abſolutionem ab irregularitate, ex eo quod taciti & expreſſi eadem eſt ratio: ſiquidem contrarium verius videtur, quia Irregularitas, non eſt cenſura: *cap. quærenti, de verb. ſignif.* Bonacin. *de Irregul. diſput.* 7. *quæſt.* 1. *n.* 2.

24 † Et dum agitur de irregularitate, non datur Abſolutio, ſed vocatur Diſpenſatio; Rota apud Garſ. *part.* 7. *cap* 11. *num.* 8. *in fine, verſicul. & propterea:* idem Garſ. *dicto cap.* 11. *num.* 56.

25 Cæterùm pro totius materiæ intelligentia ſciendum eſt, duplicem eſſe Irregularitatis ſpeciem, quarum prior procedit ex defectu, poſterior ex delicto: Bonacin. *dicta diſput.* 7. *quæſt.* 1. *num.* 6. Diuiditur etiam in totalem, & partialem; totalis eſt illa quæ priuat omni Ordine ſuſcipiendo, & omni vſu ſuſcepti; partialis verò, quæ non omni Ordinis miniſterio, ſed aliquo tantùm priuat, Lezana *dicta parte* 3. *in verbo, Irregularitas, num.* 3. quando autem irregularitas eſt partialis, & prouenit ſine culpa, tunc prohibetur dumtaxat irregularis ab illis beneficiis, in quibus requiritur exercitium illius Ordinis, quem ipſe impeditur exequi; veluti, ſi cui abſciſſi ſunt quatuor digiti, licèt non poſſit Miſſam celebrare, poteſt tamen omnia exercere in quibus digiti non ſunt neceſſarij; veluti Confeſſiones audire, abſolutionem dare, & alia ſimilia facere: vt dicit Bonacin. *dict. quæſt.* 1. *puncto* 4. *n.* 2. *&* 3.

Ideò non impeditur qui partialem habet 26
irregularitatem, beneficia illa obtinere, in quibus irregularitas non obſtat functionibus in illo beneficio requiſitis; veluti ſi beneficium non requirat aliquem Ordinem, tunc enim patiens aliquem morbum, aut alium defectum, qui reddat illum irregularem, ſed non inhabilem ad functiones beneficij; eſt capax illius, non obſtante tali defectu, vt deciſum fuit apud Verall. *deciſ.* 236. *parte* 2. Rota *deciſ.* 236. *num.* 3. *parte* 2. *recentior.* Bonac. *de irregul. diſput.* 7. *quæſt.* 1. *num.* 3. vbi dicit, quod licet aliqui Doctores reſtringant dictam propoſitionem, ad irregularitatem incurſam ſine culpa, tamen verius eſſe, id procedere etiam in irregularitate procedente, ex culpa poſſidentis beneficium; etiamſi irregularitas contracta fuerit cum peccato vt idem dicit *ibidem*, verſic. *ſed doctrina,* poſt Suarem *diſput.* 40. *ſect.* 2. *num.* 38. † Multò igitur magis ille, 27
qui non eſt totaliter irregularis, & maximè ſine ſua culpa, obtinere poterit penſionem Eccleſiaſticam, in qua nullum requiritur Sacrorum Ordinum exercitium.

## CAPVT LXIX.

### *ARGVMENTVM.*

PER ingreſſum Religionis non extingui penſiones, niſi ſecuta profeſſione: Nouitios pendente nouitiatus anno, penſiones retinere, & conſequi poſſe; imò & poſt annum, ſi nouitiatus porogetur, prout in Societate Ieſu, in qua prorogatur ad ſecundum annum & in qua ante vota biennij fieri debet renunciatio, ex illius Ordinis conſtitutionibus Anno nouitiatus ex decretis Superiorum abbreuiato, extinguũtur etiam penſiones Nouitiorum, & fructus percepti, illis reſtituendi ſunt, ad quos bona Profeſſi deuoluuntur. Etiam per tacitam profeſſionem penſiones extingui; quæ tamen tacita profeſſio non admittitur in Gallia: Religioſi Melitenſes vtrùm per profeſſionem penſiones amittant; ſicut & alij Religioſi? An, & quando beneficia illius Ordinis ſint manualia? Et de iſtis penſionibus notabilia quædam proponuntur, huic Ordini ſpecialia.

SVMMARIVM.

1 *Tempore nouitiatus non vacant beneficia, ſed prouidendum eſt interim vt ſeruitium Eccleſiæ fiat.*

2 *Nouitius pendente nouitiatu, poteſt reſignare beneficia ſua.*

3 *No*

3 *Nouitij Ieſuitarum eodem iure cenſentur, pendente nouitiatu, ſicut Nouitij aliarum Religionum, in his quæ concernunt penſiones.*

4 *Nouitij dictæ Societatis obligantur ad reſignationem ſuorum beneficiorum antequam emittant vota bienny.*

5 *Nouitiorum Societatis penſiones vacant poſt emiſſa vota biennij* : & num. 7.

6 *Conſtitutio generaliter loquens de quibuſcunque beneficiis extenditur ad penſiones.*

7 *Pēſiones per profeſſionē extingui nemo dubitat.*

8 *Eodem modo vacant penſiones in Societate Ieſu, quo & beneficia.*

9 *Nouitio exeunti fructus ex penſionibus decurſi ſunt reſtituendi.*

10 *Reÿcitur ſententia exiſtimantium penſiones Nouitij vacare ante profeſſionem.*

11 *Donationes factæ Societati, vtrùm exeunti poſt vota biennij, ex Superiorum licentia, donanti reſtituendæ ſint? quæſtio eſt dubia.*

12 *Nouitiatus annus per aliquot menſes prorogari poteſt.*

13 *Tempus prorogatum eandem ſortitur naturam quam principale.*

14 *Explicatur text.* in cap. beneficium, de Regularibus in 6.

15 *Penſiones vacant per profeſſionem quamuis annus nouitiatus ex permiſſione Superiorum fuerit coarctatus.*

16 *Ampliantur ſupradicta, vt locum habeant tam in maioribus quàm in minoribus beneficiis.*

17 *Quomodo prouideatur in beneficiis continuam reſidentiā requirētibus, durante nouitiatu.*

18 *Non fiunt prouiſiones de beneficiis vacaturis per ingreſſum Religionis, donec profeſſio facta fuerit.*

19 *Reijcitur opinio Rebuffi exiſtimantis penſionem acquiri monaſterio poſt profeſſionem.*

20 *Nouitius ex diſpenſatione Pontificia penſiones obtinere poteſt poſt profeſſionem.*

21 *Per profeſſionem tacitam, quis verus Religioſus efficitur.*

22 *Penſiones vt per tacitam profeſſionem extinguantur quæ conditiones requirantur.*

23 *Quid Concilium Tridentinum ſtatuat circa tacitas profeſſiones.*

24 *Si penſio fuerit aſſignata pro ſeruitio temporali, cuius capax eſt Religioſus, illa non amittitur per profeſſionem.*

25 *Penſio non amittitur per profeſſionem ſi conſtet talem fuiſſe Pontificis mentem.*

26 *Penſio Profeſſis ſub quibus clauſulis & conditionibus aſſignetur.*

27 *Religioſi Melitenſes ſupponuntur quoad penſiones iiſdem regulis, quibus alÿ Religioſi.*

28 *Equites Melitenſes tria ſubſtantialia Religioſorum vota emittunt.*

29 *Beneficia omnia Melitenſium ſunt manualia.*

30 *Equites Melitenſes non ſunt capaces deferendi Nomen & Arma Domus.*

31 *Beneficia manualia Papa conferre poteſt ad vitam.*

32 *In Gallia poſſidens beneficium manuale, illo ſine cauſa priuari non poteſt.*

33 *Si Papæ narratum fuerit impetrantem penſionem eſſe Militem Melitenſem, tacitè diſpenſatus cenſetur.*

34 *Penſio Melitenſis non eſt ſoluenda primo anno vacationis beneficÿ.*

IN primis notandum eſt, dum nos 1
agimus de penſione, non comprehendi *in hoc tractatu* Nouitios, qui ante ſolemnem profeſſionem emiſſam, non amittunt penſiones, nec illarum ſunt incapaces, quia ſicut per ingreſſum in Monaſterium non vacant beneficia, donec ſecuta fuerit profeſſio, de qua textus eſt expreſſus, *in cap. beneficium, de Regularibus, in 6.* vbi dicitur, quod beneficium illius, qui Religionem ingreditur, non eſt intra annum probationis alicui conferendum, niſi ad id expreſſus illius accedat conſenſus; ſed interim eidem beneficio per alterum inſeruire debebit, aſſignata ſibi congrua de illius prouentibus portione. † Ex quo textu colligitur, 2
etiam liberum eſſe Nouitio, pendente probationis anno, beneficium in fauorem alterius reſignare, in illis verbis; *niſi ad id Nouitÿ accedat aſſenſus.* Quod etiam probatur per textum *in cap. ex tranſmiſſa, de renunciat.* Et ratio eſt, ne difficilior reddatur Nouitio facultas redeundi ad ſæculum, & ne ipſe beneficio ſpoliatus cogatur in Monaſterio quaſi inuitus remanere.

Notandum ſecundò, idem dicendum eſſe 3
de Nouitiis Societatis IESV, durante toto biennio probationis; quia Concilium Tridentinum *ſeſſ. 21. de Regularibus, cap. 16.* confirmat inſtitutum illius Societatis, quod biennium ad Nouitiatum præſcribit: quare cum ex iuris conceſſione Nouitiatus prorogetur, prorogari quoque cenſetur tempus renunciandi beneficia, quod Nouitiis à iure conceditur: ita Sanch. *in præcept. Decal. lib. 7. cap. 4. num. 7.*

Et ad euitandam controuerſiam, vtrum 4
qui in dicta Societate vota biennij emiſerunt, ante ſolemnem profeſſionem poſſint beneficia & penſiones retinere; ſtatutum fuit in Congregatione quinta generali eiuſdem Societatis, vt qui ante ingreſſum Societatis beneficia obtinerēt, finito probationis biennio, priuſquam vota ſimplicia Scholaſticorum emittant, illa reſignent, non obſtante canone primæ Congregationis; vt teſtis eſt Sanch. *dicto lib. 7. cap. 4. num. 7.*

Et



5 Et ſicut Nouitij beneficia non vacant ante profeſſionem, ſed vacant poſtquam illa ſecuta fuit, ita & idem de penſionibus ſtatuendum eſt; vt teſtatur Sanch. *d. lib. 7. c. 4. n. 13.*
6 † Quia text. *in dicto cap. beneficium, de Regular. in 6.* loquitur de *quibuſcumque* beneficiis: quo caſu appellatione *Beneficÿ*, veniunt penſiones: Gig. *de penſion. quæſt.* 19. *num.* 1. Et quia quoad extinctionem, quæ eſt Eccleſiæ fauorabilis, cùm per illam Eccleſia libertatem acquirat, penſio eodem iure cenſenda eſt, quo beneficia; ſecuta autem profeſſione, penſio non poteſt ſubſiſtere in perſona Monachi, quia proprium habere non poteſt, nec ad Monaſterium tranſire ſine Pontificis diſ-
7 penſatione. † Eandemquè ſententiam, quod penſiones extinctæ cenſeantur, per profeſſionem in Religione, probant Anton. de Marin. *quotid. reſol. lib.* 1. *reſol.* 60. *n.* 19. Gig. *q.* 99. *num.* 12. *de penſion.* quia Religioſus mortuus
8 eſt mundo. † In dicta autem Societate IESV, eodem tempore vacabunt penſiones quo & beneficia, Sanch. *dicto lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 13.
9 *in fine.* † Fructus autem beneficij, vel penſionis reſtituendi ſunt Nouitio exeunti tanquam ad ipſum iure proprio ſpectantes; ſi autem profeſſio fuerit ſubſecuta, fructus illi ad ſucceſſores Religioſi ſpectant, in quorum fauorem ipſe diſpoſuerit; Monaſterium verò ſucceſſionis incapax non admittetur ad hos fructus. In ſumma de iſtis fructibus iudicandum eſt eodem modo, quo de reliquis Nouitij bonis: ita etiam dicit Lezan. *in ſumm. quæſt. Regul. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 21.

10 Ideò cauendum eſt ab Emanuele Roderic. qui *in ſuis quæſtion. Regul. tom.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 1. *in fine*, dixit penſionem vacare ante profeſſionem: quia contrarium verius eſt; quod fatetur Hieron. Roderic. *in quæſt. Regularib. reſolut.* 15. *num.* 71. tum propter rationes allatas à Sanchez, tum etiam quia ratio, qua Concilium Tridentinum, *ſeſſ.* 21. *de Regul.* motum fuit ad decernendum, Nouitio omnia bona reſtituenda eſſe, etiam hoc caſu militat, nempe ne difficilior reddatur Nouitij ad ſæculum reditus.

11 Quæ ratio locum non habet in Religioſis Societatis IESV, poſt vota biennij emiſſa, cùm non ipſis liceat liberè ad ſæculum redire: & ideò donationes factas per Religioſum, ipſo exeunte, non reſtitui, ſed apud Domum Regularem Societatis manere; dixêre Molin. *de iuſt. & iure, diſp.* 139. *columm.* 3. *verſic. illi, & columm.* 4. *verſic. Nouitÿ:* Suares *de Relig. tom.* 4. *lib.* 3. *cap.* 14. *num* 31. Sanchez *in præcepta Decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 1. *quæſt. vltima à num.* 31. *vſque ad* 35. quamuis illorum ſententiam pluribus rationibus impugnet Anton. de Marin. *lib.* 2. *reſol. cap.* 195. *num.* 6. *& multis ſequentibus*; quod non decido, ne tam Illuſtriſſimæ Societatis iura ſubuertere videar, *quam ſummo proſequor honore:* videri poterunt rationes apud Eundem de Marin. copiosè deductæ, & examinari, ſi caſus occurrat.

Notandū Tertiò, quod diximus de pēſione 12
non amittenda tempore Nouitiatus, eodem modo locum habere ſi tempus Nouitiatus fuerit prorogatum ad aliquot menſes; † pro- 13
vt fieri poteſt: ex Sanch. *in præcep. Decal. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 21. Mirand. *in manuali Prælat. Regul. tom.* 1. *quæſt.* 25. *art.* 11. cum pluribus aliis, quos citat & ſequitur Barboſ. *de iure Eccleſiaſt. vniuerſ. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 230. quia tempus prorogatum eandem ſortitur naturam, quam tempus principale. † Et verba *in* 14
*dicto cap. beneficium, de Regul. in 6.* in quibus fit mentio anni, cenſentur apposita gratia frequentioris vſus; ideò non reſtringunt legem, nec impediunt quominus ad ſimiles caſus extendatur: Gloſſ. *in lib.* 2. *in verbo, Iudici, C. de his qui ad Eccleſ. confugiunt, & l. vnica, verſic. ſponſus, C. de raptu virg.* Rebuff. *in tract. nominat. quæſt.* 5. *num.* 25.

Præterea quia ſicut anno coarctato, pro- 15
vt ante Concilij conſtitutionem permiſſum erat, iuxta *cap. ad Apoſtolicam, de Regul.* ita ſi hodie ex conceſſione Pontificis Summi, annus Nouitiatus coarctetur (prout fit aliquando) beneficia vacant à die profeſſionis, ob claram diſpoſitionem *dicti cap. beneficium*: idem dicendum eſt in anno prorogato: quia Concilium potiùs conſiderauit tempus profeſſionis, quàm ſe reſtringere voluerit ad lapſum anni; & per hanc rationem, & alias, concludit ita Sanch. *in præcept. Decal. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 6. † Sed idem Author *loco citato,* 16
*num.* 3. dicit prædicta locum habere tam in maioribus, quàm in minoribus beneficiis; quia vtrobique eadem ratio militat: ne videlicet ſi Nouitium egredi contingat, prout illi permiſſum eſt, ſuo beneficio maneat ſpoliatus: & allegatur Gig. *de penſion. quæſt.* 57. *num.* 5.

Notandū Quartò, dubitari poſſe, quid di- 17
cendum ſit de beneficio continuam reſidentiam requirente, veluti ſi in fundatione cautū ſit, vt abſente Capellano certo tempore, beneficium vacet? Et in hac quæſtione reſpondet *ibidem* Sanch. *num.* 4. non propterea beneficium amitti, quia voluntas eorum qui fundarunt præſumitur conformari ad ius commune, vt tradunt communiter DD. *in l. hæredes mei, §. cum ita ff. ad Trebell.* maximè quia in dubio fauendum eſt Religioni.

Et hac de cauſa facta eſt Regula Cancel- 18
lariæ 45. qua cauetur, non eſſe concedendas Literas ſuper beneficiis vacaturis per ingreſ-



ſum

ſum Religionis, niſi profeſſio præceſſerit
Datam deſuper petitionis: quæ Regula ho-
die eſt quadrageſima ſexta inter Regulas
ſanctiſſimi Domini N. Alexandri Papæ VII.
nunc feliciter regnantis.

19 Non eſt igitur inſiſtendum in opinione
Rebuff. *in tract. de pacif. poſſeſſ. in vltima*
*concluſio. num.* 157. exiſtimantis penſionem
non extingui per ingreſſum in Monaſte-
rium, ſed ipſi Monaſterio acquiri durante
vita Monachi, quia Religioſus retinet actus
naturales; & ideò Monaſterio penſionem
acquiri durante vita Monachi, vt conuerta-
tur in eius alimenta. Contrarium enim ve-
rius eſſe *ſuprà* oſtendimus: vt tradit Gig. *de*
*penſion. quæſt.* 57. Rota *in Ceſenaten. penſionis*
24. *Ianuar.* 1594. *coram Gipſio*, quam citat &
ſequitur Cokier *ad reg.* 45. *Cancell. num.* 6.
20 † Quamuis negari non poſſit, quin ex diſ-
penſatione Pontificia Nouitius poſt profeſ-
ſionem penſionis obtinere poſſit, vt dicit
Gigas *dicta quæſt.* 57. *num.* 7. *in fine*. Et pro-
pterea propter diſpenſationis poſſibilitatem,
exceptio extinctionis per profeſſionem, non
impedit manutentionem in exactione pen-
ſionis, donec ſuper illa exceptione fuerit
iudicatum; vt fuit deciſum apud Verall. *de-*
*ciſ.* 223. *parte* 2.

21 Quæres vtrum per profeſſionem tacitam,
beneficia & penſiones vacent? Reſponde-
tur eandem eſſe vim expreſſæ, & tacitæ
profeſſionis; quia per vtramque quis verus
Religioſus efficitur, & Monaſterio obliga-
tur, etiam poſt Concilium Tridentinum, vt
notat Honded. *conſ.* 78. *num.* 21. *&* 22. *vo-*
22 *lum.* 2. † Et per conſequens ſicut per expreſ-
ſam, ita & per tacitam profeſſionem vacant
beneficia, & extinguntur penſiones profeſſi;
dummodò tamen in tacita profeſſione in-
ducenda, concurrant requiſita collecta per
Barboſam *in tract. de iure Eccleſ. vniuerſ. dicto*
*cap.* 42. *lib.* 1. *num.* 157. *& ſequentibus*. Pri-
mum eſt, vt habitum deferens illum ſuſce-
perit coram Superiore & aliis omnibus Reli-
gioſis ſimul Secundũ, vt habitus ſuſceptus de-
feratur intra ipſum Monaſterium. Tertium,
vt ſciat deferens ſic habitum, & actus Reli-
gioſis competentes ad ſolos profeſſos perti-
nere. Quartum, vt iſti actus fiant animo
emittendi poſſeſſionem: quæ omnia requiſita
recenſet Sperell. *dec.* 161. *n.* 42. quibus addit.
Quintum, videlicet, vt ſic profeſſus ſextum-
decimum ſuæ ætatis annum expleuerit.

23 Neque tacitas iſtas poſſeſſiones reijcit
Concil. Trident. imò & illis fauet, dum de-
clarat poſt lapſum quinquennij, neminem
ad profeſſionis nullitatem agentem audien-
dum eſſe; vt declarat Merlin. *deciſ.* 1. *num.* 9.
*& ſequent.* Quid autem dicendum ſit quan-
do habitus Profeſſorum eſt ab habitu Noui-
tiorum diſtinctus? docet Barboſ. *dicto* 1. *lib.*
*cap.* 42. *num.* 161. *& ſequentibus.*

Notandum porrò eſt Quintò, ſupradicta 24
locum habere dum agitur de penſionibus
datis titulo ſpirituali: quia ſi ageretur de pen-
ſionibus aſſignatis pro aliquo ſeruitio tem-
porali, cuius capax eſſet Religioſus, non cen-
ſeretur eſſe extincta per profeſſionem; ve-
luti ſi pro pulſandis campanis vel organis,
aut alia re ſimili; ad inſtar matrimonij; quo
per verba de præſenti celebrato, penſio non
amittitur, ſi in ſtipendium fuerit aſſignata:
Rota *deciſ.* 1079. *parte* 3. *lib.* 3. *diuerſ.* Sanch.
*lib.* 7. *de matrim. diſp.* 44. *num.* 3. *&* 4.

Notandum etiam quod penſio non ex- 25
tinguitur per profeſſionem, ſi cõſtet talem
fuiſſe mentem Summi Pontificis: Mantic.
*dec.* 103. *n.* 7. Caccialup. *de penſion. q.* 30. Sanch.
*de matrim. lib.* 7. *diſp.* 44. *num.* 7.

Notandum Septimò quod quando Sum- 26
mus Pontifex concedit retentionem penſio-
nis poſt profeſſionem, ſolet illam concedere
in adminiſtrationem, & ſub poteſtate ſui
Superioris & ſub hac forma: *Et de reſerua-*
*tione penſionis prædictæ in adminiſtrationem pro*
*dicto Oratore ad vſus Religioſos tantùm, ita vt*
*eius Superiori quandocumque, & quotieſcumque*
*ab eo requiſitus fuerit, rationem adminiſtrationis*
*huiuſmodi reddere teneatur.*

Notandum Octauò, quod dum de Religio- 27
ſis loquimur, cõprehenduntur Religioſi Or-
dinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, niſi
ad id fuerint expreſsè diſpenſati; non ob-
ſtantibus adductis per Sanchez *in Decal. lib.* 7.
*cap.* 29. *num.* 103. quia in contrarium eſt vſus
Curiæ Romanæ, vt probatur ex traditis per
Conrad. *in praxi diſpenſation. dicto lib.* 7. *cap.* 1.
*num.* 37. vbi dicit fuiſſe aliàs diſpenſatum
cum quodam Milite S. Iacobi, vt penſionem
ad certam ſummam aſcendentem ſibi reſer-
uare poſſet, dummodo legitima interueniſ-
ſet diſpenſatio. † Et ratio eſt, quia iſti Equi- 28
tes Melitenſes ſunt verè & propriè Religio-
ſi, cùm emittant tria vota ſubſtantialia, Pau-
pertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ. Rota
apud Gregor. *deciſ.* 109. *num.* 1. *&* 2. *& in*
*Additione.* † Vbi propterea dicitur, omnia 29
apud iſtos Milites beneficia eſſe manualia,
& ad nutum Magni Magiſtri amouibilia:
Mohedan. *deciſ.* 10. *de cauſa poſſeſſ. & pro-*
*priet.* vbi dicitur, quod iſti non habent vel-
le; nec nolle; & ſunt feudi incapaces. † Et 30
in effectu Doctores exiſtimant illos non eſſe
capaces conſeruandi Nomen & Arma fami-
liæ: Barry *de ſucceſſ. lib.* 17. *titulo de condit.*
*ferendi nomen, num.* 11. poſt Papon. *lib.* 1. *tit.* 10.
*arreſto* 7. Caſtill. *lib.* 3. *controuerſ. cap.* 12. *n.* 54.
† Sed tamen per plures Summos Pontifices, 31





horum beneficiorum conceſſiones, etiam
per reſignationem ſe vidiſſe teſtatur Add. ad
Pariſ. *lib.* 2. *quæſt.* 14. *in fine*, de quo etiam *dict.*
*lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 5. *&* 8. vbi dicit hoc caſu
non poſſe huiuſmodi beneficia auocari per
inferiores, quamuis ex eorum natura ma-
nualia ſint, ſi Summus Pontifex illa vti per-
petua ex certa ſcientia contulerint. Quod
etiam nos probauimus *in noſtris Quæſtion. be-*
32 *neficial. tom.* 1. *cap.* 106. *num.* 9. † Imò & in
Gallia poſſidentes beneficia manualia non
poſſe ſine cauſa illis priuari, oſtendi *tom.* 1.
*Quæſt. benef. parte* 2. *cap.* 1. §. 6. *num.* 13. *& ſe-*
*quentibus.* Et quod de Equitibus Melitenſi-
bus dictum eſt, confirmatur per Rotam *in*
*Nolana penſionis coram Sacrato*, incerta apud
Marcheſ. *tom.* 1. *de commiſſ. fol.* 621. *deciſ.* 25.
*& in recent. part.* 2. *dec.* 656. *n.* 7. † Vbi tamen 33
dicitur, quod ſufficit quod Pontifici narra-
tum fuerit, impetrantem penſionem eſſe Mi-
litem S. Ioannis Melitenſis abſque alia diſ-
penſatione; quia ex tali Narratiua oritur ta-
cita diſpenſatio; ex Gamb. *de Legat. lib.* 6.
*n.* 259. † Sed ſi penſio ſuper aliquo Prioratu 34
huius Ordinis fuerit impoſita, illius poſſeſſor
non tenetur ad ſolutionem penſionis pro
primo anno, cùm illo durante fructus nec
percipiat: Creſcent. *deciſ.* 3. *de ſolut.*

## CAPVT LXX.

### *ARGVMENTVM.*

CONTINVATVR hoc Capite materia penſionum, quæ profeſſis ſine ſpeciali Pontificis diſpenſatione non conce͏iuntur, & agitur de tacita Profeſſione in Gallia; de Religioſo ſuum benefi ium ſub penſione reſignante: de renunciatione beneficij, vel penſione facta durante Nouitiatu, non obſeruatis Concilij ſolemnitatibus: de Nouitio reſignante beneficium vel penſionem, ſub cuius titulo fuerat ad ſacros Ordines aſſumptus.

### SVMMARIVM.

1 *In Gallia tacitæ profeſſiones non admittuntur, ſed illarum probatio fieri debet per ſcripturam.*

2 *Religioſus beneficium ex Apoſtolicà diſpenſatione obtinens, non indiget noua diſpenſatione, ſi illud ſub penſionis reſeruatione reſignare velit.*

3 *Diſpoſitio Concilij prohibens renunciationes Nouitiorum, niſi fiant intra duos menſes ante profeſſionem, locum etiam habet in renunciatione beneficij, vel extinctione penſionis ex veriori ſententià.*

4 *Beneficium non ſeruata forma Conſilij reſignatum alteri conferri non poteſt.*

5 *In reſignatione beneficij facta per Nouitium, nullum interuenit pactum vel ſimonia, ſed illa ſuſpenditur: vſque ad tempus profeſſionis ex iuris diſpoſitione.*

6 *Promotus ad Ordines ſub titulo beneficij non poteſt illud reſignare, ſi non habeat aliundè, ſed ſi habeat aliundè, debet nihilominùs renunciationem facere intra tempus, à Concilio ſtabilitum.*

7 *Concilium dum de beneficio in hac materia agit, penſiones quoque comprehendit, tempore Nouitiatus extinctas.*

8 *Patrimonij ad ſacros Ordines aſſignati alienatio, & penſionis extinctio æquiparantur.*

9 *Nouitius ſi ad ſæculum redeat, omnia recuperat ſicut poſtliminio reuerſus.*

10 *Nouitiatus non reddit quem penſionis capacem, niſi is ſit Clericus tonſuratus.*

11 *Nouitius eligi & præsẽtari poteſt ſi ſit Clericus.*

NOTANDVM tamen eſt Nonò quod 1
in Gallia tacitæ profeſſiones non ad-
mittuntur; neque probari poſſunt
per teſtes; ſed requiritur, pro probatione
profeſſionis ſcriptura, iuxta Ordinationem
Molin. latam quam refe t Theueneau, *lib.* 1.
*tit.* 10. *art.* 3. Et arreſtum deſuper latum re-
cenſet: Bouchel. *in ſumma beneficiali in verbò*
*profeſſion.*

Notandum eſt Decimò, quod ſi Religio- 2
ſus fuiſſet diſpenſatus à Summo Pontifice, vt
beneficium aliquod ſæculare poſſideret, il-
ludque poſteà reſignare vellet, reſeruata ſibi
penſione ſuper illo beneficio, non indigeret
noua diſpenſatione ad obtinendam penſio-
nem ſuper eodem beneficio reſeruatam, vt
teſtatur Corrad. *in praxi diſpenſ. dicto lib.* 6.
*cap.* 7. *num.* 38. licèt dicat Officiarios Romanæ
Curiæ, tenere quod noua exigatur diſpen-
ſatio. Quid dicendum ſit in beneficiis cura-
tis, *vide cap. ſequenti num.* 18.

3 Notandum Vndecimò quod diſpoſitio Concilij Tridentini *ſeſſione* 25. *de Regularibus cap.* 16. qua cauetur vt nulla renunciatio, aut obligatio facta per Nouitios intra annum probationis, etiam in fauorem piæ cauſæ ſit valida, niſi intra duos menſes proximos ante profeſſionem cum licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij facta fuerit, ac non aliter effectum ſortiri cenſeatur niſi ſecuta profeſſione, locum etiam habet in renunciatione beneficij, vel (vt ego cenſeo) penſionis, quamuis contrarium exiſtimauerit Garſias, *de benefic. parte* 11. *cap.* 9. *num.* 12. & 13. & Barboſa *de Epiſcop. parte* 3. *alleg.* 99. *num.* 19. quia contra eos ſtat communis ſententia: prout fatetur idem Barboſa, *in tract. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 233. & nos diximus *in primo volumine quæſt. benef. parte* 2. *cap.* 5. §. 5. *num.* 22. Pariſ. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 13. *num.* 5. Sanch. *in præcepta Decalog. lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 37. & 38. Mirand. *in Manual. Prælat. Regul. tom.* 1. *quæſt.* 23. *artic.* 5. Tamburin. *de iure Abb. tom.* 3. *diſput.* 6. *quæſt.* 10. *num.* 3. quamuis obiter, & non diſcuſſo articulo; contrarium elici videatur ex Deciſ. Durani 121. *num.* 33. Sed à communi ſententia non eſt recedendum, quam latè ab omnibus obiectis defendit Campanil. *in diuerſorio Iuris Canon. Rubr.* 12. *cap.* 3. *num.* 10. cui ſententiæ quam nos ſequimur fauet ſacræ Congregationis declaratio; de qua Pariſ. *loco citato*, & Campanil. *num.* 11.

4 Et ideò beneficium ita reſignatum Epiſcopus alteri conferre non poteſt, niſi emiſſa profeſſione; ex eiuſdem Congregationis ſententia, iuxta Pariſ. *loco citato num.* 7. ne Nouitius ob amiſſionem bonorum & redituum inuitus cogatur profiteri, & in hoc capite reijcienda quoque eſt Emanuelis Roderici ſententia volentis, nequidem intra duos menſes ante profeſſionem poſſe beneficium reſignari, (& per conſequens nec penſionem extingui:) quia inquit adeſſet ſimonia, propter pactum regreſſus ad beneficium, (idémque in penſione) in caſum quo non ſequeretur profeſſio.

5 Quæ tamen ratio friuola eſt quia hic nullum interuenit pactum expreſſum nec tacitum; ſed duntaxat in caſum ſecutæ profeſſionis renunciatio, aut extinctio habetur pro non facta ex diſpoſitione iuris; & non dicitur regreſſus, quia actus pro non facto habendus eſt, quia illius effectus ſuſpenditur, vſque ad tempus ſequutæ profeſſionis; altera eſt ratio Roderici, quod ſi aliter fieret, collatio beneficij non eſſet perpetua, contra naturam beneficiorum. Sed ad hoc benè reſpondet Campanil. faciendam eſſe differentiam inter renunciationem & collationem; hæc enim erit perpetua quia ante profeſſionem intra duos menſes fieri poteſt renunciatio beneficij, vel conſenſus extinctioni penſionis, ſed collatio aut effectus conſenſus non habebit effectum niſi tempore profeſſionis.

Notandum Duodecimò, quod ſi quis ſub 6
titulo alicuius beneficij ad ſacros Ordines promotus fuerit, non poteſt antè Nouitiatum renunciare, niſi habeat aliundè vt viuere poſſit; ſi verò non fuerit promotus, ſub illo titulo poterit quidem renunciare, ſed id fieri debet intra duos menſes proximos ante profeſſionem cum ſolemnitatibus requiſitis per Concilium Tridentinum, vt diſtinguit Mirand. *in Manual. Prælat. Regular. tom.* 1. *quæſt.* 23. *artic.* 5. & *art.* 6. *in* 1. *concluſione verſicul. ſed prohibetur renunciatio beneficij.*
† Et quod de beneficio dictum eſt eadem 7
ratione dicendum eſt de penſione, quia vtrúmque æquiparatur; Tamb. *de iure Abb. tom.* 2. *diſput.* 2. *quæſt.* 30. *num.* 2. *verſic. ex quibus verbis*, & probatur ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. in illis verbis: Patrimonium verò vel penſionem obtinentes ordinari poſt hac non poſſint niſi, &c. & deinde ſubditur: eo quoque perſpecto patrimonium, vel penſionem verè ab eis obtineri, & talia eſſe quæ eis ad vitam ſuſtentandam ſatis ſint, atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari, aut extingui vel remitti nullatenus poſſint, donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, vel aliundè habeant vnde viuere poſſint: præterea eadem ratio quæ militat in beneficio, locum etiam habet in penſione, ne ſcilicet difficilior reddatur receſſus Nouitio à Religione, & propter inopiam profeſſio quaſi coacta ſit.
† Et penſionem extingui non poſſe, niſi 8
quis aliundè habeat ac patrimonij alienationem ac penſionis extinctionem æquiparat: Barboſ. *ad dictum cap.* 2. *ſeſſ.* 21. *numero* 66.
† Nouitius enim poſt egreſſum dicitur qua- 9
ſi poſtliminio reuerſus, & omnia recuperat etiam feuda, quorum Religioſi incapaces ſunt: Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. eff.* 1. *num.* 31.

Notandum Decimotertiò, dum diximus 10
Nouitium ante profeſſionem, tam beneficij quàm penſionis eſſe capacem, intelligendum eſſe de Nouitio qui ſit Clericus, alioquin ſolus Nouitiatus in Religione illum capacem non redderet, Rota *in Tenulen.*
*penſionis coram Penin.* 1596. † Quamuis enim 11
Nouitius gaudeat priuilegiis profeſſorum: & poſſit tanquam talis eligi: & præſentari, *cap. Religioſo*, §. *quamuis de ſententia excommunicationis in* 6. Federic. de Senis *conſ.* 32. *verſic. nam licèt quoad omnia*: Tambur.





*de iure Abb. tom.* 3. *diſput.* 6. *quæſt.* 27. *num.* 1. tamen hoc intelligitur de iis quæ pertinent ad Religionem, non autem de aliis aut ſæcularibus, aut indifferentibus, & propterea ſi non ſit Clericus, non poteſt dici perſona Eccleſiaſtica, imò ſemper reputatur talis, qualis erat tempore receptionis, vt in terminis tranſlationis penſionis probat Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 40. *num.* 134. & *ſequentibus.*

# CAPVT LXXI.

## ARGVMENTVM.

AGITVR hîc de penſionibus Religioſorum, & oſtenditur non eſſe indiſtinctè verum, quod omnia beneficia Regularia, ſint amouibilia: Penſiones plures Regularibus eſſe inuicem incompatibiles; imò & penſionem cum beneficio. Mulieres Religioſæ an & quomodo penſionis ſint capaces, ſicut Abbatiſſæ perpetuæ, non autem quæ ad ſolum triennium eliguntur; Religioſos eſſe incapaces penſionum etiam ſuper beneficiis Regularibus. Penſionem ſuper beneficiato imponi poſſe per Abbatem, non autem ſuper beneficio, & quomodo hoc intelligatur. Religioſus beneficium curatum poſſidens; vtrum illud reſeruata ſibi penſione dimittere poſſit: Penſio temporaria pro indumentis, & aliis neceſſariis Religioſo quomodo concedatur, quid dicendum de Equitibus Melitenſibus: quomodo verum ſit Religioſum poſſe de fructibus beneficiorum diſponere, penſio loco peculij amouibilis Religioſo concedi poteſt.

### SVMMARIVM.

1 *Quæ dicantur beneficia ſæcularia, quæ Regularia, quæ ſimplicia vel duplicia, curata vel ſine cura.*

2 *Beneficia Regularia quæ in perpetuum concedi ſolent, vel quæ ex primæua inſtitutione ſunt perpetua poſſidentur ad vitam.*

3 *In Gallia omnia ferè beneficia Regularia ſunt perpetua.*

4 *Regularis vnico ſui Ordinis beneficio debet eſſe contentus.*

5 *Papa non ſolet concedere Regulari, vt vnum beneficium in titulum habeat, & aliud in commendam.*

6 *Regularis non poteſt penſionem aut portionem Monachalem obtinere ſi beneficium aliquod habeat.*

7 *Mulieres ſunt penſionis incapaces.*

8 *Fallit in Gallia, vbi Abbatiſſæ, penſiones habere poſſunt.*

9 *Sed in Italia ſecus eſt, quia ex Conſtitutione Greg. XIII. Abbatiſſæ debent eſſe triẽnales.*

10 *In Gallia licèt ſint ſimiles Conſtitutiones ſuper triennalitate Abbatiſſarum, tamen pro maiori parte in deſuetudinem abierunt.*

11 *Super perpetuis Monialium Abbatiis penſio imponi poteſt, non tamen ſuper triennalibus.*

12 *Regularis ſicut incapax eſt beneficij ſæcularis ita & penſionẽ ſuper illo aſſequi non poteſt.*

13 *Ampliatur vt hoc procedat tam in beneficio ſimplici, quàm ſuper curato.*

14 *Regularis etiam ſine diſpenſatione, penſionem ſuper beneficio ſui Ordinis obtinere nequit.*

15 *Religioſus tutus eſt in foro exteriori ſi penſionem obtineat, ex ſpeciali Summi Pontificis conceſſione, etiam ſine vlla cauſa apparẽte.*

16 *Non ſolùm Papa, ſed etiam Abbas poteſt imponere penſionem impropriam, per quam non oneratur beneficium, ſed ipſe beneficiatus pro ſubſtentatione Religioſi alterius indigentis, vel pro fabrica, aut aliis ſimilibus cauſis.*

17 *Hoc verum eſt in Religioſis Obedientiariis, nam alij & maximè in Gallia de penſionibus & fructibus beneficiorum liberè diſponere poſſunt.*

18 *Regularis poſſidens beneficium curatum, ſi illud remittat vel reſignet penſionem ſibi reſeruare non poteſt.*

19 *Superior aſſignare poteſt Religioſo penſionem temporariam, & nominatim in Religione Melitenſi.*

20 *Quando Superior penſionem reſeruauit ſuper beneficio Regulari, Religioſus conqueri non poteſt.*

21 *Superior penſionem inter plures Religioſos diuidere poteſt, ſed hoc non poteſt Religioſo concedi, niſi ad nutum Superioris.*

22 *Vtrum requiratur cauſa vt ſuperior religioſo penſionem ad tempus & reuocabiliter concedat.*

23 *Quomodo intelligendum ſit quod dicitur irregulares de fructibus ſuorum beneficiorum diſponere poſſe.*

24 *Prior in ordine Melitenſi poteſt penſionem imponere ſuper ſuo prioratu, duraturam quamdiu ipſe prioratum obtinebit.*

25 *Religioſo Superior peculium pro ſuis neceſſitatibus poteſt permittere, tam in ſtrictam paupertatem obſeruantibus, quàm in aliis.*

1 QVOD attinet ad penſiones Religioſorum ſupponendum eſt Primò, quædam eſſe beneficia ſuper quibus imponuntur, Sæcularia; alia verò Regularia; Sæcularia ſunt, quæ per Clericos ſæculares adminiſtrãtur, Regularia verò quæ Religioſis & Monaſteriis addicta ſunt: Secularia verò quædam ſunt cum adminiſtratione ſeu cura animarum, & beneficia curata nuncupantur: alia verò quæ ſunt ſine cura & adminiſtratione, & beneficia ſimplicia dicuntur; Regularia verò beneficia duplicis ſunt generis, alia enim ſunt beneficia quæ duplicia nuncupantur, quales ſunt Abbatiæ Regulares & Prioratus Clauſtrales, ideò autem duplicia dicuntur, quia illa obtinentes duplici prærogatiua fruuntur; nempe erga perſonas & erga bona Monaſterij: Simplicia autem dicuntur, veluti Prioratus ſimplices, quia illos obtinentes ſimplici tantùm honore funguntur, ita Roderic. *in q. Reg. tom.* 1. *q.* 34. *artic.* 1.

2 Notandum eſt Secundò quod licèt omnia beneficia Regularia, ſint ad nutum Superioris amouibilia, hoc locum non habet in beneficiis, quæ ex propria natura vel inſtitutione ſunt perpetua, vel vti perpetua concedi ſolent, aut vti talia à Summo Pontifice ex certa ſcientia collata ſunt: *gloſſ. in cap. porrecta, de confirm. vtil. vel inutil.* & ibi Abbas *num.* 4. Geminian. *in cap. fin. in princ. n.* 9. *de off. ordin. in* 6. & ibi Franc. *n.* 3. quia collatio beneficij cenſetur facta ſecundùm illius naturam: Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 122.
3 † vbi propterea dicit in Gallia omnia propemodum beneficia Regularia eſſe perpetua, & ideò vix ad Superioris nutum auferri poſſe.

4 Notandum Tertiò quod cum Regularis, vnico ſui ordinis beneficio debeat eſſe contentus, *cap. cum ſingula de præbend. in* 6. cuius hæc ſunt verba, *Prohibemus ne aliqui Religioſi pluribus Prioratibus, aut Eccleſiis abſque ſedis Apoſtolicæ authoritate præeſſe præſumant, niſi vnus ex eis ab aliis dependeat, vel inuicem ſint annexì*: Rebuff. *in praxi tit. de diſpenſat. cum Regularib. facta, num.* 8. 9. & 10. Roderic. *quæſt. Regul. tom.* 1. *quæſt.* 34. *art. vltimo.* Sanchez *lib.* 7. *in præc. Decal. cap.* 29. *num.* 78. † qui affirmat non ſolere Pontificem 5
diſpenſare, vt Religioſus vnum in titulum aliud in commendam obtineat. † Tamen 6
dubitari poteſt, vtrum beneficium vnum poſſidens Regularis poſſit ſuper alio, penſionem obtinere; quod dubium reſoluit Sanchez, *dicto lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 78. dicens cum qui beneficium Regulare obtinet, non poſſe ſimul penſionem aut portionem Monachalem obtinere: per text. *in dicto cap. cum ſingula*; cui ſe ſubſcribit Hieronym. Roder. *reſolut. Regul.* 15. *num.* 61. Prob. *in addit. ad gloſſ. pragmat. Sanct. titul. de Collation. in verſic. Item quod vniuerſitates, in verbo beneficiorum: in ſecunda addit.* vbi etiam idem dicitur locum habere in Epiſcopis, & Abbatibus quibus omnia beneficia ſunt incompatibilia, vt refert ſe dixiſſe *in tract. de penſion. parte* 2. *quæſt.* 7. *ante finem*, & quod penſio faciat incompatibilitatem cum quocumque beneficio Regulari, probat etiam Add. ad Pariſ. *de reſign. lib.* 2. *quæſt.* 13. *ad num.* 17.

Notandum Quartò, quod licèt ſæpiùs 7
dixerimus mulierem eſſe penſionis incapacem, cum ad eam requiratur Clericatus, cuius mulieres ſunt incapaces. † Tamen 8
ex ſtylo tribunalium Galliæ per prouiſiones Apoſtolicas confirmato, Abbatiſſæ poſſunt, ſuas dignitates reſignare, etiam in fauorem coram Sanctiſſimo; imò & penſionem ſuper dignitate reſignata reſeruare: Pariſ. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 19. & ſic in ſuo caſu obſeruatum fuiſſe, colligitur *ex deciſ.* 2. Creſcent. *in princ. ſub tit. de renunc.*
† Quod tamen in Italia locum non habet 9
ob Conſtitutionem Gregor. XIII. qua mandatur omnes Abbatiſſas eſſe triennales: reſeruata ſemper Summi Pontificis authoritate, adhibita congrua derogatione illius conſtitutionis; vt aduertit Pariſ. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 23. & 24.

Et quamuis in Gallia adſit ſimilis Conſti- 10
tutio Aurelianenſ. qua mandatur omnes Abbatiſſas eſſe triennales, vt teſtis eſt Theueneau, *in Conſtitut. Regul. lib.* 1. *tit.* 10. *des Religieux & Religieuſes, art.* 4. quod etiam declaratum fuit per Regem Henricum Secundum, die 29. Iunij 1550. nihilominus tamen iſtæ Conſtitutiones, pro maiori parte abierunt paulatim in deſuetudinem, vt ſæpiùs nos in pluribus Galliæ Monaſteriis obſeruatum vidimus, & ita ſæpiùs fuiſſe iudicatum dicit Add. ad Pariſ. *dicto libro* 3. *quæſtione* 12. *in vltima Additione nempe ad num.* 24.





11 Vnde ſequitur facilis reſolutio caſus de quo agitur nempe penſionem ſuper Abbatiſſabus ad vitam conceſſis imponi poſſe, non autem ſuper triennalibus, in quibus ſola adminiſtratio conceditur Monialibus ad tempus limitatum.

12 Notandum Quintò, quod Regularis incapax eſt penſionis ſuper beneficio ſæculari imponendæ ſine ſpeciali Summi Pontificis diſpenſatione; quia Regula generalis eſt, eum qui incapax eſt beneficij, eſſe quoque penſionis, ſuper eodem beneficio imponendæ incapacem: Licèt iſta Regula certis in caſibus reſtrictionem admittat; ſed illam generaliter ſic conſtituit Nauarr. *conſil. lib.* 1. *in ſecunda editione titul. de tempor. ordin. conſil.* 11. *num.* 2. Item quia cùm penſio ſit fructus beneficij & acceſſoria illius, qui non eſt capax beneficij, non cenſendus eſt capax penſionis. Vnde & penſio regulariter iiſdem modis amittitur quibus beneficium Gabriël *conſ.* 187. *num.* 11. *volum.*
13 2. † Dictæquè incapacitati regularis ſuper beneficio ſæculari locus eſt ſiue beneficium ſit ſimplex ſiue curatum. Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 76. *verſic. vbi reſoluit.*
14 † Et ſicut Religioſus non eſt capax penſionis ſuper beneficio Sæculari, ita nec capax eſt illius ſuper beneficio Regulari ſui ordinis ſine ſpeciali Sũmi Pontificis derogatione, ex *clement. vnica, de ſupplen. negl. Prælat.* vbi mandatur beneficia regularia non poſſe ſuis beneficiis per Abbates vniri, nec nouis penſionibus onerari; & tradit Bonifac. *ex clement.* 2. *§. eadem num.* 2. *de ſupplen. negl. Prælat.* Archidiac. *in cap.* 2. *§ fin. de off. ord. in* 6. Tambur. *de iure Abb. tom.* 1. *diſput.* 9. *quæſt.* 15. *num.* 6. Barboſ. *de iure Eccleſ. vniuerſ. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 86.

15 Sed ſi Summi Pontificis accedat authoritas ego exiſtimo tutum eſſe Religioſum ſaltem in foro exteriori, quamuis Pontificia conceſſio nullam apparentem cauſam habeat, propter maximam Pontificis poteſtatem in beneficialibus, quidquid dicat Sanchez *dicto lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 96. & quidquid ſit de foro conſcientiæ de quo Sanchez *ibidem num.* 98.
16 † Et res carebit difficultate, ſi agatur de impropria penſione, qua ſcilicet non tam beneficio imponitur, quàm ipſi beneficiato, tunc enim non ſolùm Papa, ſed etiam Abbas conferens beneficium Religioſo, poteſt illi onus imponere, vt partem fructuum det alteri Religioſo indigenti veluti propter ſenectutem, aut infirmitatem, aut vt det ſingulis annis aliquid pro fabrica Monaſterij, quia hoc non eſt onerare beneficium, ſed perſonam; Sanchez *dicto cap.* 29. *num.* 99. Lezana in *ſumma quæſt. regul. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 37.
17 † Sed ego hoc non admitterem niſi in Religioſis obedientiariis, non autem in illis qui beneficia regularia, aut penſiones in titulum poſſident, maximè in Gallia: illi enim liberè de fructibus ſuorum beneficiorum diſponere poſſunt in vita, eodem modo quo ſæculares: Louet. *in ſua recollectione arreſt. littera R. num.* 42. *cum additione*, & Rota *deciſ.* 772. *num.* 4. *parte* 1. *diuerſ.* poſt Nauarrum *in cap. vt non dicatis* 12. *quæſt.* 1. *num.* 42. & in apolog. *quæſt.* 1. *monit.* 80. *num.* 4. & 5. & Cardin. *in clement.* 2. *§. ſed & tales in primo notabili, de vita & honeſtate clericorum*, & in *clement. gratiæ column. penult. ad finem verſic. quod interrogatus, in quæſtione facti de reſcript.*

Sed quid iuris ſi Regularis obtineat bene- 18
ficium ſæculare curatum vtrum poterit obtinere ſuper eo dimiſſo penſionem? Ad hoc reſpondet Tamburin. negatiuè, *dicto Tom.* 1. *diſput.* 9. *quæſt.* 25. *num.* 15. quia quod regularis ſit capax beneficij ſæcularis eſt ex diſpenſatione ſeu indulgentia iuris propter fauorem animarum, & curæ illarum qui fauor cum non reperiatur in penſione conſtituenda, non eſt ad illam extendendus; quæ ratio ceſſat in beneficiis ſimplicibus, vt dictum eſt *capite præcedenti num.* 2.

Notandũ Sextò, quod Superior Regularis 19
poteſt aſſignare ſuo Religioſo penſionẽ temporariam & reuocabilem, pro ſuis indumentis & aliis neceſſitatibus quibus alioquin Religio eſſet grauanda, vt ſuperius monuimus *cap.* 10. *n.* 20. & tradit Abbas *in cap. niſi eſſent num.* 12. *de præb.* Et de Religioſis Sancti Ioannis Hieroſolymitani, tradit Mohedan. *deciſ.* 10. *de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Vbi generaliter fuit deciſum, omnia huius ordinis beneficia eſſe regularia & amouibilia ad nutum magni Magiſtri; Seraph. *deciſion.* 1390. adeò vt nec ipſe ſuperior poſſit ſuis fratribus aliquid concedere in perpetuum; *cap. cùm ad Monaſterium*, & ibi Abbas *de ſtatu Monachor.* † Vnde 20
ſi Superior ſuper beneficio regulari reſeruauerit penſionem, non poteſt aduerſus eam titularis quidquam opponere, cùm Religioſi inter quos etiam Melitenſes numerantur nihil poſſint habere proprium, ſed nudo dumtaxat illis concedatur fructuum adminiſtratio, vt conſtat ex ſtabilimentis religionis Hieroſolymitanæ, *ſub titulo de communi theſauro*, provt refert Mantic. *deciſ.* 230. *num.* 3. Seraph. *deciſ.* 1390. *num.* 1. † & ideò poteſt 21
ſuperior penſionem inter fratres diuidere non quidem perpetuò, ſed ad tempus, vel eorum loco penſionem reſeruare. Card. *in clement.* 1. *de ſupplen. neglig. Prælat. num.* 4. *Verſiculo quintò oppono*: rationem reddens, quia ſi hæc applicatio fructuum eſſet perpetua hoc eſſet admittere quandam ſpeciem vnionis, ſed vera ratio eſt propter naturam voti

paupertatis, quod non permittit, vt Religioſus aliquod proprium poſſideat, ſed ſolùm reuocabiliter ad nutum Superioris; quia non repugnat voto paupertatis aliquid habere in peculium amouibile ad nutum Superioris. Rota *deciſ. 772. n. 1. & 2. parte 1. diuerſ.*

22 Et hoc caſu locum non habet quod dicitur, Ordinarium, qualis eſt magnus Magiſter non poſſe penſionem reſeruare ſine cauſa; vt dicit Gig. *de penſion. quæſt.* 6. & nos *ſuprà* diximus, tum quia ſatis iuſta cauſa eſt, quando penſio imponitur pro indumentis, & aliis neceſſariis quibus religio eſſet grauata, tum etiam quia doctrina illa non procedit, in iſtis beneficiis regularibus, ad nutum ſuperioris reuocabilibus, quæ reſpectu proprietatis non tranſeunt ad religionem cui beneficium confertur: vt per Rotã *deciſ. 102. n. 3. parte 2. recent.*

23 Obiicies ſi hæc vera ſunt, quomodo ſuperius diximus Religioſum poſſidentem beneficia, poſſe de illis ad libitum durante vita ſua diſponere: Reſpondetur, aliqua eſſe beneficia, quæ non ſunt ad libitum Superioris amouibilia, veluti quando illa Summus Pontifex ex certa ſcientia in perpetuum conceſſit, aut quæ ex ſui natura ſunt perpetua, veluti in Gallia vt *ſuprà* diximus; ſicuti & beneficia regularia ſunt curata vel conuentualia; *cap. cùm ad Monaſterium, §. prioris de ſtatu Monach.* Bellamera *dec.* 203. Pariſ. *conſ. 44. num. 1. & 2. volum.* 4. Et in his verum eſt quod diximus Religioſum in vita, illorum fructuum diſpoſitionem habere; Rota *deciſion. 772. n. 4. parte 1. diuerſ.*
† Et ideò prior in ordine Meli- 24
tienſi poteſt ſuper ſuo prioratu penſionem imponere ad ſui præiudicium, quandiu videlicet prioratus, ad ipſum ſpectabit, cùm fructus ad illum ſpectent; Rota apud Duran. *deciſ. 174. & 181.*

Notandũ eſt Septimè, quod Superior Regularis poteſt dare licentiã ſuo Religioſo vt habeat peculium aliquod, ſeu annuas penſiones, ſeu reditus, qui tamen non merentur nomen penſionum Eccleſiaſticarum, cùm non imponantur ſuper beneficiis, nec illis annexi ſint, cum facultate ſimiles reditus ſeu penſiones per ſeipſos adminiſtrandi, ad licitos tamen honeſtos vſus, neceſſarios tamen & ad nutum ipſius Superioris amouibiles, etiam poſt Concilium Tridentinum, Sanchez *in præcept. Decal. lib. 7. cap. 22. num.* 11. Mirand. *in manual. Prælat. regul. tom. 1. quæſt.* 28. *art.* 8. Laurent. de Peyrinis *in tract. de ſubdito, quæſt. 2. cap.* 2. §. 1. idque adductis plurimis in vtramque partem rationibus; comprobat Lezana *in ſumma quæſt. regul. lib. 1. cap. 6. num.* 21. quando videlicet Religioſis non miniſtrantur neceſſaria, vt ibi fuſius per eũ explicatur, Et quoad iſtud peculium Religioſus ſolam habet facti detentionem, tam in Religionibus ſtrictam paupertatem obſeruantibus, quàm in aliis; vt dicit Mirand. *tom. 1. manual. Prælat. reg. quæſt. 28. articulo* 10. *in prima concluſione.*

## CAPVT LXXII.

### *ARGVMENTVM.*

RELIGIOSI ſtrictæ obſeruantiæ vtrum ſint capaces Legatorum ſibi relictorum, ſiue Legata ſint ſimpliciter facta, ſiue in annos diſtributa; Et in iſtis Conuentibus vtrum valida ſit penſio annua, vel aliud ſimile filio nondum profeſſo relictum, delegato facto in fauorem Religioſi pro ſuis neceſſitatibus; Quid dicendum, ſi Religioſus ad alium ordinem laxiorem fuerit authoritate Apoſtolica tranſlatus? Vtrum Legatum huiuſmodi peti poſſit pro terminis penſionis decurſis. Legatum penſionis alicui factum pro ſuis neceſſitatibus quomodo intelligendum ſit? Penſionem tamen Religioſo aſſignatam poſſe effectum ſortiri, quandiu ille vixerit; Si ita Summus Pontifex conceſſerit, Officia clauſtralia pro veris titulis in Gallia reputari, curata tamen beneficia ex ſui natura eſſe perpetua.

### SVMMARIVM.

1 *Religioſi ſtrictioris obſeruantiæ ſunt capaces legatorum, quæ vnica præſtatione perſoluuntur, non autem illorum, quæ ſucceſſiuam, habent obligationem.*

2 *Cenſus annuus relictus Conuentui ſtrictioris obſeruantiæ tanquam res fructifera nullus eſt.*

3 *Si certa ſumma ſemel præſtanda legata fuerit & cenſus annuus fuerit deſignatus per viam dumtaxat indicationis & aſſignationis, Legatum Religioſis reformatis factum eſt validum.*

4 *Et hoc caſu fructus cenſus indicati non pertinent ad Conuentum, ſed ad hæredes ſub onere ſoluendi pecuniam.*

5 *Multum inter ſe differre ceſſionem nominis, & ſimplicem indicationem.*

6 *Legatum reiterabile factum per Patrem filio profeſſo in Conuentu bonorum incapaci vtrum ſit validum.*

7 *Legatum factum per patrem filio profeſſo in ordine mendicantium remanet ſub libera Superioris regularis diſpoſitione.*

8 *Communitates Capucinorum & Recollectorum ſunt capaces Legatorum.*

9 *Quando alicui factum eſt legatum pro ſuis neceſſitatibus tunc legatum non eſt cauſa finalis ſed impulſiua.*

10 *Legatum alicui relictum pro ſuis neceſſitatibus, debetur etiam pro terminis decurſis.*

11 *Ex quibus probetur neceſſitatem eſſe cauſam finalem legati.*

12 *Quando neceſſitas non fuit cauſa impulſiua ſed finalis legati annui, illud non debetur pro terminis decurſis, quia quoad illos nulla adeſt neceſſitas.*

13 *Legatum pro neceſſitatibus alicui factum cenſetur ſub duplici conditione, nempe ſi viuat, & indigeat.*

14 *Legatum alicui factum pro ſuis neceſſitatibus locum obtinet alimentorum.*

15 *Capacitas Legatarij attenditur in Legatis conditionalibus tempore euenientis conditionis.*

16 *Religioſus ex ordine incapaci, tranſlatus ad Religionem capacem, petere poteſt penſionem ſibi à Patre legatam pro ſuis neceſſitatibus.*

17 *Legatum annuum relictum ſeruo, acquiritur illi poſtea manumiſſo.*

18 *Actio competit Monaſterio ad quod Religioſus tranſlatus fuit pro fructibus & penſionibus Monacho debitis.*

19 *Religioſis quantumuis mendicantibus penſio relinqui poteſt ad ſubleuandam neceſſitatem.*

20 *Hoc tamen verum eſt ſub diſpoſitione & ad nutum ſuperioris.*

21 *Papa Religioſo poteſt concedere penſionem, duraturam ad vitam & non amouibilem.*

22 *Religioſus qui ex diſpenſatione Pontificis habet penſionem ad vitam fit obedientiarius Papæ.*

23 *Officia Clauſtralia in Gallia pro veris titulis reputantur.*

24 *Qualitas beneficij amouibilis eſt incompatibilis cum Beneficio curato.*



SED quæritur vtrum Religioſi ſtrictioris obſeruantiæ, quales ſunt Capucini & Recollecti poſſint recipere penſiones annuas aliter quàm ſuper beneficiis ſibi relictas vel legatas: caſus accidit annis præteritis; quidam enim vir pius legauerat Conuentui Patrum Recollectorum reditum annum ſeu penſionem, quam habebat ſuper communitate Ciuitatis Auenionis, ex qua ſingulis annis percipiebantur centum ſcuta, de cuius Legati validitate fuit dubitatum.

Huius quæſtionis vera reſolutio eſt hu- 1
iuſmodi, Religioſos qui nec in communi, nec in particulari bona poſſidere poſſunt, hæreditatum & Legatorum quę annis ſingulis, ſucceſſiuè præſtantur eſſe incapaces, illorum autem quæ vnica præſtatione ſoluantur capaces, dummodò illorum ſtrictæ paupertati minimè aduerſentur, nec impediant quominus ipſi diuinæ prouidentiæ innitantur; Sanchez *in præcepta Decal. lib. 7. cap. 26. num.* 10. Lazana *in ſumma quæſt. regul. parte 3. in verbo legata regularibus relicta num. 6. & ſequentibus.* Rota *deciſ. 365. num. 14. 31. & ſequentibus. parte 5. recent.*

In caſu autem propoſito conſiderandum 2
eſt vtrum Legatum capitalis penſionis annuæ, ſeu cenſus debiti per communitatem relictum fuerit tanquam res fructifera, ex qua ſingulis annis centum ſcuta percipi poſſent, & hoc caſu Legatum non valet; quia penſionis ſoluendæ annis ſingulis iſti Religioſi non
ſunt capaces, vt mox dictum eſt. † Si verò ſo- 3
lum legata fuerit ſumma 2000. ſcutorum cuius ſolutio fuerit aſſignata, ſuper illo capi-
tali hoc caſu legatum erit validum. † Quia 4
nihil annuum cenſetur hoc caſu legatum; & ideò fructus illius capitalis pertinebunt ad hæredes qui ſoluendo pecuniam liberati remanebunt cùm ſint debitores pecuniæ, non
autem capitalis. † Quam diſtinctionem inter 5
dationem in ſolutũ & ſimplicem ceſſionem, quaſi per viam indicationis agnouerunt Surdus *conſil. 22. num.* 33. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 52. num.* 3. Maſtrill. *deciſ. 179. num. 12. & ſequentibus & num. 19. parte ſecunda.* Marilian. *deciſ. 2. num.* 8. Socin. ſenior. *conſil. 37. num. 2. & per totum volum.* 4.

Supradicta locum habent & procedunt in legato facto Conuentui; verùm cùm pater filio ſuo in ſimili Conuentu, bonorum omnium tam in communi, quàm in particulari incapaci, feciſſet Legatum ſucceſſiuum & reiterabile omniũ & quarumcumque expenſarum, & neceſſitatum filij ſui tam in morbo, quàm in ſanitate, quas voluit ſolui per ſuos hæredes & ſucceſſores ne filius ipſius Conuentui oneroſus exiſtat, dubitatum fuit de

tribus

tribus; Primò, vtrum legatum illud ſeu diſpoſitio, ſit valida; Secundò vtrum dictus Religioſus tranſlatus ad aliam laxiorem regulam poſſit petere æſtimationem & valorem expenſarum, & neceſſitatum præteritarum; Tertiò vtrum petere poſſit ſolutionem huiuſmodi expenſarum, & neceſſitatum à die, quo fuit ad nouam regulam tranſlatus.

6 Ad Primam quæſtionem dixi huius Legati validitatem non poſſe in dubium reuocari; cùm de iure licitum ſit aliquid legare Religioſo bonorum incapaci, tam in communi quàm in particulari; in omnibus illis caſibus in quibus eorum communitas, capax eſt vt ipſi legetur; vt colligitur *ex Extrauaganti prima de*
7 *priuilegiis verſic. porrò vt circa.* † Ita tamen vt quod particulari Religioſo præſtatur, maneat ſub libera Superioris regularis diſpoſitione vt benè probat Lezana *dicta parte* 3. *in verbo, legata regularibus relicta num.* 9. *verſic. minores*, etiam Sanchez *in decal. lib.*7. *cap.*26. *num.*10. Roderic. *tomo* 2. *quæſt. regular. quæſt.*
8 125. *art.*6. † Atqui communitates huiuſmodi quales ſunt Patres Capucini & Recollecti ſunt capaces legatorum; per text. *in cap. exiit. §. ad hæc quia fratribus de verb. ſignif. in* 6. quia licèt regulariter qui non eſt capax inſtitutionis hæreditariæ, non ſit capax legati; *§. legari inſtit. de legat.* tamen hoc debet ſic intelligi vt procedat, quoad illos quibus de iure communi non poteſt legari; ſecùs quoad eos qui ex accedenti veluti ex voto redduntur incapaces; quia votum recipit interpretationem ſecundùm ordinis conſuetudinem, & intentionem, vt explicat Sanchez *dicto lib.*7. *cap.*26. *num.*9.

9 Secundum dubium non videtur carere difficultate quia Legatum alicui factum pro ſuis neceſſitatibus, non habet neceſſitatem pro cauſa finali, ſed tantùm pro impulſiua cauſa, adeò vt ceſſante cauſa impulſiua legatum nihilominus debeatur, quia cauſa illa reſpicit, ſolum commodum legatarij, ideò eſt impulſiua, & illa ceſſante legatum nihilominus debetur. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.*6. *tit.*14. *num.*15. Galganet *de condit. & demonſtr. parte* 2. *cap.*4. *num.*11. Simon de Præt. *de interp. vlt. volunt. lib.* 4. *dubit.* 12. *num.* 43. Caſtill. *lib.* 4. *controu. cap.*25. *num.*46. & in noſtris terminis conſuluit Corn. *conſ.* 185. *num.* 8. *volum.* 2. Et bene Ancharanus apud Calderin. *conſ.*21. *de teſtament. per totum.* Bald.
10 *conſ.*235. *lib.*1. † Et quod ceſſante neceſſitate ſimile legatum debeatur, quamuis petitum non fuerit, pro terminis penſionum præteritis, probat Caſtill. *de vſufruct. cap.*30. *num.*11. Pereg. *de fideic. art.*40. *num.*48. Simon de Præt. *dicto lib.*4. *dubit.*8. *num.*91. & 92. Surd. *de aliment. tit.*2. *quæſt.* 5. *per totam*, & *tit.*5. *quæſt.*1. *num.* 42. & *eodem tit. q.*5. *num.*13.

Verùm omnibus perpenſis exiſtimo in 11
caſu propoſito, Legatum pro præteritis præſtationibus non deberi, ſed ab illius petitione hæredes eſſe liberandos, quia verba teſtamenti oſtendunt cauſam neceſſitatis eſſe finalem, dum teſtator legat filio (*à ce qu'il ne ſoit à charge au Conuent*) ideſt ad hoc vt non ſit oneroſus Monaſterio, quæ verba (*à ce que*) denotant cauſam finalem, ſine qua diſpoſitio non ſubſiſtit: *l. Lucius §. à te peto. ff. de leg.* 2. Ludouiſ. *deciſ.*544. *num.*5.
† Ceſſante ergo neceſſitate quoad præteri- 12
tas præſtationes: cum dictus Legatarius vixerit, & in neceſſitate ad onus Conuentus non fuerit conſtitutus, ceſſare debet effectus & petitio Legati, ex fusè notatis per Barboſ. *axiom.*40. *num.*4. & *ſequentibus.*

Ad Tertiam quæſtionem facilis eſt reſ- 13
ponſio: nam poſito quod dictus Religioſus non fuiſſet capax dicti Legati, cuius tamen contrarium ſuperius demonſtrauimus, cùm tamen ex diſpenſatione Apoſtolica fuerit tranſlatus ad alium ordinem, in quo Religioſi ſunt capaces ſimilium Legatorum, certum eſt Legatum illud quod factum fuerat homini euidenter pauperi, nempe qui tunc erat de ordine Recollectorum, in quo adeſt mendicitas iuris & facti, non eſſe purum ſed conditionale, nimirum ſi Legatarius viuat & indigeat. Vt benè probat Ancharan apud Calderinum *conſ.*21. *de teſtam.* & Bald. *dicto conſ.* 235. *lib.* 1. maximè cùm in fine legati adijciantur illa verba, quoties fieret requiſitio per dictum fratrem tantùm & non per alium, Et ſic legatum fuit ſub conditione requiſitionis, per dictum Religioſum faciendæ. † 14
Item quia Legatum illud pro neceſſitatibus Religioſi factum, locum obtinet alimentorum, ex Surdo *de aliment. tit.* 2. *quæſt.*5. *per totam*, quod Legatum conditionale & annuum, eſſe durante vita legatarij, & ad illam reſtrictum nemo dubitat.

Quando autem agitur de legato conditio- 15
nali, tempus euenientis conditionis attenditur in iudicando, vtrùm Legatarius ſit capax Legati, an non; cùm non ſit vnum ſed plura legata & quoties aduenit caſus neceſſitatis, noua ſemper oriatur hæredis obligatio; & ideò capacitas temporis præſentis quo Religioſus cum authoritate Superiorum fuit tranſlatus ad ordinem penſionum capacem.
† Et per conſequens dictus Religioſus, aut 16
pro eo nouum Monaſterium ad quod fuit tranſlatus, iure poteſt agere ad ſolutionem expenſarum pro illius neceſſitatibus virtute dicti legati, *l. interuenit.* 24. *ff. de leg. præſtandis l. pater Seuerinam ff. de condit. & demonſtr.*

† ſicut



17 † Sicut legatum relictum ſeruo, ſi annuum fuerit acquiritur illi deinde manumiſſo: *l. cum ſemel. §. Iulianus ff. quando dies leg. ced.* Gomeſ. *lib.*1. *reſolut. cap.*11. *num.*44. *verſic. primus eſt.* Et in propriis terminis de Religioſo tranſlato ex ordine Capucinorum ad laxiorem regulam decidit Rota apud Burat. *deciſ.*643. *maximè num.*10. & 11.

18 Actionem autem pro iſtis præſtationibus competere huic ſecundo Monaſterio ad quod Religioſus fuit tranſlatus certum eſt quia ſecuta religioſi tranſlatione, omnes petitiones & exactiones quæ conſiſtunt in fructibus pertinent ad ſecundum Monaſterium ad quod tranſlatio facta fuit; gloſſ. *in cap.*3. *in verb. redire de Cler. coniug.* & ibi Hoſtienſ. Butrius, Ioannes Andreas & Ancharan. Item Menoch. *de arbitr. caſu* 156. *à num.*25. Sanfelic. *deciſ.*322. *num.* 8. Tuſch. *comm. concluſ. in verbo Monach. concluſ.*322. *n.*2. & 4. Chopin. *lib.*1. *monaſtic. tit.*3. *num.*24. *verſic. & quid verò.* Rebuff. *in concord. tit. de regia ad Prælat. nomin. §. vltim. in verbo conceſſa verſic. quid ſi Monachus*, qui omnes clarè loquuntur de fructibus poſt tranſlationem Monachi ad ſecundum Monaſterium ſpectantibus.

19 Quæcumque autem ſuperius dicta ſunt adaptari poſſunt ad penſiones, quæ perſonis regularibus reſeruantur, quæ vt dictum eſt poſſunt reſeruari, Religioſis etiam mendicantibus quando penſio aut aliqua annua præſtatio, illis fuit aſſignata ad ſubleuandam neceſſitatem; quod fieri poſſe vltra citatos tradunt Cald. *de in integ. reſtit. minorum; in l. ſi curatorem habens verbo lapſis num.*47. *in fine verſicul. hoc tamen reſtringendum.* Galganet. *de condit & demonſtr. parte* 2. *cap.*5. *quæſt.*11. *num.* 9. *verſ. poteſt bene Monachus.* Et in terminis noſtris penſionis Eccleſiaſticæ, Gigas *de penſio-*
20 *nib. quæſt.*15. *n.*1. *per totam.* † Vbi dicit Primò quod Religioſus poteſt habere annuam penſionem, non quidem perpetuam, ſed ad nutum Abbatis amouibilem; nec vt illum ſuam faciat; ſed vt illius diſpenſationem habeat, ſciente & conſentiente Abbate, ad inſtar peculij quod ſeruus adminiſtrat de conſenſu & licentia domini; *l.* 4. *C. de manumiſſ. l. quam Tuberonis ff. de pecul.* † Secundò dicit quod Reli- 21
gioſus poteſt ex diſpenſatione Papæ habere penſionem non amouibilem, ſed ad eius vitam duraturam, idemquè dicit ſi Abbas illam conceſſerit & Papa ex certa ſcientia confirmauerit.

Quod confirmatur ex eo quod ſi Papa 22
huiuſmodi conceſſionem beneficij regularis vel manualis fecerit alicui ad vitam ex certa ſcientia, vel confirmauerit; talis ſic prouiſus non poteſt amoueri per ſuum Abbatem, quia ſit obedientiarius Papæ, Pariſ. *de reſign. lib.*2. *quæſt.* 9. *num.*9. licèt in reliquis remaneat ſub obedientia ſui Abbatis Ioann. de Seluo *de benef. parte* 3. *quæſt.* 69 atque ita ſeruatur in Gallia exceptis reformatorum religionibus; teſte Addit. ad Pariſ. *dicto lib.*2. *quæſt.*9. plura circa hanc reſolutionem habet Bleyuian. *in tit. de manualib. benef. num.*21. & *in gloſſ. litt. L.*
† Clauſtralia tamen officia in Gallia pro veris 23
titulis reputantur & ſunt perpetua, veluti officium Theſaurarij, Eleemoſinarij, Sacriſtæ, Camerarij & ſimilia, & ſubijciuntur impetrationibus & nominationibus, vt in concordatis *in tit. de collationibus. §. præfatique ordinarij*, & illa quotidie reſignari videmus, etiam in fauorem coram Summo Pontifice.

Item aduertendum eſt, quod qualitas be- 24
neficij amouibilis repugnat & eſt incompatibilis cum beneficio curato, vt per Gonzal. *ad reg.*8. *gloſſ.*5. §.6. *num.*60. propter magnum incommodum quod naſci poteſt ex mutatione rectorum.

## CAPVT LXXIII.

### *ARGVMENTVM.*

PER promotionem ad Epiſcopatum vel Archiepiſcopatum vacant beneficia quæ hodie ſunt Sedi Apoſtolicæ reſeruata, eodemquè modo penſiones extinctæ manent, propter conſtitutiones Pontificias: de iure enim non vacarent; Idem dicendum eſt de promotione ad Eccleſias Patriarchales; Conceſſio retinendi penſiones data Epiſcopo quando contineat facultatem illas transferendi per promotionem ad Summum Pontificatum, quo iure penſiones expirent? Penſiones vtrum expirent à die adeptæ dignitatis, vel poſſeſſionis & conſecrationis, vtrum penſiones & beneficia vacent, ſeu reſpectiuè extinguantur per Promotionem ad Cardinalatum: Quid in hac materia

teria

teria ſtatuerit Sixtus V. Penſiones & beneficia vtrum extinguantur & vacent per promotionem ad Abbatiam & ad prioratus qui Abbatum loco habeantur & ſint veræ prælaturæ.

## SVMMARIVM.

1 *Promoti ad Epiſcopatum beneficia vacant & penſiones extinguuntur.*

2 *Per conſecrationem Epiſcopi beneficia vacant ex iuris communis diſpoſitione.*

3 *Intra quod tempus ab Epiſcopis obtinenda ſit conſecratio.*

4 *Beneficia vacantia per adeptionem Epiſcopatus ſunt Sedi Apoſtolicæ reſeruata ſecundùm bullas Pontificum.*

5 *Penſiones extingui per promotionem ad Epiſcopatum, communis eſt DD. traditio* & n. 10. in fine.

6 *Ex Iuris tamen communis ſanctionibus illas non extingui per promotionem ad Epiſcopatum aliqui cenſuerunt.*

7 *Penſio non inducit incompatibilitatem cum Epiſcopatu.*

8 *Nemo tamen negat penſiones per promotionem amitti ex decretis Summorum Pontificum, & ex ſtylo curiæ Romanæ.*

9 *Epiſcopis dari ſolet facultas retinendi penſiones, ſed ex eo non reſultat facultas transferendi.*

10 *Fallit niſi ex ampliſſimis clauſulis reſultaret poteſtas transferendi.*

11 *Iſta tamen conceſſio retinendi Penſiones debet fieri in eadem ſchedula conſiſtoriali.*

12 *Beneficiorum vacatio, & penſionum ſuppreſſio æquè reſultat in promotione ad Eccleſias Cathedrales, Metropolitanas & Patriarchales.*

13 *Penſiones vtrum extinguantur per promotionem ad Summum Pontificatum.*

14 *Per promotionem ad Epiſcopatum ſecuta conſecratione, penſiones extingui indubitatum eſt.*

15 *Vtrum vltra conſecrationem Epiſcopi requiratur adeptio poſſeſſionis aliàs Rota dubitauit.*

16 *Si Papa decreuerit penſionem extingui vel beneficia promoti vacare ſtatim expirant & vacant.*

17 *Datur Epiſcopis regreſſus ad Priores penſiones, & beneficia ſi impediantur in aſſequenda poſſeſſione Epiſcopatus collati.*

18 *Decretum Pontificis quod beneficia vacent; non eſt ad penſiones extendendum.*

19 *Intereſt Eccleſiæ vt beneficia non diu vacent.*

20 *Inter penſiones & beneficia ſecundùm aliquos eſt facienda differentia quoad vacationem ſeu ſuppreſſionẽ per adeptionẽ Epiſcopatus.*

21 *Per collationem Epiſcopatus ſtatim beneficia vacare & penſiones extingui verius eſt.*

22 *Si Papa conceſſerit Epiſcopo facultatem retinendi penſiones obtentas, non eſt neceſſarium fieri expreſſionem, quod penſio ſit ſuper diſtributionibus quotidianis, ſi hoc expreſſum fuerit in conceſſione penſionis.*

23 *Tempus obtinendi conſecrationem, non prorogatur Epiſcopis vltra ſex menſes computato primo trimeſtri.*

24 *Per promotionem ad Cardinalatum vtrum penſiones extinguantur.*

25 *Cardinalis qui non eſt Epiſcopus, per promotionem ad Cardinalatum non amittit beneficia nec canonicatum in Cathedrali.*

26 *Amittit tamen beneficia curata, dignitates inferiores & officia, ſed non penſiones;* & num. 27.

28 *Contrarium aliqui tenuerunt ſed cum diſtinctione quoad beneficia, ſed indiſtinctè quoad penſiones.*

29 *Reſolutio totius quæſtionis, pendet ex conſtitutione Sixti V. cuius verba referuntur.*

30 *Per promotionem ad Cardinalatum ea non amittuntur quæ huic dignitati non repugnant.*

31 *Per adeptionem Abbatiæ Regularis beneficia obtenta vacant & penſiones expirant.*

32 *Abbatia dignitas eſt; ſed de inferioribus contra* num. ſequenti.

33 *Abbatia tenet medium inter maiores & inferiores dignitates.*

34 *Quomodo & in quibus Abbatiis verum ſit penſiones expirare.*

35 *Illud ampliatur in Prioratibus qui inter prælaturas recenſentur, ex illorum natura.*

36 *Ampliatur vt procedat etiam ſi prouiſus non nominetur Prælatus ſed ſimplici nomine præpoſiti nuncupetur.*

NOTANDVM primo loco eſt, quod per 1
promotionem ad Epiſcopatum ſeu
Archiepiſcopatum vacant non ſolùm
beneficia, ſed etiam penſiones, quas ante
promotionem quis obtinebat; de beneficiis,
quidam ita communiter tradunt DD. *in cap.*
*cum in cunctis, §. cùm vero, de election.* 2. † vbi di- 2
citur quod cùm Epiſcopus, de quo tractatur
*in illo capite*, electus fuerit & confirmationẽ
electionis acceperit, & bonorum Eccleſiaſticorum administrationem habuerit; decurſo tempore de conſecrandis Epiſcopis, à Sacris Canonibus definito, is ad quem ſpectant beneficia quæ habebat de illis diſponendi liberam habeat facultatem; Pariſ. *lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 121. & habetur in *Extrauag. ad regimen, de Prabend.* Burat. *deciſ.* 473. *n.* 1.

Tempus



3 Tempus autem obtinendæ conſecrationis ex Concil. Trident. definitum eſt *ſeſſ.* 23. *cap.* 2. quo mandatur vt Eccleſiis Cathedralibus quocumque nomine ſeu titulo præfecti, etiam ſi ſint Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſi munus conſecrationis intra tres menſes non ſuſceperint, ad fructuum perceptorum reſtitutionem teneantur; ſi verò poſteà intra totidem menſes, id facere neglexerint Eccleſiis ipſo iure ſint priuati; & ita concludit Tuſch. *in ſuis concluſ. litera B. concluſ.* 71. Petr. Greg.
4 *in inſtit. rei benef. cap.* 24. *num.* 10. † Vbi dicit
text. *in dict. cap. cum in cunctis, §. cùm verò de elect.* eſſe correctum, in illo articulo in quo datur facultas Ordinariis, beneficia ſic vacantia conferendi, cùm hodie illa non poſſint Ordinarij conferre, ſed ſint ſedi Apoſtolicæ reſeruata; de qua vacatione teſtatur Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 15. *n.* 53. vbi dicit illa beneficia vacare ipſo iure. Barb. *de Epiſcop. parte* 3. *allegat.* 67. *num.* 57. & de reſeruatione Garſ. *de benefic. parte* 11. *cap.* 6. *num.* 30.

5 De penſionibus verò DD. omnes communiter aſſerunt, illas ſimiliter extingui, per promotionem ad Epiſcopatum, vt probat Vgolinus *de poteſt. Epiſc. cap.* 1. §. *n.* 3. *verſic. at quid de penſionib.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 3. *q.* 1. *n.* 8.
6 *& 78. verſic. & non ſolùm beneficia.* † Quamuis enim plurimi DD. hoc teneant indiſtinctè, alij tamen dicunt ſecundùm iuris communis diſpoſitionẽ penſiones non amitti, per promotionem ad Epiſcopatum, vt per Card. Zabarellam *in Clement.* 1. §. 1. *num.* 5. *in* 6. *quæſt. de ſupplenda negl. Præl.* quando videlicet penſio non eſt beneficium Eccleſiaſticum, ſed ſolùm datur pro commodo temporali, quia text. *in dict. cap. cum in cunct. §. cum verò de elect.* loquitur de beneficiis etiam ſimplicibus, non tamen vllum ibi verbum de penſiònibus; vt aduertit Lotter. *de re benefic. lib.* 1.
7 *quæſt.* 40. *n.* 7. † Et ideò penſio nullam inducit
incompatibilitatem cum Epiſcopatu de iure
8 communi, *vt ibi* Lott. *n.* 9. † Sed ſolùm amiſ-
ſio penſionis accidit propter decreta Summorum Pontificum, vt *ibid.* notat Lotterius, & propter ſtylum Curiæ, & ita debet intelligi Gratian. *diſcept.* 286. *n.* 66. & Veral. *dec.* 213. *num.* 1. *lib.* 2. idem Grat. *diſcept.* 550. *num.* 32.
9 † In quibus locis etiam dicitur quod data facultate Epiſcopo penſiones retinendi, non tamen ex eo cenſetur conceſſa facultas illas transferendi, cùm hæc facultas transferendi ſit odioſa. Rota *deciſ.* 143. *num.* 1. *parte* 2. *re-*
10 *cent.* † Si tamen verba conceſſionis eſſent
ampliſſima, poſſent etiam comprehendere illam facultatem, transferendi penſiones, veluti ſi data eſſet facultas retinendi, recipiendi, conſequendi, ac exquirendi penſiones reſeruatas & reſeruandas, cum penſiones tranſlatæ videantur quodammodo reſeruari, vt per Gregor. *deciſ.* 18. *num.* 3. & tranſlatione videtur fieri noua penſionis reſeruatio. Gab. *conſ.* 186. *num.* 6. *lib.* 1. de qua tamen ratione *ſuprà*, ſuo loco actum fuit: ſed hæc limitatio approbata fuit per Rotam *deciſ.* 50. *num.* 30. *& ſequentibus, parte* 5. *recent.* Et quod dictum eſt de amiſſione penſionum per adeptionem Epiſcopatus, fuit confirmatum per
Cardin. Ottobon. *deciſ.* 239. *num.* 13. † vbi 11
dicitur quod conceſſio retentionis debet fieri in eadem ſcedula conſiſtoriali, ex Summorum Pontificum Iulij II. Leonis X. & Hadriani VI. necnon Clementis VII. conſtitutionibus de quibus etiam Lotter. *de benefic. lib.* 1. *quæſt.* 41. *num.* 8.

Notandum Secundò, quod hæc vacatio 12
penſionum & beneficiorum locum habet, non ſolùm in adeptione Epiſcopatuum, ſeu promotione ad Eccleſias Cathedrales, ſed etiam ad Eccleſias Metropolitanas, ac etiam ad Patriarchales; vt teſtis eſt Gratian. *diſcept.*
*Forenſ. cap.* 296. *num.* 1. † Imò etiam ad aſſum- 13
ptionem ad Summum Pontificatus apicem, vt fuſè probat Gabriel. *conſ.* 200. & Pariſ. *dicto lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 10. quia Papa eſt etiam Epiſcopus, & habet totum orbem pro Diœceſi, & eſt pater ſpiritualis omnium Chriſtianorum, & indecorũ videretur ſi ipſe frueretur pẽſionibus, beneficiis, & fructuum reſeruationibus, quibus in minoribus fruebatur; & ita ſemper obſeruatum fuiſſe teſtatur Gabriel. *dicto conſil.* 200. ſed hoc potius ex benignitate Summorum Pontificum, quàm ex vi alicuius legis; vt aduertit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 40. *n.* 10. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 296. *num.* 10. *verſic. penſiones quoque.*

Notandum eſt Tertiò, quod licèt ſupe- 14
rius probatum fuerit *num.* 2. per promotionem ad Epiſcopatum, beneficia vacare poſt conſecrationem, vel ſaltem poſt finitum tempus conſecrationi præfixum ſecundùm diſpoſitionem iuris communis; per textum in *cap. cum in cunctis §. cum verò de elect.* eodémquè modo penſiones, quas ad Epiſcopatum promotus anteà obtinebat poſt conſecrationem extingui verum ſit, niſi Summus Pontifex, retinendi facultatem conceſſerit, ex doctrina Abbatis *in dicto §. cum verò, num.* 3. Staphil. *de variis vacationis modis, §. ſecundus modus vacationis num.* 3. *verſicul. ſed lapſo*
*tempore:* Seraph. *deciſione* 91. † Tamen du- 15
bitatum fuit in eadem cauſa, apud Seraphin. *deciſione* 110. vtrum de iure communi ad inducendam vacationem, vltra conſecrationem requireretur adeptio poſſeſſionis, & fuit concluſum quod ad inducendam vacationem de iure communi duo requirebãtur, nempe adeptio poſſeſſionis & conſecratio,





ſeu

ſeu loco conſecrationis lapſus temporis præfixi ad conſecrandum;Innocent. *dict.cap.cum in cunctis*,*n*.4. Abbas *ibidem num.* 10. Bellam. & alij *ibid.* qui reprobant opinion. Hoſtienſis exiſtimantis vltra conſecrationem & poſſeſſionem requiri lapſum temporis ad con-
16 ſecrationem aſſignati. † Et hoc quando Summus Pontifex conferendo huiuſmodi dignitates non decreuit beneficia vacare, alioquin ſtante hoc decreto ſtatim inducetur vacatio, ſi in illo Papa mandauerit quod promoti beneficia vacarent; & ſic duos iſtos caſus diſtinxit Garſ. *de benef.part.*11.*cap.*6.*n.*10. Primus eſt quando Papa conferendo Epiſcopatum, declarauit beneficia promoti vacare, & tunc ſtatim vacant non expectata poſſeſſione: Garſ.*dict. part.*11. *cap.*6. *n.*6.*&* *ſequentib.*
17 † Ita tamen vt ſi Epiſcopus non poſſit Epiſcopatus ſibi collati poſſeſſionem obtinere redeat ad priora beneficia & penſiones, iuxta text.*in cap.ſi benefic.de præben. in* 6. Garſ. *ibid. n.*8. *&* 10. Et quod de beneficiis dictum eſt; eodem modo decidendum eſt dum agitur de penſionibus, ſi ita Papa expreſsè dixerit & declarauerit;quia eius voluntas,& diſpoſitio obſeruanda eſt,vt reiectis contrariis dicit Garſ. *ibid.n.*29. *& n.*9.*in fine*, iuncto *n.*10.
18 Sed ſi Papa nihil expreſsè dixerit de penſionibus,ſed ſolùm decreuerit beneficia promoti vacare, tale decretum non eſt ad penſiones extendendum,cùm ſit exorbitans, & in materia priuationis quæ eſt pœnalis, & maximè in ea de qua agitur, quia per diſpoſitionem iuris communis, penſio non continetur ſub nomine beneficij;vt ſæpè diximus; & ita in ſpecie determinat: Garſ. *vbi ſuprà num.* 27. maximè cum ſit diuerſa ratio inter
19 penſiones & beneficia: † quia quoad beneficia; hoc fit, vt Papa citius poſſit Eccleſiis vacantibus prouidere propter cultum diuinum quæ ratio ceſſat in penſionibus.
20 † Et quamuis inter penſiones, & beneficia hanc nonnulli differentiam conſtituerint, vt penſiones per promotionem ſtatim amittantur, beneficia verò non niſi poſt conſecrationem, vt apud Rotam *deciſion.* 233.
21 *num.* 1. *parte* 1. *diuerſ.* † Verius tamen eſt per adeptionem Epiſcopatus, beneficia ſtatim poſt collationem Summi Pontificis vacare,& tanquam vacantia impetrari poſſe,quia prouiſio Romani Pontificis habet vim electionis & confirmationis: & ſic ſtatim inducitur vacatio, non expectata conſecratione, iuxta ſtylum Curiæ Romanæ, de quo licèt dubitatum fuerit apud Seraph.*d.dec.*110.& *in d.dec.*233.*n.*1.*&* 2.*part.*1.*diuerſ.* tamen de illo teſtatur Barboſ.*de offic. & poteſt. Epiſc.p.*3.*alleg.*57.*n.*68.quem ſtylum etiam ad penſiones extendit *ibid.n.*73. poſt Pariſ. *de reſign.lib.*3. *q.* 1. *n.* 8. *&* 78. & plures per eum allegatos, quos hîc tranſcribere ſuperfluum eſſet: & hoc ſentire videtur Mareſcat. *lib.* 2. *reſolut. cap.*18.*num.*33.

Vbi prætereà dicit quod ſi Papa Epiſcopo 22
conceſſit facultatem retinendi penſiones;hoc ſufficit etiam ſi non exprimatur, quod illæ erant impoſitæ ſuper quotidianis diſtributionibus; quia hæc conceſſio retentionis penſionum non eſt noua gratia, ideò ſufficit hoc fuiſſe expreſſum, in ipſa penſionis prima conceſſione ſeu reſeruatione;vt per eundem, *num.*35.

Quamuis autem conſueuerit dari proro- 23
gatio, vt aſſumptus ad Epiſcopatum, conſecrationem obtinere queat; illa tamen non datur vltra ſex menſes, in quibus tres illi primi ad conſecrandum dati computantur; quibus elapſis ſi intra tempus prorogatum conſecrari negligat, Eccleſia ipſo iure vacat, & prouiſus tenetur ad fructuum reſtitutionem, ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.*2. *de reform.* Lotter.*de benef.lib.*3.*quæſt.*26.*num* 53.

Notandum eſt Quartò, quod attinet ad 24
quæſtionem illam; vtrum per aſſumptionem ad Cardinalatum penſiones amittantur: hãc adhibendam eſſe diſtinctionem,aut enim ille qui ad Cardinalatũ aſſumitur, eſt Epiſcopus aut nõ;ſi ſit Epiſcopus,ſine dubio amittit non ſolùm penſiones, niſi ſibi ſpecialis deſuper à Summo Pontifice facta fuerit gratia; ſed etiã beneficia priora, ſicut ſtatuitur in aliis Epiſcopis, & locus eſt hoc caſu diſpoſitioni *d.cap.*
*cum in cunctis*,§.*cum verò de elect.* † Si verò ad 25
Cardinalatum aſſumptus, non eſt Epiſcopus, ſed ſolùm Presbyter Cardinalis, retinet priora beneficia, & poteſt etiam obtinere Canonicatum in Eccleſia Cathedrali; vt *in cap.Eccleſia veſtra* 57.*in verbo Præsbyterum Cardinal. Præpoſitum veſtrum de elect.*& hanc Præsbyterorum Cardinalium eſſe conſuetudinem, vt priora beneficia retineant; dicit Ioann.Andr. *in d. cap. Eccleſia veſtra*, & quotidiana docet
experientia. † Si tamen promotus ad Cardi- 26
nalatum prius obtinebat alia beneficia curata,vel aliquas dignitates inferiores ſeu officia, illa vacant eo ipſo, quod ad Cardinalatum promotus eſt; iuxta *Extrau. execrabilis* §. *qui verò de præbend.*

Quod ſi agatur de beneficiis minoribus 27
veluti de Canonicatu, & multò fortius de penſionibus illa non vacant per adeptionem Cardinalatus, etiam ſi exigerent reſidentiam ſiue ſit Presbyter, ſiue Diaconus Cardinalis, non tamen Epiſcopus. Hæc eſt doctrina Abbatis *in dicto cap. Eccleſia veſtra* 57. *num.* 3. quam approbat Put. *deciſ.* 438. alias 428. *in correctis lib.*2. Flamin.Pariſ.*de reſign.lib.*3. *q.*1. *n.* 66. vtrùm iſta procedunt de iure antiquo.





28 † Quamuis contradicat Martin. Laudenſ. *in* 2. *tract.de Cardinalibus quæſt.*15. dicens per promotionem ad Cardinalatum, non amitti Epiſcopatum vel Archiepiſcopatum,& quod per aſſecutionem maiorum dignitatum non amittuntur inferiores: & ſic concludit etiam Barbatia, poſt inſtitutam in vtramque partem diſputationem,*in tract.de præſtantia Cardinalium quæſt.* 12. *& vltima à n.*1. Bertachin. *de Epiſcop.in* 1.*part ſecundi libri*,*quæſt.*21.*n.*33. & alij qui inſurgunt omnes aduerſus Abbatem, dicentes eum loqui aduerſus communem ſententiam,quorum tamen dicta explicat Put.*in dict.deciſ.*428.*ſeu* 438.*lib.*2.vt procedant in beneficiis inferioribus non curatis, nec habentibus dignitatem annexam: Et ſic quomodocumque res ſe habeat, apparet quod Penſiones Eccleſiaſticæ non amittũtur
29 per aſſumptionẽ ad Cardinalatum.† At verò ſecundùm hodiernam Romanæ Curiæ obſeruantiam, adeſt conſtitutio Sixti V. edita anno 1588. quæ eſt in ordine 79. apud Cherubinum. Et incipit, *Sanctiſſimus*, cuius hæc ſunt verba, totam hanc quæſtionem decidentia. *Sanctiſſimus Dominus noſter Sixtus Papa V. decreuit quod per promotionem ad Cardinalatum vacent omnes Eccleſiæ, & omnia beneficia cuiuſcumque nominis & tituli ſint, niſi fuerit data retentio: quæ conceſſa intelligatur, & data ad Patriarchales, Metropolitanas, & Cathedrales Eccleſias; ad Monaſteria etiam, Commendata, ad Prioratus, & ad cætera omnia beneficia quæ videntur conuenire dignitati Cardinalatus: ad alia verò quæ videntur repugnare dignitati & gradui Cardinalatus; veluti Archipresbyteratus, Archidiaconatus, Decanatus, Canonicatus, & ſimilia beneficia non extendantur, cum obtinentes huiuſmodi beneficia teneantur reſidere in choro, & habere debeant locum,poſt Epiſcopum dignitati Cardinalis*
30 *non conuenientem.* † Et ex his patet euidenter quod per promotionem ad Cardinalatum, non amittuntur Penſiones cum ea non amittantur,quæ dignitati Cardin.non repugnant.

Notandum eſt Quintò, quod ſi quis ad 31
Abbatiam, promotus fuerit eodem modo vacant eius beneficia antea obtenta, & per conſequens penſiones, ſicut de Epiſcopis ſupradictum fuit; quod ſine dubio procedit in Abbatiis Regularibus, cùm omnia beneficia ſint Regularibus incompatibilia; vt probauimus maximè per textum *in cap.cum ſingula* 33. *de præben.in* 6.

Sed idem quoque dicendum eſt de Abba- 32
tiis Sæcularibus.Pariſ.*de reſign.lib.*3.*q.*1.*n.*99. quia Abbatia eſt dignitas per text.*in cap.ſicut deinceps* 16. *quæſt.* 7. vbi textus *in principio* loquitur de Epiſcopo,& Abbate,& probatur *ex cap. Apoſtolicæ de priuil. in* 6. vbi textus loquitur de dignitate Abbatum,& tradit Selua, *de benef.part.*1.*q.*2.*n.*49. licèt Abbatia ſecundùm aliquos dicatur de inferioribus dignita-
tibus, vt dicit Selua *ibidem num.*50. † Verius 33
tamen eſt, quod tenet medium inter minores dignitates & inferiores, vt ibidem notat Selua *verſic.& reſponderi poteſt.*

Sed quod de Abbatiis Sæcularibus dictum 34
eſt;locum habet,quando Abbates in Eccleſia habent generalem & omnimodam, & quaſi Epiſcopalem iuriſdictionẽ, vt poſſit verè dici paſtor & ſponſus,& per quorum obitum Eccleſia dicitur viduata Paſtore,*gloſſ. in cap.quia propter,in verb.Eccleſiis de elect.*& ibi Abb.*n.*7. ſecus ſi agatur de aliis Abbatiis Sæcularibus quæ non ſunt prædictæ qualitatis; nã per illarum adeptionem nec beneficia, nec pẽſiones vacabunt.Garſ.*de benef.part.*11.*cap.*7.*n.*4.

Notandum eſt Sextò, id quod dictum eſt 35
de Abbatiis eodem modo dicendum eſſe de Prioratibus, quorũ poſſeſſores ex natura beneficij Prælati dicuntur & Abbatis obtinent locum,cùm ſint Principalis dignitas in Eccleſia Regulari vel Collegiata: Selua *d.q.*2.*n.*53. *parte* 1. Pariſ. *dicto lib.*3. *quæſt.* 14. *à num.*100.
† Seu ſi alio nomine vocantur veluti præ- 36
poſitus cùm non debeat fieri vis: in nomine: Garſ.*dicto cap.*7.*num.*5.*in fine*, Selua *d. part.*1. *quæſt.*2. *num.*53.

## CAPVT LXXIV.

### ARGVMENTVM.

BENEFICIA & penſiones ceſſare per promotionem ad dignitatem Abbatialem ſtatim poſt adeptam poſſeſſionem etiam ante benedictionem, in Epiſcopatibus data prorogatione temporis ad obtinendam poſſeſſionem; Penſiones non extingui donec Literæ iuxta formam conſtitutionum fuerint expeditæ; Si quis ad Eccleſiam ſuper qua penſionem habebat fuerit promotus, penſiones extinguuntur per confuſionem. Sed re-

ſoluitur vtrum dimiſſo posteà illo Epiſcopatu penſio reuiuiſcat, ſiue dimiſſio facta fuerit ex cauſa voluntaria, ſiue ex cauſa neceſſaria, ſiue à ſciente nullitatem ſui tituli ſiue ignorante; in Epiſcopatibus titularibus non extingui penſiones per illorum aſſecutionem; Epiſcopi vtrum ſine diſpenſatione nouas penſiones obtinere poſſint; Electus ad Epiſcopatum non tamen confirmatus, vtrum amittat penſiones.

## SVMMARIVM.

1 *De iure communi ceſſantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, per adeptionem Epiſcopatus, & conſecrationem, expirant penſiones; ſed in Abbatiis ſufficit ſola adeptio poſſeſſionis vt penſiones amittantur.*

2 *In Abbatiis benedictio non eſt de ſubſtantia.*

3 *Literæ prouiſionis Epiſcopatus, & retentionis penſionum eodem tempore expediri debent.*

4 *Conſiſtorialia beneficia, quæ dicantur, & quæ non.*

5 *Expeditio Literarum & retentionis penſionis fieri debet ante adeptam poſſeſſionem Epiſcopatus.*

6 *Conſtitutiones pœnales ſuper expreſſione & retentione penſionum ſtrictè ſunt intelligendæ.*

7 *Si quis obtinuerit dilationem ad adipiſcendam poſſeſſionem Epiſcopatus, non expirat penſio donec poſſeſſio fuerit apprehenſa.*

8 *Conſtitutiones de ſimul expediendo Literas prouiſionis beneficij, & retentionis penſionis non habent locum in permutationibus.*

9 *Si quis aſſequatur Epiſcopatum ſuper quo penſionem habet, penſio per conſolidationem extinguitur.*

10 *Seruitus extinguitur per acquiſitionem dominij prædij ſeruientis.*

11 *Vſusfructus amittitur per acquiſitionem proprietatis.*

12 *Si creditor ſuccedat debitori confunduntur actiones.*

13 *Qui penſionem per conſolidationem amiſit, vtrum dimiſſo beneficio, quod erat penſione grauatum recuperet illam penſionem, antea confuſione extinctam.*

14 *Vſusfructus ſemel extinctus non reuiuiſcit.*

15 *Quando beneficium amittitur ex cauſa neceſſaria, penſio reuiuiſcit, veluti ſi beneficium iam adeptum euincatur.*

16 *Actiones hæreditariæ per confuſionem extinctæ, reuiuiſcunt ſi hæreditas euincatur.*

17 *Secuta euictione primæ actiones inſtaurantur.*

18 *Si dimiſſio beneficij fuit per actum voluntarium, penſiones iam per confuſionem extinctæ non reuiuiſcunt.*

19 *Si vſusfructus adeptus fuerit reuocabiliter reuocato illo redeunt primæ actiones.*

20 *Qui eſt in culpa dimittendo beneficium priſtinas actiones non recuperat.*

21 *Redeunt primæ actiones euicto beneficio, & penſio debetur ſine diſtinctione ſcientiæ & ignorantiæ, ſi non adſit poſſeſſoris delictum. Clericus damnatus capitali pœna, & poſtea gratioſè reſtitutus, an redintegretur ad penſiones extinctas & conſolidatas*, ibid.

22 *Penſiones non amittuntur per adeptionem Epiſcopatus in partibus Infidelium.*

23 *Epiſcopi ſine licentia Papæ penſiones obtinere non poſſunt.*

24 *Epiſcopi poſt promotionem habentur quodammodo tanquam Monachi, quoad Papam.*

25 *Sufficit tamen quod in reſeruatione penſionis dicatur illam fieri in fauorem Epiſcopi.*

26 *Sed Epiſcopi titulares in partibus Infidelium penſiones poſſunt ſine expreſſa Papæ licentia conſequi.*

27 *Quæ ſint iuſtæ cauſæ propter quas Epiſcopis reſeruantur penſiones.*

28 *Per adeptionem aliorum beneficiorum non vacant Epiſcopatus, & quomodo hoc procedat.*

29 *Epiſcopus electus & non confirmatus penſiones non amittit.*

30 *Prouiſio tamen Summi Pontificis habet vim electionis & confirmationis.*

NOTANDVM Septimò, hanc in iſta 1
materia inter Epiſcopos & Abbates eſſe differentiam quod beneficia Epiſcoporum & penſiones vacant, poſt conſecrationem & adeptam Epiſcopatus poſſeſſionem iuxta modum, & explicationem datam ſuperius; vt probat Ricc. *in coll.* 866. & nominatim de vacatione penſionum. Zeroll. *in praxi Epiſc.par.*1.*in verb.vacatio,n.*1. Verall. *dec.*400.*&* 401.*part.*2.vbi dicitur, quod ſi per Epiſcopum ſteterit quominus poſſeſſ. adeptus fuerit, perinde eſt ac ſi poſſideret, & nedum modo vacant beneficia & penſiones quod procedit, ſecundùm diſpoſitiones iuris communis cum ex ſtylo curiæ aliud ſtatuendum ſit, vt dixi *cap.præced.n.*21. Sed beneficia Abbatum vacant ſtatim poſt adeptam poſſeſſionem etiam ante benedictionem, vt *dict.*
*part.*11.*cap.*7.*n.*1. notat Garſ. † quia benedi- 2
ctio non eſt de ſubſtantia, nam ſtatim poſt electionem & confirmationem eſt Abbas ante benedictionem: Gloſſ.*in c.licèt* §.*cenſuit de elect. in pragm.ſanction.in verb.benedictionis* & Selua *loc.cit.n.*54.per text.*in cap.*1.*de ſuppl. neglig.Prælat.* & *cap.meminimus de accuſat.*

Notan



3 Notandum eſt Octauò, quod licèt vera ſint ea quæ ſupra diximus *in cap.præcedenti* 73.*num.*11. ex deciſione Cardinalis Ottoboni, & ex Lotterio quod retentio penſionum vel beneficiorum, in fauorem promoti ad Epiſcopatum ſit nulla; ſi Literæ promotionis ad Epiſcopatum non facta mentione retentionis penſionum in eadem ſcedula conſiſtoriali, nec non beneficiorum ex Conſtitutione 35. Leonis X. ſub anno 1520. confirmatoria aliarum conſtitutionum Sixti IV. & Iulij II. qua decreuit vt ſupplicationes impetrationum Eccleſiarum Cathedralium, & Metropolitanarum, & Monaſteriorum conſiſtorialium ſignarentur & datarentur, ad quarum datus retrotraherentur ſcedulæ conſiſtoriales alias nullæ eſſent; Et ne Collegium Cardinalium & Camera Apoſtolica his prouentibus fraudarentur, ordinauit vt Literæ prouiſionum huiuſmodi Eccleſiarum & Monaſteriorum non expedirentur ſine Literis diſpenſationum retentionis beneficiorum & penſionum: quas conſtitutiones Clemens VII. innouauit, inter eius decreta
4 *conſtitutione* 8. † Conſiſtorialia autem dicimus ea quæ Summus Pontifex confert in conſiſtorio ſecreto aſſentientibus Cardinalibus; non conſiſtorialia quæ ſolus Papa confert, & ſignaturam ſupplicationis impetrationis facit.

5 Tamen fuit aliàs dubitatum, quid ſtatuendum ſit quando promotus, Literas expediuit ſuper Epiſcopatu aut ſimili dignitate conſiſtoriali. Et ſtatim non expediuit Literas prouiſionis penſionis, vtrum ſtatim fuerit exorta penſionis ſuppreſſio: Et in hoc articulo fuit concluſum debere expectari tempus expeditionis Literarum, quas neceſſe eſt expediri ante adeptionem poſſeſſionis. Si enim in expeditione Literarum non fiat mentio facultatis retinendi penſiones, tunc inducitur vacatio, quia cùm beneficia & penſiones promoti non vacent ante adeptam poſſeſſionem, talis promotus ante illud tempus non indi-
6 get diſpenſatione vt penſiones retineat. † Et illæ conſtitutiones ſtrictè ſunt intelligendæ quia pœnales: *leg. & ſi quis* §. *diuus ff.de relig. & ſumptib.funer.* Abbas *in cap.vlt. num.*8. *ff. de iure patronat.* & ita reſolutum teſtatur Achill. de Graſſ. *deciſ.* 37. aliàs *deciſ.* 2. *de elect.num.*3.*&* 4.

7 Præterea ſi promotus impetrauerit Breue de capienda poſſeſſione ante expeditionem Literarum ea tamen conditione vt intra certum tempus, veluti intra quatuor menſes eam capere teneretur, ſub pœna nullitatis; dubitatum etiam fuit vtrum capta poſſeſſione, ſtatim inducta fuerit extinctio penſionum; & reſolutum fuit non eſſe extinctas penſiones, per ſolam poſſeſſionis adeptionem, quia facultas capiendi poſſeſſionem ante Literarum expeditionem hoc diſponebat, vt ſi poſſeſſio non eſſet capta, intra tempus aſſignatum vacarent beneficia, & nihil dictum fuerat de penſionibus; Et per multas rationes quas allegat Verall. *deciſ.*98.*parte* 3. & fuſiùs extendit Lotterius *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 37. *num.* 19. *& multis ſequentibus.*
† Qui tamen ſubdit *num.* 24. prædictis con- 8
ſtitutionibus locum non eſſe in permutationibus Epiſcopatuum, fuit deciſum apud Put. *deciſ.* 319. *lib.* 1. poſt Federicum de Senis *conſil.*73.& *in tract.de permut.benefic.quæſt.*18. *num.* 28. *verſic. indiſtinctè credo*, & per conſequens quando Epiſcopatus cum alio Epiſcopatu permutatur, ſic permutantes non incurrunt pœnas illarum Conſtitutionum, quia tales permutationes ſemper cenſentur cedere in vtilitatem Eccleſiæ, & ideò ſunt fauorabiles; & in illis fauorabilis admittitur & non rigoroſa interpretatio, ſiue beneficia permutata ſint æqualia, ſiue inæqualia, vt *ibidem* tradit Lotter. *num.*26.

Notandum eſt Nonò, quod ſi aliquis pen- 9
ſionem habeat, ſuper aliquo Epiſcopatu, & deinde fiat Epiſcopus eiuſdem Eccleſiæ, non eſt dubitandum quin penſio extinguatur.
† Sicut ſeruitus extinguitur per confuſio- 10
nem, ſi is cui debetur ſeruitus fiat Dominus prædij ſeruientis, cum Suares nemini ſeruiat: *l.*1.*ff.quemadm.ſeruit.amitt.l.quidquid in fine commun. præd. l.fin. ff. ſi vſufr. petat. l. in re*
*communi ff. commun. prædiorum.* † Eodem mo- 11
do vſusfructus acquiſitione proprietatis amittitur per confuſionem ſeu conſolidationem, & probatur *in l. ſi ſeruus* 27. *ff. quibus mod. vſusfr. amitt.* vbi dicitur quod ſi proprietarius dat vſumfructum ad ſeruum, pro
noxa extinguitur vſusfructus. † Qua ratione 12
ſi creditor ſuccedat debitori, fit confuſio & conſolidatio actionis, cùm vnus non poſſit eſſe ſibi debitor & creditor, *l. ſtychum* §.*aditio*, *ff. de ſolution. l. ſi debitor. ff. de fideiuſſ. l. debitori*, *C. de pact. l.* 3. *C. de fideicomm.* cum ſimilibus.

Sed non contemnenda eſt quæſtio quam 13
mouet ſed non reſoluit Vgolinus *de offic. & poteſtate Epiſc. cap.*1.§.2. *in fine.* Si is qui penſionem habebat ſuper Epiſcopatu, & mediante illa promotione penſionem amiſit, vt mox dictum eſt, ſi posteà illum Epiſcopatum dimittat, illéque alteri per Summum Pontificem conferatur, nulla penſionis eius mentione facta, vtrum ſic dimittens Epiſcopatum, penſionem ei anteà impoſitam, petere poſſit contra ſucceſſorem: & ſic an penſio
reuiuiſcat. † Dubium facit quia penſio illa 14
iam ſemel extincta fuit ad inſtar vſusfructus,



per

per iura ſuperiùs allegata, quibus accedit Ca-
ſtill. *in tract. de vſufr. cap.* 71. *per totum:* vſuſ-
fructus autem ſemel extinctus nunquam re-
uiuiſcit, *l. quid tamen. §. non tantum. ff. quib.
mod. vſusfr. amittatur.* vbi dicitur, quod muta-
ta rei forma, vſusfructus extinguitur, & non
reuiuiſcit, veluti ſi domus deſtruatur, &
alia in eius locum ædificetur; idem ſi Nauis
deſtructa fuerit & noua fiat, etiam ſi renoue-
tur ex iiſdem tabulis, ex quibus prima facta
fuerat, vt in eadem *l. quid tamen. §. penultimo,*
Surd. *conſ.* 155. Caſtald. *de vſufr. cap.* 72. *num.*
6. Et actionem ſemel extinctam nunquam
reuiuiſcere, probatur *in l. Mæuius §. duorum,*
ibi, neque reuocare actionem ſemel extin-
ctam, *ff. de legat.* 2. quod etiam probatur per
textum *in l. ſi tibi* 17. *in finalibus verbis.* ibi,
dum enim proprietatem acquiris, omne ius
legati vſusfructus amiſiſti, *ff. quib. mod. vſusfr.
amitt.* Quod *ibi* Baldus in ſummario explicat,
quod vſusfructus non reuiuiſcit Penſiona-
rius autem & vſusfructuarius in pluribus
æquiparantur. Similiter ad hoc facit text. *in
l. cum filius. §. dominus. ff. de legat.* 2. Sed ni-
hilominus videtur adhærendum diſtinctio-
ni quam proponit Gig. *de penſion. quæſt.* 49.
*num.* 7. *& ſequentibus* vbi loquitur de quolibet
Clerico qui acquiſiuit beneficium illud ſuper
quo penſionem habebat, & deinde illud di-
15 mittit. † Aut enim Penſionarius beneficium
illud dimittit ex cauſa neceſſaria vt puta ſi ab
alio euincitur, ex eo quod in eo potiora iura
habet; & tunc euicto aut ablato beneficio re-
cuperat priora iura; pro exigenda penſione
contra poſſeſſorem beneficij, quod probatur
per textum *in l. ſi maritus. C. de inoffic. teſtam.*
vbi quamuis actiones eſſent confuſę, per adi-
tionem hæreditatis; tamen reſciſſo per que-
relam inofficioſi teſtamento, reuiuiſcunt
actiones confuſæ per aditionem; quod exten-
ditur ad vſumfructum qui aliunde ſpectabat
ad hæredem, tamen per confuſionem ſeu
conſolidationem, orientem ex aditione hæ-
reditatis fuerat extinctus, renouatur ſeu re-
uiuiſcit per euictionem hæreditatis ſuper-
uenientem.

16 Non eſt nouum quod actio ſemel extin-
cta per aditionẽ hæreditatis reuiuiſcat, ablata
hæreditate, vel etiam actio creditori compe-
tens, maximè in actione hypothecaria, qua-
lem etiam competere pro penſionibus aliàs
demonſtrauimus. Merlin. *de pignorib. lib.* 5.
*quæſt.* 14. *num.* 16. vbi fusè de hac materia. Vn-
de etſi bona creditori data in ſolutum euin-
cantur, poterit creditor redire ad primæuas
actiones quæ reuiuiſcunt: vt bene declarat
17 Fab. de Anna *conſ.* 35. *& conſil.* 90. † Et hæc eſt
communis opinio quod ſi res data in ſolutum
euincatur & auferatur à creditore, primæ il-
lius actiones & hypothecæ reuiuiſcunt, vt te-
ſtis eſt Theſaur. Iun. dicens ita fuiſſe iudica-
tum *in ſuis Quæſtion[illegible]s Forenſibus lib.* 2.
*quæſt.* 88. *num.* 11. Mona[illegible]h. *deciſ. Bonon.* 40.
*puncto* 8. *num.* 16. *&* 27. licèt non ignorem
aliquos DD. contrarium iudicaſſe, vt videre
eſt *deciſ.* 278. *num.* 21. *parte* 5. *recent.* ſed hæc
opinio quod priora iura reuiuiſcant, bene cõ-
probatur per Mangilium *in tract. de euiction. q.*
144. *num.* 26. vbi dicit quod hoc caſu ita re-
uiuiſcunt priora iura, vt etiam contra tertios
poſſeſſores agi poſſit; Morot. *de iure offeren.
n.* 33. *&* 35. quod optimè comprobat doctiſ-
ſimus Salgado *in labyr. credit. parte* 2. *cap.* 7. *n.*
37. *& ſequentibus.* † Aut verò (& hic eſt ſecun- 18
dus caſus) beneficiarius vel Epiſcopus aliuſvè
dimittit beneficium ex cauſa voluntaria; &
hoc caſu non poteſt reuiuiſcere penſio ſuper
beneficio impoſita quæ tam fuit per conſoli-
dationem & confuſionẽ finita, ad inſtar vſuſ-
fructus, qui nõ reuiuiſcit ſi proprietarius, qui
ante acquiſitionem & conſolidationem vſum
fructum habebat, poſt ſequutum talem con-
ſolidationem, alienauerit voluntariè proprie-
tatem; per text. *in l. cum filius. §. dominus ff. de
legat.* 2. & *l. ſi tibi fundi vſumfructum. ff. quib.
mod. vſusfr. amitt.* Et in hac voluntaria aliena-
tione procedit text. in *d. l. ſi tibi.* † Et poteſt 19
etiam dici quod diſpoſitio *d. l. ſi tibi,* volentis
vſumfructum omnino extingui, poteſt habe-
re locum in acquiſitione irreuocabili, ſecùs ſi
ſit reuocabilis, tunc enim iura priora reuiuiſ-
cunt, ex notatis per Tiraquell. *de retract.* §. 1.
*gloſſ.* 7. *num.* 71. Et facit ad propoſitum elegans
ratio quam adducit Giurba *deciſ.* 63. *num.* 3.
quia per acquiſitionem dominij extinguitur
forma vſusfructus; non tamen ſubſtantia, ſeu
effectus illius aut emolumentum, ſicut reui-
uiſcit vectigal emptori debitum quod in eius
perſona fuerat confuſum ſi vectigalis fundus
retrahatur. Tiraq. *d. gloſſ.* 7. *num.* 80. Carpan.
*ad ſtatutum Mediol. cap.* 417. *num.* 463. Giurba
*dicta deciſ.* 63. *num.* 3. † Et ſupradictam diſtin- 20
ctionem, inter alienationem voluntariam &
neceſſariam, bene explicat Gigas *de penſ.
quæſt.* 49. vbi fusè, qui tamen hoc limitat, vt
locum non habeat quando obtinens bene-
ficium ſuper quo penſionem habebat, ſciebat
ſe minus iuſtè impetraturum: nam ratione
culpę ſuæ, perdit actionem pro penſione, quæ
confuſa remanet & extincta, vt dicit idem
*dicta quæſt.* 49. *num.* 8. ex communi DD. re-
ſolutione in *d. l. ſi maritus, C. de inofficioſ. teſt.*
vt per Salycet. Bald. & alios in *d. l. ſi maritus.*
† Sed pace tanti Doctoris contrarium col- 21
ligitur, vt ſcilicet hoc iure non fiat diffe-
rentia inter ſcientiam & ignorantiam, ſed
indiſtinctè primæ actiones reuiuiſcant, ſiue
quis ſciuerit, ſiue ignorauerit, vt patet ex iis
quæ



quæ ibi dicuntur per Bald. *num.* 1. *in* 2. *op-
poſit.* Salycet. *& num.* 2. *verſic. oppono quod
imò debeat diſtingui:* Caſtrenſ. *num.* 2. *verſic.
in gloſſ. finali,* & alij qui reſpondent ad *l.
propter veneni* 21. *§. neptis ff. ad ſyllan.* & *l.
hæredum ff. de his quib. vt indignis,* vt locum
habeant in caſu ſpeciali, quia hæres adiue-
rat hæreditatem cum delicto, quia non vin-
dicauerat necem defuncti, ideò fiſcus aufe-
rebat hæreditatem, nec reſtituebantur actio-
nes: & in effectu non debere fieri hoc in
caſu differentiam, inter ſcientiam & igno-
rantiam benè probat Gratian. *diſcept. forenſ.*
205. *num.* 39. 40. *&* 41.

Sed quid dicendum, ſi Clericus fuerit capi-
taliter damnatus, quo caſu penſionem amit-
tit, illaque cum beneficio conſolidatur; vel
etiam expreſsè ad priuationem penſionum
fuit condemnatus, poſteà verò fuit gratiosè
reſtitutus, vtrum etiam ad penſiones cenſea-
tur redintegratus in præiudicium illius, qui
beneficij libertatem iam aſſequutus fuerat?
In qua difficultate concludendum videtur
ex Farinac. *de Inquiſitione quæſt.* 6. *n.* 28. *verſic.
ſed an Clericus:* penſionem ſemel extinctam
non reuiuiſcere, poſt Sfort. Oddo *in tractat.
de reſtitut. in integr. quæſtion.* 98. *articul.* 3.
*num.* 32. cuius rationes non concludunt cir-
ca penſiones, ſed tantùm quoad beneficia,
vt patet ex Marſil. *ſingul.* 246. *num.* 2. & Ro-
land. *conſil.* 45. *num.* 29. *lib.* 4. *ad Guid.* Con-
ferunt per nos tradita *lib.* 1. *Quæſt. benefic.
quæſt.* 42. maximè *num.* 9.

Quidquid ſit, concluſio, ad quam incli-
nat Farinacius, vera eſt, quia conſolidatio
penſionis in caſu de quo agitur, fit ex diſpo-
ſitione iuris, abſque aliquo facto poſſiden-
tis beneficium aliàs penſione grauatum, qui
non dicitur delinquentis ſucceſſor, nec ius
ſuum ab illo deſumit; ideò penſio ſemel con-
ſolidata & extincta, non redintegratur in
præiudicium iuris Tertiò quæſiti: ex Theo-
rica Fortunij Garſiæ *in l. Gallus, §. & quid
ſi tantùm, num.* 238. *de liber. & poſth.* & ex
*deciſione* Bellamer. 244. incip. *His ſuppoſitis:
column. penult. verſicul. quartò, ex eadem
parte.*

22 Notandum eſt Decimò, quod ea quæ
diximus de extinctione penſionis, per pro-
motionem ad Epiſcopatum, non habent lo-
cum in Epiſcopis titularibus qui habent
Epiſcopatus in partibus Infidelium, aut alia
ratione ſunt Epiſcopi, ſolo nomine, quia
poſſeſſionem Epiſcopatus adipiſci impediun-
tur; Cokier *ad reg.* 24. *ſeu* 25. *cancell. num.* 26.
*verſicul. Secundò non procedit.* Pariſ. *de reſign.
lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 9. *&* 89. Barb. *de Epiſc. dicta
alleg.* 57. *num.* 74.

23 Notandum Vndecimò, quod ſicut bene-
ficia vacant per promotionem ad Epiſcopa-
tum ſeu ſimilem aliam dignitatem ſicut &
penſiones ita eodem modo dum quis iam
Epiſcopatum adeptus eſt impeditur adipiſci
de nouo penſiones, aut beneficia ſine diſ-
penſatione. In hac quæſtione Philippus
Prob. *in addition. ad gloſſ. pragmaticæ ſanctio-
nis tit. de collation. §. Item quod Vniuerſitates,
in verbo beneficiorum, num.* 1. dicit idem locum
habere in Religioſis & in Epiſcopis, vt om-
nia alia beneficia ſint ipſis incompatibilia,
& ſe remittit ad tradita per ipſum *in tractat.
de penſion. parte* 2. *quæſt.* 7. *ante finem.*

Poteſt etiam dici quod Epiſcopus poſt- 24
quam eſt conſecratus habetur: pro Mona-
cho quoad Papam, & ſic non poteſt Supe-
riori ſuo contradicere: *cap. non dicatis* 12.
*quæſt.* 1. *pragmat. ſanction. titul. de election.
cap. licèt §. cenſuit in verbo conſecrari,* & ita
determinat Cokier qui non approbat con-
trariam Nauarri ſententiam *in conſil.* 15.
*& vltimo in fine de election.* Imò dicit Epiſ-
copum ſicut ab obtentis ſine ſpeciali reten-
tionis diſpenſatione reiicitur, ita & ab ob-
tinendis eſſe remouendum ſine diſpenſa-
tione, quia turpius eiicitur quàm non ad-
mittitur hoſpes: *cap. quemadmodum de iure-
iur.* quod per eandem rationem ante eum
tenuit Abbas *in cap. Eccleſia veſtra num.* 3.
*in fine de election.* † Quamuis ſufficiat quod 25
in prouiſione dicatur illum eſſe Epiſcopum,
quia ex eo inducitur tacita diſpenſatio Sum-
mi Pontificis, vt idem Author dicit *ad di-
ctam regulam* 24. aliàs 25. *num. vltimò.* † In 26
Epiſcopis autem titularibus de quibus pau-
lò ante egimus penſionis conceſſionem vali-
dam eſſe ſine diſpenſatione tenet Garſ. *de
benef. parte* 11. *cap.* 6. *num.* 46. in reliquis au-
tem neceſſaria eſt diſpenſatio Summi Pon-
tificis, vt Epiſcopo conferantur, † ex iux- 27
ta cauſa; veluti propter redituum tenuita-
tem vel quia Epiſcopus non admittitur ad
ſuum Epiſcopatum, vel illius reditus perci-
pere non poteſt, atque ita nuper cuidam
Epiſcopo reſpondi ex doctrina Garſ. *dicta
parte* 11. *cap.* 6. *num.* 44. per ea quæ dicit Ab-
bas *in cap. cum in noſtris num.* 4. 7. *&* 15. *de
conceſſ. præben.* Barboſ. *dicta allegat.* 57.
*num.* 7.

Vt autem nulla hic adſit æquiuocatio ad- 28
uertendum eſt, quod per adeptionem Eccle-
ſiæ Cathedralis vacant quidem priora bene-
ficia, niſi per Papam concedatur retentio, ſed
è cõtra quia per adeptionem dignitatum vel
beneficiorum non vacant Epiſcopatus *d. cap.
cum in noſtris de conceſſ. præb.* & ibi Abbas *n.* 4.
Rebuff. *in concor. tit. de mand. Apoſt. §. ſtatuimus
in verb. Monaſt. verſ. Nota tamen.* Verùm hæc
quęſtio videtur ſuperflua, quia alia beneficia

poſt promotionem ad Eccleſias huiuſmodi, exigunt ſpecialem Pontificiam diſpenſationem: vt dictum eſt per quam omnes defectus ſupplentur, ex Garſ. *dicto n.*44.

29 Quid autem dicendum ſit de electo ad Cathedralem, non tamen confirmato; Reſpondetur illum, & penſionis & beneficij capacem eſſe, quæ tamen poſt confirmationem ſicut alia obtenta beneficia amittet, ſecundùm modum & formam, de quibus ſupra *de beneficiis & penſionibus* dictum eſt; vt per *gloſſ. prag. ſanct. tit. de collat. §. item inſuper in verbo diſponere:* vbi Prob. *in addit.* rationem reddit quia electus non dicitur Prælatus ante confirmationem, cum ſolùm habeat ius ad rem ex quo iure titulus non cauſatur, ſed ex iure in re, cui renunciari non poteſt niſi in manibus Superioris, ſecus de iure ad rem ſequitur Garſ. *dicta parte* 11. *cap.* 6. *num.*47.
† Verum iſta quæſtio non poteſt adaptari il- 23
lis, qui prouiſionem habent, à Summo Pontifice quia eius prouiſio habet vim electionis, & confirmationis; vt dicit Barboſ. *de Epiſcop. d. alleg.* 57. *n.*68. & *in cap. cum in cunctis* 29. *in fine de elect.* vbi propterea dicit quod ſtatim huiuſmodi impetrantium beneficia poſt prouiſionem, ex ſtylo curiæ conferri poſſunt, qui ſtylus obſeruandus eſt.

# CAPVT LXXV.

## *ARGVMENTVM.*

VTRVM Coniugati ſint capaces beneficiorum & penſionum Eccleſiaſticarum; & an per Matrimonij contractum perdantur; Quid ſi penſio nullum habeat onus ſpirituale annexum; Quid dicendum de acceſſibus & regreſſibus; Vtrum ad hoc vt penſiones amittantur, neceſſe ſit Matrimonium eſſe conſummatum, vel ſufficiat illud fuiſſe contractum per verba de præſenti; Quid iuris ſi vxor ante conſummationem ingrediatur Monaſterium, vtrum maritus recuperet priſtina beneficia, & penſiones ſaltem per nouam prouiſionem; Si Matrimonium ſit nullum ex defectu ſolemnitatis requiſitæ per Concilium Tridentinum, vel propter impedimentum dirimens, aut cum puella impubere vel pubertati proxima, vel ob litiſpendentiam ſuper nullitate alterius prioris Matrimonij mulieris, vel in ſpretum prohibitionis continentis decretum irritans, vtrum penſiones amittantur.

### SVMMARIVM.

1 *Coniugati ſunt beneficiorum Eccleſiaſticorum incapaces.*
2 *Intellige vt non ſufficiat fuiſſe contracta ſponſalia per verba de futuro, ſed tantùm ſi per verba de præſenti.*
3 *Vtrum poſt Matrimonium beneficia vacent ipſo iure, an verò tantùm per ſententiam.*
4 *Non ſolùm beneficia ſed etiam penſiones per contractum Matrimonij amittuntur.*
5 *Clericus ſimpliciter tonſuratus, aut minoribus ordinibus inſignitus, Matrimonium impunè contrahit.*
6 *Penſiones intuitu Clericatus conceduntur & per conſequens, qui Matrimonium contrahit illis renunciare præſumitur.*
7 *Clericatus expirat per Matrimonium præterquam quoad fori priuilegium.*
8 *Ampliatur vt procedat etiam ſi penſio nullum onus ſpirituale annexum haberet.*
9 *Contrahens Matrimonium habet penſionem pro derelicta.*
10 *Penſiones amittuntur ſiue Clericus Matrimonium contrahat cum Virgine; ſiue cum Vidua.*
11 *Status coniugalis eſt incompatibilis cum acceſſibus & regreſſibus.*
12 *Clericus in ſacris Ordinibus conſtitutus ſi de facto contrahat Matrimonium, amittit penſiones.*
13 *Idem ſi Matrimonium contrahatur per verba de præſenti, quamuis nulla ſecuta copula.*
14 *Qui beneficium impetrat vti vacans ob Matrimonium tenetur probare illud fuiſſe contractum per verba de præſenti.*
15 *Non tamen talis impetrans tenetur probare copulam fuiſſe ſubſequutam.*
16 *Sponſus vel ſponſa etiam per verba de præſenti, poteſt ingredi Religionem inuito coniuge ſi Matrimonium nondum fuerit carnali copula conſummatum.*

17 Hoc



17 *Hoc caſu coniux qui manet in ſæculo poteſt cum alia liberè contrahere.*
18 *Remanet tamen hoc caſu maritus ſuis penſionibus priuatus.*
19 *Sed tamen maritus poteſt beneficia amiſſa conſequi ex noua Pontificis prouiſione.*
20 *Qui iurauit gradum Doctoratus accipere in vna vniuerſitate, poteſt illum accipere in alia ſub nouo examine.*
21 *Renunciatio beneficij ob Matrimonium eſt tacita non expreſſa.*
22 *Qui renunciauit beneficio non impeditur illud aſſequi ex noua prouiſione.*
23 *Sed ſine noua prouiſione non poteſt illud aſſequi.*
24 *Penſiones expirant quamuis contractus matrimonij ſit nullus.*
25 *Voluntas recedendi à ſtatu Eccleſiaſtico probatur etiam ex actu nullo.*
26 *Contraueniens conſtitutioni pænali, incidit in pænam ex actu nullo.*
27 *Supradicta locum habent non ſolùm in beneficiis ſed etiam in penſionibus, vt ex Matrimonio nullo amittantur.*
28 *Matrimonium contractum non obſeruata forma Concilij Tridentini eſt nullum.*
29 *Et hoc caſu ſic contrahens priuatur beneficiis & penſionibus.*
30 *Quando dicatur Matrimonium eſſe nullum ex defectu conſenſus.*
31 *Contrahens cum impedimento dirimenti beneficia & penſiones amittit.*
32 *Ampliatur vt procedat ſiue ſi contrahens ſciuerit, ſiue ignorauerit impedimentum.*
33 *Matrimonium contractum cum puella impubere, non priuat beneficiis & penſionibus ex communi ſententia.*
34 *Diſtingunt aliqui inter Clericum ſcientem & ignorantem, ſed verius eſt indiſtinctè ſiue Clericus ſciuerit, ſiue ignorauerit penſiones non amitti hoc caſu.*
35 *Si tamen puella eſſet proxima pubertati, & ſic capax conſenſus, Clericus amitteret beneficia & penſiones, ſi cum illa contraheret Matrimonium.*
36 *Clericus contrahens nulliter cum ea cuius maritus erat viuus licèt crederetur mortuus, vtrum penſiones & beneficia amittat.*
37 *Matrimonij contractus quamuis nulliter cum ea quæ per copulam carnalem duobus maritis iuncta fuit, reddit Clericum ad penſiones & beneficia inhabilem.*
38 *Matrimonium ſecundùm contractum in præiudicium litis pendentis ſuper nullitate primi, non eſt nullum declarandum, donec fuerit iudicatum primum fuiſſe validum.*
39 *Matrimonium lite pendente contractum eſt nullum, ſi fuerit celebratum in ſpretum Decreti prohibitiui cũ Clauſula irritanti.*
40 *Explicantur quæ dicta ſunt per Authorem in* ſuis Quæſtionibus beneficialibus cap. 182. n. 13. in 2. volum.
41 *Matrimonium ſi ſit nullum aliter quàm ex defectu conſenſus, amittuntur penſiones & beneficia.*
42 *Tranſactio poſt contractum à Clerico Matrimonium, facta ſuper penſione, non approbata à ſede Apoſtolica non valet.*
43 *Indubitatum eſt penſiones amitti, per Matrimonium contractum ab eo, qui Sacris Ordinibus initiatus eſt.*
44 *Etiam per Matrimonium clandeſtinum beneficia & penſiones amittuntur.*

VT ſciatur quid interſit inter incapacitatem ad obtinenda beneficia & penſiones, quoad perſonas coniugatas quædam breuiter de capacitate illorum ad beneficia, præmittenda ſunt; vt clarius & diffuſius poſtea de penſionibus tractemus.

Supponenda eſt igitur concluſio genera- 1
lis quod coniugati ſunt beneficiorum Eccleſiaſticorum incapaces, cum etiam ſi quis beneficium obtineat, illo priuandus ſit, vt per Maſcard. *de probat. concluſ.* 182. *num.* 1. Ceual. *comm. concluſ.* 147. Capell. Tholoſ. *deciſ.* 240. aliàs 239. Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 15. *num.* 43. Garſ. *de benef. parte* 11. *cap.* 8. *num.* 1. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *de impediment. cap.* 42. *num.* 1.
† Qui omnes hoc intelligunt vt locum ha- 2
beant in Matrimonio contracto per verba de præſenti; non autem quando per verba de futuro contractum eſt, quia ſicut per adeptionem beneficij incompatibilis, priùs non vacat donec ſecundi pacifica fuerit ſequuta poſſeſſio: *cap. commiſſa de elect. in* 6. ita per ſponſalia quæ effectum non ſortiuntur, ſed ſunt veluti quædam præparatio ad matrimo-
nium; vt dicit Sanch. *dicto num.* 1. † Iſta autem 3
beneficia per Matrimonium amitti ipſo iure & ſtatim poſſe impetrari verius eſt, vt dicit Sanchez *dicta quæſt.* 42. *num.* 4. Gonzal. *dicta gloſſ.* 15. *num.* 43. quod eſt verum in eo qui eſt conſtitutus in Minoribus Ordinibus; ſecùs in eo qui erat in Sacris, hic enim per ſententiam eſt priuandus, cum eius Matrimonium ſit nullum, vt dicit Garſ. *loco citato.* de cuius rei veritate infra *hoc eodem capite* agemus.

Quod autem de beneficiis dictum eſt, & 4
in penſionibus Eccleſiaſticis obtinere locum certum eſt, quæ per contractum Matrimonij amittuntur. Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 15. & *lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 115. vbi dicit hanc eſſe communem & receptam Doctorum ſententiam, & à Sacra Rota Romana ap-
probatam. † Ratio eſt quia Clericus nondum 5
in Sacris conſtitutus, ſed vel ſimpliciter Tonſuratus, vel in Minoribus Ordinibus conſtitutus,

tutus, quamuis impunè contrahere poſſit Matrimonium, *cap. 1. & 2. de Cler. coniug.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 35. num. 48. & cap. 159. num. 10.* Couarr. *de matrim. parte 2. cap.*
6 *6. §. 3. num. 5.* † Tamen illud contrahendo cenſetur renunciaſſe non ſolùm beneficiis, ſed etiam penſionibus quas obtinebat etiam ex cauſa ceſſionis beneficij; per Pariſ. *dicto lib. 1. quæſt. 1. num. 14. & 15.* Et licèt penſiones habeant aliquid temporalitatis, vt per Gigant. *in tract. de penſion. quæſt. 99. num. 7.* tamen quia penſio datur ratione Clericatus, & non alio intuitu.

7 Clericatus autem expiret per Matrimonium, præterquam quoad priuilegium canonis & fori eo modo quo expreſſum reperitur, *in cap. 1. de cleric. coniug. in 6.* ſequitur quod ceſſante cauſa, ceſſare debet ipſa penſio à Clericatu tanquam à ſua cauſa dependens, vt arguit Rota apud Put. *deciſ.* 449. aliàs 459. *lib. 2.* & ipſe Gigas *in dicta quæſt. 54. num. 4.* dicit hoc ſibi ipſi contigiſſe, cum propter matrimonium penſiones per S. P. Clementem VII. Sibi reſeruatas amiſerit; Iul. Clar. *in pract. crimin. § fin. quæſt. 73. num. 5. circa finem verſic. Item Clericus contrahens Matrimonium.*

8 † Qui ampliat vt hoc procedat quamuis penſio conceſſa fuerit nullo onere ſpirituali adiecto, quod licèt per aliquos in controuerſiam deductum fuerit, tamen in Curia Romana ita receptum eſſe; vt penſiones per Matrimonium vacent, quamuis nullum eis onus ſpirituale impoſitum ſit, teſte Couarr. *de matrim. parte 2. cap. 6. §. 3. n. 7. verſic. verum Romanæ Curiæ vſus*: ſequitur Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſput. 44. n. 6.* prædictam etiam ra-
9 tionem petitam ex eo † quod contrahens Matrimonium habet penſionem pro derelicta, approbat Caualer. *deciſ. 166. num. 5.* repetita apud Marcheſ. *de cõmiſſ. appellat. in cauſis penſ. parte. 1. §. 1. deciſ. 64. num. 4. fol. 567.* eandem ſententiam vt per Matrimonium penſiones amittantur, tenet Garſ. *de benef. part. 1. cap. 5. num. 105. & ſequentibus*; Farinac. *in Fragm. litt. C, num. 331.* Tuſch. *litt. P. concluſ. 717. num. 17.* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſput. 44. per totam.* Caroli de Graff. *de effectibus clericatus effect. 5. num. 12.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop. parte 3. allegat. 57. num. 106.* Rota *deciſ. 12. num. 27. parte 5. recent.* & *deciſ. 8. num. 2. poſt conſilia Farin. volum. 2. repetita apud* Pic. *ad ſtatuta vrbis deciſ. 2.* & apud Caualer. *deciſ. 166. num. 1.* Lotter. *de re benef. lib. 3. q. 26. n. 61. & ſequentibus.* Burat. *deciſ. 86. num. 14.* & Additio ad eundem *deciſ. 791. num. 8. & ſequentibus* & coram Gregor. *deciſ. 18. num. 1. & 6.* & apud Marcheſ. *parte 1. tit. de ſignat. gratiæ diuerſa; n. 31.* coram Sacrato *in Nolana Penſionis fol. 127.* & apud Viuian. *de iure-patronat. de-*
*ciſ. 95. num. 5.* † Vbi dicitur hoc caſu penſio- 10
nes amitti ſiue contrahatur cum virgine ſiue cum vidua, idem traditur *deciſ.* Rotæ 293. *n. 9. poſt 2. volum. conſil. Farinac.* Ricciul. *de perſonis extra grem. lib. 7. cap. 3. num. 3.*

Ampliatur Primò vt non ſolùm ſtatus con- 11
iugalis ſit incompatibilis cum beneficiis & penſionibus, ſed etiam cum acceſſibus & regreſſibus & aliis quibuſcunque iuribus, ſuper beneficiis competentibus, *gloſſ. in cap. 1. in verbo clericalis de Cleric. coniugat. in 6.* Couarr. *parte 2. cap. 6. §. 3. n. 6. de matrim.* Ignatius ad Diaz *in pract. crimin. cap. 80. in litt. C.* Sanch. *dicto lib. 7. diſput. 42. n. 7.* vbi dicit ſe neminem diſcrepantem inueniſſe Garſ. *de benef. lib. 11. cap. 8. num. 2.*

Ampliatur Secundò vt procedat etiamſi 12
Matrimonium contractum fuerit abſque carnali copula ſubſequuta per Clericum in Sacris Ordinibus minimè conſtitutum, tunc enim vacant penſiones, beneficia, & alia iura ſuper beneficiis ipſo iure *dicto cap. 1. de Clericis coniug.* † Idem ſi ſponſalia celebrata fue-
rint per verba de præſenti, non ſecuta copu- 13
la: quia actus ille contrarius eſt, intentioni beneficij. Mozz. *in tract. de contractib. tit. de Matrim. in cap. de naturalibus Matrim. num. 4.* Abb. *in cap. ſanè 2. n. 5. de Cleric. coniug.* Carol. de Graff. *dicto effectu 5. num. 16.* & ideò cum aliàs Rota declaraſſet penſiones ceſſaſſe & eodem modo finitas eſſe quo beneficia vacant apud Caualer. *dicta deciſ. 166.* † Tamen 14
poſtea receſſit à deciſis apud eundem *deciſ.* 180. non quidem ex eo quod penſiones non deſinerent per contractum Matrimonij; ſed ex eo quod actor non probauerit Matrimonium verè fuiſſe contractum; quamuis illud fuiſſet declaratum per vnicam ſententiam, quæ per appellationem ſuſpenſa fuerat; ſeu quod plus eſt, per interpoſitum remedium reſtitutionis in integrum, cuius deciſio pendebat in Rota, vt in illa *deciſion* 180. † Et ſic 15
patet ex illa deciſione & aliis iuribus ſuprà deductis quod impetrans beneficium vel prætendens extinctionem penſionis tenetur probare Matrimonium, vel ſponſalia per verba de præſenti; ſed non tenetur probare copulam. Lotter. *lib. 3. de re benef. cap. 2. n. 73.*

Ampliatur Tertiò, vt locum habeat, ſi 16
vxor ante conſummationem matrimonij ingrediatur Monaſterium, quod illi permiſſum eſt; & ſic aliquando in caſibus occurrentibus obſeruatum vidimus, etiam inuito ſponſo: *cap. ex publico de conuerſ. coniugator.* Et hoc eſt notabile † Quia huiuſmodi Matrimo- 17
nium quod vocatur ratum & non conſummatum dirimitur per profeſſionem ſubſecutam alterius ex coniugibus, & coniux ille qui manet in ſæculo eſt omnino à vinculo ma-

trinmoiali-



trimoniali abſolutus, & poteſt liberè cum alia contrahere, & hoc eſt de fide vt potè à Summo Pontifice Euſebio determinatum *in cap. deſponſatam. 27. q. 2.* & à Ioanne XXII. & habetur *in eius Extrauag. antiqua de voto.* & ab Alexand. III. *in cap. 2. & in cap. ex publico de conuerſione coniugat.* & ab Innocent. III. *in cap. ex parte tua, eodem tit.* & tandem in Sacro Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. de matrim. can. 6.*
18 ibi. † *Si quis dixerit Matrimonium ratum non conſummatum per ſolemnem profeſſionem alterius coniugis, non dirimi, anathema ſit.*

Hoc igitur caſu licèt Matrimonium dirimatur remanet tamen effectus iam conſummatus, per contractum Matrimonij perfectum & ratum, cum contrahendo matrimonium Clericus fecerit actum incompatibilem cum adeptione & fruitione beneficiorum & penſionum; ideò debet illud per tacitam renunciationem amittere, Mozz. *in d.*
19 *cap. de naturalibus Matrimoniis num. 4.* † Qui tamen dicit quod cùm ſit liber à nexu matrimonij poteſt illud beneficium iterato impetrare, quod eſt veriſſimum per textum expreſſum *in cap. 2. eodem tit. de renunciatione,* vbi dicitur quod renuncians beneficio non poteſt illud petere & à iure ſuo recedit, nihil tamen impedit, quominus illud idem beneficium ex noua collatione poſſideat, quia omnis renunciatio debet intelligi rebus ſic ſtantibus, & ex ſuperuenienti nouo iure & titulo reſoluitur: vt probat multa ſimilia adducens Georg. Natt. *in repet. capit. quamuis*
20 *pactum, de pactis,* ſubdens, † quod ſi ſcholaris licentiatus iurauerit non aſſumere gradum extra illud ſtudiũ, non obſtante tali iuramento aliud nouum examen alibi ſubeat, ratione noui examinis, gradum ibi aſſumere poterit, quod dicit eſſe ſingulariter notandum, & probat in terminis renunciationis beneficij Palat. Rub. *in repetit. cap. per veſtras de donat. inter virum & vxorem, §. 67. num. 18. fol. mihi 48. verſo.*

21 Quod multò magis in caſu propoſito locum habere debet, cùm contrahens matrimonium non renunciauerit beneficio expreſſè, nec cum iuramento, ſed tacitè; quamuis *Maynard.* talem renunciationem beneficij per contractum matrimonij factam, voluerit expreſſam quodammodo dici poſſe, *lib. 4. quæſt. ſingul. cap. 55. num. 9.*

22 Quidquid ſit, etiam ſi ageretur de renunciatione iurata & expreſſa, nihil impedit quominus ille qui renunciauit poſſit illud idem beneficium ex noua cauſa obtinere, & ex noua prouiſione, Franciſc. Molin. *de ritu nuptiarum lib. 3. quæſt. 94. num. 6.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib. 1. quæſt. 13. num. 43. & ſequentibus;* & verba dicti *cap. 2. de renunciat.* ſunt clara ibi, *Ideoque vobis mandamus ſi præfatum P. idoneum inueneritis, de conſenſu maioris partis Capituli fuiſſe de dicto beneficio authoritate apoſtolica inueſtitum,* cùm faciatis beneficium ipſum pacificè poſſidere, non enim videtur nobis impedimentum afferre iuramentum quod de eodem non petendo vlterius proponitur præſtitiſſe, ſi conſenſus maioris & ſanioris partis Canonicorum Eccleſiæ interuenerit; atque ita in propriis noſtræ quæſtionis terminis refert Moz. *in d. tit. de Matrimon. in cap. de naturalib. matrim. num. 4.* † Dicens 23
contrahentem Matrimonium non poſſe beneficium recuperare ſine noua collatione, quando ſponſa ante conſummatum Matrimonium Religionem vouet: Sanch. *de Matrim. lib. 7. diſput. 42. num. 6.* vbi nouam collationem hoc caſu reſeruat.

Ampliatur Quartò, vt etiam amittantur 24
penſiones & beneficia per contractum matrimonij quamuis Matrimonium eſſet nullum Gig. *de penſ. quæſt. 54. num. 9.* cuius ſententiæ fuit Senatus Tholoſanus apud Maynard. *dicto lib. 4. quæſt. ſingul. cap. 55. num 9.* † Ea ra- 25
tione quod voluntas recedendi ab Eccleſiaſticæ caſtitatis obſeruatione probatur etiam ex actu nullo per *l. fin.* vbi Bartol. *de rebus eor. qui ſub tutel. l. fin. §. obſeruare ff. de off. proconſ.* Dec. *conſ.* 172. Bald. *in l. qui à patre ff. de confirm. tut.* † Et quando agitur de prohibitione pœ- 26
nali ex actu nulla quis incidit pœnam Iaſ. *in l. licet. C. de procurat.* & hæc ſententia eſt communis omnium DD. *in dict. cap. 1. de Cleric. coniug.* quos ibidem ad longum receſſet Barboſ. & probabitur ex inferius dicendis.

Si tamen aduertamus, quod dum de bene- 27
ficiis loquimur idem reſoluendum eſt in penſionibus, vt benè notat Sanch. *dicto lib. 7. diſput. 42. num. 5.* ſed hoc in capite duę ſunt quæſtiones in quibus DD. non omnino conueniunt: Prima eſt, vtrum illa concluſio procedat in quacumque ſpecie nullitatis matrimonij; Secunda, vtrum in quacumque ſpecie nullitatis amiſſio beneficiorum & penſionum ſequatur ipſo iure, an verò requiratur ſententia declaratoria.

In prima quæſtione varij caſus conſide- 28
randi ſunt; primus eſt quando Matrimonium eſt nullum ob inobſeruantiam ſolemnitatum ex Sacri Concilij Tridentini diſpoſitione neceſſariarum, ex eo quod matrimonium fuerit contractum coram Parocho alieno & ſine teſtibus *ſeſſ. 24. de reformat. matrim. cap. 1.* Veluti ſi contractum fuiſſet coram Parocho loci originis, cum tamen debuiſſet contrahi coram Parocho domicilij, vt nuper in quadam cauſa matrimoniali conſideratum fuit, ex traditis per Baſil. Pont. *in tract. de matrim. libro 5. cap. 13. num. 1.* Guttier. *in eodem tract. cap. 62. n. 29.*

Sanch.

Sanch. *lib.* 3. *diſput.* 23. *num.*7. aut aliàs non
fuiſſet obſeruata requiſita in dicto conſilio.
29 † Et hoc caſu ſine dubio contrahens incur-
rit pœnam amiſſionis beneficiorum & pen-
ſionum Eccleſiaſticarum; Gratian. *diſceptat.*
*Forenſ. cap.* 5. *num.*39. *verſicul. ita vt prædicta*
*procedant.* Idem dicit Anton. Ricciull. *in tract.*
*de perſionis extra grem. Eccl. exiſtentibus lib.*7.
*cap.*2. *num.* 32. Rota *deciſ.*8. *num.*4. *poſt conſil.*
*Farinac. volum.* 2. quæ eſt repetita apud Pic. *ad*
30 *ſtatutum vrbis deciſ.* 2. † Non enim poteſt dici
hoc caſu quod nullitas Matrimonij proue-
niat ex defectu conſenſus; tunc enim dicitur
deficere conſenſus, quando ille nullo modo
fuit præſtitus, vt in contrahente per metum,
aut in eo qui caret intellectu; non autem
quando eſt præſtitus, ſed lex illum annullat,
imò dictum Concilium Tridentinum in
proœmio ſupponit in Matrimonio Clande-
ſtino eſſe conſenſum.

31 Secundus caſus eſt quando Matrimonium
ſolemniter quidem fuit celebratum, ſed adeſt
impedimentum dirimens, veluti ſi fuerit con-
tractum cum conſanguinea in gradu prohi-
bito, tunc etiam amittuntur beneficia & pen-
ſiones, quamuis ignarus impedimenti ſic
contraxiſſet, Tiraq. *de retract. lignag.* §. 26.
*gloſſ.*2. *num.*9. Couarr. *de Matrim. dicta parte*
2. *cap.* 6. *num.* 4. *verſic. quod ſi is qui habet*, &
ratio eſt quia iſte quantum in ſe fuit, benefi-
32 cio & penſione ſe indignum reddidit. † Et
hoc procedere ſiue ſciuerit ſiue ignorauerit
impedimentum qui ſic contraxit, quia ſe in-
dignum reddidit, teſte Barboſa *ad dict. caput*
1. *de Clericis coniugatis, num.*8. conferunt tra-
dita per Hyppol. Marſil. *conſil.* 70. *num.* 16.
Graſſ. *de effectib. cleric. effectu* 5. *n.* 11.

33 Tertius eſt caſus quando Matrimonium
fuit contractum, per Clericum in minoribus
ordinibus conſtitutum cum puella impube-
re, quamuis poſt pubertatem non fuerit ſe-
cuta copula, & hoc etiam caſu ex tali con-
tractu incurri pœnam amiſſionis beneficio-
rum & penſionum fuit deciſum per Rotam
in *antiquis deciſ.* 1. *de ſponſalibus*, aliàs 103. Fer-
nand. Vaſq. *lib.* 3. §. 22. *limitat.* 17. *num.* 47.
*verſicul. vnde magis eſt.*

34 Vbi tamen diſtinguit vtrum ſic contra-
hens ſciret puellam eſſe impuberem, an verò
ignoraret vt primo caſu non priuetur bene-
ficiis, quia hæc ſunt ſponſalia de futuro; ſe-
cundo caſu priuetur, quia habuit animum
35 vitam Eccleſiaſticam dimittendi. † Sed com-
munem opinionem eſſe in contrarium, nem-
pe penſiones & beneficia hoc caſu non amit-
ti teſtatur Ricciull. *de perſonis extra grem. Ec-*
*cleſ. exiſtentibus lib.*7. *cap.*2. *num.*7. dicens hoc
procedere ſiue Clericus ſic contrahens ſciret
defectum mulieris, ſiue illum ignoraret: & ad
hoc allegat Ioannem Andr. *in cap. Ioannes de*
*Cleric. coniug.* Henric. Boic. *in cap. diuerſis n.* 10.
*eodem titulo*, ratio eſt quia illud Matrimo-
nium cum puella impubere ſic contractum
habet duntaxat vim ſponſalium per verba de
futuro, Gigas *de penſion. quæſt.* 54. *num.*9. Co-
uarr. *de ſponſalib. parte* 2. §. 6. *cap.* 3. *ſub num.*4.
*verſicul. ſed cum hic contractus*, Garſ. *de benefi-*
*ciis parte* 11. *cap.* 8. *num.* 11. Sanchez *de Ma-*
*trim. num.* 6. *verſic. maior autem difficultas eſt*;
niſi tamen puella eſſet proxima pubertati,
tunc enim quia apta eſt ad conſentiendum,
cenſetur clericus receſſiſſe ab ordine; & be-
neficia ac penſiones vacant, teſte Ricciul. *in*
*dicto tract. de perſon. extra grem. Eccleſ. exiſten-*
*tibus lib.*7. *cap.*2. *num.*9. Et hoc in caſu proce-
dit dicta deciſio Rotæ 1. *ſubſtit. de ſponſalibus*
*in antiquis.* & ſic ſupradicta procedunt quan-
do matrimonium eſt nullum ex defectu con-
ſenſus: nam ſi nullitas aliunde proueniret re-
currendum eſſet ad tradita *in capite ſequenti*
76. *n.*9. *& ſequent.*

Quartus caſus eſt qui in facto accidit quod 36
Clericus quidam in minoribus ordinibus
conſtitutus contraxit Matrimonium cum
puella, quæ iam priori viro deſponſata erat
per verba de præſenti, quod matrimonium
ex duplici capite prætendebatur nullum;
primò quia viuente primo viro, non poterat
validè contrahi matrimonium, quamuis mu-
lier maritum in remotis agentem, falſo rumo-
re mortuum crederet; ſecundò quia iam ſu-
per nullitate primi matrimonij, lis fuerat in-
troducta ex capite vis & metus vxori illati,
in cuius litis præiudicium non poterat ſecun-
dum contrahi matrimonium, vnde clericus
iſte ſecundi huius matrimonij nullitatem
allegans prætendebat ad beneficia & penſio-
nes admitti. † Sed reſponſum fuit ipſum re- 37
pellendum eſſe triplici ratione, primò quia
iſte erat bigamus conſummato primo & ſe-
cundo matrimonio: cap. *debitum de bigam.*
Sanch. *de matrim. lib.*7. *diſput.* 83. maximè *n.*4.
adeo vt non excuſaret credulitas mortis pri-
mi viri, vt aduertit de Graſſis *de effectib. cle-*
*ricat. effectu* 1. *num.*996. † Secundò quia iſtud 38
ſecundum matrimonium licet contractum
fuiſſet, pendente lite ſuper nullitate primi,
& iudicium talis nullitatis fuiſſet terminatum
aduertit Caren. *de offic. inquiſit. parte* 2. *tit.* 5. §.
5. Caſtro Palao *parte* 1. *tract.* 4. *de mod. proced.*
*in cauſis fidei, diſput.* 8. *puncto* 16. §. 8. Farinac.
*de hæreſ. quæſt.* 178. *num.* 72. & ante eos Abbas
*in cap. cum in Apoſtolica num.* 3. *in* 2. *notab.* Fran-
ciſ. Marcus *deciſ.* 713. *parte* 2. Decius *conſ.*
163. *num.* 7. *verſiculo tertio reſpondetur*, Lan-
cellot. *de attent. lite pendent. cap.* 4. *limit.* 17.
*per totam.* † Verum quidem eſt quod abſque 39
diſcuſſione validitatis vel inualiditatis Ma-
trimonij,



trimonij, primo loco celebrati, procedi poſ-
ſet ad caſſationem & annullationem primi in
præiudicium litis pendentis contracti, quan-
do præceſſiſſet prohibitio cum decreto irri-
tanti, vt probatur per textum *in cap. tua fra-*
*ternitas, de ſponſa duorum*, & per alia iura quæ
bene deducit Baſilius Pont. *de Matrim. lib.* 6.
*cap.* 7. *num.* 5. *& ſequentibus*, & probat etiam
Abbas *in dict. cap. tua fraternitas*, & Sanch.
*de Matrim. lib.* 7. *diſput.* 2. *num.* 15. & *lib.* 3.
*diſput.* 25. *num.* 17. *verſicul. maximè quia*,
40 † & in hunc ſenſum accipienda ſunt, quæ
nos diximus *in* 2. *volumine quæſt. beneficial.*
*cap.* 182. *num.* 13. quia licèt Sanchez *dicta*
*diſput.* 2. *num.* 14. diſtinguat inter prohibi-
tionem perpetuam & temporalem, qualis
eſt ex cauſa litis pendentiæ, & hoc caſu dicat
expectandum eſſe iudicium ſuper primo
Matrimonio; tamen indiſtinctè ſtatim nul-
lum declarari debere Matrimonium in præ-
iudicium decreti irritantis contractum pro-
bat Baſil. Pont. *loco mox citato.*

41 Tertiò ſine dubio excludendus erat iſte
Clericus, quia quamuis eius Matrimonium
in futurum declararetur nullum, & primum
eſſet validum, & per conſequens poſterius
irritum; tamen non ideò, ob talem nullitatem
liceret ipſi ad beneficia & penſiones admitti,
per iura Superius allegata, & nominatim
Lotter. *de re benef. lib.* 3. *q.* 26. *num.* 76. & bene
Rota *dicta deciſ.* 8. *n.* 3. *verſic. & procedit etiam*,
poſt Conſil. Farinac. dicens aliud eſſe quando
nullitas proueniret ex defectu conſenſus.

Quintus caſus eſt, quando poſt contra- 42
ctum Matrimonium per verba de præſenti,
penſionarius qui Matrimonium contraxit,
tranſactionem fecit cum titulari abſque ap-
probatione ſedis Apoſtolicæ per quam con-
uentum fuit, quod penſio in futurum ſub mi-
nori ſumma ſolueretur; & hoc caſu conclu-
dendum eſt conuentionem illam non ſubſi-
ſtere, & titularem ea non obſtante non teneri
ad ſolutionem, vt probat Barboſ. *in d. cap.* 1. *de*
*Clericis coniugat.* Ex quadam deciſione Rotæ
Romanæ *in Tullenſi fructuum Prioratus* 21. Iu-
nij 1619. coram Coccin. Anton. Ricciul. *de*
*perſon. extra &c. lib.*7. *cap.* 3. *num.* 2.

Sextus caſus eſt quando Matrimonium 43
fuit nullum, ex eo quod contractum fuit per
eum qui erat in ſacris Ordinibus conſtitu-
tus, & hoc caſu fatentur omnes, induci
pœnam priuationis ſed ſolùm diſputant,
vtrum pœna hæc requirat iudicis declaratio-
nem, an verò oriatur priuatio ipſo iure, vt
videre eſt apud Barboſ. *in dict. cap.* 1. *de Cleric.*
*coniug. n.* 7. vbi plures allegat, & de hoc mox
agemus. † Idem ſtatuendum eſt quando Ma- 44
trimonium eſt clandeſtinum, eodem quippe
modo beneficia, & penſiones amittuntur.
Sanch. *dict. lib.* 7. *diſp.* 43. *num.* 8. nihil enim
intereſt ſiue Matrimonium palam & publicè
contractum fuerit, ſiue occultè: Carol. de
Graſſis *de effect. Cleric. eff.* 5. *num.* 17. poſt Gloſſ.
& Abbat. *in cap. cum decorem de Cleric. coniug.*
& Simon. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 34. *n.*4.
*verſic. hæc autem.*

## CAPVT LXXVI.

### *ARGVMENTVM.*

MATRIMONIVM per vim & metum, vel per amentem, contractum, penſionibus & beneficiis non priuare; vtrum autem beneficia, & penſiones amittantur ipſo iure per contractum Matrimonij, an verò ſit expectanda ſententia Iudicis, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter Matrimonium fuerit nulliter contractum: Vtrum pœnæ in Gallia conſtitutæ aduerſus eos qui, ſine parentum conſenſu Matrimonium contraxerunt, incurrantur non obſtante nullitate Matrimonij, dum pœna priuationis ipſo iure incurritur; Propter aliquod factum non notorium requiritur ſententia declaratoria facti, ſed ſtatim beneficium impetrari poteſt, non expectata ſententia, poſſeſſor tamen de iure communi citandus eſt.

### SVMMARIVM.

1 *Quando Matrimonium eſt nullum ob defectum conſenſus, non amittuntur penſiones nec beneficia.*

2 *In cæteris caſibus quando Matrimonium, non eſt nullum ex defectu conſenſus, per illius contractum penſiones & beneficia amittuntur.*

3 *Vtrum penſiones & beneficia amittantur, quando conſenſus deficit in vno dumtaxat ex coniugibus.*

4 *Si vxor fuerit metu inducta ad Matrimonium, ceſſant nihilominus penſiones Marito debitæ.*

5 *Non debet fieri hoc caſu diſtinctio inter virum ſcientem, & ignorantem ſed indiſtinctè priuandus eſt penſionibus.*

6 *Vtrum beneficia & penſiones nulliter contrahentis Matrimonium amittantur ipſo iure, an verò requiratur ſententia declaratoria.*

7 *Beneficia non vacare ipſo iure per Matrimonium quidam exiſtimant.*

8 *Si ob delictum oriatur priuatio debet interuenire ſententia declaratoria quod delictum fuerit commiſſum.*

9 *Contrahentes ſcienter Matrimonium nullum ipſo iure priuantur, quamuis aliqui contrarium teneant.*

10 *Verius eſt vtroque caſu ſcientiæ vel ignorantiæ, Clericum priuari ipſo iure beneficiis, & penſionibus.*

11 *Actus ſi ex ſe malus ſit, non excuſatur propter ignorantiam.*

12 *Quoties concurrit rationis identitas eadem pœna infligi debet.*

13 *Quando lex punit factum, non eſt conſiderandus effectus ex facto reſultans.*

14 *Ex communi ſententia non debet fieri diſtinctio ſcientiæ & ignorantiæ, in quæſtione priuationis beneficiorum; vel penſionum propter contractum Matrimonij.*

15 *In terminis Ordinationis Regiæ, in Gallia & Hiſpania quamuis Matrimonium ſit nullum nihilominùs per illud locus eſt pœnis in ordinatione contentis.*

16 *Ex actu nullo quando infligatur pœna contrauenienti.*

17 *Actus nullus habetur pro valido, in odium illum facientis.*

18 *Priuatus ipſo iure non poteſt reſignare, nec penſionem ſibi reſeruare.*

19 *Illius qui ipſo iure priuatur beneficia ſtatim impetrari poſſunt.*

20 *Illi qui ipſo iure priuatus, poſſeſſio ſine citatione auferri non poteſt.*

21 *Quod procedit in quacumque impetratione vacantium etiam ipſo iure.*

22 *In cauſis impetrationis, vacantium ipſo iure ſummariè procedendum eſt.*

23 *Si factum propter quod inducitur vacatio ipſo iure ſit notorium, non requiritur ſententia declaratoria.*

24 *Si verò factum non ſit notorium, ſententia requiritur.*

25 *Beneficium ipſo iure vacans, ſtatim conferri poteſt etiam ante ſententiam declaratoriã.*

26 *Sententia declaratoria priuationis ipſo iure poſteà lata ad tempus impetrationis retrotrahitur.*

SEPTIMVS eſt caſus quando Matrimonium eſt nullum, ex defectu 1
conſenſus; veluti ſi contractum fuerit per vim & metum cadentem in conſtantem virum, vel per eum qui tempore Matrimonij non erat ſanæ mentis, tunc enim non impeditur ſic contrahens admitti ad beneficia, & penſiones. Lotter. *dict. lib.* 3. *quæſt.* 26. *num.* 77. Rota *dicta deciſ.* 8. *num.* 3. *verſic. & procedit etiam.* Barboſ. *dicto cap.* 1. *de Cleric. coniug. num.* 7. Abb. *ibid. n.* 7. *verſ. quandoque enim.* Sanch. *de Matrim. li.* 7. *diſp.* 43.
*n.* 7. Rota *deciſ.* 250. *n.* 21. *parte* 7. *recent.* † vbi 2
generaliter dicit locum eſſe priuationi quomodocunque Matrimonium etiam nulliter contractum fuerit dummodo nullitas non proueniat ex defectu conſenſus; ne ſit melioris conditionis ille qui contra Canones quàm qui ſecundùm Canones contrahit; *cap. eum qui, de præbend. in* 6. Gonz. *d. gloſſ.* 15. *in principio num.* 4. *& in* 4. *modo vocandi, & in gloſſ.* 57. *n.* 44. *&* 46.

Sed dubitatur quid ſtatuendũ ſit ſi conſen- 3
ſus deficiat ex parte alterius tantùm ex coniugibus; ſi enim conſenſus deficiat ex parte vtriuſque, nempe tam viri quàm mulieris, res eſt indubitata: ſed ſi proueniat ſolùm ex parte viri, vt quod fuerit impulſus metu cadente in conſtantem virum ad contrahendum aut non fuerit mentis compos, ſimiliter eſt extra dubium, ſed ſi defectus conſenſus interueniat, ſolùm ex parte vxoris dubitari poteſt; ſed verius eſt ſiue defectus conſenſus interuenerit ex parte viri, ſiue ex parte vxoris beneficia non vacare, & penſiones non amitti; & ita concludit Sanchez *dicto lib.* 7. *diſp.* 43. *num.* 7.

Verùm hæc non ita ſimpliciter admittunt 4
Doctores: nam quando defectus conſenſus prouenit, ex parte vxoris propter metum cadentem in virum conſtantem, dicunt hoc caſu induci vacationem. Diaz *in pract. crimin. cap.* 80. *num.* 5. *in fine.* Gig. *quæſt.* 54. *num.* 10. Garſ. *dicta parte* 11. *cap.* 8. *n.* 12. Ratio eſt quia quando mulier eſt impubes, vel non ſanæ mentis, eſt omnino inhabilis ad præſtandum conſenſum; ſed quando metu compulſa eſt in ea adeſt conſenſus, & ideò cùm non ſtet per Clericum, quin Matrimonium perficiatur, debet priuari beneficiis & penſionibus.

Neque admittenda eſt diſtinctio ſcien-
tiæ, & ignorantiæ defectus in Clerico con- 5
trahente, quam nonnulli Doctores afferunt, & nominatim Vaſq. *loc. citato*, quia in contrarium adeſt communis reſolutio videlicet, quod ſiue Clericus ſciat impedimentum, ſiue ignoret, locus eſt priuationi, quando conſenſus per Clericum omni ex parte legitimus præſtitus fuit. Ricc. *d. cap.* 2. *n.* 7. *lib.* 7. quamuis non



non eiuſdem planè ſit ſententiæ, Garſ. quando Clericus ignorans impedimentum, nulliter quidem ſed bona fide contraxit, quæ reſolutio admitti debet in caſu ætatis impuberis, ſed non in caſu metus, vt per Ricciull. *dict. cap.* 2. *num.* 10. *verſic. eſt ratio*; & faciunt tradita *in cap. præcedenti, n.* 33. *&* 34.

6 Magna tamen eſt dubitatio, vtrum beneficia & penſiones amittantur hoc caſu ipſo iure, in qua verior videtur illa ſententia, quæ vult ſemper & indiſtinctè per contractum Matrimonij beneficia amitti ipſo iure; quam ſententiam multis exornat Ricciul. *dict. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 12. *& ſequentibus*, *& num.* 21. vbi reſpondet ad omnes rationes adductas per Garſ. tandemquè optimis adductis fundamentis hanc tuetur ſententiam, quod nulla hac in parte fieri debeat ſcientiæ & ignorantiæ diſtinctio: non negamus varias eſſe doctorum opiniones ſuis ſuffultas in hac ſecun-
7 da quæſtione rationibus. † Aliqui enim indiſtinctè cenſuerunt beneficia non vacare ipſo iure, ſed per ſententiam quando Matrimonium eſt nullum, & copula non eſt ſequuta; Garſ. *de benef. p.* 11. *cap.* 8. *n.* 5. plures referens, & Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 43.
8 *num.* 3. † Rationem afferunt, quia quando vacatio oritur in pœnam delicti, tunc exigitur ſententia cum per neceſſe debeat apparere de delicto, propter quod pœna priuationis irrogatur; ſed etiam quando oritur vacatio ex nullitate Matrimonij, eodem modo requiritur Iudicis ſententia ante priuationem, quia hæc renunciatio eſt quæ tacita eſt, inducta per electionem vitæ contrariæ functionibus, & profeſſionibus Eccleſiaſticis non debet eſſe fortior expreſſa quæ non valet, nec efficax eſt niſi fiat in manibus Epiſcopi, vel alterius Superioris, ad id poteſtatem habentis, *cap. niſi cum pridem*, & *cap. admonet*, & *cap. quod in dubiis de renunciat.*

9 Alij diſtingunt inter contrahentes, ſcienter & ignoranter, vt iſti quidem priuentur ipſo iure, illi verò non niſi per ſententiam: qui enim ſciunt Matrimonium eſſe nullum, non videntur habere animum dimittendi vitam Eccleſiaſticam, cùm ſciunt ſe non obligari ad illud obſeruandum. Hæc fuit opinio Imolæ *in Clement. gratiæ de reſcript. num.* 25. Decij *conſil.* 166. & Diaz *in pract. crimin. canon. cap.* 81. quamuis Garſ. *d. lib.* 11. *cap.* 8. *n.* 8. dicat, è contra contrahentes ſcienter priuari ipſo iure, non autem contrahentes ignoranter, imò nec per ſententiam debere priuari.

10 Sed ego ſequutus Rotæ ſententiam exiſtimo Clericum ipſo iure priuari indiſtinctè quocumque modo contrahatur Matrimonium, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, ſiue cum bona, ſiue cum mala fide; quia in vtroque caſu ſemper contrahens videtur habuiſſe animum, ſtatum incompatibilem cum vita Eccleſiaſtica amplectendi, & recedendi à Clericatu, ſi tamen nullitas procederet ex defectu conſenſus; quid ſtatuendum ſit circa ſcientiam & ignorantiam, diximus *capite*
*præcedenti num.* 33. *& ſequentibus.* † Alio- 11
quin ſequeretur eum qui deliquit eſſe melioris conditionis illo qui ignoranter, & bona fide contraxit, quod eſt contra textum, *in cap. eum qui de præbend. in* 6. in illis verbis, non enim decet, vt ſtultus melioris quàm peritus conditionis exiſtat, vel quod inuaſor eo qui iuſtè ingreditur priuilegio gaudeat potior: Roman. *conſil.* 483. *num.* 6. & hanc ſententiam probauit Ant. Ricciul. *in dict. tract. de perſ. extra grem. exiſtentibus, lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 24. quia ad priuationem ſufficit actus Clericatui contrarius; & quia quando actus eſt ex ſui natura malus, ignorantia nullitatis non excuſat à pœna: *l.* 1. *Cod. de ſepulch. viol.* Ita identitatem rationis conſiderat Monter. *deciſ. Arag.* 46. *num.* 46. poſt Pariſ. *conſil.* 40. *num.* 24. *&* 30. & caſus ex ſe nullus reputatur validus in odium illum facientis: Bart. *in l. non dubium, num.* 16. *C. de legibus*, Tiraq. *de retr. part.* 1. *gloſſ.* 2. §. 1. *num.* 8. Monter. *loco citato num.* 47. Gratian. *diſceptat.* 213. *num.* 5. *& ſequentibus*, & hanc ſententiam idem Ricciul. pluribus comprobat rationibus, & ad contrariam reſpondet, *dicto num.* 24. *vſque ad* 32.

Et quia cum vtroque caſu ſcientiæ, nulli- 12
tatis vel ignorantiæ, rationis identitas concurrat eadem etiam pœna debet infligi, vt in terminis Matrimonij nulliter contracti dicit Crauet. *conſ.* 191. *num.* 7. *verſicul. ſed magis, in terminis*, cui additur Ancharan.
*conſil.* 34. *num.* 18. † quia lex intendit factum 13
ipſum punire, non conſiderato iuris effectu, quia hoc caſu lex nudum factum habet pro delicto Felin. *in cap. tua nos*, 1. *collat.* 4. *in principio num.* 7. *verſicul. ſed ex dictis domini,*
† Illamque dicit eſſe veriorem, Lotter. *de* 14
*re benef. dicto lib.* 3. *quæſt.* 26. *num.* 76. *& ſequentibus*, reprobata contraria ſententia (quam tuetur Sanchez *dict. lib.* 7. *diſput.* 42. *num.* 3. *ad finem, verſicul. quæ omnia*) & hanc ſuam opinionem dicit Lotter. *num.* 77. procedere quando qui nulliter contrahit ſciebat nullitatem; dicens opinionem contrariam erroneam eſſe poſt Couarr. *de Matrim. parte* 2. *cap.* 6. §. 3. *ſub num.* 4. *ad finem, verſicul. tunc enim*, Ceual. *tom.* 1. *commun. opin. quæſt.* 147. *num.* 4. *&* 5. Rota *dicta deciſ.* 8. *poſt* 2. *volum. conſil. Farinacij*, & *deciſ.* 2. *poſt tract. Pici ad ſtatutum vrbis*, Idémquè Lotter. *ibidem num.* 80. *& ſequentib.* bene reſpondet ad

ad rationes quibus nititur Sanchez, cuius dicta hîc repetenda non ſunt. Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 15. *num.* 7. dicens illam eſſe in foro receptam, & à Rota Romana approbatam, & quam nos etiam iuxta mentem Rotæ amplexi ſumus *tom.* 1. *quæſt. benefic. parte* 2. *cap.* 5. §. 4. *num.* 25. quibus additur Gratian. *diſcept. foren. cap.* 5. *n.* 39. Capell. Tholoſ. *q.* 239. & ibi Aufrer. *verſ. ſed Ioannes Andreas*, Staph. *de litteris grat. in* 6. *vacationis modo, num.* 9. *verſic. poſſet tamen non abſurdè dici*: Azor. *lib.* 13. *inſtitut. moral. cap.* 13. *num.* 6. Ceual. *commun. opin. quæſt.* 147. *num.* 5. cum pluribus aliis quos citat ſed non ſequitur Sanchez, *dicto lib.* 7. *diſput.* 43. *num.* 4.

15 Nonus caſus eſt, quando agitur de Matrimonio clandeſtino, in quo eadem debet eſſe reſolutio, quæ allata fuit circa Matrimonium nullum, quale eſt illud quod contractum fuit, in terminis ordinationum, quales vigent in Gallia, & in Hiſpania, quibus in certis caſibus, matrimonia nulla & clandeſtina declarantur: veluti non præmiſſis denunciationibus, aut ſine conſenſu Patris, quo caſu licitum eſt Patri filium exhæredare; tunc enim quamuis Matrimonium declaretur nullum, & clandeſtinum, ſecundùm regni obſeruantiam, nihilominùs eſt pœnæ exhæredationis, quia conſtitutio ſolum reſpexit factum, non autem validitatem Matrimonij.

16 Ideò pœnæ conſtitutionis locus eſt quamuis Matrimonium declaretur nullum, vt benè comprobat Molina, de primogenitis Hiſpaniæ, *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 16. *& ſequentibus.* qui *num.* 19. ſic diſtinguit; aut lex conſiderat ſolum factum & animum facientis non autem iuris effectum, & tunc ex actu nullo inciditur in pœnam; aut verò lex iuris effectum conſiderat, & tunc ex actu nullo pœna non incurritur, ex Bartol. *in l. quid autem §. cum autem factum, de his qui not. infam.* Bald. *in l. ea quidem num.* 3. *Cod. ſi mancip. ita fuerit alien.* Felin. *in cap. ex tenore num.* 9.
17 *de reſcript.* † Quæ enim contra legem fiunt, quamuis in ſe nulla ſint, tamen in odium illorum, qui contra legem commiſerunt ſubſiſtere cenſentur: Bart. *in l. non dubium, numer.* 20. *C. de leg.* & ibidem Iaſ. *num.* 9. Tiraquel. *de retractu lignag.* §. 26. *gloſſ.* 2. *num.* 8. *& ſequentibus.* Vnde licèt ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. Matrimonij cap.* 1. Matrimonia clandeſtina declarentur nulla, tamen mandatur ordinariis, vt ſic contrahentes arbitrio ſuo puniant; & quamuis contrarium colligi videatur ex traditis per Sanchez *de Matrimon. lib.* 3. *diſput.* 2. *num.* 5. ille tamen manifeſtè fatetur, diſtinguendum eſſe, vtrum lex iuris effectum conſideret, an verò ſolum factum, vt primo caſu ex Matrimonio nullo non incurrantur pœnæ, ſed duntaxat in ſecundo, vt patet reſponſione ad argumenta, & maximè *num.* 8. *verſiculo ad confirmationem*; & eandem diſtinctionem pluribus rationibus corroborauit Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 213. *à numero* 13. *ad* 25.

Cæterùm ſupradictæ quæſtionis, vtrum 18
priuatio beneficiorum fiat ipſo iure, an requiratur ſententia declaratoria, maximus eſt effectus; ſi enim fiat ipſo iure, non poſſunt beneficia reſignari in fauorem alterius, multò igitur minus penſio reſeruari, Sanchez *dicto lib.* 7. *diſput.* 42. *num.* 13. † Imò exiſti- 19
mat beneficia ſtatim impetrari poſſe, *ibidem num.* 12. poſt Anchar. *in cap. quod à te num.* 4. *de Cleric. coniug.* & alios, quod debet intelligi ſub duplici conditione.

Primò quidem vt ſi adſit illius beneficij 20
poſſeſſor ipſe citandus ſit, antequam poſſeſſio facti, & detentatio ab ipſo auferatur, per text. expreſſ. *in cap. licèt Epiſcopus de præbend. in* 6. cuius hæc ſunt verba, *Licèt Epiſcopus beneficium poſſit alteri de iure conferre, non debet illum te non citato in poſſeſſionem ipſius inducere corporalem*; & ratio eſt quia licèt Dominium ſit amiſſum ipſo iure, & propterea quoad hoc non requiratur citatio, tamen quoad poſſeſſio non inducitur ipſo iure priuatio, ideò pars eſt citanda, Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 10. *num.* 11. Salgad. *de regia protect. parte* 3. *cap.* 7. *num.* 12. dicens idem eſſe, quando prouiſio facta fuit per Summum Pontificem, poſſeſſore in actu collationis non citato, tenetur enim executor in ipſa poſſeſſione datus, citare poſſeſſorem, ante traditionem poſſeſſionis. † Quod 21
Ferretus extendit ad omnes beneficiorum ipſo iure vacantium Apoſtolicas prouiſiones, *conſil.* 4. *num.* 4. *& conſil.* 10. *num.* 10. poſt dictam gloſſ. *in cap. licèt Epiſcopus, verbo te non vocato, verſiculo & quod hic dicitur.* † Ita 22
tamen vt in huiuſmodi cauſis ſummariè procedatur per Gloſſ. *in dict. cap. licèt Epiſcopus in verbo, te non vocato, circa medium, de præbend. in* 6. Pariſ. *dicto lib.* 11 *quæſt.* 10. *n.* 34. Salgad. *loco cit. num.* 16.

Secunda conditio eſt, vt ſi factum ex quo 23
inducitur priuatio veluti Matrimonium non ſit notorium, debeat interuenire ſententia facti declaratoria, ſecùs ſi factum eſſet notorium quia ſententiam in factis notoriis, non eſſe neceſſariam teſtantur Felin. *in cap. cum non ab homine, num.* 10. *in prima limitatione de iudic.* Iſernia *in vſibus feud. cap.* 1. §. *ſentimus. Le ſecond num.* 2. *verſic. quid ſi eſſet notorium, quo tempore mil. inueſtit. pet. deb.* Couarr. *in cap. alma mater, in prima relectionis parte* §. 2. *num.* 9. *verſicul. & tamen* † in 24
non



non notoriis verò ſententiam facti declaratoriam requiri probatur, per textum *in cap. cum ſecundùm leges, de hæretic. in* 6. Practic. Genuenſ. *cap.* 7. *num.* 8. Iſernia, *loco cit. in verbo damnetur*, Couarr. *dicto cap. alma mater, in prima parte relect.* §. 2. *num.* 9. *poſt princip. verſic. his etenim in locis frequentiſſimo.*

25 Sed quamuis in vacantibus ipſo iure ſententia facti declaratoria requiratur, tamen beneficium ſtatim conferri poteſt, vt probat Couarruuias *dict. num.* 9. *poſt medium verſiculo quibus addi poterit.* † Et ſententia retro- 26
trahetur ad tempus impetrationis, imò ad tempus illius Matrimonij, per beneficij poſſeſſorem celebrati; Sanfel. *deciſ.* 15. *num.* 15. ideò poſt contractum Matrimonium non valebit reſignatio beneficij ſic vacantis ipſo iure, Ceual. *commun. opinion. quæſt.* 147. *n.* 6. Sanfelic. *dicta deciſ.* 15. *num.* 16. & ſtatim, ac ante ſententiam impetratio erit valida: Anton. Ricciul. *loco ſuprà citato, lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 11.

## CAPVT LXXVII.

### *ARGVMENTVM.*

SI Clericus militiæ Sæculari addictus ſit, tacitè renunciat Clericatui, & penſiones amittit, quæ non niſi Clericis aut Clericatum aſſequi volentibus conceduntur cum clauſulis ſolitis, & in hac renunciatione tacita non requiritur authoritas Superioris, quæ in expreſſa beneficij renunciatione interuenire debet; ſicut per Clericatum amittitur feudum, niſi adſit contraria conſuetudo, ita & per adeptionem Feudi perditur priuilegium Clericatus, vtrum autem ad amiſſionem penſionum, & beneficiorum ſufficiat ſimplex adſcriptio militiæ an verò oporteat quod Clericus ſæuis ſe immiſceat; Et vtrum requiratur præuia monitio? Quid ſi agatur de penſione loco ſtipendij data aut è contra de penſione aſſignata in titulum veri beneficij? Clericum adſcriptum eſſe militiæ ſæculari quomodo probetur? Quæ ſit diuerſitatis ratio inter amiſſionem penſionum & priuilegij Clericalis? De variis priuilegiis Equitum Sanctorum Mauritij & Lazari, Lauretanorum, S. Stephani, Piorum, militiæ Chriſtianæ, & aliorum circa penſionum retentiones; Quomodo & vſque ad quam Summam penſiones retinere poſſint poſt matrimonia?

SVMMARIVM.

1 *Qui militiæ ſæculari ſe adſcribi patitur tacitè renunciat beneficiis & penſionibus.*
2 *Clericus armatam militiam aſſumens tacitè renunciat ſtatui Clericali.*
3 *Quæ clauſulæ apponi ſoleant in reſeruatione penſionum pro illis qui non ſunt tonſurati.*
4 *Tacita beneficij renunciatio fieri poteſt ſine Superioris authoritate, ſecus eſt ſi fiat expreſſè.*
5 *Ex tacita beneficij renunciatione idem reſultat effectus qui ab expreſſa.*
6 *Sicut penſiones ita & beneficia amittuntur ob tacitam Clericatus renunciationem.*
7 *Aſſumens Clericatum efficitur incapax feudi de iure communi*, & num. 9.
8 *Fallit tamen in locis vbi contraria viget conſuetudo.*
10 *Vtrum ſola aſſumptio militiæ ſæcularis penſionum inducat priuationem, an verò etiam requiratur quod Clericus ſæuis ſe immiſceat.*
11 *An requiratur quod Clericus præſtiterit ſacramentum militare, ad hoc vt priuetur, penſionibus & beneficiis.*
12 *Iuramentum militare hodie non eſt in vſu.*
13 *Qui à militia recedens pœnitentia ductus redit ad ſtatum Clericalem, vtrum recuperet beneficia & penſiones.*
14 *Penſio aſſignata pro ſeruitio temporali, non amittitur per aſſumptionem militiæ ſæcularis.*
15 *Qui monitus non abſtinet ab enormibus penſione etiam temporali priuari poteſt.*

16 *Clericus monitus ſi non abſtineat ab enormibus perdit fori priuilegium.*
17 *Penſionis aſſignatæ pro ſeruitio temporali, laicus eſt capax.*
18 *Conceſſio penſionis loco veri beneficij aſſignatæ, iiſdem regulis ſubiacet, quibus alia beneficia.*
19 *Clericum aſſumpſiſſe militiam probatur ex deſcriptione in matricula.*
20 *Olim multa requirebantur, vt quis diceretur aſſumpſiſſe militiam armatam, quæ hodie non ſunt in vſu.*
21 *Deſcriptio tamen in matricula ex quorundam ſententia etiam hodie eſt neceſſaria.*
22 *Verius tamen eſt variis aliis modis probari poſſe aliquem fuiſſe effectum militem qui recenſentur.*
23 *Quæ ſit differentia inter amiſſionem penſionum, & amiſſionem priuilegij Clericalis quoad forum.*
24 *Per ſolam militiam non amittitur fori priuilegium.*
25 *Penſiones ſemel amiſſæ non recuperantur.*
26 *Oſtenditur differentia inter aſſumptionem militiæ, & ſponſalia de futuro, quoad amiſſionem penſionum.*
27 *Clericus in ſacris Ordinibus conſtitutus licèt Clericatui non poſſit renunciare, poteſt tamen facere aliquos actus ex quibus penſionibus careat.*
28 *Quod ſit priuilegium militum Sanctorum Mauritij & Lazari quoad retentionem penſionum.*
29 *Milites Lauretani habent priuilegium circa penſiones, & quomodo?*
30 *Illud priuilegium locum habet in retentione penſionum ante Matrimonium obtentarum.*
31 *Ampliatur vt iſti milites retinere poſſint penſiones etiam ſuper beneficiis exiſtentibus de iure Patronatus Laicali.*
32 *Quod non amitteretur in Gall'a ſi ageretur de iure patronatus regio, vel de beneficiis regiæ nominationis.*
33 *De priuilegio militibus S. Stephani competenti circa penſiones Eccleſiaſticas.*
34 *Item Equitibus piis.*
35 *Hoc priuilegium retinendi penſiones competit iſtis Equitibus etiam poſt venditam militiam aut dimiſſam.*
36 *Milites Militiæ Chriſtianæ etiam Bigami penſiones retinere poſſunt & quomodo?*
37 *Profeſſio in militiis iſtis non attenditur & quare.*
38 *In militia ſancti Stephani receptio & profeſſio fit eodem tempore.*
39 *Milites iſti non ſunt propriè Regulares quia ducunt vxores.*
40 *De diſpenſatione Pontificis Melitenſibus conceſſa ad penſiones.*

NOTANDVM Primò, hanc commu- 1
nem eſſe Doctorum reſolutionem,
quod tam penſiones, quàm beneficia, amittantur per adſcriptionem ad militiam Sæcularem; ratio eſt quia ſicut per Matrimonium Clericus facit actum incompatibilem cum ſtatu Clericali; & per conſequens videtur habere beneficia & penſiones pro derelictis; ita & per aſſumptionem armatæ militiæ, quæ incompatibilis eſt cum ſtatu Clericali, & ſtatus militiæ Eccleſiaſticæ contrarius eſt ſtatui militiæ armatæ: *cap. qui in aliquo, 61. diſtinct. cap. diuerſis de Cleric. coniug.* & *cap. finali de voto:* Henric. Bohic. *in cap. ex litteris de vita & honeſtate Cleric.*

Et ſicut beneficia ita & penſiones amitti 2
per adſcriptionem in armatà militiâ, tradunt Zabarel. *in cap. 1. §. eadem, in 6. quæſtione num. 5. de ſupplend. neglig. Prælat.* & *in Clement. 1. quæſt. 18. num. 19. de rebus Eccleſiæ non alienandis:* Gig. *de penſionib. quæſt.* 55. Caccialup. *quæſt.* 15. non ex eo quod penſio, in omnibus induere videatur naturam beneficij, ſed ex eo quod Clericus aſſumendo ſtatum militarem tacitè renunciat Clericatui iſtis præſertim temporibus, in quibus ex ſtylo Romanæ Curiæ non ſolent penſiones aliis aſſignari quàm Clericis; vt dicit Ricciul. *in tractat. de perſ. extra grem. lib. 7. cap. 5.*
*num.* 28. † Nam quando penſio reſeruatur in 3
fauorem illius qui non eſt Clericus apponitur illa clauſula, *poſtquam Clericali caractere fuerit inſignitus:* vel apponitur illa clauſula, *cupienti adſcribi militiæ Clericali;* Abbas *in cap. ex litteris de tranſact.* quem citat & ſequitur Staphil. *de gratiis expectat. num.* 90. & per conſequens ſicut miles cœleſtis militiæ Clericatum reſpuit, aſſumendo militiam armatam & ſæcularem; ita & beneficium ac penſionem dimittit, in quibus Clericatus eſt neceſſarius.

Certum quippe eſt duplicem eſſe bene- 4
ficij, & penſionis renunciationem: vnam expreſſam, alteram tacitam, in expreſſa beneficij renunciatione, neceſſaria eſt authoritas Superioris, facultatem legitimam habentis; quoad penſionem verò illa neceſſaria non eſt, ſed ſimpliciter nullo interueniente pacto, ſed gratuitè poteſt penſio remitti, ex ſolo dimittentis conſenſu; vt ſuo loco diximus. Sed quamuis expreſſa renunciatio, Superioris exigat authoritatem ex notatis per Garſ. *de benef. parte 11. cap. 3. de renunciat. num. 243. & ſequentibus.* Secus tamen eſt in tacita renunciatione; eſt enim potiùs ficta
&



& impropria renunciatio & perditio iuris: & hanc diſtinctionem inter expreſſam & tacitam beneficij renunciationem, adducit Galerat. *in tract. de renunciationib. cap. 31. num.* 18. quæ non fit per ſe, ſed conſequitur ex aliquo actu, contrario; vnde patet, quod in ea non eſt neceſſaria authoritas Superioris, quæ non eſt neceſſaria in actu principali, ex quo reſultat tacita renunciatio vt bene probat Garſ.
5 *loco citato.* Idem tamen effectus reſultat ex tacita qui ex expreſſa, Pariſ. *de reſignat. lib.* 1.
6 *quæſt. 1. num. 8. & ſequentibus.* † Quod autem de penſionibus dictum eſt, multò magis locum habere debet in beneficiis, vt ipſo iure amittantur per eum qui miles ſæcularis effectus fuit. Pariſ. *dict. quæſt. 1. n. 10. iuncto num.* 22. per Gloſſ. *in cap. vlt. de Cleric. non reſident.*

7 Supradicta concluſio confirmatur ex eo quod licèt ſimplex Clericus in certis caſibus, poſſit obtinere feudum, niſi ad Sacros ordines promotus fuerit, quos refert Roſent. *in tract. de feud. cap. 7. conſil.* 29. tamen etiam ſi ſit in Minoribus Ordinibus conſtitutus, aut ſimplici Tonſura donatus, nihilominus incapax eſt feudi, ſi beneficium obtineat, propter incompatibilitatem ſeruitij ſpiritualis ac officij & temporalis. Menoch. *de arbitr. caſu* 231. *num.* 24. Crauet. *conſ.* 303. *num.* 10. Roſent. *de feud. dict. cap. 7. concluſ. 30. num.* 7. cum pluri-
8 bus per eum citatis *in gloſſ.* † Niſi tamen verſaremur in locis vbi contraria eſt conſuetudo vt per eundem *dicta concluſ. 30. num.* 25. Hartman. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 33. num. 28. in fine, verſic. denique.* Coler. *deciſ. 90. num.* 4. Berlich. *com-*
9 *mun. concluſ. p. 3. concl. 39. num.* 59. † Qua conſuetudine ceſſante feudum amittitur per adeptionem ordinum vel beneficij Eccleſiaſtici, text. eſt expreſſus *in cap. 1. §. ex hoc illud deſcendit, tit. de feud. fœmin.* vbi verbis expreſſis, dicitur quod Clerici in feudo non ſuccedant, & quod antea habebant illud perdant; & *in cap. 1. §. qui Clericus ſi de feud. fuerit content. inter dom. & agnatos vaſſalli,* & *in §. 7. verſic. ſed iudicatum eſt.* de Vaſſallo milit. qui arma bellica depoſuit; & aliis ſimilibus, Berlich. *dicta concl. 39. p. 3. num. 5. verſiculo primo,* dicens mirum eſſe quod interpretes contra iura tam clara, hoc in controuerſiam vocauerint.

10 Cæterùm ſi ea quæ diximus de penſionum & beneficiorum amiſſione, ita ſimpliciter intelligantur, non tranſeunt ſine difficultate: nam Abb. *in d. cap. fin. de Cleric. coniug.* vtitur aliqua diſtinctione; dicit enim quod aut promotus ad militiam ſæcularem facit actum contrarium omninò Clericatui, quia exercet ſæua, ſeu iuit ad bellum & ſimilia, & tunc perdit priuilegium Clericale; quia iſta ſunt contraria; vnde ex quo elegit viam contrariam, fuit à prima ipſo facto excluſus:
*cap. cum renunciatis 32. quæſt.* 1. † Auttantum 11
eſt factus miles & non exercet ſæua, nec aliũ actum prorſus contrarium clericatui, ſed viuit honeſtè vt Clericus, & tunc gaudet priuilegio clericali, niſi præſtiterit iuramentum, de quo in *l. penult. ff. ex quibus cauſis maior.* nam inter cætera verus miles iurare debet ſe non euitaturum mortem pro Republica, quod eſt omnino ſtatui Clericali contrarium; Cum officium clericatus reddat habilem ad pugnandum etiam cum Infidelibus, *cap. ex multa*
*de voto.* † Sed huius iuramenti ratio habenda 12
non eſt, quia abiit in deſuetudinem, & hodie præſtari non ſolet, Signor. *in quæſtione vtrum præferendus ſit doct. an miles, num.* 94. Petr. Royſius *deciſ. 3. Luſitan. num.* 485. quem citat Tepat. *concluſ.* 547.

Item in hac eadem quæſt. Gig. *quæſt.* 55. 13
ſatis dubiè loqui videtur, dicens Florianum *in d. cap. final. de Cleric. coniug.* tenuiſſe quod Clericus militans beneficium non amittat, cum hoc non ſit in iure diffinitum, aſſerens magnam eſſe differentiam inter Matrimonium & Militiam; quia qui Matrimonium contraxit per verba de præſenti non poteſt ab eo recedere; qui verò Militarem ſtatum amplexus eſt, poteſt ad ſtatum Clericalem redire, & ſimilis eſt illi qui ſponſalia per verba de futuro contraxit, qui nec beneficia nec penſiones amittit, ſi Matrimonium effectum minimè ſortiatur, aut Nouitio qui religionem ingreſſus, ſed receſſit ante profeſſionem.

Ego autem pro vera & ſolida huius quæ- 14
ſtionis reſolutione quædam adnotanda exiſtimo. Et primò quidem, quod quando penſio fuit alicui aſſignata pro ſeruitio temporali, veluti pro pulſandis organis vel campanis, pro remuneratione laborum, vel pro patrocinio, vel pro auxilio Eccleſiæ præſtando, in eius negotiis temporalibus, penſio non amittitur per aſſumptionem militiæ ſæcularis, quæ hæc penſio poteſt etiam Laicis competere, & eſt potius profana quàm Eccleſiaſtica: Garſ. *de benef. parte. 1. cap. 5. n.* 8. Caccialup. *de penſion. quæſt.* 15. Card. Zabarel. *ad Clementin. vnicam, §. eadem num. 5. in 6. q.*

Secundò quod ſecundùm ſententiam Gi- 15
gantis in iſta penſione temporali, ſi illam obtinens ſe enormibus immiſceret, fuiſſetquè monitus, vt à militia deſiſteret, & ab enormibus abſtineret & contraueniret, priuari poſſet penſionibus quas obtinet: Abb. & alij *in cap. ſicut ſe ne Cler. vel Monach. ſæcul. negot. ſe immiſc.* quem ad hoc allegat Gig. *dict. quæſt.*
55. *num.* 3. † Sed ſi verum amamus nec Abbas 16
*loco citat.* nec Cepol. quem ipſe allegat *conſil.* 11. *Caſus talis eſt*, Aloyſius faciunt ad propoſi-

 tum:

tum: loquuntur enim de Clerico, quod perdat priuilegium clericale & priuilegium fori ſi militiam ſæcularẽ amplectatur & ſæua aut enormia exerceat, & mónitus trina monitione non deſiſtat; vt videre eſt apud Abbatem *loco citato num.* 3. *verſic. ad hoc induco.* & Cepol. *in eodem conſil. colum.* 5. *verſicul. Quintum etiam requiritur, quod interueniat monitio.*

17 † Nos autem hîc agimus de penſione temporali, quę datur pro remuneratione alicuius ſeruitij in qua inutile eſſet tractare de priuilegio clericali, cum illius penſionis capax ſit merus laicus, vt dicit Garſ. *de beneficiis, parte prima, cap.* 5. *num.* 8. vbi alios allegat, ergo in iſta penſione merè laicali, non video quomodo conſiderari poſſit amiſſio priuilegij clericalis.

18 Tertiò notandum eſt quod ſi penſio ſit conceſſa loco veri beneficij iuxta formam *cap. conquerente de Cler. non reſident.* quando videlicet ex reditibus pinguis beneficij, nouum creatur beneficium, & penſio illa in titulum veri & perpetui beneficij erecta eſt, & mortuo poſſeſſore confertur alteri, & tunc cum ſit verum beneficium, amittitur per aſſumptionem militiæ armatæ, eo modo quo ſuperius dictum fuit, & inferius etiam explicabitur; & notat Gig. *dict. quæſt.* 55. *num.* 4.

19 Quartò notandum eſt, quod vnus modus probandi aliquem eſſe militem conſiſtit, in probando ipſum eſſe deſcriptum in Matricula, vt videre eſt apud Maſcard. *de probation. concluſ.* 1058. *militem ſe eſſe aſſerens n.* 7. text. eſt *in l. ex eo, ff. de teſtam. milit.* vbi dicitur non poſſe quempiam gaudere priuilegio militari, niſi ſit in Matricula deſcriptus. Gomeſ. *de*
20 *gratiis expectatiuis, num.* 90. † Quamuis plurimas alias conditiones vltra deſcriptionem in Matricula requirant DD. quæ tamen hodie non ſunt in vſu: de quibus in *l. milites, & ibi* Gloſſ. *ex quibus cauſis maiores &c.* Petrus Duen. *regula* 55. *in* 6. *limitat.*

21 Sed deſcriptionem in Matricula eſſe neceſſariam, ad hoc vt quis miles dicatur, tradit Bald. *in l. ſi duas habenti, in fine, in verbo inſcripti, de excuſat. tutor.* poſt Gloſſ. *in l.* 3. *C. de of-*
22 *ficio Magiſtri militum.* † Hæc tamen probatio aliis modis fieri poteſt, videlicet per teſtes deponentes de actibus ex quibus quis efficitur miles. Maſcard. *dict. concluſ.* 1058. *num.* 3. Auferius *ad deciſ.* 141. *Capel. Tholoſ.* vbi ponit quatuor modos, probandi aliquem eſſe militem; Primò per teſtes, ſicut per teſtes probatur mandatum; vt per Gloſſ. *in l. maritus. C. de procurat.* Secundò per litteras illius qui creauit illum militem, vel officialem iuramento illius & ſigillo roboratas, argum. text. *in §. quod autem in authent. vt liceat matri & auiæ, collat.* 8. & *in authent. hodie. C. de repudiis.* Tertiò, Si quis compareat cũ inſignibus militaribus, & ſit bonæ famæ, tunc ſtabitur eius iuramento, *l. non omnes, §. à barbaris ff. de re milit.* & *cap. ſi iudex laicus de ſent. excommun.* Quartò ſi quis deſcriptus fuerit in Matricula militum, *l. ſi duas habenti §. fin. de excuſat. tutor.* & ibi Bart. Maſcard. *dicta concluſ.* 1058. *n.* 7. Angel. *concl.* 288. *n.* 7.

Quintò notandum eſt magnam eſſe dif- 23
ferentiam inter priuationem beneficiorum ſeu penſionum, & amiſſionem priuilegij Clericalis, tam ratione declinationis fori, quàm priuilegij Canonis, *ſi quis ſuadente.* 17. *quæſt.* 4. nam vt quis priuetur duobus iſtis priuilegiis, Canonis videlicet & fori, non ſufficit ſimplex aſſumptio militiæ, ſed oportet vt Clericus ſæua exerceat, & enormibus ſe immiſceat, & hic eſt caſus in quo loquitur Abb. ſuperius in dubium allegatus, *in dicto cap. finali, de Cleric. coniug.* & in iiſdem terminis loquitur Chaſſan. *in conſuct. Burg. tit des Iuſtices, rubrica* 1. §. 5. *in verbo, s'il n'a grace, num.* 52.
*&* 53. † Vbi loquitur de priuilegio fori & de 24
priuilegio Canonis, *ſi quis ſuadente*, vbi dicit ad perdendum huiuſmodi priuilegium, requiri trinam monitionem cum contrauentione, & *num.* 54. vbi dicit, quod ſola militia non ſufficit ad priuãdum aliquem priuilegio Clericatus, niſi exerceat arma vel ſæua, aut immiſceat ſe enormitatibus: illa enim ſemper intelligenda ſunt de amiſſione illorum priuilegiorum; vnde dicit denegatam ſæpius fuiſſe remiſſionem huiuſmodi clericis ad iudices Eccleſiaſticos, & in caſu iſto procedunt dicta per Carol. de Graſſ. cum pluribus per eum allegatis *de effect. Cleric. eff.* 1. *n.* 865.

Sed in amiſſione penſionum & beneficio- 25
rum alia ratio eſt; nam iſta poſtquam ſemel vacant vel extincta ſunt, vacant & extinguntur irreuocabiliter, nec amplius redeunt niſi ex noua prouiſione facta, antequam ius tertio quæſitum fuerit, vt dicit Abb. *in dict. cap.* 1. *de Cleric. coniug.* cum aliis *in principio huius capitis* adductis; ſed alia priuilegia Clericatui conceſſa non amittuntur irreuocabiliter, ſed eatenus, quatenus ipſa militia durat, vt probatur per text. apertum *in Clement.* 1. *verſ. quandiu, de vita & honeſtate Cleric. vt ibi* Gloſſ. *in verbo Recuperabant.* quam communiter DD. ſequuntur.

Non eſt igitur bonum argumentum ductum à recuperatione priuilegiorum ad recuperationem penſionum & beneficiorum.
† Non eſt etiam bona ratio quæ petitur ex 26
ſponſalibus per verba de futuro, quia Clericus contrahens huiuſmodi ſponſalia, non conſummat & perficit actum contrarium Clericatui, non ſecus ac ille qui deſtinaret militiam ſæcularem aggredi, ſed non perficeret,

at



at verò qui deſcribitur in Matricula, pro militia ſæculari illamquè apprehendit; perficit actum ſtatui clericali contrarium, vt ſuprà oſtenſum fuit; prout iſta omnia benè deducit & probat Ricciul. *in dicto tract. de perſ. extra grem. Eccl. exiſtent. lib.* 7. *cap.* 5. *n.* 15. *&* 16.

27 Sextò aduertendum eſt ſupradicta omnia procedere in Clerico, in Minoribus Ordinibus conſtituto, penſionem aut beneficium obtinente. Sed quid dicendum quando agitur de Clerico in Sacris Ordinibus conſtituto, in eo ſiquidem ceſſat ratio amiſſionis ſtatus clericalis, cui nec expreſsè nec tacitè renunciare poteſt: Reſpondeo quod licèt conſtitutus in Sacris, ſtatui clericali renunciare non poſſit, tamen aliquos actus facere poteſt propter quos, amittat beneficium vel penſionem, & propterea ſi tales ſint actus ex quibus pœna priuationis beneficij inferri debeat, taleſquè actus non ſint notorij, ſaltem ſentẽtia declaratoria facti interuenire debet, prout *in cap. præced. num.* 23. *&* 24. diximus ex *deciſ.* 15. *Sanfelici, num.* 12. Si tamen tertius impetret, valebit impetratio; ſed ipſe à ſua poſſeſſione dimoueri non poteſt niſi præuia citatione, quidquid dicat Ricciul. *dicto cap.* 5. *lib.* 7. *num.* 34. propter text. expreſſum *in dicto cap. licet Epiſcopus de præben. in* 6. Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 10. *num.* 11. Salga. *de regia protect. parte* 3. *cap.* 7. *num.* 12. & nos ſuperius comprobauimus.

28 Septimò notandum eſt, quoſdam eſſe milites qui ex ſpeciali Summorum Pontificum priuilegio penſionum ſunt capaces, quales ſunt milites Sanctorum Mauritij & Lazari, ob vnionem vtriuſque ordinis, factam authoritate Gregorij XIII. in eius conſtitutione ſeptima, quæ incipit *Pro commiſſa*, ſub idibus Nouembris anni 1572. quibus conceſſum fuit vt penſiones vſque ad Summam 400. Ducatorum Auri de Camera, retinere poſſint ex ſpeciali priuilegio ad fauorem dictæ Religionis; indulto per Clementem VIII. *conſtit.* 102. §. 13. incipiente *decet* ſub nono Septemb. anni 1603. cuius priuilegij meminit Rota *deciſ.* 75. *parte* 5. *recentior.* Imò & capaces ſunt retinendi penſiones, quamuis Matrimonium poſt illas adeptas contrahant, dummodo illud contractum fuerit cum vnica vxore, eaquè virgine, vt teſtatur Rota *dicta deciſ.* 75. & Barb. *de iure Eccleſ. vniuerſ. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 33. & in deciſ. Apoſtolic. *collect.* 312. *num.* 6. Vtrum ad penſionum retentionem diſpenſari poſſint non obſtante bigamia dicemus *in cap. ſequenti.*

29 Item militibus Lauretanis ſimile conceſſum eſt priuilegium, vt penſiones Eccleſiaſticas retinere poſſint, vſque ad Summam ducentorum Ducatorum auri de Camera, non obſtante matrimonio contrahẽdo etiam cum bigamia, ex conſtitutione Sixti V. de quibus Gregor. XV. *deciſ.* 18. *num.* 2. † Quod 30
intelligendum eſt de eo qui ante matrimonium militiam emerat, is enim poteſt penſionem retinere, non obſtante matrimonio, poſt illam adeptam contrahendo vt explicat Ricciull. *de iure perſ. dicto lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 7.

Illudquè ampliatur vt locum habeat etiam 31
in beneficiis quę ſunt de iure patronatus non ſolùm perſonarum priuatarum, ſed etiam Regum & Principum, vt in facti contingentia iudicatum teſtatur; Et ratio eſt quia Papa per huiuſmodi reſeruationem non confert nouam penſionem, ſed remouet illud obſtaculum quod impediebat, ne penſionarij poſſent retinere penſiones poſt contractum Matrimonij, quæ remotio obſtaculi, non eſt noua gratia nec fit per eam aliquod nouum
præiudicium patrono. † Et per conſequens 32
nec derogatio nec expreſſio iuris patronatus eſt neceſſaria ſecundùm magis communem opinionem; de qua Couarr. *practic. quæſtion. cap.* 31. *num.* 12. & ita deciſum per Rotam *deciſ.* 307. *part. recent.* quod tamen nollem extendere ad Patronatum Chriſtianiſſimi Francorum Regis, quamuis in iſtis militiis conſiderari non poſſit, ſed Galli DD. exiſtimant in beneficiis iuris patronatus laicalis, penſionem inuitis Patronis, non eſſe admittendam vt teſtatur D. Feburet *in ſuo tract. de L'abus: lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 19. *&* 20. † Quod multò ma- 33
gis obtinebit in beneficiis Regiæ nominationis, vt ſuprà ſuo loco diximus Rurſus milites Sancti Stephani habent facultatem retinendi penſiones, quas habebant ante Matrimonium, vſque ad Summã quadringentorum ducatorum auri de Camera etiam non obſtante matrimonio & bigamia ex conſtitutione 46. Pauli V. ſub die 14. Calend. Iulij ann. 1608. licèt prius pro ſumma duntaxat ducentorum ducatorum retinuerint, vt per Seraphin. *deciſ.* 758. *n.* 1.

Item Equites Pij habent facultatem reti- 34
nendi penſiones vſque ad Summam ducentorum quinquaginta Ducatorum, auri de Camera, ita vt ſi duas emerint huiuſmodi militias poſſint retinere vſque ad ſummam quingentorum ducatorum, Seraphin. *dicta deciſ.* 758. *in principio.* † Imò etiam poſt di-
miſſionem & venditionem huiuſmodi mili- 35
tiarum non expirat hæc facultas retinendi, ſtante priuilegio Gregorij XIII. in quo diſponitur quod poſt dimiſſionem & venditionem, huiuſmodi officiorum, eaſdem penſiones retinendi facultas competat, teſte Seraphino *dicta deciſ.* 758. & de iſtis priuilegiatis agit Additio. ad Burat. *deciſ.* 791. *num.* 15. 16. 17. *&* 18. Ricciul. *dicto lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 7. *&* 8.

Barboſ.

Barboſ. *de iure Eccleſ. vniuerſ. lib.* 3. *cap.* 11. *num.*
36 32. *& ſequentibus.* † Quibus addo Milites mi-
litiæ Cariſtianæ etiam Bigamos qui vſque
ad ſummam 300. ſcutorum recipere poſſunt
ex conſtitutione Vrbani VIII. ſub die 9. Ca-
lend. Februarij anni 1623. quæ eſt apud
Laërt. Cherub. *in nouo bullario conſtitut.* 11. *pag.*
25. *incipit, Inſcrutabilis* de qua Barboſ. *in deciſ.*
*apoſtol. collect.* 570. *num.* 10.

37 Verùm fuit aliàs dubitatum vtrum priui-
legium iſtud retinendi penſiones ſuffragare-
tur illis qui ad militiam huiuſmodi velut
Sancti Stephani Florentiæ admiſſi ſunt, &
profeſſionem emiſerunt non expectato pro-
bationis anno, quid pro validitate profeſſio-
nis requiritur, & ſic nulliter facta videtur
talis profeſſio nec profitenti ſuffragari, iuxta
Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de Regularibus.*
ſed reſolutum fuit huiuſmodi Militem Sancti
Stephani debere nihilominus frui priuilegio
retinendi penſiones vſque ad ſummam in pri-
38 uilegio contentam.† Quia in hac militia vno
eodemquè tempore emittitur profeſſio, &
datur habitus vt dicitur in illius conſtitutione
ſeu ſtatutis *lib.* 2. *cap.* 1. intentio ſiquidem
principalis Concilij eſt occurrere Apoſtaſiæ.
39 †Iſti autem non ſunt propriè Religioſi nec
Regulares cum ducant vxores & non profi-
teantur tria Vota, vt per Abbat. *in rubr. de Re-
gul. & in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.* 3. *de
conſtitut.* & per alia iura quæ in hac quæſtio-
ne adducit Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2.
*num.* 116. *& multis ſequentibus,* quam deciſio-
nem pluribus rationibus comprobat Seraph.
*deciſ.* 121. per totam quæ eſt repetita *in de-
ciſ. diuerſarum deciſ.* 591. *parte* 1.

Notandum quoque eſt, quod licèt Milites 40
Sancti Ioannis Hieroſolymitani non poſſunt
obtinere penſiones ſuper beneficiis ſæculari-
bus, ſicut nec alij Regulares, de quibus ſuo
loco egimus, niſi interuenerit diſpenſatio
Apoſtolica iuxta formam quam ponit Cor-
rad *in praxi diſpenſ. apoſtol. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 29.
& ideò quamuis Papa diſpenſauerit militem
Hieroſolymitanum, eius diſpenſatio quam-
uis motu proprio facta, impugnari poteſt ex
defectu intentionis per regulam generalem
quam ponit Seraph. *deciſ.* 398. *num.* 1. DD.
*in cap. Cauſam quæ, de teſtib.* cum iſti milites
ſint verè Religioſi & ſic incapaces huiuſ-
modi penſionum, Cæſar de Graff. *deciſ.* 1.
*de probat.* Intentio quippe Pontificis, eſt vt
regularia regularibus, & ſæcularia ſæcula-
ribus aſſignentur: nihilominus tamen pro
validitate reſeruationis ſufficit quod conſtet
de mente Pontificis diſpenſare volentis. Gig.
*de penſion. quæſt.* 15. *per totam,* atqui diſpenſa-
tio facta cenſetur ex certa ſcientia, ſi fuerit
expreſſum quod impetrans erat miles Hie-
roſolymitanus; ex hoc enim Papa cenſetur
diſpenſare voluiſſe; Iaſ. *in l. Barbarius num.*
14. *ff. de offic. Prætor.* Pariſ. *conſ.* 44. *num.* 15.
*& ſequentibus, lib.* 4. Gambar. *de offic. leg. num.*
259. *lib.* 6.

## CAPVT LXXVIII.

### *ARGVMENTVM.*

QVOT ſunt ſpecies Bigamiæ; quod illa non contrahatur per Matrimonium niſi poſt ſubſequutam copulam; Bigamos eſſe penſionum incapaces niſi fuerint diſpenſati; hodierno iure Epiſcopos non poſſe ſuper Bigamia diſpenſare, ſiue illa vera ſit, ſiue interpretatiua; nec etiam concurrente vtilitate vel neceſſitate niſi ſit publica: Bigamos ex Summi Pontificis diſpenſatione, penſiones aſſequi poſſe, Diſpenſatos ad penſiones cenſeri diſpenſatos ad priuilegium competens ratione clericatus, maximè ſi diſpenſatus antea fuiſſet Clericus; Clericum poſt diſpenſationem cenſeri perſonam Eccleſiaſticam, nonobſtante Bigamia: diſpenſatum ad obtinendas penſiones, non obſtante Matrimonio cum quacumque muliere contracto, poſſe illas retinere etiamſi cum Vidua contraxerit: Diſpenſatio ad retinendum penſiones vtrum ſit conſumpta per primum Matrimonium, vel per contractum cum Vidua.

### SVMMARIVM.

1 *Bigamus quis dicatur & ex quibus.*
2 *Vt Bigamia contrahatur neceſſe eſt vt interuenerit carnalis copula.*
3 *Triplex eſt Bigamia, nempe vera, interpretatiua, & ſimilitudinaria.*
4 *Quando & ex quibus oriatur vera Bigamia & quando ſimilitudinaria;* & num. 5. *quando interpretatiua.*



6 *Executio pro penſione non retardatur per exceptionem Bigamiæ niſi fuerit probata copula carnalis.*
7 *Explicatur deciſio Rotæ* 519. parte 2. recentior.
8 *Clerici ſunt penſionum incapaces ſiue cum Vidua ſiue cum Virgine contrahatur matrimonium ex ſolo capite matrimonij.*
9 *Quæſtio Bigamiæ quo caſu locum habere poſſit in penſionibus.*
10 *Bigami reputantur tanquam Laici.*
11 *Papa diſpenſare poteſt ad ſuſcipiendos ſacros ordines non obſtante Bigamia.*
12 *Facilior eſt diſpenſatio quando clericatus fuit collatus ante incurſam Bigamiam.*
13 *Explicatur ſententia Corradi circa diſpenſationem Bigamiæ.*
14 *Quædam ſunt Bigamiæ ſpecies in quibus ſolus Papa diſpenſat de iure communi.*
15 *Epiſcopum diſpenſare poſſe Bigamum ad minores ordines multi exiſtimant.*
16 *Sed refertur in contrarium declaratio Cardinalium ſacri Concilij interpretum.*
17 *Item Epiſcopum ſuper Bigamia interpretatiua diſpenſare non poſſe refertur ex eiuſdem Congregationis deciſione.*
18 *Epiſcopus vtrum ex cauſa neceſſaria poſſit diſpenſare ſuper Bigamia Clericum vt minores ordines exerceat.*
19 *Epiſcopi non poſſunt diſpenſare in quarto conſanguinitatis gradu, poſſunt tamen ob magnam neceſſitatem.*
20 *Intellige dummodo neceſſitas reſpiciat cauſam publicam iuxta Garſiæ ſententiam.*
21 *Quoad penſiones Papa diſpenſat cum Bigamo.*
22 *Diſpenſans Papa ad penſiones Bigamum, cenſetur tacitè illum diſpenſare ſuper clericatu.*
23 *Diſpenſatio Pontificia comprehendit omnia quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam.*
24 *Diſpenſatus ad duo beneficia reſidentiam requirentia cenſetur tacitè diſpenſatus ad reſidendum in vno.*
25 *Diſpenſatus ad fructus in abſentia percipiendos cenſetur tacitè diſpenſatus à fidei profeſſione perſonali.*
26 *Diſpenſatus minor ad beneficium Sacerdotale non adſtringitur ad ſuſcipiendum ſacerdotium.*
27 *Diſpenſatio ſuper Matrimonio infert legitimationem prolis.*
28 *Diſpenſatio quæ præceſſit Matrimonium ad penſiones obtinendas fauorabilior eſt ea quæ ſubſequitur.*
29 *Sufficit tamen diſpenſatio poſt Matrimonium obtenta.*
30 *Per Primam Tonſuram imprimitur Caracter indelebilis in anima.*
31 *Clericatus licèt non poſſit conferri ab Epiſcopo non ſuo, ille tamen imprimit in Anima caracterem.*
32 *Qui fuit diſpenſatus ad penſiones obtinendas poteſt etiam validè aſſequi tranſlatas.*
33 *Facultas obtinendi penſiones non obſtante Matrimonio cum quacumque muliere contracto, comprehendit etiam viduas.*
34 *Dictio* cum quacumque muliere, *comprehendit etiam mulieres corruptas.*
35 *Incompatibilitas penſionum pendet potius ex matrimonio, quàm ex Bigamia.*
36 *Quando adſunt duo impedimenta, vno ſublato remanet aliud.*
38 *Bigamia interpretatiua facilior eſt in diſpenſatione.*
38 *Diſpenſatio ad retinendas penſiones non obſtante matrimonio, intelligitur de primo nec trahitur ad ſecundum.*
39 *Si diſpenſatio retinendi penſiones non obſtante matrimonio fuerit conceſſa, per verba ampliſſima trahitur ad ſecundum.*
40 *Qui cum vidua contrahit non propterea dicitur duo matrimonia contraxiſſe.*

PRO intelligentia materiæ ſupponen- 1
dum eſt propriè Bigamum illum di-
ci, qui ſucceſſiuè (ſecundùm Ho-
ſtienſem *in ſumma num.* 2.) & diuerſis tempo-
ribus duas habuit vxores legitimas per text.
*in cap. aperiat.* 31. *quæſt.* 1. *cap. ſi quis & cap. co-
gnoſcamus* 34. *diſtinct.* quod intelligendum eſt
dummodo cum vtraque Matrimonium fue-
rit conſummatum, *cap. debitum, de Bigam.*
*cap. Valentino* 33. *diſtinct.* vel † qui corrup-
tam vel Viduam ducit, *cap. ſeriatim* 32. *di- 2
ſtinct.* vel qui pollicitam virginitatem viola-
uit, *cap. quotquot* 26. *quæſt.* 1.

Sed clarius & diſtinctius procedendo di- 3
cendum eſt, triplicem eſſe Bigamiam videli-
cet veram, interpretatiuam, & ſimilitudina-
riam, iuxta gloſſ. *in cap.* 2. *de Bigam.* quamuis
duas tantum ſpecies referat. Sed communis
Doctorum ſenſus eſt vt addamus etiam ter-
tiam ſpeciem, nempe ſimilitudinariam, quam
triplicem diſtinctionem ſequuntur omnes
Doctores, & nominatim Sanchez *de matrim.*
*lib.* 7. *diſput.* 83. *num.* 2. Garſ. *de benefic. part.* 7.
*cap.* 6. *num.* 15. Pariſ. *de reſignat. lib.* 5. *quæſt.* 3.
*num.* 187.

Verè Bigamus ille dicitur qui ſecundas
contrahit nuptias validas & conſummatas, in- 4
terpretatiuè qui contrahit & conſummat
Matrimonium cum vna ſola ab alio corrup-
ta, vel cum virgine poſt adulterium ab illa

commiſſum

commiſſum cognita, aut ex duobus Matrimoniis conſummatis inualidis, aut vno valido & alio inualido; ſimilitudinaria quæ contrahitur ex Matrimonio contracto & conſummato, etiam cum virgine per eos qui ad ſacros Ordines promoti ſunt, aut voto ſolemni adſtricti.

5 Dicitur autē Bigamia interpretatiua quia ſic contrahens licèt vnam dumtaxat vxorem duxerit, fingitur interpretatione iuris duas habuiſſe; & illi locus eſt, etiam ſi quis vxorem adulteram cognouerit, ſiue ſcienter ſiue ignoranter; vt ex communi ſententia confirmat Garſ. *dicta part.7.cap.6.num.*16. Sed de his omnibus recurrendum erit ad Sanchez *dicto lib.7.de impedimen.diſput.*83.84.*&* 85.

6 Secundo loco notandum eſt, quod cum aliàs fuiſſet diſputatum, vtrum ſolutio penſionis retardari poſſet ſub prætextu Bigamiæ contractæ per penſionarium propter Matrimonium cum Vidua celebratum, fuit nihilominus reſolutum, penſionem deberi non obſtante illo Matrimonio cum Vidua celebrato; quia non fuerat probatum copulam fuiſſe ſubſecutam, imò vxorem mortuam fuiſſe poſt duos menſes à tempore Matrimonij, ſemperquè fuiſſe infirmam & inhabilem ad copulam, ideò non obſtare bigamiam quæ non contrahitur niſi ſubſequatur copula & conſummatio *d.cap.debitum de Bigamia*, quia vbi copula deficit, ſolus conſenſus non ſufficit, ad deſignandum matrimonium Chriſti cum Eccleſia per Incarnationis myſterium contractum, nec vir ille dicitur carnem ſuam in plures diuiſiſſe, vt deciſum fuit per Rotam
7 *deciſ.* 519. *num.* 5. *part.* 2. *recent.* † Sed tamen ego crediderim deciſionem illam veram quidem eſſe, ſi ad ſolam Bigamiæ irregularitatem reſpectus habeatur ſed ſi animum inſpiciamus dimittendi clericatum, & amplectendi ſtatum contrarium vitæ Eccleſiaſticæ ex qua reſultat tacita dimiſſio penſionum & beneficiorum, vt *ſuperiori capite* oſtē'um fuit, non video quomodo doctrina illa penſionarium excuſare potuiſſet.

8 Tertiò notandum eſt, quod ſicut beneficiorum ita & penſionum incapax eſt Bigamus; Addent.ad Burat. *deciſ.*791.*n.*12.& Addent. ad Gregor. *deciſ.*516. *num.*13. Rota *deciſ.* 12.*num.* 26.*part.* 5. *recent.* cum etiam per contractum ſimplicis Matrimonij penſio amittatur, vt iam dictum & probatum fuit, & teſtatur Rota *dicto num.*26.& Marcheſ. de *commiſ.appellat.in cauſas penſionum part.* 1.§.2. *num.*150. Rota *in Ferrarienſi penſionis* 14.Iunij 1624. coram Remboldo inſerta poſt tract. Viuiani *de iurepatronat.deciſ.*95. *num.*5.etiam ſi non interueniat bigamia, & per conſequens ita deſinit penſio, per contractum matrimonij cum virgine ac cum vidua, Rota apud Pic. *ad ſtatut. vrbis deciſ.* 2. *num.* 12. quæ eſt in Cæſarauguſtana penſionis 18. Iunij 1610.

Sed quæſtio bigamiæ in hac penſionum 9
materia interuenire poteſt quando quis matrimonium per bigamiam contraxiſſet; & deinde mortua vxore vellet tonſurari & adipiſci penſiones, quod ſine diſpenſatione facere non poteſt, quia bigami denudantur omni priuilegio clericali, *cap.*1.*de Bigam.in* 6. Rota *in dicta deciſ.*95. *apud Viuianum num.* 3. *verſic. nec obſtat quod D. Princeps* & *deciſ.* 12.
*num.*24. *&* 31.*part.*1. *recent.* † Et reputantur 10
tanquam meri Laïci. Garſ. *de benef. part.* 7. *cap.* 6. *num.* 2. Pariſ. *de reſignat. lib.*4.*cap.* 4. *num.* 18. Aufrer. *ad deciſ. capel. Tholoſ.* 64. 234.*&* 251.Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. num.*232. *& ſequentibus*, vbi omnes bigamiæ ſpecies ſigillatim exponit.

Quartò notandum eſt, poſſe Summum 11
Pontificem ſuper bigamia diſpenſare ad Sacros ordines recipiendos. Couarr. *in clement. ſi*
*furioſus, de homicid.part.*1.§.2.*num.*4.† Vbi di- 12
cit Epiſcopum diſpenſare non poſſe regulariter, maximè ſi quis poſt clericatum contraxerit cum bigamia matrimonium; & per eum ibidem *in verſicul. ſic ſane non poſſe*, & *in verſic. quæ quidem opinio*, Pariſ. *de reſignat.lib.*5.*quæſt.*
3.*num.*197. † Poſſe tamen Epiſcopum diſ- 13
penſare in bigamia ſimilitudinaria dixit Pirr. Corrad. *de diſpenſat. lib.*2.*cap.* 1.*num.* 16. in omni autem bigamiæ ſpecie ſolum Summum Pontificem generaliter ad quoſcumque ordines etiam Pontificales & ad quæcumque beneficia Eccleſiaſtica diſpenſare poſſe dicit Corrad. *ibid.num.*18.

Sed in iis quæ dicit Corrad. videtur ali- 14
qua ineſſe contrarietas niſi dicamus ipſum velle, quod ſolus Papa diſpenſet in certis Irregularitatis ſpeciebus; vel forſan verbum illud ſolum eſſe delendum, ideò pro totali reſolutione concludendum eſt.
† Imò poſſe de iure ex mente Doctorum 15
Epiſcopum diſpenſare vt bigamus minores ordines ſuſcipiat, & ſuſceptis citatur, tradit Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſput.* 86. *num.*11. vbi plurimos allegat Mirand. *in quæſt. regularibus tom.* 2. *quæſt.* 8. *art.* 2. *concluſ.*2. quod in maioribus & Sacris ordinibus facere non poteſt, ſecundùm opinionem Doctorum mox allegatorum.

Sed tamen aduertendum eſt ea quæ dixi- 16
mus ex mente illorum, hodie non eſſe recepta in praxi & ceſſare omnes controuerſias & Doctorum varietates quas copioſè exponit Barboſ. *in tract. de poteſt. Epiſcop. part.* 2. *allegat.*49.*à n.*21.*vſque ad finem*, quia Sacra Cardinalium Congregatio, ſic quæſtionem hanc terminauit



terminauit, die 30. Ianuar. 1589. approbante Sixto V. Pontifice maximo his verbis. *Epiſcopus authoritate ſua Ordinaria cum ſibi ſubdito vero bigamo, qui aliàs cum duabus virginibus, ſucceſſiuè legitimum Matrimonium contraxit & conſummauit, & modò defuncta fuit, diſpenſare non poteſt, vt primam tonſuram & beneficia à ſe vel ab aliis accipiat.* Ob quam authoritatem ita concludit Garſ. *de benef. p.* 7. *cap.*6. *num.* 4. *&* 5. ſequitur Lezan. *in ſumma regul. part.* 3. *in verbo bigamus, num.* 4. *& ſe-*
17 *quentibus.* † Vbi etiam allegatur alia declaratio eiuſdem ſacræ Congregat. ex Barboſ. *in deciſ. Apoſtol. in verbo Bigamus collect.* 69. loquens de bigamia etiam interpretatiua, per quam fuit reſolutum bigamum affectum bigamia interpretatiua, etiam ſi ante conſtitutus eſſet in ordine oſtiariatus non poſſe mortua vxore diſpenſari per Epiſcopum, vt in Ordine ſacro miniſtret; idque ſub die 13. Aprilis 1630. & ſic ceſſant ea quæ in contrarium reſoluit Ricc. *in praxi aurea deciſ.* 220. & alij per Sanch. & cæteros citati.

18 Quamuis autem Garſ. *dicta parte* 7.*cap.*6. *num.* 14. exiſtimet Epiſcopum etiam iuſta ſubſiſtente cauſa non poſſe diſpenſare Clericum in minoribus Ordinibus conſtitutum circa exercitium Ordinum ſuſceptorum; tamen contraria ſententia mihi valde eſt probabilis propter authoritatem tot inſignium Doctorum quos cumulat, Garſ. *ibidem num.* 13. veluti ſi neceſſitas vrgeat propter inopiam Clericorum, aut magnam locorum diſtantiam, aut ſimilis cauſa interueniat provt dicunt alij Doctores.

19 Et facit à ſimili quod licèt Epiſcopi non poſſint diſpenſare, vt Matrimonium celebretur inter coniunctos in duplici quarto gradu, vt notat Garſ. *de benefic.parte* 11.*cap.*5.*n.*339. *&* 344. poſſunt tamen id facere in caſu magnæ & vrgentis neceſſitatis, veluti ſi magnum oriretur ſcandalum, & recurſus non poſſit haberi ad Summum Pontificem, propter locorum diſtantiam, aut paupertatem, aut alia ſimili de cauſa, vt teſtatur Sanchez
20 *de Matrim.lib.*2.*diſput.*40.*n.*3. † Cuius tamen ſententiam improbat Garſ. *dict.part.*11.*cap.*5. *num.* 349. dicens non eſſe hoc caſu conſiderandam vtilitatem priuatam ſed duntaxat publicam, vt per eum *num.*348.

21 In ſpecie tamen quoad penſiones non eſt dubitandum, quin Papa poſſit diſpenſare cum bigamo, vt illas obtinere poſſit: deciſum fuit in Rota *dict.deciſ.*12.*n.*28.*parte* 5. *recent.* Vbi etiam dictum fuit quod quando diſpenſatio eſt concepta, verbis ampliſſimis, veluti ſi dictum fuerit quod impetrans, poſſit penſiones obtinere, etiam ſi contingeret illum cum vna, vel pluribus Matrimonium contrahere, tunc enim non poteſt illi opponi quod per Matrimonium amiſerit priuilegium clericale, quia ſtante illa diſpenſatione priuilegium quod ratione fori, aut aliis de cauſis amiſit, illud tamen retinet quoad penſiones, quarum ratione fuit diſpenſatus, & ſufficit quod tempore conceſſionis vel tranſlationis fuiſſet Clericus.

Et hoc paſſim obſeruatur quod ſic diſpen- 22
ſatis aſſignantur penſiones tanquam Clericis, nec vnquam fit mentio priuilegij Clericalis, quia quando Summus Pontifex diſpenſat Clericos priuilegio illo denudatos ad obtinendas penſiones cenſetur ipſos ex conſequenti neceſſitate ad retinendum beneficium Clericatus diſpenſaſſe; attento notorio ſtylo Curiæ, iuxta quem non aſſignantur penſiones niſi illis qui caractere Clericali
ſunt inſigniti vel inſigniendi: † quia diſpen- 23
ſatio trahitur ad ea omnia quæ ex illa reſultant in neceſſariam conſequentiam, Felin. *in cap.*3.*de conſtitut. num.*6. & *in cap. at ſi Clerici* 8. *de adulteriis, num.*16.*verſicul. fallit de iudic.*
Sanchez *de Matrim.lib.*8.*diſp.*1.*num.*19.† vn- 24
de diſpenſatus ad obtinenda plura beneficia; cenſetur etiam diſpenſatus ad reſidendum in vno ipſorum duntaxat, Ripa *in cap. ad aures num.*43. Felin. *in dicto* §.*de adulteriis n.*17. Et pro Regula ſtat Gloſſa notabilis, quam DD. communiter ſequuntur, *in cap. quia tantum*, in verbo *plures Eccleſias, de præbendis*, & probatur ex Gloſſa *in cap. ſi quis in clero, verſic. ſolemnibus* 7.*quæſt.*1. Hoſtienſis, *in cap. cum in cunctis de elect.* quia alioquin diſpenſatio redderetur inutilis, & ſine effectu, Felin. *in cap. poſtulaſti, num.*10. *de reſcript.* Pirr. Corrad. *de diſpenſat.lib.*1.*cap.*5.*num.*19.

Præterea diſpenſatus ad percipiendos 25
fructus in abſentia cenſetur etiam diſpenſatus ad illos percipiendos non facta profeſſione fidei in manibus Epiſcopi, vel eius vicarij Garſ. *de benefic. parte* 3. *cap.* 3. *num.*77.
† Eadem ratione minor diſpenſatus ſuper 26
ætate in qua non eſt capax promotionis ad ſacerdotium, intra annum non tenetur promoueri: Rebuff. *in praxi tit. de non promotis intra annum, n.*55. Sanch. *d. lib.*8.*diſp.*1.*num.*19.
† Et diſpenſatio ſuper Matrimonio infert 27
neceſſariò legitimationem prolis tanquam conſecutiuam ad diſpenſationem: Rota *deciſion.* 166. *numer.* 6. *parte* 1. *recent.* Eadem igitur ratione dicendum eſt eum qui diſpenſatus fuit ad obtinendum penſiones, non obſtante bigamia, cenſeri etiam diſpenſatum, ad retinendum, ad hunc effe-
ctum, priuilegium Clericale. † Quod mul- 28
tò fortius locum obtinere debet, quando diſpenſatio præceſſit Matrimonium, & ſic attenta diſpenſatione quam habebat tempore

re Matrimonij, nunquam fuit priuatus pri-
29 uilegio Clericali. † Quamquam etiam ſuffi-
ceret diſpenſatio poſteà obtenta per quam impetrans reſtituitur ad priſtinum ſtatum Clericalem; Rota *dicta deciſione* 12. *num.* 35.
30 *parte* 5. *recent.* † Caracter enim qui imprimitur per primam Tonſuram indelebilis eſt, & conſiſtit in anima, & licèt obſiſtente bigamia careat priuilegio Clericali, tamen in effectu & in fundamento, ratione caracteris non deſtituitur Clericatu; Rota *deciſ.* 516. *num.* 9. coram Greg. & ibi Addit. *in fine*, & apud Pirum *ad ſtatut. vrbis dicta deciſ.* 2. *num.* 13. & 14. & *in deciſione* 95. *num.* 6. & 7. poſt tract. Viuiani, *de iure patron.* Addit. ad Burat. *deciſ.* 791. *num.* 21. & 22. Gabr. *conſ.* 181. *n.* 3. *lib.* 2. Garſ. *de benef. parte* 7. *cap.* 1. *n.* 2. Rota, *dec.* 731.
31 *num.* 1. & 6. *p.* 1. *diuerſ.* 31. † Vbi dicitur quod ille qui Clericatum obtinuit ab Epiſcopo non ſuo ſine dimiſſoriis recipit caracterem, ſed non recipit executionem, aut ſi illam recipiat, illi interdicenda eſt.

32 Quintò notandum eſt quod ſi bigamus fuerit diſpenſatus ad obtinendas penſiones erit etiam capax, vt in eum transferantur penſiones transferendæ in perſonas Eccleſiaſticas, propter caracterem primæ tonſuræ, propter quam dicitur perſona Eccleſiaſtica: *cap. cum contingat*, & ibi Doctores *de ætat. & qualit.* Burat. *dict. deciſ.* 791. *n.* 23. Rota *dict. deciſ.* 12. *n.* 6. *parte* 5. *recent.* cum in hac materia, non debeat fieri differentia inter penſionis reſeruationem & tranſlationem, Rota apud Gregor. *deciſ.* 18. *num.* 3.

33 Sextò notandũ eſt, quod ſi quis obtinuerit à Sũmo Pontifice, vt pẽſiones retinere poſſit liberè & licitè etiam ſi cum quacũque muliere nullo ſibi iure prohibita Matrimonium contraxerit, cenſetur etiam diſpenſatus, vt penſiones retinere poſſit; non obſtante bigamia orta ex Matrimonio cum vidua contracto; quia verbum, *mulier*, verificatur etiam in vidua; *l. mulieris appellatione* cum ibi notat. *ff. de verborum ſignificatione*, *l. exempta*, & ibi
34 Gloſſ. *in verbo mulier*, *ff. de action. empt.* † Et hoc maximè ſi in diſpenſatione dictum fuerit de quacumque muliere propter dictionem, *quacumque*, quæ eſt vniuerſalis, *cap. ſolita in fine*, & ibi Abb. *in vlt. notab. de maiorit. & obedient.* & omnes mulieres etiam corruptas comprehendit, & ſuam retinet ſignificationem etiam in ſtricta diſpenſationis materia. Calderin. *conſ.* 1. *de conſanguinit. & affin.* Rota *in Cæſarauguſtana penſionis* 18. *Iunij* 1610. *coram Lancelloto inſerta poſt tract.* Pic. *ad ſtatut. vrbis deciſ.* 2. Marcheſ. *de commiſſ. part.* 1. *folio* 540. & 591. Rota *poſt Conſil. Farin. numero* 293. *in* 2. *volum. Conſiliorum.*

Et ratio eſt quia ad effectum retinendi 35
penſiones, nihil refert vtrum Matrimonium contractum fuerit cum virgine, vel cum vidua; quia incompatibilitas conſiſtit in ipſo Matrimonij contractu, non autem in qualitate mulieris: ideò Papa cùm diſpenſauit in caſu contracti & conſummati Matrimonij cum quacumque muliere, videtur dicendum quod habitus etiam fuerit reſpectus ad contractum initum cum vidua, hæc eſt ratio quam affert Rota *deciſ.* 367. *n.* 4. *part.* 1. *recent.*
† Quæ tamen ſalua pace non eſt omnino 36
concludens, quia duo hic concurrunt impedimenta, vnum ex parte Matrimonij, aliud ex parte bigamiæ, & vno ſublato ſemper remanet aliud: *cap. ex tuarum*; *de authoritate & vſu pall. c. paſtoralis de priuil.* Gemin. *conſ.* 33. *n.* 8. Rota *deciſ.* 76. *num.* 2. *p.* 2. *recent.*

Hoc tamen animaduerſione dignum eſt 37
quodque in facto obuenire poteſt; quod *in dicta deciſ.* 367. dicitur *num.* 6. quod illa bigamia quæ contrahitur non per iteratas nuptias ſed per contractum Matrimonij cum vidua eſt interpretatiua, & per conſequens facilius diſpenſabilis. Felin. *in cap poſtulaſti, num.* 12. *de reſcript.* Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *de impedim. diſput.* 84. *n.* 1. *in princip.* & *n.* 7.

Vltimò loco notandum eſt, quod ſi Papa 38
conceſſerit alicui, vt non obſtante Matrimonio penſiones retinere poſſit talis conceſſio intelligenda eſt de primo Matrimonio, nec ſuffragatur ſi quis ſecunda vice Matrimonium contrahat.

Niſi tamen ex generalitate verborum 39
conceſſionis colligi poſſet eam fuiſſe Pontificis mentem, vt ad vlteriores etiam nuptias eſſet extendenda. Rota *deciſ.* 37. *n.* 16. & 17. *parte* 5. *recent.* veluti ſi in conceſſione gratiæ dictum fuiſſet, etiam ſi ad ſecunda, & plura vota conuolaueris; quia per illa verba, & vigore dictionis copulatiuæ, Papa ampliat conceſſionem illamquè extendit ad plura Matrimonia diſtincta & ſeparata, copula enim comprehendit qualitates ſeparatas, quarum vna non inſit alteri: *l. ea tamen adiectio*, *ff. de legat.* 3. Surd. *deciſ.* 18. *num.* 12. Rota *dicta deciſ.* 75. *num.* 6. *parte* 5. *recent.*

Non tamen dicitur duo contraxiſſe Ma- 40
trimonia qui contrahit cum vidua, vt dici poſſit diſpoſitionem in primo actu fuiſſe conſumptam, quamuis ſic contrahens dicatur bigamus, quia non dicitur verè ſecundum contraxiſſe Matrimonium, ſed tantùm interpretatiuè, Rota *dicta deciſ.* 2. *apud Picum. n.* 17. *quæ eſt* 293. *poſt* 2. *vol. conſ. Farin.* & apud Marcheſ. *fol.* 591. & 640.





# CAPVT LXXIX.

## *ARGVMENTVM.*

DISPOSITIO Clementinæ vnicæ, *de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fructuum*, quod lata vna ſententia in Curia Romana aduerſus beneficij poſſeſſorem non triennalem locus ſit ſequeſtrationi fructuum, vtrum locum habeat in penſionibus, ſiue lata fuerit ſententia in fauorem titularis penſione declarata nulla, ſiue in fauorem penſionarij in caſibus in quibus ſententia non eſt exequibilis appellatione non obſtante: Quid ſtatuendum ſit quando Capitulum debet ſoluere penſionem, & periculum eſt ne futuræ condemnationis difficilis ſit executio, propter Capituli potentiam, vel diffugia in terminis conſtitutionis per S. M. Pium V. deſuper editæ.

### SVMMARIVM.

1 *Quibus in caſibus vnica ſententia lata in Curia Romana procedendum ſit ad ſequeſtrationem fructuum.*
2 *Appellare non licet à ſequeſtratione quæ fit in executionem legis.*
3 *Sequeſtratio in vim dictæ Clementinæ non poteſt per ordinarium fieri niſi ex commiſſione.*
4 *Sequeſtratio in vim dictæ Clementinæ fieri poteſt, in ſecunda inſtantia ſi facta non fuerit in prima.*
5 *Fallit ſi reus in prima inſtantia ſententiam in ſui fauorem obtinuiſſet.*
6 *Sequeſtratio in quibus caſibus concedenda ſit remiſſiuè.*
7 *Quando litigatur contra Capitulum ſi timeãtur illius diffugia, & tergiuerſationes concedi debet fructuum ſequeſtratio, ex conſtitutione S. M. Pij V.*
8 *Poſt appellationem interpoſitam à penſionario condemnato, non eſt locus ſequeſtrationi.*
9 *Sequeſtratio de iure communi eſt prohibita.*
10 *Sequeſtratio penſionum fieri debet ſi difficilis ſit illarum in caſu condemnationis futura recuperatio.*
11 *In cauſa beneficiali ſequeſtratio fit vbi timetur periculum difficilis recuperationis.*
12 *Sequeſtratio non datur aduerſus triennalem poſſeſſorem: quamuis ſententia lata fuiſſet in Curia.*
13 *Sequeſtratio non datur in cauſa penſionum ex dicta Clementina vnica*, de cauſa ſequeſtr. poſſ. & fruct.
14 *Poſſeſſio triennalis ſuffragatur in terminis dictæ Clementinæ etiam ſi non ſit immediata ante litem.*
15 *Si ſententia fauore penſionarij non fuerit declarata executoria, non poteſt peti fructuum ſequeſtratio.*
16 *Priuatus beneficio ob non ſolutam penſionem, vtrum dicatur habere titulum coloratum.*
17 *Titulus quando fuit redactus ad non titulum reſtitutio fieri debet etiam cum fructibus.*
18 *Sententia priuat iure ſed non poſſeſſione facti.*
19 *Titulus non dicitur diſcoloratus quando fuit obtentus ab eo qui conferendi poteſtatem habebat.*
20 *In terminis triennalis poſſeſſionis titulus non dicitur diſcoloratus niſi tribus ex cauſis.*
21 *Si titularis fuerit condemnatus ad ſolutionem penſionis, & ſententia non ſit exequibilis non debet concedi ſequeſtratio.*
22 *Cauſa penſionis non eſt tractanda tanquam beneficialis.*

PRIMÒ, ſupponendum quod ex 1
diſpoſitione Clementinæ vnicæ *de ſequeſtrat, poſſeſſ. & fruct.* Si contra beneficij poſſeſſorem, ſententia feratur in Curia quæ ſit definitiua, & condemnatus appellationem ab ea interponat, debet fieri ſequeſtratio fructuum per Ordinarium loci; dummodo is qui condemnatus fuit, non ſit poſſeſſor triennalis, & dictam ſequeſtrationem impediens, vel fructus ſequeſtratos occupans eſt excommunicatus, & ſi eſt vna de
partibus litigantibus cadit à iure ſuo. † Vnde 2
à dicta ſequeſtratione appellare non licèt cum fiat in executionem legis, per text. *in l. ab executore*, *ff. de appellat.* Lancell. *de attent. parte* 2. *cap.* 12. *limit.* 12. *num.* 2. & *ſequentibus*, Veſtr. *in praxi*, *lib. ſeptimo cap.* 2. *num.* 5.

Et licèt in dicta Clementina dicatur ſeque- 3
ſtrum apponendum eſſe, per loci Ordinariũ, hoc tamẽ ſtylus obſeruat, quod ipſe nõ poſſit

procedere ad ſequeſtrationem, niſi id ſibi
committatur, vt dicit Boniſac. de Vitalin. *in*
4 *dicta Clement. num.* 48. *& ſequentibus.* † Et
niſi Sequeſtrum fuerit appoſitum in prima
ſententia, poteſt fieri in ſecunda. Veſtr. *in*
*praxi dicto lib.*7. *cap.*2. *num.*1. *verſic. quod ſi is*
*qui ſententiam obtinet.* Lancell. *de attent. dicta*
*part.*2. *limit.*12. *num.*6.

5 Quod tamen Sequeſtrum decerni non
debet ſi reus ſententiam fauorabilem obti-
nuiſſet in prima inſtantia, tunc enim licèt
condemnatus fuiſſet in ſecunda, admittere-
tur illius appellatio, nec locus eſſet ſequeſtra-
tioni fructuum beneficij, quia præſumptio
boni iuris quæ elicitur ex ſecunda ſententia
condemnatoria rei, eliditur per primam ſen-
tentiam in eius fauorem latam, Rota *diuerſ.*
*deciſ.*634. *num.*2. & 644. *num.*4. *parte* 3. *lib.*3.
Scacc. *de appellat. quæſt.* 17. *limitation.* 47.
*membro* 1. *num.* 117. ſed de hac ſequeſtratio-
ne fructuum materia in terminis illius Cle-
mentinæ plura habentur apud Mareſcot. *lib.*
2. *reſol cap.*77. Riccium *collectan.*223. *&* 1585.
6 Lancell. & Veſtri. *locis ſupra citatis.* † Plures
ſunt etiam alij caſus in quibus conceditur
fructuum ſequeſtratio, quos refert Lancell.
*dict. limitatione* 12. *à num.*19. quos hîc inferre
eſſet materiam propoſitam excedere.

7 Vnus tamen hîc non eſt omittendus qui
procedit ex conſtitutione S.M. Pij V. ſub die
3. Cal. April. 1568. quæ eſt inter eius conſti-
tutiones 67. per quam decernit, quod quan-
do litigatur inter prouiſum à Sede Apoſtoli-
ca vel Ordinario, de aliqua, dignitate, Cano-
nicatu, præbenda, portione, ſeu aliquo bene-
ficio Eccleſiaſtico, in aliqua Eccleſia Cathe-
drali vel Collegiata; conſtitutis ex vna parte;
& Capitulum, & Canonicos eiuſdem Eccle-
ſiæ, ad quos admiſſio ſeu receptio ad tale be-
neficium ſpectat, & quibus accreſcunt fru-
ctus, & diſtributiones de eo tempore quo poſ-
ſeſſio capta non fuit; tali caſu ne Capitulum
ſentiens vtilitatem ex tali perceptione litem
doloſè protrahat, & litigãs nimis moleſtetur,
vel ſi ſententiam fauorabilem reportauerit,
de nouo contra Capitulum litigare cogatur
in repetendis à Capitulo fructibus, interim
lite pendente fructus, reditus, & prouentus,
diſtributiones ac cætera emolumenta penès
idoneam perſonam deponantur illi reſtituẽ-
da, cui de iure poſteà reſtituenda fuerint: cu-
ius Pianæ conſtitutionis meminit Gonzal. *ad*
*Regul.*8. §.7. *proœm. n.*21. & Salgad. *in tract. de*
*Regia, protect. p.*2. *cap.*16. *n.*22.

His ita breuiter ſuppoſitis circa penſionũ
8 quam tractamus materiam nonnulla notãda
ſunt. † Et Primò quidẽ conſtitutionẽ d. Clem.
vnicæ, *de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* loquentem, de
ſequeſtratione fructuum beneficij, non eſſe
extẽdendam ad ſequeſtrationem penſionis,
adeò vt ſi rector beneficij egerit ad reductio-
nem penſionis, aut illius nullitatem, quamuis
penſio per ſententiam in Curia Romana la-
tam fuerit declarata nulla, à qua declaratione
fuerit per penſionarium appellatum; non ta-
men propterea locus erit ſequeſtrationi pen-
ſionum poſt ſententiam currentium in præ-
iudicium appellationis per penſionarium in-
terpoſitæ, tum quia penſionarius non eſt à
ſua poſſeſſione dimouendus; tum etiam quia
cum illa conſtitutio loquatur de beneficiis
non eſt extendenda ad penſiones. † Cum 9
verſemur in materia ſtricta & contra iuris
ordinarias conſtitutiones introducta, quod
prohibet ſequeſtrationes, *l. vnica C. de prohib.*
*ſequeſtr. pecun. cap.*1. *de ſequeſtr. poſſ. & fruct. c.*1.
*vt lite pend.* in materia verò ſtricta appellatio-
ne beneficiorum non continentur penſiones
vt ſæpè diximus, & plures citat Barboſ. *de*
*appell. verb. cap.*32. *n.*2. & ſic dictam Clemen-
tinam locum non habere in penſionibus Ec-
cleſiaſticis concludit Mareſcot. *dicto lib.* 2.
*variar. reſolution. cap.*77. *num.*33. Gigas *de pen-*
*ſion. quæſt.*46. *per totam.*

Secundò quoad ſequeſtrationem quam 10
fieri præcipit dicta Pij V. conſtitutio, in caſu
litis ratione beneficij, cuius fructus perci-
piuntur à Capitulo, licèt de rigore iuris ver-
ba conſtitutionis ad penſiones extendi non
poſſint ob rationem ſuperius allatam, nihilo-
minus tamen quæſtionem hanc quam à ne-
mine tactam vidi apud me examinans cre-
derem, ſaluo ſaniori iudicio, etiam hoc ca-
ſu iudicem penſionis ſequeſtrationem de-
cernere poſſe, & debere ad inſtantiam pen-
ſionarij qui fauorabilem obtinuit ſenten-
tiam, cuius executio certis in caſibus retar-
dari poteſt, vt ſuo loco diximus: hoc ca-
ſu quamuis commiſſio non detur cum Clau-
ſula ſine retardatione ſolutionis penſionis
decernendam ſaltem eſſe ſequeſtrationem
fructuum beneficij non vigore dictæ Cle-
mentinæ, ſed in vim dictæ Pianæ conſtitu-
tionis: ſi Capitulo penſio accreſcat, vel non
decreſcat, veluti propter abſentiam Canonici
aut alterius poſſidentis beneficium penſione
grauatum eadem ratione, quia Capitulum
litem in longum protraheret, & quia etiam
difficilis eſſet poſt latam penſionario fauora-
bilem ſententiam ſummarum adiudicatarũ
recuperatio. † Cum hoc generaliter conſtitu- 11
tum ſit, vt poſſit apponi ſequeſtrum in cauſa
maximè beneficiali quando timetur ne diffi-
cilis ſit executio, & recuperatio ex deciſis per
Put. *deciſ.*150. *n.*3. *lib.*2. aliàs *dec.*146. Salgad.
*de regia protect. p.*2. *cap.*16. *n.*14.

Tertiò cum in terminis dictæ Clementi- 12
næ vnicæ *de ſequeſt. poſſeſſ. & fruct.* non poſſit
dari



dari ſequeſtrum contra eum qui condemna-
tus eſt in curia ſuper beneficio per eum poſ-
ſeſſo ſi ſit poſſeſſor triennalis, vt expreſsè
cauetur in dicta conſtitutione.

13 Dubitari poteſt quid dicendum ſit de
triennali poſſeſſore qui ſuo beneficio priua-
tus fuit propter non ſolutam penſionem,
vtrum videlicet hoc caſu locus ſit ſequeſtro
contra talem ea de cauſa condemnatum, &
concludendum eſt non eſſe hoc caſu locum
alicui fructuum ſequeſtrationi, aut enim illa
concederetur vigore dictæ Clementinæ, &
hoc non; quia in ea expreſsè dicitur non eſſe
locum ſequeſtrationi, aduerſus triennalem
poſſeſſorem in illis verbis, *dummodo triennio*
*pacificè antea ab eo poſſeſſum non fuerit*; Put.
*deciſ.* 346. *lib.*3. *in correctis*; Veral. *deciſ.*354.
14 *num.*1. *&* 2. *parte* 2. † Vbi dicit hoc habere
locum etiam ſi poſſeſſio triennalis non ſit im-
mediata ante litem motam cum Gloſſa *in*
*dicta Clementina in Verbo, Antea*, non habeat
intellectum reſtrictiuum ad immediatum
triennium, ſed voluerit declarare quod non
ſufficiat poſſeſſionem fuiſſe captam ante mo-
tam litem, & completum triennium poſt in-
ceptum iudicium, non poteſt igitur hoc caſu
dari ſequeſtrum vigore dictæ Clementinæ,
cum ſupponamus, poſſeſſionem rei conuenti
eſſe triẽnalem, & pacificam ante motam litẽ.

15 Non etiam poteſt decerni ſequeſtrum ex
diſpoſitione iuris cum dictus poſſeſſor bene-
ficij penſione grauati appellans, multas ha-
bere poſſit exceptiones in cauſa appellatio-
nis proponendas de quibus copioſè actum
fuit ſuperius *cap.*51. *& ſeq.* Vnde non eſt fa-
cilè à ſua perceptione fructuum remouen-
dus, ex traditis *in cap. licèt Epiſcopus* 28.
& ibi Gloſſ. *in verbo retinendi, de præbend.*
*in* 6. & hoc quando ſententia non fuit decla-
rata executoria.

16 Neque obſtat ſi dicatur iſtum condem-
natum ad dimittendum beneficium, illoquè
priuatum non habere titulum coloratum,
qualis eſt ille qui euanuit adueniente ſenten-
tia priuationis, ob non ſolutam penſionem,
17 & fuit redactus ad non titulum; † & ſic cum
titulus ſit diſcoloratus non videtur illius ha-
bendam eſſe rationem, quod adeò verum
eſt, vt quando titulus redactus fuit ad non
titulum, locus ſit reſtitutioni, non ſolùm rei
de qua agitur, ſed etiam ipſorum fructuum;
Roman. *conſ.* 454. *num.* 26. Natta *conſ.* 535.
*num.*12. Oſaſc. *deciſ.* 160. *num.* 12. Menoch.
*remed.*15. *recup. poſſeſſ. num.*639. Rota *deciſ.*1.
18 *n.*10. *parte* 2. *recent.* † Siquidem cùm per ſen-
tentiam fuerit quidem poſſeſſor declaratus
incurriſſe in priuationem iuris ſui, non ta-
men ideò poſſeſſione ſua priuatus, & illa
declaratio fuit ſuſpenſa per appellationem,
*l.*1. *in fine, ff. ad Turpil. cap. venientes de iureiur.*
præſertim cùm huiuſmodi conſtitutiones de
triennali poſſeſſione loquentes ſint introdu-
ctæ ad ſimilitudinem vſucapionis, quæ ter-
minatur triennio, ſententia verò, poſt trien-
nalem pacificam poſſeſſionem lata, non po-
teſt hoc caſu titulum diſcolorare. † Quia 19
triennium de quo in dicta Clementina fra-
ternizat cum Regula de triennali in qua titu-
lus non dicitur diſcoloratus quoties fuit ob-
tentus ab eo qui habebat facultatem confe-
rendi, vt probauimus *in noſtris quæſtion. bene-*
*ficial. tom.*1. *cap.*85. *num.* 72. poſt Franciſc.
Stephan. *deciſ. Aquenſ.*78. *num.*7.

Nec titulus in hac triennalitatis materia 20
dicitur diſcoloratus niſi proueniat ab aliquo
ex tribus capitibus nempe à Simonia, vel re-
ſeruatione clauſa in corpore iuris, aut ab
ingreſſu violento, vt probauimus *in dictis*
*quæſtion. beneficial. cap.* 135. *num.* 19. *verſicul.*
*verum, tom.*2. Prob. *ad pragmatic. ſanction. in*
*titulo de pacif. poſſeſſ. in verbo, moleſtari, gloſſ.* 3.
Gomez *in Regul. de trienn. quæſt.* 26. §. *quibus*
*non obſtantibus, &* §. *ſed breuiter*; & propter-
ea fuit deciſum, per Rotam in caſu propoſi-
to non eſſe locum ſequeſtrationi fructuum,
poſt appellationem, vt apud Caſſador. *dec.*4.
*de ſequeſtr. poſſeſſ. & fructuum.*

Quartò dubitari poteſt procedendo vltra 21
terminos dictæ deciſionis Caſſadori: vtrum
ſi poſſeſſor beneficij penſione grauati fuerit
in Curia condemnatus ad ſolutionem pen-
ſionis ipſequè appellationem interpoſuerit,
poſſit cogi ad ſequeſtrationem fructuum, pro
penſione obligatorum, donec lis fuerit ter-
minata, qui caſus differt ab illo, qui ſuprà de-
ciſus fuit *num.* 8. *&* 9. quia ibi actum fuit de
ſententia lata ad fauorem poſſeſſoris benefi-
cij penſione grauati, hîc autem agimus de
ſententia lata ad fauorem penſionarij; quæ-
ſtio iſta non poteſt euenire in facto, quando
agitur de obligatione camerali, vel de pen-
ſionario qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi,
quia his caſibus & aliis, in quibus commiſſio
appellationis datur cum Clauſula, *ſine retar-*
*datione ſolutionis penſionis*, non fit ſequeſtrum
iuxta terminos illius Clementinæ vnicæ *de*
*ſequeſt. poſſeſ. & fruct.* ſed proceditur ad actua-
lem executionem: ſed quæſtio poteſt con-
tingere in eo qui poſſidet beneficium, cuius
ratione penſio debetur, nec penſionarius eſt
in quaſi poſſeſſione exigendi, nec rector illius
beneficij conſenſit penſioni, & hoc caſu cre-
do, ſaluo cuiuſlibet melius ſentientis iudicio,
non peti ſequeſtrationem fructuum, nec poſt
primam ſententiam aduerſus beneficij poſ-
ſeſſorem, niſi adeſſet periculum dilapidatio-
nis aut ſimilis caſus, in quo de iure ſemota
illa conſtitutione, locus eſſet fructuum

ſequeſtrationi, quia illa conſtitutio loquitur tantùm, de beneficiis & nihil dicit de penſionibus, quæ propterea in illa conſtitutione non comprehenduntur, cum vt ſæpè diximus in materia ſtricta, qualis eſt ea in qua agitur de ſequeſtratione appellationis beneficij, penſio non contineatur.

22 Nec vnquam Rota Romana cauſas penſionum tractauit tanquam beneficiales, imò tanquam prophanas, Rota *dec.* 12.*n.*3. *in fine, verſ. & omnia prædicta, par.*4.*recent.* Merlin. *deciſ.*732.*n.*1. poſt Veral. *deciſ.*99.*part.*1. Greg. *deciſ.* 407.*n.*2. & quod dicta Clementina in penſionibus locum habeat decidit Mareſcot. *lib.*1.*var.reſol.cap.*21.*n.*6.*& lib.*2.*cap.*77.*n.*33. vt ſuperius dictum fuit.

# CAPVT LXXX.

## *ARGVMENTVM.*

CLAVSVLA *ſine retardatione ſolutionis penſionis*, appoſita in commiſſione appellationis facit, vt Iudex ad quem nullam habeat iuriſdictionem, niſi prius ſoluta penſione, ita vt de eo conſtet in actis, aliàs ſententia eſt nulla, ad inſtar Clauſulæ *parito iudicato*; Vtrum ſtante prædicta Clauſula ſine retardatione penſionis tam Iudex à quo, quàm Iudex ad quem exequi poſſit pro penſione; & vtrum inter illos ſit locus præuentioni. Clauſula *ſine præiudicio legitimæ executionis*, quem effectum habeat; & quem Clauſula *ſi quid ſit exequendum*, aut Clauſula *quod commiſſarius ad legitimam executionem procedat.* In penſionibus authoritate Epiſcopi reſeruatis, non retardatur executio, ſi penſionarius ſit in quaſi poſſeſſione exigendi, aliàs ſecus, niſi tamen poſſeſſio eſſet turbida: Quid ſi titularis opponat ſe multas expenſas feciſſe pro vtilitate Eccleſiæ? Tertius comparens pro ſuo intereſſe, vtrum poſſit retardare ſolutionem penſionis; ſicut etiam ſuccedens in beneficio, aut in fructibus illius; de ſolutione facta vigore dictæ Clauſulæ *ſine retardatione.* Quid ſi adſit Clauſula *conſtito de litteris penſionis*; Vtrum dicta Clauſula ſit apponenda quando Iudex proceſſit in cauſa manutentionis penſionis per viam ſententiæ definitiuæ in ſcriptis latæ.

### SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio data cum Clauſula* ſine retardatione ſolutionis penſionis *eſt conditionaliter conceſſa.*

2 *Conditio debet prius verificari quando ſub illa conceſſa fuit iuriſdictio.*

3 *Sententia per iudicem deputatum ſub illa Clauſula* ſine retardatione ſolutionis penſionis, *eſt nulla niſi prius ſatisfactum fuerit ſolutioni penſionis*, & num.6. in fin. & num.7.

4 *Idem deciſum fuit in materia ſolutionis dotis.*

5 *Quid operetur ſi commiſſio data fuerit ſine retardatione*, arbitrio Rotæ.

6 *Sufficit ad hoc vt dari debeat commiſſio ſub illa Clauſula alterum de duobus, nempe quod agatur de litteris Apoſtolicis, vel quod penſionarius ſit in quaſi poſſeſſione exigendi*, & n.7.

8 *Clauſula* ſine retardatione *in cauſa penſionis æquiparatur Clauſulæ*, parito iudicato.

9 *Et denegatur hoc caſu audientia in cauſa appellationis interpoſitæ per titularium.*

10 *Appellans debet ſoluere penſionem cum effectu, quando in commiſſione adeſt dicta Clauſula nec ſufficit cautio.*

11 *Stante dicta Clauſula non admittitur titularis ſi loco cautionis offerat, omnes fructus beneficij penſionario.*

12 *Clauſula*, parito iudicato, *cuius ſit efficacia in materia penſionis.*

13 *Clauſula* ſine retardatione *præſeruat iuriſdictionem Iudicis à quo pro executione penſionis niſi ipſi fuerit inhibitum.*

14 *Iudex appellationis procedere poteſt ad executionem pro ſolutione penſionis multò magis dum cauſa commiſſa fuit cum incidentibus emergentibus, &c.*

15 *Commiſſarius poteſt procedere per denegationem audientiæ quando in commiſſione adeſt clauſula* ſine retardatione ſolutionis penſionis.

16 *Quando in commiſſione adeſt clauſula* ſine præiudicio



præiudicio executionis, *Iudex à quo cogit ad ſolutionem penſionis non obſtante inhibitione Iudicis ad quem.*

17 *Nec Iudex appellationis hoc caſu poteſt ſe ingerere in executione pro ſolutione penſionis.*

18 *Clauſula* ſi quid ſit exequendum, *apponitur quando adeſt probabile grauamen in ſententia à qua fuit appellatum.*

19 *Sed hoc caſu executio pro penſione fieri debet authoritate Iudicis ad quem.*

20 *Executio penſionarij ſuſpenditur quando in commiſſione adeſt Clauſula,* ſi quid ſit exequendum *donec fuerit cognitum, vtrum ſit locus executioni.*

21 *Cognoſcendum hoc caſu in primis eſt de exceptionibus contra ſententiam oppoſitis.*

22 *Et hoc caſu appellans admittitur ad productionem nouorum iurium, non tamen appellatus.*

23 *Si tamen appellans noua acta producat, appellatus alia producere poteſt replicando.*

24 *Clauſulæ*, Quod ad legitimam executionem procedat, *quæ ſit vis.*

25 *In caſibus in quibus tam primus quàm ſecundus Iudex procedere poſſunt illorum iuriſdictio eſt cumulatiua.*

26 *In iuriſdictione cumulatiua inter duos Iudices locus eſt præuentioni.*

27 *Semel commiſſa appellatione, cum Clauſula* ſine retardatione ſolutionis penſionis, *durat executio, donec prima ſententia fuerit reuocata, per tres conformes vel per rem iudicatam.*

28 *Facultas data procedendi ſummariè durat in omnibus inſtantiis.*

29 *Cauſa appellationis eſt eadem cum prima licèt non ſit eadem inſtantia.*

30 *In penſionibus authoritate Epiſcopi reſeruatis non apponitur Clauſula ſine retardatione ſolutionis.*

31 *Fallit quando penſionarius eſt in quaſi poſſeſſione exigendi.*

32 *Quando gratia eſt conditionalis, exceptio non adimpletæ cōditionis oritur ex ventre gratiæ, & retardat ſolutionem penſionis.*

33 *Conditio in reſeruatione penſionis appoſita, in primis eſt verificanda.*

34 *Conceſſio facultatis transferendi ea lege, vt illa intra certum tempus intimaretur, corruit ſi intimatio facta non fuerit intra illud tempus.*

35 *Exceptio oriens ex ventre gratiæ penſionis non obſtat ei, qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi quin apponatur in commiſſione appellationis Clauſula* ſine retardatione ſolutionis penſionis.

36 *Conditio quæ oritur ex probatione rei non impedit penſionarium in ſua poſſeſſione quin per alias probationes elidi poteſt.*

37 *Quod tamen locum non habet quando poſſeſſio eſt turbida.*

38 *Si titularis excipiat de expenſis factis pro Eccleſia debet retardare executionē pēſionarij.*

39 *Clauſula* ſine retardatione penſionis *afficit tertium.*

40 *Tertius veniens ad cauſam ad excludendum actorem ſolum vel reum ſolum tenetur venire in ſtatu, in quo cauſa reperitur.*

41 *Tertius ille allegans paupertatem penſionarij petere poteſt quod ſibi caueatur in caſum ſuccumbentiæ.*

42 *Cautio peti poteſt iuxta* l. is à quo ff. de rei vendicat. *etiam in beneficialibus.*

43 *Clauſula* ſine retardatione *operatur etiam contra ſucceſſorem beneficij.*

44 *Item & contra ſucceſſorem in fructibus beneficij.*

45 *Ex quibus probetur aliquem ſucceſſorem eſſe in alterius beneficio.*

46 *Poſt factam executionem penſionis Iudex ad quem illam reuocat ſi malè facta fuerit.*

47 *Qua cautela vti debeat appellatus dum videt iniuſtam eſſe executionem.*

48 *Bonum eſt obtinere reſcriptum cum facultate manutenendi quem de iure.*

49 *Penſio ſi ſit impoſita ex falſa cauſa non meretur executionem.*

50 *Soluens vigore Clauſulæ*, ſine retardatione *non conſtituit ſuum aduerſarium in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem.*

51 *Commiſſio ſimpliciter data, non reuocat præcedentem datam cum Clauſula* ſine retardatione ſolutionis penſionis.

52 *Quomodo probatio fieri debeat, quando executio ſententiæ fuit commiſſa conſtito de litteris reſeruationis vel tranſlationis penſionis.*

53 *Siue ſententia manutentionis penſionis lata fuerit per ſimplex decretum, ſiue per viam ſententiæ in ſcriptis, quocumque caſu executio retardari non debet.*

NOTANDVM eſt Primò hanc eſſe 1
vim & efficaciam huius Clauſulæ, *ſine retardatione ſolutionis penſionis*, vt iuriſdictio conceſſa cenſeatur; conditionaliter commiſſario deputato, ad cognoſcendum de appellatione; & ſic in illa cauſa procedere non poſſit, niſi ſoluta prius penſione. Gomez *in compend. vtriuſque ſignat. num.* 84. † Quia quando iuriſdictio data fuit 2
alicui conditionaliter antequam illam exercere poſſit, debet ante omnia conditio adimpleri, provt de iuriſdictione alicui data cum Clauſula *conſtito*, probat Pariſ. *conſ.*94. *n.*12. *lib.*4. & in terminis huius Clauſulæ dum de penſione agitur, probat Marta *de clauſ. p.*1. *cap.*165. *num.* 13. vbi agit de illa Clauſula *ſine*

3 *retardatione &c.*† Dicens quod ſententia lata
antequam condemnatus penſionem ſoluerit
eſt nulla, & verum eſt, quia lata fuit per iudi-
cem carentem iuriſdictione antequam ſolu-
tio facta fuerit, *& num.* 14. dicit non ſufficere
quod penſio ſoluta fuerit, ſed præterea opor-
tere, quod de illa ſolutione conſtet in actis iu-
dicis de cauſa appellationis cognoſcentis.
4 Hoc idem vt Iuriſdictio cenſeatur com-
miſſario ſub illa conditione conceſſa, in ma-
teria datij iudicauit Rota *deciſ.* 628. *num.* 8.
*part.* 1. *recent.* & de penſione Rota apud Mar-
cheſ. *p.* 1. *de commiſſionibus. fol.* 512. *deciſ.* 2. *n.* 1.
5 † Vbi dicit quod licèt cum hac clauſula fuerit
adiecta alia clauſula arbitrio Rotæ & illa vi-
deatur aliquid relaxare de rigore iuris, non
tamen debet operari, vt propterea recedatur
à ſolito ſtylo, nempe quod debitor debeat in
primis ſoluere penſionem antequam audia-
tur, imo pro executione adeſt authoritas lit-
terarum Apoſtolicarum quæ facit vt execu-
tio ad illarum honorem denegari non poſſit;
6 † Maximè ſi concurrat etiam quaſi poſſeſſio
exigendi penſionem quamuis alterum ex
duobus ſufficiat, vt dicit Rota *in prædicta de-
ciſ.* apud Marcheſanum quæ eſt *deciſ.* 2. *ſub tit.
de commiſſ. appell. in cauſis penſionis p.* 1. Marta
*de clauſ. part.* 1. *cap.* 165. *n.* 4.
Et quod hoc caſu iudex ad quem non ha-
beat iuriſdictionem, niſi adimpleta conditio-
ne ſolutionis, dicitur etiam apud Marcheſ.
*dicta part.* 1. §. 1. *deciſ.* 36. *n.* 1. *fol.* 541. & *deciſ.*
40. *n.* 3. *fol.* 544. quæ eſt apud Seraph. *deciſ.* 78.
*n.* 3. vbi dicit, quod Clauſula illa *ſine retarda-
tione*, conditionem importat, & auditor com-
miſſarius non adimpleta conditione non po-
7 teſt in cauſa procedere; † aliàs ſententia ſit
nulla, Ricc. *collect.* 1263. *effectu* 2. Put. *de pen-
ſion. deciſ.* 21. Rota *in Burgenſi penſionis* 24.
*Nouembris* 1595. *coram Blancheto* apud Mar-
cheſ. *eadem part.* 1. §. 2. *deciſ.* 5. *fol.* 607. Pacif. *de
ſaluia. interd. inſpect.* 4. *cap.* 4. *n.* 40.
8 Et clauſula prædicta æquiparatur Clauſu-
læ *parito breui*, quæ illius eſt efficaciæ vt tollat
iuriſdictionem cuicumque iudici non ſecuta
prius paritione, Rota *deciſ.* 68. *part.* 1. *recent.*
& *deciſ.* 93. *part.* 4. *recent.* Gonzal. *ad reg.* 8. *in
annotat. contra nullit. & attẽt. num.* 249. *&* 251.
9 Marta *de Clauſ. part.* 1. *clauſ.* 91. † Adeò vt non
poſſit hoc caſu appellans audiri donec pro-
bet ſe integrè ſatisfeciſſe, ita vt non ſufficiat
hoc caſu cautio de ſoluendo ſummas illiqui-
das, cum conſignatione vnius ſcuti in ſignum
arrhæ pro liquidandis; Gonzal. *loco citato num.*
251. Seraph. *deciſ.* 655. *n.* 2. *&* 3. Veral. *deciſ.*
150. *n.* 4. *& ſequentibus part.* 1.
10 Sed tamen hoc caſu recurritur ad ſignatu-
ram Sanctiſſimi petiturquè vt data cautione
bancharia, vel in forma depoſiti, de ſoluen-
dis poſt factam liquidationem fructibus, ad
vlteriora in negotio principali procedatur, te-
ſte Barboſ. *de clauſ. cap.* 98. *n.* 13. † Sicuti etiam 11
non dicitur huic clauſulæ ſatisfactum quam-
uis titularis offerat penſionario omnes fru-
ctus ſui beneficij. Rota *in Mediolanenſi penſio-
nis* 7. *Nouembris* 1612. coram Vbaldo apud
Marcheſ. *tom.* 1. *fol.* 608.
Et dicta clauſula, parito iudicato æquipa- 12
ratur in hoc dictæ clauſulæ ſine retardatione
ſolutionis penſionis, vt nequidem tertius au-
diatur agere volens; imò repellatur à iudi-
cij limine donec penſio integrè ſoluta fuerit
per Titularem: Gregor. *deciſ.* 36. *num.* 2. *&* 3.
ſicut tertius non admittitur ad agendum,
quando commiſſio data fuit cum clauſula, *pa-
rito breui*, quia eadem commiſſio eſt conditio-
nalis reſpectu omnium: Gregor. *dicta deciſ.*
36. *n.* 2. Rota *deciſ.* 67. *n.* 2. *part.* 1. *recent.*
Notandum eſt ſecundò magnam eſſe dif- 13
ferentiam, inter clauſulam *ſine retardatione
ſolutionis penſionis*, & clauſulam *ſine præiudicio
legitimæ executionis*, nec non clauſulam *ſi quid
ſit exequendum, in primis & ante omnia exequa-
tur*, ſiquidem clauſula *ſine retardatione ſolutio-
nis penſionis*, præſeruat iuriſdictionem iudici à
quo, vt poſſit exequi ad cogendum titula-
rem condemnatum ad ſolutionem penſionis,
non tamen impedit quin etiam iudex ad
quem, poſſit ipſe procedere ad executionem
contra debitorem penſionis, dummodo ta-
men Iudici à quo non fuiſſet inhibitum, tunc
enim propter reuerentiam inhibitionum ab-
ſtinere deberet à coactione contra debito-
rem penſionis. Gig. *de penſionibus quæſt.* 69. *n.* 5.
& poſt eum Lancell. *de attent. poſt inhibit. am-
pliato num.* 29. *&* 30.
Multò autem magis Iudex appellationis 14
procedere poterit, ad coactionem titularis
condemnati ad ſolutionem penſionis vigore
clauſulæ quæ in omnibus commiſſionibus ap-
poni ſolet *cum omnibus incidentibus, dependen-
tibus, emergentibus, annexis, & connexis*, quia
per illam cauſa executionis commiſſa cenſe-
tur: Rota *deciſion.* 308. *n.* 3. *part.* 3. *recent.* † & in 15
omnem euentum iudex procedere poteſt
per denegationem audientiæ in cauſa ap-
pellationis, provt factum fuit in cauſa de qua
Put. *deciſ.* 32. *aliàs* 34. *lib.* 1. vbi per condem-
natum opponebatur ex iiſdem litteris con-
ſtare quod penſio erat reſeruata 24. ducato-
rum, non excedens tertiam partem fructuum
beneficij, & tamen ex iiſdem litteris conſta-
bat fructus fuiſſe expreſſos non excedentes
ſummam quinquaginta ducatorum, item op-
ponebatur quod cum penſio eſſet reſeruata
ſuper fructibus beneficij qui nulli erant cum
omnia illius emolumenta conſiſterent in di-
ſtributionibus quotidianis, nihilominus ta-
men



men fuit deciſum appellatum non audiri,
ſtante illa clauſula ſine retardatione ſolu-
tionis penſionis, ſed teneri ſoluere, & facta
ſolutione appellationis cauſam proſequi.
16 Sed quando in commiſſione reperitur ap-
poſita clauſula *ſine præiudicio executionis* præ-
ſeruatur iuriſdictio iudicis, à quo, vt ad vlte-
riorem executionem procedere poſſit; Se-
raph. *deciſ.* 247. & hoc caſu inhibitio per iu-
dicem facta non afficit nec executionem im-
pedit, vt per Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 3. *n.* 4. *de ſent.
& re iudicata*; vbi dicitur quod inhibitioni
etiam Rotæ non eſt obtemperandum quan-
do in commiſſione adeſt clauſula, *ſine præiu-
dicio Legitimæ executionis*, & ita quotidie ſer-
uari teſtatur Gonzales in dictis annotationi-
bus contra nullitates *n.* 224. quod etiam bene
comprobat Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea cap.*
433. *n.* 3. poſt Rotam *deciſ.* 641. *part.* 1. *diuerſ.*
17 *n.* 10. *verſic. nam quando non obſtante Lite.* † Di-
cens in principio dicti *capitis* 433. quod illa
clauſula operatur vt iudex ad quem ante exe-
cutionem ſententiæ latæ per iudicem à quo,
non poſſit ſe intromittere in cognitione cau-
ſæ, vt per DD. *in cap. Venerabilibus de ſentent.
excommunicat. in* 6. Licèt illa clauſula debeat
intelligi provt de iure, & ſic quatenus locus
ſit executioni: Iaſon. *in l. cauſas n.* 7. *C. de tran-
ſact.* Caſſad. *deciſ.* 1. *de reſcript.* Barboſ. *de clauſ.
cap.* 160. *n.* 10.
18 At verò quando commiſſio non fuit data
cum clauſula *ſine retardatione ſolutionis penſio-
nis*, ſed cum clauſula *ſi quid ſit exequendum in
primis & ante omnia exequatur*; quæ clauſula
apponi ſolet, quando ſignatura deguſtat adeſ-
ſe aliquod grauamen in proceſſu executiuo
vt teſtatur Mareſcot. *lib.* 1. *variarum reſolutio-*
19 *num cap.* 86. *num.* 6. † Tunc iudex à quo non
poteſt exequi aduerſus debitorem penſionis
ſed executio ſpectat à iudicem ad quem, vt
deciditur in *Toletana parochialis* 24. *Ianuarij*
1604. coram Sacrato apud Marcheſ. *tom.* 1. *fol.*
390. *deciſ.* 59. *n.* 3. ex Rota *deciſ.* 487. *n.* 7. *part.*
20 3. *lib.* 3. † Et per illam clauſulam ſuſpenditur
executio penſionarij, donec fuerit cognitum
vtrum ſit locus executioni, Lancellot. *de at-
tent. part.* 2. *cap.* 18. *n.* 5. Mareſcot. *lib.* 2. *var. re-
ſol. cap.* 121. *n.* 17.
21 Et antequam fiat executio penſionis, co-
gnoſcendum eſt de exceptionibus in contra-
rium oppoſitis, Rota *dicta deciſ.* 487. *n.* 7. *p.* 3.
*diuerſ. lib.* 3. Honded. *conſil.* 29. *n.* 14. *lib.* 2. ſed
conſtito de iuſtitia penſionarij proceditur ad
executionem, Rota *deciſ.* 12. *num.* 4. *poſt tract.*
22 Zach. *de obligat. camerali.* † Sed actor non po-
teſt producere noua iura ad iuſtificandam
ſententiam, imò debet conſtare de iuſtitia
ſententiæ ex iiſdem actis, reus verò qui
appellauit poteſt ſententiam impugnare
ex nouis productionibus actorum.
Verùm ſi reus admittatur ad nouam pro- 23
ductionem eodem modo actor appellatus ad
nouam productionem admittendus eſt, provt
hæc omnia copioſius probat Additio ad Bu-
rat. *deciſ.* 231. *n.* 7. 8. *&* 9. Burat. *deciſ.* 650. *n.* 17.
*&* 18. cum pluribus *ibi* citatis.
Porrò magna eſt differentia inter has duas 24
Clauſulas nempe *ſine præiudicio legitimæ exe-
cutionis*, & Clauſulam *quoad legitimam execu-
tionem procedat*, nam in primo caſu iudex à
quo, procedit ad executionem ſuæ ſententiæ,
non obſtante appellatione, in ſecundo verò
caſu non poteſt fieri niſi authoritate iudicis
cauſæ appellationis, vt aduertit Mareſcot. *lib.*
1. *var. reſolut. cap.* 86. *n.* 8.
Item aduertendum eſt, in caſibus in qui- 25
bus ſuperius dictum fuit executionem ſen-
tentiæ pro conſequenda penſionis ſolutione,
fieri poſſe tã authoritate iudicis à quo, quàm
iudicis ad quem, tali caſu in cauſa executio-
nis, iuriſdictionem competere cumulatiuè,
vt dicitur in dicta *deciſione* 308. *n.* 3. *part.* 3. *re-
cent.* quæ eſt apud Marcheſan. *tomo* 1. *fol.* 535.
*deciſ.* 29. *n.* 5. *verſiculo ſiue cumulatiuè.* † Et per 26
conſequens inter iudicem à quo & Iudicem
ad quem locus erit præuentioni quoad cau-
ſam executionis, ex regula generali quam
nos attulimus *in tract. de præuent. iudicial. part.*
2. *cap.* 45. *n.* 1. & multis ſequentibus.
Notandum eſt Tertiò quod quando cau- 27
ſa appellationis interpoſitæ per poſſeſſorem
beneficij penſione onerati, fuit commiſſa
cum clauſula *ſine retardatione ſolutionis pen-
ſionis*; non eſt audiendus ille titularis appella-
tus, etiam ſi in ſecunda inſtantia ſententiam
ſibi fauorabilem obtinuerit, quia commiſſio
durat in omnibus inſtantiis & debitor pen-
ſionis cogi debet ad ſolutionem penſionis do-
nec titularis tres ſententias conformes pro ſe
reportauerit, aut vnam quæ tranſiuit in iudi-
catum; Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 38. *n.* 13. &
dicta clauſula *ſine retardatione ſolutionis pen-
ſionis*, durat in omnibus inſtantiis. † Quemad- 28
modum ſi data fuiſſet facultas procedendi
ſummariè in quadam cauſa, talis facultas du-
rat in omnibus inſtantiis, quia per talem con-
ceſſionem, datur priuilegium cauſæ, non au-
tem ſolùm inſtantiæ, quia licèt diuerſæ ſint
inſtantiæ, ſemper tamen eadem eſt cauſa, vt
deciſum fuit apud Bellamer. *deciſ.* 41. ex no-
tatis per Cardin. *in Clement.* 2. *in prima quæ-
ſtione de teſtibus* per *l.* 1. *C. ne liceat in vna ea-
demquè cauſa tertio prouocare.* † Quamuis enim 29
cauſa appellationis non ſit eadem cum pri-
ma, quoad iudicem & inſtantiam, eſt tamen
eadem quoad actionem intentatam cum ea-
dem actio eademquè petitio in omnibus in-
ſtantiis examinetur & diſcutiatur. Caſſador.
*ſub*

*ſub tit. de reſcript. deciſ.*8.*n.*4.*&* 5. Put. *deciſ.*
416.*n.*3. *in correctis lib.*2. aliàs *deciſ.*426.& in
terminis penſionis Rota *deciſ.* 43. *part.* 2. *di-
uerſ.*Mareſcot.*lib.*1.*variarum reſolut.cap.*22.*n.*
6.*&* 7.Caualer.*deciſ.*11.*num.*4.

30 Notandũ eſt Quartò, quod licèt illa clau-
ſula, *ſine retardatione ſolutionis penſionis* non
apponatur in penſionum reſeruationibus fa-
ctis authoritate Epiſcopali vt aliàs diximus,
quia in illis, locus non eſt priuilegio executi-
uo, quale datur propter honorem litterarum
Apoſtolicarum, cùm Papa poſſit etiam ſine
cauſa penſiones imponere, & ſic in conceſ-
ſionibus Apoſtolicis nulla requiratur excuſ-
ſio, aliud tamen eſt in Epiſcopis, qui non poſ-
ſunt penſiones concedere niſi in caſibus à
iure permiſſis; vnde non eſt rationi conſen-
taneum, Vt litteræ Epiſcoporum mandentur
executioni ſine diſcuſſione, & cauſæ cogni-
tione, vt dicit Gomeſ. *in compend. vtriuſque
ſignaturæ*, inſerto *poſt regul. de non iudicando,
iuxta formam ſupplicat.columnn. antepenult.ver-
ſic.& eſt aduertendum fol.mihi* 165.*verſo*, Gigas
31 *de penſion.quæſt.*85.*n.*2.† Tamen illa Clauſula
apponi debet in commiſſione quando pen-
ſionarius eſt in quaſi poſſeſſione exigendi
penſionem, etiam Epiſcopali authoritate con-
ceſſam, ne alioquin penſionarius priuaretur
ſua poſſeſſione contra iuris diſpoſitionem
quia poſſet agere ſpolio. Veſtr. *in praxi lib.*3.
*cap.vlt.num.*1.*Verſicul.quamobrem ſi penſio.*

32 Notandum eſt Quintò, quod quando gra-
tia eſt conditionalis exceptio dicitur oriri ex
ventre gratiæ & retardat executionem, ac im-
pedit ne commiſſio detur cum illa Clauſula
*ſine retardatione ſolutionis penſionis*, iuxta no-
tata per Bartol.*in l.* 1. §. *& parui refert, ff.quod
vi aut clam* vbi loquens de ſtatuto reijciente
omnes exceptiones reſultantes ex eodem
33 ſtatuto vel ex eodem inſtrumento. † Sic ſi
conſtet conditionem in gratia contentã non
eſſe purificatam ſuſpenditur executio nec in
commiſſione apponitur illa clauſula, *ſine re-
tardatione ſolutionis penſionis*, ex Seraph. *deciſ.*
34 664. *num.* 4. † Veluti ſi data fuiſſet facultas
transferendi penſionem ſub ea conditione
quod tranſlatio intimaretur intra certũ tem-
pus, intra quod conſtaret non fuiſſe factam
intimationem, & ſic conditionem non fuiſſe
adimpletam. Caſſad. *deciſ.* 10. *de reſcript. n.*8.
Gigas *dicta q.*85.*n.*9.Barboſ.*de clauſ.cap.*162.
35 *n.*17.*&* 18.† Sed hoc limitatur vt locum non
habeat quando penſionarius eſt in quaſi poſ-
ſeſſione exigendi, quia exceptio oriens ex
ventre Bullæ non impedit quin apponenda
ſit illa clauſula *ſine retardatione ſolutionis pen-
ſionis*, quando penſionarius eſt in quaſi poſ-
ſeſſione; quia hoc caſu titularis ſoluendo cen-
ſetur releuare penſionarium, ab onere pro-
bandi, quod conditio vel modus fuerit adim-
pletus ſaltem ad effectum vt interim in ſua
poſſeſſione conſeruetur. Caſſad. *dicta deciſ.*10.
*de reſcript.n.*8. Veſtr. *dicto lib.*3.*c.vlt.n.*1. Garſ.
*de benef.p.*1.*cap.*5.*n.*117. Mareſcot. *dicto lib.*1.
*reſolut.cap.*21.*n.*10. Marta *p.*1.*clauſ.*165.*n.*12.
† Quod multò magis locum habet quando 36
conditio procedit ex probationibus factis per
appellantẽ; quia cum probatio probationem
excludat, & poſſit appellatus probationes ap-
pellantis eneruare, ſequitur interea non eſſe
retardandam executionem, pro penſione de-
bita per titularem ipſi penſionario, Rota co-
ram Coccino apud Marcheſ.*dicto tom.*1.*de cõ-
miſſ.in cauſis penſionum, deciſ.*36.*fol.*542. † Sed 37
præmiſſa locum non habent quando poſſeſ-
ſio eſſet turbida, vel offuſcata, tunc enim ſi
exceptio oriretur ex ventre litterarum, locus
illi clauſulæ ad concedendam penſionis ſo-
lutionem & pro ea executionem. Mareſcot.
*dicto lib.*1.*cap.* 22.*n.*20.

Notandum eſt Sextò, non eſſe apponen- 38
dam prædictam clauſulam, quando titularis
non impugnat penſionem ſed allegat dedu-
cendas eſſe ab illo expenſas & onera, quorum
ſolutio incumbit penſionario, de quibus ſu-
perius per nos ſuo loco actum eſt, tunc enim
ſuſpenditur executio ex traditis per Gigant.
*de penſion.q.*85.*n.*7.Lotter. *de benef.lib.*1.*quæſt.*
38.*n.*22.Barb.*de clauſ.cap.*162.*n.*22.

Notandum eſt Septimò, quod ſi tertius 39
quidam compareat pro ſuo intereſſe, poſt
commiſſam appellationem cum dicta clau-
ſula, dicens ſe habere penſionem poſterio-
rem, ſuper eodem beneficio impoſitam, quæ
ſit valida quamuis non expreſſiſſet in ſua ſup-
plicatione illam primam penſionem, quia vi-
delicet prima penſio erat nulla, & ideò non
tenebatur illam exprimere vt ſuperius ſuo lo-
co probauimus, non poteſt tamen impedire
curſum executionis ſic per illam clauſulam
demandatæ, quia tertius veniens ad cauſam
animo excludendi ſolum appellantem, non
eſt audiendus pro ſuo intereſſe, ad retardan-
dam executionem iam in ſignatura deman-
datam, vt iam diximus ex Gregor.*deciſ.*36.*n.*
3.& Marta *de clauſ.cap.*165.*n.*24.† Et veniens 40
ad cauſam ad excludendum ſolum actorem,
vel ſolum reum, tenetur venire in ſtatu &
terminis in quibus cauſa reperitur, vt com-
probauimus *in tractat.de præuent.iudic.part.*2.
*cap.*12.*num.*30.*fol.*148.*tertiæ editionis*, & ita in
terminis iſtius caſus concludit Mareſcot. *va-
riar.reſol.cap.*21.*n.*5.† Dicit tamen quod ſi iſte 41
tertius allegaret paupertatem primi penſio-
narij & ſe timere quod in caſu ſuccumbentiæ
titularis non eſſet ſoluendo, poſſet obtinere
quod poſt clauſulam, vna retardata ſolutione
adderetur ſequens clauſula, videlicet & præ-
ſtita



ſtita per titularem idonea cautione de ſoluẽ-
do, in caſum ſuccumbentiæ, iuxta text. *in l.is
à quo ff.de rei vendicat.*Honded.*conſ.*25.*lib.*1.
Cancer *lib.*2.*variar.reſol. cap.*16.*de tertiis op-
poſit.n.*7. *&* 8. & iuxta tradita per Bart. *in l.ſi*
42 *perluſoria* §.1.*ff.de appellat.* † Cuius *l. is à quo*
diſpoſitio locum habet etiam in beneficiali-
bus vt notat Mareſc. *dicto lib.*1. *cap.*21. *n.*5. *in
fine*, poſt Abbat.*in cap. veniens* 38.*de teſtib.* &
ibidem alios DD.

43 Quod ſi prædicta procedunt aduerſus ter-
tium pro ſuo particulari intereſſe, in cauſa ad-
mitti petentem, multò magis obtinere de-
bent contra ſucceſſorem in beneficio, cũ poſ-
ſeſſio penſionarij ſuffragetur etiam aduerſus
ſucceſſorem. Put. *deciſ.*151.*lib.*3.Guido Papa
44 *deciſ.*629.† Imò & contra ſucceſſorem in fru-
ctibus beneficij ſuper quo pẽſio ipſa ſoluitur,
iuxta deciſ.Achill. de Graſſis *deciſ.*6.*de penſio-*
45 *nibus*, Mareſcot.*dicto cap.*22.*n.*10. *lib.*1.† Pro-
batur autem quod quis ſit ſucceſſor alterius
ex eo quod ipſe poſſidet, & tempore quo fuit
conſtituta penſio, conſentiens beneficium
poſſidebat quod iſte comparens hodie poſſi-
det, ex notatis per Achill.*dicta deciſ.*6.& Bel-
lam.*deciſ.*709.

46 Notandum eſt Octauò quod licèt dicta
clauſula præſeruet iuriſdictionem iudicis à
quo, ad hoc vt non obſtãte appellatione ſen-
tentiam pro penſionis ſolutione exequi poſ-
ſit, tamen non ex eo impeditur Iudex ad
quem, ne executionem reuocet, & nullam
declaret, ſiue per vim manutentionis ſiue per
vim attentati, ſi illam non ritè & rectè factam
repererit. Garſ.*de benef.part.*1.*cap.*5.*n.*573.*&*
574. qui licèt loquatur in terminis, clauſulæ
*ſine præiudicio legitimæ executionis*, idem tamen
eadem ratione conſtituendum eſt in termi-
nis clauſulæ *ſine retardatione ſolutionis penſio-
nis*; Additio ad Burat.*deciſ.*185.*littera B.*Ad-
dent.ad Gregor.*deciſ.*91.*n.*13. vbi dicit quod
licèt in hoc articulo Rota aliquando hæſita-
uerit, tamen poſtea pluries in hac noſtra ſen-
tentia permanſerit, quia non ea fuit mens ſi-
gnaturæ vt confoueret executionem ſenten-
tiæ, ſi illa detegatur nulla per iudicẽ ad quem,
nec remedium manutentionis auferre ab eo,
cui per iudicem à quo illatum fuit grauamen.
47 † Et ideò benefaciet appellatus videns ſe in-
iuſtè ſua poſſeſſione priuari ſi ſemper prote-
ſtetur quod proteſtatur de nullitate vel quod
non habet ſe pro ſpoliato, ad quod egregiè
confert *deciſ.* Merlini 410.*num.*7. *& ſequenti-*
48 *bus.*† Et prædicta maximè locum habent ſi is
qui de nullitate executionis conqueritur ob-
tinuerit reſcriptum habens clauſulam *cum
facultate manutenendi quem de iure.*Rota *deciſ.*
132.*n.*9.*parte* 7.*recentior.*

49 Notandum eſt Nonò quod ſi penſio fue-
rit impoſita ex falſa cauſa non debet apponi
in commiſſione clauſula *ſine retardatione ſolu-
tionis penſionis*, provt in caſu deciſionis inſer-
tæ apud Marcheſ.*de commiſſ.tom.*1.*fol.*533. in
quo fuerat narratum beneficium ſi per quo
erat impoſita penſio vacaſſe per obitũ vnius,
& tamen vacabat per obitum alterius; quia
conſtabat quod iſte ſecundus poſſidebat illud
beneficium ſuper quo penſio fuerat impoſi-
ta, biennio ante penſionis impoſitionem, &
ſic falsò narratum erat penſionem fuiſſe im-
poſitam propter obitum primi, qui tempore
impoſitæ penſionis non poſſidebat ſed ſecun-
dus cum duo eiuſdem beneficij in ſolidum
poſſeſſores eſſe non poſſint, cum igitur penſio
ex falſa cauſa fuiſſet impoſita, non debebat
commiſſio dari, cum clauſula, *non retardata
ſolutione penſionis*, & ita fuit deciſum apud Se-
raph. *deciſ.*691.

Notandum eſt Decimò, quod licèt ſoluẽs 50
ſine proteſtatione cõſtituat penſionarium in
quaſi poſſeſſione exigendi: Rota *dec.*241.*p.*1.
*recent.*cum pluribus aliàs per nos adductis; ta-
men quãdo commiſſio data fuit cum clauſula
*ſine retardatione ſolutionis penſionis*, non conſti-
tuitur penſionatius in quaſi poſſeſſione exi-
gendi, quãuis titularis ſimpliciter abſque vlla
proteſtatione ſoluerit, vt fuit deciſum poſt
tractatum Poſtij *de manutent.deciſ.*202.*n.*9.

Notandum eſt Vndecimò, quod ſi in com- 51
miſſione appellationis, fuerit appoſita clauſu-
la *ſine retardatione ſolutionis penſionis*, illius
clauſulæ efficacia durat & non eneruatur per
aliam commiſſionem poſtea ſimpliciter, & ſi-
ne illa clauſula conceſſam, quia illa clauſula
ſemper conceſſa, durat & eſt communis om-
nibus inſtantiis, etiam ſi in poſterioribus
commiſſionibus non fuerit appoſita vt per
Caſſad. *deciſ.*8. *de reſcriptis* & nos paulò ante
diximus, atque ita deciſum fuit per Rotam
*deciſ.*43.*diuerſ.p.*2.quæ alias ponitur *ſub n.*44.

Notandum eſt Duodecimò, quod ſi cauſa 52
appellationis ſic commiſſa fuerit, vt conſtito
de litteris reſeruationis penſionis & de in-
ſtrumento tranſlationis, auditor procedat cũ
clauſula *ſine retardatione pẽſionis*, &c. illud in-
telligendum eſt de ſola exiſtentia litterarum
& tranſlationis, non autem quod appellatus
teneatur illas iuſtificare nec probare quod
validè ſint expeditæ, vt fuit deciſum apud Pu-
teum *deciſ.*225. *lib.* 1. ad quod etiam confert
*deciſio* 239.*eodem libro.*

Notandum eſt Decimotertiò quod aliàs 53
per quoſdam peritos Romanæ Curiæ dubi-
tatum vidi vtrum clauſula *ſine retardatione ſo-
lutionis penſionis* apponenda ſit quando iudex
à quo non per ſimplex decretum, ſed per ſen-
tentiam definitiuam penſionario manuten-
tionem in quaſi poſſeſſione penſionem exi-
gendi

gendi decreuit cum eo caſu videatur cauſam appellabilem reddidiſſe, maximè ſi adſit in ſententia, clauſula, *Chriſti nomine inuocato &c.* ſed tamen verius eſt etiam ſi manutentio penſionarij demandata fuerit per ſententiam definitiuam in ſcriptis latam, debet nihilominus apponi in commiſſione appellationis clauſula *ſine retardatione ſolutionis penſionis*, ſiue in caſu manutentionis, ſiue in caſu executionis litterarum Apoſtolicarum; quia non figura verborum, ſed natura & ſubſtantia iudicij attendenda eſt. Ideò non minus iudicium remanet executiuum, vt deciſum fuit in *Firmana penſionis* apud Duran. *deciſ.* 60. *num.* 47. & 48. ex notatis per Pacific. *de ſaluia. interd. inſpectione* 4. *cap.* 2. *num.* 57. & Saluſt. Tiber. *in praxi lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 24.

## CAPVT LXXXI.

## *ARGVMENTVM.*

PENSIO antequam imponatur odioſa eſt, poſteaquam verò fuit impoſita fauorabilis Quando & ex quibus diſpoſitio odioſa dicatur, vel fauorabilis; Penſionem non eſſe odioſam odio irrationabili, & quis ex eo reſultet effectus; Penſiones motu proprio Pontificis conſtitutas eſſe fauorabiles, aut ſi in Cardinalium fauorem reſeruentur.

### SVMMARIVM.

1 *Penſiones aduerſantur libertati Eccleſiæ & illius grauamen continent.*

2 *Penſiones in dubio cenſentur conceſſæ in cauſam alimentorum.*

3 *Vtrum diſtinctio ſit fauorabilis, vel odioſa, inſpicienda eſt intentio diſponentis.*

4 *Macedonianum S. C. dicitur odioſum quia introductum fuit principaliter in odium fœneratorum.*

5 *Velleianum eſt fauorabile quia præcipuè reſpicit fauorem mulierum.*

6 *Siue agatur de fauore ſiue de odio, ſit ſtricta vel ampla interpretatio ſecundùm intentionem diſponentis, ſi de ea appareat.*

7 *Quando inuicem concurrunt fauor & odium, diſpoſitio potius fauorabilis, quàm odioſa cenſenda eſt.*

8 *Conceſſio fructuum beneficij pro ſoluendis debitis Epiſcopi, facta per Papam licèt grauet Eccleſiam eſt tamen fauorabilis.*

9 *Hoc eſt verum quando fauor & odium ſeparari non poſſunt, alioquin tam fauor quàm odium ſuam naturam retinent.*

10 *Penſio ante reſeruationem odioſa, poſtea verò fauorem continet.*

11 *Penſiones præcipuè introductæ ſunt vt egentibus perſonis Eccleſiaſticis ſubueniatur.*

12 *Penſio ſuper beneficio non vacante impoſita, non eſt fauorabilis.*

13 *Penſio non eſt odioſa odio irrationabili ſicut nec ſtatutum fœminas excludens propter maſculos.*

14 *Penſio non ex ſe ſed propter circunſtantias veluti ſi per eam nimium oriatur Eccleſiæ grauamen dicitur odium irrationabile continere.*

15 *Penſiones fauorabiles ſunt quæ reſeruantur eminentiſſimis Cardinalibus.*

16 *Penſiones Cardinalium reſpiciunt publicam Eccleſiæ vtilitatem.*

17 *Penſiones motu proprio Pontificis reſeruatæ ſunt fauorabiles.*

18 *Idem de priuilegiis & diſpenſationibus motu proprio conceſſis, idque in præiudicium concedentis non autem in præiudicium tertij.*

PROPOSITA quæſtio multas hinc inde 1
rationes habet, quod enim penſio ſit odioſa probatur, quia eſt cõtra libertatem Eccleſiæ & tendit ad illius grauamen Gomeſ. *ad reg. de infirmis reſign. q.* 16. dicens penſionem eſſe quandam ſeruitutem ſuper fructibus Beneficij, non ſeruientibus Eccle-
ſiæ conceſſam. † E Contra videtur quod 2
penſio ſit fauorabilis, quia conceditur fauore alimentorum provt in dubio ſic conceſſa præſumitur. Creſcent. *deciſ.* 3. *de ſolution. n.* 5. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 548. *n.* 8. & 23.

Pro vera huius quæſtionis reſolutione 3
ſupponendũ eſt Primò quod ad iudicandum vtrum diſpoſitio aliqua ſit fauorabilis an verò odioſa inſpicienda eſt intentio diſponentis vtrum videlicet ipſa principaliter fuerit introducta in fauorem, aut principaliter in odium alicuius, vt primo caſu dicatur fauora-
bilis in ſecundo verò odioſa. † Exemplum 4
affertur in Macedoniano ſenatuſconſulto quod dicitur fauorabile, quia principalis in-



tentio Legiſlatoris non fuit fauere Filiisfamilias contrahentibus, & cauſa mutui ſe obligantibus, ſed in odium fœneratorum, qui Filiosfamilias ſubornarunt, & propterea dicitur
5 odioſum. † E contra verò Senatuſconſultum Velleianum dicitur fauorabile cum fuerit introductum fauore mulierum, ne pro aliis fideiubendo patrimonia ſua conſumant, atque ita explicat. Bartol. *in l. qui exceptionem* 40. *n.* 2. *ff. de condit. indebit.*

6 Ad hoc etiam facit Additio ad Abb. *in cap. non dubium, n.* 3. *de ſent. excomm. litt. D.* vbi dicit quod licèt conſtitutio pœnalis dicatur odioſa, & reſtringenda; hoc eſt verum quando nõ apparet de principali intentione diſponentis, ſeu loquẽtis vtrum videlicet tendat ad fauorẽ vel ad odium, & non apparet cuius reſpectu facta fuerit diſpoſitio, ſed quãdo apparet diſpoſitionem factam, propter alterum, illud eſſe attendendum ſiue fauor ſit, ſiue odium, & ad hoc allegat Bart. *in l. ſi quis nec cauſã, circa princ. ff. ſi cert. pet. n.* 6. quem ibi ſequitur Caſtr. *n.* 4.

7 Eodem modo ſi Papa Epiſcopo conceſſerit fructus primi anni, omnium beneficiorum quæ in eius diœceſi vacabunt pro ſoluendis ſuis debitis, licèt iſtud tendat ad grauamen Eccleſiæ, tamen illa conceſſio dicitur fauorabilis, quæ non habet principalem finem concedentis ad grauamen Eccleſiæ, ſed principalis intentio illius eſt, vt faueat Epiſcopo quo facilius debita ſua ſoluere poſſit, vt in terminis text. *in cap. ſi propter* 10. *de reſcript. in* 6. tradit Gemin. *ibid. n.* 9. *verſ. in fin.* Gloſſ. & Franc. *n.* 6. hoc idem voluit Flamin. Pariſ. *in tract. de reſign. benef. lib.* 12. *q.* 2. *n.* 23. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 39. *n.* 24. Ciriac. Nig. *contr.* 9. *n.* 13. & 14.

8 Secundò ſupponendum eſt quod quando in eodem caſu concurrunt odium & fauor, diſpoſitio cenſenda eſt fauorabilis, potius quã odioſa, Abb. *in d. cap. non dubium de ſent. excom.* & *in cap. in litteris in fin. n.* 34. *de reſtit. ſpoliat,* & alij plures, quos citat Rota *deciſ.* 240. *n.* 11. *p.* 1. *diuerſ.* quod etiam ſequitur Couarr. *lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 11. *n.* 5. *verſic. ſolet enim adnotari*, vbi duas propoſitiones facit alteram, vt conſtitutio cenſeatur fauorabilis quãdo principalis intentio diſponentis eſt, vt faueat alicui perſonæ, etiam ſi in conſequentiam oria-
9 tur præiudicium alterius. † Alteram verò dum ait diſtinguendum eſſe vtrum fauor, & odium inuicem ſeparari poſſint. Et tunc fauor vt fauor, odium verò vt odium conſiederandum eſt; ſi verò ſeparari non poſſint fauor tunc odio præferendus eſt.

10 His ita conſtitutis reſultat prima Concluſio quod Penſio antequam conſtituatur, & in ipſo reſeruationis articulo, eſt odioſa, poſtquam verò conſtituta fuit eſt fauorabilis; Ratio eſt quia antequam conſtituatur, & in ipſo reſeruationis articulo, agitur de præiudicio Eccleſiæ, & de ſeruitute beneficio imponenda, ſed dum conſtituta eſt agitur de fauore penſionarij, quem ſolum principaliter ſuperior concedens conſiderauit; odium verò & grauamen Eccleſiæ ſolum conſideratum fuit in conſequentiam, & minus principaliter, & per conſequens, cum fauor & odium ſeparatim conſiderari poſſint penſionis fauor, odio præualere debet. Ita Gigas *de penſion. q.* 96. *ex n.* 1. Gonzal. *ad Reg. menſium, §.* 6. *præmial. n.* 21. Anton. *lib.* 1. *reſol.* 31. *n.* 3. Lancell. *de attent. p.* 1. *in præfat. n.* 118. & *p.* 1. *cap.* 28. *n.* 95.

Quod probatur potiſſimum ex eo quod 11
penſionum inſtitutio facta fuit, vt beneficij pinguis poſſeſſor egentibus Clericis vel pro litterarum ſtudiis, vel pro alimentis aliiſquè neceſſariis ſubueniret, vt explicat Lotter. *de
re benef. lib.* 1. *q.* 36. *n.* 44. † quod tamen proce- 12
dit in penſione quæ conſtituitur ſeu reſeruatur ſuper beneficio vacante, non autem quãdo ex poſt aſſignatur, vt teſtatur Lotter. *loco cit. n.* 45. hæc enim non eſt fauorabilis.

Secunda Concluſio, quamuis penſionis re- 13
ſeruatio eſſet odioſa, tamen non poſſet dici odioſa odio irrationabili; ſicut dicitur de ſtatuto excludente fœminas propter maſculos, quod licèt videatur odioſum, tanquam contrarium diſpoſitioni iuris, *in l. maximum vitiũ C. de liber. præt.* non tamen dicitur odioſum odio irrationabili, quia continet fauorem reipublicæ & familiarum conſeruationem, ad quas directa fuit principalis intentio ſtatuentium; vt probat Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 547. *n.* 20. & *ſeq.* poſt Ruyn. *conſ.* 65. *n.* 9. *lib.* 3. Tiraq. *de retract. conſang. §.* 1. *gloſſ.* 9. *n.* 236. Aret.
*conſ.* 39. *n.* 2. † Et in terminis penſionis dixit 14
Rota *deciſ.* 240. *n.* 24. *p.* 1. *diuerſorum*, à qua deciſione licèt fuerit receſſum, *deciſ.* 454. *eadem p.* 1. *diuerſ.* & omnibus rationibus, & diſtinctionibus ſuperius allatis reſponſum videatur, tamen *in eadem deciſ.* 454. *n.* 10. negotium reducitur ad illam diſtinctionem vtrum odiũ ſit rationabile an irrationabile; & in illo caſu fuit concluſum, odium eſſe irrationabile ex eo quod gratia de qua *ibi* agebatur, continebat quandam irrationabilitatẽ: quia per eam concedebatur Cardinali retẽtio plurium Eccleſiarum Cathedralium, quod non concernit quæſtionem propoſitam, nec in illa deciſione fuit dictum, quod penſionis reſeruatio, contineret odium irrationabile, & ita ad dictam *deciſ.* 454. reſpondit eadem Rota poſt tractatum Viuiani *de iurepatr. deciſ* 91. *num.* 19. ad quam etiam *deciſ.* 454. & omnia dubia quæ ex illa reſultare poſſunt, benè reſpondet Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 36. *n.* 47. *vſque ad n.* 57.

Tertia concluſio Penſiones ſanctæ Roma- 15
næ Eccleſiæ Cardinalibus reſeruatæ, non

ſunt odioſæ immò fauorabiles,quia cùm pro-
batum fuerit,penſiones non eſſe odioſas odio
irrationabili, ſequitur in quacunque diſpoſi-
tione, quæ reſiſtere poſſet reſeruationi pen-
ſionis non comprehendi Cardinales qui
nunquam comprehenduntur, quando tra-
ctatur de odio non irrationabili, vt per An-
char. & alios *in cap. nemo deinceps de electio-
ne,* cum pluribus aliis quos citat & ſequitur
16 Duran. *deciſione 67. num. 7.* † Et penſio
fauore Cardinalium aſſignata dicitur reſpi-
cere publicam vtilitatem nempe pro decenti
ſubſtentatione Cardinalis qui cum vniuerſali
Eccleſiæ aſſiſtat,quod eius fauore conceditur
publicam vtilitatem concernit. Rota *dicta
deciſ.240.num.12.parte 1.diuerſ.*

17 Quarta Concluſio,penſio à Summo Pon-
tifice conſtituta motu proprio eſt fauorabilis,
& amplam ſuſcipit interpretationem, quia
dum Papa aliquid concedit motu proprio fa-
uorabiliter explicandum eſt, vt probat text.
*in cap.ſi pluribus de præben.in 6.* Vbi dum Papa
loquitur de collatione plurium beneficiorũ,ſi
motu proprio conceſſa fuerit, intelligitur fa-
cta de pinguiori,ſi verò ad petitionem partis,
de minori facta cenſetur; Quod poſt Martã,
Gabrielem, Monetam,& alios aduertit Barb.
*de clauſ.cap.79.n.25.* † Quod extendit etiam 18
ad diſpenſationem,& priuilegium motu pro-
prio conceſſum,intelligendo tamen vt proce-
dat quando agitur de præiudicio cõcedentis,
non autem quando de præiudicio tertij, vt
*ibi n.26.verſic.intellige;* & in terminis penſio-
nis motu proprio conceſſæ probat Rota *dict.
deciſ.240.n.14.p.1.diuerſ.* De Penſione verò
in quota fructum,& cum reſeruatione omniũ
fructuum loco penſionis, nec non de tranſla-
tione penſionum, vtrum contineant odium
vel fauorem ſuis locis ſuperius explicauimus
quæ hîc,non ſunt repetenda.

# CAPVT LXXXII.

## *ARGVMENTVM.*

VTRVM valida ſit Penſionis conſtitutio alicui facta ad tempus,veluti donec illi de ſufficienti beneficio fuerit prouiſum; Quid ſi talis aſſignatio penſionis facta ſit intuitu ſeruitij Epiſcopo per domeſticum ſibi præſtandi? Promiſſio iuramento roborata,quod is cui beneficium confertur illud alteri ſub penſione non reſignabit; vtrum ſit obligatoria & vtrũ hoc fieri poſſit ad requiſitionẽ Patroni lite pendente, ſi multæ penſionis ſolutiones ſeu termini ſuperuenerint, vtrum in petitione & ſententia adiici poſſint.

### SVMMARIVM.

1 *Temporias penſiones vtrum Epiſcopus imponere poſſit.*

2 *Penſio alicui aſſignari poteſt duratura donec prouiſus fuerit de beneficio Eccleſiaſtico.*

3 *Intellige ſi penſio ſit pro ſeruitio ſpirituali conſtituta vel loco beneficij.*

4 *Epiſcopus vtrum conuenire poſſit cum ſuo domeſtico de certo ſalario donec illi fuerit collatum beneficium.*

5 *Reſeruatio Penſionis temporaliter facta non valet ſi in ea conuentiones illicitæ interuenerint.*

6 *Promiſſio iurata facta collatori de non reſignando alteri ſub Penſione vtrum de iure ſubſiſtat.*

7 *Quomodo intelligi debeat dicta Promiſſio de non reſignando alteri ſub penſione.*

8 *Refertur diſtinctio Garſiæ inter promiſſionem factam ante collationem,& factam in ipſo collationis actu.*

9 *Reſoluitur tamen iuramentum illud non eſſe licitum nec obligatorium, ſiue in actu collationis ſiue ante interueniat.*

10 *Quæ ſit ratio differentiæ inter collationem, & præſentationem ſub conditione factam.*

11 *Penſiones decurſæ poſt motam litem peti poſſunt abſque nouo libello.*

12 *Intellige dummodo petitio fiat ante concluſionem cauſæ.*

13 *Confeſſio procurationis dicentis aduerſarium teneri reſtituere penſiones indebitè ſolutas, vtrum ſufficiat ad probendam quaſi poſſeſſionem exigendi in fauorem penſionarij.*

14 *In ſummariſſimo penſionis iudicio quo caſu prætermittantur obiecta contra teſtes.*

QVÆRITVR Primò vtrum aſſigna- 1
tio penſionis alicui facta donec illi
de beneficio fuerit prouiſum ſit
valida; Reſpondetur Epiſcopum ex cauſa,
poſſe penſiones ſeu cenſus imponere ſuper
fructibus beneficiorum vacantium, certo
tempore duraturas,quod probatur ex traditis
per Barboſ.*in tract.de offic.& poteſtate Epiſcop.
alleg.*



*alleg.85.n.3.p.3.* quia per huiuſmodi præſta-
tiones temporales non grauatur Eccleſia,ſed
perſona, verum in terminis propoſitæ quæ-
ſtionis, ſic determinat Gig.*de penſion.q.25.*ex
traditis per Cardin.*in Clem. vnica de rebus Ec-*
2 *cleſiæ non alienand.n.18. in 17.quæſt.* † vbi di-
cit quod ſi conſtituatur penſio in pecunia vel
quantitate, ſub pacto quod illam dimittere
teneatur accepto beneficio, hoc fieri poteſt
quia non datur nec promittitur beneficium
pro illa penſione, nec è contra ſed penſio
datur ad tempus donec ſuperueniat benefi-
cium,per cuius adeptionem euaneſcit, ſicut
per adeptionẽ ſecundi beneficij incõpatibilis
primum amittitur *ex cap.de multa, de præben.*

3 Quod procedere dicit ſi ſeruitium pro
quo promittitur penſio ſit ſpirituale, vel ſi
penſio concedatur loco beneficij, ſicut fit in
caſu *cap.dilectus 27.de præbend.*vbi capitulum
debet prouidere de reditibus Eccleſiæ illi cui
contra Pontificis prouiſionem beneficium
cõtulerat,donec præbendã habeat,aliàs eſſet
illicitum, quia deduceretur in pactum, quod
propter beneficium amitteretur penſio, quæ
eſt commodum tẽporale pro titulo beneficij.

4 Ad quod confert illa quæſtio quam tractãt
DD. vtrum licitum ſit Epiſcopo conuenire
de certo ſalario cum ſuo domeſtico,donec illi
contulerit beneficium,quam tractant DD.al-
legati apud Barb.*in cap.cum eſſem 12.de Simon.*
quam reſoluit Hoſtien.*in dict.cap. cum eſſem.
verſic. quid ergo ſi ita dicat Epiſcopus,*& *verſic.
ſed nunquam eſt ſimon.*& optimè R.P.Gibalin.
è Societate IESV, *in ſuo tract.de Simonia,q.16.
conſectario 15.& ſeq.* ſed magis accedens ad
quæſtionem propoſitam *conſect.14.* vbi con-
cludit quod ſi Prælatus promittit domeſtico
certam penſionẽ donec ei de beneficio pro-
uiderit,neque illi aliter domeſticus ſeruitium
exhiberet, incurreretur ſimoniæ periculum,
ideò dicit tam Prælati quàm domeſtici,inten-
tionem eſſe expendendam, ſed iſta non tan-
gunt materiam penſionum Eccleſiaſticarum
circa quas non ſunt admittendi textus, quos
citat Barboſ.*d. allegat.85.*veluti *in cap.niſi eſ-
ſent 21.de præbend.* & *in cap. de cætero in fine
de tranſact.*& *in cap.vnico verſic.vnde credimus
vt Eccleſ.benef.ſint diminut.confer.* In materia
itaque Penſionum concludendum, eſt poſſe
quidem reſeruari Penſionem alicui, donec
beneficium ſufficiens conſequatur,quo ade-
pto ceſſet penſio,vt cõcludit Rebuff.*in tract.
de pacif. poſſeſſ.* ſed in hoc attendendam eſſe
intentionem partium,nempe Epiſcopi reſer-
uantis & penſionarij,vt dicit *P. Gibalin.* Ideò
hoc caſu conſultius videri,vt adhibeatur Põ-
tificia authoritas, ad quam videtur ſe quodã-
modo remittere. Rebuff. *in d. tract. de pacif.
poſſeſſ.n. apud me 130. in fine ſextæ concluſionis.*

Quamuis ad hoc ſufficere Legati vel Epiſ- 5
copi ſolius authoritatem dicat Garſ. *de benef.
p.8.cap.2.n.21.* quia aſſignatio huiuſmodi pẽ-
ſionis, non eſt conditionalis ſed ad tempus;
Gamba. *de offic. leg. n. 175.* Vbi tamen benè
addit,quod iſta quæſtio procedit, ſupponen-
do quod aliàs penſio licitè conſtituatur, nam
ſi ita inter partes facta fuiſſet renunciatio ſub
illa conditione, non valeret; quia hæc eſſet
permutatio rei ſpiritualis cum tẽporali,vt ibi
per eum;& quia renũciatio debet eſſe libera,
quæ talis non eſſet ſi ſub onere facta fuiſſet.

Quæritur Secundò,vtrum Epiſcopus poſ- 6
ſit in collatione beneficij, exigere promiſſio-
nem iuratam, ab eo cui beneficium confert,
de non reſignando illud beneficium,alteri cũ
reſeruatione penſionis, & Nauarrus quem
allegat Garſ. *loco mox citando*, cenſuit talem
conuentionem eſſe illicitam nempe, *in conſil.
11.vt Eccl. benef.* duplici ratione, Prima quia
Eccleſiaſtica beneficia cum diminutione cõ-
ferrentur contra iuris diſpoſitionem, ſi colla-
tio fieret ſub illa cõuentione quia auferretur
à collatorio libera facultas ſuum beneficium
reſignandi. Secunda quia collatio beneficij
debet eſſe liberã, ſine modo aut conditione
aut pacto, quod ex natura rei non prouenit,
Felin.& alij *in cap.ad audient.de reſcript.* & ſic
non poteſt fieri cum illa conditione quod is
cui beneficium confertur reſignare non poſ-
ſit ſub penſione,vel in fauorem coram Sũmo
Pontifice,tradit Pariſ. *de confident. q.52.n.10.*
quia iuramentum non debet eſſe impedimẽ-
tum maioris boni,ex Felin.*in cap.ſi verò, & in
cap.ſi debitores, n.9. de iureiur.* & quod huiuſ-
modi iuramentũ non ſit obligatorium probat
Sanch.*in præcept.decal.lib.3.c.17.n.11.* † Quia 7
illud adhibitum tantùm cenſetur ne recipiẽs
beneficium ſtatim eo ſe abdicet,& apud Põ-
tificem in fauorem alterius reſeruata ſibi pẽ-
ſione reſignet.Ita refert tenere Azor.*in inſtit.
moralib.lib.11.cap.5.q. vlt. in fin.* dicens rarò
hoc iuramentum exigi, ſed tantùm quod is
cui beneficium cõfertur, iurat ſe habere ani-
mum Eccleſiæ collatæ inſeruiendi, & debita
officia exercendi.

Verùm Garſ.*in tract.de benef.p.8.cap.2.*ne- 8
gotio in vtramque partem examinato cõclu-
dit cum ſequenti diſtinctione,videlicet quod
aut conferens beneficium, apponit prædictũ
onus aut conditionẽ non reſignandi ſub pẽ-
ſione in ipſo collationis actu, & hoc dicit eſſe
ſimoniacum,*can.quam pio 1.q.2.c.final.de pact.
cap.tua nos de Simon.*aut verè iuramentum il-
lud exigitur ante collationẽ, & ante ius quæ-
ſitum, & hoc caſu dicit eſſe licitum, & obli-
gatorium,quia hoc caſu collatio fit liberè, &
ſine vllo pacto vel conditione.

Sed tamen non obſtante hac diſtinctione 9
verius

verius videtur quod ſiue ante, ſiue poſt collationem huiuſmodi iuramentum exigatur, non modò nõ ſit obligatorium, ſed etiam illicitum, ita vt ab eo ſit omnino abſtinendum, iuxta Nauarri ſententiam, in qua omnes dicit conſentire, Flamin.Pariſ. *de confident.d. q.*52. & ſequitur Vgolin.*de ſimon.tabul.*1.*cap.*8.§.3.*n.*2. Quamobrem cum pactum de quo agitur non inſit ex natura rei, ſiue ante collationem ſiue in ipſa collatione apponatur, eſt iudicandum illicitum; provt concludit Ferd.à Caſtr. *diſp.*3.*de ſimon.punct.*3.*n.*6.R. P.Ioſephus Gibalinus *de ſimon. q.*16.*conſect.*9.*n.*15.

10 Neque præmiſſis obſtant ea quæ diximus ſuperius *c.*25. *n.*33. poſſe patronum ſibi præcauere ne præſentatus beneficium ſub reſeruatione penſionis ipſo renuẽte reſignet; quia magna eſt differentia inter collationem beneficij & præſentationem; collatio ſiquidem ſub conditione fieri nequit, præſentatio verò conditionalis fieri poteſt, dummodo conditio tempore dato ad præſentandum verificetur, & approbetur per eum ad quem collatio ſeu inſtitutio pertinet, & ſic non poterit ſtante dicta conditione pręſentatus conſentire penſioni: quia ante præſentati inſtitutionem, cõditio verificabitur, quod etiam repetere poterit Patronus in quocumque caſu vacationis poſtea adueniente: & hæc probantur ex traditis per Garſ.*d.cap.*2.*partis* 2.*n.*3. poſt Lambertin. per nos *loc. cit.* allegatum reprobata contraria Rochi de Curte ſententia quam etiam reprobat Garſ.*dicto num.*3.

11 Quæritur Tertiò, vtrum lite mota pro cõſecutione penſionum decurſarum, ſi lis in lõgum protrahatur, & interim nouæ penſiones adueniant penſionarius nouas penſiones ſuæ petitioni addere poſſit? Concludendum eſt etiam pẽſiones põſt litis conteſtationem decurſas abſque nouo libello, aut noua cõteſtatione peti poſſe; quia quando ius lite pẽdente ſuperuenit ex cauſa de præterito, ſi ſit acceſſorium ad primum, quales ſunt pẽſiones poſt litis conteſtationem maturatæ) veniunt in eodẽ iudicio, *l.ſi rem* §.*finali,ff.de pign. actione, l.ſi mandauero,ff.mandat.*Bart.*in l.ſi Titius,ff.de verb.oblig.* & *in l.non poteſt n.*2.*ff. de iud.* & ibi Bald.*n.*3. & ibid. *Odofred.* in noſtris terminis dicit quod ſi quis ſortem petierit, & lite pendente nouæ debeantur vſuræ, poſſunt in eadem ſententia abſque noua petitione adiudicari, & ita decidit Capella Tholoſ.*deciſ.*30. 12 Gizzarel.*deciſ.Neapol.*68. *n.*9.† Quod intelligit Fontanell.*deciſ.*127.*n.*4. dummodo reditus illi decurſi petantur ante concluſionem cauſæ, quia per eam finitum eſt iudicium, ex Gratian.*diſcept.forenſ.c.*546.*n.*47. Sed vtrum lata ſententia ſuper penſionibus decurſis poſt litem motam peti poſſint decurſæ ante litem, vide *deciſ.* 88. vbi etiam deciditur vtrum quĩ non eſt in mala fide teneatur ad penſiones decurſas.

13 Quartò quæritur vtrum quaſi poſſeſſio exigendi penſionem ſufficienter probata dicatur ex eo quod procurator dixit, quod intendebat repetere pẽſiones indebitè ſolutas per ſuum principalem, ex eo quod titulus aduerſarij fuerit reſolutus per ingreſſum Religionis, & penſio extincta; In hac quæſtione Rota iudicauit quaſi poſſeſſionem cenſeri probatam ex tali confeſſione, & dandum eſſe mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, quia licèt confeſſio procuratoris non producat probationem conſiderabilem, cum poſſit quandocumque reuocari etiam non docto de errore, Rota *deciſ.*2.*de confeſſ.in nouis*, Veral. *deciſ.*139.*n.*3. *p.*2. tamen in ſummariiſſimo iudicio (in quo ſufficiunt leuiores, imò ſemiplenæ probationes. Alex. *conſ.*103.*n.*1. *lib.*7.) ſi adſint aliqua adminicula talem confeſſionem coadiuuantia, concedenda eſt manutentio, iuxta deciſionem Sacrati *in Pampiloneñſi beneficij* 16.*Ianuarij* 1613. apud Marcheſ.*lib.*1.*fol.*545. & ſic in terminis propoſitæ quęſtionis fuit deciſum in recentioribus *deciſ.*512. ad quod bene faciunt tradita per Poſtiũ *in tract. de manutent. obſeruat.*19. *n.*57. *& ſeq.* Nec obſtat quod illa verba ſint exceptiua, & præſuppoſitiua quæ non inferunt cõfeſſionem niſi quatenus probetur aliquid ſolutum fuiſſe abſque errore, quia verba confeſſionis prædictæ ſunt omninò diſpoſitiua; & qualitas quod ſolutio facta fuerit per errorem diuidi, & ſeparari poteſt ab ipſa confeſſione. Crauet.*conſ.*150.*n.*4.*&* 5. Rota *dicta deciſ.*512. *num.*4.

14 Quintò quæritur cum obiectus contra teſtes non dentur in ſummariiſſimo poſſeſſorio exigendi penſionẽ, Greg.*dec.*449.*n.*10. *&* 11. vtrum admittantur obiectus, quãdo poſſeſſio exigendi probatur per vnicum teſtẽ qui alioquin ſufficeret Greg. *dec.*438.*n.*2.*&* 160.*n.*3. in quibus locis dicitur ſufficere vnum teſtem etiam minus idoneum, vtrum inquam dari poſſint obiectus quãdo quaſi poſſeſſio exigẽdi penſionem fuit tantum probata per vnicũ teſtem; ad hanc quæſtionem Rota reſpondit affirmatiuè; *in Boianenſ.pẽſion.*27.*Octob.*1600. *coram Penia* apud Marcheſ. *tom.*1. *de commiſſ. fol.* 618.*n.*5. quia cum hoc caſu probatio ſit priuilegiata oportet, vt contra illam nihil releuans opponatur, ad hoc vt fidem faciat.

*Et ex his finem impono huic labori, ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, & Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, ſub correctione ſancta Matris Eccleſiæ.*

INDEX

# INDEX RERVM NOTABILIVM,

## Quæ in hoc Tractatu continentur.

### A

*Abbas, Abbatia, Abbatiſſa.*

ABBATIS benedictio non eſt de ſubſtantia, ſicut in Epiſcopatibus requiritur conſecratio. cap. 74. num.2. pag.280
Abbatia dignitas eſt, ſed ſecundùm aliquos de minoribus, ſed contrarium verius eſt, cùm ſit quid medium inter maiores & minores. cap.73.num.32. & 33. 279
Per Abbatiæ Regularis adeptionem beneficia obtenta vacant, & penſiones expirant. Quod quomodo procedat, & de quibus Abbatiis intelligendum ſit. cap.73.n.31. & 34. ibid.
Abbatiſſæ in Gallia penſionum Eccleſiaſticarum ſunt capaces, ſed in Italia ſecùs eſt, cùm ſint triennales. cap.71.n.8.& 9. 270
Conſtitutiones Regiæ ſuper Abbatiſſarum triennalitate magna ex parte in deſuetudinem abierunt. cap.71.num.10. ibid.
Penſiones imponi poſſunt ſuper Abbatiis perpetuis Monialium, non tamen ſuper triennalibus.c.71. num.11. 271

*Abſens, Abſentia.*

Si Penſionarius non fuerit præſens in loco deſtinatæ ſolutionis penſionis, Titularis tenetur proteſtari, & deponere ſecundùm aliquorum ſententiam. Contraria tamen ſententia verior eſt, nempe non requiri depoſitum niſi ad maiorem cautelam. cap.38.n.7.8. & 9. 136.& 137

*Abſolutio.*

Abſolutio non dicitur quando agitur de irregularitate, ſed vocatur diſpenſatio. cap. 68. num. 24. pag. 263
Clauſula abſolutionis à cenſuris, non abſoluit ab irregularitate contra aliquorum ſententiam; quia Irregularitas non eſt cenſura.cap.68.n.23. 262
Clauſula abſolutionis à cenſuris debet interuenire in ipſa conceſſione beneficij vel ante, & non ſufficit poſt obtenta.cap.67.n.11. 259
Clauſula abſolutionis à cenſuris ſemper cenſetur appoſita in beneficij conceſſione quamuis non exprimatur.num.12. ibid.
Illa Clauſula ſuſpendit duntaxat impedimentum, donec gratia ſuum ſortiatur effectum, poſtea verò eſt inutilis. num. 13. ibid.
Nec per illam Clauſulam impetrãs redditur capax exercitiorum ſpiritualium.eod.cap.n.14. ibid.
Et huiuſmodi Clauſula complectitur etiam abſolutionem à cenſuris contentis in Bulla Cœnæ Domini donec impetrans beneficium aſſequatur. dicto cap.67.num.15. ibid.



Clauſula abſolutionis non ſuffragatur quando excommunicatio procedit ex cauſa hæreſeos. cap. 67. num.16. 259
Prodeſt quando adiecta fuit per inferiores à Papa quatenus illorum poteſtas ſe extendit. num. 17. ibidem.
Veluti ſi adiecta fuerit per Epiſcopos tunc enim intelligitur quatenus illorum poteſtas protenditur. num.18. ibid.
Multi tamen ſunt caſus in quibus Clauſula abſolutionis à cenſuris nihil operatur, qui recenſentur, ex Regulis Cancellariæ.cap.67.num.20. 259

*Acceſſus.*

Acceſſus & regreſſus ſunt incompatibilia. cap.45. num.12. 164
Intellige hoc procedere quando conceduntur ſuper eodem beneficio, ſecùs ſi ſuper diuerſis.n.13.ibid.
Acceſſus quid ſit, & quid ingreſſus, & quomodo differant à regreſſu.cap.45. n.39. 167

*Acceptatio.*

Ante acceptationem reſignatarij, reſignatio in eius fauorem facta, eſt in pendenti.cap.27.n.9. 96

*Actio.*

Actiones priſtinæ reuiuiſcunt reſciſſa per querelam aditione hæreditatis. cap.52. n.30. 204
Et ibidem tractatur quando primæ actiones pro penſionis ſolutione redintegrentur.num.31.ibid. & cap.74.n.20. & 21. 282
Actio pro penſione in ſolidum ſuper pluribus beneficiis aſſignata dirigi poteſt contra poſſeſſorem quemlibet, & datur ei electio. cap.23.n.1. pag.80
Actiones, obligationes, & fideiuſſiones acquiruntur illi cuius contemplatione Papa penſionem conceſſit. cap.26.num.26. 93
Actionis exercitium competit illi cuius contemplatione facta fuit conceſſio. cap.26.n.24. ibid.
Actio competit penſionario tam contra ſecundum beneficij poſſeſſorem quàm contra eum qui beneficij fructus percepit, & habet electionem. cap.20.num.14. 66
Actio penſionarij vtilius dirigitur contra poſſeſſorem beneficij quàm contra hæredem primi poſſeſſoris.cap.20.num.17. p. 67. & cap.6.num.29. pag.24
Sed tamen Rota Romana inclinat, vt actio dirigatur potiùs contra primum titularem aut eius hæredes. ibid. num.18. 23
Actio dirigi poteſt de iure tam contra primi poſſeſſoris hæredes quàm contra modernum beneficij poſſeſſorem, non obſtante Regula *de iure quæſito non tollendo*, quæ non habet locum quando agitur de gratia quæ ex ſui natura continet læſionem. cap.6.n.30. 24

# Index Rerum Notabilium.


*Adminicula.*

Adminicula non ſufficiunt quando pro forma requiritur probatio veræ & realis numerationis. cap.3.num.19. 10

Quamuis Rota aliquando admiſerit adminicula multum vrgentia. num.15. ibid.

*Alimenta.*

In taxanda Penſione Alimentaria non debet haberi ratio lucri incerti quod dependet ex voluntate alterius,veluti ex aduocatione, vt ex eo alimentorum taxatio minuatur.cap.7.n.14. 27

In materia Alimentorum quomodo inter ſe differant beneficij priuatio & ſuſpenſio. cap.7.n.15. p.28

In taxandis penſionibus Alimentariis multum operatur Iudicis arbitrium.cap.7.n.18. ibid.

Penſio Alimentaria vtrum debeatur Clerico in principio vel in fine anni. cap.7.n.19. ibid.

Penſio Alimentaria debet eſſe immunis à quibuſcunque oneribus & gabellis. cap. 7. num. 21. ibid.

Propter Alimenta illius qui beneficium dimittit Papa penſiones reſeruare poteſt. cap. 16. n. 28. p.54

Dum agitur de Alimentis futuris non datur appellatio ſuſpenſiua.cap.51.n.14. 199

Futura autem Alimenta dicuntur illa quæ debentur à die motæ litis. num.15. ibid.

Futurorum Alimentorum cauſa eſt ſummaria,& in illa procedi debet ſimpliciter & de plano.cap.51. num. 16. 200

Alimentorum loco vt plurimum penſio aſſignatur. cap.57.n.8.221. & cap.81.n.2. 312

Super Alimentis futuris tranſactio non valet ſine decreto.ibid.n.9. 313

Quod locum habet duntaxat quando Alimenta debentur ex vltima voluntate.n.10.& 15. ibid.

Etiam cauſa conditionis implendæ. n.16.

Penſiones à Papa conceſſæ videntur induere naturam Alimentorum ex vltima voluntate relictorum.cap.57.n.11. 221

Penſionem loco Alimentorum fuiſſe reſeruatam ex quibus Clauſulis dignoſcatur. cap. 57. num.13. p.222

Quis reſultet effectus dum quæritur vtrum penſiones ſortiantur naturam vltimæ voluntatis.eodem cap.n.14. ibid.

Si Alimenta ducant originem ex teſtamento,quamuis ſuperuenerit contractus, ſuper illis tranſigi non poteſt ſine decreto.cap.57.n.17. 222

Penſionis etiam cauſa Alimentorum reſeruatæ remiſſio firmatur iuramento. cap.57.n.25. 223

Alimentorum iure ſanguinis debitorum remiſſio non firmatur iuramento. cap.57.n.26. ibid.

Alimenta ſimpliciter alicui teſtamento relicta variantur,augentur,vel minuuntur ſecundùm temporis occurrentiam.cap.58.n.23. 227

Ampliatur vt procedat ſiue Alimenta iure actionis debeantur, ſiue officio Iudicis.n.24. ibid.

Alimenta ſi ad certam ſummam taxata fuerint nec augeri poſſunt nec minui. n.25. ibid.

Alimenta ſi ad certam ſummam in teſtamento taxata fuerint debent capi de proprietate ſi fructus non ſufficiant.cap.58.n.26. 228

In Alimentis non taxatis hæres præfertur Legatario,quamuis non confecerit inuentarium. n.27. ibid.

Dum quæritur vtrum quis habeat Alimenta ſufficientia ad ſuam ſuſtentationem ſufficit inſpicere duos annos ante prouiſionem, & vnum annum poſt illam. cap.58.n.7. 225

Et in hoc multum poteſt Iudicis arbitrium.num.8. ibid.

Qui non habet aliundè vt viuere poſſit,& Alimenta vitæ habere,poteſt nihilominus reſignare ſi in minoribus ordinibus conſtitutus ſit. num.9. ibidem.

Conſtitutus in ſacris Ordinibus quamuis aliundè non habeat ex quo Alimenta capere poſſit, nihilominus poteſt reſignare, ſi penſio per eum reſeruata ſit ſufficiens ad illius Alimenta. dicto cap.58.num.10. 226

*Alternatiua.*

Si penſio fuerit Alternatiuè reſeruata in pecunia, vel in fructibus, & certa illorum quantitate electio eſt Legatarij. cap.4.n.9. 14

Sed facta ſemel electione penſionarius variare non poteſt.n.10. ibid.

Limitatur vt non procedat quando prima electio fuit nulliter facta;tunc enim locus eſt variationi. num.11. ibid.

Non poteſt variare ſi ſcienter elegerit ſciens primam electionem eſſe nullam.n.12. ibid.

Diſtinguenda ſunt verba quibus concepta eſt Alternatiua, veluti ſi dictum fuerit *ſi malueris*, vel *quoad malueris*.n.13. ibid.

Aut ſi data fuerit facultas eligendi quolibet anno. n.14. p.15

*Annata, Annus.*

Annata quid ſit & quomodo debeatur. cap. 10. num.1. 34

Quæ ſit differentia inter Annatam, commune ſeruitium, & minutum ſeruitium. n.3. ibid.

Qui ſint Officiales Romanæ Curiæ qui participant de Annata, & quomodo.n.2. ibid.

Annata de quibus fructibus beneficij ſoluatur, & vtrum de diſtributionibus quotidianis. ibidem num.4. 35

Annata non ſoluitur de fructibus beneficiorum Germaniæ qui ſic exprimuntur, vt 24. ducatos non excedant.cap.10.n.5. ibid.

Annata licèt non debeatur ex diſtributionibus quotidianis, tamen debetur ex præbenda & maſſa groſſa.num.8. ibid.

Annatæ ſolutio in beneficiis taxatis fieri debet iuxta taxam,etiamſi reditus multò maiores fuerint. cap.10.num.16. 35

Annata debetur de fructibus beneficij exiſtentis de iure patronatus Laïcalis ſi non ſit conſiſtoriale, etiamſi eſſet de iure-patronatus Imperatorum vel Regum. cap.10. n.17. ibid.

Annata non debetur de prouiſionibus factis per ordinarios collatores. ibid.

Annata ſoluitur tam in caſu reſignationis quàm in caſu vacationis per obitum. cap.10. num.22. p.36

Ex penſionibus Eccleſiaſticis Annata debetur ſi excedant ſummam 24. ducatorum. num. 23. ibidem.

Annata non debetur de penſionibus Eccleſiaſticis quando non ſunt perpetuæ.n.25. ibid.

Penſiones quæ aſſignantur Regularibus non ſubiacent Annatæ, nec Regulæ de exprimendo vero valore, cum regulariter non ſint perpetuæ ſed temporales. n.26. ibid.

Annus quomodo computandus ſit quando diuiſio facienda eſt inter præcedentem Epiſcopum, & ſucceſſorem illius, & quæ praxis hoc caſu obſeruanda ſit.cap.20.n.1. 65

Annus penſionis computandus eſt à die literarum, ſed tamen quando agitur inter Rectorem ſeu Prælatum, & ipſius ſucceſſorem diuiſio facienda eſt pro rata fructuum.n.5. ibid.

*Anticipatio.*

Penſionarius qui primum terminum exegit per Anticipationem, non debet recipere ab hærede Titularis penſionem poſticipatam quod propoſito exemplo declaratur. cap.20.n.10. 66

Penſio quando dicatur ſolui anticipatè, & quando poſticipatè.n.8. ibid.

Si penſionarius exegerit penſionem anticipatè, ante tempus perceptionis fructuum, illius hæredes tenentur ad reſtitutionem.cap.20.num.37. p. 68

*Appellatio.*

Appellans debet penſionem ſoluere cum effectu quando in commiſſione adeſt Clauſula *ſine retardatione*, nec ſufficit cautio. cap. 80. num. 10. p.308

Appellatio ſit deſerta ſi per multos annos nihil in cauſa factum fuerit.cap.55.n.1. 213

Appellatio tam ad effectum ſuſpenſiuum quàm ad deuolutiuum admittitur à ſententia canonizatoria regreſſus.cap.48.n.20. 178

Quando non fuit actum ad ſimplicem regreſſus canonizationem, ſed executiuè in vim literarum Apoſtolicarum aut iudicio ſpolij,verba ſententiæ attendenda ſunt, vt ſciatur an ſit locus Appellationi. eod. cap.48.n.21. ibid.

A ſententia declaratoria excommunicationis non datur Appellatio ſuſpenſiua. cap. 48. num. 22. p.178

Quibus verò in caſibus ab hac excommunicationis ſententia Appellari poſſit. ibidem num. 24. remiſſiuè.

Quando Appellatio præcedit ſententiam excommunicationis executio ſuſpenditur, & ſi poſteà declaretur excommunicatio ſententia declaratoria eſt nulla.n.23 ibid.

Ab exceſſiua penſione impoſita in prouiſionibus factis ob vacationem per obitum procurator Regius in Gallia Appellat tanquam ab abuſu. cap.15.n.11. 51

A reſeruatione fructuum beneficij loco penſionis non ſemper in Gallia Appellari poteſt tanquam ab abuſu. cap.2.n.16. 7

*Audientia.*

Per denegationem Audientiæ Iudex procedere poteſt quando in commiſſione adeſt Clauſula *ſine retardatione ſolutionis penſionis* cap. 80. num. 15. p.308

*Aureus.*

Aureorum valor inſpicitur iuxta locum contractus quamuis ſolutio ad alium locum eſſet deſtinata. cap.40.num.8. 142

Si penſio fuerit reſeruata in aureis auri, vel ducatis ſolutio fieri debet in illis ſpeciebus, & non in moneta currenti. cap.40.n.23. 143

Et hoc caſu non habet locum generalis conſuetudo ſoluendi vnam monetam pro alia. ibid. num.24. 144

Reſeruatio ſcutorum auri de Camera excludit æſtimationem adiectam, & ea non obſtante ſolutio fieri debet in ſpeciebus expreſſis.eod.cap.40. num.27. ibid.

Quid dicendum quando penſio fuit reſeruata idiomate Gallico. *En eſcus ſol de ſoixante ſols piece.* num.28. ibid.

Vtrum æſtimatio Aurei in penſione adiecta cenſeatur taxationis vel demonſtrationis gratia dependet ex coniecturis.cap.40. n.29. ibid.

Si valor Aurei expreſſus fuerit, maior vel minor æſtimatione adiecta ex eo magna reſultat coniectura quod ille fuerit expreſſus pecuniam taxationis.cap.40.n.30. ibid.

Quando ſolutio penſionis fieri debet in Auro taxato ad certam ſummam ſolidorum, quomodo illi ſolidi intelligantur.n.31. ibid.

B

*Balbutiens.*

Balbutiens in mortis articulo, vtrum penſionem validè transferre poſſit.cap.54. n.5. 210

*Beneficium.*

Penſio vtrum alicui aſſignari poſſit duratura donec illi fuerit prouiſum de Beneficio. cap.82.num.2. p.315

Quæſtio illa debet intelligi de penſione quæ aſſignatur pro ſeruitio ſpirituali vel loco beneficij. num.3. ibid.

Beneficij appellatione penſio continetur quando diſpoſitio loquitur generaliter de quibuſcunque beneficiis.cap.69.n.6. 265

Beneficij appellatione continetur penſio quæ datur in titulum beneficij.cap.64.n.8.

Penſiones non veniunt appellatione Beneficiorum in materia pœnali. cap.26. n.4. 91

*Beneplacitum.*

Reſeruatio Beneplaciti Apoſtolici cenſetur facta ſub nomine dignitatis; ideò ſucceſſor poteſt concedere quod Papa defunctus denegauit. cap. 54. num.3. 210

*Bigamus.*

Bigamis etiam coniugatis penſio authoritate Summi Pontificis reſeruari poteſt. cap.17. num.12. p.57

Vt Bigamia contrahatur, oportet vt interueneriṫ copula carnalis. cap.78.n.2. 299

Triplex eſt Bigamia, nempe vera, interpretatiua, & ſimilitudinaria. cap.78.n.3. ibid.

Et quando illa dicantur interuenire. ibidem num.4.& 5

Exceptio Bigamiæ non retardat executionem penſionis niſi fuerit probata copula carnalis. ibid. num.6. 300

Quæſtio Bigamiæ in materia penſionis quando locum habere poſſit. eod.cap.78.n.9. ibid.

Bigami reputantur tanquam Laïci.n.10. ibid.

Papa diſpenſare poteſt, vt quis non obſtante Bigamia ad ſacros Ordines promoueatur. n.11 ibid.

Facilior eſt Bigamiæ diſpenſatio quando Clericatus fuit obtentus ante Bigamiam.n.12 ibid.

Explicatur ſententia, Corradi *in tractatu de diſpenſationibus* circa Bigamiam. n.13 ibid.

Quædam ſunt ſpecies Bigamiæ in quibus ſolus Papa de iure communi diſpenſat. cap.78. num.14. p.300

Epiſcopus diſpenſare poteſt Bigamum ad minores Ordines ſecundùm multorum ſententiam. n.15. ibid.

Sed in contrarium, adeſt declaratio Sacræ Congregationis Concilij.n.16. ibid.

Item Epiſcopum ſuper Bigamia interpretatiua diſpenſare

dispenſare non poſſe refertur ex mente eiuſdem Congregationis. ibid.n.17. 301
Epiſcopus vtrum ex cauſa poſſit Bigamum diſpenſare, vt minores Ordines exerceat. cap. 78. n.18. ibid.
Bigamiæ interpretatiuæ facilior eſt diſpenſatio. cap.78. n.37. 302

*Breue.*

Penſionis expeditio per Breue valida eſt, & executioni demandanda. cap.53.n.11. 207
Breuis & literarum expeditarum eadem eſt vis. cap.53.n.12. ibid.

*Bulla.*

Si Bulla diſcordet à ſupplicatione quid agendum ſit.cap.53.n.9. 206

C

*Camera.*

CAmeræ Canonicalis fruitio loco penſionis durante vita reſignantis,vtrum reſeruari poſſit. cap.17.n.43. 59
Camera Apoſtolica ſoluit penſionem ſi fructus beneficij penſione grauati percipiat. cap. 42. n.25. p.153

*Campana.*

Vt argumentum Hoſpitalis Eccleſiaſtici ex Campana oriatur, oportet illam eſſe ferro alligatam, vt per eam populus ad miſſam audiendam conuocetur.cap.65.n.25. 254

*Campſor.*

Solutio facta à Campſore qui dederat ſcedulam bancariam conſtituit in quaſi poſſeſſione exigendi penſionarium. cap.50.n.68. 195
Quando totum creditum transfuſum eſt in Campſorem ceſſat exceptio reductionis penſionis. cap.59.n.12. 232
Quamuis Campſor datus fuerit pro ſimplici ſecuritate penſionarij tamen ſi agatur contra ipſum ex obligatione Camerali, debet ſoluere, & poſtea repetere. cap.59.n.15. ibid.
Quamuis dubitetur vtrum ſolutio facta per fideiuſſorem cenſeatur facta de mandato debitoris principalis, tamen dum agitur de Campſore faciente ſcedulam bancariam, ille cenſetur habere mandatum ad ſoluendum pro principali. cap.59. num.21. 233
Si penſionarius fuerit negligens in exigendo à Campſore, penſionarij erit periculum. cap.59. num.24. ibid.
Sola denunciatio Titularis,non eximit Campſorem ab obligatione ſoluendi debitam penſionem. cap.59.n.25. ibid.
Vtrum mercatore qui cedulam ſcripſit pro ſoluenda penſione facultatibus lapſo, penſionarius teneatur alium fideiuſſorem dare. cap.59. num.34. p.234

*Cancellatio.*

Cancellatio inſtrumenti tranſlationis penſionis informiter facta non præiudicat partibus. cap.54. num.9. 210
Cancellatio facta à non habente poteſtatem, vel caſualiter, non præiudicat veritati. cap.59.n.10. p.232
Cancellatio nulliter facta non impedit viam executiuam. num.11. ibid.
Sed hoc caſu neceſſe eſt, vt manifeſtè conſtet de nullitate Cancellationis. num.12. ibid.

*Capax.*

Quomodo intelligendum ſit quod dicitur eum,qui non eſt capax beneficij non eſſe capacem penſionis. cap.1.n.9. 3

*Capitulum.*

Capitulum dum lucratur fructus Canonici abſentis tenetur pro rata ad ſolutionem penſionis. cap.42.n.24. 153
Et contraria opinio reiicitur. n.26. ibid.
Si penſio non acquiratur Capitulo propter abſentiam Canonici, ſed particularibus Canonicis hi tenentur pro rata ad ſolutionem penſionis, & non Capitulum. dicto cap.42. n.34. 155
Quando litigatur contra Capitulum, ſi timeantur illius diffugia, & tergiuerſationes concedi debet fructuum ſequeſtratio ex conſtitutione Pij V. cap.79.n.7. 304
*Caput Odoardus de ſolutionib.* & illius priuilegium, non impedit viam executiuam pro penſione, reiecta contraria Couarruuiæ ſententia. cap. 21. num 10. 72. quando adſunt obligationes cum Clauſulis requiſitis.

*Caracter.*

Quamuis Clericatus non poſſit conferri ab Epiſcopo non ſuo, tamen ſic collatus imprimit in anima Caracterem. cap.78. n.31. 302

*Carceratio.*

Clericus poteſt Carcerari ſi ſit obligatus obligatione Camerali cum iuramento. cap.21. num.4. p.71

*Cardinalis.*

Penſio debita Cardinali ſolui debet, in loco vbi ſitum eſt beneficium, niſi aliter fuerit Conuentum. cap.38.n.3. 136
Cardinales qua forma vtantur, dum præſtant conſenſum. cap.41.n.27. 148
Facultas transferendi penſiones, vtrum poſſit retorqueri aduerſus Cardinales poſſidentes beneficia penſioni ſuppoſita. cap.53.n.13. 207
Cardinales in ſermone generali non comprehenduntur. cap.53.n.14. ibid.
Cardinales non ſunt ſpeciali nota deſignandi in materia in qua nullum habent priuilegium particulare.num.16. ibid.
Per promotionem ad Cardinalatum, vtrum penſiones extinguantur. cap.73.n.24. 278
Cardinalis qui non eſt Epiſcopus non amittit beneficia, nec Canonicatum in Eccleſia Cathedrali, per promotionem ad Cardinalatum. num.25. ibid.
Amittit tamen beneficia Curata, dignitates inferiores & officia, ſed non penſiones. n.26.& 27. ibid.
Contrarium aliqui tenuerunt cum diſtinctione quoad beneficia, ſed indiſtinctè quoad penſiones. n.28. 279
Sed reſolutio totius quæſtionis pendet ex conſtitutione Sixti V. cuius verba referuntur. num.29. ibid.
Per promotionem ad Cardinalatum ea non amittuntur quæ huic tantæ dignitati non repugnant. cap.73.n.30. 279
Penſiones quæ Eminentiſſimis Cardinalibus reſeruantur ſunt fauorabiles. cap.81.n.15. 314
Et reſpiciunt publicam Eccleſiæ vtilitatem.n.16. ibid.
Cardinalis Nepotis habentes ſuperintendentiam generalem literæ impediunt executionem literarum ſuper tranſlatione penſionis conceſſarum. cap.28.n.11. 101
Fauore Cardinalium in Gallia admittuntur reſeruationes omnium fructuum loco penſionis ſuper beneficiis reſignatis. cap. 2. num. 7. 6. & cap.5. num.17. 19
Sicut etiam admittitur in Gallia reſeruatio collationis beneficiorum loco penſionis fauore Cardinalium, & ita practicatum. cap.2.n.21. 7
Et hoc generaliter Cardinalibus conceſſum eſt, ex Pontificiis conſtitutionibus, vt collationes beneficiorum ipſis reſeruatæ cenſeantur in beneficiis, quæ vltimo loco dimiſerunt. cap. 2. n. 22. ibid.
Reſeruatio fructuum fauore Cardinalis dicitur facta ad publicam vtilitatem.cap.5.n.18. 19

*Caſtrum.*

Caſtri Dominus cuius prædeceſſores præſentarunt poteſt intentare remedia poſſeſſoria nomine Caſtri quamuis ipſe nunquam præſentauerit. c.50. num.24. 191

*Cathedralis.*

Penſio ſuper Cathedralibus non indiget ſpeciali expreſſione quando conceſſio penſionis facta fuit verbis ampliſſimis. cap.31.n.10. 113

*Cauſa.*

Cauſæ propter quas Papa Laicis penſiones aſſignat, multæ ſunt, veluti propter paupertatem, aut aliis de cauſis.cap.33.n.14. 121
Cauſa amiſſionis penſionis non poteſt intentari niſi coram Iudice Eccleſiaſtico.cap.35.n.11. 126
Idemquè ſeruatur in Gallia. n.12. ibid.
Interim tamen ſuprema Tribunalia decernunt prouiſionalem.n.13. ibid.
Quandoque etiam tertiam partem fructuum prouiſionaliter oneribus pro rata ſupportatis. num.14. ibid.
Cauſa reſignationis dicitur falsò expreſſa, ſi reſignatio narrata ſit nulla. cap.62.n.5. 242
Idem ſi tranſlatio ſit nulla.cap.1.n.13. 3
Penſio ex falſa cauſa reſeruata eſt nulla. cap. 62. num.6. 242
Etiamſi Summi Pontificis authoritate munita ſit. ibid.n.7.& cap.1.n.12. 3
Et non meretur executionem. cap. 80. num.49. p.311
Cauſa appellationis eſt eadem cum prima, licèt ſit diuerſa inſtantia. cap. 80.n.29. 309
Cauſa penſionis non eſt tractanda tanquam beneficialis.cap.79.n.22. 306
Vna ex cauſis propter quas Epiſcopus poteſt penſiones imponere eſt vtilitas Eccleſiæ. cap. 1. num.5. 2
Quæ ſint cauſæ propter quas Epiſcopus penſiones imponere poteſt. dicto cap.1. n.7. ibid.
Epiſcopo dicenti ſe ex iuſta cauſa penſionem reſeruaſſe non creditur. ibid. n.19. 4
Si ſine cauſa Epiſcopus penſionem reſeruet, nulliter procedit, ſed non adeſt Simonia. num.25. ibid.
Quando Papa alicui penſionem concedit ſine cauſa, mortuo titulari penſionarius tenetur probare veram, & realem ſolutionem omnium terminorum penſionis decurſæ in vita poſſeſſoris beneficij, aliàs non poteſt illam exigere à ſucceſſore beneficij.cap.3.n.1.2.& 13. 9.& 10
Et propterea non ſufficit ficta ſolutio per aditionem hæreditatis.ibid.n.3. 9
In reſeruatione penſionum ſine cauſa,quibus Clauſulis Summus Pontifex vti ſoleat. cap. 3. num.5. ibid.
Penſionarius ſine cauſa tenetur probare veram, & realem ſolutionem terminorum decurſorum, etiamſi ſolutio eſſet diſtributa per ſingulos ſex menſes.cap.3.n.16. ibid.
Et hæc probatio debet fieri totius & integri termini decurſi, & non pro rata temporis; quamuis hæc rata in aliis caſibus ſit conſiderabilis. cap.3.n.17. ibid.
Qui ex falſa cauſa alienam ſuſcipit obligationem non tenetur ad promiſſa. cap.13.n.20. 44
Niſi id fecerit ex certa ſcientia. n.21.

*Cautio.*

Etiam in beneficialibus Cautio peti poteſt, iuxta textum *in l.is à quo.ff.de rei vendicat.* cap.80.n.42. p.311

*Cedula.*

Quando debitor penſionis tradidit penſionario Cedulam bancariam tenetur penſionem ſoluere ſiue fructus perceperit, ſiue non. cap. 58. n. 41. p.229
Cedula bancaria datur hodie ad ſex annos, & in fine illius temporis renouatur. cap. 59. num.1. p.231
Iſta traditio Cedulæ bancariæ pro penſione non poteſt fieri, niſi ſub authoritate Summi Pontificis.cap.59.n.2. ibid.
Per Cedulam bancariam, vtrum Campſor dicatur fideiuſſor vel conſtitutor. eodem cap. num. 3. ibid.
In quibus caſibus poſſeſſor beneficij ſit liberatus per traditionem Cedulæ bancariæ. cap. 59. n.6. ibid.
Cedulæ acceptatio requiritur ad hoc, vt illa vires habeat. n.7. ibid.
Ex ſtylo Romanæ curiæ Cedula bancaria habet vim obligationis Cameralis. cap. 59. num. 19. p.233
Cedula bancaria habet vim ſolutionis, ſi mercator atteſtetur apud ſe factum fuiſſe depoſitum. num.22. ibid.
Tradita venditori Cedula bancaria, non currit amplius emptori intereſſe pretij, ſi illa fiat cum depoſito pecuniarum, apud mercatorem. num.23. ibid.
Quando Cedula bancaria data fuit ad ſolam ſecuritatem penſionarij, tunc titularis tenetur. Campſori reſtituere expenſas executionis contra ipſum factæ, & damna per eum paſſa. num. 26. ibid.
Cedula bancaria quando ſufficiat penſionario ad petendam in quaſi poſſeſſione exigendi manutentionem. ibid.n.32. 234
Quid ſi annotatio ſolutionis facta fuerit à tertio, in dorſo Cedulæ. num.33. ibid.

*Cenſus.*

Epiſcopus ſuper bonis ſuæ Eccleſiæ Cenſum perpetuum imponere non poteſt. cap. 65. num. 2. p.252
Inter penſionem & Cenſum ſuper bonis Eccleſiæ impoſitum quæ ſit differentia. cap. 65. num.3. ibid.
Cenſus nouus Eccleſiæ imponi,vel antiquus augeri non poteſt.ibid.n.4. 253
Cenſus nouus quis dicatur,& quis antiquus.n.5.ib.
Papæ authoritas requiritur ad imponendum nouum Cenſum in præiudicium Eccleſiæ. ibid. num.6. & cap.36.n.7. 136

Solemni

Solemnitates requiſitas in alienatione bonorum Eccleſiæ debent interuenire, dum nouus cenſus Eccleſiæ imponitur. ibid.n.7.
Cenſus perſonales ſi aliquo in loco admittantur, pro eis competunt remedia poſſeſſoria. cap. 19. num.5. 62

*Cenſuræ.*

Ad euitandas Cenſuras, debitor penſionis debet probare, ſe verè & realiter ſoluiſſe & paruiſſe. cap.49.n.34. 185
Cenſurarum metu facta ſolutio vtrum conſtituat penſionarium, in quaſi poſſeſſione exigendi. cap.50.n.75. 195
Qui metu Cenſurarum ſoluit, quid obſeruare debeat, vt aduerſarium non conſtituat in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem. ibidem n. 76. p.196

*Ceſſio, Cedens.*

Ceſſione bonorum facta per Clericum debet illi aſſignari penſio ne fame pereat. cap. 7. num.20. p.28
Cedendo actiones debitor liberatur quis, quoties tenetur ad aliquid ex eo quod actionem habet. cap.13.n.8. 42
Limitatur ibi, num.9. ibid.
Inter Ceſſionem debiti pluribus factam diuerſis temporibus de toto debito, & eam quæ facta fuit per partes quæ ſit differentia. cap. 21. num.19. p.73
Ceſſio beneficij fieri debet in manibus Superioris. cap.57.n.4. 221
Ceſſio nominis & ſimplex illius indicatio multum inter ſe differunt. cap.72.n.5. 273
Ceſſionarius penſionis ad vitam, emit quodammodo iactum retis. cap. 17.n.16. 57
Ceſſionarius commoditatis penſionis, vtitur iure cedentis. cap.30.n.9. 109

*Clauſula.*

Clauſula *Accedente conſenſu patroni Laïci*, non refertur ad penſionis reſeruationem, ſed ad beneficij collationem. cap.30. n. 24.110. & cap.52.n.16. p.203
Clauſula *Accedente conſenſu patroni*, requirit, vt ille conſenſus ſit expreſſus, nec ſufficit tacitus per lapſum quadrimeſtris. cap.12.n.14. 40
Sufficeret tamen conſenſus præſumptus per lapſum decem annorum. ibid.n.15.
Clauſula, *Aliundè viuere valens*, verificatur ex eo quod penſio ſufficiens reſignanti reſeruatur. cap.58.n.12. 226
Clauſula, *Arbitrio Rotæ*, quid operetur in poſſeſſorio, & dum agitur de executione Literarum Apoſtolicarum, & quæ ſit inter vtrumque caſum differentia. cap.50.n.84. 197
Clauſula *Arbitrio* remittit aliquid de rigore iuris. cap.52. n.26. 204
Quid operetur illa Clauſula, *ſi commiſſio data fuerit ſine retardatione ſolutionis penſionis Arbitrio Rotæ*. cap.80.n.5. 308
Clauſula *Cœterùm*, operatur quod ſubexecutor poſſit procedere, ſi deputatus executor procedere non poſſit. cap.49.n.9. 181
Clauſula *Cœterùm*, quibus verbis concipiatur. ibid. num.10. 181
Literæ penſionis quæ exhibendæ ſunt Commiſſario, vtrum ſint exhibendæ executori procedenti virtute Clauſulæ *Cœterùm*. cap. 49. num. 15. ibid.
Clauſula, *Conſtito de literis reſeruationis, vel tranſlationis penſionis*, ſi ſit appoſita, quomodo probatio fieri debeat. cap.80.n.52. 311
Clauſula *Cum incidentibus*, &c. tribuit commiſſario appellationis facultatem exequendi ſed cumulatiuè. cap.49.n.41. 186
Clauſula, *Cùm primùm caractere Clericali fuerit inſignitus*, non obſtat agenti poſſeſſorio exiſtenti in quaſi poſſeſſione penſionem exigendi. cap. 50. num.82. 197
Clauſula *Defendant inductum & faciant illi de fructibus reſponderi*, facit vt executor poſſit procedere poſt cœptam executionem, vel poſt illam ſemel factam. cap.49.n.28. 185
Clauſula reſeruationis penſionis, *Demptis tot ſcutis pro Rectore beneficij*, quantæ ſit efficaciæ. cap.58. num.31. 228
Clauſula derogatoria quamuis appoſita fuerit in prima diſpoſitione, tamen illi derogatur, per ſecundam habentem derogatoriam primæ derogatoriæ. cap.6.n.25. 23
Clauſula, *Dummodo Rectori tot remaneant*, eſt conditionalis. cap.14.n.1. 46
Dictio *Dummodo*, Regulariter conditionem importat. ibid.n.2.
Sed tamen ſi adiiciatur rei imperfectæ eſt conditionalis. ibid. n.3.
Clauſula, *Dummodo tot remaneant, &c.* non eſt conditionalis, quando eſt limitata per Clauſulas poſteriores. cap.14.n.31. 49
Penſio reſeruata cum Clauſula *Dummodo, tertiam fructuum partem non excedat*, non annullatur ſed reducitur ſi adſit exceſſus, & agatur de impetratione facta per obitum. Idem ſi commiſſio penſionis fiat ex alia cauſa quàm propter reſignationem. cap.15.n.1. 50
Quando Clauſula *Dummodo* faciat gratiam conditionalem. cap.30.n.23. 110
Per Clauſulam. *Dummodo hæc penſio medietatem fructuum non excedat & remaneant quinquaginta Rectori*, vtrum dicatur ſufficienter facta expreſſio penſionis anterioris, ſuper eodem beneficio impoſitæ. cap.44.n.13. 160
Quando is qui prætendit penſionem eſſe validam non obſtante defectu penſionis anterioris probat primam eſſe inutilem aut inexigibilem, audiendus eſt, non obſtante Clauſula. *Dummodo medietatem non excedat*. cap.44.n.15. 161
Quando penſio ſtrictè reſeruata eſt in certa ſumma, ſine modificatione illius Clauſulæ. *Dummodo non excedat, &c.* ſi ſit exceſſiua, redditur in totum nulla. cap.45. n.21. 165
Clauſula. *Dummodo remaneant, &c.* debet omninò Regulariter per eum, qui in ipſa fundamentum capit iuſtificari. cap.55.n.6. 213
Quando illa Clauſula non eſt iuſtificata, reſeruatio penſionis eſt nulla, nec datur illo caſu regreſſus ad beneficium reſignatum. cap. 56. num. 1. p.217
Clauſula *Dummodo remaneant, &c.* habet cauſam continuam & ſucceſſiuam, & debet verificari etiam tempore poſt prouiſionem futuro in beneficiis habentibus annexam curam animarum. cap.58.n.18. 227
Quod intelligendum eſt ſub diſtinctione. n.20. & 21. ibid.
Clauſula, *Dummodo tot remaneant, &c.* continet taxationem alimentorum Rectoris. cap.58.n.28. p.228
Clauſula, *Ne nimium diſpendium patiatur*, non poteſt verificari in eo, qui nullum ius habet in beneficio. cap.62.n.9. 242
Ampliatur, vt procedat quamuis reſignatio facta fuiſſet conditionaliter cum Clauſula, *& non aliàs*. cap.62.n.10. ibid.
De Clauſula, *Etiamſi nullum ius, &c.* & illius efficacia. cap.53.n.7. 206
Clauſula, *Habita vel non habitâ poſſeſſione*, fuit inuenta ad fraudes euitandas. cap.13.n.1.
Vtrum illa Clauſula obliget ad ſolutionem penſionis quando poſſeſſor beneficij, ſine ſua culpa non potuit obtinere poſſeſſionem, aut fructus beneficij reſignati percipere. dicto num. 1. & ſequentib.ibid. & n.2.3. 19
Intellige, vt *num.26. & ſequentib.* eodem cap.13. ibid.
Penſio ſi fuerit reſeruata, in maiori ſumma cum Clauſula, *Et non aliàs*, corruit in totum ſi in minori reſeruetur. cap.15.n.3. 50
Clauſula, *Et non aliàs*, non ſuffragatur illi qui permutat beneficium cum penſione. cap. 15. n. 29. p.54
Clauſula, *Et non aliàs*, in ſupplicatione appoſita habet vim decreti irritantis. cap. 36. num. 10. p.133
Clauſula, *Et non aliàs*, appoſita in reſeruatione penſionis facit, vt non ſoluta penſione reſignatio reſoluatur ex defectu conditionis. cap. 45. num.4. 163
Et quod gratia reſoluatur ſi regreſſus corruat. num.5. ibid.
Clauſula, *Et non aliàs*, habet vim irritandi actum etiam ab initio. cap.60.n.7. 236
Clauſula, *Et non aliàs*, nihil operatur quando reſignans eſt in culpa. cap.60.n.12. 237
Clauſula, *Et non aliàs*, nihil poteſt operari in fraudem Regiæ nominationis. cap.60.n.14. ibid.
Clauſula, *Non obſtantibus*, non comprehendit derogationem ſtatuti, ſi in illo detur certa forma. cap.9. n.10. 32
Clauſula, *Parito iudicato*, exigit actualem ſolutionem quamuis debitum eſſet illiquidum. cap. 38. num.19. 138
Clauſula, *Parito iudicato*, cuius ſit efficaciæ in materia penſionis. cap.80.n.12. 308
Clauſula, *Poſtquam caractere Clericali fuerit inſignitus*, appoſita in facultate transferendi penſionem facit, vt ſufficiat Clericatus poſt tranſlationem ſuperueniens. cap.31.n.3. 113
Clauſula, *Quod de nullitate dici non poſſit*, quid operetur ſi in reſcripto penſionis fuerit appoſita. cap.48.n.2. 176
Clauſula, *Quod ad legitimam executionem procedat*, cuius ſit efficaciæ dum in commiſſione fuit appoſita. cap.80.n.24. 309
Clauſula, *Quod maior & verior expreſſio apponi poſſit in Literis*, non operatur quoad corpus diuerſum beneficij. cap.32.n.6. 118
Clauſula, *Quòd verior expreſſio valoris beneficij fieri poſſit in Literis*, quomodo intelligenda ſit. c.61. num.5. 240
Non obſtante illa Clauſula penſio eſt nulla, ſiue maior, ſiue minor expreſſio facta fuerit in Literis. cap.61.n.6. ibid.
Clauſula, *Quòd penſio annullari aut reduci non poſſit*, quomodo ſit intelligenda. cap. 45. num. 22. p.165
Quamuis in conceſſione penſionis appoſita ſit Clauſula, *Quòd reduci non poſſit*, tamen ſucceſſor in beneficio non impeditur petere reductionem penſionis exceſſiuæ, ſi illi conſenſum non præbuerit. cap.58.n.15. 226
Clauſula, *Quorum tenores*, operatur quod priuilegia quibus derogatur cenſeantur de verbo ad verbum expreſſa. cap.6.n.24. 23
Habet enim vim ſpecialis expreſſionis. ibidem num.35. 24
Clauſula, *Quouis modo vacet*, non comprehendit vacationem ex defectu publicationis. cap. 12. num.7. 40
Ampliatur vt hoc procedat etiamſi ageretur de gratia conceſſa motu proprio. ibid.n.8.
Clauſula, *Rato manente pacto*, quæ ineſt iuramento facit, vt ſimul penſio, & regreſſus peti poſſit. cap.47.n.13. 173
Clauſula, *Rebus ſic ſtantibus*, ſuum perdit effectum quando fuit cogitatum tempore diſpoſitionis de eo quod in futurum contingere poterat. cap.58. num.19. 227
Clauſula, *Refectis expenſis*, appoſita in commiſſione operatur, vt illarum in primis facienda ſit actualis ſolutio. cap.38.n.17. 13
Clauſula, *Sicut accepimus*, poſita in narratiua Papæ non probat actualem penſionis ſolutionem ad effectum manutentionis. cap.50.n.51. 193
Quando in commiſſione adeſt Clauſula, *Sine præiudicio executionis*, Iudex à quo procedit ad executionem, & coactionem non obſtante inhibitione Iudicis ad quem. cap.80.n.16. 309
Nec Iudex ad quem poteſt ſe ingerere in executione pro ſolutione penſionis. ibid.n.17.
Clauſula, *Sine retardatione ſolutionis penſionis*, non datur quando agitur de penſione ſuper pluribus beneficiis impoſita. cap.23.n.6. 80
Clauſula, *Sine retardatione ſolutionis penſionis*, ſuſpendit & limitat iuriſdictionem, ita vt nullam habeat donec ſolutio integrè facta fuerit. cap. 38. num.13. 137
Clauſula, *Sine retardatione ſolutionis penſionis*, durat in omnibus inſtantiis. cap. 49. num.38. 186. & cap.80.n.27. 309
Vt Clauſula, *Sine retardatione*, concedatur pro penſione ſufficit alterum de duobus, nempè vel quod agatur vigore Literarum Apoſtolicarum, vel quod penſionarius ſit in quaſi poſſeſſione exigendi. cap.80.n.6. 308
Clauſula, *Sine retardatione*, æquiparatur Clauſulæ. *Parito iudicato*. cap.80.n.8. ibid.
Illa Clauſula facit, vt denegetur audientia Titulari appellanti. n.9. ibid.
Stante illa Clauſula non auditur Titularis ſi loco ſolutionis omnes fructus offerat penſionario. num.11. ibid.
Item Iudex à quo ſtante illa Clauſula poteſt exequi niſi ipſi fuerit inhibitum. n.13. ibid.
Clauſula, *Sine retardatione*, non apponitur in penſionibus Epiſcopi authoritate reſeruatis. ibid. num.30. 310
Fallit quando penſionarius eſſet in quaſi poſſeſſione exigendi. n.31. ibid.
Clauſula, *Si quid ſit exequendum in primis, & ante omnia exequatur*, apponi ſolet quando ſententia à qua fuit appellatum continet probabile grauamen. cap.80.n.18. 309
Sed hoc caſu executio pro penſione fieri debet authoritate Iudicis ad quem. numero 19. ibidem.
Stante illa Clauſula ſuſpenditur executio donec
cogni

cognitum fuerit per Iudicem ad quem, illi locum eſſe.n.20. ibid.

Et hoc caſu cognoſcendum in primis eſt de exceptionibus aduerſus ſententiam oppoſitis. c. 80. num.21. ibid.

Et appellans admittitur ad productionem nouorum iurium, non autem appellatus. n.22. ibid.

Si tamen appellans noua acta producat, appellatus alia replicando producere poteſt. cap.80. n.23. p.309

Clauſula transferendi caſſata per Datarium non præiudicat reſignationi factæ cum Clauſula tranſlationis.cap.32.n.1. 118

Inter Clauſulas, *Vt commodius ſuſtentari valeas*, & *Vt decentius*, quæ ſit differentia, & quando cenſeantur appoſitæ cauſa alimentorum. cap. 58. num.16. 226

Clauſulæ quæ ſoleant apponi in reſeruatione penſionis pro illis qui non ſunt tonſurati. cap. 77. num.3. 294

*Clerici.*

Ex ſtylo Curiæ Romanæ penſiones aſſignari non ſolent niſi Clericis.cap.17.n.11. 57

Exceptio defectus Clericatus non obſtat in poſſeſſorio. cap.52.n.25. 203

In petitorio tamen Clericatus eſt probandus,& varij modi illum probandi referuntur. numer. 22. ibid.

Clericatus ab alieno Epiſcopo publicè collatus præſumitur in eo interueniſſe licentiam proprij Epiſcopi.cap.52.n.23. 204

Penſiones intuitu Clericatus conceduntur, & per conſequens qui contrahit matrimonium, illis tacitè renunciat. cap.75.n.6. 286

Clericatum obtinens à non ſuo Epiſcopo, non eſt capax penſionis nec tranſlationis illius. cap.31. num.5. 113

Penſio non debetur niſi poſt Clericatum quando aſſignata fuit ſub conditione futuri Clericatus. num.4. ibid.

*Coadiutor.*

Quomodo Coadiutor ſuccedere debeat in annexis Canonicatui acquiſitis Coadiuto per illius optionem.cap.22.n.14. 79

Coadiutor ſuccedens in Canonicatu penſione grauato tenetur ad ſolutionem illius penſionis. num.15. ibid.

*Coccinus.*

Explicatur deciſio Rotæ 500.apud Coccinum.c.42. num.31. 154

*Collatio.*

Collationem beneficiorum loco penſionis per reſignantem reſeruari poſſe multi exiſtimant.cap.2. num.1. 6

Collatio ſi facta fuerit reſeruata reſignanti facultate conferendi beneficia loco penſionis, talis facultas ad ipſum dicitur obuenire nouo iure, & dicitur nouus collator.n.4. ibid.

Reſignans per reſignationem amittit titulum, & poſſeſſionem, & per conſequens dicitur nouus collator. n.5. ibid.

Ex vſu Tribunalium Galliæ reſeruationes facultatis conferendi, poſt factam reſignationem admittuntur fauore Cardinalium.n.7. ibid.

In aliis præter Cardinales non admittuntur, ſuper hoc tamen varia ſunt ſupremarum Curiarum Arreſta. ibidem numer. 8. & ſequentibus.

Ius conferendi cum ſit fructus beneficij non poteſt iure Ordinario ad reſignatarium ſpectare. cap.2. num. 9. 6

Quando ex ſpeciali gratia permittitur reſignanti, vt reſeruet ſibi facultatem reſeruandi Collationem beneficiorum, hoc debet fieri in ipſo actu reſignationis.n.11. ibid.

Reſignantem reſeruata ſibi facultate conferendi non poſſe nouo mandato grauari verius eſt.n.12. ibid.

Collatio beneficiorum, ſecundùm ius commune ſpectat coniunctim ad Epiſcopum, & Capitulum.ibid. n. 17. 7

Collatio beneficij quod quis obtinuit non ſeruata forma Concilij Tridentini non poteſt ad Epiſcopum ſpectare.cap.70.n.4. 268

*Colluſio.*

Colluſio quomodo fiat in penſionibus & beneficiis, & quis ſit illius effectus.cap.39.n.1. 139

Colluſio eſt delictum.n.2. ibid.

Colluſio quid ſit. n.3. ibid.

Colluſionis pœna, eſt priuatio beneficij,& penſionis.n.4.& 7. ibid.

Colluſio præſumitur ſed tamen ad illius probationem ſufficiunt coniecturæ. cap. 39. num.15.16. & 17. 139.& 140

Colluſio præſumitur quando reus non curauit ſe defendere, nec iura ſua producere. num. 18. ibid.

Item ſi non appellauit aut appellationem proſequi non curauit. cap.39.n.2c. 140

Aliæ colluſionis coniecturæ recenſentur. n.21. ibid.

In cauſis ciuilibus licita eſt concordia, ſed non Colluſio in præiudicium tertij. cap.39. num.22. ibid.

Colluſio non probatur per vnicam coniecturam. num.23. ibid.

Ex ſola amicitia non oritur ſufficiens coniectura Colluſionis ſeu ſimulationis. cap. 39. num. 24. ibid.

*Colonus.*

Quæ ſit differentia inter Colonum partiarium, & eum qui nummis colit.cap.5.n.5. 14

Penſionarius eſt quodammodo ſimilis Colono partiario qui pro ſua rata contribuit ad ſolutionem decimarum. cap.6.n.7. 22

Colonus quamuis penſionem Domino ſoluat, non liberatur ab aliis oneribus ſuæ obligationis. cap.47.n.1. 173

*Commiſſio.*

Commiſſio executionis Literarum Apoſtolicarum non datur pro tranſlatione penſionis niſi perſonis in dignitate conſtitutis,exceptis cauſis priuilegiatis.cap.28.n.30. 102

Commiſſio appellationis ſimpliciter data, non reuocat præcedentem Commiſſionem datam cum Clauſula, *Sine retardatione ſolutionis penſionis.* cap.80.n.51. 311

Nudum factum teſtamento alteri committi poteſt, ſed non arbitrium illud quod ex legis poteſtate, vel ex natura rei competit. cap.30.n.3. 108

*Commoditas.*

Magna eſt differentia inter Commoditatem penſionis, & ipſam penſionem quia Commoditas cedi poteſt dum viuit penſionarius, non autem ipſa penſio. cap.17.n.13. 57

Penſio non finitur morte illius cui ſola commoditas ceſſa fuit.cap.17.n.14. ibid.

Commoditas penſionis cedi poteſt etiam cum mandato irreuocabili etiam inuito titulari. num.15. ibid.

Commoditas cenſus quantum ab ipſo cenſu differat. n.17. ibid.

Commoditas penſionis decurſæ tranſit ad hæredes. cap.35.n.23. 127

*Compenſatio.*

Compenſatio operatur liberationem, ſed non quaſi poſſeſſionem ad effectum manutentionis. cap.50.n.79. 196

Alimenta ſoluta Compenſantur reſciſſa tranſactione ſuper alimentis facta, cum ſummis aliis debitis. cap.51. n.21. 200

Compenſationis exceptio non admittitur quando penſio fuit reſeruata loco alimentorum. cap.51. num.11. 199

Exceptio Compenſationis non admittitur in cauſa alimentorum. n.12. ibid.

Sicut in ſubſidio charitatiuo loco alimentorum aſſignato.n.13. ibid.

In petitione penſionis admittitur Compenſatio ſuper alimentis præteritis, non autem pro futuris.ibid. n.17. 100

Compenſatio admittitur in cauſa penſionis, ſi ſit liquida & agatur de debito æquè priuilegiato. num.20. ibid.

*Concordata.*

Papa conceſſit Regi vt prouinciæ vnitæ comprehenderentur in Concordatis. cap. 27. num. 18. p.97

*Concurſus.*

In permutationibus Eccleſiarum parochialium non requiritur Concurſus. cap.18.n.9. 61

Vtrum neceſſarius ſit Concurſus in permutatione beneficij ſimplicis cum Eccleſia Parochiali. num.10. ibid.

Reſoluitur non exegi Concurſus, ſed ſufficere ſimplex examen iuxta mentem ſacræ Congregationis.n.11. ibid.

*Condemnatio.*

Condemnatus ad pœnam priuationis beneficiorum non cenſetur Condemnatus ad priuationem penſionum.cap.35.n.27. 127

Fallit in odium heretici qui priuatus beneficiis cencetur etiam Condemnatus ad priuationem penſionum.n.28. ibid.

*Conditio.*

Conditio nulla poteſt apponi quando agitur de reſignatione facta coram ordinario Collatore. cap.1.n.23. 4

Diſpoſitio cum Clauſula reſolutiua penſionis quando reddat actum Conditionalem, & ea non impleta quando penſio reddatur nulla. cap.3. n.23. p.11

Conditionum aliquæ ſunt ſuſpenſiuæ, & aliæ reſolutiuæ, & quis inde reſultet effectus. cap. 44. num.21. 161

Penſio reſeruata ſuper primo beneficio ſub Conditione ſuppenſiua, vtrum debeat exprimi in conceſſione ſecundæ penſionis ſuper eodem beneficio imponendæ. n.22. ibid.

Conditionem appoſitam reſeruationi penſionis iuſtificare tenetur penſionarius.cap.14.n.4. 46

Sed hoc verum eſt in iudicio petitorio, non in poſſeſſorio, in quo poſſeſſor non tenetur iuſtificare, quod ſumma expreſſa cum Clauſula, *Dummodo*, &c. remaneat apud titularem. n.5. ibid.

Si reſignatio ſit Conditionalis, ius remanet penès reſignantem, donec Conditio ſit purificata. cap.60.n.8. 236

Penſione impoſita ſub Conditione regreſſus cum Clauſula, *Et non aliàs*, nihilominus executio non retardatur, quamuis reſignatarius opponat de nullitate penſionis. cap.60.n.11. 236

Quid ſi ex defectu conditionis, *vide*, cap. 80. num.32. 310

Conditio habetur pro impleta in præiudicium illius qui eſt in culpa quominus impleatur. c.60. num.15. 143

Reſignatio etiam ſine Conditione facta in fauorem alicuius habet tacitam Conditionem dummodo reſignatario ius plenè quæſitum fuerit. num.20. ibid.

Quando gratia eſt Conditionalis exceptio Conditionis non adimpletæ dicitur oriri ex eadem gratia, & retardat executionem Literarum Apoſtolicarum. cap.80.n.32. 310

Conditio quod fuerit purificata penſionarius probare debet. n.33. ibid.

Vide *ſuprà*. cap.14.n.4. 46

Conceſſio facultatis transferendi penſionem ſub Conditione illam intimandi intra menſem, corruit ſi intimatio in tempore facta non fuerit. cap.80.n.34. 310

Quæ ſit ratio differentiæ inter collationem, & præſentationem quæ ſub Conditione factæ fuerunt. cap.82.n.10.

*Conductor.*

Conductor qui ſe obligauit ſoluere creditoribus locatoris etiam nomine proprio cum Clauſula, *Habita vel non habita poſſeſſione*, non tenetur ſoluere creditoribus ſi abſque ſua culpa, vel negligentia non potuit fieri re Conducta.cap.13.n.11. 42. Adde Amat. *reſolut.* 21. *num.* 12. Surd. *conſil.* 445.

Conductor qui ſe obligauit ſoluere intuitu certæ rei locatæ ſi promittat ſoluere non obſtante quod illa frui non poſſit eſt contra naturam contractus. n.15. 43

Intellige, vt per Surdum, *dicta conſil.* 445. *per totum.*

Limitatur niſi hoc fecerit ex certa ſcientia. ibidem num.21. 44

*Confeſſio.*

Confeſſio reſignantis non poteſt nocere ſucceſſori in beneficio.cap.3.n.6. 9

Quod eſt verum quando reſignatarius venit ex nouo iure.n.7. ibid.

Confeſſiones de recepto factæ ab aliis quàm ab ipſo penſionario non ſufficiunt. n.9. ibid.

Confeſſio patris pro filio non eſt attendenda in ſpiritualibus aut illis annexis, qualis non eſt penſio.n.10. ibid.

Probatio per Confeſſionem non ſufficit quando quis tenetur probare veram & realem numerationem. ibid.n.8. 9

Sola Confeſſio ſolutionis non ſuffragatur quando agitur contra ſucceſſorem in beneficio,ſed debet conſtare de vera & reali numeratione. cap. 50. num.52. 193

Confeſſio ſolutionis facta in precibus non probat niſi conſtet illud reſcriptum fuiſſe obtentum de mandato non confitentis.n.50. ibid.

Solutio probat veram numerationem quando in inſtrumento fuit dictum ſolutionem fuiſſe factam de conſtanti,vel in pecunia numerata. ibid.n.53. p.194

Confeſſio ſolutionis in inſtrumento publico, ex quibus probet veram & realem numerationem. n.54. ibid.
Et Notariorum conſuetudo hac in re attendenda eſt.n.55. ibid.
Confeſſio non præiudicat in iis quæ in iure conſiſtunt.cap.24.n.4.& 7. 83.& 84
Confeſſionis error ſemper opponi poteſt per titularem.cap.24.n.5. 83
Confeſſio in precibus probat etiamſi reſcriptum fuerit declaratum nullum, vel contra illud iudicatum. n.7. & 8. ibid.
Et præiudicat etiam abſenti. n.9. ibid.
Et minori.n.10. ibid.
Et illa confeſſio amplius reuocari non poteſt. num.11. ibid.
Quamuis reſcriptum fuerit productum in partibus fauorabilibus duntaxat.n.12. ibid.
Confeſſio in precibus penſionis emanata non probat, niſi quoad ea quæ ad reſcriptum ſunt neceſſaria.cap.54.n.15. 211
Confeſſio actus geſti, non probat quod ille fuerit geſtus ciuiliter vel naturaliter. cap. 24. num. 19. p. 84.
Confeſſiones aliter quàm in precibus Pontificis oblatis factæ non præiudicant, dum tractatur de intereſſe Eccleſiæ in iudicio petitorio penſionis. num.20. ibid.
Vtrum Confeſſio ab vtraque parte facta præiudicet, ſi vtraque Pars preces porrexerit. num. 21. ibid.
Confeſſio valoris in reſcripto penſionis non nocet, ſi facta fuerit per modum negatiuum. num. 22. ibid.
Confeſſio per aſcenſum, & ſic per modum affirmatiuum ab vtraque Parte facta non probat. n.23. ibid.
Confeſſio inter Partes facta ſuper valore beneficij, ſuper quo penſio eſt impoſita non præiudicat Tertio.n.24. ibid.

*Confidentia.*

Confidentia illicita eſt quando ſine authoritate Papæ quis aliam penſionem promittit, ſi beneficium ſibi conferatur vel reſignetur. cap. 26. num.1. 91
Confidentia punibilis ſecundùm conſtitutionem Pij V. vtrum in tranſlatione penſionis committatur.cap.26.n.2. ibid.
Conſtitutiones Pontificiæ ſuper Confidentia locum non habent in tranſlatione penſionis aut fructuum.n.3. ibid.
Pactum confidentiale circa penſionis tranſlationem continet peccatum, ſed ex eo non incurritur excommunicatio.n.5. ibid.
Reſignatio beneficij cum reſeruatione penſionis, aut fructuum ſeu partis illorum ſubiacet pœnis contra confidentiarios, ex Summorum Pontificum conſtitutionibus introductis.cap.26.num.6. p.91
Pœnis Confidentiæ locus eſt ex veriori ſententia, quando poſt reſignationem penſiones vel fructus abſque Sedis Apoſtolicæ authoritate reſeruantur. n.7. ibid.
Et hoc procedit ſiue fructus, poſt reſignationem reſeruentur ſiue pars ipſorum. ibid.n.8. 92
Siue reſeruatio fiat ipſi collatori, ſiue præſentanti, ſiue reſignanti. n.9. ibid.
Si quis reſignet animo penſionem obtinendi pro ſuo nepote, ita tamen vt poſt obtentam penſionem ſibi beneficium retrocedatur penſio eſt confidentialis & nulla. cap.26.n.10. ibid.
Confidentia licita eſt quando Papa penſionem imponit ſub nomine fiduciario vnius, ad vtilitatem tamen alterius. cap.26.n.14. 92

*Confirmatio.*

Papa non confirmat penſiones authoritate Epiſcopi impoſitas & maximè in præiudicium ſucceſſorum in beneficio.cap.1.n.26. 4
Quod ampliatur vt procedat quamuis tales reſeruationes Epiſcoporum authoritate reſeruatæ eſſent validæ.ibid.n.27. 5
Intellige vt Papa non illas conualidet per viam Confirmationis, ſed tantùm per viam nouæ impoſitionis.n.28. ibid.

*Confiſcatio.*

Qui dicantur hæredes extranei in materia Confiſcationis.cap.35.n.3. 125
In generali bonorum Confiſcatione, non comprehenditur emphyteuſis Eccleſiaſtica. cap.35. num.8. 126
Sicut nec alimenta. n.9. ibid.
Fructus bonorum Confiſcatorum pertinent ad fiſcum durante vita condemnati quamuis bona ſint ſuppoſita generali fideicommiſſo. cap.35. n.10. ibid.
Si Iudex Eccleſiaſticus pronunciet ſententiam Confiſcationis omnium bonorum alicuius, penſiones in ea continentur.ibid.n.19. 127
Confiſcatis omnibus bonis Clerici Iudex Eccleſiaſticus procedere poteſt ad priuationem beneficiorum quamuis agatur de crimine læſæ maieſtatis aduerſus Principem ſæcularem. cap. 35. num.20. ibid.
Idem procedit in emphyteuſi Eccleſiaſtica tranſitoria ad hæredes, & quid de fructibus quando emphyteuſis non tranſit ad hæredes. numer. 21. ibid.
Hanc tamen condemnationem Iudex ſæcularis facere non poteſt.n.22. ibid.
Confiſcatis penſionibus fiſcus tenetur ſoluere debita condemnati, ſi alia eius bona non ſufficiunt.cap.35.n.30. 128

*Confuſio.*

Actiones Confunduntur ſi creditor ſuccedat ſuo debitori.cap.74. n.12. 281
Actiones ſemel extinctæ per aditionem hæreditatis aut vſusfructus ſemel conſolidatus, vtrum euictione ſequuta reuiuiſcant. cap.74. n.14.15. 16. & 17. 281.& 282
Si dimiſſio beneficij fiat per actum voluntarium, penſiones iam per Confuſionem extinctæ non reuiuiſcunt.cap.74.n.18. 282

*Congrua.*

Penſio ſeu portio Congrua quid ſit.cap.8.n.1. 29
Iudicis arbitrio remittitur taxatio Congruæ penſionis.n.2. ibid.
Quis teneatur ad ſoluendam Vicario Parochialis Eccleſiæ portionem Congruam.n.4. ibid.
Tradita per authorem *in quæſtion. benefic.p.1.cap.58.* explicantur. ibid.n.3. 29
De materia Congruæ portionis benè agit D.Ludouic. Bellus in locis ibi citatis. n.6. ibid.
Congrua portio non competit ſecundariis neque Vicariis amouibilibus.n.7. ibid.



Laïcus qui ex priuilegio percipit decimas tenetur ad præſtationem portionis congruæ. In Gallia tamen non tenetur niſi in ſubſidium. cap.8. n.8. p.30
Congrua portio debet eſſe immunis ab oneribus, decimis & collectis, tam de iure communi quàm ex vſu tribunalium Galliæ.n.9. ibid.
Diminutis fructibus beneficij, vtrum Rector teneatur ad congruam.n.10. ibid.
Rector qui non habet reditus ad propriam ſuſtentationem idoneos non tenetur ad congruam. num.12. ibid.
Quod tamen vtrum verum ſit diſputatur. n.13. ibid.
Sed ſi reditus beneficij non ſufficiant Rectorem non teneri concluditur.n.14. ibid.
Et refertur conſtitutio Sacri Concilij Tridentini. n.15. ibid.
Quando reditus non ſufficiunt pro Rectore onus Congruæ portionis ſpectat ad Parochianos. c.8. num.16. 30
Vicarij perpetui non ſoluunt annatam ex ſua Congrua portione. cap. 10.n.18. 36
Tenuitas Congruæ portionis probatur ex depoſitione illius, qui in concurſu ad parochialem electus illam propter inſufficientiam redituum noluit acceptare. cap.55.n.11. 214
In Eccleſiis parochialibus locus eſt reductioni penſionis ſi Rectori non remaneant alimenta ſufficientia. cap.58.n.22. 227

*Coniugatus.*

Clerici Coniugati penſionum capaces non ſunt. cap.33.n.12.121.& cap.75.n.1. 285
Intellige vt Coniugati dicantur quando contraxerunt Matrimonium, per verba de præſenti quia non ſufficeret quod fuiſſet contractum per verba de futuro. n.2. ibid.
Status Coniugalis eſt incompatibilis cum acceſſibus & regreſſibus.ibid.n.11. 286
*Conſecratio*, vide *infrà* poſt dictionem, *Conſuetudo.*

*Conſenſus, Conſentiens.*

Primus Conſenſus præſtitus tempore ſupplicationis habet tacitam conditionem dummodo transferens penſionem vel reſignans, in eadem voluntate permanſerit. cap.29.n.11. 105
Hodie non fit expeditio niſi præſtito conſenſu in Cancellaria. n.14. ibid.
Et ibidem de materia conſenſus remiſſiuè.
Conſenſus illius qui beneficium obtinet requiritur ad hoc vt ſuper eo penſio imponatur de poteſtate Pontificis ordinaria. cap.41. n.1. 145
Secus de poteſtate abſoluta.n.2. ibid.
Solus Partium Conſenſus non ſufficit ad impoſitionem penſionis ſuper beneficio, ſed vlterius requiritur quod poſt Conſenſum interueniat authoritas Sedis Apoſtolicæ.ibid.n.6. 146
Conſenſus cauſalis & formalis quomodo inter ſe differant.n.7. ibid.
Conſenſus formalis ſolam gratiæ executionem reſpicit.ibid.n.8. 147
Regulæ de Conſenſibus Papa derogare poteſt. n.9. ibid.
Paruus Conſenſus quid ſit, quis illius effectus, & quæ praxis. n.12. ibid.
Poſt paruum Conſenſum & paruam datam, licita eſt pœnitentia reſignantis. cap.41. num.13. ibid.
Ampliatur vt etiam hoc caſu pœnitentiæ locus ſit poſt ſolutam Datario compoſitionem. num.14. ibid.
Paruus Conſenſus remittitur per Datarium ipſis partibus.n.15. ibid.
Quomodo olim procederetur circa paruum Conſenſum. ibid. n.17. 147
Conſenſus paruus ſi non fuerit præſtitus ante Literarum expeditionem ille qui deſcribitur in dorſo Literarum ex Conſenſu cauſali efficitur formalis.n.18. ibid.
Conſenſus impoſitioni penſionis præſtitus per eum qui nullum ius habet in beneficio non nocet vero titulari. n.20. ibid.
Conſenſus præſtitus impoſitioni penſionis ſub beneplacito Sanctiſſimi reuocari poteſt antequam beneplacitum Apoſtolicum obtineatur. ibid. num.21. 148
Conſenſum poſt obitum conſtituentis procurator præſtare poteſt, quando ipſo viuente cœperat exequi mandatum.eod. cap.n.22. ibid.
Quæ ſit differentia inter Conſenſum procuratoris in reſignatione vel reſeruatione præſtitum, & in illius tranſlatione.n.23. ibid.
Si ſupplicatio fuerit ſubſcripta viuente reſignante procurator poſt illius obitum Conſenſum præſtare poteſt.n.24. ibid.
Quando principalis eſt præſens in curia vtrum Conſenſus præſtari poſſit per procuratorem. num.25. ibid.
Conſenſus deſcriptio in tergo Literarum non operatur quando aliunde conſtat de inſufficientia mandati.ibid.n.30. 149
Conſenſus cauſalis debet iuſtificari cum ſit pars gratiæ. n.33. ibid.
Conſenſus cauſalis ſufficit quod vndequaque probetur.n.34. ibid.
Conſenſus conditionales non admittuntur in Cancellaria.n.37. ibid.
Conſenſus penſioni præſtitus intuitu laborum penſionarij, ita vt tranſeat ad ſucceſſores non valet niſi hoc expreſſum fuerit Summo Pontifici. n.38. ibid.
Refertur regula Cancellariæ de Conſenſibus. ibid. num. 39. 150
Conſenſus penſionarij non poteſt reconualidare penſiones quas penſionarius per ſententiam adiudicatoriam regreſſus amiſiſſe cenſetur. cap.47. num.25. 175
Intellige vt hoc procedat quando ſententia tranſiuit in iudicatum ſecus eſt, ſi fuerit ſuſpenſa per appellationem. n.26. ibid.
Conſentiens reſeruationi penſionis cenſetur conſenſiſſe ſub conditione quæ appoſita eſt in reſcripto.cap.14.num.13. p.47. & cap.55. num.7. p.213
Quomodo differant proceſſuræ quæ fiunt contra Conſentientem penſioni ab iis quæ fiunt contra non Conſentientem. cap.49.n.17. 181

*Conſolidatio.*

Si quis aſſequatur Epiſcopatum ſuper quu penſionem habet, illa per Conſolidationem extinguitur. cap.74.n.9. 281
Qui penſionem per Conſolidationem amiſit, vtrum dimiſſo beneficio quod erat penſione grauatum, recuperet illam penſionem antea per confuſionem extinctam,n.13. ibid.

*Conſuetudo.*

Conſuetudo attendenda eſt illius loci, in quo actu ducit originem.cap.40.n.3. 142

# Index Rerum Notabilium.


Conſtitutum Clericis ſæcularibus non dicitur beneficium, niſi hoc probetur per titulum, vel per legitimam præſcriptionem. cap. 64. num.19. p.250

*Conſecratio.*

Intra quod tempus conſecrationem Epiſcopi obtinere teneantur.cap.73.n.3. 277
Per adeptionem Epiſcopatus ſequuta conſecratione penſiones extingui indubitatum eſt. cap.73. num.14. ibid.
Sed vtrum vltra conſecrationem requiratur adeptio poſſeſſionis Epiſcopatus ad hoc, vt Epiſcopus amittat penſiones Rota dubitauit.n.15. ibid.
Tempus obtinendi diſpenſationem non prorogatur Epiſcopis vltra ſex menſes, computato primo trimeſtri.cap.73.n.23. 278

*Conſiſtorialia.*

In beneficiis Conſiſtorialibus præſumitur quod Papa bene fuerit informatus de valore, & quod voluerit derogare diſpoſitioni Concilij. cap.14. num.32. 49

*Conſtitutio.*

Conſtitutio Pij V. de non promouendis iis qui non habent reditus ſufficientes ad viuendum niſi Religionem ingredi velint, licèt loquatur de Ordinariis tamen locum etiam habet in prouiſionibus factis in Curia. capite 58. numero 11. p.226

*Contumax.*

Contra contumacem in comparendo datur Aggrauatoria.cap.49.n.29. 185
Et ibidem oſtenditur quomodo in praxi ſit procedendum;numeris ſequentibus.

*Contribuere.*

Multi exiſtimant penſionarium teneri contribuere ad onera beneficij quando penſio fuit impoſita per modum quotæ non autem ſi per modum quantitatis.cap.6.n.1. 21
Sed contraria ſententia verior eſt, vt ſcilicet penſionarius concurrat pro rata, ſiue penſio reſeruata ſit in quota, ſiue in quantitate. ibid. num.2. 22
Ad decimas Papales vel Regias penſionarius Regulariter Contribuit pro rata. cap. 6. num. 3. ibid.
Multi tamen DD. perſiſtunt in illa diſtinctione penſionis in quota, vel in quantitate.num.4. ibid.
Penſionarius non tenetur Contribuere ad expenſas viſitationis Epiſcopi.cap.6.n.12. ibid.
Si onus reſpiciat Eccleſiam, penſionarius, pro rata Contribuit,ſecus ſi reſpiciat perſonam illius qui poſſidet beneficium. cap.6.n.13. 22
Circa expenſas factas pro reformatione Abbatiæ, penſionarius non tenetur ad Contributionem. cap.6.n.14. ibid.
Vtrum ad reparationem Eccleſiæ penſionarius teneatur pro rata Contribuere. cap.6. num. 15. ibid.
Penſionarius ad decimas impoſitas de facto vtrum teneatur pro rata Contribuere Reſoluitur affirmatiuè.cap.6.n.17. ibid.
Penſionarius pro rata Contribuit ad ſolutionem annatæ.cap.10.n.24. 36

*Contradictarum audientia.*

Auditor Cameræ contra beneficiarium aut illius fideiuſſores abſentes obligatos obligatione Camerali procedere poteſt per audientiam Contradictarum.cap.49.n.4. 180

*Conuentio.*

Conuentio præcedens inter titularem & penſionarium de reſtituendo pecunias ſolutas, & ſic ſolutionem eſſe ſimulatam, probatur per præſumptiones & coniecturas. cap. 3. numero 34. p.12.
Penſio in vim Conuentionis præcedentis reſeruata non valet ſi fiat authoritate Epiſcopi, ſecus ſi Summi Pontificis Authoritas interuenerit. c. 1. num.20. 4
Vide in dictione *Promiſſio.*

*Creditores.*

Poſſunt Creditores ad Datariam recurrere ad impediendam penſionis extinctionem. cap.21. n.28. p.74
An & quomodo cogantur capere in ſolutum bona debitoris. cap.38. n.14. 137

*Copia.*

Copiam copiæ vel tranſumptum tranſumpti Literarum coram executore producere non ſufficit. cap.28.n.28. 102

*Culpa.*

Culpa impetrantis beneficium non nocet tertiò penſionem obtinenti, quando agitur de vacatione beneficij per obitum. cap. 62. num. 21. p.243
Culpa reſignatarij non debet nocere reſignanti,qui ſibi penſionem retinuit.cap.62.n.25. 244
Quamuis nulla interuenerit titularis, ſed ſolus caſus fortuitus, ſi tamen ſe obligauerit in forma Cameræ tenetur ſoluere penſionem, nec auditur petens reductionem.cap.58.n.37. 229

*Cultus diuinus.*

Non minuitur Cultus diuinus, ex eo quod illi qui fructus abſentium percipiunt ſoluant penſiones, aut illorum qui ſuſpenſi ſunt fructus acquirunt. Idem de diſtributionibus dicendum. cap. 42. num.29. 154

D

*Data.*

SI eodem tempore, & ſub eadem Data conceſſæ fuerint duæ penſiones incompatibiles neutra illarum ſubſiſtit. cap.23.n.21. 82

*Decima.*

Ad Decimas Papales vtrum penſionarius pro ſua rata concurrere debeat. cap.6.n.16. 22
Vtrum & quibus in caſibus penſionarius ad decimam Regi debitam concurrere debeat, & ſi ſoluerit vtrum repetere poſſit. cap. 6. numero 36. p.24
Si penſionarius integram Decimam Regi ſoluerit, poteſt repetere.cap.6.n.37. ibid.
In Gallia Penſionarius tenetur ſoluere Decimas Regias non obſtante quacunque exemptione. ibid. num.39. 25
Religioſi Monaſteriorum reformatorum tenentur etiam ad decimas Regias contribuere pro penſionibus, quas ſibi non reformati perſoluunt. cap.6.n.40. ibid.
Permutatio beneficij cum decimis fieri non poteſt, quamuis decimæ ſint ſpirituales. cap. 16. n.25. p.54
Explicatur text. *in cap. ad quæſtiones, de rerum permut.* n.18. ibid.

*Declaratio.*

Sacræ Congregationis declarationes vim legis habent. cap. 33. num.23. 122. & cap. 48. num.22. p.178

*Decretum.*

Non requiritur Decretum magiſtratus in extinctione penſionis, quæ non obtinet locum alimentorum, ſi aliter quam ex conſenſu partium fuerit reſeruata. cap.57.n.24. 223

*Delphinatus.*

Delphinatus Prouincia quomodo & quo tempore fuerit vnita regno Galliæ. cap. 27. n.20. 97

*Demonſtratio.*

Demonſtrationis aut taxationis gratia, fructus beneficij penſione grauati fuerint expreſſi; colligitur ex vnitate vel diſcontinuatione ſermonis. cap.58.n.36. 229

*Depoſitum.*

Actuale depoſitum requiritur ad purgandam moram iam incurſam, non ad incurrendam. cap.38. num.10. 137
Actuale depoſitum ſi ſolutio fieri non poſſit requiritur, nec oblatio ſufficit quando cauſa fuit commiſſa cum Clauſula, *Sine retardatione ſolutionis penſionis.* cap.38.n.11. ibid.
Sed quando ſolutio fieri poteſt, & debet non ſufficit depoſitum.eod.cap.38.n.15. 138
Si penſionarius per ſe, vel per procuratorem non reperiatur in loco deſtinatæ ſolutionis, non ſatisfit Clauſulæ, *Sine retardatione ſolutionis penſionis*, niſi facto actuali depoſito. cap. 38. n.16. ibid.
Ad euitandum ne currat intereſſe conuentionale requiritur ſolutio, & in eius defectum actuale depoſitum.ibid.n.18. 138
Si ſolutio ob aliquod impedimentum fieri non poſſit, actualis ſolutionis loco fieri debet depoſitum in pecunia numerata. cap. 38. n.20. ibid.

*Derogatio.*

Derogatio iuris nominandi requirit ſpecialem expreſſionem, quando ius illud competit de iure communi. cap.9.n.9. 32
Derogatio difficilior eſt contra illud, quod alicui competit de iure communi. ibid.n.11. 33
In quacunque derogatione ſtricta fieri debet interpretatio.n.13. ibid.

*Diligentia.*

Penſionarius tenetur quidem adhibere Diligentiam in exigendo ita tamen,vt nec acerbus, nec inhoneſtus videatur. cap.11.n.5. 37
Succeſſor in beneficio liberatur à ſolutione penſionis ſi per penſionarium non fuerit adhibita diligentia in exigendo, & ideò primus beneficij poſſeſſor factus fuerit non ſoluendo. cap.11.n.6. ibid.
Diligentiam quæ futura eſſet inutilis penſionarius non tenetur adhibere.cap.11.n.7. 38
Titularis non excuſatur à ſolutione penſionis,ſi non vſus fuerit debita Diligentia ad obtinendam beneficij fruitionem.cap.13.n.4. 42





Diligentiæ factæ contra procuratorem anteceſſoris, non ſuffragantur penſionario volenti agere contra ſucceſſorem in beneficia. cap. 20. num. 12. 66
Qui dicit factas fuiſſe diligentias, illud probare tenetur. cap.20.n.25. 67
Quomodo conſtare debeat de Diligentiis, & de quibus. cap.20.num.26. ibid. & cap.11. num.3. p.37
Diligentiæ probandæ ſunt etiamſi agatur ad regreſſum contra ſucceſſorem. cap.20. num. 32. p.68

*Diminutio.*

Penſionis Diminutio, vtrum fieri debeat in præiudicium illius qui ſub penſione reſignauit, ſi fructus beneficij fuerint notabiliter diminuti. cap. 58. num. 17. 227. & vide cap. 17. num.38. p.59

*Diſmembratio.*

Diſmembratio fructuum beneficij, & Diſmembratio titulorum quomodo inter ſe differant.cap.23. num.19. 82
Quando fit Diſmembratio titulorum, & penſio non fuit impoſita cum Clauſula, *in ſolidum*, quilibet ex poſſeſſionibus conueniri poteſt, duntaxat pro rata fructuum beneficij. cap. 23. n.20. ibid.

*Diſpenſatio.*

Diſpenſare poteſt Epiſcopus ſuper defectu natalium ad minores Ordines, ex quacunque cauſa defectus proueniat.cap.31.n.13. 113
Diſpenſatio Epiſcopi ad minores Ordines porrigit vires ad alienam Dioceſim, ſi ad minores Ordines facta ſit. cap.31.n.14. ibid.
Solus Papa Diſpenſat illegitimum ad maiores Ordines necnon ad beneficia curata,& ad dignitates Eccleſiaſticas.cap.31.n.15. ibid.
Facultas Diſpenſandi fauorabilis eſt, & latiſſimè interpretanda. cap.43.n.1. 156
Mandatum de Diſpenſando Monachos extenditur, vt ex eo Abbas poſſit Diſpenſari.n.2. ibid.
In facultate Diſpenſandi locum habet argumentum à maiori ad minus. cap.43. n.4 ibid.
Non tamen in ipſa Diſpenſatione.n.6. ibid.
Facultas Diſpenſandi, ſed non ipſa Diſpenſatio incerto gradu affinitatis illum comprehendit duplicatum. cap.43.n.5. ibid.
Diſpenſatus ad percipiendas diſtributiones non cenſetur Diſpenſatus ad anniuerſaria. num. 7. ibid.
Diſpenſatus ſuper ætate ad obtinendum Canonicatum non cenſetur Diſpenſatus ad dandum votum in capitulo n.8. ibid.
Diſpenſatus ad ſuſcipiendos ſacros Ordines, non cenſetur Diſpenſatus ad obtinenda beneficia curata.eod.cap.n.9. ibid.
Diſpenſatus ad obtinenda plura beneficia, non cenſetur Diſpenſatus ad illa retinenda. cap. 43. num.10. ibid.
Diſpenſatio facta illegitimo reſpicit perſonam, ſed non beneficium.ibid.n.12. 156
Diſpenſatio illegitima ad obtinenda beneficia, non finitur in primo, ſed locum etiam habet in ſecundo, niſi limitata eſſet ad certum beneficium, quo caſu nec etiam extenditur ad penſionem. num.13. ibid.
Si tamen quis fuerit Diſpenſatus ad certum beneficium, poteſt illud reſignare reſeruata penſione. dict.cap.43.n.14. 157

Ex ſtylo Curiæ quidam aſſerunt in diſpenſatione ad beneficia, non contineri penſiones. num.15. ibid.
Qui ſtylus procedit de rigore ſecus de æquitate, & ex præſumpta mente Papæ.n.16. ibid.
Quid ſi Diſpenſatio loquatur de quibuſcunque beneficiis, & ſuper hoc examinantur, quæ dicit Gigas *de penſion. quæſt.* 18. & 19. ibid. n.17. p.157
Diſpenſatus ad Clericatum cenſetur Diſpenſatus ad obtinendas penſiones. n.18. ibid.
Illegitimus Diſpenſatus ad dignitates non cenſetur Diſpenſatus ad beneficia. dicto cap.43. num.19. ibid.
Diſpenſatio ad beneficia infert de neceſſitate Diſpenſationem ad Clericatum. ibid. n.22. 158
Diſpenſatio comprehendit omnia quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam. cap.43. n.23. ibid. & cap.78. n.23. 301
Diſpenſatus ad plura beneficia ſimul obtinenda ſi requirant reſidentiam cenſetur Diſpenſatus à reſidentia in altero ipſorum. cap.43. num.24.158. & cap.78.n.24. 301
Minor Diſpenſatus ad obtinendum beneficium parochiale cenſetur Diſpenſatus, vt non teneatur intra annum ad Sacerdotium promoueri. ibid. n.25.158.& cap.78.n.26. 301
Diſpenſatus à reſidentia cenſetur Diſpenſatus, vt intra tempus requiſitum fidei profeſſionem emittere non teneatur. dicto cap.43. n. 26. 158. & cap.78. n.25. 301
Epiſcopi non poſſunt Diſpenſare in quarto conſanguinitatis gradu, poſſunt tamen ex magna neceſſitate.cap.78.n.19. ibid.
Intellige iuxta Garſiæ ſententiam dummodo talis ſit neceſſitas, quæ publicam vtilitatem reſpiciat. num.20. ibid.
Papa Diſpenſat cum bigamis quoad penſiones. num.21. ibid.
Papa Diſpenſans bigamum ſuper penſionibus, cenſetur tacitè illum Diſpenſare ſuper Clericatu. num.22. ibid.
Diſpenſatio ſuper Matrimonio infert prolis legitimationem. ibid.n.27. 301
Fauorabilior eſt Diſpenſatio conceſſa ante Matrimonium ad penſiones obtinendas, illâ quæ ſequitur Matrimonium.n.28. ibid.
Quamuis ſufficiat illa quæ poſt contractum Matrimonium conceſſa eſt.n.29. 302
Qui fuit Diſpenſatus ad penſiones obtinendas, poteſt etiam validè aſſequi tranſlatas. cap.78.n.32. ibid.
Diſpenſatio ad penſiones obtinendas non obſtante Matrimonio intelligitur, de primo nec extenditur ad ſecundum. cap.78.n.38. 302
Fallit niſi Diſpenſatio fuerit conceſſa per verba ampliſſima. n.39. ibid.

*Diſtributiones.*

Fructus qui Diſtribuuntur in fine anni, non ſunt propriè Diſtributiones.cap.10.n.9. 35
Sub nomine Diſtributionum quotidianarum qui fructus propriè contineantur. n.11. ibid.
Papa ex gratia penſiones ſuper Diſtributionibus quotidianis imponere poteſt.n.12. ibid.
Super Diſtributionibus quotidianis Regulariter penſiones non debent imponi. cap. 42. num.1. p.151
Diſtributiones quotidianæ non continentur, ſub nomine fructuum beneficij niſi impropriè. n.2. ibid.
De quotidianis Diſtributionibus non ſoluitur annata. cap.42.n.3. ibid.
Indultum de prouidendo de beneficiis, vſque ad certum ſummam non comprehendit quotidianas Diſtributiones, quæ in illa ſumma non computantur.n.4. ibid.
Qui profeſſionem fidei non emiſit non lucratur fructus, ſed tamen lucratur Diſtributiones quotidianas. n.5. ibid.
Quod limitatur. n.8. ibid.
Condemnatus ad reſtitutionem fructuum non cenceturcondemnatus ad Diſtributiones quotidianas.n.6. ibid.
Quod tamen limitatur, vt non procedat quando omnes reditus conſiſtunt in Diſtributionibus quotidianis. n.7. ibid.
Facultas transferendi penſiones conſiſtentes in quibuſcunque fructibus, reditibus & prouentibus non comprehendit illas quæ conſiſtunt in Diſtributionibus quotidianis. n.9. ibid.
Portio illa quæ ex diſpoſitione Concilij applicatur Diſtributionibus non ſubiacet ſolutioni penſionum nec aliis oneribus.ibid.n.10. 152
Intellige quod prius deducantur penſiones impoſitæ tempore ſeparationis huius tertiæ partis, ſed de nouo impoſitæ, iſtam tertiam partem minimè comprehendant.n.11. ibid.
Papa ſuper Diſtributionibus quotidianis penſiones imponere poteſt. n. 12. ibid. & cap. 10. num.12. p.35
Diſtributiones quotidianæ non obligantur ad ſoluendam penſionem, ſi de illis facta non fuerit expreſſa mentio niſi in ſubſidium. c.42.num.13. p.152
Si penſio fuerit impoſita ſuper quibuſcunque reditibus, & prouentibus ac emolumentis, vtrum Diſtributiones quotidianæ comprehendantur. num.14. ibid.
Diſtributiones quotidianæ non continentur appellatione fructuum & redituum. n.15. ibid.
Quid de nomine emolumentorum.n.18.
Et de nomine obuentionum.n.17.
Quid de dictione prouentum.n.16.
Quid ex ſtylo Curiæ.n.19. 153
Vtrum priuilegium Diſtributionum competat illis reditibus communibus qui in fine anni diſtribuuntur.n.21. ibid.
Qui Diſtributiones lucrantur, tenentur pro rata ad penſionis ſolutionem.ibid.n.27. 154

*Diuerſitas.*

Diuerſitas ſummæ ſi adſit in penſionis reſeruatione & in illius tranſlatione, quomodo tranſlatio ſubſiſtat. cap.53.n.10. 206

*Diuiſio.*

De materia Diuiſionis beneficiorum qui tractent remiſſiuè. cap.5.n.6. 17

*Do vt des.*

Contractus *Do vt des*, non eſt licitus in beneficialibus etiam ſi detur ſpirituale pro ſpirituali. c.18. num.2. 60

*Doctor.*

Doctori per ignorantiam facti decepto ſuccurritur. cap.46.n.19. 171
Qui Doctoratus gradum in vna vniuerſitate capere iurauit, poteſt illum capere in alia ſub nouo examine.cap.75.n.20. 287

*Dom[illegible]*

Si Domus habitationem nepos patruo, poſt beneficij reſignationem per eum factam concedat, non eſt Simonia, ſi hoc non fuerit factum in vim præcedentis conuentionis. cap. 18.num.8. p.61

*Donatio.*

Donatio non inſinuata non annullatur in totum, ſed eſt valida vſque ad concurrentiam ſummæ in qua non requiritur inſinuatio. cap.32.num.5. p.118
Donator poteſt regredi ad bona donata, & illorum dominium conſequi ſi ſibi alimenta reſeruata, & præmiſſa non præſtentur.cap.45.n.3. 163

*Dotatio.*

In alterius Eccleſiæ Dotationem Epiſcopus poteſt quinquageſimam, & quandoque ſolum centeſimam redituum ſuæ Eccleſiæ portionem conuertere.cap.65.n.9. 253
Intellige hoc procedere quando agitur de Eccleſia nondum conſtructa. cap.65.n.10. ibid.
Quod tamen Prælatis inferioribus non eſt permiſſum. num. 11. ibid. Vbi etiam deciditur vtrum in hac redituum conuerſio ſit neceſſario adhibendus conſenſus Capituli.

*Ducati.*

Ducati intelligendi ſunt de illis quorum in ſupplicatione facta fuit expreſſa mentio. cap. 14. num.29. 48
Quando penſio fuit reſeruata in Ducatis de Camera, loco vnius Ducati ſufficit ſoluere vnum ſcutum aureum cum vno Iulio. cap. 40. num.1. p.141
Valor Ducati attendendus eſt, prout æſtimatur,& obſeruatur Romæ. ibid.n.2. 142
Si penſionis reſeruatio fiat in Ducatis, nec adiiciantur illa verba, *De Camera*, ſolutio vtrum fieri debeat iuxta valorem Ducati in loco vbi ſitum eſt beneficium deputatum. n.6. & 7. ibid.
Hodie Ducati de Camera pro eodem ſumuntur cum Florenis, paruorum Turonenſium dum agitur de Literis Apoſtolicis.cap.40. num.36.145. vide in dictione *Floreni.*

E

*Eccleſia.*

QVando agitur de iuribus Eccleſiæ Rector quamuis non exegerit penſionem, tamen poteſt intentare poſſeſſorium nomine ſuæ Eccleſiæ, quia Eccleſia ſemper poſſidet. cap. 50. n.23.& 25. 191
Intellige ſi eius prædeceſſores exegerunt. dicto num.25. ibid.

*Electio.*

Electio perſonæ incertæ, de certis poteſt teſtamento committi. cap.30.n.2. 108

*Emphyteuta.*

Emphyteuta non cadit in commiſſum niſi volente Domino directo. cap.45.n.17. 164
Emphyteuta dum expellitur debet ſoluere totius temporis penſionem. cap.47.n.2. 173

*Enormia.*

Qui monitus ab Enormibus non abſtinet, etiam penſionibus priuari poteſt. cap.77. num. 15. p.295
Priuilegium Clericatus amittit qui monitus non non abſtinet ab Enormibus. cap. 77. num.16. ibid.

*Epiſcopus.*

Epiſcopatum aſſumens in partibus Infidelium non amittit penſiones. cap.74.n.22. 283
Et illas obtinere poteſt.n.26. ibid.
Epiſcopi ſine licentia Papæ penſiones obtinere non poſſunt. n.23. ibid.
Niſi ſint in partibus infidelium. cap.74.num.26. ibid.
Per promotionem ad Epiſcopatum beneficia vacant, & penſiones extinguuntur.cap.73.n.1.276. & cap.31. n.32. 115
Poſt conſecrationem beneficia Epiſcopi vacant, ex iuris communis diſpoſitione. cap. 73. num. 2. 276.
Sicut & penſiones. num. 5. & num. 10. in fine. p.277
Quamuis alij contrariam amplectantur ſententiam, nempe penſiones ſecundùm ius commune non extingui.n.6. ibid.
Epiſcopi poſt conſecrationem habentur tanquam Monachi quoad Papam. cap.74.n.24. 283
Sufficit tamen quod narretur Pontifici impetrantem eſſe Epiſcopum.n.25. ibid.
Quæ ſint iuſtæ cauſæ propter quas Epiſcopis penſiones conceduntur.n.27. ibid.
Epiſcopatus non vacat per adeptionem aliorum beneficiorum, & quomodo hoc procedat.num.28. ibid.
Epiſcopus electus, & non confirmatus, penſiones non amittit.ibid.n.29. 284
Epiſcopus penſionem iuſta de cauſa ſuper beneficiis imponere poteſt, reprobata contraria ſententia.cap.1.n.1.& 6. 2
Cauſæ multæ ſunt veluti paupertas ſtudentis etiam proprij nepotis reprobata etiam contraria ſententia.cap.1.n.3.& 4. ibid.
Epiſcopus propter vtilitatem Eccleſiæ moueri poteſt ad aſſignandam alicui penſionem.cap.1.n.5. ibid.
Pluribus aliis de cauſis Epiſcopus penſionem reſeruare poteſt,quæ recenſentur. n.7. ibid.
Epiſcopus penſionem reſeruare non poteſt niſi in ipſo collationis actu.cap.1.n.14. 3
Reſignans coram Epiſcopo non poteſt loqui de penſione, ſed illa debet aſſignari motu proprio quod ſecùs eſt in Legato Auenionenſi ex facultatibus. cap. 1. num.18. pag. 4. vide ſub nomine *Cauſa.*

*Equites.*

In penſionibus impoſitis ſuper præceptoriis Equitum Ordinis ſancti Ioannis Hieroſolymitani, penſionarius non tenetur contribuere ad onera Ordinis, ſi Papa illum exemptum eſſe voluerit cum Clauſulis ampliſſimis. cap.6.n.23. 23
Religio Melitenſis tenetur ſoluere penſiones currentes tempore vacantis & mortuarij.cap.6.n.26. ibid.
Cœtera vide in verbo *Melitenſes.*

*Expulſi.*

Prælati aut alij Rectores Expulſi à beneficiis debent, penſiones ſuper illis habere ne fame pereant. cap.7.n.1. 26

*Excommunicatio.*

Clerico Excommunicato, vtrum dari debeat ſubuentio ſuper fructibus ſui beneficij. cap. 7. n.3. ibid.
Et hac in re quæ ſit differentia inter Clericum Excommunicatum, & depoſitum. ibid. n.4. p. 27

Excommunicatus excommunicatione maiori non lucratur fructus ſui beneficij, etiamſi excommunicatio eſſet occulta.cap.7.n.8. ibid.

Et hoc caſu talis Excommunicatus etiam penſionum Eccleſiaſticarum emolumentis priuandus eſt.n.9. ibid.

Pœna priuationis penſionum, & fructuum venit in conſequentiam ſententiæ Excommunicationis, quamuis de hoc nihil in ſententia dictum fuerit. num.10. ibid.

Excommunicato in contumaciam non debetur penſio loco alimentorum, quia impedimentum tollere poteſt comparendo.cap.7. n.12. 27

Excommunicati ſunt beneficiorum incapaces.c.67. num.1. 258

Et eodem modo ſunt penſionum incapaces.n.2. ibid.

Cum Excommunicatis communicare non licet. cap.67.n.3. ibid.

Excommunicati ſunt incapaces percipiendi quoſcunque fructus Eccleſiaſticos. cap. 67. num.4. p.258

Abſolutio poſt conceſſionem penſionis obtenta non ſuffragatur.eod.cap.n.5. ibid.

Excommunicatum etiam volente parte Iudex in iudicio admittere non poteſt. cap. 67. num.7. ibid.

Et repellitur tam in iudicio petitorio quàm poſſeſſorio. n.6. ibid.

Excommunicatus propter recurſum ad Iudices ſæculares in cauſa Eccleſiaſtica interpoſitum repellitur etiam in iudicio manutentionis. cap.67. num.8. 258

Excommunicatus licèt agere non poſſit, tamen poteſt excipere, & ſe defendere. cap. 67. num. 9. ibid.

*Error.*

Error in nomine præbendarum vitiat tranſlationem niſi aliter conſtet de mente Papæ. cap.29. num.27.& 28. 107

*Euictio.*

Euicto beneficio onus penſionis ſpectat ad euincentem contra ius vltimi titularis, ſecus ſi Euictio fuerit reuocata.cap.13.n.28. 44

Si lite intra duos menſes, mota ſecundum beneficium Euincatur datur regreſſus ad primum. cap.46. n.30. 171

De Euictione beneficiorum permutatorum. c. 46. num.31. 172

*Examen.*

Qui pro alio ſe ſupponit Examini ad hoc vt prouiſus penſionem ſibi dari conſentiat, punibilem committit confidentiam. cap.26.n.11.. 92

Imò etiamſi nihil ſibi reſeruet, & hoc caſu quibus pœnis afficiatur. n.12. ibid.

Si examinatus procuret ſibi conferri beneficium, vt illud poſt modicum temporis interuallum alteri remittat, punitur pœnis confidentiæ. cap.26.n.13. ibid.

*Exceptio.*

Exceptio congruæ ſuſtentationis non admittitur in penſione quam poſſeſſor beneficij poſſidet proprio nomine, ſecùs eſt ſi debeat ex ceſſione ſui anteceſſoris.cap.20.n.28. 67

Exceptio admittitur aduerſus penſionis petitionem ſi ſit legitima quamuis in conceſſione adſit Clauſula, quod de nullitate opponi non poſſit. cap.48.n.3. 177

Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur in poſſeſſorio ſummario, ſed remittuntur ad plenarium, vel ad petitorium. cap.51. num.1. 198

Exceptio nullitatis penſionis non admittitur in iudicio poſſeſſorio.n.2. ibid.

Exceptio rei iudicatæ,non impedit manutentionem penſionarij in quaſi poſſeſſione exigendi,ſi cauſa reſtitutionis in integrum fuerit commiſſa donec iudicium reſtitutionis fuerit terminatum. num.3. ibid.

Exceptio non expreſſi veri valoris beneficij quamuis prolata in prima inſtantia non impedit manutentionem penſionarij, qui ab illa ſententia appellauit. n.4. ibid.

Exceptio extinctionis penſionis ſi non ſit clara, non impedit manutentionem. cap. 51. num. 5. p.199

Exceptio profeſſionis penſionarij, in aliquo Ordine Religioſo non dicitur clara ad impediendam illius manutentionem in quaſi poſſeſſione exigendi.n.6. ibid.

Exceptio reſultans ex ipſis literis reſeruationis penſionis, vtpotè ſi dictum fuerit quod ipſa ceſſet, & extinguatur per adeptionem Parochialis, impedit manutentionem ſi de illa adeptione conſtet in promptu.n.7. ibid.

Extinctionis per ſententiam declaratæ Exceptio, non retardat executionem, ſi illa ſententia lata fuerit in vim depoſitionis teſtium, & ab illa fuerit appellatum.n.8. ibid.

Exceptio compenſationis aduerſus penſionarium agentem vigore obligationis Cameralis ſi ſit liquida admittenda eſt. cap.51. n.24.

Et ſi de ea clarè & liquidò conſtet, admittenda eſt etiam in ſummariſſimo poſſeſſorio. ibid. num.25. 200

Exceptio non iuris penſionarij quibus in caſibus admittatur.cap.52.n.1. & 2. 202

Exceptio nullitatis penſionis procedere poteſt, ex eo quod qui penſioni conſenſit habebat, aliud beneficium incompatibile.n.4. ibid.

Exceptio non iuris non impedit manutentionem, niſi de ea conſtet per confeſſionem, vel per rem iudicatam.n.3. ibid.

Exceptio non iuris Titularis, quando ſit admittenda, & quæ ſit differentia inter hanc exceptionem, & eam quæ opponitur de non iure Penſionarij.cap.53.n.5. 206

Exceptiones quæ ex ſola productione Literarum reſultant ſunt admiſſibiles. cap.56.n.5. 217

Si Exceptio reſultet ex ipſa actione, reus non tenetur illam opponere.n.6. & 8. ibid.

Exceptio quæ oritur ex ventre ſententiæ impedit illius executionem quamuis requirat altiorem indaginem.n.9. ibid.

Exceptio quæ oritur ex eodem inſtrumento admittenda eſt in quocunque iudicio. numero 10. ibidem.

Intellige, vt cap.82.num.35.

Exceptio defectus conditionis appoſitæ in ipſa gratia, dicitur oriri ex ventre gratiæ. ibid.n.11. p.217

Exceptio quæ oritur ex ventre Literarum non impedit quin commiſſio detur cum Clauſula, *Sine retardatione ſolutionis penſionis*, quando penſionarius eſt in quaſi poſſeſſione exigendi. cap.80. num.35. 310

Maximè quando exceptio deſumit fundamentum à probationibus aduerſarij. n.36. ibid.





*Exceſſus.*

Si in penſione reſeruata adſit Exceſſus Titularis poteſt ſe iuuare diſpoſitione Concilij Tridentini. cap.14.n.27. 48

Quod tamen locum non habet quando Exceſſus factus eſt ex certa ſcientia Summi Pontificis. num.30. ibid.

Si Papa maiorem penſionem reſeruauerit præſumitur, id facilius facturus fuiſſe in minori ſumma non excedente maiorem.cap.15.n.2. 50

Qui conſenſit penſioni exceſſiuæ ſibi imputare debet & conqueri non poteſt. cap.58. n.13. 226

Reſignatarius non poteſt impugnare penſionem de exceſſu in beneficiis, quibus cura animarum non imminet. cap.58.n.32. 228

Quid dicendum ſit de Tertio, qui penſioni non conſenſit.n.33. ibid.

*Excuſſio.*

Excuſſionis beneficium competit fideiuſſori, & Conſtitutori.cap.59.n.27. 234

Beneficium Excuſſionis non competit Mercatori, qui promiſit penſionem per cedulam bancariam. cap.59.n.28. ibid.

Exceptio Excuſſionis multis in tribunalibus non admittitur.cap.59.n.29. ibid.

Si Campſor promiſerit ſoluere quantominus penſionarius conſequi poterit, datur ei excuſſionis beneficium.n.30. ibid.

Et illa exceptio tunc competit campſori in quocunque caſu quia prouenit ex natura rei. n.31. ibid.

*Executio.*

Quæ ſit differentia inter viam executiuam,& mandatum de manutenendo dum agitur de penſionis tranſlatione.cap.28.n.6. 100

Et quæ inter executionem Literarum Apoſtolicarum, & obligationis Cameralis. eodem capite n.10. 101

In tranſlatione pura penſionis datur via executiua, nec retardatur per oppoſitiones aut appellationes.cap.30. n.17. 109

Via executiua non datur penſionis tranſlationi,niſi vigore Literarum Apoſtolicarum. cap. 30. n.18. ibid.

Via Executiua non datur ceſſionario, niſi cedens vel transferens fuerit in quaſi poſſeſſione exigendi.cap.30.n.20. ibid.

Actiones Executiuas pro conſequenda ſolutione penſionis intentare vtilius eſt. cap.48. num.19. p.178

Poſt factam executionem pro penſione authoritate Iudicis à quo ille cui cauſa appellationis commiſſa eſt, executionem annullat ſi malè facta fuerit.cap.80.n.46. 311

Et hoc caſu qua cautela vti debeat appellatus dum videt executionem eſſe nullam. num.47. ibid.

Via Executiua quibus in caſibus competat penſionario pro penſionibus præteritis, & vtrum competat hæredibus illius.cap.51.n.18. 199

*Executor.*

Non obſtante deputatione certi Executoris procedi poteſt coram Iudice Ordinario pro conſequenda ſolutione penſionis.cap.49.n.5. 180

Papa deputando certos Executores pro penſione videtur quodammodo cauſam ad ſe auocare. cap.49.n.7. ibid.

Quando deputatio Executoris facta fuit per Papam motu proprio non poteſt Iudex Ordinarius, aut alius quàm deputatus adiri. cap. 49. num. 8. p.181

Vigore Clauſulæ *cœterum* adiri poteſt alius ſubexecutor, ſi non poſſit Executor deputatus ſuo officio fungi.cap.49.n.9. ibid.

Subexecutor poteſt agere contra bona illius qui penſionis eſt debitor.cap.49.n.12. ibid.

Quidquid dicatur in contrarium.n.11. ibid.

Executor deputari non debet, qui non eſt conſtitutus in dignitate Eccleſiaſtica, & quis dicatur hanc habere qualitatem. ibid.n.13. 181

Si alicui mera Executio committatur non eſt neceſſe quod ſit in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus.cap.49.n.14. ibid.

Tandiu durat poteſtas Executoris quandiu durat gratia, donec fuerit executioni demandata. ibid. num. 23. 184

Executor quamuis ſe incompetentem pronunciet, non poteſt præiudicare penſionario, quod ſecus eſt in delegato.n.22. ibid.

Facultas Executoris non finitur in primo actu quando agitur de negotio reïterabili. c.49.n.24. ibid.

Poſt finitam Executionem ſi contradictor compareat, debet adire Iudicem Ordinarium. cap.49. num.25. 185

Executoris poteſtas non expirat poſt annum quando agitur de actu reïterabili. cap. 49. num. 26. ibid.

Secus eſt ſi agatur de actu reïterabili quamuis Executor nulliter proceſſerit. n.27. ibid.

Executor debet abſtinere ab executione quando comparet contradictor.n.36. ibid.

Si poſt deputatum executorem cauſa commiſſa fuerit alteri Iudici particulari niſi adhibita fuerit Clauſula, *Sine retardatione ſolutionis penſionis.* ibid.n.39.& 40. 186

Executor non poteſt procedere ſine vitio attentatorum poſtquam fuit inhibitus.n.43. ibid.

Poſt Executionem Literę debent reproduci,& quomodo.ibid.n.37. 185

*Executoriales.*

Executoriales conceduntur in iſtis partibus quæ reſpectu vrbis Romæ dicuntur vltramontanæ. cap.49. n.30. 185

Quæ ſit differentia inter Executoriales, & mandata executiua.n.31. ibid.

In Executorialibus qui termini ſeruandi ſint. n.32. ibid.

Lata ſententia declaratoria cenſurarum quomodo procedendum ſit contra contumacem, & non obedientem. n.33. ibid.

Executoriales non conceduntur niſi in cauſis Eccleſiaſticis in quibus proceditur per mandata executiua, & quomodo hoc ſit intelligendum exponitur.n.35. ibid.

*Expenſæ.*

Si debitor penſionis opponat de Expenſis factis pro Eccleſia debet retardari executio facta pro penſione cap.80. n.38. 310

*Expreſſio.*

Exprimi debent penſiones iam impoſitæ ſuper beneficio ne Eccleſia duplici onere prægrauetur. cap.64.n.6. 248

Non tamen illarum expreſſio fieri debet quando agitur de impetratione alicuius beneficij. n.7. ibid.

Reprobata contraria ſententia de qua. num.5. & 11. ibid.

Etiam in prouiſionibus penſionum pro graduatis debent exprimi penſiones iam impoſitæ. eodem cap.64.n.22. 250

Et de illa materia Expreſſionis penſionum. toto cap.64. 248.& ſeqq.

Expreſſio diuerſi corporis non obſtat quando aliunde conſtat de mente concedentis. cap.32.num.9. p.118

*Expromiſſor.*

Expromiſſor quis dicatur, & in quibus differat à fideiuſſore, & conſtitutore. cap. 59. numero 5. p.231.

Expulſus, vide *ſuprà*.

*Expoſiti.*

Vtrum Expoſiti ſint capaces penſionum, deciſ.87. in fine operis.

*Extinctio.*

Extinctio penſionis vtrum fieri poſſit, ſine authoritate ſedis Apoſtolicæ. cap. 17. num. 25. & 26. p.58

Extinctio penſionis facta per eum qui debitis oneratus eſt, videtur habere aliquid fraudis. cap.21. num.26. 74

Ad impediendam Extinctionem penſionis, creditores recurrere poſſunt ad Datariam. cap.21.n.28. ibid.

Poteſt tamen ex ſtylo Curiæ fieri Extinctio quamuis illa noceret creditoribus. num. 27. ibid.

Extinctio penſionis gratuita, nullo recepto pretio fieri poteſt abſque facto Datariæ.cap. 21. n. 29. p.74.

Sed tamen hæc maiorem habet fraudis ſuſpicionem.n.30. ibid.

Poſt penſionis extinctionem penſionarius in illa habetur pro mortuo.cap.21.n.35. 75

Mortuo penſionario Extinguntur omnes obligationes, & fideiuſſiones. cap.21.n.36. ibid.

Authoritas Pontificis in Extinctione penſionis eſt, præcipuum fundamentum extinguentis. ibid. num.44. 76

Extincta penſione non deſtruuntur obligationes nomine proprio præſtitæ per titularem. cap.21. num.45. ibid.

Extinctionem penſionis fieri non poſſe quando interuenerunt requiſita, *in l. 3. C. de nouation.* quidam exiſtimant; ſed verius eſt obſeruandum eſſe, hac in re ſtylum Curiæ Romanæ. ibidem n.46.& 47. 76

Extinctio fraudulenta facta titulo lucratiuo reuocanda eſt ad inſtantiam creditorum. ibid. n. 48. 76.& n.29.& 30. 74

Extinctio momentanea conſiderabilis non eſt.c.30. num.10. 109

Penſio regulariter extinguitur cum perſona penſionarij. cap.35.n.4. 125

Exceptio Extinctionis annui reditus ſi non ſit clara non retardat manutentionem. cap. 51. num. 10. p.199

Penſio Extinguitur per conſolidationem irreuocabiliter factam, ſecùs ſi reuocabiliter. cap. 52. num.27. 204

Quod verum eſt ſi penſionarius probabilem habuit ignorantiam. n.28. ibid.

Et quomodo excludatur, hoc caſu dolus penſionarij obtinentis, illud idem beneficium penſione grauatum. n.32. ibid.

Extinctio facta per procuratorem non ſeruata forma mandati eſt nulla. cap.56. num.16. 218

Extinctio gratuita ex ſolo Partium conſenſu fieri poteſt, ſed ſi pecunia interueniat, requiritur authoritas Sedis Apoſtolicæ. cap. 57. num.1. p.221

Aut ſi fiat anticipatis aliquot annorum ſolutionis.n.2. ibid.

Extinctio penſionis eſt fauorabilis, & illius impedimenta odioſa. cap.57. n.6. 221

Extinctio voluntaria & gratuita, vtrum fieri poſſit ſine authoritate Magiſtratus ad inſtar alimentorum, qua non poſſunt remitti ſine authoritate Iudicis. cap.57.n.7. 221

Penſio ſine decreto Magiſtratus extingui poteſt, quando motu proprio fuit aſſignata, & in vim reſignationis.cap.57.n.22. 222

Penſiones non dicuntur vacare, ſed extingui.c.64. num. 10. 249

Penſiones per promotionem ad Eccleſias Cathedrales, vel Metropolitanas extinguntur. cap.73. num.8. 277

Idem eſt de Eccleſiis Patriarchalibus. num. 12. ibid.

Vtrum per promotionem ad Summum Pontificatum penſiones extinguantur. cap. 73. num. 13. ibid.

Et vtrum per promotionem ad Cardinalatum. n.24.& ſeq. 278

Per ſolam adeptionem Abbatiæ ante benedictionem penſiones extinguitur, ſed in Epiſcopatibus requiritur adeptio poſſeſſionis & conſecratio. cap.74.n.1. 280

Si quis obtinuerit dilationem ad obtinendam poſſeſſionem Epiſcopatus non extinguntur penſiones donec adepta fuerit poſſeſſio. cap. 74. n.7. p.281.

*Extrema.*

Quæ ſint duo Extrema in iudicio ſpolij, & quomodo probanda. c.50.n.19. 191

Primum Extremum in antiquis, probatur per leuiores probationes. cap.50.n.20. ibid.

Secundum Extremum probatur per litis ſuſtentationem.n.22. ibid.

F

*Familiaris.*

Familiarem ſuum iam habentem beneficium ſufficiens Epiſcopus ad Ordines promouere poteſt, nec aliud ipſi dare tenetur. cap.34. n.8. p.123

*Fauorabile.*

Velleianum S. C. eſt Fauorabile, quia eius præcipua intentio eſt fauere mulieribus. cap. 81. n. 5. p.313

Et per totum illud caput agitur de diſpoſitione Fauorabili, vel odioſa. cap. eodem 81. ibid. & ſeq.

Macedonianum non eſt Fauorabile, & quare.c.81. num. 4. 312

Quando inuicem concurrunt fauor & odium, diſpoſitio potius cenſenda eſt Fauorabilis quàm odioſa. ibid.n.8. 313

Quod verum eſt quando fauor & odium ſeparari non poſſunt alioqui quodlibet ſuam retinet naturam. n.9. ibid.

Penſio

Penſio ſuper beneficio non vacante impoſita eſt odioſa. cap.81.n.12. ibid.

Siue agatur de Fauore, ſiue odio ſemper interpretatio fieri debet, ſecundùm intentionem diſponentis.n.6. ibid. ſi de ea appareat.

Penſio ante impoſitionem odioſa eſt poſtea fauorabilis. cap.81.n.10. 313

Penſio non eſt odioſa odio irrationabili, ſicut nec ſtatutum excludens fœminas propter maſculos. num.13. ibid.

Penſio aliquando non ex ſe odioſa eſt, veluti propter circumſtantias odio irrationabili, veluti ſi, per eam Eccleſia nimium grauata reperiatur. num.14. ibid.

*Feudum.*

Aſſumens Clericatum efficitur incapax Feudi de iure communi.cap.77.n.7. & 9. 295

Niſi tamen conſuetudo eſſet in contrarium. n.8. ibid.

*Filius.*

In beneficio paterno Filius ſuccedere poteſt, ſi adfuerit perſona intermedia. cap. 31. n.24. 114

Filius poteſt eſſe Capellanus amouibilis in eadem Eccleſia, in qua eius pater fuit etiam Capellanus amouibilis.ibid.n.29. 115

Filius illegitimus non poteſt obtinere beneficium in Eccleſia, in qua eius pater beneficium obtinuit, etiamſi duntaxat ſedem habuiſſet in choro. num.28. ibid.

*Fideiuſſor.*

Obligatus vti fideiuſſor pro penſione tranſlata, non tenetur pro ſecunda tranſlatione. c. 21. n.39.75. & cap.41.n.4. 146

Etiamſi tranſlatio facta fuiſſet motu proprio. cap.41.n.5. ibid.

Quæ cautela adhiberi poſſit, vt Fideiuſſor remaneat obligatus pro penſione poſt beneficij reſignationem. cap.21.n.40. 75

Fideiuſſor penſionis non eſt obligatus, ſi principalis prouiſio non habuit effectum. cap.21. n.41. ibid.

Si penſio fuerit impoſita ſuper beneficio quod non eſt in rerum natura, nec Fideiuſſor tenetur, nec principalis. ibid.n.43. 76

Solutio penſionis facta per fideiuſſorem, vtrum conſtituat penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi.cap.50.n.62. 194

Solutio facta per principalem, nocet fideiuſſori in ſummariſſimo poſſeſſorio.n.63. ibid.

Fideiuſſori cenſetur Factum mandatum tam ad fideiubendum, quàm ad ſoluendum.cap.50.n.64. ibid.

Fideiuſſor ſoluens penſionem animo repetendi, vtrum conſtituat penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi.ibid.n.65. 195

Quæſtio reſoluitur diſtinctione, & explicatur *deciſio* Veralli. 330. *parte* 2. num. ſequenti. ibid.

Quo caſu Fideiuſſor remaneat obligatus penſione, poſt reſignationem beneficij.n.67. ibid.

Quando obligatio dandi Fideiuſſores facta eſt ad ſex annos cenſetur habere cauſam ſucceſſiuam, & ſingulis annis renouandam. cap. 59. num. 35. p.234

Fideiuſſio quæ debetur officio Iudicis renouanda eſt, ſi Fideiuſſor decoquat, ſecùs ſi vigore pacti non habentis tractum temporis ſucceſſiuum. ibid.n.36. 235

Fideiuſſionis contractus, quomodo differat à contractu Conſtituti. ibid.n.4. 231

*Fiduciarius.*

Quæ ſit differentia inter mandatum irreuocabile factum in fauorem eius ad quem tota penſionis vtilitas pertinet, & illud quod fit per penſionarium ſuo creditori.cap.26.n.15. 92

Fiduciarius hæres, nihil vtilitatis percipit, ne quidem ex fructibus & conueniri poteſt actione mandati vel negotiorum geſtorum. numero 16. ibid.

Fiduciariæ penſiones practicantur in Hiſpania propter Regias conſtitutiones. ibid. n.17. 93

Tres caſus referuntur ex mente Rotæ, dum quæritur vtrum totum ius penſionis remaneat penès Fiduciarium. cap.26. n.18. ibid.

Si totum ius penſionis iuxta diſtinctionem trium illorum caſuum remaneat apud Fiduciarium, penſio illius morte extinguitur. cap.26.num.19. ibid.

Penſio illo caſu extinguitur per obitum Itali veri penſionarij & ſic morte alterius ex duobus.n.20. ibid.

Fiduciarius non poteſt extinguere penſionem in præiudicium illius, cuius tota eſt penſionis vtilitas.n.21. ibid.

Apud penſionarium Fiduciarium actiones directæ remanent, ſed inefficaces.n.22. ibid.

Ille ad cuius vtilitatem Papa penſionem concedit, poteſt inuito Fiduciario, illam alteri cedere vel transferre. n.23. ibid.

Fiduciarius actiones exercere poteſt, dummodo vtilitas inde proueniens acquiratur ei ad quem fructus penſionis ſpectant. cap. 26. numero 27. p.94

Si Fiduciarius mandatum irreuocabile fecerit penſionario vtili non poteſt illud reuocare. num.28. ibid.

Penſionarius Fiduciarius non tenetur ad recitationem parui officij. n.30. ibid.

Quibus in caſibus quis dicatur penſionarius Fiduciarius, vt nihil facere poſſit in præiudicium illius cui Papa penſionem voluit acquiri, & examinantur tradita per Garſ. *de benefic. part.* 1. *c.* 5. *n.*269.n.31. ibid.

Quomodo probetur penſionem fuiſſe Fiducialiter conceſſam. n.32. ibid.

Fiduciario vtrum danda ſit manutentio, an verò illi ad cuius vtilitatem penſio fuit conceſſa. ibidem num.33. 94

*Florenus.*

Quæ ſit differentia inter Florenos antiquos, & illos quibus hodie vtimur.cap.40.n.32. 144

Floreni de quibus Bartolus loquitur, *in l. Paulus, ff. de ſolut.* conſtituunt certam ſpeciem monetæ, quia intelligi debent de Florenis auri. c.40.n.33. ibid.

Floreni auri quomodo hodie taxentur in Gallia. cap.40. n.35. 145

*Forma, Forma dignum.*

Quando Forma requiritur ad certum effectum ſufficit, quod adimpleatur per æquipollens, dummodo idem reſultet effectus. cap. 34. num. 3. p.123

Quando reſignatio admiſſa fuit cum Clauſula quæ dicitur. *In forma dignum*, ſi reſignatarius fuerit declaratus incapax, & reiectus, vtrum aliqua ratione ſuccurratur reſignanti qui ſibi penſionem reſeruauit. cap.60.n.1. 236

In

In prouiſionibus factis, *in forma dignum*, ſi reſignatio facta fuerit in fauorem certæ perſonæ, non abdicatur ius à reſignante donec Literæ Apoſtolicæ fuerint perfectè executioni demandatæ.cap.60.n.29. 238

*Forus.*

Quæ requirantur ad hoc vt ſimplex Clericus gaudeat priuilegio Fori.cap.33.n.1. 120

Conſtitutus in maioribus Ordinibus indiſtinctè gaudet Fori priuilegio, ſiue penſionem aut beneficium habeat, ſiue non. cap. 33. num. 5. & 7. 120.& 121

Qui beneficium aut penſionem obtinet, gaudet Fori priuilegio quamuis ad maiores Ordines promotus non fuerit, aut habitum & tonſuram non deferat. n.6. ibid.

Laïcus qui ex ſpeciali Pontificis gratia penſionem obtinet, non gaudet Fori priuilegio. numero 8. ibid.

Ampliatur vt procedat quamuis Papa Laïco penſionem motu proprio conceſſerit.cap.33.num.9. ibid.

In materia Fori Clericum qui penſiones obtinet, eodem iure cenſeri quo beneficia poſſidentes, verius eſt. ibid.n.17. 122

Quamuis aliqui contrarium ſenſerint, ſed prima opinio verior eſt. n.18.& 19. ibid.

Et hoc fuit declaratum per ſacram Congregationem in vrbe.n.22. ibid.

Quod locum habet etiamſi talis Clericus penſionem habens non incederet in habitu & tonſura.n.22. ibid.

*Fraus.*

Epiſcopi non poſſunt penſiones reſeruare in Fraudem.cap.1.n.8. 2

Fraudis & ſimulationis ac fictæ ſolutionis coniectura oritur, ex affinitate. cap.3. num. 4. & 32. 9. & 12.

Fraudulentæ reſignationis præſumptio debetur in Gallia, ſi reſignatarius actus poſſeſſorios in beneficio palam, & publicè exerceat. cap.5. n.14. p.18

Fraudis ſuſpicio tollitur ſi in permutatione beneficiorum inæqualitas per penſionis reſeruationem compenſata fuerit. cap.18.n.17. 61

Fraus quando præſumatur in reſignatione beneficij ſub reſeruatione penſionis ſoluendæ per Tertium filio reſignantis, quantumuis legitimo. cap.31.n.20. 114

Qui Fraudulenter reſignauit ſuum beneficium in præiudicium expectantis, vt aliud habeat, vtroque priuandus eſt.cap.39.n.13. 139

Idem dicendum eſt ſi renunciatio facta fuerit in Fraudem illius qui optare deberet. numero 14. ibid.

*Fructus.*

Fructuum quotæ partis reſeruatio loco penſionis, beneficij diuiſionem, & ſciſſuram continere quidam exiſtimant, ſed Doctores Galli contrarium tenent. cap.4.n.2.& 3. 14

Penſio reſeruari poteſt, tam in quantitate pecuniæ, quàm in quantitate fructuum.n.7. ibid.

Penſio reſeruari poteſt in granis, vino, oleo, & ſimilibus, non tamen regulariter per viam quotæ, ſed per viam quantitatis. n.8. ibid.

Penſio reſeruata in Fructibus ſolui poteſt de conſenſu partium in pecunia, & è contra.ibid.n.15. p.15

Appellatione Fructuum loco penſionis reſeruatorum, vtrum comprehendantur diſtributiones quotidianæ.n.16. ibid.

Papa penſionem in quota Fructuum reſeruare poteſt.n.17. ibid.

Et ita quandoque ſeruatur in praxi verum, tunc propriè non mereatur nomen penſionis. n. 18. ibid.

Clauſulæ Fructus percipiendæ loco penſionis propria authoritate, quæ ſit [illegible] .n.19. ibid.

Fructuum omnium reſeruatio loco penſionis fieri non poteſt, niſi ſub authoritate Summi Pontificis.cap.5.n.1. 17

In Gallia regulariter reſeruatio omnium Fructuum loco penſionis non admittitur. num. 7. ibid.

Sed hoc caſu ex receptiori ſententia penſio non declaratur nulla in Gallia, ſed ad legitimum modum reducitur. n.8. ibid.

Reſignatio vtrùm ſit valida reſeruatis omnibus Fructibus reſignanti, necnon collatione beneficiorum à dignitate reſignata dependentium, ſub certa penſione ſoluenda reſignanti. cap. 5. num.9. 18

Et quomodo hoc caſu locus eſſe poſſit regulæ, *de publicandis Reſignationibus*. cap. eodem num. 10. ibid.

Vtrum ille qui Fructus omnes loco penſionis reſeruauit, ſit tutus in conſcientia. cap.5. num.24. p.19

Reſeruatio medietatis Fructuum loco penſionis in Gallia recipitur. n.25. ibid.

Limitatur vt locum non habeat, ſi illa Fructuum medietas adeò eſſet modica, vt poſſeſſori beneficij, alia medietas non eſſet ſufficiens ad viuendum.n.26. ibid.

Fructuum beneficij onus eſt penſio. cap.6. num.9. p.22

Et ideò ſolui debet per illum qui Fructus percipit quicunque ille ſit.ibid.n.27. 24

Ampliatur vt procedat quamuis dictum fuiſſet, quod quis teneretur penſionem ſoluere de proprio.n.28. ibid.

Qui Fructus non percipit nec percipere poteſt, non tenetur ad penſionis ſolutionem, ſi nulla eius culpa interueniat.cap.13.n.5. 42

Et hoc caſu debitor penſionis liberatur cedendo actiones ſuas contra illum, qui Fructus percipit. num.7. ibid.

Intellige, vt num.16. 43

Et iuxta diuerſitatem caſuum de quibus poſt. n.26.44.& cap.58.n.39.& 40. 229

Fructus non debentur per eum qui nullos percepit ex re cuius occaſione ſe obligauit. c.13.n.16.43. & cap.20. n.30. 68

Ampliatur vt multo magis procedat, ſi impedimentum procedat ex parte illius cui penſio debetur. cap.13.n.17. 43

Idque ſiue factum creditoris iuſtum fuerit ſiue iniuſtum. n.18. ibid.

Quæ adhiberi poſſit cautela vt poſſeſſor teneatur ſoluere penſionem quamuis Fructus non perceperit.n.24. ibid.

Fructuum perceptio præſumitur ex ſola adeptione poſſeſſionis niſi contrarium probetur. num.25. ibid.

Varij proponuntur caſus in quibus poſſeſſor beneficij penſione grauati tenetur ad penſionem quamuis Fructus non perceperit, & primò quando tertius vult illum excludere ex eo quod dicit ſe habere titulum meliorem. cap. 13. n.26. ibid.

Et hoc caſu titularis eximitur à ſolutione penſionis non obſtante iuramento, & obligatione Camerali.cap.13.n.27. ibid.

Si titularis fuerit impeditus in fructuum perceptione propter caſum aliquem inopinatum, veluti belli, peſtis, aut ſimili, & hoc caſu non excuſatur à ſolutione penſionis, maximè ſi ſit obligatus in forma Cameræ. cap.13.n.29. 45

Quando tertius ex meliori iure euincit partem fructuum, & hoc caſu quæritur vtrum penſio diminui debeat pro rata.n.30. ibid.

Fructuum diuiſio quomodo fiat inter poſſeſſorem beneficij, & hæredes penſionarij poſt illius obitum, & variæ ſuper hoc capite referuntur opiniones *numeris ſequentibus*. cap. 30. n.6. 65

Fructuum perceptio dicitur integra quæ fit quolibet anno completo incipiendo à die datæ reſeruationis, & finiendo ipſo die ſimili poſt annum reuolutum.cap.20.n.7. 66

Fructus beneficiorum ſunt tacitè hypotecati pro ſolutione penſionum ſuper illis impoſitarum. cap.20. n.20. 71

Et hoc maximè procedit in penſione quæ loco alimentorum reſeruatur. ibid. num. 21. 67. & cap.21.1. 71

Fructuum diuiſio quomodo fiat inter hæredes grauati, & fideicommiſſarium, & quæ ſit hac in re differentia inter fructus naturales & ciuiles.c.20. num.38. 68

Fructuum diuiſionem fieri iuxta formam diuiſionis alimentorum, Rebuffus exiſtimauit, ſed reiicitur.n.46. 69

Quamuis illud aſſerat, vt n.39. 68

Fructus penſionis capi poſſunt de pignore ad inſtantiam creditorum penſionarij ſaluis alimentis Clerici.cap.21.n.2.71. & num.31. Vbi tam de præteritis quam de futuris.

Fructuum penſionis commoditas cedi vel obligari poteſt. cap.21.n.11. 72

Super Fructibus beneficij, penſionarius omnibus aliis titularis creditoribus præferendus eſt. n.13. ibid.

Fructus integri anni pertinent ad tranſlatarium, niſi fuerint reſeruati.cap.27.n.2. 96

Fructus in reſignatione *in fauorem*, non acquiruntur reſignatario, niſi à die acceptationis. cap.27. n.6.& 8. ibid.

Fructus etiam maturi, mortuo vſufructuario pertinent ad proprietarium. n.11. ibid.

Fructus ciuiles non exacti pertinent ad ſubſtitutum non autem ad hæredem grauatum. numero 12. ibid.

Fructus in tranſlatione pro rata duntaxat transferri cenſuit Hondedæus.ibid. n.13. 97

Sed reprobatur.n.14. ibid.

Fructibus diminutis vtrum diminuatur penſio vni Eccleſiæ per aliam promiſſa intuitu certorum iurium per vnam Eccleſiam alteri remiſſorum. cap.36.n.5. 130

Fructuum oblatio facta penſionario per poſſeſſorem beneficij non ſufficit immò ea non obſtante cogendus eſt ad ſolutionem penſionis in pecunia non in fructibus. cap.38.n.12. 137

Contra fructus beneficij non conſumptos, quomodo agere debeat penſionarius. cap.42. n. 28. p.154

G

*Gabella.*

Gabellæ ab antiquo ſuper fructibus beneficiorum impoſitæ dicuntur onera extraordinaria, & ideo penſionarius pro rata in illarum ſolutione concurrere debet. cap. 6. numero 18. p.23

Si tamen Papa in penſionis reſeruatione penſionarium ab illis immunem eſſe voluerit, eximendus eſt.cap.6. n.20. ibid.

Ampliatur vt procedat quamuis Papa Collectori mandaſſet vt colligeret non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis. n.21. ibid.

*Gallia.*

In Gallia, penſiones, quamuis cum legitima authoritatate impoſitæ, declarantur nullæ, niſi fuerint impoſitæ ex cauſis ibi enarratis. cap.1. num.29. pag.5.

Ex concordatis Galliæ quilibet collator ordinarius grauari poteſt mandato Apoſtolico per Papam ſemel in vita.cap.2.n.2. 6

In Gallia reſignans Abbatiam reſeruata ſibi collatione beneficiorum poteſt iterum grauari mandato Apoſtolico.n.3. ibid.

Sed contra. n.12. ibid.

In Gallia variè iudicatum fuit circa reſeruationem iuris conferendi loco penſionis. cap. 2. num.18. pag.7.

Prouincia Galliæ quæ ſint reductæ, & quæ non reductæ, & quod in omnibus locus ſit iuri regaliæ.cap.27.n.23. 98

Prouinciæ Britanniæ quomodo ſit de regno Galliæ.cap.27.n.17. 97

Papa conceſſit Regi, vt prouinciæ regno Galliæ vnitæ comprehendantur in concordatis. n. 18. ibid.

Britannia cum ſemper fuerit ex Gallia quare dicatur Regno fuiſſe vnita. capit. 27. numero 19. ibid.

Regis nominatio locum habet tam in prouinciis reductis quàm non reductis.cap.27.numero 24. p. 98.

In Britannia diœceſes diſtinguntur inter Gallicanas, Britannicas, & mixtas. cap. 27. numero 25. ibid.

*Gambarus.*

Explicatur doctrina Gambari, *in tract.de legat.lib.6. num.*498. cap.46. n.24. 171

*Garſias.*

Expenditur Garſ. *de beneſic.parte* 11.*cap.*4.*num.*102. cap.18. n.14. 61

*Graduati.*

Graduati quando dicantur habere reditus ſufficientes in numero florenorum ſecundùm concordata.cap.40.n.34. 144

In prouiſionibus quæ fiunt pro Graduatis, maior taxa apponi ſolet, ſi pro pauperibus Graduatis. cap.64.n.20. 250

Et in prouiſionibus pro Graduatis debet fieri mentio patrimonij Clericalis, necnon præſtimonij, & penſionum obtentarum quando fiunt *in forma pauperum*, quod adhibita congrua diſtinctione explicatur, ibi. dicto cap. 64. n. 21. 22. & 23. ibid.

Penſio Eccleſiaſtica vtrum faciat numerum Graduatis, vt dicantur habere reditus competentes. cap.64.n.27. 251

Penſiones numerum faciunt Graduatis, exceptis illis quæ non propter reſignationem, ſed ſine cauſa datæ fuerunt.n.30. ibid.

*Gratia.*

Gratia reſeruationis penſionis eſt diuerſa à gratia collationis beneficij. cap.12.n.2. 39

In eadem Gratia plures contineri poſſunt conceſſiones quarum vna ſit valida, & non aliæ. ibid. num.9. 40

Gratia coadiutoriæ cum futura ſucceſſione eſt valida, quoad futuram ſucceſſionem quamuis coadiutoria non ſortiatur effectum.cap.12.num.10. ibid.

Secunda Gratia non valet ſi in illa non fuerit facta mentio primæ maximè in beneficialibus. cap.44.n.2. 159

Intellige vt locum habeat quando prima Gratia non eſt nulla.n.3. ibid.

Item non eſt facienda mentio primæ gratiæ, quæ non fuit acceptata.n.4. ibid.

Quando Gratia penſionis eſt independens à Gratia prouiſionis, annullata prouiſione non annullatur penſio. cap.62.n.20. 243

*Gregorius.*

Sententia Addentis ad Gregorium, *deciſ. 57. n.17.* reiicitur. cap.24.n.6. 83

Et deciſiones *ibi* per eum allegatæ fuerunt reuocatæ cum magna cauſæ cognitione.ibid.n.18. 84

*Groſſa.*

Qui ſint illi fructus beneficij qui dicuntur eſſe de maſſa groſſa.cap.10.n.11. 35

H

*Hæres.*

HÆres cum beneficio inuentarij qui proprio nomine promiſit non contrauenire contractui non tenetur ſoluere de ſuo quamuis propria bona obligauerit.cap.13.n.22. 44

*Homicidium.*

Homicidium non priuat penſionibus iam obtentis.cap.68.n.14. 261

*Hoſpitalia.*

Hoſpitalium quædam ſunt Eccleſiaſtica, & quædam Laïcalia.cap.65.n.13. 253

In alienationibus bonorum ad Hoſpitalia Eccleſiaſtica ſpectantium debent interuenire omnes ſolemnitates requiſitæ ex conſtitutionibus Apoſtolicis. n.14. ibid.

Conſuetudo valet alienandi, ſine ſolemnitatibus bona Hoſpitalium quæ ad vitam non conceduntur. n.15. ibid.

Bona Hoſpitalium Laïcalium ex primæua fundatione quæſita non poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus. n.16. ibid.

Hoſpitalia ſunt loca pia, ſed non ſunt Eccleſiaſtica, niſi fundata fuerint authoritate Epiſcopi. ibid. num.17. 254

Hoſpitale non eſt Eccleſiaſticum niſi habeat annexum onus ſeruitij ſpiritualis.n.18. ibid.

Et niſi poſſideatur per clericum.n.19. ibid.

Et niſi conferatur à perſona Eccleſiaſtica. n.20. ibid.

*Hypotheca.*

Hypotheca non competit pro præſtatione annua quæ non eſt perpetua.cap.19.n.3. 62

Hypotheca vtrum competat pro penſione quando non fuit expreſſum illam dari loco alimentorum. cap.20.n.22. 67

Vltra hypothecam competit etiam actio perſonalis contra illum qui penſioni conſenſit. num. 23. ibid.

Hypothecæ quæ ſuper fructibus beneficij competebant, extinguntur mortuo penſionario in præiudicium creditorum aliorum, ſed non in præiudicium penſionarij quando habet ius agendi aduerſus ſucceſſorem in beneficio. cap.21. n.12. p.72

I

*Ignorantia.*

ALlegans Ignorantiam tenetur illam probare. cap.60.n.18. 237

Et illa probatur per præſumptiones & coniecturas. num.19. ibid.

*Illegitimus.*

Illegitimus ex eo quod Clericatum adeptus eſt, fit capax penſionum etiam ſuper Eccleſiis Cathedralibus. cap.31.n.6. 113

Illegitimus habet pro ſe boni iuris præſumptionem ſi diuturno tempore penſionem exegerit. cap.31.n.8. ibid.

Derogatio Concilij quoad illegitimos licèt non interuenerit in penſionis tranſlatione, ſufficit quid interuenerit in reſeruatione.n.11. ibid.

Illegitimus incapax eſt penſionis quæ datur in titulum beneficij. n.12. ibid.

Tranſlatio penſionis facta per patrem in fauorem filij illegitimi eſt valida, ſi illa ſit impoſita ſuper beneficio ſito in alia Eccleſia, in qua partem non obtinuit beneficium.ibid.n.19. 114

Vtrum filius illegitimus patre mortuo poſſit habere penſionem in eadem Eccleſia, ſed ſuper diuerſa præbenda reſoluitur affirmatiuè. num.21. ibid.

Niſi ageretur de penſione euecta in titulum beneficij.n.22. ibid.

Penſionem in fraudem Concilij pater in filium ſuum illegitimum transferre non poteſt. n.23. ibid.

Nepotes legitimi ex filio Illegitimo habentur pro legitimis, dum agitur de beneficio aui.ibid.n.25. p.115

Filius legitimus in eadem Eccleſia cum patre beneficium obtinere non poteſt, ſed penſionem poteſt.n.26. ibid.

Filius Illegitimus non poteſt obtinere beneficium quod eius pater minus pacificè non poſſedit. num.27. ibid.

Ampliatur etiamſi pater ſolum obtinuerit ſedem in choro.n.28. ibid.

Filius Illegitimus vtrum prohibeatur canere, vel miniſtrare in Eccleſia in qua pater obtinet vel obtinuit beneficium. n.30. ibid.

Pater Illegitimus non prohibetur habere beneficium in Eccleſia, in qua eius filius obtinuit beneficium.n.31. ibid.

Diſpenſatio conceſſa Illegitimo ad obtinenda quæcunque beneficia, vtrum comprehendat penſiones.cap.43.n.11. 156

Illegitimus diſpenſatus ad omnes dignitates, non cenſetur diſpenſatus ad obtinenda beneficia. ibid.n.19. 157

*Immiſſio.*

Immiſſionis remedium datur tranſlatario penſionis quando illi deeſt manutentio. cap. 30. n.22. p. 110

Impedimenta ſi duo ſint, vno ſublato remanet aliud.cap.78.n.36. 302

*Impoſſibile.*

Quod princeps non ſolet concedere, niſi cum magna difficultate reputatur tanquam impoſſibile. cap.32.n.2. 118

*Incapax.*

Ille penſionis Incapax eſt qui beneficij non eſt capax.cap.68.n.9. 261

Sed quomodo hoc intelligendum ſit. n.10. ibid.

Vide plura. cap.60. num.2.3.4.17.22. 26. & 27. 236. & ſeqq.

*Incendiarij.*

Incendiarij qui dicantur, & quibus pœnis plectantur ex foro contentioſo ſecundùm ius Canonicum.cap.63.n.5. & 6. 246

Accuſatus de Incendio poteſt reſignare reſeruata penſione.ibid.n.8. 246

Quas circunſtantias Iudex conſiderare debeat in pœna infligenda incendiariis.n.7. ibid.

*Incompatibilitas.*

Retinens duo beneficia incompatibilia, vtroque priuatur ipſo iure. cap.52.n.5. 202

Ideò penſionem habere nequit.cap.56.n.2. 217. & cap.62.n.8. 242

Penſio reſeruata ex cauſa reſignationis per eum qui poſſidet beneficium incompatibile cùm alio, nulla eſt tanquàm ex falſa cauſa reſeruata. cap. 52. num.6. 202

Sed hoc caſu poſſeſſio & retentio vtriuſque beneficij, benè & concludenter probanda eſt.num.7. ibid.

Probatio temporis præteriti non arguit ſimultaneam poſſeſſionem beneficiorum incompatibilium ad annullandam penſionem. numero 8. ibid.

Poſſeſſio beneficij Incompatibilis adepta per procuratorem non nocet ad effectum priuationis. num.10. ibid.

Impetrans beneficium Incompatibile, quamuis illud retinere non præſumat, tenetur tamen primum dimittere liberè, & abſque reſeruatione penſionis. n.11. ibid.

Quibus Clauſulis vtatur ſignatura in collatione beneficiorum cum aliis incompatibilium. ibid. num.12. 203

Dimiſſione facta beneficij cum alio incompatibilis ſub reſeruatione penſionis, vel ſub conditione, aut in fauorem alterius vtrumque beneficium vacat.n.13. ibid.

Dimiſſio beneficij Incompatibilis facta coram Notario, eſt valida.n.14. ibid.

Quod tamen in dubium reuocatur.n.15. ibid.

Voluntas dimittentis beneficium Incompatibile non ſufficit niſi acceptetur ab habente poteſtatem. ibid.n.16. 203

Dimiſſio beneficij Incompatibilis coram Notario ſine fraude facta, ſaltem excuſat à pœna. n.17. ibid.

Si vacatio beneficij Incompatibilis adueniat alio modo quàm propter Incompatibilitatem, veluti propter Matrimonium tunc reſignatio fieri poteſt ſub reſeruatione penſionis. cap.52. num.18. ibid.

Ad hoc vt quis ſub prætextu litis beneficium Incompatibile retinere poſſit, requiritur, quod lis illa ſit ſuper titulo beneficij, nec ſufficit lis ſuper fructibus.cap.56.n.3. 217

Lis autem dicitur eſſe ſuper titulo beneficij, ſi tertius prætendat illud ſibi deberi non tanquam conferendum, ſed tanquàm collatum.cap.56.n.3. p.217

Penſio inducit Incompatibilitatem in beneficiis quoad Monachos, ſed non quoad alios. cap.64. n.25.250.& c.73.n.7. 277

*Indignus.*

Prouidens Indigno non poteſt ſe excuſare ſub prætextu ignorantiæ.cap.60. n.5.24.25. & 28. 236. & ſeqq.

*Indultum.*

Indultis Graduatorum, & Curiæ Parlamenti ſubiicitur, is qui loco penſionis ſibi reſeruauit collationem beneficiorum loco penſionis. cap. 2. num.14. 7

Indulti nomine quid contineatur. cap. 9. num. 12. p. 33

Indulta hodierna Cardinalium operantur aliquid vltra remotionem obſtaculorum propter Clauſulas ampliſſimas quæ in illis apponuntur. c.22. num. 12. 78

*Infans.*

Infans in ſexto ætatis anno poteſt præſtare conſenſum reſeruationi penſionis ſeruatis iis quæ hîc recenſentur.cap.41.n.11. 147

*Inhabilitas.*

In reſignatione ſi adſit Inhabilitas reſignantis, illa nocet penſionario, ſecus eſt ſi in eo nullus adſit defectus.cap.62.n.23. 243

*Innominatus contractus.*

Penſiones ex cauſa reſignationis reſeruatæ, induunt naturam contractus Innominati.cap.57.num.18. p.222

Et per conſequens ille qui pro parte ſua adimpleuit poteſt re integra pœnitere, aduerſus eum qui perfectè non adimpleuit ex parte ſua. cap.57. num.19. ibid.

*Inſordeſcens.*

Inſordeſcentes qui dicantur, & quod eis non prodeſt Clauſula, *Teque abſoluentes.* c.67.n.21. 259

*Inſtrumentum.*

Quamuis Inſtrumetum ex ſtatuto reddatur nullum ex defectu requiſitæ ſubſcriptionis, tamen contractus poteſt eſſe validus.cap.53.n.2. 206

Inſtrumentum in quo præſtitus eſt conſenſus tranſlationi penſionis non ſubſcriptum eſt validum, non obſtante ſtatuto vel regulamento ſubſcriptionem requirente.n.3. ibid.

*Intimatio.*

Intimatio non poteſt fieri poſt mortem quia mandata expirant. cap.29.n.3. 105

*Irregularitas.*

Irregularitas quid ſit, & quomodo definiatur, & quomodo à ſuſpéſione differat.c.68.n.1.& 2.260

Collatio Irregulari facta, ſine diſpenſatione nulla eſt.cap.68.n.5. 261

Irregularis penſionum obtinendarum capax eſt. n.6.& 8. ibid.

Penſio alicui aſſignata in ſtipendium non amittitur propter Irregularitatem.n.7. ibid.

Quomodo irregularitas noceat in penſionibus obtinendis, non in obtentis. n.12. ibid.

Et reiicitur ſententia Innocentij exiſtimantis Irregulares ad obtinenda beneficia eſſe admittendos. num.13.& 14. ibid.

# Index Rerum Notabilium.


Irregularitas non priuat poſſeſſione beneficij.c.68. num.15. ibid.
Irregularis ante priuationem facit fructus ſuos tam penſionis quàm beneficij. cap.68. num.16. p.262
Irregulares plurimos actus exercere poſſe iuxta aliquorum ſententiam, quæ reiicitur. numero 17. ibid.
Irregularibus nec beneficia, nec penſiones in titulum beneficij erectæ conferri poſſunt. num. 18. ibid.
Prælaturæ Regulares, Irregularibus non ſunt conferendæ.n.19. ibid.
De irregularitate ex homicidio, & quod illa priuationem inducat per ſententiam, & non ipſo iure num. 20. ibid.
Et refertur in hac quæſtione declaratio ſacræ Congregationis. n.21. ibid.
Irregularitas ex defectu valde differt ab ea quæ procedit ex delicto. ibid.n.25. 263
Irregularitas ex defectu quædam eſt totalis alia partialis, quarum exempla proponuntur. n. 26. ibid.
Irregularitas, ſine culpa non nocet penſionem obtinenti.n.27. ibid.

*Iudex.*

Iudex Ordinarius adiri poteſt in cauſis intentatis extra Curiam pro conſequenda ſolutione penſionis, qui non procedet tanquam executor, ſed tanquam Iudex Ordinarius.cap.49.n.6. 180
Iudex appellationis procedere poteſt ad executionem pro ſolutione penſionis, quando cauſa commiſſa fuit cum incidentibus, &c. cap. 80. n. 14. p.308

*Iuramentum.*

Iuramentum de ſoluendo penſiones regulatur ſecundùm naturam, & conditiones contractus principalis. cap.14.n.25. 48
Si promiſſio facta fuerit per reſignatarium de ſoluendo penſionem adhibito iuramento, penſionarius & penſionem petere, & regreſſum intentare poteſt.cap.47.n.12. 173
Propter vim iuramenti creditor poteſt ſimul pœnam & implementum petere. cap. 47. num. 15. p.174
Quibus Clauſulis vtendum ſit vt plura iuramenta in eodem contractu appoſita, in eadem abſolutione contineantur. cap.53.n.21. 208

*Iuriſdictio.*

Iuriſdictio in dubio cenſetur conceſſa cumulatiuè. cap.49.n.42. 186
Iuriſdictio data cum Clauſula, *Sine retardatione ſolutionis penſionis*, eſt conditionaliter conceſſa. cap.80.n.1. 307
Quando iuriſdictio conceſſa fuit conditionaliter debet prius illa conditio verificari.n.2. ibid.
In caſibus, in quibus tam primus quàm ſecundus Iudex procedere poteſt ad executionem ſententiæ pro ſolutione penſionis illorum iuriſdictio eſt cumulatiua. ibid.n.25. 309
In Iuriſdictione cumulatiua, inter duos iudices, locus eſt præuentioni. n.26. ibid.

*Ius accreſcendi.*

Ius accreſcendi circa diſtributiones quotidianas, quæ ſingulis diebus & horis diuini ſeruitij dantur præſentibus, locum non habet quando portiones abſentium acquiruntur capitulo. cap.42. num.30. 154
Ius accreſcendi vel decreſcendi locum habet inter Canonicos quando portiones abſentium non acquiruntur maſſæ capitulari, ſed Canonicis intereſſentibus.n.32. ibid.
Ius accreſcendi ceſſat inter Canonicos quando ſic diſponitur ex ſtatuto Eccleſiæ, aut talis eſt conſuetudo.ibid.n.33. 155

*Ius ad rem.*

In impetratione beneficij Ius ad rem exprimendum eſt pro validitate prouiſionis, quamuis tale ius eſſet litigioſum.cap.64.n.4. 248

*Ius conferendi.*

Ille qui reſignauit reſeruato ſibi Iure conferendi beneficia ab illo quod reſignauit dependentia, confert tanquam ſubrogatus in locum ſui reſignatarij. cap.2.n.19. 7

*Iuſpatronatus.*

Ius patronatus pér ſe vendi non poteſt. cap. 17. num.19. 57
Quæ ſit differentia inter penſionem, & Iuſpatronatus circa pretij mentionem. cap.17. n.28. 58
In derogatione Iuriſpatronatus eadem obſeruanda ſunt in penſionibus quæ dantur in titulum, quæ in aliis beneficiis patronatis. n. 34. ibid.
Quando alicui Ius patronatus competit ex priuilegio non eſt neceſſe de eo fieri mentionem in conceſſione penſionis.cap.25.n.5. 86
In Gallia tamen non fit differentia inter Iuſpatronatus competens ex priuilegio, & illud quod competit ex fundatione vel dotatione. cap.25. num.6. ibid.
Si in conceſſione penſionis facta fuerit mentio Iuriſpatronatus Laïcalis, non eſt iterum illius de neceſſitate mentio facienda. cap. 31. num. 45. p.116
Iuſpatronatus quando tranſeat, vel non tranſeat ad fiſcum.cap.35.n.24. 127
Quando Epiſcopus diues diſmembrat de ſuis reditibus pro noua Eccleſia conſtruenda, cui illius Iuſpatronatus competat. cap. 65. n.12. 253
Quamuis Iuſpatronatus ſit Laïcale, ſi tamen ius præſentandi ad ſolos Clericos pertinet poteſt ſine conſenſu Patroni penſio imponi. cap. 25. num.25. 88
Ius præſentandi poteſt eſſe apud vnum, & Iuſpatronatus apud alium. n.24. ibid.
Iuſpatronatus in materia penſionis, quod dicatur Clericale & quod Laïcale. cap. 25. numero 23. ibid.
Quæ ſit differentia inter conſenſum penſioni præſtitum per vſufructuarium, & per eum qui habet Ius præſentandi. n.26. ibid.

*Iuſtificatio.*

Quando quis eſt in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem non eſt neceſſaria iuſtificatio quamuis ageretur contra ſucceſſorem beneficij qui nunquam ſoluit. cap.37.n.14. 134
In Summariſſimo poſſeſſorio, Penſionarius non tenetur iuſtificare, quod ſumma reſeruata Rectori pro eius ſuſtentatione apud illum remaneat, quamuis agat contra ſucceſſorem, ſed rector audiendus eſt ſi clarè conſtet, apud eum non remanere ſummam reſeruatam.cap.50. n.81. 196
Quibus in caſibus penſio tranſlata non indigeat iuſtificatione. cap.30.n.14. 109
Gratia tranſlationis conditionalis indiget iuſtificatione, & tunc cauſa nó committitur cum Clauſula, *Sine retardatione ſolutionis penſionis*. n. 15. ibid.
Si agatur contra ſucceſſorem in beneficio, penſionarius debet docere de iure ſuo, ſed non tenetur illud iuſtificare. cap.61.n.15. 240

L

*Laïcus.*

Laïcus poteſt habere ius conferendi beneficia ex ſpeciali Summi Pontificis priuilegio, & tunc non requiritur aliqua collationis confirmatio.cap.65. n.21. 254
Priuilegium conferendi beneficia conceſſum eſt Laïcis ex clariſſima familia de Canilhac ſed conferunt per Vicarios Eccleſiaſticos. cap. 65. n.22. ibid.
Laïcus eſt capax penſionis aſſignatæ pro ſeruitio temporali. cap.77.n.17. 296
Laïcales penſiones ſunt pretio æſtimabiles. cap.17. num.9. 56
Penſiones Laïcales ſunt in commercio, ſed tamen ſolent redimi ſine authoritate Papæ. num. 10. ibid.

*Legatus.*

Legatus Auenionenſis poteſt reſeruare penſiones de quibus partes prius conuenerunt. cap.1.n.21. p.4
Idque ex ſpeciali Summi Pontificis facultate. num. 24. ibid.
Vtrum Legatus poſſit derogare iuri nominandi quod competit de iure communi. cap.9. num.8. p.32
Explicatur articulus facultatis Legationis circa collationem beneficiorum vnitorum. cap. 9. n. 14. p.33
Legatus vtrum contineatur appellatione ordinarij collatoris.cap.9.n.15. ibid.
Legatus aut Vicelegatus Auenionenſis derogat Iuripatronatus Eccleſiaſtico in totum, multoque magis ſine patroni conſenſu penſiones imponit de quibus partes concordes ſunt, ſed quid ſeruetur in Gallia. cap.25. n.20. 88
Et quid ſi agatur de patrono Laïco. Duo tempora diſtinguntur. n. 30. 89
Ex facultatibus Legatus abſoluit à quacunque excommunicatione. cap.67.n.19. 259
Ex prouiſionibus in Legatione factis debetur annata. cap.10.n.13. 35

*Legatum.*

Legatum reïterabile factum filio profeſſo in Monaſterio bonorum incapaci, vtrum ſit validum. cap.72.n.6. 274
Legatum factum filio profeſſo in Ordine mendicantium, remanet ſub libera diſpoſitione ſuperioris regularis.n.7. ibid.
Communitates Capucinorum & Recollectorum, ſunt capaces Legatorum.n.8. ibid.
Quando alicui factum eſt Legatum pro ſuis neceſſitatibus, neceſſitas non eſt cauſa finalis Legati, ſed tantùm impulſiua. n.9. ibid.
Legatum alicui relictum pro ſuis neceſſitatibus, debetur etiam pro terminis decurſis.n.10. ibid.
Ex quibus probetur neceſſitatem eſſe cauſam finalem Legati.n.11. ibid.
Quando neceſſitas fuit cauſá finalis Legati, illud non debetur pro terminis decurſis quia quoad illos nulla poteſt conſiderari neceſſitas. ibidem num.12. 274
Legatum alicui factum pro ſuis neceſſitatibus cenſetur factum ſub duplici conditione, nempè ſi viuat & indigeat.n.13. ibid.
Legatum pro neceſſitatibus obtinet locum alimentorum.n.14. ibid.
Legatarij capacitas in Legatis conditionalibus attenditur iuxta tempus euenientis conditionis. num. 15. ibid.
Legatum annuum relictum ſeruo acquiritur illi poſteà manumiſſo.ibid.n.17. 275

*Lex.*

Quando Lex reſpicit fauorem priuatum partes illi poſſunt renunciare.cap.37.n.5. 133

*Liber.*

Liber mercatoris non probat in præiudicium tertij. cap.50.n.60. 194
Fallit concurrentibus adminiculis. num. 61. ibid.

*Lis.*

Penſiones decurſæ poſt Litem motam peti poſſunt abſque nouo libello. cap.82.n.11. 316
Intellige dummodo petitio fiat ante cauſæ concluſionem.num.12. ibid.

*Literæ.*

Literæ originales tranſlationis debent produci coram executore. cap. 28. n.20. 101
Et vtrum ſufficiat producere ſumptum ex regiſtro. num.21. ibid.
Quid ſi probetur per teſtes Notarium literas amiſiſſe. ibid.
In Gallia Literæ non producuntur ſed ſimplex ſignatura, & quomodo illa iuſtificari debeat.c.28. num.22. 102
Vtrum ſufficiat ſumptum in forma *Vidimus*. cap.28. num.23. 102
Sufficit inſertio Literarum tranſlationis penſionis in proceſſu fulminato, quia ex hoc executor dicitur ſatis certus de ſua iuriſdictione. cap. 28. num. 24. ibid.
Immò ſufficit quod tenor Literarum fuerit inſertus in fine inſtrumenti dummodo adſit ſubſcriptio Notarij. cap.28.n.25. ibid.
Et quondo in conceſſione adeſt Clauſula, *Quòd ſola ſignatura ſufficiat*, ſufficit quod coram executore ſola ſupplicatio ſine Literis producatur. num.26. ibid.
Quando non adeſt illa Clauſula, *Quòd ſola ſignatura ſufficiat*, Literæ originales coram executore producendæ ſunt. ibid.
Literis non expeditis gratia eſt imperfecta, quamuis ſupplicatio eſſet ſubſcripta. cap. 29. numero 9. p.105
Per ſignaturam ſupplicationis gratia eſt perfecta quoad ſubſtantiam, ſed non eſt irreuocabilis niſi accedat nouus conſenſus. cap. 29. num.10. ibid.
Expeditio Literarum non ſuffragatur, ſi facta fuerit poſt exactionem penſionis. cap. 50. num. 2. p.189
Literæ penſionis debent regulari iuxta Literas beneficiales.cap.53.n.27. 208
Plura de Literis Apoſtolis. cap.37. à n. 1. & per totam. 132. & ſeq.

*Locator.*

Pro manutentione poſſeſſionis in eodem ſtatu

competunt locatori remedia poſſeſſoria, & officium indicis.cap.19.n.7. 62

*Locus.*

Penſio ſoluenda eſt in Loco vbi ſitum eſt beneficium penſione grauatum, ſi nihil in contrarium conuentum fuerit. cap.38.n.1. 136

In dubio Locus ſolutionis ille eſt per quem minus grauatur debitor penſionis. n.2. ibid.

Quamuis penſio ſit Loco alimentorum, non tenetur debitor illam deferre ad domum creditoris quando ſunt diuerſi fori.n.4. ibid.

Obligatione Cameralis pro ſolutione penſionis, non obligat debitorem ad illam ſoluendam extra Locum tacitè, vel expreſsè conuentum. n.5. ibid.

Si penſionis debitor penſionem in certo Loco ſoluere promiſerit, poteſt ibi conueniri. Idem ſi promiſerit ſoluere vbique Locorum. num. 6. ibid.

Vide in nomine *Abſens.*

Locus contractus inſpici debet in dubio quando agitur de illius interpretatione. cap. 40. num. 9. p.142.

M

*Mandatum.*

MAndatum Apoſtolicum ſi fuerit directum reſignatario, & non reſignanti qui loco penſionis habet facultatem conferendi beneficia, reſignatarius poteſt conferre tanquam executor. cap.2.n.20. 7

Reſcriptum præſumitur obtentum de Mandato partis quando ad illius obtentionem requiritur impenſa.cap.24.n.14. 84

Mandatum reuocari non poteſt, ſi factum fuerit iure cogente, quod locum non habet in Mandato facto per penſionarium ſuo creditori. cap.26. num. 29. 94

Mandatum factum ad transferendam penſionem, vtrum cenſeatur reuocatum per tranſlationem nulliter factam.c.29.n.17. 106

Mandatum præſumitur quando quis ſoluit ſummam notabilem pro alio, & de pecuniis mandantis facta ſolutio præſumenda eſt. capite 50. num.40. 193

Et hoc caſu ſumma decem ducatorum cenſetur notabilis.n.41. ibid.

Solutio vtrum præſumatur facta de Mandato titularis, quando fuit facta in executionem reſeruationis præcedentis.n.42. ibid.

Quando quis ſolitus eſt alias penſiones pro titulari ſoluere, præſumitur, & eam de qua agitur eodem modo ſoluiſſe. n.43. ibid.

Si tertius ſoluat penſionem in præſentia titularis, præſumitur ſoluiſſe de eius Mandato. num.46. ibid.

Non ſufficit in certo caſu probare Mandatum ſoluentis, niſi etiam probetur Mandatum, vel ratificatio eius cui ſoluitur. ibid.n.71. 195

*Manualia.*

Papa conferre poteſt alicui ad vitam beneficia manualia. cap.69.n.31. 266

In Gallia qui beneficium Manuale obtinet, illo ſine cauſa priuari non debet. cap. 69. num. 32. p.267.

*Manutentio.*

Mortuo penſionario, illius hæredes non poſſunt petere Manutentionem ex perſona defuncti. cap.37.n.12. 133

Penſionarius Manutenendus eſt contra ſucceſſorem in beneficio, ſi ſit in quaſi poſſeſſione exigendi contra illius prædeceſſorem. cap.37.n.13. p.134

Remedium Manutentionis non amittitur quamuis poſſeſſor beneficij per plures annos deſtiterit à ſolutione penſionis.cap.50.n.8. 189

Si tamen debitor interpellatus recuſauerit, & penſionarius acquieuerit non erit locus Manutentioni.n.9. ibid.

Manutentio non impeditur per exceptionem extinctionis penſionis niſi de ea fiat fides in promptu. ibid.n.14. 190

Manutentio datur penſionario exiſtenti in poſſeſſione etiam contra tertios poſſeſſores.ibid.n.26. p.191

Non conceditur Manutentio niſi ſolutiones penſionum factæ fuerint à perſona legitima. ibid.n.33. p.192

Manutentio non datur aduerſus eum qui dimiſit beneficium penſione grauatum.ibidem num.73. p.195

In iudicio Manutentionis ille, qui petit ſe Manuteneri eſt actor originarius. cap.67.n.10. 258

*Matrimonium.*

Vtrum per Matrimonium beneficia vacent ipſo iure, an verò expectanda ſit ſententia. cap.75.n.3. p.285

Non ſolùm beneficia ſed etiam penſiones vacant per contractum Matrimonij. cap. 75. num. 4. p.285

Clericus ſimpliciter tonſuratus, aut in minoribus Ordinibus conſtitutus licitè Matrimonium contrahit.n.5. ibid.

Matrimonium contrahens, cenſetur penſionem habere pro derelicta.ibid.n.9. 286

Matrimonium ſiue contrahat Clericus cum vidua ſiue cum virgine, penſiones amittit. n.10. ibid. & cap.78.n.8. 300

Clericus in ſacris Ordinibus conſtitutus, ſi de facto contrahat Matrimonium, penſiones amittit.ibid. n.12.& 43. 286.& 289

Quod procedit quamuis Matrimonium contrahatur per verba de præſenti, quamuis nulla ſequuta copula. ibid. n.13. 286

Qui beneficium impetrat tanquam vacans propter contractum Matrimonij tenetur probare, illud fuiſſe contractum per verba de præſenti. n.14. ibid.

Non tamen probanda eſt per impetrantem copula ſubſequuta.n.15. ibid.

Matrimonium contrahens renunciat tacitè beneficio, ſed non expreſsè.ibid.n.21. 287

Quamuis contractus Matrimonij ſit nullus penſiones nihilominus expirant.n.24. ibid.

Eodem modo beneficia.n.27. ibid.

Matrimonium contractum non ſeruata forma Concilij eſt nullum, & ſic contrahens priuatur beneficiis & penſionibus. ibid. num. 28. & 29.287. 288

Matrimonium quando dicatur nullum ex defectu conſenſus.ibid.n.30. 288

Contrahens Matrimonium cum impedimento dirimenti, beneficia & penſiones amittit. num.31. ibid.

Ampliatur vt procedat, ſiue ſic contrahens ſciuerit impedimentum, ſiue ignorauerit. numero 32. ibid.

Matrimonium contractum cum puella impubere, non priuat beneficiis & penſionibus, ex communi ſententia.n.33. ibid.

Siue contrahens ſciuerit, ſiue ignorauerit, penſiones Clericus hoc caſu non amittit.num.34. ibid.

Clericus penſiones amittit ſi contrahat cum puella proxima pubertati. n.35. ibid.

Clericus contrahens Matrimonium cum ea cuius maritus erat viuus licet crederetur mortuus, vtrum penſiones amittat. n.36. ibid.

Matrimonium contractum cum ea quæ duobus maritis per copulam carnalem iuncta fuit, reddit Clericum ad penſiones & beneficia inhabilem. num.37. ibid.

Matrimonium ſecundum contractum pendente lite ſuper primi nullitate non debet declarari nullum donec fuerit cognitum ſuper nullitate primi.n.38. ibid.

Matrimonium lite pendente ſuper nullitate primi ſubiacet vitio attentatorum, ſi fuerit contractum in præiudicium inhibitionum cum decreto irritanti factarum.n.39. ibid.

Et ſuper hoc explicantur tradita per Authorem, *in ſuis Quæſtion.Beneficialibus, cap.*182.*n.*13.*vol.*2. ibid.n.40. 289

Matrimonium ſi ſit nullum aliter quàm ob defectum conſenſus penſiones, & beneficia amittuntur.n.41. ibid.

Poſt contractum Matrimonium tranſactio facta per Clericum non reddit penſionem validam, niſi interueniat ſummi Pontificis authoritas. n. 42. ibid.

Etiam per Matrimonium clandeſtinum, beneficia & penſiones amittuntur.n.44. ibid.

Per Matrimonium quod nullum eſt ex defectu conſenſus, tam beneficia quàm penſiones non amittuntur. cap.76.n.1. 290

Secus ſi alia ex cauſa nullum ſit.n.2. ibid.

Quid dicendum quando conſenſus deficit in altero tantùm ex contrahentibus Matrimonium. n. 3. ibid.

Quamuis Matrimonium ſit nullum, tamen ſic contrahens incurrit pœnas impoſitas per conſtitutiones Galliæ & Hiſpaniæ cap. 76. numero 15. p.292.

Et plura de priuatione ob Matrimonium. numeris ſequentibus.

Incapacitas Clerici coniugati ad penſiones obtinendas procedit potius ex Matrimonio quam ex bigamia.cap.78.n.35. 302

*Melitenſes.*

Magnus magiſter Melitenſis poteſt reſeruare penſiones, non tamen ex præcedenti partium conuentione.cap.1.n.22. 4

Religioſi Melitenſes ſubiiciuntur quoad penſiones iiſdem Regulis, quibus alij Religioſi. cap. 69. num.27. 266

Equites Melitenſes emittunt, tria vota ſubſtantialia Religionis. n.28. ibid.

Beneficia omnia Melitenſium ſunt manualia. n.29. ibid.

Equites Melitenſes non ſunt capaces deferendi nomen, & arma domûs. n.30. ibid.

Si Papæ narratum fuerit impetrantem eſſe Equitem Melitenſem tacitè cum eo diſpenſare voluiſſe cenſetur. ibid.n.33. 267

Penſio Melitenſis non eſt ſoluenda primo anno vacationis beneficij. n.34. ibid.

Prior in Ordine Melitenſi poteſt penſionem imponere duraturam, quamdiu ipſe Prioratum obtinebit.cap.71.n.24. 272

De diſpenſationibus conceſſis per Papam Melitenſibus ad obtinendas penſiones. cap.77.num.40. p.298

*Metus.*

Si vxor fuerit per Metum coacta ad contrahendum Matrimonium amittuntur nihilominus penſiones quas Clericus, qui cum illa contraxit obtinebat.cap.76.n.4. 290

Quod indiſtinctè procedit, ſiue Metum illarum fuiſſe ſciuerit maritus, ſiue ignorauerit.num.5. ibid.

*Milites.*

Militibus egeſtate laborantibus Summus Pontifex penſiones aſſignare ſolet. cap.7. n.22. 28

Carthuſiani, Cœleſtini, necnon Cluniacenſes ſunt exempti ab hoc onere penſionum egenis Militibus ſoluendarum. n.23. ibid.

Quomodo & quibus in caſibus penſio Militibus egenis aſſignata ſit immunis ab oneribus & ſubſidiis. n.25. ibid.

Milites ſancti Petri, habent priuilegium transferendi penſiones coram Notario, & teſtibus. cap.28.n.31. 102

Miles qui iam alias penſiones tranſtulit, vtrum præſumatur pro validitate ſæcundæ tranſlationis, illas feciſſe alio iure quàm ex priuilegio Militiæ. cap.32.n.3. 118

Militiæ ſæculari, ſi quis ſe adſcribi patiatur tacitè penſionibus, & beneficiis renunciat.cap.77.n.1. & 2. 294

Sed vtrum ad hoc, vt Clericus armatam Militiam aſſumens penſiones amittat, requiratur quod ſæuis ſe immiſceat.cap.77.n.10. 295

Et an ad hoc vt Clericus penſiones amittat requiratur quod præſtiterit iuramentum Militare. n.11. ibid.

Iuramentum Militare hodie non eſt in vſu. n.12. ibid.

Qui pœnitentia ductus, Militia dimiſſa redit ad ſtatum Clericalem, vtrum redintegretur in penſionibus & beneficiis.n.13. ibid.

Penſio aſſignata pro ſeruitio temporali non amittitur per aſſumptionem Militiæ ſæcularis. n. 14. ibid.

Ex deſcriptione in matricula, probatur Clericum aſſumpſiſſe Militiam ſæcularem. ibid. num. 19. p.296

Olim vt quis diceretur aſſumpſiſſe Militiam ſæcularem, multa requirebantur quæ hodie non ſunt in vſu.n.20. ibid.

Per ſolam Militiam, non amittitur fori priuilegium.n.24. ibid.

Quæ ſit differentia quoad amiſſionem penſionum inter ſponſalia de futuro, & aſſumptionem Militiæ.n.26. ibid.

Deſcriptio in matricula, vtrum ſit hodie neceſſaria, vt quis dicatur adſcriptus Militiæ ſæculari. ibid. num.21. 296

Quibus modis probetur quem eſſe adſcriptum Militiæ ſæculari.n.22. ibid.

Militibus Sanctorum Mauritij & Lazari, quod

priuilegium competat circa retentionem penſionum. ibid.n.28. 297
Militum Lauretanorum quale ſit priuilegium circa penſiones.n.29. ibid.
Priuilegium horum Militum eſt,vt retinere poſſint penſiones, ſi quas ante Matrimonium obtinebant.n.30. ibid.
Iſtud priuilegium retinendi penſiones competit Militibus iſtis, quamuis eſſent impoſitæ ſuper beneficiis exiſtentibus de patronatu Laïcali. num.31. ibid.
Milites militiæ Chriſtianæ etiam bigami, penſiones poſſunt retinere, & quomodo. ibid.num.36. p.298
In iſtis Militiis non attenditur profeſſio, & quare. num.37. ibid.
In Militia ſancti Stephani, receptio & profeſſio fit eodem tempore. n.38. ibid.
Et iſti Milites non ſunt propriè Regulares, quia ducunt vxores.n.39. ibid.

*Minor.*

Minor habetur pro maiori in beneficialibus. c.46. num.15. 170
Minori per reſignationem læſo ſuccurritur,& datur illi regreſſus.n.16. ibid.
Minor quatuordecim annis, quid obſeruari debeat in Gallia dum vult beneficium reſignare.num.17. ibid.
Minori Doctori; vtrum detur reſtitutio aduerſus reſignationem inconſultò factam. ibid. num.18. p.171
Minori reſignanti non ſuccurritur, neque regreſſus datur ſi habeat beneficium aliud ſufficiens. n.20. ibid.
Minori reſignanti quocunque caſu datur reſtitutio, & regreſſus ſi malis artibus inductus fuerit ad reſignandum Præceptori, Curatori, Medico & ſimilibus perſonis. n.21. ibid.
Minor non dicitur læſus ſi beneficium curatum dimiſerit. n.22. ibid.

*Miſerationis cauſa.*

Ille cui Miſerationis cauſa penſio, ſeu annua præſtatio facta eſt, vtrum illa priuandus ſit ſi aliunde habeat ex quo viuere poſſit.cap.7. numero 5. p.27.
In alimentis Miſerationis cauſa conceſſis non ſolum neceſſitas, ſed etiam perſonæ qualitas ex veriori ſententia conſideranda eſt. cap.7. num.17. p.28
Reſignanti cui non datur regreſſus, penſio ad vitam ex cauſa Miſerationis per ſuprema Galliæ tribunalia quandoque adiudicatur. cap.46. n.14. p.170

*Monaſterium.*

Pro fructibus & penſionibus Monacho debitis competit Monaſterio ad quod ille tranſlatus fuit. cap.72. n.18. 275

*Moneta.*

Si Monetæ valor non conſideretur reſpectu loci in quo ſolutio eſt facienda, videtur quod Papa decipi poſſit.cap.40.num.10. 142
Sed contra.num.12. ibid.
Verius eſt, Monetarum æſtimationem fieri debere ſecundùm ſtylum Curiæ Romanæ. cap.40.n.11. ibid.
Penſio in certa Monetæ ſpecie reſeruata, in illa ſoluenda eſt. Et quid ſi illa ſpecies non reperiatur.ibid.n.14. 143
Ampliatur etiamſi tempore ſolutionis valor ille auctus vel minutus fuiſſet.n.15. ibid.
Mutatio valoris Monetarum aurearum præſumitur proueniſſe ex deterioratione Monetarum inferiorum.n.16. ibid.
Abuſus mercatorum non eſt attendendus, ſed communis potius Monetarum vſus. n.17. ibid.
Si penſio fuerit concepta in Moneta quæ non reperiebatur tempore reſeruationis, ſolutio facienda eſt in Moneta, quæ curſum habebat illo tempore quo reſeruatio facta fuit. cap.40. num.20. p.143
Solutio facienda eſt in ſpecie promiſſa quamuis dictum fuerit, *conſtituentibus tot libras.* num.21. ibid.
Augmentum vel diminutio Monetæ cedit commodo vel incommodo penſionarij, cui certa Monetæ ſpecies debetur.n.22. ibid.
Solutio promiſſa in ducatis, vel in aureis ſolis in auro, in illis penſio ſoluenda eſt. cap.40.n.23. ibid.
Generalis conſuetudo ſoluendi vnam Monetæ ſpeciem pro alia, non habet locum quando certa ſpecies eſt promiſſa. ibid.n.24. 144
Demonſtratio valoris Monetæ, quo caſu cedat loco taxationis. n.25. ibid.
Conſilium *Oldradi* 168. circa Monetas communiter reiicitur.cap.40.n.13. 143

*Moniales.*

In Gallia Moniales cogi poſſunt ad recipiendam in ſuis Monaſteriis puellam pauperem. cap.17.n.24. p.58

*Mora.*

Moram purgare poteſt debitor penſionis ad euitandum regreſſum.cap.45.n.7. 163
Ad inſtar emphyteuſis. cap.47.n.18. 174
Solutio penſionis facta lite pendente non purgat Moram, ſi actio fuerit intentata ad nullitatem penſionis, ſecùs eſt ſi ad obtinendam ſolutionem.cap.47.n.22. 174

*Mors.*

Morte penſionarij omnes obligationes, & fideiuſſiones præſtitæ pro ſolutione penſionis extinguntur. cap.21.n.36. 75
Fallit ſi penſio fuerit impoſita ſuper beneficio tertij, pro qua fideiuſſores ſe obligauerint ſoluere poſt mortem.n.37. ibid.

*Motu proprio.*

Quando Papa voluit concedere penſionem Motu proprio, vtrum tacitè cenſeatur derogare Concilio Tridentino.cap.14.n.33.& 34. p.49
In penſionibus per Papam Motu proprio conceſſis, valor eſt exprimendus, ſed non propterea iuſtificandus.cap.14.n.35. ibid.
Sed quamuis penſionarius hoc caſu non teneatur iuſtificare valorem, tamen titularis poteſt probare contrarium.n.36. ibid.
Quod operatur ſubreptio in gratia ad partis inſtantiam conceſſa, idem operatur defectus intentionis in gratia per Summum Pontificem conceſſa Motu proprio. n.38. ibid.
Motus proprius nihil operatur quando agitur de præiudicio Tertij. cap.31.n.37. 115
Per tranſlationem Motu proprio factam per Papam primi fideiuſſores liberantur. cap. 32. num. 17. p.119
Penſiones Motu proprio conceſſæ, induunt naturam vltimæ voluntatis. capite 57. numer. 28. p.223

Penſio

Penſiones Motu proprio Pontificis reſeruatæ ſunt fauorabiles. cap.81.n.17. 314
Idem dicendum de aliis conceſſionibus Motu proprio factis ſi agatur de iis quæ reſpiciunt concedentem, ſecus eſt ſi agatur de præiudicio tertij. num.18. ibid.

*Mulieres.*

Mulieres ſunt penſionis incapaces. cap.71. num.7. p.270.
In Gallia tamen Abbatiſſæ penſiones obtinere poſſunt.n.8. ibid.
Facultas retinendi penſiones conceſſa, non obſtante Matrimonio cum quacunque muliere contracto, comprehendit etiam Matrimonium cum vidua celebratum.cap.78.n.33. 302
Dictio *cum quacunque Muliere* comprehendit etiam mulieres corruptas. n.34. ibid.
Qui cum Muliere vidua contrahit non propterea dicitur, duo matrimonia contraxiſſe. num.40. ibid.

N

*Narratiua.*

QVi penſionem Narrauit in reſcripto, vtrum poſtea agere poſſit ad illius nullitatem.c.24. num.1. 83
Narrans penſionem in reſcripto videtur fateri illam eſſe validam.n.2. ibid.
Sed contra,numeris ſequentib.
Qui factum Narrat non videtur illius validitatem confiteri.cap.24.n.3.& 15. 83.& 84
Narratiua precum non probat niſi quoad ea quæ in reſcripto ſunt neceſſaria. cap. 24. numero 15. p.84
Narrans ius patronatus non poteſt illud impugnare, quamuis de eo ſolum dubitatiuè in Clauſulis mentionem fecerit.ibid.n.13. 83
Narratiua ſolutionis penſionis facta in precibus non probat niſi conſtet preces fuiſſe porrectas de mandato impetrantis. cap.50.n.50. 193

*Negligentia.*

Si penſionarius fuerit negligens in exigendo à campſore, illius erit periculum. cap. 59. numer.23. p.233

*Nepos.*

Non eſt illicitum habere intentionem, vt proprio nepoti vel conſanguineo penſio reſeruetur,etiam in terminis Bullæ Pij IV. & V. cap.56. num.22. p.219

*Nominatio.*

Penſio pro perſona Nominanda per Epiſcopum. cap.1.n.16. 3
Si Regi conceſſum fuerit ius Nominandi ad penſiones, & plures diuerſis temporibus factæ fuerint nominationes, vtrum illarum aliqua ſit præferenda.cap.21.n.17. 72
Inter plures Nominatos ab vniuerſitatibus in Gallia quis ſit præferendus.ibid.n.20. 73
In Nominationibus vniuerſitatum, antiquior in Nominatione præfertur non autem antiquior ætate vel gradu.n.21. ibid.
Qui habet reditus ſufficientes beneficiorum reditus non gaudet priuilegio Nominatorum in Gallia, & vtrum hac in re computentur reditus penſionibus Eccleſiaſticis. n.22. ibid.
Quæ ſit differentia inter Nominationes vniuerſitatum,& Nominationes Regis aut aliorum quibus Papa Nominandi facultatem conceſſit. num.24. ibid.
Vocati in eodem teſtamento prius Nominati ſecundùm aliquos præferuntur. cap. 23. num. 11. p.81
Sed contrarium verius eſt imò omnes admittuntur proportionabiliter.n.12. ibid.

*Non fruitio.*

Si titularis frui non potuit beneficio propter impedimentum tertij prætendentis potiora iura in illo, ipſe poſſeſſor liberatur cedendo actiones. cap.58.n.39. 229
Si verò fuerit impeditus facto tertij prætendentis partem fructuum debet ſoluere quatenus valent fructus percepti, qui ſi non ſint ſufficientes liberatur cedendo actiones pro reſiduo. cap. 58. num.40. 229

*Non ius.*

Quamuis cedens liti nullum ius haberet in beneficio penſio tamen conceſſa ex cauſa concordiæ eſt valida, ſi hæc legitimè fuerit approbata.c.63. num.12. 246

*Notarius.*

Si Notarius atteſtetur transferentem penſionem in mortis articulo modo affirmatiuè, modo negatiuè locutum fuiſſe ſuſpenditur executio, donec de veritate cognitum fuerit. cap. 54. num. 6. p.210
Notarius dicens ſe lucraſſe memoriale tranſlationis penſionis, non præiudicat partibus. cap.54.n.7. ibid.
Non creditur Notario etiam cum iuramento aſſerenti ſe amiſiſſe originale.n.8. ibid.

*Nouatio & delegatio.*

Quæ requirantur vt Campſoris obligatio ſuum ſortiatur effectum, tanquam ex Nouatione & delegatione.cap.59.n.8. 232
Tria requiſita ad inducendam delegationem recenſentur. n.9. ibid.
Si Campſor eſſet aliunde debitor titularis, & alia requiſita concurrerent,diceretur facta vera delegatio. n.10. ibid.
Non inducitur Nouatio ſi penſionarius in obligatione Campſoris proteſtetur, ſe nolle recedere à ſuis primæuis actionibus.n.11. ibid.
Per delegationem duæ perimuntur actiones, vna delegantis altera delegati. n.13. ibid.
Delegatio vim ſolutionis obtinet. eodem cap.59. num.14. ibid.

*Nouitius.*

Nouitiatus tempore non vacant beneficia, ſed prouidendum eſt vt interim ſeruitium Eccleſiæ fiat. cap.69.n.1. 264
Nouitius pendente Nouitiatu, ſua beneficia reſignare poteſt.n.2. ibid.
Nouitij Ieſuitarum, eodem iure cenſentur quoad penſiones ſicut Nouitij aliarum Religionum. num.3. ibid.
Iſti tamen Nouitij tenentur ſua beneficia reſignare antequam emittant vota biennij. cap.69.num.4. ibid.
PenſionesNouitiorum ſocietatis vacant poſt emiſſa vota biennij. ibid.n.6.& 7. 265
Eodem modo vacant penſiones in Societate Ieſu, quo & beneficia. n.8. ibid.
Nouitio exeunti fructus ex penſionibus decurſi ſunt reſtituendi.n.9. ibid.
Reiecta contraria ſententia exiſtimantium vacare ante profeſſionem.n.10. ibid.


Nouitiatus

Nouitiatus annus per aliquot menſes prorogari poteſt.cap.69.n.12. 265
Quomodo prouideatur beneficiis continuam reſidentiam exigentibus tempore Nouitiatus. c.69. num.17. ibid.
Nouitius ex diſpenſatione Apoſtolica penſiones obtinere poteſt poſt profeſſionem.ibid.num.20. p.266

*Nullitas.*

Agens ad nullitatem, tenetur probare valorem quando agitur de gratia, in qua valoris expreſſio non eſt neceſſaria, veluti in gratia regreſſus. cap.14.num.8. 47
Ampliatur vt procedat etiamſi reſeruatio ſummæ apud poſſeſſorem remanentis facta fuerit purè, & non conditionaliter. n.9. ibid.
Limitatur, vt non procedat quando agitur de eo qui reſignauit ſub reſeruatione penſionis, qui poteſt opponere reſignatario quod ſoluat, vel dimittat.n.10. ibid.
Penſio nulla in obolo, nulla eſt in totum. Et quomodo hoc axioma generale verum ſit. cap.15. num.6. 51
In Gallia, penſio excedens tertiam fructuum partem non annullatur ſed reducitur. cap. 15. n. 7. ibid.
Olim in Gallia omnes penſiones declarabantur nullæ ſi tertiam fructuum partem excederent. num.8. ibid.
Sed hodie cogitur reſignatarius etiam in beneficiis curam animarum habentibus, vel ſoluere vel beneficium dimittere in odium perfidiæ.n.9. ibid.
Idemque obtinet in reſignatario reſignatarij ad obuiandum fraudibus. n.10. ibid.
In ſucceſſore per obitum procurator Regius appellationem interponit ſi penſio ſit nulla & exceſſiua.n.11. ibid.
Nulla eſt penſio ſi illi conſentiens dicat ſe aliundè habere ex quo viuat, quod tamen verum non ſit. cap.58.n.2. 225
Sub prætextu nullitatis penſionis, reſignatarius non poteſt retardare ſolutionem ſaluo iure poſteà agendi.cap.61.n.10. 240
Nullitatem opponere non poteſt aduerſus penſionarium reſignatarius, qui longo tempore poſſedit beneficium reſignatum.n.13. ibid.
Quando penſio eſt nulla, minus exprimenda eſt in beneficij impetratione.cap.64.n.12. 249
Etiam ex actu nullo probatur voluntas recedendi à vita Eccleſiaſtica.cap.75.n.25. 287
Ex actu nullo incurritur pœna comminata in conſtitutione pœnali.n.26. ibid.
Clericus nulliter contrahens cum ea cuius maritus erat viuus licèt crederetur mortuus, vtrum penſiones & beneficia amittat. ibid.n.36. 288
Nulliter Matrimonium contrahentis penſiones, & beneficia vtrum amittantur ipſo iure, an verò ſit opus ſententia declaratoria. cap. 76. num.6. p.291
Beneficia per Matrimonium non vacare ipſo iure quidam DD.exiſtimant. n.7. ibid.
Actus qui ex ſe nullus eſt, non excuſatur propter ignorantiam. n.11. ibid.
Quando ex actu nullo pœna contrauenienti infligatur.ibid.n.16. 292
Actus nullus habetur pro valido in odium illum facientis. n.17. ibid.

O

*Obligatio.*

OBligatus ad aliquid intuitu certæ rei non tenetur, ſi illa re frui non poſſit.cap.13.n.12. p.43
Quod procedit etiamſi intuitu certa rei obligatio concepta eſſet cum Clauſulis ampliſſimis. num.13. ibid.
Obligatio Cameralis reſtringitur ad terminos reſeruationis penſionis. cap.14.n.26.48. & cap.54. num.14. 211
Si per ſententiam fuerit declaratum non eſſe locum executioni obligationis Cameralis ſuſpenditur executio donec illa ſententia fuerit, per tres conformes reuocata.n.15. ibid.
Quod ſi dictum fuerit locum eſſe executioni, proceditur hoc caſu ad executionem donec contrarium per tres conformes fuerit iudicatum. n. 16. ibid.
Quando inſtrumentum continens Obligationem executiuam dicatur vulneratum.cap.54.num.13. p.211.
Vulnus executionum non nocet viæ executiuæ quę competit vigore Obligationis Cameralis. c. 54. num.17. ibid.
Qui ſe ad ſolutionem penſionis Obligauit non poteſt opponere exceptionem, ne conueniatur vltra quàm facere poteſt.cap.21.n.6. 71
Soluens vigore Cameralis Obligationis, vtrum indebitè ſolutum poſteà repetere poſſit. num.8. ibid.
Obligatus penſionem ſoluere quandiu Franciſcus beneficium obtinebit, ad quid teneatur. ibid. num.38. 75
Obligatio ſimpliciter præſtita, reſtringitur ad tempus in gratia penſionis limitatum. numero 41. ibid.

*Obſeruantia.*

Niſi concurrat Obſeruantia temporis ſola diuturnitas non facit præſumi, in aliquo actu ſolemnitates requiſitas interueniſſe. cap. 36. num.9. p.130
Obſeruantia in ſolutione penſionis, non eſt attendenda quando verba reſeruationis penſionis ſunt clara in contrarium. cap.40.n.5. 142

*Obtenta.*

Obtentorum beneficiorum expreſſio neceſſaria eſt quantumuis ſint modica, aliàs impetratio eſt nulla.cap.64.n.1. 248
Quod tamen neceſſarium non eſt in prouiſionibus factis motu proprio per Papam.n.2. ibid.
Nec in collationibus factis per Regem Galliæ. num.3. ibid.

*Officia.*

Onus paruum Officium recitandi, non reddit penſionem ſpiritualem. cap.17.n.29. 58
Quamuis de Officio facta fuerit mentio in translatione penſionis conceſſio nihilominus facta cenſetur intuitu perſonæ.cap.28.n.38. 103
Conceſſio intuitu Officij facta expirat finitio Officio. n.39. ibid.
Si Officium fuerit acquiſitum pretio vel ſuffragio, omnia priuilegia intuitu Officij acquiſita extinguntur finito Officio, nec aliquæ illius reliquiæ remanent. n.40. ibid.
Officia Clauſtralia in Gallia pro veris titulis reputantur. cap.72.n.23. 275

*Onus.*

Onus ſoluendæ penſionis ſpectat ad illum cui Papa fructus Epiſcopatus Sede vacante donauit. c.4.num.26. 16
Sicut & ad Cameram quæ fructus percipit Sede vacante. n.27. ibid.
Duplici penſionis onere non præſumitur Papam grauare voluiſſe.cap.44.n.14. 160
Ad onera Eccleſiæ tenetur concurrere Penſionarius, ſiue penſio ſit in pecunia, ſiue in fructibus. cap.6.n.10. 22
Penſionarius concurrit pro rata in oneribus inſolitis tamen & extraordinariis. cap. 6. num. 11. ibid.
Si contemplatione onerum penſio ſemel reducta fuerit, non debet iterum reduci. cap.6. num.19. p.23
Si collector Onera exegerit à titulari non poteſt iterum exigere à penſionario. n.22. ibid.
Quibus verbis vtatur Papa quando voluit eximere penſionarium à contributione ratione quorumcunque Onerum.ibid.n.32. 24
Si Papa voluerit penſionem eſſe exemptam à quibuſcunque etiam extraordinariis Oneribus, ille eximendus eſt.n.33. ibid.
Penſionarij non contribuunt ad ſolutionem Oneris quod Hiſpani vocant, *Excuſatum* Onere illo ad quinquennium prorogato, niſi in conceſſione Oneris Papa vſus fuerit verbis ampliſſimis.n.34. ibid.
Quæ ſint illa Onera quæ deduci debent de beneficio pro verificatione Clauſulæ, *Dummodo remaneant, &c.* cap.14.n.22. 48
Vtrum ſtante illa Clauſula deduci debeant Onera extraordinaria & incerta. n.23. ibid.
Quando verificanda eſt Clauſula, *Dummodo remaneant, &c.* deduci debent Onera regulariter.c.55. num.19. 215
Coadiutor ſuccedens tenetur ad Onus ſolutionis penſionis.cap.22.n.14.& 15. 79
Oneroſæ penſiones quæ dicantur, & quæ lucratiuæ. Et quæ Clauſulæ in vtroque caſu apponantur. cap.57.n.27. 223
Penſiones Oneroſæ cenſentur aſſignatæ cauſa alimentorum, non autem lucratiuæ. cap.57. n. 28. ibid.

*Optatio.*

Quando in Eccleſia non eſt certus Canonicorum numerus non eſt locus quæſtioni, vtrum optans teneatur ſoluere penſionem ſuper beneficio optato impoſitam.cap.22.n.1. 77
In Eccleſiis non numeratis, non eſt locus optioni. num.2. ibid.
Quando Canonicorum numerus eſt certus, ſed præbendarum numerus incertus non eſt de Optione tractandum.n.3. ibid.
Sicut nec quando præbendarum certus eſt numerus, ſed præbendæ non ſunt diſtinctæ. num.4. ibid.
Canonicus Optans ſemper tenetur ad penſionem quando præbendæ non ſunt diſtinctæ, niſi ſub beneplacito Capituli. cap.22.n.5. 78
Per Optionem non eximitur quis à ſolutione penſionis niſi probetur illum acquiuiſſe per Optionem nouum titulum, dimiſſo priori. num. 6. ibid.
Qui per Optionem ſe vult eximere à ſolutione penſionis, tenetur probare præbendam Optatam eſſe nouum titulum beneficij. cap.22. n.7. ibid.
Quia præbenda quæ non dat nouum titulum eſt quid temporale, & tanquam prædium Eccleſiæ.num.8. ibid.
Quando præbenda optatur, & nouus titulus acquiritur, ille qui Optauit eximitur ab onere penſionis. n.9. ibid.
In vacatione contingente in menſibus reſeruatis, non eſt de Optione tractandum. numero 10. ibid.
Ampliatur, vt procedat etiamſi ageretur de Cardinali collatore ordinario.n.11. ibid.
Ad effectum iuris Optandi quomodo conſiderari debeat præbendæ ſeparabilitas à Canonicatu. ibid.n.13. 79
Coadiutor vtrum teneatur ſoluere penſionem impoſitam ſuper beneficio per coadiutum Optato. num.15. ibid.

*Ordinarius.*

Ordinarius poteſt penſionem imponere cauſa litis dirimendæ, dummodo ſit vera lis & non ſimulata.cap.39. n.8. 139

*Ordines.*

Titulus penſionis vtrum ſufficiat ad hoc, vt quis ad ſacros Ordines promoueri poſſit. cap.34.n.1. & 16. 123. 124
Sufficit ad hoc, vt quis ad ſacros Ordines promoueri poſſit, quod habeat ex quo viuere poſſit. ibid.num.2. 123
Vel quod det fideiuſſorem idoneum pro alimentis. num.4. ibid.
Vtrum quis dicatur promotus à ſuo Epiſcopo, ſi in illius diœceſi penſionem habeat. cap.34. num.5. ibid.
Epiſcopus poteſt conferre Sacros Ordines ſuo familiari, quamuis non ſit de eius Diœceſi ſi ſit triennalis.cap.34. n.7. 123
Dummodo ſtatim illi prouideat de beneficio. n.8. ibid.
Epiſcopus aliis qui ſibi ſubditi non ſunt ratione originis, domicilij vel beneficij Ordines conferre nequit.cap.34.n.9. ibid.
Ratione beneficij in ſua diœceſi conſtituti Epiſcopus Ordines alicui conferre poteſt. cap.34.n.14. p.124
Ampliatur vt procedat, ſiue beneficium datum fuerit in titulum, ſiue in commendam. num.15. ibid.
Præbenda ſeu penſio temporalis non dat Epiſcopo iuriſdictionem, vt dicatur proprius Epiſcopus ad conferendos Ordines.n.18. ibid.
Ad Sacros Ordines nemo admittendus eſt qui non habeat vnde viuere poſſit, & ſi ſub titulo beneficij promotus fuerit illud reſignare non poteſt. cap.58. n.1. 225
Epiſcopus originis ad conferendos Ordines dicitur ille, qui eſt Epiſcopus loci in quo pater natus eſt.cap.34.n.10. 123
Ampliatur vt procedat etiamſi filius in alio loco quam paternæ originis natus ſit. cap.34.num.11. ibid.
Sed hac in re non inſpicitur locus, in quo auus natus eſt.n.12. ibid.
Ratione patrimonij non dicitur proprius Epiſcopus, quamuis bona in eius diœceſi poſita ſint. ibid. n.17. 124
Ratione penſionis nemo dicitur ſubditus Epiſcopo. num.19. ibid.

## P


### *Pacificus.*

Decretum de Pacificis poſſeſſoribus locum habet in penſionibus erectis in titulum beneficij.cap.17.n.41. 59

Qui penſionem per triennium non ſoluit, non iuuatur decreto de Pacificis poſſeſſoribus. cap.17. num.42. ibid.

### *Pacta.*

Pacta reſolutiua, nihil operantur niſi volente eo ad cuius fauorem fuerunt appoſita. cap.47.n.20. p.174

Pactum inter duos compermutantes de penſione in fauorem tertij reſeruanda non valet niſi fuerit à Summo Pontifice approbatum, nec iſte tertius excuſatur ſub prætextu ignorantiæ. cap.54. num.1. 210

### *Papa.*

Papa concedere poteſt omnes fructus beneficiorum alicui qui in eis nullum ius habet. cap.1.n.10. 3. & cap.5.n.3. 17

Papa poteſt penſiones ſuper beneficiis imponere etiam ſine cauſa.ibid.n.11. 3

Papæ maxima eſt immò omnimoda poteſtas in beneficialibus. cap.2.n.6. 6

Fructuum omnium reſeruatio loco penſionis fieri non poteſt, niſi interueniente Summi Pontificis authoritate. cap.5.n.1. 17

Papa concedere poteſt Epiſcopo, vt percipiat fructus omnium beneficiorum vacantium ſuæ Eccleſiæ pro ſoluendis illius debitis. cap.5. num.2. ibid.

Papa poteſt alicui concedere fructus omnes beneficiorum vacantium quamuis in illis nullum habeat titulum.cap.5.n.3. ibid.

Sed hoc ſolus Papa facere poteſt, non inferior. num.4. ibid.

Solus Papa beneficia ſcindere poteſt. cap.5.num.5. ibid.

Papa præſumitur ignorare conſuetudinem locorum in quibus beneficia ſita ſunt. cap40.num.4. p.142

Appoſitio manus Papæ conditionaliter facta, ceſſat ſi conditio ſub qua reſeruatio facta fuit deficiat. cap.52.n.19. 203

Si Papa manum apponat ſuper beneficio certo modo vacaturo non obſtat ſi vacet alio vacationis genere.n.20. ibid.

Mortuo Papa qui reſcriptum penſionis recuſauit, licet recurrere ad eius ſucceſſorem pro illo obtinendo dummodo partes in eadem voluntate perſeuerent.cap.54.n.2. 210

Mortuo Pontifice dum dubitatur vtrum partes in eadem voluntate permaneant recurrendum eſt ad coniecturas.n.4. ibid.

Prouiſio Papæ habet vim electionis, & confirmationis.cap.74.n.30. 284

### *Parochus.*

Parochus primitiuus poteſt quodammodo dici patronus, cum illi competat ius nominandi vicarium perpetuum.cap.8.n.5. 29

Quando reditus beneficij non ſufficiunt, onus alendi Vicarium perpetuum ſpectat ad parochianos.ibid.n.16. 30

### *Patrimonium.*

Patrimonij ad ſuſcipiendos Ordines aſſignati alienatio, & penſionis extinctio æquiparantur.c.70. num.8. 268

### *Patronus.*

Penſio imponi poteſt ſuper beneficiis abſque conſenſu Patroni Laïci. cap.25.n.1. 86

Ita tamen vt in precibus fiat expreſſio iuriſpatronatus Laïcalis. ibid. num.2. & cap. 62. n. 28. & 29. 244

Papa difficilius approbat penſiones, ſi non accedat conſenſus Patroni Laïci. cap.25.n.3. 86

Patronus in caſu inopiæ debet, ali de fructibus beneficij patronati.cap.25.n.4. ibid.

Quando alicui competit Iuſpatronatus ex priuilegio non eſt opus de illo facere mentionem in impoſitione penſionis.cap.25.n.5. 86

Sed in Gallia non fit differentia inter Iuſpatronatus ex priuilegio, & ex fundatione vel dotatione. num.6. ibid.

Patronus Laïcus petere poteſt reductionem penſionis, ſi illa nimis oneroſa ſit Eccleſiæ. cap.25. num.8. ibid.

In Gallia ſine conſenſu Patroni Laïci penſionem imponi non poſſe multi exiſtimant. n.9. ibid.

Conſenſus Patroni non requiritur in retentionis penſionis per Summum Pontificem in fauorem Epiſcopi, conceſſione. n.10. ibid.

Conſenſus Patroni in permutatione,& in penſionis reſeruatione non eadem eſt ratio. ibid. num. 12. p.87

Explicatur ſenſus Rebuffi circa conſenſum Patroni in penſionibus beneficiorum Galliæ. num. 13. ibid.

In Gallia ſuper beneficiis Regiæ nominationis, aut aliis patronatis ſine conſenſu Patroni penſionem imponi non poſſe fuit iudicatum. cap.25. n.14. ibid.

Quibus modis conſenſus Patroni Laïci in impoſitione penſionis poſſit adhiberi. c.25.n.15. ibid.

Poſt conſenſum penſioni præſtitum, patronus variare non poteſt.n.16. ibid.

In Gallia conſenſus Patroni requiritur etiamſi penſio fuiſſet impoſita cauſa litis dirimendæ. n.17. ibid.

In penſionis impoſitione conſenſus Regis, & conſenſus Patroni Laïci à pari procedunt in Gallia. num. 18. ibid.

In beneficiis Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici ſicut Papa poteſt derogare, ita & multò magis penſionem, ſine illius conſenſu imponere. ibid. n.19. p.88

Quando in reſcripto adeſt Clauſula *Accedente conſenſu Patroni*, intelligitur de conſenſu in prouiſione, non autem in penſione.ibid.n.31. 89

In quo conſiſtat præiudicium Patroni, quando beneficium penſione grauatur.n.32. ibid.

Quomodo ſibi conſulere poſſit Patronus, ne penſio illo inuito imponatur.n.33. ibid.

Patroni conſenſus non requiritur in alienatione bonorum Eccleſiæ. cap.30.n.25. 110

Reſignatio facta ſpreto Patrono Laïco eſt nulla. cap.62.n.27. 244

Collatio facta ſine conſenſu Patroni Laïci habet implicitum ſtatum validitatis.n.30. ibid.

Sicut reſignatio ſpreto Patrono Laïco, nulla eſt, ita & penſionis reſeruatio in ſequelam reſignationis facta. n.31. ibid.

### *Paupertas.*

Exceptio Paupertatis titularis illum excuſat à cenſuris ex Iudicis arbitrio. cap.52.n.24. 204

Probatio Paupertatis dependet ex Iudicis arbitrio. num.25. ibid.

Sola Paupertas hominem ſuſpectum non reddit, niſi Iudicis arbitrium aliundè moueatur. cap.59. num. 18. p.233

In impetratione Literarum *in forma Pauperum*, debet fieri expreſſio penſionum obtentarum. cap.64.n.13.& 22. 249.250

Magna eſt differentia inter *Literas gratiæ*, & *Literas in forma Pauperum*. cap.64. n.14. 249

Quæ ſit forma conceſſionis factæ *in forma Pauperum*. n.16. ibid.

Quæ ſint Literæ quæ dantur pro Pauperibus *in forma communi*, & pro graduatis *in forma ſpeciali*. cap.64.n.17. 250

In Literis *in forma Pauperum* debet fieri mentio patrimonij Clericalis.Item & præſtimonij.n.23. ibid.

Quamuis in gratia beneficiali non ſit facienda mentio patrimonij. ibid.n.9. 251

Nominatio graduatorum ſimilis eſt conceſſioni *in forma Pauperum*. ibid. n.28. 251

Penſiones exprimendæ ſunt in conceſſione *in forma Pauperum* quamuis ſint litigioſæ ſi impetrans ſit in quaſi poſſeſſione illas exigendi. n.31. ibid.

### *Pax.*

Penſio ex cauſa Pacis non poteſt reſeruari in fauorem tertij niſi ſub authoritate Papæ. cap.16. n.9. p.53

### *Penſio, & Penſio ſecunda.*

Ius percipiendi Penſionem eſt quid annexum ſpirituali.cap.17.n.20. 57

Penſiones tamen ſunt ſeparatæ à beneficio, & habent aliquid temporale. n. 23. ibid. & cap. 31. num.7. 115

Penſio quando dicatur conſtituta in titulum beneficij.cap.17. n.37. 58

Penſio quæ debetur ſuper beneficio dicitur realis reſpectu fructuum ex quibus debetur. cap. 19. num.8. 63

Penſio quæ datur vnius Eccleſiæ ad aliam quomodo differat ab illa quæ datur ratione beneficij. cap.36,n.1. 129

Penſio ſecunda nulla eſt,ſi in ea non fuerit expreſſa penſio anterior ſuper eodem beneficio impoſita. cap.44.n.1. 159

Impugnanti Penſionem ob defectum expreſſionis anteà impoſitarum incumbit onus probandi validitatem præcedentium. n.5. ibid.

In Impetratione ſecundæ Penſionis fieri debet expreſſio antecedentium Penſionum ſiue perpetuæ ſint ſiue temporales.ibid.n.6. 160

Ampliatur vt procedat quamuis impetrans allegaret ignorantiam antecedentium Penſionum. num.7. ibid.

Secundò ampliatur vt procedat etiamſi conceſſio facta fuerit per Papam motu proprio. num. 10. ibid.

Si prima Penſio fuerit expreſſa, ſed diminutè conceſſio non annullatur in totum ſed reducitur, ſiue de reſeruatione, ſiue de tranſlatione agatur quia agitur de re diuidua. capite 44. numero 11. ibid.

Quibus Clauſulis appoſitis cenſeatur facta ſufficiens expreſſio antiquarum penſionum in conceſſione ſecundæ. n.12. ibid.

Quando prima Penſio fuit conceſſa ſub conditione quæ verificata eſt tempore ſecundæ conceſſionis, redditur nulla conceſſio ſi de prima mentio facta non fuerit.ibid.n.19. 161

Sed quid dicendum ſit quando prima penſio eſt conditionalis conditione ſuſpenſiua quæ tempore ſecundæ Penſionis, non fuit purificata. num.20. ibid.

Non ſolùm Papa ſed etiam Abbas poteſt imponere Penſionem impropriam, per quam non beneficium, ſed beneficiatus ipſe oneratur, pro ſuſtentatione Religioſi, vel pro fabrica, aut aliis ſimilibus de cauſis. cap.71.n.16. 271

Hoc verum eſt in Religioſis obedientiariis, nam alij & maximè in Gallia,de penſionibus, & fructibus beneficiorum liberè diſponere poſſunt. n.17. ibid.

Penſiones ſemel extinctæ & conſolidatæ an reuiuiſcant ſi Clericus capitaliter damnatus,ad quem pertinebant, poſteà gratioſè reſtituatur. cap.74. poſt num. 21. 282

### *Penſionarius.*

Penſionarius tenetur quotidie recitare paruum Officium,ex Apoſtolicis conſtitutionibus, quæ tamen in Gallia non ſunt publicatæ. cap.17. n.21. p.57

### *Periurium.*

Exceptio Periurij repellit titularem agentem ad nullitatem penſionis non obtenta diſpenſatione iuramenti.cap.53.n.18. 207

Nec Periurus huiuſmodi excuſatur,quamuis dicat ſe agere nomine ſuæ Eccleſiæ. n.19. ibid.

Si in eodem contractu plura adſint iuramenta, tot requiruntur diſpenſationes quot ſunt iuramenta. cap.53.n.20. 208

Periurus vtrum non ſolùm ſit à limine iudicij repellendus, ſed etiam penſionibus, & beneficiis priuandus.n.22. ibid.

Vt ex Periurio incurratur pœna priuationis, requiritur quod periurium ſit iudiciale.n.23. ibid.

Periurus non amittit ſua beneficia ipſo iure ſed requiritur ſententia declaratoria.n.24. ibid.

Penſiones non amittuntur per ſententiam priuationis niſi illarum facta fuerit mentio ſpecialis in ſententia.n.25. ibid.

### *Permutatio.*

Penſionis cum penſione Permutatio eſt inualida. cap.16.num.22. 54

Penſio conceſſa in titulum beneficij poteſt cum beneficio permutari.n.23. ibid.

Penſionis cum beneficio Permutatio, vtrum Summi Pontificis authoritate fieri poſſit. num.24. ibid.

Permutatio beneficij cum decimis fieri non poteſt quamuis ſint ſpirituales.n.25. ibid.

Permutatio beneficij cum capella ſeu ſimplici Legato pio non eſt admittenda. n.26. ibid.

Item nec cum ſimplici præſtimonio, vel hoſpitali.n.27. ibid.

Permutans beneficium cum penſione nulliter agit quamuis adiecerit Clauſulam. *Et non aliàs*. ibid. n.29. 54

Qui beneficium cum penſione permutat non poteſt ad ſuum beneficium redire, ſed illo priuatur propter ſuum delictum. ibid.n.30. 55

In Gallia ſecundùm aliquorum ſententiam in penſionis reſeruatione ex cauſa permutationis; non poteſt peti reductio ad tertiam partem fructuum. ibid.n.1. 52

# Index Rerum Notabilium.


In penſione ex cauſa Permutationis reſeruata, verior eſt ſententia non poſſe peti reductionem penſionis quamuis ſit exceſſiua. cap. 16. num. 2. & 3. 52

Idque etiam ex capite minoris ætatis. ibid.

In Gallia penſio nulla, & abuſiua iudicatur ſi beneficia quæ Permutantur non ſint inæqualia. num.4. ibid.

Penſio in Permutatione non poteſt imponi ſuper beneficio quod eſt minoris reditus, ſed ſuper eo quod eſt maioris. ibid.n.5. 53

Penſio non poteſt imponi ſuper alio beneficio quàm permutato, niſi Papa id faciat ex certa ſcientia. n.6. ibid.

Penſio non poteſt imponi ſuper beneficio tertij non permutantis niſi de conſenſu illius, & ex certa ſcientia Papæ. n.7. ibid.

In Gallia indiſtinctè penſio impoſita in fauorem tertij, vel ſuper beneficio tertij non permutantis reuocatur.n.8. ibid.

Permutationes beneficiorum Collatores Ordinarij admittere poſſunt.n.10. ibid.

Amplia vt procedat quamuis vnum beneficium eſſet pinguius alio dummodo Permutatio purè fiat. n.11. ibid.

Inferior à Papa non poteſt admittere Permutationes beneficiorum ſub penſionis reſeruatione facta.n.12. ibid.

Exceſſus fructuum inter duo beneficia permutata, adeò annexus eſt titulo ſpirituali, vt ab eo ſine authoritate Summi Pontificis ſeparari non poſſit.n.13. ibid.

Beneficia Permutata non poſſunt conferri aliis, quàm ipſiſmet permutantibus. cap.16. num. 16. ibid.

Penſiones Permutantium indigent authoritate Apoſtolica.ibid. n.20. 54

De penſionibus ex cauſa Permutationis impoſitis remiſſiuè.cap.11.n.12. 38

Permutatio fraudulenta non valet, & beneficij priuatione punitur. cap.18.n.12. 61

Permutatio fraudulenta ex magna beneficiorum inæqualitate præſumitur.n.13. ibid.

Quæ ſint coniecturæ ad probandam ſimulationem, & fraudem permutationis ad euitandum concurſum, vel ad palliandam reſignationem coram Ordinario factam in fauorem alterius.n.15. ibid.

Sola beneficiorum Permutatorum inæqualitas non producit fraudis ſufficientem coniecturam.n.16. ibid.

In caſibus in quibus licèt Permutanti regredi ad ſuum beneficium, ſine noua collatione hoc tamen ſine ſuperioris licentia facere non poteſt. cap.44.n.5. 159

Permutanti licitum eſt redire ad ſuum beneficium ſi Permutatio non ſortiatur effectum. cap. 46. num.1. 168

Non tamen conceditur regreſſus, quando Permutatio non fuit ſortita effectum, dolo vel culpa regredi volentis.n.2. ibid.

Succeſſor non tenetur ad ſolutionem penſionis, quando penſio nulliter fuit reſeruata in Permutatione, veluti ob non expreſſum verum valorem.n.3. ibid.

Permutans rediens ad ſuum beneficium, vtrum indigeat noua collatione.n.4. 169

Si Permutatio effectum non ſortiatur, permutans remanet in ſuo priſtino titulo & poſſeſſione.n.6. ibid.

Permutatio ſi facta fuerit cum reſeruatione penſionis quàm Papa aut non authorizauerit, aut authorizare recuſauerit, non eſt locus regreſſui. num.7. ibid.

*Perſona.*

Perſona titularis non eſt in conſideratione quoad ſolutionem penſionis, ſed fructus beneficij.c.42. num.25. 153

*Petitorium.*

In iudicio Petitorio penſionarius tenetur probare ſummam remanere apud Rectorem ſuccedentem in beneficio quamuis illi conſenſerit reſeruationi penſionis. cap.14.n.7. 46

Aliqua de petitorio: vide c.55.n.3.4.& 5. 213

*Pœna.*

Ad pœnam ſimul & ad implementum, regulariter agi non poteſt.cap.47.n.14. 174

Pœnæ confiſcationis quando locus eſt, fiſcus eſt loco hæredis extranei, & qui dicantur hæredes extranei in materia confiſcationis. cap. 35. n.2. & 3. 125

Quæ tranſeant in fiſcum quando locus eſt Pœnæ confiſcationis.n.1.& 5. ibid.

Pœnæ confiſcationis vtrum ſit locus in Curia Epiſcopi.ibip.n.15.16.& 17. 126

*Pœnitentiarius.*

Nulla incumbit Pœnitentiario cura animarum, niſi quatenus illi eſſet annexa Eccleſia Parochialis. cap.53.n.28. 208

Pœnitentiarius poteſt audire confeſſiones ſine noua licentia, & eſt impropriè Parochus totius diœceſis.n.29. & 26. ibid.

Per vnionem Canonicatus factam Officio Pœnitentiarij, non ſupprimitur titulus Canonicatus quia vnior non fuit facta extinctiuè. ibid. n.30. p.209

Penſio ſuper præbenda Pœnitentiariæ imponi poteſt.cap.66.n.15. 257

*Poſſeſſio.*

Poſſeſſio transferentis non iuuat tranſlatarium in iudicio poſſeſſorio.cap.30.n.4. 108

Mutatione perſonarum quæ penſionem ſoluere debent non mutatur actus Poſſeſſionis. cap. 37. n.55. 134

Poſſeſſio in beneficialibus coloranda eſt, & quomodo hoc fiat.cap.50.n.15. 190

Poſſeſſio colorata requiritur quando quis agit aduerſus ſucceſſorem in beneficio.c.50.n.16. 191

Poſſeſſio nemini ſine citatione auferenda eſt etiamſi eſſet priuatus ipſo iure. c.76.n.20.& 21. 292

Poſſeſſio capta per procuratorem eandem vim habet ac perſonaliter capta quando adfuit legitimum impedimentum. cap.56.n.28. 220

*Præceptorialis.*

Præbenda præceptorialis ſeu ſcholaſtria quomodo ſit inſtituenda tam ex Concilio Tridentino quàm ex Regiis conſtitutionibus in Gallia.c.66. num.4. 256

Præbendæ Præceptoriales, non comprehenduntur ſub expectatiuis.n.5. ibid.

In Gallia Præceptoriales ſecundùm Regias ordinationes ſtabilitæ ſunt amouibiles, & ideò non induunt naturam beneficij perpetui. n.6. ibid.

Penſio ſuper præbenda Præceptoriali imponi non poteſt.n.7. ibid.

De iure Canonico, Præceptores ſunt amouibiles. num.8. ibid.

Ex Regiis ordinationibus in Gallia non requiritur quod præceptori certa aliqua præbenda aſſignetur, ſed ſufficit ſi illi detur reditus æquiualens. num. 9. ibid.

Per arreſtum Curiæ Aquenſis Capitulum Eccleſiæ Metropolitanæ fuit condemnatum ad applicandam primam vacaturam pro Præceptore, & interim illi ſoluendam ſummam annuam 300. librarum.n.10. ibid.

Refertur aliud arreſtum eiuſdem Curiæ in hac materia.n.11. ibid.

Sed Senatus Tholoſanus alternatiuè reditum vel præbendam præceptori adiudicauit. num. 12. ibid.

Tamen idem Senatus alio arreſto Præceptori reditum adiudicauit ſine diminutione numeri Canonicorum.n.13. ibid.

Præbendæ Præceptorialis materia apud quos tractetur.cap.66.n.14. 257

*Præiudicium.*

In minori & Eccleſia Præiudicium conſiderari poteſt quamuis non ſit certum, ſed tantum poſſibile.cap.44.n.23. 161

*Præſcriptio.*

Eccleſia contra Eccleſiam Præſcribit ſpatio 40. annorum.cap.36.n.10. 130

In annuis præſtationibus tot eſſe cenſuit Præſcriptiones, quot ſunt anni ſiue ex contractu, ſiue ex vltima voluntate debeantur.n.11. ibid.

Bulgarus & ſequaces diſtingunt inter contractus, & vltimas voluntates, vt in debitis ex contractu ſufficiat vnica Præſcriptio 30. vel 40. annorum, ſed in debitis ex vltima voluntate tot ſint Præſcriptiones quot ſunt anni.ibid.n.12. 132

Si tamen agatur de hærede qui ſit in mala fide hic nunquam Præſcribit, & locus eſt præſcriptioni in ſingulari ſucceſſore.n.13. ibid.

In debitis conditionalibus qualis eſt cenſus annuus redimibilis ſingulis annis ſingulæ incipiunt Præſcriptiones.n.14. ibid.

Penſio vnius Eccleſiæ ad aliam promiſſa intuitu bonorum, & iurium alteri Eccleſiæ remiſſorum, non eſt redimibilis, & ideò Præſcribitur ſpatio 30. vel 40. annorum, & maximè in Gallia.n.15. ibid.

*Prælatio.*

Penſionarius non præfertur creditoribus titularis, niſi à die impoſitionis penſionis, quando impoſitio non fuit facta eadem tempore reſignationis factæ & collationis beneficij. cap. 21. n. 14. p.72.

Dicitur autem hoc caſu penſionis reſeruatio eodem contextu licèt modicum interceſſerit temporis interuallum. ibid.

Anterior præfertur in hypoteca, poſteriori penſionario concurrenti, ſi verò ſint ſub eadem data concurrunt pro rata.n.15. ibid.

Penſionarius præfertur creditoribus Chirographariis, niſi fraus probetur. n.16. ibid.

Inter duos ceſſionarios ab eodem authore ius habentes diuerſis temporibus, vtrum anterior ceſſionarius ſit præferendus, an verò concurrant pro rata. ibid. n.18. 73

*Præſentatio.*

Præſentatio fieri poteſt ſub conditione quæ in ipſo prouiſionis beneficij actu verificatur. cap. 25. num.34. 89

*Præſtatio annua.*

Quando agitur de Præſtatione annua quæ non eſt perpetua, non dantur pro ea remedia poſſeſſoria. cap.19.n.2. 62

Secundùm ſententiam Canoniſtarum dantur remedia poſſeſſoria pro Præſtationibus annuis, quamuis non debeantur intuitu certæ rei. num. 4. ibid.

Sed Legiſtæ contra.n.1. ibid.

In locis in quibus practicantur cenſus perſonales, competunt pro illis remedia poſſeſſoria. num.5. ibid.

Ex annua præſtatione oritur quidam ſtatus pro quo manutentio competit.cap.19.n.6. 63

Vide. cap.50.n.12. 190

*Præſtimonia.*

Præſtimonia quæ dantur in titulum, veniunt ſub appellatione beneficij.cap.17.n.36. 58

*Prioratus.*

Penſiones expirant per aſſecutionem Prioratuum, qui ex illorum natura inter prælaturas recenſentur. cap.73. n.235. 279

*Priuatio.*

Pœna Priuationis beneficij, minor eſt pœna depoſitionis, ideò mitius agendum eſt cum eo qui ſimpliciter ſine depoſitione beneficio fuit priuatus.cap.7.n.16. 28

Priuatus beneficiis non cenſetur priuatus penſionibus, niſi tamen ageretur de penſionibus erectis in titulum beneficij. cap.17. num. 40. p. 59. & cap.35.n.27. 127

Fallit in hæretico.cap.35.n.29. ibid.

In penſionibus & beneficiis non inducitur Priuatio, niſi per modos à iure expreſſos. num. 26. ibid.

Clerico penſionibus Priuato dimitti debet ſumma competens ne mendicare cogatur. cap.35. n.29. ibid.

Pœnæ Priuationis beneficij locum non eſſe in dubio iudicandum eſt.cap.63.n.9. 246

Priuatus ipſo iure beneficio, quibus ex Clauſulis validè reſignare poſſit.n.10. ibid.

Et ſufficit ad hoc quod ex Clauſulis appareat de mente Summi Pontificis.n.11. ibid.

*Priuilegia.*

Priuilegia ſi ſint æqualia inuicem conquaſſantur, ſed ſi vnum ſit potentius alio illud præualet. cap.58.n.29. 228

Priuilegium alimentorum Rectoris, potentius eſt priuilegio ipſius penſionarij. cap. 58. num. 30. ibid.

*Probatio.*

Probatio exactior requiritur in petitorio, ſed nudum factum probare ſufficit in poſſeſſorio. c. 3. num.21. 11

Qualitates ſubſtantiales gratiæ probare debet qui ſe fundat in gratia.n.22. ibid.

An & quando ſufficiat reo, dubiam reddere probationem actoris.cap.31. n.47. 116

Onus Probandi primam penſionem eſſe validam, incumbit impugnandi ſecundam ex capite non factæ expreſſionis primæ, etiamſi eſſet reus.c.44. num.16. 161

In iudicio executiuo, vel recuperandæ poſſeſſionis qualis Probatio requiratur. cap. 50. numero 4. p. 189

Quid Probandum ſit quando penſionarius intentat remedium poſſeſſorij ſummariſſimi aduerſus beneficij ſucceſſorem.n.5. ibid.

In actione ſpolij ſufficit probare antiquam poſſeſſionem actoris, & recentem poſſeſſionem rei. num.6. ibid.

Non tamen eſt neceſſe præcisè probare poſſeſſionem actoris de tempore litis motæ. num. 7. ibid.

Quæ deducenda articulanda, & probanda ſint in iudicio poſſeſſoris ſummariſſimi. cap. 50. n. 10. ibid.

Probatio valoris debet percutere tempus vacationis.cap.58.n.5. 225

Quod quis aliundè viuere poſſit probandum eſt iuxta tempus vacationis ſeu reſignationis, ita vt non ſufficiat probare quod reſignans non indiguerit ex eo quod paulò poſt mortuus eſt. n.4. ibid.

Onus Probandi quod reſignans aliundè habeat, ſpectat ad illum qui gratiam obtinuit. ibid. n.3. p.225

Quando valor Probandus eſt ad effectum priuationis fieri debet probatio per decem annos ante. num.6. ibid.

*Procurator.*

Si Procurator habeat mandatum ad reſignandum cum reſeruatione omnium fructuum, & conſenſerit reſeruationi medietatis illorum, vtrum valida ſit prouiſio. cap.5.n.27. 19

Et concluditur prouiſionem eſſe nullam. n.28. p.20

Si Procurator reſignauerit cum reſeruatione omnium fructuum loco penſionis, & Papa reſcripſerit cum reſeruatione medietatis illorum, vtrũ prouiſio ſit nulla. cap.5.n.29. ibid.

Procurator cui datum eſt mandatum ſub reſeruatione fructuum, vel quotæ ipſorum loco penſionis, ſi conſentiat reſeruationi penſionis in pecunia, non præiudicat ſuo principali. num.30. ibid.

Quid ſi datum fuerit mandatum Procuratori ad conſentiendum ſub certa ſumma, vtrum præiudicet principali ſi conſentiat in minori quantitate.n.31. ibid.

Quod alicui commiſſum eſt, illud poteſt exercere per Procuratorem quando agitur de actu in quo non requiritur magna induſtria. cap.29. num.6. p.105

Tranſlatio facta per Procuratorem poſt obitum transferentis eſt valida quando ſupplicatio fuit ſignata ipſo viuente.n.7. ibid.

Quod verum eſt ſi etiam concurrat expeditio literarum. n.8. ibid.

Quamuis principalis ipſe porrexerit ſupplicationem, Procurator poſteà conſtitutus ad præſtandum conſenſum, non poteſt, poſt illud obitum hoc facere. cap.29.n.16. 106

Per conſtitutionem ſecundi Procuratoris, reuocatur primus quamuis ſecundus mandatum non acceptauerit.n.21. ibid.

Quod ampliatur etiamſi ſecundum mandatum eſſet nullum.n.22. ibid.

Mandatum Procuratori factum ad transferendum cenſetur reuocatum ſi transferens poſteà per multos annos penſionem exegerit. cap.29.n.25. p.107

Procuratoris conſenſus vtrum ſufficiat quando principalis eſt præſens in Curia. cap. 41. n. 25. p.148.

Procurator conſtitutus ad conſentiendum penſioni, vtrum poſſit conſentire per epiſtolam, & quomodo.n.26. ibid.

Retentio annatæ facta per principalem, non inducit approbationem geſtorum per Procuratorem, niſi data ſcientia ipſius principalis.ibid.n.31. 149

Procurator recipiendo penſionem non præiudicat regreſſui qui competebat principali, qui geſta per Procuratorem expreſsè vel tacitè non ratificauit.cap.47.n.29. 175

Procurator ad reſignandum poteſt reuocari antequam ipſe cœperit exequi mandatum. cap. 56. num.18. 218

Confeſſio Procuratoris quod receperit ſummam contentam in mandato, non probat niſi ad hoc habeat mandatum ſpeciale. n.17. ibid.

*Profeſſio.*

Profeſſionem fidei qui non emiſit priuatur etiam fructibus quotidianarum diſtributionum, quando in illis omnes beneficij reditus conſiſtunt. cap.42.n.8. 151

Penſiones per Profeſſionem in religione extinguntur.cap.69.n.7. 265

Eodem modo vacant penſiones per profeſſionem in Societate Ieſu, quo & beneficia. ibid. num.8. p.265

Ampliatur etiamſi annus Profeſſionis ex iuſſu Superiorum fuerit coarctatus.n.15. ibid.

Et hæc procedunt tam in maioribus quam minoribus beneficiis.n.16. ibid.

Donec Profeſſio ſequuta fuerit prouiſiones de beneficiis per ingreſſum Religionis vacaturis. num.18. ibid.

Reiicitur opinio exiſtimantium penſiones acquiri Monaſterio poſt Profeſſionem. ibid. num. 19. p.266

Per tacitam Profeſſionem quis verus Religioſus efficitur.n.21. ibid.

Sed vt penſio per tacitam Profeſſionem extinguatur quid requiratur. n.22. ibid.

Quid decreuerit Concilium Tridentinum circa tacitas profeſſiones. n. 23. ibid.

Penſio non amittitur per Profeſſionem ſi fuerit aſſignata pro ſeruitio temporali cuius Religioſus eſt capax.n.24. ibid.

Penſio non amittitur per Profeſſionem ſi conſtet talem fuiſſe intentionem Summi Pontificis.n.25. ibid.

Penſio ſub Clauſulis & conditionibus, concedi ſoleat profeſſis in Religione. n.26. ibid.

Tacitæ Profeſſiones in Gallia non admittuntur, ſed illarum probatio fieri debet per ſcripturam. cap.70.n.1. 277

*Proteſtatio.*

Proteſtatio recipientis penſionem, quomodo concipi debeat vt ſibi non præiudicet in regreſſu. cap.47.n.28. 175

Recipiens penſionem diminutam in ſententia ſibi præiudicat in poſſeſſorio, ſi non fuerit proteſtatus.cap.50.n.80. 196

*Publicatio.*

In Gallia loco ſolemnis Publicationis ſufficit quod poſſeſſio capta innoteſcat per actus publicè factos.cap.5.n.11. 18

Extra Galliam reſignationes etiam cum retentione fructuum loco penſionis factæ ſunt formiter publicandæ.n.12.& 15. ibid.

Publicatio reſignationis debet fieri in quibuſcunque beneficiis ſiue requirant reſidentiam ſiue non, & tam in ſimplicibus quàm in curatis.n.13. ibid.

Actus Publici ſufficiunt in Gallia loco Publicationis formalis dummodo reperiantur facti tempore mortis reſignantis.n.15. ibid.

Publicatio

Publicatio reſignationis non debet fieri ad diligentiam penſionarij ſed titularis. cap. 5. num. 16. ibid.

Propter defectum publicationis penſionarius ſua penſione priuandus non eſt. cap.12. num.1. 39. & cap.62.n.24. 244

Ob non factam Publicationem tam reſignans quàm reſignatarius iure ſuo priuantur, penſio tamen debetur.cap.12.n.4.& 17. 39.& 41

Quando reſignatio non fuit publicata, reſignans non poteſt intentare iudicium ſpolij. ibid. n.5. p.39

Si reſignans permanſerit in poſſeſſione nulla facta publicatione, olim mortuo reſignante beneficium vacabat per obitum, ſed hodie ex conſtitutionibus Apoſtolicis vacat per non publicationem.n.6. ibid.

Q

*Quaſi poſſeſſio.*

QVaſi poſſeſſio exigendi penſionem non probatur contra eum qui ſucceſſor eſt beneficij, niſi conſtet de vera & reali numeratione. cap.3.n.11. 10

Sufficiunt tamen ſolutiones factæ à tertio cum ſcientia & patientia titularis. n.12. ibid.

Soluens vigore Clauſulæ, *Sine retardatione ſolutionis penſionis*, non conſtituit aduerſarium in quaſi poſſeſſione exigendi.cap.80.n.50. 311

Vide in dictione *Solutio*.

Quaſi poſſeſſio manutenibilis acquiritur ex vnico ſolutionis actu.cap.50.n.31. 192

Immo ſufficit ſolutio partis penſionis dummodo non fuerit facta cum excluſione alterius partis. num.32. ibid.

In iuribus incorporalibus non acquiritur Quaſi poſſeſſio, niſi probata ſcientia aduerſarij. n.34. ibid.

Mandatum aut commiſſio de ſoluendo non effectuata non ſufficit ad probandam quaſi poſſeſſionem.n.35. ibid.

Solutio facta per reſeruatarium fructuum cum facultate illos percipiendi propria authoritate conſtituit eum qui ſuper fructibus penſionem habet in quaſi poſſeſſione exigendi.n.36. ibid.

Quod procedit in reſeruatario omnium fructuum non autem in eo qui habet certam illorum quantitatem. n.37. ibid.

Simplex fructuum reſeruatarius ſine facultate illos percipiendi propria authoritate, ſoluendo penſionem impoſitam ſuper illo beneficio non conſtituit penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi, niſi interueniente ſcientia titularis. n.38. ibid.

Quaſi poſſeſſio penſionarij probatur ſi titularis confeſſus fuerit ſe aliàs penſionem ſoluiſſe. ibid. num.48. 193

Etiamſi confeſſio eſſet tantum extraiudicialis. num.49. ibid.

*Quindennium.*

Pro beneficiis vnitis, loco annatæ ſoluitur aliquando Quindennium. cap.10.n.19. 36

Quindennia quid ſint, & quomodo ſoluenda. n.20. ibid.

Quindennia non debentur quando vnio non fuit facta manui mortuæ ſed dignitati, vel beneficio vacabili quia de eo ſoluitur annata.n.21. ibid.

*Quota.*

Iure ordinario penſiones non imponuntur per modum quotæ ſed quantitatis. cap.4.n.1. 14

Penſionarius Quotæ eſt quodammodo ſimilis colono partiario.n.4. ibid.

Summus Pontifex concedere poteſt penſiones ſub ratione Quotæ partis fructuum. ibid.n.17. 15

Reſeruatarius Quotæ fructuum tenetur ad onera beneficij pro rata.n.20. ibid.

Intellige de oneribus intrinſecis, non de iis quæ ab extra imponuntur. ibid.n.21. 15

Reſeruatio penſionis in Quota cum limitatione Summæ habetur pro reſeruatario in quantitate, & ideò tenetur capere penſionem de manu titularis. n.23. ibid.

Penſionarius non poteſt Quotam fructuum propria authoritate capere, niſi hoc illi ſpecialiter fuerit conceſſum. ibid. n.24. 16

Penſionarius Quotæ fructuum non poteſt agere contra poſſeſſorem beneficij, niſi quatenus fructus perceperit.n.25. ibid.

R

*Rata portio.*

PEnſio impoſita taxatiuè ſuper reditibus certi beneficij non debetur niſi ad Ratam fructuum qui ex illo percipiuntur.cap.36.n.3. 130

Et quando penſio cenſeatur impoſita taxatiuè vel demonſtratiuè.n.4. ibid.

Si penſio ſit impoſita ſuper duobus beneficiis quorum alterum poſſeſſor retinuit, & alterum reſignauit, pro qua Rata quilibet poſſeſſor teneatur ad ſolutionem penſionis.cap.23.n.2. 80

Si penſio fuerit impoſita ſuper pluribus beneficiis inæqualis valoris pro qua Rata ſolutio fieri debeat.n.3. ibid.

Quomodo conſideretur Rata portio ſi fuerit dictum pro qua ſumma quodlibet ex beneficiis teneatur. n.4. ibid.

Quid agendum ſit ſi penſio fuerit impoſita ſuper pluribus beneficiis quæ poſtea ſeparentur. n.5. ibid.

Quando agitur de penſione ſuper pluribus beneficiis impoſita non committitur appellatio ſine retardatione. n.6. ibid.

Penſione ſuper pluribus beneficiis impoſita ſi vnum ex illis reſignetur quilibet poſſeſſor tenebitur pro Rata ad penſionis ſolutionem. cap.23. num.16. 82

Sed hæc diuiſio fieri debet iuxta proportionem geometricam.n.17. ibid.

Et circa hoc explicatur *deciſio* Seraphini 1429.ibid.

In calculo ratæ penſionis inter Epiſcopum, & eius ſucceſſorem finitur tota fructuum perceptio, in fine anni computandi ab ipſo die reſeruationis penſionis.cap.20.n.2. 65

Et quæ ſit huius computationis praxis. num.1. ibid.

Diuiſio inter poſſeſſorem Epiſcopatus aut alterius beneficij debet fieri pro Rata fructuum, non pro Rata temporis.n.3. ibid.

Penſio eſt onus fructuum, & ideò debetur pro Rata illorum perceptionis.n.4. ibid.

Rata fructuum conſiderari debet inter poſſeſſorem beneficij, & eius ſucceſſorem ad Ratam fructuum iuxta, *l. defuncta, ff. de vſufruct*; ex veriori ſententia. ibid.n.35. 68

Contraria reiecta.n.40. 69

In ſupputanda rata fructuum quæ ſit differentia inter ſuccedentem ex actu voluntario, & ex neceſſario.cap.20.n.36. 68
Reiicitur ſententia exiſtimantium ratam fructuum conſiderandam eſſe iuxta *l. diuortio ff. ſolut. matrim.* ibid. n.41.42.& 43. 69
Et reſpondetur ad obiectiones.n.44. ibid.
Quamuis vſusfructus Legatus ſit loco alimentorum, tamen mortuo vſufructuario diuiſio fit pro rata fructuum, non autem pro rata temporis.n.45. ibid.
Et contrariam Rebuffi ſententiam Rota Romana nunquam admiſit.n.46. ibid.

*Ratificatio.*

Ratificatio inducitur ex eo quod principalis vſus fuit ſcriptura, in qua exprimitur conſenſus præſtitus per procuratorem, aut alia ex quibus haberit notitiam illius conſenſus, & non contradixerit.cap.41.n.35. 149

*Reconuentio.*

Reconuentio admittitur in remedio recuperandæ poſſeſſionis, ſi illa procedat ex cauſa pariter priuilegiata.cap.51.n.23. 200

*Recuperandæ poſſeſſionis remedium.*

Interdictum Recuperandæ poſſeſſionis non datur contra petentem dilationem ad ſoluendum, ſed tantum contra ſoluere recuſantem. cap.50.n.11. p.189
Non recuperantur penſiones quas quis ſemel amiſit.cap.77.n.25. 296

*Reditus.*

Redituum beneficij ſeparatio cum applicatione illorum ad nouam Eccleſiam erigendam non poteſt fieri in Eccleſia Collegiata. cap.17.num.39. p.59

*Reductio.*

Penſionum Reductio in tribunalibus Galliæ fit arbitrio boni viri quando reditus beneficij notabiliter ſunt diminuti.cap.15.n.12. 51
Reductio penſionis quoad exigendam Summi Pontificis authoritatem iiſdem regitur regulis quibus extinctio.cap.57.n.5. 221

*Regalia.*

Si reſignatarius non capiat poſſeſſionem beneficij reſignati antequam aperta ſit Regalia corruit reſeruatio penſionis.cap.56.n.25. 219
Vtrum ſufficiat quod poſſeſſio capta fuerit per procuratorem, vt non ſit locus aperturæ Regaliæ, an verò ſit capienda perſonaliter. n.26. ibid.
Et variæ ſuper hoc ſententiæ referuntur. n. 27. & 28. ibid.& 220

*Regulæ.*

Regulę Cancellariæ ex vſu multorum Tribunalium non ſunt producendæ cum ſint notoriæ. c.41. num.41. 150
Regula de conſenſibus refertur. n.39. ibid.
Quæ Regula non eſt de dandis; & quid ſit Regulam eſſe de dandis.n.40. ibid.
Papa derogat Regulæ de conſenſibus quando agitur de eo qui propter abſentiam, vel ætatem conſentire non poteſt.cap.41.n.10. 147
Regula de conſenſibus non ſeruatur in Gallia. ibid. num.28. 148
Derogatio Regulæ de conſenſibus, non ſuffragatur quando mandatum procuratoris eſt inſufficiens. ibid. n.29. 149
Derogatio Regulæ de conſenſibus refertur ad conſenſum formalem, non autem ad cauſalem. n.32. ibid.
Regula de non iudicando iuxta formam ſupplicationis non habet locum in poſſeſſorio. cap. 50. num.17. 191
Regula de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, vtrum poſſit opponi per fideiuſſorem penſionis ad retardandam executionem. cap. 56. num.12. 217
Rota iudicauit in hoc caſu contra fideiuſſorem propter Facultates Auditoris Cameræ. num.13. p.218
Quod tamen quomodo intelligendum ſit, explicatur.n.14. ibid.
Prædicta Regula non habet locum in prouiſionibus beneficiorum exiſtentium in partibus infidelium. cap.56. n.15. ibid.

*Regulares, Religioſi.*

Regulares in Gallia dicuntur repleti quocunque beneficio etiam modico. capit. 21. numero 23. p.73
Religioſi tenentur in impetratione Literarum, ſiue *in forma communi*, ſiue *in forma pauperum*, exprimere penſiones quas obtinent. capite 64. num. 24. pag. 250. & num. 29. eodem cap. 64. p.251
Omnia beneficia ſunt Monachis incompatibilia, niſi ab eodem Monaſterio dependeant. cap.64. num.26. ibid.
Religioſus qui ex diſpenſatione Apoſtolica beneficium obtinet, non indiget noua diſpenſatione, ſi illud reſignando penſionem ſibi reſeruet. c.70. num.2. 267
Regularis ſicut incapax eſt beneficij ſæcularis, ita penſionem ſuper illo obtinere non poteſt.cap.71. num.12. 271
Ampliatur vt hoc procedat tam in beneficio ſimplici quàm curato. n.13. ibid.
Regularis ſine diſpenſatione etiam ſuper ſui Ordinis beneficio non poteſt penſionem obtinere. num.14. ibid.
Religioſus tutus eſt in foro exteriori, ſi penſionem obtineat ex ſpeciali Summi Pontificis conceſſione etiam ſine vlla cauſa apparenti. numero 15. ibid.
Regularis poſſidens beneficium curatum, ſi illud dimittat, vel reſignet penſionem ſibi reſeruare non poteſt. n.18. ibid.
Superior Regularis poteſt aſſignare Religioſo penſionem temporalem, & nominatim in Ordine Melitenſi.n.19. ibid.
Religioſus conqueri non poteſt quando eius ſuperior penſionem ſuper beneficio per eum poſſeſſo reſeruauit.n.20. ibid.
Superior penſionem inter Religioſos diuidere poteſt ad nutum tamen ipſius ſuperioris amouibilem.n.21. ibid.
Non requiritur cauſa vt Superior Religioſo penſionem ad tempus, & reuocabiliter concedat. ibid.n.22. 272
Quomodo intelligendum ſit quod dicitur Regulares de fructibus ſuorum beneficiorum diſponere poſſe. n.23. ibid.
Superior concedere poteſt Religioſo, vt peculium habeat pro ſuis neceſſitatibus, etiam in Religioſis ſtrictæ obſeruantiæ.n.25. ibid.
Religioſi ſtrictioris obſeruantiæ ſunt capaces Legatorum quæ vnica præſtatione ſoluuntur, non item ſi ſucceſſiuam habeant obligationem. c.72. num.1. 273
Cenſus annui Legatum factum Religioſis ſtrictioris obſeruantiæ eſt nullum. cap. 72. numero 2. ibid.
Legatum factum Religioſis ſtrictioris paupertatis eſt validum ſi vnica præſtatione ſolui debeat quamuis per viam ſimplicis indicationis fuerit deſignatus cenſus perpetuus ex quo ſolui debeat.n.3.
Et hoc caſu fructus cenſus iudicati non pertinent ad Religioſos, ſed ad hæredes teſtatoris. num.4. ibid.
Religioſus ex Ordine incapaci tranſlatus ad Religionem capacem poteſt petere legatum penſionis ſibi relictæ pro ſuis neceſſitatibus. cap.72. num.16. 274
Religioſis quantumuis mendicantibus penſio relinqui poteſt ad ſubleuandam neceſſitatem.ibid. num. 19. 275
Hoc tamen ad nutum Superioris, & ſub illius diſpoſitione.n.20. ibid.
Papa Religioſo penſionem duraturam quandiu viuet concedere poteſt. n.21. ibid.
Religioſus cui Papa penſionem concedit duraturam ad vitam, fit obedientiarius Papæ. num. 22. ibid.

*Relegatio.*

Pœna Relegationis, vel perpetui carceris, aut triremium continet maximam capitis diminutionem.cap.35.n.7. 126

*Regreſſus.*

Regreſſus qui conceditur in Gallia reſignanti in extremitate morbi an locum habeat tam in reſignationibus puris factis coram Ordinario collatore, quàm in conditionalibus factis in fauorem certæ perſonæ.cap.46.n.9. 169
Regreſſu conualeſcenti dato omnia reſtituuntur ad priſtinum ſtatum, tam quoad ſedem quàm quoad alia, & penſio quam reſignans reſeruauerat extinguitur.ibid.n.11. 170
Et quid in hac quæſtione ſtatuerit Ludouicus XIII. n.12. ibid.
Quomodo explicetur edictum illud Ludouici XIII. num.13. ibid.
Regreſſu conceſſo, quando penſio fuit reſeruata in fauorem tertij, vtrum regrediens teneatur ſoluere penſionem illi tertio reſeruatam. cap.46. num.23. 171
Et circa hoc explicatur doctrina Gambari, *in tract. de officio legati lib. 6. num.* 98. cap. 46. num. 24. ibid.
Regreſſus conceditur reſignanti beneficium ex falſa cauſa.n.25. ibid.
Idem dicendum eſt ſi reſignatio ſit nulla. c.46. num.26. ibid.
Regreſſus conceditur acceptanti beneficium incompatibile quod prius Papam alteri contuliſſe ignorabat, ſi ſtatim beneficium alteri à Papa collatum dimittat. n.27. ibid.
Indiget tamen noua poſſeſſione ſi agatur de Canonicatu quia poſſeſſio capitulariter capi debet. num. 28. ibid.
Regreſſus datur ad beneficium reſignatum ſi penſio reſeruata ſibi non ſoluatum. cap. 45. num.1. p.163
Regreſſus datur in Gallia vigore iuris communis ob non ſolutam penſionem in reſignatione reſeruatam.n.2. ibid.
Regreſſus datur reſignanti etiam quando reſignatarius agit ad penſionis nullitatem. cap. 45. n.6. ibid.
Regreſſus ille datur etiam contra ſucceſſorem, ſeu reſignatarium reſignatarij. cap. 45. num.8. p.164.
Etiamſi opponeretur de periurio.n.9. ibid.
Item procedit quando reſeruatio penſionis non facta fuiſſet eodem inſtanti reſignationis dummodo interuallum temporis modicum interceſſerit, veluti ſi intra biduum. n.10. ibid.
Immò etiam ſi reſeruatio facta fuerit ſuper aliis beneficiis non reſignatis. cap. 45. numero 11. ibid.
Regreſſus non datur niſi volente eo qui illum intentat.n.16. ibid.
Procurator non poteſt intentare Regreſſum ſine mandato ſpeciali. n.18. ibid.
Regreſſus ob non ſolutionem penſionis non eſt ſublatus per Concilium Tridentinum. num. 19. ibid.
Regreſſus datur etiamſi penſio fuerit reſeruata in certa ſumma ſed cum modificatione, dummodò talem fructuum partem non excedat, tunc enim datur electio titulari, vtrum velit agere ad regreſſum, an verò petere reductionem ad ſummam præſcriptam.n.20. ibid.
Regreſſum intentans contra beneficium incompatibile, non eſt à ſua petione remouendus. ibid. num. 165
Priuatus omnibus beneficiis quomodolibet obtentis non priuatur regreſſu. ibidem num. 27. p.166
Penſio extinguitur, ſi quis obtinuerit Regreſſum. num.28. ibid.
Ad canonizandum Regreſſum requiritur ſententia declaratoria.n.31. ibid.
Fallit quando Papa reſeruat Regreſſum cum dictione *liberum*, tunc enim non requiritur ſententia declaratoria.n.32. ibid.
Quæ ſententia declaratoria non datur niſi interueniente magna proteruia illius qui debet penſionem. n.33. ibid.
Si Regreſſus non fuerit irreuocabiliter datus, penſio remanet in ſuo ſtatu. cap.45. numero 34. ibid.
Quando Regreſſus fuit irreuocabiliter obtentus, penſio non poteſt de conſenſu partium reualidari, ſed requiritur noua prouiſio Papæ. n.35. ibid.
Regreſſum irreuocabiliter datum fuiſſe ex quibus probetur. n.36. ibid.
Qui Regreſſum obtinuit recuperat priſtinam ſedem, nec tenetur ſoluere iura in ingreſſu Eccleſiæ ſolui conſueta.n.37. ibid.
Qui Regreſſum obtinet ad Parochialem non indiget

diget nouo examine nec concurſu. cap.45.n.38. ibid.
Penſionarius Regreſſui tacitè renunciat petendo penſiones.cap.47.n.4. 173
Et multò magis per illius exactionem. num. 6. ibid.
Per petitionem tam præteritarum quàm futurarum penſionum receditur à Regreſſu. cap. 47. num.7. ibid.
Proteſtatione penſionarij contraria non obſtante, ipſe petendo penſionem excluditur à Regreſſu. num.8. ibid.
Quod procedit quando ille petit tam penſiones præteritas quàm futuras.n.9. ibid.
Penſionarius non excluditur à Regreſſu petendo penſionem ſi debitè fuerit proteſtatus,& penſionis debitor huic proteſtationi non contradixerit.n.10. ibid.
Si debitor penſionis ſoluendo penſionem dixerit, non eſſe locum Regreſſui ſibi non præiudicat, & illi ius ſuum ſaluum manet. cap. 47. num.11. ibid.
Varij caſus explicantur pro reſolutione illius quæſtionis vtrum petendo penſionem ſibi quis præiudicet in Regreſſu.ibid.n.16. 174
Primus caſus eſt quando ſimpliciter creditor recepit penſionem, & tunc per penſionis receptionem præiudicatur Regreſſui. cap.47. num. 17. ibid.
Secundus caſus quando creditor intentauit iudicium pro penſione penſionis, nihilquè dixit de Regreſſu, & hoc etiam caſu per penſionis receptionem ſibi præiudicat in Regreſſu. num.19. ibid.
Tertius caſus eſt quando intentatum quidem fuit iudicium Regreſſus, ſed penſionarius penſionem recepit cum proteſtatione, & hoc caſu verius eſt, & æquius ipſum nihilominus à Regreſſu eſſe excludendum. cap. 47. numero 21. ibid.
Quartus caſus quando actum fuit tam ad Regreſſum quàm ad ſolutionem penſionis, & hoc caſu attendenda ſunt verba ſententiæ, & alia de quibus hoc.n.23. ibid.
Si Iudex ſimul iudicauerit, tam ſuper ſolutione penſionis, quàm ſuper Regreſſu tunc penſionarius per receptionem penſionis etiam ſine proteſtatione factam ſibi non præiudicat in Regreſſu. ibid.n.24. 175
Quæ ſit differentia inter receptionem penſionum præteriti temporis & futuri quando agitur de tacita renunciatione Regreſſus. cap.47. num.27. ibid.
Quæſtio Regreſſus eſt quæſtio præiudicialis. n.1. p.176
Regreſſus excluditur ſi conſtet notoriè de defectu intentionis Papæ. capite 48. numero 4. pagina 177
Et hoc caſu datur remedium actionis ſpolij. n.5. ibid.
Obtinens Regreſſum reuocabiliter non poteſt ſuper eodem beneficio penſionem obtinere niſi fuerit in ignorantia probabili. cap. 52. num. 29. p.204
Regreſſus poteſt caſſari coram Notario & teſtibus, quia hoc tendit ad fauorem Eccleſiæ. capit. 57. num.3. 221
Regreſſus ad penſiones, & priora beneficia datur Epiſcopis quando impediuntur aſſequi poſſeſſionem Epiſcopatus ſibi collati. cap.73.num.17. p.207

*Remiſſoria.*

Petens Remiſſoriam etiamſi ſit reus adhuc poteſt vincere ex non iure actoris. cap. 55. numero 10. p.214.
In cauſis penſionum Rota concedit Remiſſorias perinde ac ſi eſſent prophanæ. cap.17. num.24. p.58

*Renunciatio.*

Renunciatio etiam in fauorem alterius non infert aditionem hæreditatis. capite 30. numero 12. p.109
Iuri quod quis non habet Renunciare non poteſt. cap.63.n.3. 245
Tacita beneficij Renunciatio fieri poteſt ſine ſuperioris authoritate, ſecus ſi agatur de expreſſa. cap.77.n.4. 294
Ex tacita beneficij Renunciatione, idem reſultat effectus qui ex expreſſa. capite 77. numero 5. p.295
Per tacitam Clericatus Renunciationem tam beneficia quàm penſiones amittuntur. numero 6. ibid.
Clericus in ſacris Ordinibus conſtitutus licèt Clericatui Renunciare non poſſit aliquos tamen actus facere poteſt, per quos penſionibus tacitè Renunciare cenſeatur. ibid.n.27. 297
Renuncians beneficio non impeditur illud idem poſtea aſſequi ex noua prouiſione.cap.75. n. 22. & 23. 287

*Repetitio.*

Qui ſoluit ex obligatione Camerali, vel ex mandato de manutenendo ſi ſoluerit indebitè habet ſoluti Repetitionem. cap.59.num.15. & 16. p.232
Qui penſionem exigit ſaluo titulari iure Repetendi non tenetur dare cautionem de reſtituendo caſu quo indebitè. cap.59. num.17. ibid.

*Reſeruatio.*

Reſeruatio penſionis cenſetur facta à Papa eodem tempore quo reſignatio ſi intra biduum facta fuerit.cap.1.n.15. 3
Reſeruatio iurium nihil addit de nouo, ſed ſolum priſtina iura conſeruat. cap. 2. num. 13. pag.6
Reſeruata ſunt ſedi Apoſtolicæ beneficia per adeptionem Epiſcopatus vacantia. cap. 73. num.4. p.277

*Reſignans.*

Quamuis Reſignans ſibi poſſit fructus aliquos poſt reſignationem, tamen hoc intelligitur de fructibus lucratiuis non de honorificis. cap. 2. num.10. 6
Reſignans in extremitate morbi in Gallia redit ad ſuum beneficium.cap.46. n.8. 169
Quod ex iudiciorum vſu procedit etiam in puris reſignationibus.ibid.n.10. 170
Reſignans in fauorem non abdicat ius ſuum ſine facto Papæ. cap.60.n.9. 236
Reſignatio facta reſeruato regreſſu conditionaliter, non valet ſi regreſſus non ſubſiſtat. num. 10. ibid.
Qui primo nulliter Reſignauit non poteſt ſecundo reſignare.cap.60.n.13. 237
Si tamen omnia Pontifici narrata fuerint ſecunda illa Reſignatio valida eſt. capite 60. num. 16. ibid.
Reſignans nulliter ſcienter priuatur beneficio, & regreſſu ad illud,ſecus ſi ignorante.ibid.num.23. p.238
Per diſtinctionem reſignantis culpoſi, & non culpoſi reſoluitur quæſtio vtrum reſignatione non admiſſa propter incapacitatem reſignatarij Reſignans ius ſuum integrè perdat.cap.60.num.30. ibid.
Si Reſignans nullum ius habeat in beneficio reſignato, penſio non ſubſiſtit. cap. 62. num. 1. p.242
Si tamen Reſignans tituli ſui nullitatem Pontifici expoſuerit, penſio erit valida. cap. 62. num. 2. ibid.
Sicut Reſignatio nulla eſt, ita penſionis reſeruatio. num.3. ibid.
Si Reſignans fuerit inhabilis, reſeruatio penſionis ſubſiſtere nequit.ibid.n.23. 243
Secundus reſignatarius poteſt impugnare penſionem reſeruatam reſignanti qui non publicauit. ibid.n.26. 244

*Reſtitutio.*

Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam non datur, niſi conſtito de læſione. cap.55. num.23. p.215

*Retentio.*

Inter Retentionem & impoſitionem penſionis magna eſt differentia.cap.25.n.11. 87
Facultas Retinendi penſiones extenditur ad obtentas poſt illius conceſſionem,& poteſt ſe compati cum alia facultate poſtea obtenta. cap.28. n.36. p.103.
Facultas retinendi non dat facultatem transferendi nec è contra. cap.31.num.33.p.115.& cap.73. num.9. 277
Facultas Retinendi penſiones non obſtante Matrimonio, conſumitur in primo actu. cap. 32. num.18. 119
Epiſcopis dari ſolet facultas penſiones Retinendi. cap.73.n.9. 277
Sed ſi Clauſulæ eſſent ampliſſimæ contineretur etiam facultas illas transferendi, & non aliàs. num.10. ibid.
Conceſſio data Epiſcopis Retinendi penſiones fieri debet in eadem ſcedula conſiſtoriali. num. 11. ibid.
Si in conceſſione penſionis facta fuerit expreſſio quotidianarum diſtributionum non eſt neceſſe quod iterum fiat in gratia Retentionis. cap.73. num.22. 278
Literæ prouiſionis penſionis, & facultatis retinendi penſionis eodem tempore expediri debent. cap.74.n.3. 281
Idque ante adeptam poſſeſſionem Epiſcopatus. num.5. ibid.
Conſtitutiones pœnales circa Retentionem penſionum ſtrictè ſunt intelligendæ. cap.74.num.6. ibid.
Conſtitutiones de ſimul expediendo Literas prouiſionis Epiſcopatus & Retentionis penſionum, non habent locum in permutationibus. num.8. ibid.

*Reuiuiſcere.*

Penſio Reuiuiſcit ſi penſionarius poſſeſſionem eiuſdem beneficij penſione grauati nulliter adeptus fuerit dummodo ſine dolo, quamuis id ſcienter fecerit. cap.52.num.31. 204

*Reuocatio.*

Transferens poteſt Reuocare tranſlationem re integra, ſed reuocationem intimare debet, & quomodo.cap.29.n.15. 106
Reuocatio actus validi non oritur ex actu nullo in vltimis voluntatibus, ſecus inter viuos in iis quæ dependent ex voluntate diſponentis. n.23. ibid.

*Rex.*

Regibus aliquando Papa concedit facultatem decimas imponendi ſuper fructibus beneficiorum. cap.6.n.31. 24
Illi imputandum eſt qui ſe obligauit totam penſionem ſoluere non obſtantibus quibuſcunque decimis regiis. cap.6.n.38. 25
In beneficiis Regiæ nominationis maior eſt Regis poteſtas quàm patronorum Laïcorum. cap. 25. num.27. 88
Inter beneficia Regiæ nominationis, & Regiæ collationis quæ ſit differentia. cap.25. num.28. ibid.
In beneficiis Hiſpaniæ non conceditur penſio ſine conſenſu Regis quæ ſunt Regiæ nominationis, & quomodo tunc fiant expeditiones. cap. 25. num.29. 89
Milites non poſſunt retinere penſiones in Gallia ſuper beneficiis quæ ſunt de nominatione Regia, vel de iurepatronatu Regio. cap. 77. num. 32. p.297

*Rota.*

Rotæ *deciſio* 129. *Parte* 1. *Recent.* ad longum examinatur circa extinctionem penſionis in præiudicium creditorum.cap.21.n.25. 74
Explicatur ſenſus Rotæ, *deciſ.* 10. *ſub tit. de probat. in nouis.*cap.31.n.48. 116
Reſolutiones Rotæ non probant rem iudicatam, niſi etiam producatur ſententia in conſequentiam illarum lata. cap.48.num.16. 178

## S

*Salarium.*

Epiſcopus vtrum poſſit conuenire cum ſuo domeſtico de ſoluendo illi certo Salario donec illi prouiſum fuerit de beneficio. cap.82.num.4. p.315

*Sæcularia.*

Quomodo probetur beneficium eſſe conſuetum Clericis ſæcularibus aſſignari. cap. 64. num.18. p.250
Beneficia quæ dicantur Sæcularia, vel Regularia, quæ ſimplicia, vel duplicia, quæ curata vel ſine cura.cap.71.n.1. 270
De beneficiis quæ Regularibus conferuntur, an & quando perpetua ſint maximè in Gallia. c.71. n.2.& ſequentibus. ibid.

# Index Rerum Notabilium


*Secunda penſio.*

In reſeruatione Secundæ penſionis debet fieri expreſſio primæ quæ antea ſuper eodem beneficio erat impoſita.cap.31.num.35. 115
Ampliatur vt procedat etiamſi Secunda penſio motu proprio Summi Pontificis eſſet reſeruata. num.36. ibid.
Quamuis prima penſio ſit conditionalis debet nihilominus illius fieri mentio in impetratione Secundæ præſertim ſi conditio fuerit purificata. cap.31.n.41. 116

*Sententia.*

Sententia contra hæredem colluſoriè lata, non præiudicat ſubſtitutis. cap.39.n.19. 140
Præſumitur pro validitate Sententiæ, maximè ſi de ea appareat ex reuolutione proceſſus. cap. 55. num.2. 213
Sententia quomodo concipienda ſit contra titularem non ſoluentem penſionem. cap.49. num.18. p.182
Sententia priuat iure ſed non poſſeſſione facti. cap.79.n.18. 305
Sententia eſt nulla ſi prius non fuerit ſatisfactum ſolutioni penſionis quando cauſa fuit commiſſa cum Clauſula, *Sine retardatione ſolutionis penſionis.*cap.80.n.3. 308
Quod etiam procedit dum agitur de ſolutione dotis.n.4. ibid.
Sententia in iudicio manutentionis penſionis, ſiue lata fuerit per viam ſimplicis decreti, ſiue per ſententiam in ſcriptis, vtroque caſu non retardatur manutentio. cap.80.num.53. 311

*Sequeſtratio.*

Per appoſitionem Sequeſtri ſuper fructibus beneficij non fit præiudicium penſionario quoad exactionem penſionis ſibi debitæ. cap. 50. n.74. p.195
Ad fructuum Sequeſtrationem quibus in caſibus procedendum ſit poſt latam vnicam ſententiam in Romana Curia.cap.79.n.1. 302
Appellare non licet à Sequeſtratione quæ fit in executionem legis. n.2. ibid.
Sequeſtratio in vim Clement. vnicæ, *de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* non poteſt fieri per ordinarium, ſine commiſſione.n.3. ibid.
Et huiuſmodi Sequeſtratio in vim, *dictæ Clement. vnicæ*, fieri poteſt in ſecunda inſtantia ſi facta non fuerit in prima. ibid.n.4. 304
Fallit ſi reus in prima inſtantia ſententiam fauorabilem pro ſe obtinuiſſet. capite 79. numero 5. ibid.
Sequeſtratio quibus in caſibus concedenda ſit remiſſiuè.n.6. ibid.
Sequeſtratio prohibetur regulariter de iure communi.n.9. ibid.
Sequeſtratio fructuum pro penſione facienda eſt quando difficilis eſſet illius recuperatio.num.10. ibid.
Quando litigatur contra capitulum quod tergiuerſationibus vti poteſt proceditur ad Sequeſtrationem, ex conſtitutione Pij V. cap.79. num.7. ibid.
Poſt appellationem interpoſitam à penſionario condemnato, non eſt locus fructuum Sequeſtrationi.n.8. ibid.
In cauſis beneficialibus conceditur Sequeſtrum quando difficilis eſt recuperatio. cap. 79. n. 11. ibid.
Sequeſtratio non datur contra triennalem poſſeſſorem, quamuis ſententia lata eſſet in Curia.n.12. ibid.
Sequeſtratio ex *Clement. vnica, de poſſeſſ. & fructuum*, non datur in cauſis penſionum. cap. 79. num.13. 305
Si ſententia fauore penſionarij non fuerit declarata executoria, non eſt locus fructuum Sequeſtrationi. num.15. & 21. ibid.

*Seraphinus.*

Explicatur *deciſio* Seraphini 664. & oſtenditur differentia iuſtificationis Literarum in iudicio poſſeſſorio, & quæ in iudicio executionis illarum. cap.50.n.83. 197

*Sermo.*

Sermo generalis comprehendit omnes qui in ſubiecta materia non ſunt ſpecialiter priuilegiati. cap.53.n.17. 207

*Seruitus, Seruitium.*

Seruitus extinguitur per acquiſitionem Dominij prædij ſeruientis.cap.74.n.10. 281
Seruitium temporale veluti pulſatio campanarum aut ſimile iuſtam cauſam dat imponendi penſiones. cap.33. num. 13. 121

*Signatura.*

In Gallia ſtatim poſt Signaturam gratia eſt perfecta, nec poſt eam nouus aliquis requiritur conſenſus.cap.29. n.12. 105
Idem dicendum extra Galliam quando in gratia dictum fuit, quod ſola ſignatura ſufficiat. n. 13. ibid.
Quando non agitur ad Canonizationem gratiæ ſufficit productio ſolius Signaturæ.cap.37.n.16. p.134
In iudicio manutentionis ſufficit producere ſimplicem ſignaturam, etiam non productis literis. cap.50.n.1.& 3. 188.189
Gratia ſolâ Signaturâ perficitur, Literæ verò non exiguntur niſi ad probationem. cap.50.num.18. p.191

*Simonia.*

Si reſignatio ſit Simonia, gratia penſionis eſt nulla. cap.12.n.11. 40
Simoniacè reſignans non abdicat à ſe ius ad effectum illud transferendi abdicat tamen ad effectum, vt illud contra ipſum impetretur, quia priuatur ipſo iure.n.12. ibid.
Reſignatarius per Simoniam, non poteſt conſentire penſioni quia illi nullum ius quæritur in beneficio.n.13. ibid.
Obtinens beneficium per Simoniam priuatur ipſo iure,& illud ſtatim poteſt impetrari,& declaratio priuationis poſteà fit ad inſtantiam deuolutarij impetrantis. cap.16.n.31. 55
Simonia conuentionalis tranſit in realem ſi conuentio fuerit per ſolutionem effectuata. cap.17. num.1. 56
Reſignatio cum reſeruatione penſionis ſine authoritate ſuperioris Simoniam continet.n.2. ibid.
Mandatum ad reſignandum ſub penſionis reſeruatione Simonia caret ſi factum fuerit ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ. cap. 17. numero 3. ibid.
Ampliatur etiamſi penſio reſeruetur in fauorem tertij, non reſignantis. capite 17. numero 4. ibid.
Simonia quæ oritur ex reſeruatione penſionis nulla mentione facta Sedis Apoſtolicæ non eſt vera Simonia, ſed interpretatiua. cap.17.num.5. ibid.
Vt inducatur priuatio beneficij propter penſionis reſeruationem aliter quàm ſub beneplacito factam, oportet collationem fuiſſe ſubſecutam. num.6. ibid.
Simoniæ non ſubiacet penſio merè Laicalis. cap.17.num. 7. & quæ dicatur Laicalis.num. 8. ibid.
Simoniacus eſt ſecundùm nonnullorum ſententiam qui maiorem promittit penſionem quàm beneficium ferre poſſit.ibid.n.22. 57
Verius eſſe concluditur Simoniam in penſionibus non committi.ibid. n.27. 58
Licèt autem penſio non ſit Simoniaca, tamen reſignatio talis eſt ſi non fuerit reſeruata authoritas Sedis Apoſtolicæ. cap.17. num. 30.& n.31. ibid.
Penſio eſt obiectum Simoniæ quando datur in titulum beneficij.n.32.& 33. ibid.
Et quando dicatur conſtituta in titulum beneficij.n.33. ibid.
Simonia oritur quoties pro re ſpirituali datur temporale.cap.18.n.1. 60
Traditio rei temporalis pro ſpirituali ex vtraque parte completa Simoniam perficit. cap. 18. n.6. ibid.
In reſignatione Simoniaca non abdicatur ius à reſignante in reſignatarium. cap.62. num. 11. p.242
Ampliatur vt procedat in quacunque reſignatione nulla.n.12. ibid.
Sed tamen reſignatio ſubſiſtit in præiudicium reſignantis.n.15. ibid.
Et beneficium poteſt impetrari ex capite Simoniæ. cap.62.n.16. ibid.
Beneficium Simoniacè reſignatum, non poteſt vacare per obitum reſignatarij. cap.62. num.17. p.243
Impetranti per obitum hoc caſu non competunt remedia poſſeſſoria.n.18. ibid.
In reſignatione Simoniaca penſionis reſeruatio non valet.n.19. ibid.
Beneficium ſimoniacè reſignatum impetrari debet ex capite Simoniæ, ſed tamen ad hoc ſufficiunt Clauſulæ generales. eodem cap. n.19. ibid.

*Simulatio.*

Simulata penſio præſumitur, ſi fuerit reſeruata nepoti reſignantis cui reſignanti ſtatim eiuſdem beneficij retroceſſio facta fuit. cap.56.n.20. p.218

*Solemnitas.*

Contrahens non ſeruatis ſolemnitatibus, præſumitur eſſe in mala fide. cap. 36. numero 17. pag.131

*Solutio.*

Quamuis concordia præcedat, & Literarum expeditio facta fuerit poſt aliquod tempus, ſolutio debet probari à tempore concordiæ non à tempore expeditionis Literarum. cap.3.num.18. p.10
Solutio ſi diuiſa ſit in duos terminos, non debet probari iuxta ordinem ſcripturæ, ſed iuxta ordinem temporis, Quod ibi explicatur. num.19. ibid.
Penſionarius qui tenetur veram, & realem ſolutionem probare, non excuſatur, ſub prætextu quod tempore ſemeſtris deſignati à die adeptæ poſſeſſionis nullos fructus perceperit. capite 3. num.20. 11
Vtrum ad probandam veram ſolutionem ſufficiat præſumptio ſolutionis quæ oritur ex continuatis trium annorum ſolutionibus. cap.3. num.24. ibid.
Solutiones continuatæ per tres annos non probant annorum præcedentium ſolutionem, niſi ſint integræ.n.25. ibid.
Item debet probari quod fuerint factæ vni eidemque perſonæ.n.26. ibid.
Item debet probari quod fuerint factæ tribus annis immediatè præcedentibus obitum titularis.n.27. ibid.
Et quod factæ fuerint ſine proteſtatione. num.28. p.12
Item quod ſint reales, & non confeſſionatæ. n. 29. ibid.
Et quod non ſint de tribus ſemeſtribus, ſed de tribus annis integris.n.30. ibid.
Probatio Solutionis ex quittancia trium annorum eſt tantùm præſumptiua, & inſeruit tantum pro adminicula, & ſic ſola non ſufficit ad probandam realem ſolutionem annorum præteritorum. num.31. ibid.
Solutio dicitur ſimulata quando ſoluens ſtatim poſt recitatum inſtrumentum pecuniam retraxit.n.33. ibid.
Conuentio de reſtituendo pecunias poſt recitationem inſtrumenti probatur præſumptionibus, & coniecturis.n.34. ibid.
Si ſoluens pecunias retraxerit, vt ſibi ſatisfaceret de vero, & reali credito ſuo, ſolutio realiter facta dicitur.n.35. ibid.
Soluens penſiones decurſas tempore ſui anteceſſoris, habet ius illas repetendi contra ipſum aut eius hæredes. cap.20.n.15. 66
Solutio penſionis debitæ ex cauſa certi ſeruitij non debet fieri, niſi pro rata ſeruitij. cap. 20. num.40. 69
Qui pro penſione ſe obligauit aut illi conſenſit, cogitur præciſè ſoluere, vel beneficium dimittere.cap.21.n.5. 71
A ſolutione penſionis non eximitur poſſeſſor beneficij à quo fructuum certa quantitas ſeparatur, & eſt veluti prædium alterius quando id quod ſupereſt ſufficiens eſt ad ſolutionem illius penſionis. cap.23.n.7. 80
Solutio momentanea; non habetur in conſideratione. cap.30.n.11. 109
Soluens pro alio, non præſumitur habere mandatum ad ſoluendum niſi concurrentibus adminiculis.cap.50.n.39. 192
Sed quando adſunt adminicula non requiritur alia probatio ratificationis. cap. 50. num. 44. p.193
Si tertius ſoluat penſionem in præſentia debitoris

præſumitur mandatum, cap.50. num. 46. & 47. ibid.

Solutionis veritas ex quibus adminiculis comprobetur.cap.50.n.56. 194

Solutionis veræ adminiculum oritur ex dicto teſtium informiter examinatorum ſuper confeſſione partis.n.57. ibid.

Solutionis annotatio in dorſo cedulæ bancariæ vtrum in ſummariſſimo poſſeſſorio ſufficiat ad probandam ſolutionis veritatem. numero 58. ibid.

Quid de ſolutione deſcripta in libro mercatoris in ſummariſſimo poſſeſſorio.n.59. ibid.

Solutio facta à ſyndico, Æconomo & ſimilibus vtrum conſtituat in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem.cap.50.n.69. 195

Sicut nec ſolutio facta Sede vacante, & quid de ſolutione facta per ſubcollectores ſpoliorum.n.70. ibid.

*Spolium.*

Spolij actio datur contra reſignatarium reſignatarij.cap.48.n.6. 177

Intentato per reſignantem ſpolio aduerſus reſignatarium, non poſſunt contra illud admitti exceptiones altiorem indaginem requirentes. num.7. ibid.

Spoliatus non tenetur reſpondere ſpolianti nullitatem alleganti.n.8. ibid.

Actio ſpolij non competit tertio qui nunquam penſionem poſſedit ſi penſio illi data fuerit de nouo poſt extinctionem.n.9. ibid.

Remedium ſpolij non datur illi qui beneficij poſſeſſionem nondum accepit, & literas non expediuit.n.10. ibid.

Idque non obſtantibus Clauſulis ampliſſimis quando noua penſio fuit conceſſa ſuper beneficio pleno.n.11. ibid.

Actio ſpolij non datur tertio in cuius fauorem noua penſio creata fuit, quamuis iſte fuerit ſubrogatus in locum primi.n.12. ibid.

Verum eſt ſpolium quando penſionarius agit ad nullitatem penſionis, & tunc condemnatio comprehendit reſtitutionem poſſeſſionis, & fructuum, damnorum & intereſſe. cap.48.num.13. ibid.

Is cui debetur penſio non poteſt agere ſpolio niſi habeat titulum coloratum. cap. 48. numero 14. ibid.

Et in hac materia titulus coloratus dicitur qui conceſſus fuit ab eo qui concedendi authoritatem habebat.cap.48.n.17. 178

Qui paſſus eſt de nullitate penſionis cognoſci ſibi præiudicat in actione ſpolij ſi per probationes factas titulus fuerit diſcoloratus. cap.48.num.18. p.178

*Sponſus.*

Sponſus vel ſponſa etiam per verba de præſenti, poteſt Religionem ingredi inuito Sponſo ſi Matrimonium nondum fuerit conſummatum. c.75. num.16. 286

Et hoc caſu coniux qui manet in ſæculo poteſt cum alia liberè contrahere Matrimonium. n.17. ibid.

Sed tamen maritus remanet priuatus ſuis penſionibus & beneficiis.ibid. n.18. 287

Poteſt tamen maritus ex noua Pontificis conceſſione recuperare penſiones, & beneficia hoc caſu.cap.75.n.19. 287

*Sterilitas.*

Sterilitas vnius anni quando compenſari poteſt cum fertilitate aliorum annorum reductio penſionis peti non poteſt.cap.58.n.38. 229

*Subexecutor.*

Subexecutorem non poſſe exequi contra bona illius qui penſionis eſt debitor quidam exiſtimant. cap.49.n.11. 181

Sed contrarium verius eſſe probatur. num.12. ibid.

Quomodo procedendum ſit pro paritione Literarum coram Subexecutore. cap.49.num.15.&16. ibid.

Forma proceſſum fabricandi, & fulminandi executoriales.ibid.n.20. & 21. 182

*Subſidium charitatiuum.*

Quid ſit Subſidium charitatiuum, & quando ac quomodo imponi poſſit. cap.6.n.6. 22

Et vtrum penſionarius teneatur pro rata contribuere ad Subſidium charitatiuum. n.5. ibid.

*Succeſſor.*

Succeſſor ſiue per reſignationem, ſiue per obitum tenetur ſoluere penſionem authoritate ſedis Apoſtolicæ reſeruatam.cap.11.num.1.37.& c.12. num.3. 39

Et non ſolùm tenetur Succeſſor ad penſiones futuras, ſed etiam ad iam decurſas. ibid. numero 2. pag.37

Niſi tamen penſionarius fuiſſet negligens in exigendo.n.3.ibid.& cap.20.n.11. 66

Sufficit tamen diligentia ex poſt facto adhibita. num.4. 37

Penſionarius non tenetur adhibere diligentiam in exigendo per quam nimis acerbus aut inhoneſtus videatur.n.5. ibid.

Succeſſor non tenetur ad ſolutionem penſionis niſi fructus perceperit.n.6. ibid.

Contra Succeſſorem beneficij dantur remedia poſſeſſoria penſionario, qui eſt in poſſeſſione exigendi.cap.11.n.8. 38

Succeſſor non tenetur ad penſionem quæ authoritate Epiſcopi fuit reſeruata. cap. 51. numer. 9. ibid.

Etiamſi fuerit reſeruata ex cauſa permutationis iuxta multorum opinionem.n.10. ibid.

Et ſi Epiſcopus hoc poſſet diceretur potius annua præſtatio quàm vera penſio. capite 11. num.11. ibid.

Sed Succeſſorem non obligari concluditur. cap.16. num.19. 54

Vt contra Succeſſorem beneficij detur mandatum de manutenendo quæ ſint faciendæ probationes. cap.14. n.6. 46

Succeſſor non tenetur ad ſolutionem penſionum decurſarum, niſi deducta congrua ſuſtentatione ſua.cap.20.n.16. 66

Contra Succeſſorem competit hypotheca. cap. 20. num.19. 67

Ratione fructuum beneficij.n.20. ibid.

Rota olim dubitabat ſed hodie tenet ſine dubio Succeſſorem teneri ad penſiones decurſas conſtito de diligentiis.n.24. ibid.



Circa tamen hanc quæſtionem ſolutionis penſionis faciendæ per ſucceſſorem, varij conſiderantur caſus.n.29. ibid.

Succeſſor qui fuit impeditus à Capitulo poſſeſſionem aſſequi non tenetur ad ſolutionem penſionis.cap.20.n.31. 68

Quæ cautelæ adhibendæ ſint vt Succeſſor teneatur ad penſiones decurſas tempore ſui anteceſſoris. num. 33. ibid.

Penſionem Succeſſor ſoluere non tenetur, ſi eius anteceſſor coactus fuerit ſoluere reparationes Eccleſiæ abſorbentes omnes fructus. num. 34. ibid.

Succeſſor in beneficio, quoad regreſſum, & alia iura eodem modo tenetur quo ille cui ſucceſſit. cap.21.n.7. 71

Succeſſor poteſt petere manutentionem quoad penſiones nomine Eccleſiæ, illi debitas, quia Eccleſia ſemper poſſidet. cap. 30. numero 21. p.109

Succeſſor, non tenetur ad ſolutionem penſionis etiam vigore tranſactionis factæ inter duas Eccleſias niſi interuenerit Summi Pontificis confirmatio.cap.36.n.6. 130

Conuentiones pro bono pacis factæ quibus penſio reſeruatur tranſire ad Succeſſores in beneficio nonnulli cenſuerunt. cap. 39. numero 9. p.139

Sed contrarium verius eſt.n.10. ibid.

Ideò adhibenda eſt authoritas ſedis Apoſtolicæ, vt afficiat Succeſſores. n.12. ibid.

Aduerſus Succeſſorem agentem ad penſionis nullitatem, regreſſus poteſt intentari. cap. 45. n. 23. p.165

Quomodo intentari poſſit regreſſus contra Succeſſorem qui penſionem non ſoluit. num. 24. ibid.

Contra Succeſſorem datur regreſſus factis prius contra eius anteceſſorem debitis diligentiis. num.25. ibid.

Contra ſucceſſorem in beneficio, quomodo procedendum ſit, pro conſequenda ſolutione penſionis.cap.49.n.19. 182

Succeſſor qui non conſenſit reſeruationi penſionis poteſt de illius exceſſu opponere. cap. 58. num.14. 226

Quid ſi adſit Clauſula, *ſine retardatione*. cap.80. num.43. 311

*Summa, Summariè.*

Si Summa fuerit limitata in mandato Pontificis de prouidendo, vtrum poſſit fieri prouiſio de minori Summa.cap.64.n.15. 249

Facultas procedendi Summariè, durat in omnibus inſtantiis. cap. 80. n.28. 309

*Supplicatio.*

Quando in Supplicatione aliquid debetur aut ceſſatur cenſetur denegatum.cap.18.n.7. 60

Sola Supplicationis productio vtrum ſufficiat pro manutentione.cap.37.n.8. 133

Si Papa mandauerit quod ſola ſignatura ſufficiat, Supplicationis productio robur habet in probanda gratia, & aliis.n.9. ibid.

Ad effectum ſimplicis abſolutoriæ ſola Supplicatio ſufficit, ſine Literis ſecus eſt ſi agatur de adiudicatione.ibid.n.17. 134



Supplicatio habet effectum à die datæ dummodo Literæ fuerint, intra nouem menſes expeditæ. num.18. ibid.

Per ſolam Supplicationis ſignaturam gratia eſt perfecta.n.19. ibid.

Supplicatio tacitam habet conditionem; dummodo partes in eadem voluntate permaneant. c. 41. num.16. 147

Supplicatio ſola cum extinctione primæ penſionis non probat illius validitatem. cap. 44. num. 17. p.161

*Suppoſitio.*

Ex ſola ſuppoſitione perſonæ actus non annullatur quando non adeſt præiudicium tertij. cap. 26. num.25. 93

Qui in penſione nomen pro alio ſupponit non ſubiacet excommunicationi quam incurrunt illi qui pro aliis ſe Supponunt examini.cap.68.num.11. p.261

*Suſpenſio.*

Clericus à diuinis ſuſpenſus debet conſequi ſubuentionem ſuper beneficiis quibus frui non poſſunt. cap.7.n.2. 26

Fallit ſi Suſpenſus vel depoſitus aliundè vel ex ſua induſtria viuere poſſit.n.6. ibid.

Reiecta contraria ſententia.n.13. ibid.

Inter Suſpenſum depoſitum & excommunicatum quæ ſit differentia in materia penſionis alimentariæ.n.7. & 11. ibid.

Suſpenſio non priuat penſionibus antea obtentis. cap.68.n.4. 260

Suſpenſio non nocet in adeptione beneficij propter Clauſulam, *Teque abſoluentes quæ inſeritur*, in quibuſcunque prouiſionibus.n.3. ibid.

T

*Taxatiua.*

PEnſio ſuper fructibus certi beneficij cenſetur Taxatiuè impoſita.cap.13.n.6. 42

Quando penſio Taxatiuè fuit impoſita nec augeri poteſt nec minui, ſecus ſi demonſtratiuè. c. 58. num. 34. 228

Quando autem Taxatiuè aut demonſtratiuè penſio cenſeatur impoſita explicatur. ibidem, numeris ſequentibus.

*Tempus.*

Præſumptio poſſeſſionis præſentis ex tempore præterito non eſt ſufficiens quando agitur ad priuationem. cap.52.n.9. 202

Tempus prorogatum eandem ſortitur naturam quàm principale.cap.69.n.13. 265

Temporarias penſiones, vtrum Epiſcopus imponere poſſit.cap.82.n.1. 314

Reſeruatio penſionis Temporariæ non valet ſi in ea interuenerint conuentiones illicitæ. cap.82. n.5. p.315

Temporalia bona Eccleſiæ non autem iura ſpiritualia ſupponuntur impoſitioni penſionis. cap. 65. num.1. 252

Vtrum Epiſcopus ſuper bonis ſuæ Eccleſiæ penſionem ad Tempus poſſit imponere. cap.65. n.8. p.253

*Termini.*

Termini ſubſtantiales obſeruandi in iudiciis, tam

ſummariis quàm aliis quinam ſint, & quod non ſint obſeruandi quando agitur per viam mandati executiui.cap.49.n.1. 180

Termini ex ſtylo Rotæ qui ſint obſeruandi in iudicio petitionis penſionis. capit. 49. numero 9. ibid.

Termini quatuor quandoque omitti poſſunt. n.3. ibid.

*Tertius.*

In fauorem Tertij non reſignantis aut non permutantis Epiſcopus penſionem imponere non poteſt.cap.1.n.17. 3

Tertio non præiudicat primo impoſitæ penſionis extinctio, nec ſpontanea penſionis ſolutio.c.44. n.18.161.in caſu ibi propoſito.

Tertium afficit Clauſula, *ſine retardatione*. cap. 80. num.39. 310

Tertius veniens ad cauſam ad excludendum actorem ſolum, vel reum ſolum, tenetur cauſam aſſumere in ſtatu in quo reperitur. numero 40. ibid.

Tertius veniens eo modo ad cauſam poteſt petere cautionem à penſionario ſi ille pauper ſit. n.41. ibid.

*Teſtamentum.*

Teſtamentum perfectum non tollitur per aliud minus validum. cap.29.n.20. 106

*Teſtes.*

Teſtes de auditu auditus probant in antiquis.c.50. num.21. 191

Si vnus Teſtis deponat de tempore, & alij ſimpliciter, præſumuntur conteſtes quoad tempus. cap.55.n.13. 214

Dictum vnius teſtis deponentis de certo tempore declarat dictum alterius de eo non deponentis. num.14. ibid.

Nullitas depoſitionis teſtium ſuppletur per comparitionem procuratoris qui dedit interrogatoria. ibid.n.17. 215

Obiectus dati contra Teſtes eneruantur ex numero illorum.n.18. ibid.

Obiectus contra Teſtes quibus in caſibus dati poſſint in iudicio poſſeſſorij ſummariſſimi. cap.82. num.14. 316

*Textus.*

Textus, *in cap. ad quæſtiones, de rerum permut.* explicatur.cap.16.n.18. 54

Explicatur verus ſenſus Textûs, *in cap. 3. de colluſ. detegenda*. cap.39.n.6. 139

Textus, *in cap. ſi beneficia de præbend. in 6.* procedit etiamſi beneficium ſucceſſiuè ad plurium manus deuenerit. cap.46.n.29. 171

Textus, *in cap. beneficium de regular. in 6.* explicatur. cap.69.n.14. 265

*Theologalis.*

Theologalis præbenda quomodo ſit erigenda, & quibus perſonis ſit conferenda. cap. 66. num.1. p.255

Penſionem in Gallia ſuper præbenda Theologali imponi non poſſe ſæpiùs fuit iudicatum. ibid. num.2. 256

Si tamen Theologus reſignans penſionem ſibi reſeruauerit, ad illius ſolutionem reſignatarius cogitur.n.3. ibid.

*Titulus.*

Titulus obtentus ab habente conferendi poteſtatem, dicitur coloratus. cap.31.n.40.116.& c.79. num.19. 305

Qui penſionem in titulum beneficij aſſignatam poſſidet, fori gaudet priuilegio. cap. 33. num. 16. p.121

Penſio in Titulum beneficij perpetui erecta, vacat eodem modo quo beneficia. cap.35.num.18. p.126

Producens Titulum ex prima facie, & ſola illius lectura defectuoſum, ſibi præiudicat, & melius eſt hoc Titulum non producere. cap.36.num.16. p.131

Tituli defectus non nocet illi qui ſibi penſionem reſeruauit, niſi probetur per confeſſionem, vel per rem iudicatam.cap.48.n.15. 177

Quod quis Titulum producere teneatur, aut illum iuſtificare multum inter ſe differunt.cap.50.n.13. p.190

Sine Titulo capta poſſeſſio non valet.cap.60.n.21. p.237

Sub Titulo beneficij ad ſacros Ordines promotus non poteſt illud reſignare niſi aliundè viuere poſſit. Et tamen ſi aliundè habeat ex quo viuere poſſit debet renunciationem facere iuxta formam à Concilio ſtabilitam. cap. 70. num. 6. p.268

Titulum coloratum vtrum habere dicatur qui priuatus eſt beneficio ob non ſolutam penſionem. cap.79.n.16. 305

Titulus non dicitur diſcoloratus dum quæritur de poſſeſſione triennali, niſi ex tribus cauſis. n.30. ibid.

Titulares Epiſcopi in partibus infidelium, non amittunt penſiones quas obtinent, quamuis ad ſimiles Epiſcopatus Titulares fuerint promoti. cap.74. n.22. 285

Et illas abſque ſpeciali diſpenſatione obtinere poſſunt.n.26. ibid.

*Tonſura & habitus.*

Tonſuram ſolam, vel habitum ſolum geſtare vtrum ſufficiat ad hoc vt Clericus gaudeat fori priuilegio, & concluditur vtrumque requiri.cap.33. num.2. 120

Caracter per primam Tonſuram imprimitur. cap.78.n.30. 302

Tonſuræ geſtationem non adeò neceſſariam eſſe quidam exiſtimant. cap.33.n.3. 120

Vt Clericus non incedens in habitu, & Tonſura fori priuilegium amittat, non requiritur trina monitio.n.4. ibid.

In habitu & Tonſura incedere tenetur qui penſiones obtinet valoris vltra ſexaginta Ducatos. cap.33.n.20. 122

*Tranſactio.*

Tranſactio ſuper penſione facta ſine ſuperioris authoritate eſt nulla quamuis in ea non interuenerit colluſio. cap.39. num.5. 139

*Tranſlatio.*

In Tranſlatione penſionis ius non acquiritur à transferente, ſed à Papa concedente. capite 53. num.4. 206

In indulto transferendi penſiones non conſideratur qualitas perſonæ, ſed qualitas beneficij.ibid. num.15. 207

In quibus differunt Tranſlatio penſionis, & illius reſeruatio.cap.42.n.23. 153

Transferendi facultas limitata ad certas perſonas non extenditur ad alias. capite 32. numero 11. p.118

Quoad validitatem Tranſlationis diuerſitas corporis non nocet ſi illud demonſtratiuè, & non taxatiuè fuerit appoſitum. cap. 32. numero 10. ibid.

Facultas Transferendi expirat per extinctionem penſionis, quamuis illa poſtea fuerit renouata. num.12. ibid.

Facultas penſiones transferendi non comprehendit caſum quo quis propria authoritate fructus percipere poteſt.n.13. ibid.

Quod exprimendum eſt in penſionis reſeruatione, non debet iterum exprimi in illius Tranſlatione. ibid.n.14. 119

Ampliatur vt procedat quamuis eodem tempore facta fuerit penſionis reſeruatio & tranſlatio.n.15. ibid.

Transferendi facultas conſumitur in primo actu, nec ad ſecundam Tranſlationem extenditur. num.16. ibid.

Sicut in reſignatione ius non abdicatur, niſi fuerit quæſitum illi in cuius fauorem facta fuit reſignatio, ita in Tranſlatione niſi ius quæſitum fuerit tranſlatario ius non abdicatur à Transferente. n.19. ibid.

Facultas Transferendi ſic intelligitur, vt tranſlatio fiat in perſonas capaces.cap.31.n.1. 112

Et ſic is in quem penſio transfertur debet eſſe Clericus.n.2. ibid.

Facultatem habens Transferendi penſiones, poteſt illas transferre in fauorem proprij filij. cap. 31. num.16. 114

Tranſlatio fieri non poteſt in fauorem filij illegitimi ſuper beneficio paterno.n.17. ibid.

Et reprobatur Gigas contrarium tenens.num.18. ibid.

Facultas Transferendi penſiones, vtrum ſit odioſa, & quomodo.cap.31.n.34. 115

In Tranſlatione penſionis non ſunt exprimendæ anteriores ſuper eodem beneficio impoſitæ.ibid. num.44. 116

Vtrum Tranſlatarius teneatur probare, illam non excedere ſummam in facultate Transferendi limitatam.n.46. ibid.

Conceſſa facultate Transferendi in vita, vel in morte, debet exerceri viuente transferente. c.29. num.1. 105

Mandatum ad Transferendum, expirat morte transferentis.n.2. ibid.

Tranſlatio penſionis poteſt fieri per procuratorem. num.4. ibid.

Mandatum ad Transferendum, præſumitur reuocatum ſi transferre volens poſteà penſionem per multum tempus exegerit. cap. 29. numero 25. p.107

Tranſlatio facta per relationem ad aliud inſtrumentum vel ſcripturam non valet niſi conſtet de ſcriptura relata, & tamen ex ea inducitur reuocatio primæ tranſlationis. cap.29. num. 26. ibid.

Literæ Tranſlationis penſionis habent paratam executionem.cap.28. n.1.& 11. 100.& ſeq.

Etiam in executione Tranſlationis reſcribitur cum Clauſula, *Sine retardatione ſolutionis penſionis*. num.2. ibid.

Quod verum eſt quando Literæ ſunt iuſtificatæ, vel non indigent iuſtificatione. numer. 3. ibid.

Literæ Tranſlationis motu proprio conceſſæ non indigent iuſtificatione.n.4. ibid.

Transferentis longiſſima poſſeſſio eximit tranſlatarium ab onere iuſtificandi. cap. 28. num. 5. ibid.

Quando gratia Tranſlationis eſt conditionalis multò magis indiget iuſtificatione. numero 7. ibid.

Longiſſima poſſeſſio Transferentis excuſat tranſlatarium à iuſtificatione, dummodo ſit 30. annorum nec ſufficiunt viginti. cap. 28. num. 8. ibid.

Tranſlatio facta per breuè Apoſtolicum non requirit ſcientiam titularis. capit. 28. numero 9. ibid.

Tranſlatio penſionis fieri poteſt per inſtrumentum publicum præcedente Summi Pontificis authoritate.ibid.n.12. 101

Tranſlatio penſionis aliquando fit per diſpoſitionem vltimæ voluntatis. capite 28. num. 13. ibid.

Ex quibus cenſeatur Papam voluiſſe concedere facultatem transferendi penſiones in vltima voluntate.n.14. ibid.

Tranſlatio per viam vltimæ voluntatis facta, non ſubiacet Regulæ de viginti diebus. num.16. ibid.

Reſeruatio penſionis, & illius tranſlatio necnon Transferendi facultas ſimul coniunguntur ad producendam viam executiuam.cap.28.num.17. ibid.

Facultas Transferendi aduerſus quoſcumque ſucceſſores comprehendit etiam priuilegiatos. n.18. ibid.

Tranſlatio fieri poteſt de conſenſu partium ex gratia Summi Pontificis. n.19. ibid.

Facultas Transferendi produci non debet quando eſt notoria, veluti quando agitur de Conclauiſtis.ibid.n.29. 102

De priuilegio Transferendi conceſſo Militibus S. Petri, ſancti Pauli, Piis, Lauretanis, & vſque ad quam ſummam transferre poſſint.numero 33. ibid.

Tranſlatio ſemel facta vigore priuilegij non poteſt reiterari.n.34. ibid.

Tranſlationis facultate ad certam ſummam limitata, non annullatur exceſſum, ſed reducitur. ibid. num.35. 103

In facultate Transferendi conſiderandum eſt, vtrum conceſſio facta fuerit intuitu Officij vel perſonæ. num.37. ibid.

Vtrum in facultate Transferendi contineantur penſiones poſt ipſam obuentæ copioſè explicatur, num.41. ibid.

Facultas ratione Officij conceſſa ad Transferendas penſiones, non ſuffragatur illi qui Officium obtinuit mediante pecunia. cap. 28. n.42. ibid.

Penſio Tranſlata non eſt eadem penſio ſed noua. cap.30.n.6. 108

Intellige, vt infrà n.33. & 28.

Quando notoriè conſtat de non iure tranſlatarij non apponitur in commiſſione Clauſula, *ſine retardatione.* cap.30.n.16. 109
Tranſlatarius non poteſt vti acceſſione transferentis quia in ſuum non deſumit à Transferente, ſed à Papa.n.7.& 8. ibid.
In Tranſlatione penſionis nec iuriſpatronatus Laicalis, nec aliorum penſionum antecedentium expreſſio fieri debet. cap. 30. numero 26. & 27. p.110.
Per Tranſlationem penſionis nullum nouum Eccleſiæ grauamen imponitur. cap.30. numero 28. ibid.
In Tranſlatione non eſt neceſſaria litiſpendentis expreſſio.ibid.n.30. 111
Tranſlatio non requirit conſenſum titularis, nec cauſæ cognitionem. cap. 30. numero 31. ibid.
Non obſtante penſionis Tranſlatione obligationes, & fideiuſſiones ſubſiſtunt. cap.30.num.32. ibid.
Si Tranſlationes plures in articulo mortis factę fuerint diuerſis vicibus in articulo mortis in vim eiuſdem facultatis, vtrum prima præualeat aut poſteriores. cap.23. num.8. 81
Tranſlatio facta in mortis articulo videtur reuocabilis, ſed contrà.n.9.& 13. 81
Tranſlatio conceſſa cum Clauſula *etiam in articulo mortis*, poteſt fieri inter viuos. numero 10. ibid.
Tranſlatio penſionis eſt diuidua, & in ea vtile per inutile non vitiatur. capite 23. numero 14. ibid.
Re integra admittitur variatio in Tranſlatione penſionis ſemel tantùm. capite 23. numer. 15. ibid.
Tranſlatio penſionis quid ſit, & qui illius effectus. cap.27.n.1. 95
Transferens penſionem qui ratam penſionis temporis decurſi ſibi non retinuit, cenſetur illam donaſſe.ibid.n.3. 96
In Gallia vt plurimum penſionum Tranſlationes non admittuntur. ibid. n.15. 97
Tranſlationes penſionum in Britannia, & Prouincia admittuntur. capite 27. numero 22. ibid.
In penſionibus ex cauſa reſignationis aut permutationis conſtitutis omnino reiiciuntur in Gallia. ibid.n.27. 98
In Prouincia Prouinciæ factas fuiſſe aliquas penſionum Tranſlationes oſtenditur. numero 28. ibid.
Quomodo verum ſit penſionem Tranſlatam eſſe nouam penſionem. capite 27. numero 29. ibid.
Ex noua Vrbani VIII. Conſtitutione penſiones alias Tranſlatæ, transferri non poſſunt ſine conſenſu illorum qui ſoluere penſiones tenentur, niſi adiectis Clauſulis de quibus ibi. num. 30. ibid.
Transferre non poteſt aliquem Epiſcopus ab vna Eccleſia ad aliam ſine cauſa. cap.16. numero 17. pag.53

*Triennalis.*

Poſſeſſio Triennalis ſuffragatur ad euitandam ſequeſtrationem fructuum poſt primam ſententiam in Curia Romana latam etiamſi talis poſſeſſio non ſit immediata ante litem.cap.79.n.14. p.305

*Triplicata penſio.*

Penſio Triplicata fieri poteſt coram Papa, & illius exemplum affertur.cap.56.n.19. 218

*Triremes.*

Condemnatus ad Triremes in perpetuum non amittit beneficia niſi hoc in ſententia dictum fuerit, vel niſi agatur de delicto, ex quo priuatio oritur ipſo iure. capite 35. numero 31. pagina 128
Condemnatus ad vitam ad Triremes vtrum fiat irregularis, variæ ſunt ſententiæ. cap.35. n. 32. ibid.
Penſiones ex condemnatione ad Triremes non extingui ſæpius fuit in ſignatura ſanctiſſimi iudicatum. num.33. ibid.

*Tutor.*

Tutor pupilli patroni, vtrum poſſit conſenſum præſtare impoſitioni penſionis ſuper beneficio patronato. cap.25. num.21. 88

V

*Vacatio.*

QVando beneficium Vacat de iure & de facto, Papa vni confert beneficium, & alteri ſub eadem ſupplicatione penſionem reſeruat.cap.41. num.19. p.147
Beneficium vacat per obitum, & non per reſignationem ſi illa nulliter facta fuerit, aut per Matrimonium ſi contractum fuerit.cap.62.n.13. p.242
Nec ſuffragatur hoc caſu noua prouiſio ſi fuerit narratum beneficium vacare per reſignationem. num.14. ibid.
Et quæ ſit differentia inter vacationem per obitum, & per reſignationem. cap. 62. numer. 21. p.243
Varij enumerantur caſus in quibus beneficia vacant ipſo iure.cap.63.n.4. 245
Decretum Pontificis quod beneficia vacent, non eſt ad penſiones extendendum. cap.73. num.18. p.278
Per Collationem Epiſcopatus beneficia vacant, & penſiones extinguntur. capite 73. num. 22. ibid.
Idem locum habet in promotione ad Eccleſias Patriarchales & Metropolitanas. ibid. n. 12. p.277
Vacationis ſententia declaratoria non requiritur quando factum propter quod inducitur priuatio eſt Notorium.cap.76.n.25. 292

*Validitas.*

Pro Validitate præſumendum eſt,etiamſi negotium pendeat ab aliquo iure ſpeciali. cap.31. num.49. p.116

*Valor.*

Reſignans ſi beneficij reſignati falſum valorem expreſſerit ipſo iure priuatur beneficio, & hoc caſu ſi tertius beneficium illud impetrauerit, non tenebitur ſoluere penſionem.cap.61.num.1. p.239
Quoties falſus beneficij valor exprimitur, gratia eſt nulla. n.2. ibid.
Quod intelligitur ſi expreſſio facta fuerit in certa quantitate, ſecus ſi dictum fuerit quod penſio duas ex tribus partibus non excedat. ibidem num.3. 240
Gratia corruit ob expreſſum falſum valorem etiam in caſibus, in quibus expreſſio valoris non eſt neceſſaria. num.4. ibid.
Ex quibus cauſis à mala valoris expreſſione excuſetur ex æquitate Rotæ Romanæ. num.7.& 8. ibid.
Reſignans ſi fuerit in bona fide circa valoris expreſſionem & reſignatarius in mala, iſte cogendus eſt ad ſolutionem penſionis. cap.61. n.9. ibid.
Quando falſa valoris expreſſio fuit facta tam per reſignantem quàm per reſignatarium non poteſt de ea reſignatarius opponere. cap.61. n.11. ibid.
Sicut nec poteſt de falſa valoris expreſſione reſignatarius opponere quandiu poſſidet beneficium reſignatum.n.12. ibid.
Quando valor fuit narratus affirmatiuè per aſcenſum, tunc penſionarius illum concludenter probare tenetur.cap.55.n.21. 215
Si penſio etiam extra caſum reſignationis concedatur intuitu certi valoris expreſſi fructuum beneficij ſi ſit in parte falſa erit expreſſio valoris penſio erit in totum nulla. capite 15. numero 5. pag.51
Quando agitur de probando quod certa ſumma deſignata remaneat apud Rectorem beneficij valor probandus eſt affirmatiuè per aſcenſum.c.14. num.11. 47
Maximè ſi fuerit conditionaliter expreſſus.n.18. ibid.
Sed hoc caſu non ſufficit probatio valoris per famam.n.12. ibid.
Sufficit tamen hoc caſu depoſitio vnius teſtis de ſcientia cum depoſitione alterius de fama. n.15. ibid.
Et probatio illa debet fieri deductis oneribus beneficij. n.14. ibid.
Valor beneficij vtrum ſufficienter probetur per Clauſulam, *vt aſſeris*, vel per Clauſulam, *vt aſſeritur*, & quæ ſit vtriuſque Clauſulæ differentia.ibid.n.16. 47
Et in ſupradicto caſu Valor debet concludenter probari videlicet dum agitur de Clauſula, *Dummodo remaneant*, &c. cap.14.num.17.& 15. ibid.
In iudicio petitorio onus probandi Valorem ſpectat ad penſionarium quamuis eſſet, in quaſi poſſeſſione exigendi.ibid.n.19. 48
Valoris probatio debet percutere tempus reſeruationis.n.20. ibid.
Valore fructuum diminuto ita vt centum aut alia ſumma reſeruata pro rectore apud ipſum non remaneant, vtrum penſio minuenda ſit. n.21. ibid.
Probatio Valoris multò magis fieri debet contra ſucceſſorem in beneficio qui penſioni nunquam conſenſit. n.24. ibid.
Valor ducatorum æſtimandus eſt prout valent in loco beneficij. n.28. ibid.
Regula de vero Valore exprimendo, non habet locum in beneficiis Galliæ. cap. 10. numero 6. pag.35
Conſuetudo non exprimendo Valorem niſi in 24. ducatis, non habet locum niſi quoad annatam, ſecus quoad alios effectus.n.14. ibid.
In nominationibus vniuerſitatum, & vnionibus non ſufficit exprimere Valorem per non exceſſum in 24. ducatis, ſed verus valor exprimendus eſt.n.15. ibid.
Penſio non deducitur ad excuſandum à mala expreſſione Valoris, deducitur tamen ſi ſit onus perpetuum beneficij. cap.10.n.27. 36

*Verallus, Verificatio.*

Explicatur *deciſio* Veralli 330. *parte* 3. cap. 50. num.66. 195
Quando in vna gratia diuerſæ conditiones aut Clauſulæ ponuntur, omnes verificandæ ſunt. cap.55.n.22. 215

*Vicarius.*

Vicarij perpetui deputatio ſpectat ad eum cuius dignitati Parochialis eſt vnita ſi illi de ſuo præſtationem annuam ſoluat. cap.9. n.1. 31
Quando vna Eccleſia eſt alteri vnita pleno iure tam quoad temporalia quàm quoad ſpiritualia deputandus eſt Vicarius amouibilis in Eccleſia Parochiali.cap.9.n.2. ibid.
Ampliatur vt procedat tam in Eccleſiis Regularibus quàm ſæcularibus. capite 9. numero 3. pag.32
Perpetuitas Vicariæ quæ prius erat amouibilis ordinata per Epiſcopum non alterat primæuam illius ſubiectionem.n.4.6.& 7. ibid.
Per deputationem Vicarij perpetui Eccleſia non deſinit eſſe de menſa. num.5. ibid.

*Vicinitas.*

Sola Vicinitas actuum non inducit regulariter præſumptionem confidentiæ. cap. 56. num. 21. p.218
Ex actuum Vicinitate non arguitur ſimonia quando agitur de actibus inuicem non proportionatis cap.56.n.23. 219
Si verò ſint inuicem proportionati & facti eadem die & hora, & coram eodem Notario & teſtibus ſecus eſt. num.24. ibid.

*Vltima voluntas.*

Vltimæ voluntatis naturam induere videntur penſiones à Summo Pontifice conceſſæ. cap. 57. num.11. 221
Quod explicatur quomodo procedat, & quis inde reſultet effectus.n.14. 222
Voluntatis mutatio non præſumitur niſi de ea conſtet per actus contrarios. n. 18. 106

*Vnio.*

In reſignatione facta ad effectum Vnionis poteſt reſignans ſibi omnes fructus durante vita ſua reſeruare.cap.5.n.19. 19
In reſignatione facta ad effectum Vnionis, titulus non ſupprimitur niſi conſentiente poſſeſſore, qui

# Index Rerum Notabilium.


qui poterit reſignare ſuſpenſa interim vnione. num.20. ibid.

Sed ſi conſenſerit vnioni non poteſt poſtcà in fauorem alterius reſignare quod locum non haberet ſi vnio abſque illius conſenſu facta fuiſſet.n.21. ibid.

Clauſula ſuſpenſionis vnionum in prouiſionibus adiecta quid operetur. n.22. ibid.

Quæ ſit vis illius Clauſulæ, *Quod vnioni locus ſit*, cum beneficium per ceſſum vel deceſſum vacauerit.n.23. ibid.

Beneficij vniti emolumenta, & onera ſpectant ad eum qui poſſidet beneficium principale. cap. 8. num.11. 30

*Vſusfructus Vſufructuarius.*

Vſusfructus amittitur per acquiſitionem proprietatis. cap.74.num.11.p.281. & cap.45. num.29. p.166

Vſusfructus ſi acquiſitus fuerit reuocabiliter, illo reuocato, redeunt primæ actiones. cap.74. n.19. p.282

Vſusfructus amittitur per maximam, & mediam capitis diminutionem. cap. 35. num. 6. & 25. 125. & 127

Vtrum conſenſus Vſufructuarij vt penſio imponatur ſuper beneficio patronato, præiudicet in Gallia patrono proprietario. cap.25. num.22. pag.88

Ius Vſusfructus non poteſt alteri cedi quàm proprietario, fructuum tamen commoditas alteri cedi poteſt.cap.21.n.31. 74

Vſusfructus competit irreuocabiliter, penſio verò reuocabiliter.n.32. ibid.

In remiſſione Vſusfructus tractatur ſolùm de præiudicio proprietarij, ſed in remiſſione penſionis tractatur de commodo Eccleſiæ libertatem acquirentis.n.33. ibid.

Vſusfructus poteſt ad vitam obligari non autem penſio in præiudicium Eccleſiæ. cap. 21. n. 34. ibid.

Vſusfructuarius tenetur ad collectas, & ad alia onera annua.cap.6.n.8. 22


*LAVS DEO.*

# OMISSIONES PRIMÆ PARTIS Quæſtionum beneficialium.

*Ad cap. 25. num. 3. in fine.* Adde

ET generaliter quis teneatur ad has vel ſimiles expenſas videndum eſt Concilium Tridentinum *ſeſſione 21. cap. 4. de reformat.* Rebuff. *in tract. de Congrua num.* 47. Rota *deciſ.* 40?. *&* 454.*part.3.recentior.* Achilles de Graſſ. *deciſ.* 6. *num.* 9. *de præbend.* Seraph. *deciſ.* 780. Gregor. *deciſ.* 397.& ibi Addentes *litera B.*

*Ad cap. 36. poſt num. 11. in fine.* Adde

Sed notandum eſt quod ſi lis pendeat ſuper beneficio, interim lite pendente Epiſcopus deputare poteſt Vicarium temporalem ſiue œconomum. Duran. *dec.Rotæ* 74. *num.*50. *&* 52.

*Ad cap.78.n.18.linea 20.poſt allegationem Tamburini.* Adde

Sed præmiſſa locum quidem habent in Monaſteriis virorum, ſecus eſt ſi agatur de Monaſteriis muliebris ſexus, in quibus defectus informationis non annullat profeſſionem, vt dixi infra *part. 3. benefic. cap.*134.*n.*15.

*Ad cap.*108. *num.* 25. *linea* 2.

Pro irreuocabilis, *lege* Reuocabilis.

*Ad cap.96.num.29.linea penultima.* Adde

Put. *deciſ.* 371. *lib.* 2. ſed melius *deciſ.* 167. *eodem lib.*2. Gabriel. *conſil.* 172. *num.* 15. *lib.*2. qui tamen loquitur de actu facto poſt aliquod temporis interuallum.

---

## Omiſſiones II. Partis Quæſtionum beneficialium.

*Ad cap.1.§.5.num.11.in fine.* Adde

Moniales verò poſſunt habere curam animarum per Vicarios ab ipſis nominandos exercendam. Duran. *deciſ. Rotæ* 74. *num.* 1. 2. & 3. Rota *recent. deciſ.* 165. *num.* 4. *parte* 5. *& deciſ.* 5. *numero* 22. *eadem part.*5. *& deciſ.*21.*part.*6. *recent.*

*Ibidem num.*13. Adde in fine

Sed vide in contrarium Sanchez *in decal. cap.*29. *num.* 191. *verſic. Tertio fallit. lib.* 7. Barboſ. *de iure Eccleſ. vniuerſ. lib.* 3. *cap.*6. *num.*6. qui loquuntur de conſuetudine immemoriali cui Concilium non derogauit.

*Parte 2.cap.3.§.2.num.21.in fine.* Adde

Vide Rotam. *deciſ.* 444. *num.*5. *parte* 5. *Recentior.* ſecundùm quam explicanda eſt *deciſio prædicta* 172. *n.*4.*part.Recentior.Tomo* 2. Vide *de legati Prothonotariis* Duran. *deciſione Rotæ* 14. *num.*3.

*Eodem cap.3.§.3.n.12.in fine.* Adde

Vtrum autem indulta occaſione familiaritatis Papæ conceſſa expirent morte Pontificis concedentis docet Rota parte 5. recentior. deciſ. 196. numero 6. vbi concluditur familiaritatis prærogatiuam durare.

*Cap.3.§.12. in fine.* Adde ſequentia

Duo tamen in materia huius §. notanda ſunt; Primo dum dicitur *num.* 13. quod qualitas Sacerdotij requiſita in beneficiis eſt omnino in illius impetratione exprimenda, alias prouiſio eſt nulla, hoc procedere poſſe de ſtylo. Sed ſi ſolum ius commune attendamus, verius videri non eſſe neceſſariam qualitatis Sacerdotalis expreſſionem provt diximus *part.* 1.*cap.*31. *num. vltimo.* Maxime in capellaniis & ſimplicibus beneficiis. Et Felinus ipſe *in dicto corollario.* 31. ſe remittit ad dicta per ipſum *in cap. ad aures de reſcript.* vbi dicit contrarium: quanquam, nec de ſtylo qualitatem ſacerdotij omiſſam reddere nullas prouiſiones tenent Garſ. *de benefic. part.* 7. *cap.* 1. *num.*54. qui videndus erit *à n.*45.

Secundo quæ dicta ſunt *in eodem* §. 12. *num.* 3. circa ætatem requiſitam in Canonicatibus Eccleſiarum Cathedralium dum fuit concluſum ſufficere ad illos obtinendos ætatem 21. annorum completorum ſeu 22. inchoatorum fuiſſe nuper deducta in controuerſiam & adductos fuiſſe in vtramque partem plurimos graues authores. Sed Barboſa *in collectan. deciſ. Apoſtolicarum, in verbo Ætas, collect.*15. *numerò* 11. *& in tract. de Canonicis cap.*13. *num.*9. *in fine*, concludit ſufficere annum 21. inchoatum vt intra tempus à iure & à Concilio Tridentino definitum prouiſus poſſit ordinem ſubdiaconatus ſuſcipere hoc eſt intra annum. Poteſt enim conferri ſubdiaconatus illi qui vigeſimum primum ætatis annum compleuerit, vt dicitur *in notis ad Concilium ſeſſ.*23.*cap.*12.

*Ad cap.4.§.6.num.31.eiuſdem partis* 2. Adde

Quod ſine dubio procedit quando electio fit per viam compromiſſi quando enim proceditnr per viam ſcrutinij non ita certum eſt ex notatis per Barboſ. *in cap. cum in iure* 33. *de elect. num.* 2. Verum quando vota ſunt ita ſecreta vt ſciri non poſſit quis quem elegerit, verius eſt votum ſeipſum elegentis computari in numero vocum ſeu ſuffragiorum vt dicit Antonin. *loco citato.num.*1. & ita conciliat opiniones idem Barboſ. *in cap. licet* 6. *De electiõn.num.*8.

---

## Parte II.

*Cap.4.§.10.num.3.* Adde

Si verò Iuſpatronatus ſit Eccleſiaſticum, concurſus eſt adhibendus quamuis collatio ſpectet ad inferiorem quando agitur de Eccleſia Parochiali & ſic hoc caſu patronus tenetur preſentare digniorem. Rota *deciſ.* 640. *part.* 4. *recent. Tom.*3.

*Cap.5.§.3.num.3.* Adde

Si tamen prouiſio ſit conditionalis, ſufficit quod habilitas adſit tempore euenientis conditionis Rota. *deciſ.*602. *n.*19. *part.* 5. *recent.* Alias generalis eſt regula quod habilitas debet verificari de tempore datæ. Rota. *deciſ.* 125. *num.* 4. *part.* 4. *recent. tom.* 2. vide ſupra *part.*1.*cap.*99.*num.*6.

---

## Ad III. Partem Quæſtionum beneficialium.

*In cap.123.num.1.num.3.folio 6.*

Deeſt vna linea & ideo ſic lege.

Vt teſtatur Scholiaſtes ad Loüet *litera V. numero primo.* Tamen collatio Prioris ſubſiſtere non poteſt, eo quod dictus Prior tempore, &c.

*Ad cap.*

*Ad cap.*169.*num.*13.*&* 14.*part.*3.Adde

Sed ſi collator Gallus conferat beneficium ſitum extra Galliam, multi credunt locum beneficij attẽdi debere, vt Romanus, Bertrandus & alij quos citat Gonzal.*ad regul.*8.*Cancell. gloſ.*10. *num.*4. *&* 31. Alij perſonam collatoris Galli propter fauorem concordatorum,& iuriſdictionis ordinariæ vt Mohedan. *deciſ. 3. de præbend.* & Gonzal. *loco citato num.*31. & ſic ſi iſta opinio vera ſit, concludendum erit quod locus beneficij quandoque attendi debet quandoque perſona conferentis provt fauorabilius erit collationi ordinariæ & ſic non obſtabit. deciſ. Mohedani noſtræ concluſioni.

*Ad cap.*182.*num.*13.*in fine.* Adde

Quòd intellige vt locum habeat in duobus caſibus.Primus eſt, quando prohibitio poſterioris matrimonij lite pendente celebrandi facta eſt cum decreto irritanti. iuxta notata per Baſil. Pont. *de matrim.lib.6.cap.7.num.5.& ſequentibus.*

Secundus eſt quando primum matrimonium fuit declaratum validum per ſententiam Lancell. *de attent.lite pend. cap.4. limit.* 17. *per totam*, cum aliis per nos citatis *parte* 4. *De Penſionib. Eccleſ. quæſtio.*75. *num.*38. ad quem locum recurrendum erit.

---

## Eadem parte III. Benefic.

*Cap.*184. *num. 6.* Adde

Intellige vt hoc locum habeat quando rapta eſt in poteſtate raptoris. Aliàs ſi eſſet in loco libero matrimonium inuicem contrahere poſſent, vt dixi ſuprà *cap.*117.poſt Menoch. *conſil.*1083. *n.*16. Farinac.*de delict.Carnis,quæſt.*145.*num.*26.

---

## In Quæſtionibus ciuilibus.

*Cap.*29.*in fine.* Adde

Ita etiam fuit iudicatum die 29. Aprilis 1661. in cauſa diſcuſſionis bonorum D. Thomæ Bonet contra hæredes D.Aymon Notarius D. Fort.

*Cap.*152.*n.*7.Ibi.

Fundus non efficitur dotalis.

*Lege* fundus efficitur dotalis.

Et in Summario *num.*7.

*Lege* fundus non efficitur dotalis ſi datio in ſolutum facta fuerit ipſi marito nomine proprio.

---

## Parte II.

*Cap.*122.*num.*3.*linea* 2.

*Ibi*,Dote conſiſtente.

*Lege* Dote promiſſa conſiſtente.

*Et eodem num.*3.*Poſt lineam* 13.Adde.

Quod. bene explicat Alexand. *in l. 2. ff. ſoluto matrimon.* qui ſic loquitur *num.* 9. ſexto fallit quando eſſet promiſſa ab alio,vel legata mulieri, videtur quod maritus poſſit conſentire quod mulieri ſoluatur & ſoluens liberetur, quod dicit habere locum ſi mulier fuerit effecta locupletior aliàs non.

---

## Eadem Parte II. Ciuil.

*Cap.*127.*num.*3.*linea* 4.

*Lege* Inter ſucceſſores dementis ab inteſtato vigore ſubſtitutionis ad quem ſunt vocati.

*In eodem cap.*127.*num.*4.*linea* 3.Ibi *Alia enim bona.*

*Lege* Illius enim (nempe legitimæ) bona hæque à lege, &c.

*Cap.*138.*in fine*, Adde

Sed tamen Dominus Marchio de la Baulaye dictam Baroniam hodie poſſidet in vim alterius teſtamenti, non autem ex ſuperius deſignato.

*Cap.*152.*in fine.*Adde

Sed nuper opponebatur prohibitionem Trebellianicæ in ſecundo ſubſtitutionis gradu eſſe ſuperfluam; quia ſi primus hæres illam non detraxit ſecundus detrahere non poteſt,*l.*1. §.*Inde Neratius l. cogi* §. *Metianus & l. mulier* §. *fin. & in l. ex aſſe ff.ad Trebell.*

Sed reſponſum fuit multos contingere poſſe caſus in quibus ceſſante prohibitione teſtatoris locus eſt detractioni Trebellianicæ in ſecundo gradu, veluti ſi vocatus in primo gradu mortuus eſſet ante teſtatorem,aut primus gradus aliter fuiſſet caducatus ſeu propter hęredis incapacitatem ſeu alio modo, Tunc enim cum ſubſtitutus per vulgarem in compendioſa contentam ſubingrediatur in locum primo vocati locus eſſet detractioni Trebellianicæ in eius fauorem,vt colligitur ex traditis per Peregrin. *in tract. de fideicomm. artic.* 3. *num.* 5. *&* 6. & ideo hanc Trebellianicæ prohibitionem in ſecundo gradu agnouit Menoch.*de præſumpt. lib.*4. *præſ.*62. *n.*6.

*Cap.*155.*eiuſdem* 2.*partis ciuil.* Adde

Singulariter autem obſeruandum eſt quod ſi maritus vxori conſtante matrimonio iocalia donauerit, qua poſtea idem maritus creditori ſuo oppignorauerit,& illis non redemptis deceſſerit, onus illa redimendi ſpectat ad vxorem & non ad hæredes mariti: quia donatio illa cenſetur reuocata per pignorationem. Boër. *in conſuet. Bituricenſ. Tit. de conſuetud. iuris ſtatus perſon.* §. 5. *verſic. ſed quid ſtante hac conſuetudine.* Hartman. Piſtor *quæſtione iuris quæſt.* 31. *num.*22.*fol.*217. vide Bald. *in l. ſi maritus tuus* 12. *C. de donat. inter vir. & vxor.* Merlin. *de pignor.lib.* 4. *quæſtione* 141.*num.* 5. *iuncta quæſtione* 138. *eodem libro*, & Doctores ab eo citatos.

*Cap.*189.*num.*11.Ibi.

Prædeceſſus mariti donatarij

*Lege* mariti donatoris.

# SELECTARVM
## ATQVE RECENTISSIMARVM
# ROTÆ ROMANÆ
# DECISIONVM
## CENTVRIA.

# INDEX
# ARGVMENTORVM OMNIVM
## huius Voluminis Deciſionum.


### DECISIO PRIMA.

*Acernenſis Vicarij* 30. *Maij* 1650.

CApitvlvm Eccleſiæ Cathedralis Sede Epiſcopali vacante habet ius deputandi Vicarium priuatiuè tam quoad beneficiatos ſiue portionarios, necnon contra Capitula Eccleſiarum parochialium, niſi adſit conſuetudo immemorialis in contrarium. Tranſactio continens alienationem bonorum Eccleſiæ non valet ſine beneplacito Apoſtolico, quod non præſumitur niſi interueniat obſeruantia durante illo tempore. 1

### DECISIO II.

Albinganenſis præcedentiæ.

20. *Iunij* 1653.

Cum antiquiori confraternitati debeatur præcedentia in actibus publicis, oſtenditur quomodo probari poſſit vnam eſſe antiquiorem alia. Teſtes confraternitatis vtrum fidem faciant in quæſtione præcedentiæ. Dextera pars altaris vtrum ſit dignior ſiniſtra. Dignior pars quoad laicos dum ingrediuntur Eccleſiam eſt à cornu Epiſtolæ. Aliaque multa circa materiam præcedentiæ referuntur. 3

### DECISIO III.

Aquilana Iuriſpatronatus,

12. *Iunij* 1651.

Iuſpatronatus ex quibus dicatur hæreditarium vel mixtum. Et quando fundator cenſeatur habuiſſe reſpectum ad agnationem fœminarum vocatio poſt maſculos ad iuſpatronatus arguit contemplationem agnationis. Ordinarius ſi in approbatione iuriſpatronatus, nullam faciat mentionem qualitatis gentilitiæ, non tamen illam excludere cenſetur ſi ſe referat ad tenorem fundationis de ea mentionem facientis. Commiſſarius cuius conſcientia in commiſſione oneratur, ſufficit quod extraiudicialem capiat informationem. 6

### DECISIO IV.

Aretina vnionis,

2. *Iunij* 1651.

Compulſoriales literas non eſſe decernendas quando adeſt ſuſpicio calumniæ. Vnitis duabus Eccleſiis, quæ iura vtrique communia ſint, & quæ cuiuſque particularia. 8

### DECISIO V.

Arianenſis Beneficij,

10. *Martij* 1651.

Qui deſtitutus eſt qualitate familiæ non eſt inſtituendus in iurepatronatus gentilitio, quamuis pro ſe maiorem vocum partem habeat. Qualitas iuriſpatronatus familiaris ex poſt facto & ex interuallo adijci poteſt vt iuſpatronatus conuertatur in gentilitium non autem vt ex gentilitio fiat hæreditarium. Et prælatio conſanguineorum non repugnat iuri communi ſi ad habiles reſtringatur nec extraneos abſolute excludat. 11

### DECISIO VI.

Aſtenſis coadiutoriæ,

21. *Iunij* 1652.

Quomodo probentur qualitates requiſitæ & expreſſæ in impetratione coadiutoriæ, tam quoad valorem beneficij & illius exemptionem à reſidentia quàm quoad ætatem, & ſimilia. Et quando quis dicatur habere parem titulum ad impediendam viam executiuam. Et quis ſit effectus gratiæ ante illius regiſtrationem. 12

### DECISIO VII.

Auellina Canonicatus,

29. *Martij* 1651.

Literas Apoſtolicas iuſtificatas executioni demandandas eſſe, non obſtante oppoſitione alterius prouiſi etiam Apoſtolici qui non dicitur habere parem titulum, niſi poſſideat ſine vitio, & eius prouiſio non ſit nulla. Quæ requirantur vt primum beneficium vacet per adeptionem ſecundi. 15

### DECISIO VIII.

Beneuentana Canonicatus,

4. *Maij* 1654.

Quomodo iuſtificentur requiſita ad obtinenda

tinenda beneficia, nempe reſignatio, titulus reſignantis, ipſiuſquè reſignationis publicatio, quod reſignans aliunde viuere poſſit, valor narratus, qualitates reſignatarium concernentes, ſufficientia reſignatarij & illius origo. Conſenſum patroni ex cauſa obitus non poſſe trahi ad cauſam reſignationis. 16

DECISIO IX.
Beneuentana Decimarum,
8. *Martij* 1649.

Parochi decimas poſſunt exigere etiam via executiua non obſtante contraria conſuetudine, quia aduerſatur iuri diuino; & ad huius negatiuæ conſuetudinis probationem debet conſtare de requiſitione cum denegatione. Quæ procedunt etiam contra dominum loci allegantem concordiam ſi non fuerit à Summo Pontifice confirmata. 18

DECISIO X.
Beneuentana Iuriſdictionis,
13. *Maij* 1652.

Epiſcopum habere iuriſdictionem in omnibus locis exiſtentibus in ſua Diœceſi. Quæ exiſtentia probatur ex variis coniecturis, veluti ex antiquis enunciatiuis, ex teſtium depoſitionibus, ex ſituatione loci; nec ſuffragatur probatio immemorialis niſi concurrant omnia requiſita, præſertim ſi conſtet de initio ex ſcripturis publicis. Recenſentur autem actus plurimi ex quibus Epiſcopus dicitur exercuiſſe iuriſdictionem in aliquo loco. Aſſertiones & confeſſiones anteceſſoris in beneficio non præiudicant ſucceſſoribus. 19

DECISIO XI.
Beneuentana Iuriſdictionis,
31. *Ianuarij* 1656.

Deciditur controuerſia iuriſdictionis inter Archiepiſcopum Beneuentanum & Archidiaconum qui iuriſdictionem à tempore immemoriali acquiſitam in certis caſtris prætendebat; ſed tamen deciditur in fauorem Archiepiſcopi probantis exercitium plurium actuum iuriſdictionalium. Ex qua probatione eliditur prætenſio poſſeſſionis immemorialis ad quam euertendam ſufficit probare actus contrarios; Ex quibus probatio immemorialis dubia reddatur. 22

DECISIO XII.
Bononienſis Iuriſpatronatus,
27. *Iunij* 1657.

In paruis Vniuerſitatibus ceſſat præſūptio vſurpationis iuriſpatronatus, ideo illius pertinentia probatur probationibus ordinariis; nec opus eſt illas omnes adhibere quæ per Concilium Tridentinum requiruntur, ſufficiunt ergo antiquiſſimæ præſentationes effectuatæ, antiquæ inſcriptiones, teſtium depoſitiones, imò in certis caſibus antiqua inſtrumenta quæ immemorialem probant ſi nullum certum contineant initium. Prouiſiones Apoſtolicæ quibus in caſibus præiudicent alicui in iurepatronatus illi competenti. 25

DECISIO XIII.
Bononienſis ſucceſſionis de Zanis,
9. *Decembris* 1654.

Renuncians intuitu ingreſſus in religionem Societatis Ieſu ſi appoſuerit pactum reſolutiuum in caſum egreſſus, recuperat bona & ſucceſſiones; ſi etiam poſt emiſſa tria vota egrediatur de licentia ſuorum Superiorum idem dicendum eſt. Et quæ requirantur ad hoc vt egreſſus dicatur iuſtus. Votum redeundi non obligat niſi à legitimo Superiore fuerit acceptatum. Ad purificandam verò illam conditionem reſolutiuam, ſolus egreſſus de facto ſufficit. Statutum Laicorum quando afficiat volentes profiteri. 28

DECISIO XIV.
Cæſarauguſtana Canonicatus,
4. *Februarij* 1654.

Non ſatis eſt Summo Pontifici ius conferendi ſpectare ad Capitulum quod ſimul cum Epiſcopo conferre poteſt ſi tamen Papa concedens ius conferendi reſpexerit Capitulum principaliter, Epiſcopum verò ſecundariò, vel etiam tanquam vnum de Capitulo, nō eſt opus de Epiſcopi poteſtate mentionem facere. Suſpēſio à diuinis facta Capitulo, vtrum afficiat totum Capitulum an verò certas perſonas ſingulares de Capitulo; & vtrum ſuſpenſio illa tollat ius conferendi beneficia. Delictum Capituli vtrum influat ad omnia illius membra. 33

DECISIO XV.
Cæſarauguſtana Cathedralitatis,
21. *Iunij* 1655.

Recenſentur variæ coniecturæ ex quibus probatur Eccleſiā eſſe Cathedralem, etiamſi alia Eccleſia poſtea in Cathedralem erecta fuerit. Sententia tranſit in iudicatum ſi fatalia elapſa ſint nec obtenta illorum prorogatio. 35

DECISIO XVI.
In eadem,
6. *Martij* 1656.

Deciditur quæſtio inter duas Eccleſias prætendentes Cathedralitatem, quarum vna erat in ſtatu Cathedralitatis, altera verò, illius ſtatum antiquiorem probabat & illam continuaſſe prætendebat, & oſtenditur ius Cathedralitatis potuiſſe ſpectare ad duas Eccleſias inuicem vnitas, ſuper quo examinatis pluribus coniecturis hinc inde allatis, concluditur ius Cathedralitatis non fuiſſe abdicatū ab illa Eccleſia quæ non erat Metropolitana. 37

DECI

DECISIO XVII.
Cæſarauguſtana penſionis,
17. *Martij* 1653.

De gratia poſt mortem Pontificis confirmanda per ſucceſſorem per literas *in forma rationi congruit*, quo caſu non eſt noua gratia ſed approbatio præcedentis, ideo ſi ad primam gratiam nihil addat non poteſt de nullitate contra eam aut de obreptione opponi. Penſio vtrum amittatur ob exactionem illius factam ante literarum expeditionem. 41

DECISIO XVIII.
Calaguritana beneficij,
24. *Ianuarij* 1652.

Quando examinatores procedunt in forma iudicij, locus eſt appellationi ad vtrumque effectum. Ideo omnia geſta non ſolùm poſt appellationem, ſed etiam intra decem dies datos ad appellandum ſunt reuocanda tanquam attentata & locus eſt ſequeſtrationi fructuum beneficij. 43

DECISIO XIX.
Calaguritana beneficij de Aleſanco,
8. *Iunij* 1654.

Poſt publicatas atteſtationes, didiſcita teſtificata & diſcuſſas in Rota teſtium depoſitiones, noui articuli ſuper iiſdem factis admitti non debent, propter timorem ſubornationis. Qui etiam ſunt reijciendi ſi ſint irreleuantes. 44

DECISIO XX.
Calaguritana beneficij de Aleſanco,
26. *Iunij* 1655.

Quis dicatur habere meliores qualitates vt alteri præferatur in aſſecutione beneficij. 46

DECISIO XXI.
Calaguritana beneficij de Bilbao,
5. *Iulij* 1655.

Inter duos concurrentes in examine, præferendus eſt is qui maiores habet prærogatiuas; vnde qui de ſimonia fuit accuſatus licèt probationes formiter factæ non eſſent, tamen ſi eius inſtitutio futura eſſet cauſa ſcandali reijciendus eſt, quamuis per ſententiam fuiſſet abſolutus, niſi conſtaret accuſationem fuiſſe euidenter calumnioſam. 47

DECISIO XXII.
In eadem,
15. *Maij* 1656.

Si is qui ad examen fuit admiſſus nullam habeat oppoſitionem concurrentem, beneficium illi cenſetur collatum, ſecus eſt ſi alius concurrat. Sola diffamatio ſimoniæ alias bonas qualitates offuſcat propter ſcandalum quod euitandum eſt. 49

DECISIO XXIII.
Calaguritana beneficij de Lumbreras,
18. *Martij* 1652.

In beneficiis ſimplicibus collatio fieri poteſt digno omiſſo digniori niſi in contrarium adſit particulare ſtatutum Eccleſiæ; & ex quibus vnus alio dignior iudicari debeat. 50

DECISIO XXIV.
Calaguritana beneficij de Murillo,
24. *Februarij* 1653.

Examinantur in hac deciſione variæ qualitates & circunſtantiæ propter quas vnus cæteris in aſſecutione beneficij præferri debet. 52

DECISIO XXV.
Caualicenſis Parochialis,
17. *Martij* 1656.

Via executiua vulneratur per ſententiam latam aduerſus impetrantem prouiſiones Apoſtolicas, necnon per productionem paris tituli. Eccleſiæ Parochiales vnitæ dignitatibus vel capitulis conferri debent ad illorum nominationem quorum dignitatibus vel capitulis vnitæ ſunt; & vtrum Vicelegatus Auenionenſis cenſeatur aut poſſit derogare conſtitutioni Pij V. ſuper prouiſionibus Eccleſiarum parochialium diſputatur ſed non deciditur. 53

DECISIO XXVI.
Calaguritana Canonicatus,
17. *Martij* 1651.

Clericatus ſuperueniens non conualidat prouiſionem præcedentem. Mandati reuocatio vtrum de neceſſitate debeat intimari procuratori, & alias quomodo intimari debeat reuocatio. Qui ex propria culpa omiſit intimare reuocationem mandati ad reſignandum, non poteſt opponere de defectu intimationis. 56

DECISIO XXVII.
Calaguritana Decimarum Sancti Aſcenſij & de Aualillo,
1. *Iulij* 1654.

Integra decima Parocho debita intra fines ſuæ parochiæ, ſicut & primitiæ quæ ſecundum locorum conſuetudinem regulantur, non patiuntur diminutionem ſub prætextu communcationis priuilegiorum per monachos allegatæ, etiamſi ageretur de prædiis quæ propriis manibus ab ipſis excoluntur, ſi monaſterium ſit locuples, maximè ſtante diuturna obſeruantia in fauorem Parochi. 58

DECISIO XXVIII.
In eadem,
17. *Aprilis* 1654.

Probato iure parochiæ & quod bona ſint ſita intra limites parochiæ danda eſt parocho manutentio in poſſeſſione percipiendi decimas quamuis ageretur de Monachis qui ha-

bent communicationem priuilegiorum cum aliis Religioſis; quia hæc non ſuffragatur niſi in conceſſione facta fuerit expreſſa mentio decimarum cum derogatione *capitis nuper de decimis*; & ideo confirmatio Pontificis in *forma communi* facta non ſuffragatur Monaſterio nec ſufficiunt lauda, antiquiſſima Monachis fauorabilia ſi in contrarium adſit temporis immemorialis obſeruantia. 60

DECISIO XXIX.
Caſſienſis Prioratus,
26. *Iunij* 1651.

Quomodo probetur quempiam ſuo beneficio priuatum fuiſſe per ſententiam latam in contumaciam delinquentis. Poſſe quidem poſt talem ſententiam beneficium illud impetrari, ſed reſolubiliter: ſi enim reus intra annum compareat beneficium ipſi reſtituendum eſt. Ceſſio ſine Superioris authoritate fieri poteſt per eum qui ſuo beneficio priuatus eſt per ſententiam. Denique vtrum poſſeſſori beneficij licitum ſit aliquid dare ad redimendam vexationem. 67

DECISIO XXX.
Caſſanenſis Parochialis,
26. *Iunij* 1652.

Epiſcopus procedens pendente lite in curia ſuper obreptione vel ſubreptione literarum committit attentatum ſequeſtrum apponendum eſt ſuper beneficio ad inſtantiam illius qui pro ſe obtinuit ſententiam definitiuam, ſiue in petitorio lata fuerit ſiue poſſeſſorio ſi lata fuerit in curia Romana. 69

DECISIO XXXI.
Cauenſis collationis ordinum,
26. *Iunij* 1654.

Quamuis Abbatibus collatio minorum ordinum non obſtante quacunque poſſeſſione prohibita ſit, illa tamen prohibitio locum non habet contra Abbates habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & territorium à Diœceſi ſeparatum. Quid poſſint huiuſmodi Abbates exercere in limitibus ſuæ iuriſdictionis & ex quibus arguatur monaſterium eſſe exemptum & ſeparatum à diœceſi Epiſcopi. 70

DECISIO XXXII.
Compoſtellana coadiutoriæ,
9. *Maij* 1653.

De vi & effectu clauſulæ quæ in prouiſione Parochiali apponi ſolet imò appoſita cenſetur, *Dummodo centum remaneant pro Rectore*, qua non verificata non valet reſeruatio penſionis ſuper parochiali, & de qua moneta intelligatur. De pacto quod ſolutis tot annorum terminis penſio extingui poſſit. Vtrum illo non approbato, gratia principalis corruat. Regiſtratio prouiſionum facta poſt obitum reſignantis vtrum ſuffragetur. 73

DECISIO XXXIII.
In eadem,
7. *Februarij* 1653.

Iuſtificatis omnibus narratis in gratia Coadiutoriæ procedi debet ad illius executionem, omniſque ſumenda eſt interpretatio ad huiuſmodi gratias ſuſtinendas. Expreſſio erronea in gratia coadiutoriæ proueniens ex culpa coadiuti, non inficit gratiam reſeruationis penſionis diſtinctam. Tertius non poteſt opponere de inualiditate penſionis. 76

DECISIO XXXIV.
Cordubenſis dimidiæ portionis,
30. *Ianuarij* 1654.

De ſtatuto Eccleſiæ quod ad illam nemo poſſit admitti qui ratione ſanguinis ſit impurus. Quod probatio impuritatis ſpectet ad Capitulum, & is qui ſe admitti poſtulat nihil probare teneatur. Expoſitos non eſſe ab illa Eccleſia reijciendos, cum pro illis ſtet præſumptio pro ſanguinis puritate & alia multa circa ſtatutum illud reſoluuntur. 78

DECISIO XXXV.
Cracouienſis Decimarum,
23. *Ianuarij* 1651.

Parochus habet intentionem fundatam vt decimas percipere poſſit in ſpeciebus & non in pecunia, ex terris exiſtentibus intra fines ſuæ parochiæ. Et ideo decimæ ſolui debent in manipulis, non obſtantibus quibuſdam ſolutionibus voluntariis, quę non præiudicant ſucceſſoribus, maximè ſi ſint difformes aut factæ lite pendente. 81

DECISIO XXXVI.
In eadem,
20. *Martij* 1651.

Decimas ex iuris diſpoſitione deberi in manipulis, præſertim in Polonia vbi regulares tenentur ſoluere decimas de terris acquiſitis à laicis, maxime cum in illorum priuilegiis non fuerit derogatum diſpoſitioni *capitis nuper, de decimis*. Neque obſeruantia contraria ſoluendi decimas in pecunia ſuffragatur, niſi concurrentibus requiſitis neceſſariis ad præſcriptionem; & ſuper hoc conſiderantur conſtitutiones ſynodales regni Poloniæ. 82

DECISIO XXXVII.
Cracouienſis præpoſituræ S. Floriani,
13. *Februarij* 1651.

Qui habuit notitiam attentatorum, ſtatim vbi ſciuit, tenetur illis renunciare, alioquin ratificare videtur; maxime ſi illis vſus fuerit. Condemnatio ad fructus perceptos, de quibus fructibus intelligatur. Ad quem Iudicem pertineat laxare declaratoriam cenſurarum ob non paritionem. Qui fructus percipit poſt decretum ſequeſtri eſt in inobedientia non excuſabili. 84

DECI

DECISIO XXXVIII.
Cracouienſis Decimarum,
27. *Martij* 1651.

Remiſſoriam non eſſe concedendam ſi articuli ſint irreleuantes & improbabiles, quales ſunt illi quorum veritas excluditur per inſtrumenta publica vel alias euidentes probationes. Tranſactionem ſuper forma ſolutionis decimarum ſi non fuerit à ſede Apoſtolica confirmata non ligare ſucceſſores in beneficio. 86

DECISIO XXXIX.
Ebredunenſis Prioratus,
27. *Iunij* 1653.

Prouiſionem anteriorem habens à Vicelegato Auenionenſi præferendus eſt illi qui poſteriorem habet à Sūmo Pontifice; de beneficio exiſtenti intra limites legationis, probato tamen, valore, clericatu & aliis requiſitis nec tali prouiſo currunt ſex menſes aſſignati; ad aſſumendum habitum regularem currunt niſi à die adeptæ pacificæ poſſeſſionis. 87

DECISIO XL.
Eccleſienſis vnionis,
26. *Aprilis* 1652.

Quamuis vnio regulariter non præſumatur, ſed probanda ſit per legitimas probationes, tamen ſi ad ſint enunciatiuæ antiquæ Summorum Pontificum concurrente magna Eccleſiæ paupertate, & appareat de viſitationibus Epiſcoporum, & aliæ probentur coniecturæ, inde reſultat vnionis probatio non obſtantibus anterioribus vnionibus ad tempus factis. 89

DECISIO XLI.
Fauentina Iuriſpatronatus,
10. *Decembris* 1651.

Inſtitutionem non valere niſi probata vacatione, cui locus non eſt niſi ille in cuius fauorem facta eſt reſignatio fuerit admiſſus ſi reſignatio corruat, ita vt beneficium alteri quàm illi in cuius fauorem facta eſt reſignatio collatum fuerit. Ius non abdicatura reſignante. Contemptus Patroni exceptio ex quibus excludatur. 91

DECISIO XLII.
Firmana beneficij,
23. *Maij* 1653.

Quomodo probetur Clericatus, idoneitas, exiſtentia iuriſpatronatus & illius exiſtentia. Valor, & vacatio beneficij litiſpendentia ſuper hæreditate, vel quota ipſius, vtrum reddat litigioſum iuſpatronatus. 92

DECISIO XLIII.
Groſſetana penſionis,
3. *Martij* 1651.

Quando agitur contra ſucceſſorem in beneficio, valor & alia narrata plenè iuſtificanda ſunt in iudicio petitorio, ſed ſi agatur poſſeſſorio ſufficit vnica ſolutio. Clauſula in reſcripto reſeruationis penſionis quod gratia ſit nulla ſi verè & realiter ſoluta non fuerit, transfert in penſionarium probationem ſolutionis cum vera & actuali numeratione, maxime quando agitur inter affines, inter quos colluſio præſumitur. 94

DECISIO XLIV.
Hiſpalenſis beneficij,
24. *Ianuarij* 1650.

Subrogatus gratioſè immittendus eſt in poſſeſſionem beneficij, probato Clericatu, poſſeſſione defuncti & reſeruatione maxime ſi ſubrogatus erat in lite cum defuncto. Erectio beneficij in Eccleſiam Parochialem ſimpliciter, non obligat ad concurſum, ſi facta fuerit per Epiſcopum ſine legitimis cauſis & non ſeruatis ſeruandis 97

DECISIO XLV.
Illerdenſis Præpoſituræ,
7. *Februarij* 1628.

Lis vt dicatur mota ſuper titulo beneficij neceſſe eſt vt collatio præcedat, & is qui litem intentat, petat beneficium tanquam ſuum actione realis & non tanquam ſibi debitum, veluti actione perſonali. Quid iuris ſit quando aliquis petit beneficium ſibi adiudicari propter delictum aduerſarij, vtrum ſcilicet ex eo beneficium cenſeatur litigioſum. 100.

DECISIO XLVI.
Imolenſis Decanatus,
1. *Decembris* 1651.

Pertinentia iuriſpatronatus probatur ex pluribus inſtrumentis præſentationum effectuatis ſpatio centum annorum & vltra. Iuſpatronatus quando dicatur mixtum, & quomodo voces diuidantur & computentur. Solam qualitatem hæreditariam non ſufficere in iurepatronatus mixto. Qualitates expreſſæ in impetratione beneficij ſuper illius valore & exemptione à cura & à perſonali reſidentia, quomodo probari debeant; & quo genere probationis onus celebrandi Miſſam ſimpliciter adiectum non obligat ad reſidentiam. 101

DECISIO XLVII.
Imolenſis Decanatus,
27. *Maij* 1652.

Quomodo probetur iuſpatronatus, modus vacationis, valor beneficij, & quod non obliget ad reſidentiam ſi iuſpatronatus pluribus cedatur. Ceſſio cenſetur facta pro æquis partibus. Qualitas hæreditaria quomodo intelligatur in iurepatronatus mixto. Ius accreſcendi ſeu non decreſcendi locum habet in iurepatronatus. 103

DECI

# Index Argumentorum.


DECISIO XLVIII.
Leodienſis Canonicatus,
11. *Decembris* 1654.

Locus eſt declaratoriæ pœnarum & cenſurarum comminatarum propter inobedientiam, quæ non tollitur per ſolam proteſtationem de obtemperando. Quia vltra ſimplicem patientiam requiritur aliquis actus poſitiuus obedientiæ. 106

DECISIO XLIX.
In eadem,
28. *Iunij* 1655.

Executio concedi debet literis Apoſtolicis iuſtificatis per probationem Clericatus, valoris beneficij & vacationis quæ inducitur per adeptionem poſſeſſionis, vigore tranſumpti facti non obſeruatis requiſitis per conſtitutiones Pontificias, quæ locum non habent in tranſumptis ante conſtitutiones illas factis, maximè ſi Summus Pontifex illarum conſtitutionum tenorem non ignorans, narrata ſibi veritate beneficium contulerit. Vacationem autem probare ſufficit eo modo quo in literis narrata fuit. 107

DECISIO L.
In eadem,
24. *Nouembris* 1655.

Contra contumaces & inobedientes procedi poteſt per cenſuras. Conſeruator non poteſt aliquid attentare in præiudicium mandatorum Rotæ, nec illius ſententia excuſat ab inobedientia, aut impedit quominus concedatur aggrauatoria. Obreptionis exceptio non admittitur in curia Romana. 110

DECISIO LI.
In eadem,
8. *Februarij* 1656.

Litiſpendentiam non oriri niſi præuia partis citatione. Comparentem coram Iudice non oppoſita declinatoria, illi renunciare cenſeri. Et de tranſumpto informiter facto. Ignorantia conſtitutionis quando allegari poſſit. 111

DECISIO LII.
Leodienſi Canonicatus Sancti Martini,
15. *Ianuarij* 1652.

Oſtenditur literas Apoſtolicas eſſe executioni demandandas, non obſtantibus quibuſdam oppoſitis exceptionibus, quando cauſa fuit commiſſa cum clauſula *ſine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum* quæ clauſula ſemper in commiſſionibus ſequentibus repetita cenſetur. 113

DECISIO LIII.
Leodienſis decimarum,
26. *Iunij* 1651.

Capitulum quod habet curam animarum, ſi probauerit locationes per multos annos, & à tempore antiquiſſimo, quæ præſumuntur effectuatæ propter temporis diuturnitatem, manutenendum eſt in quaſi poſſeſſione exigendi decimas tam maiores quàm minores, & contraria conſuetudo redditur dubia ex locationibus ſic continuatis, maximè ſi non probetur petitionis denegatio. Nec ſententiæ deſuper latæ præiudicant Parocho ſi aduerſus eas intentetur reſtitutio in integrum ex capite iniuſtitiæ. 115

DECISIO LIV.
Maioricenſis Beneficij,
4. *Aprilis* 1650.

Quomodo probari poſſit modus vacationis, qualitas præsbiteratus, pertinentia iuriſpatronatus, valor beneficij & proximitas ſeu deſcendentia per gradus diſtinctos. 116

DECISIO LV.
In eadem,
27. *Iunij* 1653.

Deſcendentia & valor beneficij quomodo probari debeat ad hoc vt releuet impetrantem probatio. 118

DECISIO LVI.
Maioricenſis Canonicatus,
27. *Martij* 1656.

Quomodo narrata ſint iuſtificanda ad effectum executionis literarum Apoſtolicarum. Collatio Canonicatuum Eccleſiæ Cathedralis, de iure ſpectat ad Epiſcopum ſimul & Capitulum. Vota electorum dari debent à Canonicis tanquam vniuerſis & propterea datæ per ſcedulam exiſtentium extra Capitulum non computantur in numero. Vtrum Epiſcopus habeat votum in electionibus. Denique vtrum minor pars Capituli poſſit coniungi cum voto Epiſcopi. 118

DECISIO LVII.
Meleuitana beneficij,
25. *Iunij* 1649.

Tractat de certo vacationis modo expreſſo qui verus non eſt. Vacatio non dicitur conſumpta per impetrationem, vitio nullitatis laborantem. Tempus aſſignatum patronis ad præſentandum, incipit à die veræ ſcientiæ vacationis. Numerus vocum patronorum computatur duntaxat quoad eos qui realiter præſentarunt. Defectus editorum quando nullam reddat prouiſionem factam de beneficio iuriſpatronatus. Quomodo executio per ſententiam vulnerata dicatur. 121

DECISIO LVIII.
Meleuitana bonorum,
10. *Februarij* 1651.

Tranſactio eſt exceptio litis finitæ (non obſtante allegata læſione) quando aderat dubius litis euentus, maximè quando per plures annos fuit obſeruata. Hoſpitale laicum poteſt tranſigere ſine beneplacito ſedis Apoſtolicæ. Dicitur autem laicum ſi non fuerit erectum authoritate Epiſcopi, quamuis Epiſcopus ab illius adminiſtratoribus rationes exegerit. 125

DECISIO LIX.
Meleuitana commendæ,
21. *Maij* 1655.

Mandatum ad beneficia ex quibus eximatur à voto captandæ mortis. Collatio commendæ equitum Sancti Ioannis Hieroſolymitani vtrum fieri poſſit extra limites Prioratus ex conſtitutionibus illius Religionis. Quid dicendum ſit de collatione beneficij illius qui mortuus eſt in ciuitate Pariſienſi. 27.

DECISIO LX.
Mindonenſis Parochialis,
3. *Martij* 1653.

Vnito beneficio alicui Capitulo vnione perpetua, cura habitualis pertinet ad Capitulum, ſolum vero exercitium curæ ſpectat ad Vicarium. Vnionem fuiſſe ſortitam effectum probatur ex poſſeſſione ſequuta & portione congrua Vicario aſſignata, quamuis fructuum perceptio non ſit ad hoc neceſſaria, ſtante autem illa vnione non eſt locus concurſui, ſed beneficium conferendum eſt ad nominationem Capituli. Et licet aliquando factus fuerit concurſus, tamen hoc non nocet iuri nominandi quod ſpectat ad Capitulum, etiamſi fuiſſet datus Vicarius perpetuus, & Vicaria ex mandato ſeu decreto ſuperiorum ex temporali fuiſſet erecta in perpetuam. 129

DECISIO LXI.
Montis Caſſinenſis iuriſdictionis,
27. *Martij* 1651.

Confeſſarios Monialium Prælatis regularibus ſubiectorum non indigere approbatione Ordinarij ad audiendas illarum confeſſiones; Exemptionem autem probari ex ea quod Epiſcopi nullam vnquam in illis Monaſteriis iuriſdictionem exercuerunt, imò ab alienis Epiſcopis, Oleum Sanctum, Chriſma & Pontificalia ſuſceperunt & tanquam de territorio ſeparato habitæ fuerunt; præſertim ſi Abbates ibidem per plures annos exercuerunt actus iuriſdictionales ſpectantes ad eos qui habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. 133

DECISIO LXII.
Nicienſi Prioratus,
1. *Iulij* 1654.

Præsbiteratus, vacatio, & alia requiſita quomodo probentur necnon idoneitas prouiſi, pro iuſtificatione literarum Apoſtolicarum, & quomodo probetur Prothonotariatus ad effectum inducendæ reſeruationis beneficij. Quomodo poſſeſſio beneficij apprehendenda ſit de manu executoris. Pœnitentiaria erectio ex quibus nulla reddatur. 136

DECISIO LXIII.
Rauennatenſis hæreditatis,
5. *Iunij* 1648.

Statutum Laicorum excludens fœminas ſtantibus maſculis licet ex plurimorum Doctorum ſententia locum habeat in hæreditate Clerici ab inteſtato defuncti, contrarium tamen Rota tenet iuxta veriorem ſententiam, quia Laici non poſſunt iuriſdictionem in Clericos exercere. Idque non obſtante confirmatione Pontificia eiuſdem ſtatuti facta in forma communi. 138

DECISIO LXIV.
Regienſis beneficij,
27. *Iunij* 1653.

Probatis narratis, videlicet vacatione, pertinentia iuriſpatronatus præſentatione, habilitate aliiſque neceſſariis, beneficium inſtituto adiudicandum eſt. Menſis mentio non eſt de neceſſitate facienda in prouiſionibus regulæ menſium non ſuppoſitis. In reſeruatione iuriſpatronatus fundator poteſt apponere conditiones ſibi beneviſas. Beneficium quando dicatur liberæ collationis. Litis mentio quando ſufficienter facta dicatur. In beneficialibus admittitur multiplicatio titulorum. 141

DECISIO LXV.
Ripana beneficij,
4. *Iunij* 1655.

Vniones non effectuatæ reuocantur per regulas Cancellariæ. Vacatione vltimi poſſeſſoris non probata, non valet collatio beneficij. Certo vacationis modo ille per impetrantem probandus eſt. Gratia non iuſtificata executionem non meretur. 144

DECISIO LXVI.
Romana Canonicatus,
15. *Maij* 1654.

Non habenti qualitates ex Eccleſiæ conſtitutionibus requiſitas beneficium adiudicandum non eſt, & dum plures qualitates requiruntur, omnes concurrere debent. Quando executor proceſſit extraiudicialiter, nullo exiſtente contradictore, pro eo præſumitur, ſed tamen quando deuenitur ad iudicium petitorium omnia requiſita ſunt probanda. Capitulum quando ſit legitimus contradictor aduerſus prouiſum Apoſtolicum. 145

DECISIO LXVII.
Romana deuolutionis domus,
4. *Decembris* 1651.

Emphyteuſis Eccleſiaſtica, quæ regulariter tranſit ad hæredes ſanguinis an & quando tranſeat ad extraneos ſucceſſores & vtrum Eccleſia poſſit conſentire abſque beneplacito Apoſtolico, vt tranſeat ad manus mortuas. 147

DECISIO LXVIII.
Salisburgenſis iuriſdictionis,
*26. Maij 1654.*

Remiſſoria pro examine teſtium concedenda non eſt quando conſtat de contrario illius facti quod probari prætenditur, & conſtat de rei veritate per tranſactiones in actis productas; maximè ſi conſtet de illarum effectuatione, & obſeruantia diuturna. Temporis remoti obſeruantia non probat niſi fuerit adminiculis ſuffulta. Recognitio actorum quomodo fieri debeat præſertim ſi ſint antiqua. 151

DECISIO LXIX.
Salisburgenſis Iuriſdictionis ſuper remiſſoria.
*1. Iulij 1643.*

De probatione requiſita ad hoc vt quis obtinere poſſit ius territorij ſeparati à iuriſdictione Epiſcopi, quodque pro talis ſeparationis probatione non ſit concedenda remiſſoria quando conſtat de contrario per inſtrumenta publica, vel quando factum eſt tale pro cuius probatione non poſſunt produci teſtes adeo annoſi, vt de eo deponere poſſit, maximè ſi articuli deducti ſint inueriſimiles, vel adſit in contrarium tranſactio. Actus geſti ante centum annos, vtrum excludant præſcriptionem immemorialem. 158

DECISIO LXX.
Segobienſis Canonicatus,
*26. Nouembris 1655.*

Ex quibus lis ſuper titulo beneficij introducta dicatur. Quæ tamen neceſſario præcedere debet ad hoc vt ſubrogationi locus ſit. Notario dicenti citationem fuiſſe executioni demandatam vtrum credi debeat ſine teſtibus. Regula de annali quomodo obſtet ſubrogationi. Lis calumnioſa non eſt attendenda. 158

DECISIO LXXI.
Segobienſis Canonicatus,
*22. Martij 1656.*

Quomodo probentur narrata in literis ad hoc vt mandentur executioni, & nominatim quomodo probari poſſit iuſpatronatus. Attentatis locus non eſt vbi nulla lis adeſt. Concurſus non requiritur in Canonicatibus & dignitatibus habentibus curam animarum. Regula de annali prodeſt poſſeſſori, niſi impetrans intentauerit litem intra tres menſes. 160

DECISIO LXXII.
Sulmonenſis beneficij,
*13. Martij 1650.*

De præſentatione facta à maiori parte patronorum. Et de eo qui falſo narrauit ſe habere medietatem vocum. Præſcriptio inter compatronos quando locum habeat. Aditio hæreditatis inducitur ex præſentatione facta per aliquem tanquam hæredem. Numerus Canonicorum circa voces præſentationis computatur inter præſentes; ſi tamen abſentes non fuerint vocati, valet præſentatio, illi tamen poſſunt agere de contemptu. Iuſpatronatus ex gentilitio fieri poteſt hæreditarium. 164

DECISIO LXXIII.
Tridentina ſucceſſionis,
*29. Maij 1652.*

Statutum laicorum non afficit clericos nec illorum familiares, quamuis confirmatum fuerit in forma communi, quamuis etiam conditum fuerit ad publicam vtilitatem & reſpiciat agnationis fauorem, præſertim ſi illius diſpoſitio referatur ad tempus delatæ ſucceſſionis, & eo tempore iam quis fuiſſet aſſumptus ad clericatum. 166

DECISIO LXXIV.
Viterbienſis Canonicatus,
*26. Iunij 1652.*

Quando commiſſio appellationis fuit facta ſimpliciter, illa retrotrahitur, & geſta poſt appellationem in primis reuocari debent tanquam attentata, niſi de notorio iure attentantis ita conſtet vt nullus relictus ſit dubitandi locus. 169

DECISIO LXXV.
Valentina Rectoriæ,
*17. Martij 1651.*

Exceptio tranſactionis admittenda eſt ad impediendam executionem literarum Apoſtolicarum. Quæ intruſio requiratur vt locus non ſit regulæ de ſubrogandis. Propriè tamen requiritur vera intruſio quando quis poſſeſſionem propria authoritate accepit, vel ſine titulo obtento ab eo qui habet poteſtatem conferendi. Ita vt ex eo ſolo poſſeſſio non dicatur intruſiua quod lite pendente capta ſit quamuis in alia materia nomen intruſionis latius pateat; ſub eadem gratia poteſt obtineri alia pro confirmatione primæ quamuis prima ſit defectiua vel obreptitia. Intruſio in regula de ſubrogandis illa tantum damnatur quæ adeſt tempore ſubrogationis. Subrogatio conceſſa cenſetur quando in prouiſionibus appoſitæ ſunt clauſulæ conſuetæ. 170

DECISIO LXXVI.
Valentina Rectoriæ,
*Lunæ 31. Iunij 1651.*

Exceptio obreptionis retardat omne iudicium executiuum. Omiſſio nominis impetrantis non nocet ſi cōſtet de veritate perſonæ. Prouiſio eſt nulla ob non expreſſum verum valorem beneficij. Negatiua expeditionis literarum quomodo probari poſſit. Subrogatus quando ſit in poſſeſſione fundatus. Poſſeſſio poſſeſſioni quando & quomodo cumulari poſſit. 174

DECISIO LXXVII.
Vicentina Parochialis,
*Lunæ 20. Martij 1651.*

Per ſæculariſationem Eccleſiæ cum ampliſſima ſuppreſſione menſæ Abbatialis extinguitur vnio non obſtante reſeruatione iuriſpatronatus Regi competenti; neque declaratio de non præiudicando iuribus Eccleſiarum referri poteſt ad alias Eccleſias in quarum fauorem non emanauit vltimum ſtatum, circa prouiſiones beneficiorum oſtendendum eſſe quando diſceptatur inter prouiſos, ſecus ſi agatur de pertinentia collationis. Inter collatores concurſus neceſſarius eſt in Parochialibus vacantibus per obitum in menſe reſeruato. 176

DECISIO LXXVIII.
Vrbinatenſis Canonicatus,
*Veneris 25. Iunij 1655.*

Qui pro ſe habet voluntatem fundatoris omnes alios excludere debet à beneficio Patronato. Quod procedit etiamſi patronus in ſua fundatione vſus fuerit verbis precariis quæ ad inſtar fideicommiſſorum habent hoc caſu vim præciſam dandi formam. Facultas in erectionibus beneficiorum ſpectat ad Ordinarium qui authoritatem interponendo dat & apponit formam ſibi beneuiſam. 178

DECISIO LXXIX.
Toletana penſionis,
*Lunæ 15. Ianuarij 1646.*

De penſionibus fiduciariis Summi Pontificis authoritate in beneficiis Hiſpaniæ in fauorem Italorum ſub nomine Hiſpanorum conſtitutis. Quomodo probetur huiuſmodi fiducia. Et quoad illam probationē ſufficere coniecturas. Quis ſit illius effectus quando data eſt facultas illam transferendi quando ſic conſtituta fuit ſub nomine Hiſpani ad commodum & vtilitatem Itali. 180

DECISIO LXXX. ſeu Votum,
Cauallicen. Spolij,
*Lunæ 14. Auguſti 1659.*

Vtrum Capitulum ſede Epiſcopali vacante habeat ius deſtituendi officiarios menſæ ad exercitium iuriſdictionis temporalis ab Epiſcopatu dependentis deputatos. Et vtrum danda ſit manutentio Officiario vel Graffario antiquo, an vero nouo per Capitulum deputato. 184

DECISIO LXXXI.
Alexandrina Penſionis,
*Veneris 19. Iunij 1648.*

Manutentio in quaſi poſſeſſione ſoluendi penſionem concedēda eſt probata ſolutione annorum præcedentium, etiam per confeſſionem partis & per vnicam ſolutionē, etiam partialem. Quamuis opponeretur de nullitate Indulti Pontificij concedētis retentionem penſionis non obſtante matrimonio poſtea contracto. Quia ſimiles exceptiones ad iudicium petitorium ſunt reijciendæ. 191

DECISIO LXXXII.
Arborenſi Penſionis,
*Lunæ 1. Ianuarij 1647.*

Manutentio concedenda eſt exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem quamuis opponeretur clauſulam *Dummodo centum remaneat pro Rectore*, contineri in gratia penſionis, etiamſi probaretur centum apud eum non remanere niſi talis probatio fieret per confeſſionem partis aut per rem iudicatam, vel per publicum inſtrumentum. 192

DECISIO LXXXIII.
Hieracenſi Parochialis,
*Veneris 24. Ianuarij 1653.*

Quibus in caſibus poſſeſſio inſtrumentalis ſufficiat ad manutentionem. Adeptus beneficium incompatibile, ſi illius poſſeſſionem aſſequi fuerit impeditus, retinet ſaltem animo poſſeſſionem primi. Executor Apoſtolicus procedens non citato poſſeſſore, nulliter agit, & non priuat illum ſua poſſeſſione. 194

DECISIO LXXXIV.
Sipontina penſionis,
*Lunæ 8. Aprilis 1647.*

De manutentione eius qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem quando ſolutio facta fuit per tertium. Et quomodo præſumatur facta ſolutio de mandato Titularis. Quæ ſint neceſſaria vt quis cenſeatur animo deſtitiſſe à ſua poſſeſſione. Pendente iudicio reſtitutionis in integrum aduerſus rem iudicatam concedenda eſt manutentio. Quid ſi in reſcripto reſtitutionis adſit clauſula *Cum facultate manutenendi quem de iure*, vel clauſula *Prout de iure*. 195

DECISIO LXXXV.
Viterbienſis Beneficiorum,
*Lunæ 23. Iunij 1653.*

De reſignatione nulla ob non publicationē, & quod eo caſu, collatio eſt Sedi Apoſtolicæ reſeruata. Quomodo intelligendum ſit quod dicitur ius non abdicari ab eo qui reſignauit in fauorem alterius, donec reſignatarius beneficium adeptus fuerit. Publicationis neceſſitas non inducit diſpoſitionem conditionalem,

lem, ſed puram,ſub conditione tamen reſolubilem. Secundam reſignationem non valere ſi prima admiſſa fuerit. 198

DECISIO LXXXVI.
Ferrarienſi Penſionis,
*Veneris* 2. *Martij* 1646.

Penſio ſemel tranſlata poteſt iterum trāſferri vigore indulti Pontificij continentis clauſulas ampliſſimas,præſertim ſi conceſſum fuerit motu proprio Pontificis,& in fauorem nepotis vel alterius perſonæ dilectæ. Gratia tranſlationis penſionis non eſt odioſa,ſaltem odio irrationabili. Conſtitutio Vrbani VIII. circa iteratam penſionum tranſlationem locum non habet quando illi Papa derogare voluit. 201

DECISIO LXXXVII.
Corduben. Dimidiæ portionis,
*Veneris* 20. *Iunij* 1653.

Literis Apoſtolicis iuſtificatis concedenda eſt executio.Et explicatur quomodo iuſtificatæ cenſeantur qualitates narratæ videlicet ſacerdotium, prouiſio obtenta à ſede Apoſtolica, obitus vltimi poſſeſſoris, valor tam beneficij collati quàm aliorum obtentorum, narratus. Sanguinis puritas vel impuritas per quem probari debeat. Expoſiti an præſumantur legitimi & ex puro ſanguine. Statuta Capituli iuri communi contraria indigere confirmatione Apoſtolica. 204

DECISIO LXXXVIII.
Mediolanenſi Penſionis,
*Mercurij* 31. *Ianuarij* 1646.

De validitate ſententiæ latæ in vim citationis per contradictas.Fructus & penſiones decurſæ, vtrum debeantur à die litis, aut etiam ab initio & ante litem ſtante mala fide, Penſiones ante litem motam ſi petitæ non fuerint, nec de eis in ſententia facta mentio, vtrum nouo iudicio peti poſſint. Bonæ fidei poſſeſſor,quibus caſibus ad fructuum reſtitutionem ſit condemnandus. 208

DECISIO LXXXIX.
Pampilonenſis Vicariæ,
*Lunæ* 26. *Maij* 1653.

Facultas præſentandi Vicarium ſpectat ad eum cuius Dignitati vnita eſt parochialis. Quod ſi in contrarium probetur immemorialis conſuetudo ex parte Capituli quæ ad huiuſmodi probationem requirantur. Concordia à ſede Apoſtolica non confirmata ſubſiſtere non poteſt & maximè in præiudicium Eccleſiæ & ſucceſſorum.Præſumptio beneplaciti Apoſtolici ob lapſum diuturni temporis ex quibus locum non habeat. 209

DECISIO XC.
Melphienſi penſionis,
*Lunæ* 28. *Ianuarij* 1647.

Reſeruatarius omnium fructuum cum facultate transferendi fructus vel penſiones vſque ad certam ſummam poteſt transferre penſionē in fauorem perſonæ ſibi beneviſæ, non obſtante conſtitutione *69*. Vrbani VIII. quæ hoc caſu locum non habet cum per huiuſmodi tranſlationem nouum Eccleſiæ onus non inferatur. 213

DECISIO XCI.
Mediolanen. Penſionis,
*Mercurij* 27. *Iunij* 1646.

Prorogatio dilationis non protenditur longius quam prima dilatio, ſi autem prorogatio commiſſa fuerit arbitrio alicuius,facultas arbitrandi expirat per obitum arbitrari debentis. Penſiones decurſæ ante litem motam peti poſſunt nouo iudicio poſt litem motam. Tranſactio præiudicat tantum Canonicis qui illi conſenſerunt, non autem Capitulo, vel Canonicis ſucceſſoribus, in caſibus in quibus applicatio fructuum non fit in fauorem Canonicorum ſed Capituli. 214

DCISIO XCII.
Romana penſionis,
*Veneris* 19. *Ianuarij* 1646.

Longa poſſeſſio exigendi penſionem, ſuffragatur vt titulus ex ea præſumatur.Et licet alias requiratur ſpatium 30. annorum, tamen concurrentibus pluribus adminiculis quæ recenſentur, poſſeſſio minoris temporis ſuffragatur, veluti ſi producti fuerint teſtes deponentes de fama aut concurrat veriſimilitudo. Plures probationes imperfectæ coniunguntur. In inſtantia reſtitutionis in integrum aduerſus rem iudicatam, noui teſtes produci poſſunt. 217

DECISIO XCIII.
Acerrarum penſionis,
*Lunæ* 14. *Ianuarij* 1647.

Sententia lata abſque citatione ſpecifica ad audiendam ſententiam non meretur executionem. Clauſula *Dummodo penſio non excedat tertiam fructuum partem*, ſiue modum ſiue conditionem importet eſt omnino verificanda non obſtante conſenſu præſtito per Titularem. 221

DECISIO XCIV.
Sipontina penſionis,
*Lunæ* 1. *Iunij* 1647.

De manutentione in quaſi poſſeſſione exigendi penſiones etiam aduerſus ſucceſſorem in beneficio, quamuis præcedat ſententia abſolutoria fauore titularis quando fuit intentatum remedium reſtitutionis in integrum aduerſus illam ſententiam. Et quomodo amittatur poſſeſſio iurium incorporalium. 221



DECISIO XCV.
Reatina penſionis,
*Lunæ* 4. *Maij* 1652.

Indultum transferendi penſionem eſt ſubreptitium & inualidum quando in eo non fit mentio de decreto appoſito in reſeruatione penſionis quod illa non poſſit transferri. Et hoc decretum ex conſenſu præſtito per reſignantem & reſignatarium ad formam literarum tranſit in naturam pacti propter acceptationem & illi Papa non cenſetur derogare niſi illius pacti ſpecialem notitiam habuerit. 224

DECISIO XCVI.
Mediolanenſi Penſionis,
*Mercurij* 11. *Decembris* 1647.

Penſiones decurſæ Capitulo debitæ vtrum pertineant ad hæredes Canonicorum antiquorum, an verò ad ſolos Canonicos exiſtentes tempore ſolutionis & quæ ſit differentia inter ea quæ applicantur Maſſæ Capitulari & quæ Canonicis; & ex quibus ſtatutorum verbis hæc differentia colligatur. Quid hac in re poſſit obſeruantia,& quomodo attendenda. 226

DECISIO XCVII.
Acerrarum Penſionis,
*Mercurij* 26. *Iunij* 1652.

De requiſitis antequam deueniatur ad executionem literarum Apoſtolicarum & nominatim quando in reſeruatione penſionis adiecta fuit clauſula *Dummodo omnes penſiones tertiam fructuum partem non excedant*. Conſenſum præſtitum reſeruationi penſionis regulandum eſſe iuxta conditiones in reſeruatione contentas. Quomodo probetur valor fructuum beneficij per teſtes & quomodo deponere debeant vt illorum depoſitioni fides adhibeatur. 230

DECISIO XCVIII.
Neapolitana Penſionis,
*Lunæ* 2. *Martij* 1643.

De manutentione concedenda exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, etiam aduerſus ſucceſſorem in beneficio, imò etiam fauore tranſlatarij. De exceptione compenſationis illiquida aduerſus ſolutionem penſionis oppoſita, vel ſi fundata ſit in inſtrumento ſumpto per Notarium non habentem legitimam facultatem inſtrumenta ſumendi. 231

DECISIO XCIX.
Ferrarienſi Penſionis,
*Veneris* 7. *Februarij* 1648.

Quando & quibus in caſibus Iudex poſſit cogere partes ad tranſportationem librorum & ſcripturarum exiſtentium in locis remotiſſimis ad verificandum valorem fructuum beneficij,& an ſit committendum peritis de referendo antequam Iudex ipſe libros viderit & partitas illorum examinauerit. Quid ſi agatur de libris ſpectantibus ad tertium non exiſtentem in lite. Liber Archiuij quantum probet, & vtrum inter perſonas non ſubditas,& liber Archiuij Epiſcopalis vtrum fidem faciat quando agitur de vtilitate Epiſcopatus. 234

DECISIO C.
Sipontina penſionis,
*Lunæ* 8. *Iunij* 1648.

Executio ſententiæ quando dicatur facta ab homine ad effectum impediendi illum qui vult intentare reſtitutionem in integrum aduerſus rem iudicatam. Quæ ſit natura actionis negatoriæ. Quæ requirantur ad hoc vt executio iam facta reuocetur per viam manutentionis;Et de ſuſpenſione petitorij propoſita in iudicio retinendæ ſi aduerſarius petitorium prius intentauerit. 237

INDEX DECISIONVM

# ORDINE ALPHABETICO
## cum illarum Authoribus.


| | | | |
|---|---|---|---|
| A | | | |
| Decis. I. ACernensis *Vicarÿ*, | *30. Maij 1650. coram* | *Otthobono.* | 1 |
| *2. Albinganenſis præcedentiæ,* | *20. Iunij 1653.* | *Bichio.* | 3 |
| *3. Aquilana Iuriſpatronatus,* | *12. Iunij 1651.* | *Meltio.* | 6 |
| *4. Aretina vnionis,* | *2. Iunÿ 1651.* | *Corrado.* | 8 |
| *5. Arianenſis beneficij,* | *10. Martij 1651.* | *Veroſpio.* | 11 |
| *6. Aſtenſis Coadiutoriæ,* | *21. Iunij 1652.* | *Celſo.* | 12 |
| *7. Auellina Canonicatus.* | *29. Martij 1651.* | *Cerro.* | 15 |
| B | | | |
| *8. Beneuentana Canonicatus,* | *4. Maij 1654.* | *Zarate.* | 16 |
| *9. Beneuentana Decimarum,* | *8. Martij 1649.* | *Royas.* | 18 |
| *10. Beneuentana Iuriſdictionis,* | *13. Maÿ 1652.* | *Zarate.* | 19 |
| *11. In eadem,* | *31. Ianuarÿ 1656.* | *Cerro.* | 22 |
| *12. Bononienſis Iuriſpatronatus,* | *27. Iunÿ 1657.* | *Meltio.* | 25 |
| *13. Bononien. ſucceſſionis de Zanis,* | *9. Decembris 1654.* | *Bichio.* | 28 |
| C | | | |
| *14. Cæſarauguſtana Canonicatus,* | *4. Februarij 1654.* | *Bichio.* | 33 |
| *15. Cæſarauguſtana Cathedralitatis,* | *21. Iunij 1655.* | *Bichio.* | 35 |
| *16. In eadem,* | *6. Martij 1656.* | *Eodem.* | 37 |
| *17. Cæſarauguſtana Penſionis,* | *17. Martij 1653.* | *Peutingero.* | 41 |
| *18. Calaguritana beneficij,* | *24. Ianuarj 1652.* | *Meltio.* | 43 |
| *19. Calaguritana beneficij de Aleſanco,* | *8. Iunÿ 1654.* | *Priulo.* | 44 |
| *20. In eadem,* | *26. Iunÿ 1655.* | *Eodem.* | 46 |
| *21. Calaguritana beneficij de Bilbao,* | *5. Iulij 1655.* | *Bichio.* | 47 |
| *22. In eadem,* | *15. Maij 1656.* | *Bichio.* | 49 |
| *23. Calaguritana beneficij de Lumbreras,* | *18. Martij 1652.* | *Meltio.* | 50 |
| *24. Calaguritana beneficÿ de Marillo,* | *24. Februarÿ 1653.* | *Albergato.* | 52 |
| *25. Caualicenſis Parochialis,* | *17. Martij 1656.* | *Bichio.* | 53 |
| *26. Calaguritana Canonicatus,* | *17. Martij 1651.* | *Dunozet.* | 56 |
| *27. Calaguritana Decimarum Sancti Aſcenſij & de Aualillo,* | *1. Iulij 1654.* | *Zarate.* | 58 |
| *28. In eadem,* | *17. Aprilis 1654.* | *Zarate.* | 60 |
| *29. Callienſis Prioratus,* | *26. Iunÿ 1651.* | *Bichio.* | 67 |
| *30. Caſſanenſis Parochialis,* | *26. Iunij 1652.* | *Bichio.* | 69 |
| *31. Cauenſis collationis ordinum,* | *26. Iunij 1654.* | *Veroſpio.* | 70 |
| *32. Compoſtellana Coadiutoriæ,* | *9. Maij 1653.* | *Zarate.* | 73 |
| *33. In eadem,* | *7. Februarij 1653.* | *Tarraconenſi.* | 76 |
| *34. Cordubenſis dimidiæ portionis,* | *30. Ianuarij 1654.* | *Meltio.* | 78 |
| *35. Cracouienſis Decimarum,* | *23. Ianuarij 1651.* | *Veroſpio.* | 81 |
| *36. In eadem,* | *20. Martij 1651.* | *Veroſpio.* | 82 |
| *37. Cracouienſis Præpoſituræ Sancti Floriani,* | *13. Februarij 1651.* | *Bichio.* | 84 |
| *38. Cracouienſis Decimarum,* | *27. Martij 1651.* | *Veroſpio.* | 86 |
| E | | | |
| *39. Ebredunenſis Prioratus,* | *27. Iunij 1653.* | *Albergato.* | 87 |
| *40. Eccleſienſis vnionis,* | *26. Aprilis 1652.* | *Dunozet.* | 88 |
| F | | | |
| *41. Fauentina Iuriſpatronatus,* | *10. Decembris 1651.* | *Veroſpio.* | 91 |


42. Fir




| | | | |
|---|---|---|---|
| *42. Firmana beneficÿ,* | *23. Maÿ 1653.* | *Bichio.* | 92 |
| G | | | |
| *43. Groſſetana Penſionis,* | *3. Martÿ 1651.* | *Dunozet.* | 94 |
| H | | | |
| *44. Hiſpalenſis Beneficij,* | *24. Ianuarij 1650.* | *Bichio.* | 97 |
| I | | | |
| *45. Illerdenſis Præpoſituræ,* | *7. Februarij 1628.* | *Decano.* | 100 |
| *46. Imolenſis Decanatus,* | *1. Decembris 1651.* | *Veroſpio.* | 101 |
| L | | | |
| *47. In eadem,* | *27. Maij 1652.* | *Eodem.* | 103 |
| *48. Leodienſis Canonicatus,* | *11. Decembris 1654.* | *Veroſpio.* | 106 |
| *49. In eadem,* | *28. Iunij 1655.* | *Veroſpio.* | 107 |
| *50. In eadem,* | *24. Nouembris 1655.* | *Eodem.* | 110 |
| *51. In eadem,* | *7. Februarij 1656.* | *Eodem.* | 111 |
| *52. Leodienſis Canonicatus S. Martini,* | *15. Ianuarij 1652.* | *Cerro.* | 113 |
| *53. Leodienſis Decimarum;* | *26. Iunij 1651.* | *Meltio.* | 115 |
| M | | | |
| *54. Maioricenſis Beneficij,* | *4. Aprilis 1650.* | *Albergato.* | 116 |
| *55. In eadem.* | *27. Iunÿ 1653.* | *Eodem.* | 118 |
| *56 Maioricenſis Canonicatus,* | *27. Martij 1656.* | *Meltio.* | ibid. |
| *57. Meleuitana beneficij,* | *25. Iunÿ 1649.* | | 121 |
| *58. Meleuitana bonorum,* | *10. Februarij 1651.* | *Meltio.* | 125 |
| *59. Meleuitana Commendæ,* | *21. Maij 1655.* | *Veroſpio.* | 127 |
| *60. Mindonenſis Parochialis,* | *3. Martij 1653.* | *Zarate.* | 129 |
| *61. Montis Caſſinenſis Iuriſdictionis,* | *23. Martij 1651.* | *Bichio.* | 133 |
| N | | | |
| *62. Nicienſis Prioratus,* | *1. Iulij 1654.* | *Zarate.* | 136 |
| R | | | |
| *63. Rauennatenſis hæreditatis,* | *5. Iunij 1648.* | *Otthobono.* | 138 |
| *64. Regienſis Beneficÿ,* | *27. Iunij 1653.* | *Beuilaqua.* | 141 |
| *65. Ripana Beneficÿ,* | *4. Iunÿ 1655.* | *Beuilaqua.* | 144 |
| *66. Romana Canonicatus,* | *15. Maij 1654.* | *Priolo.* | 145 |
| *67. Romana Deuolutionis domus,* | *4. Decembris 1651.* | *Bichio.* | 147 |
| S | | | |
| *68. Salisburgenſis Iuriſdictionis,* | *26. Maÿ 1654.* | *Meltio.* | 151 |
| *69. In eadem ſuper remiſſoria,* | *1. Iulij 1643.* | *Royas.* | 154 |
| *70. Segobienſis Canonicatus,* | *26. Nouembris 1655.* | *Dunozet.* | 158 |
| *71. In eadem,* | *22. Martij 1656.* | *Priolo.* | 160 |
| *72. Sulmonenſis Beneficij,* | *13. Martij 1650.* | *Celſo.* | 165 |
| T | | | |
| *73. Tridentina ſucceſſionis,* | *29. Maij 1652.* | *Meltio.* | 166 |
| V | | | |
| *74. Viterbienſis Canonicatus,* | *26. Iunij 1652.* | *Cerro.* | 169 |
| *75. Valentina Rectoriæ,* | *17. Martij 1651.* | *Bichio.* | 170 |
| *76. In eadem,* | *31. Iulij 1651.* | *Bichio.* | 174 |
| *77. Vicentina Parochialis,* | *20. Martij 1651.* | *Bichio.* | 176 |
| *78. Vrbinatenſis Canonicatus,* | *25. Iunij 1655.* | *Meltio.* | 178 |
| *79. Toletana Penſionis,* | *15. Ianuarij 1646.* | *Dunozet.* | 180 |
| *80. Caualicenſis ſpolij,* | *14. Auguſti 1659. votum R.D.* | *Checconio.* | 184 |
| *81. Alexandrina penſionis,* | *19. Iunÿ 1648.* | *Celſo.* | 191 |
| *82. Arborenſi Penſionis,* | *1. Iunÿ 1647.* | *Ghiſlerio.* | 193 |
| *83. Hieracenſi Parochialis,* | *24. Ianuarÿ 1653.* | *Zarate.* | 194 |
| *84. Sipontina Penſionis,* | *8. Aprilis 1647.* | *Peutingero.* | 195 |
| *85. Viterbienſi Beneficiorum,* | *23. Iunij 1653.* | *Celſo.* | 198 |
| *86. Ferrarienſi penſionis,* | *2. Martij 1646.* | *Dunozet.* | 201 |
| *87. Cordubenſi Dimidiæ portionis,* | *20. Iunij 1653.* | *Meltio.* | 204 |
| *88. Mediolanenſi Penſionis,* | *31. Ianuarij 1646.* | *Bichio.* | 208 |
| *89. Pampilonenſi Vicariæ,* | *26. Maij 1653.* | *Meltio.* | 209 |
| *90. Melphienſi Penſionis,* | *28. Ianuarj 1647.* | *Royas.* | 213 |


91. Me

| | | | |
|---|---|---|---|
| 91. *Mediolanenſi Penſionis,* | 27. *Iunij* 1646. | *Bichio.* | 214 |
| 92. *Romana Penſionis,* | 19. *Ianuarij* 1646. | *Cerro.* | 217 |
| 93. *Acerrarum Penſionis,* | 14. *Ianuarij* 1647. | *Ghiſlerio.* | 220 |
| 94. *Sipontiaa Penſionis.* | 1. *Iulij* 1647. | *Peutingero.* | 221 |
| 95. *Reatina Penſionis,* | 4. *Maij* 1652. | *Zarate.* | 224 |
| 96. *Mediolaneaſi Penſionis,* | 11. *Decembris* 1647. | *Corrado.* | 226 |
| 97. *Acerrarum Penſionis,* | 26. *Iunij* 1652. | *Albergato.* | 230 |
| 98. *Neapo itana Penſionis.* | 2. *Martij* 1643. | *Royas.* | 231 |
| 99. *Ferrarien. Penſionis,* | 7. *February* 1648. | *Ghiſlerio.* | 234 |
| 100. *Sipontina Penſionis,* | 8. *Iunij* 1648. | *Peutingero.* | 237 |






# SELECTARVM ROTÆ ROMANÆ DECISIONVM,

Quibus tradita per Authorem in ſuis Reſolutionibus circa materiam Penſionum & Beneficiorum corroborantur.

# CENTVRIA.

## R. P. D. OTTHOBONO ACERNEN. VICARII,

Lunæ 30. Maij 1650.

*Ad partem 2. cap. 4. §. 6. num. 14.*

## *ARGVMENTVM.*

CApitvlvm Eccleſiæ Cathedralis ſede Epiſcopali vacante habet ius deputandi Vicarium, priuatiuè tam quoad beneficiatos ſeu portionarios, quàm quoad Capitula Eccleſiarum Parrochialium, niſi adſit conſuetudo immemorialis in contrarium. Tranſactio continens alienationem iurium Eccleſiæ non valet ſine beneplacito Apoſtolico quod non præſumitur ſpatio 30. annorum niſi concurrat obſeruantia durante illo tẽpore.

## SVMMARIVM.

1 *Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, Sede Epiſcopali vacante, ſuccedit Epiſcopo in Iuriſdictionalibus.*

2 *In deputatione Vicarij Capitularis Sede vacante concurrere non poſſunt portionarij, nec Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ niſi adſit conſuetudo immemorialis in contrarium.*

3 *Vicarius tam generalis quàm ſi Diœceſis contineat loca plurimùm remota conſtituendus eſt foraneus.*

4 *Rota reuerenter amplectitur declarationes Sacræ Congregationis Concilij Tridentini.*

5 *Per commiſſionem appellationis non derogatur authoritati, & executioni decretorum Congregationis Sacri Concilij Tridentini.*

6 *Tranſactio alienationem continens nulla eſt ſi non interueniat beneplacitum Apoſtolicum.*

7 *Etiamſi tranſactio fiat inter duas Eccleſias debet interuenire authoritas Sedis Apoſtolicæ.*

8 *Maximè quando illa fuit expreſsè reſeruata cum Clauſula quod aliàs illa tranſactio eſſet nulla.*

9 *Præſumptio beneplaciti Apoſtolici ceſſat ſi inſtrumenti obſeruantia per ſpatium 30. annorum non concurrat.*

10 *Et talis obſeruantia debet eſſe continua & ſucceſſiua.*

## DECISIO I.

REſolutum fuit conſtare de bono iure 1
Capituli Cathedralis Eccleſiæ Acerni deputandi Vicarium Generalem Sede Epiſcopali vacante etiam in Oppido Montis Coruini liberè abſque vlla nominatione Cleri, ſeu aſſerti Capituli Collegiatæ eiuſdem Oppidi : certum eſt enim quod ex diſpoſitione iuris communis Sede Epiſcopali vacante, Capitulum Eccleſiæ Cathedralis ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictione, vt ſunt text. *in c. cum olim, de maior. & obed. & in c. 1. eodem tit. in 6.* Rot. *deciſ.* 296. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* & in ſpecie quoad deputationem Vicarij diſponit Sacr. Conc. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 16. & probat Pauin. *de poteſt. Capit. Sed. Vacant. part.* 1. *quæſt.* 2. & dixit Rot. *in Ampurien. ſeu Ciuitaten. Deputationis Vicarij* 19. *Ianuarij* 1646. *coram R. P. D. meo Meltio.* † adeò 2
vt nec ipſi Portionarij Eccleſiæ Cathedralis, neque Clerus hanc poteſtatem habeãt etiam

coniunctim cum Capitulo, iuxta declarationem S. Congregationis Concilij relatam per Ioannem Gallemart. *ad d. cap.16.num.1.* Ibi enim Sac. Concil. Trid. decernit hanc poteſtatem deputandi Vicarium Sede vacante competere Capitulo Cathedralis, quod intelligendum venit priuatiuè quoad Capitulum Collegiatæ, tum quia iuriſdictio alicui conceſſa cenſetur priuatiuè ad eum, qui de iure (quale eſt Capitulum Collegiatæ) eandem iuriſdictionem non habet, vt reſpondit Rot. *deciſ.121. ſub num.4. par.1. recent.* Tum quia Sac. Concilium abhorruit, deputationem duorum Vicariorum in eadem Diœceſi Sede vacante, quam propterea nec ab ipſo Capitulo Cathedralis fieri poſſe niſi ex maxima cauſa, vel niſi adſit conſuetudo immemorabilis in contrarium declarauit S. Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Sac. Conc. Interpretum in vna Panormitana 31. *Maij* 1592. relata per Barboſ. *de Canon. & Dignit. cap.42. numer.33. & 34.*†
3 vbi ſubdit permitti electionem vnius Vicarij Generalis, & alterius foranei ſi eſt tanta Diœceſis, vt diſtantia locorum id ſuaderi videatur, idem Barboſ. *in collect. ad Conc. d. ſeſſ. 24 cap.16. n.2.* Garz. *in addit. ad tract. de benef. par.5. cap.7. num.37.* vbi pluribus id comprobat.

Et tollit omnem dubitationem in præſenti caſu nuperrima declaratio Sac. Congregationis ſuper negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ emanata 13. Septembris anni 1647. qua auditis Partibus, & Eminentiſſimo Franciotto referente, fuit reſolutum nullum ius competere Clero, ſeu aſſertis Canonicis Montis Coruini eligendi proprium Vicarium tempore Sedis Epiſcopalis Acerni vacantis, ſed eoſdem ſubeſſe debere ordinariæ iuriſdictioni Capituli Acerneñ. ipſiuſquè Vicario Capitulari ad præſcriptum Sacrorum Canonum, & Sac. Conc. Trid. vt patet ex verbis Decreti relati in Summ. Capituli Cathedralis
4 *num.5.*† huiuſmodi enim declarationes Rota ſemper ſuſcipit, & amplectitur reuerenter, vt videre eſt apud Buratt. *deciſ.479. num.3. & 10. in Maioricen. Parochialis 13. Iunij 1646.* coram R.P.D. meo Celſo, *& in Fanen. Præcedentiæ 1. Iulij 1648.* coram bon. memor. Arguelles.

5 Neque obſtat quod à ſententia A. C. lata ſuper executione dictæ declarationis fuerit commiſſa appellatio, quia non ideò eliſa fuit Sacræ Congregationis authoritas, vel denegatum obſequium eidem debitum ob eximiam Eminentiſſimorum Patrum, quibus ipſa Congregatio conſtat, ſapientiam, vt in puncto ſimilis Decreti Sacræ Congregationis, reſpondit Rota *deciſ.214. numer.6. & duobus ſeqq. part.4. tom.2. recent.*

Minus obſtat tranſactio inter Capitulum Cathedralis Eccleſiæ Acerni & Clerum Mōtis Coruini inita de anno 1613. die 28. menſis Martij, in qua inter alia firmatum fuit, *Che nelle vacanze, che occorreranno ogni futuro tempo nella Sede Veſcouale di detta Città di Acerno circa la deputatione del Vicario Capitolare in d. Terra di Monte Coruino Dioceſe di detta Cathedrale, ſi debba dal Capitolo di S. Pietro di Monte Coruino nominare tre perſone idonee à detto officio, e che il Capitolo di detta Chieſa Cathedrale d'Acerno debbia vno delli detti tre nominare, eleggere, e deputare per Vicario Generale in detta Terra di Monte Coruino tantùm.*

Quia DD. pro reſponſione huius obiecti, 6
in quo Clerus Montis Coruini omne fundamentum faciebat in alia propoſitione huius cauſæ ſuper manutentione, cenſuerunt præfatam tranſactionem eſſe omninò nullam ex defectu Beneplaciti Apoſtolici, quod eſt ſemper neceſſarium in alienationibus, & tranſactionibus ſuper rebus Eccleſiæ, vt in terminis tranſactionum Caputaq. *deciſ.106. per tot. part.1.* Rot. coram rec. mem. Coccino *deciſ. 201. num.1. in recentior. deciſ.755. n.2. part.2. & deciſ.241. num.10. part.4. tom.2. & in Marſicen. iuriſdictionis 18. Februarij 1647.* coram
R. P. D. meo Bichio, † etiamſi fuerit tranſa- 7
ctum inter duas Eccleſias, Rot. *deciſ 277. n.9. & ſeq. part.4. tom.2. & deciſ.561. n.7. part.5. recent. & in Leodien. Dominiorum 25. Iunij 1649. in §. quoniam alienatio* coram R. P. D. meo Corrado, & in puncto tranſactionis ſuper iuriſdictionalibus inter Eccleſiam Cathedralem, & Collegiatam alterius Oppidi fuit deciſum *in d. Marſicen. iuriſdictionis in §. nam periurij* coram D. meo Bichio.

Et vlterius cum in hac tranſactione adſit 8
explicita reſeruatio Beneplaciti Apoſtolici cum proteſtatione, quod eo non obtento tranſactio ſit nulla, & habeatur pro non facta, vt patet ex lectura tranſactionis, ſequitur quod Beneplacito non obtento tranſactio ſit nulla non ſolùm ex defectu ſolemnitatum, ſed etiam conſenſus tranſigentium, qui deficit eo ipſo, quod deficit Beneplacitum, ſub cuius conditione, & non aliàs præſtitus fuit, vt benè ponderauit Rot. *d. deciſ.277. num.13. part.4. tom.2. & deciſ.561. n.2.6. & 11. part.5. & deciſ.94. n.1. part.6. recent. & in Meleuitana Penſionis 29. Maij 1648. in §. ſed nec etiam* coram Me.

Neque Beneplacitum Apoſtolicum præ- 9
ſumi poteſt ex lapſu 30. annorum decurſorum ab anno 1613. initæ tranſactionis, vſque ad præſens, quia certum eſt, quod non ſufficit



ſolus lapſus 30. annorum, ſed copulatiuè requiritur obſeruantia eiuſdem temporis, Rota coram rec. mem. Coccino *deciſ.301. n.3. cum aliis allegat.* per Add. ad Buratt. *deciſ.45. num.8. & deciſ.444. ſub n.14. litt. B. in Placentina Beneficij. 11. Decembris 1647. in §. nec ex curſu temporis* coram bon. mem. Arguelles, *& in Pampilonen. iuris nominandi Vicarium 14. Decembris 1648.* coram Me. Obſeruantia verò non probatur niſi ab anno 1637. & antecedentis temporis excluditur per Teſtes Cathedralis *Summ. n.1.* deponentes de deputationibus liberè factis à Capitulo Cathedralis in
10 Oppido Mōtis Coruini, † & tamē requiritur obſeruantia ſucceſſiua, & continuata ad huiuſmodi Beneplacitum præſumendum; Rot. *deciſ.202. n.8. & 9. part.7. recent. & in Valentina Baroniæ 14. Iunij 1603.* coram Ortembergo, *in Compoſtell. Parochialis 10. Februarij 1645. §. pen. in fin.* coram R. P. D. meo Veroſpio, *& in d. Pampilonen. iuris nominandi Vicarium 14. Decembris 1648. in §. Beneplacitum,* coram Me.

Et ita fuit reſolutum informante tantùm Capitulo Cathedralis Acerni, &c.

---

## R. P. D. BICHIO

### ALBINGANEN. PRÆCEDENTIA,

Veneris 20. Iunij 1653.

*Ad caput 81. part.1. & 173. vol.2.*

## *ARGVMENTVM.*

CVm Antiquiori confraternitati debeatur præcedentia in actibus publicis, oſtenditur quomodo antiquiorem eſſe confraternitatem probari poſſit. Teſtes confraternitatis in quæſtione præcedentiæ, vtrum fidem faciant? Altaris pars dextera quando ſit dignior, quando verò ſiniſtra. Dignior pars quoad Laicos intrantes in Eccleſiam, eſt à cornu Epiſtolæ, aliaquè plurima quoad materiam præcedentiæ referuntur.

## SVMMARIVM.

1 *Refertur conſtitutio Gregorij XIII. circa præcedentias,* & n.9.

2 *Dignior locus antiquioribus regulariter debetur.*

3 *Confraternitatem vnam aliâ antiquiorem eſſe, ex quibus arguatur.*

4 *Confraternitas quæ iuſſit alteri, vt ſiſteret donec ipſa tranſierit, ſubſequutâ acquieſcentiâ, hoc fauet præcedentiæ iubentis,* & num.19.



5 *Modus dignior conuocandi Confratres arguit præcedentiam, vt ſi vna conuocetur cum maiori campana, alia cum minori.*

6 *Quaſi poſſeſſio præcedendi conſiderabilis eſt.*

7 *Teſtes de confraternitate probant in quæſtione præcedentiæ.*

8 *Maximè ſi illorum fides coadiuuetur adminiculis.*

10 *Ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præcedendi ſufficit vnicus actus.*

11 *Sacerdos de confraternitate ſi præcedat cenſetur præcedere tanquam Confrater, & non vti ſacerdos.*

12 *Cornu Epiſtolæ dignius eſt quoad Confratres Eccleſiam ingredientes.*

13 *Conſuetudo attendenda eſt in materia præcedentiæ.*

14 *Qui Clero in funeralibus proximiores ſunt cenſentur digniores.*

15 *Præcedentia attenditur reſpectu vexilli in proceſſionibus.*

16 *Poſſeſſio vniuerſalis ex cauſa vniuerſali colligitur ex vnico actu.*

17 *Si quis ſit proximior Clero, non ex eo infertur, quod ſit dignior, ſi conſuetudo loci ſit talis vt digniores ſint in loco remotiori.*

18 *Actus æquiuoci non tribuunt, quaſi poſſeſſionem præcedentiæ.*

## DECISIO II.

ATtendatur diſpoſitio iuris communis, 1
ſiue Cōſtitutio fœl. record. Greg. XIII. relata per Barboſ. *de poteſt. Epiſ. alleg.78. n.32.* & per Moder. Hiſpanum *de exempt. regular. dub.368. numer.1.* præcedentiam, ac digniorem locum in proceſſionibus publicis, ſeu priuatis, ac aliis functionibus deberi in Terra Tabiæ Confraternitati Confalonis ſub inuocatione SS. Fabiani, & Sebaſtiani in concurſu Confraternitatis Sanctiſſ. Trinitatis, deciſum hodie fuit præuia particularis dubij geminata diſcuſſione.

Ius enim commune digniorem locum tri- 2
buit antiquiori; *can. ſtatuimus,* vbi gloſſ. *verb. noui diſtinct.61. l.1. Cod. conſul. lib.12. l. fin. Cod. Tyronib. eod. lib.* Thob. Nonius *conſ.71. num.35.* Rot. *deciſ.718. numer.1. par.4. diuerſ. & in Oppiden. proceſſionum 18. Maij 1646.* coram R. P. D. meo Veroſpio, ac digniori, *cap. ſtatuimus de maior. & obed.* Maſtrill. de Magiſtr. *lib.4. cap.14. n.29. & ſeqq.* vbi allegat concord. Rot. *deciſ.138. n.2. par.1. recent.*

At Confraternitatem Confalonis eſſe an- 3
tiquiorem concedunt teſtes aduerſariæ, ac probant examinati ad inſtantiam huius Confraternitatis, necnon publicum inſtrumen-

tum fundationis, & approbationis obtentæ ab Ordinario de anno 1454. vt *in Sum. nouo num.*1. Digniorem verò demonſtrant, tum inceſſus, de quo infra dicam Prioris huius Confraternitatis ad dexteram Prioris aduerſariæ, *cap. ſolitæ de maior. & obed.* gloſſ. *in l. decernimus, verb. reſidendi. Cod. ſacroſan. Eccleſ.* Tiraquell. *de primogen. in præfat. num.*13. *& ſeqq.* Grat. *diſcep.*106. *n.*40. Bobadill. *politic. part.*1. *lib.*2. *cap.*17. *num.*12. Tum probata per teſtes communis hominum opinio, quæ in hac materia attenditur, vt ex tex. *in l. Athletas.* §. 1. *ff. his, qui notan. infam.* & *in l.*1. *ff. flumin. cap. cum olim de conſuetud.* tradit Vaſq. *in præfat. ad q. Illuſtr. num.*85. Grat. *diſcep.*111. *num.*74. *& ſeqq.* Caſtill. *de Tert. Reg. cap.*41. *num.*38. Buratt. *dec.* 483. *num.*13.

4 Tum vſus iubendi aduerſariæ in functionibus publicis præire ſatagenti, vt ſiſtat cum ſucceſſiua aduerſariæ obedientia, & acquieſcentia, de qua deponunt primus, ſecundus, quartus, & quintus teſtis dati *in primo ſumm. Confalonis ſub num.* 8. hoc enim ſuperioritatem demonſtrant; gloſſ. *in cap. olim, il* 3. *de reſtit. ſpoliat.* Alber. *in diction. verb. maioritas attenditur. verſ. item in obediendo.* Bald. *in l.*2. *ſub numer.*79. *verſ. ſecundo caſu. Cod. ſeruit. & aqua.* Alex. *conſ.*43. *num.*3. *lib.*1. Vrſil. ad Afflict. *deciſ.*301. *num.*4. Merlin. *deciſ.*461. *n.*6. *& ſeqq.*

5 † Tum diuerſitas in modo conuocandi; nam ad id pro aduerſaria adhibetur Cãpana parua, pro alia verò magna, quæ ſicuti dignior eſt illa ex alleg. per Barboſ. *in cap. patentibus num.* 5. *circa fin. de priuileg.* arguit digniorem eſſe, quem conuocat, non ſecus, ac dignior dicitur, quem dignior inſtituit data in cæteris paritate *l.*2. *ff. alb. ſcriben.* gloſſ. *in cap.*1. *verb. maior. & in cap. per tuas. verb. Subdiaconus de maiorit. & obed.* Decian. *reſpon.*19. *nu.*214. *lib.*3. Menoch. *conſ.*126. *n.*33. *& ſeq. conſ.*902. *n.*17. Boër. *de auth. magn. conſ. n.*81. cum aliis alleg. à Moder. Hiſpan. *de præceden. quæſt.*1. *num.*20.

6 † Tum tandem infra ponderanda poſſeſſio præcedendi, Felin. *in rubr. de maiorit.* & *obed. num.*10. aliique relati à d. Moder. Hiſpan. *de præceden. quæſt.* 17. *ſub num.* 1. *verſ. & tales dicunt.* Rot. *deciſ.* 456. *num.* 12. *part.* 1. *recent.*

Non obſtat, quod de prædictis deponant teſtes, qui ſunt Confratres ipſius Confraternitatis Confalonis, ac proinde ad eius fauorem non mereantur fidem; præſertim in re magni honoris, Bald. *in cap. cum Nuncius num.*1. *ad fin. de teſtib.* Felin. *in cap. inſuper num.* 6. *eod. tit.* Rot. *deciſ.* 136. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* Quia obiectum procederet, ſi exinde emolumentum aliquod, vel honorem, vt ſinguli reportarent, cum autem minimè reportent, quia vt ſingulis non debetur honor debitus vt vniuerſis, Præpoſ. *in cap. concilia.* §. *Epiſcopum, numer.* 3. *diſtinct.* 17. Grat. *diſcep.* 298. *num.*46. *& ſeqq.* alioſque refert Moder. Matritenſis *in ſumm. quæſt. Regular. vol.*1. *tom.* 2. *cap.* 15. *numer.* 23. plene probant pro Confraternitate Bald. *in d. cap. cum inſuper. num.*3. *de teſtib.* Hond. *conſ.* 79. *num.* 39. *&* 40. *lib.* 1. & in ſpecie de Confratribus, Rot. *dec.* 290. *num.* 13. *par.* 5. *recent. in Anconitana bonorum* 13. *Ianuarij* 1645. §. *quia etiam* coram R.P.D. meo Meltio, & magis in puncto *in Taurinen. delationis Baldachini* 4. *Iulij* 1646. §. *& licet* coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado: † maxi- 8
mè quia ſupplentur ex numero, & adminiculantur ab inſtrumento antiquitatis, ac in aliquibus etiam à teſtibus ex aduerſo inductis plenè probantibus contra inducentem *l. ſi quis teſtibus, Cod. teſtib.* Surd. *conſ.*390. *num.*18. Mant. *deciſ.*274. *num.*1. *verſ. & quod amplius.*

Conſtitutio Gregoriana pariter ſuffragatur Confraternitati Confalonis, quia inter 9
Confraternitates mandat præcedere eam, quæ eſt in quaſi poſſeſſione præcedendi, vel hoc ceſſante, quæ prius ſaccis vſa fuit. Hanc verò Confraternitatem eſſe in quaſi poſſeſſione præcedendi probatur, Primò, quia in proceſſione aliàs facta ad Eccleſiam nuncupatam S. Mariæ dell'Alma, in qua mixtim vtriuſque Confraternitatis Confratres bini, ac bini incedebant, Prior, & Subprior Confalonis inceſſit ad Prioris, & reſpectiuè Subprioris aduerſariæ Confraternitatis dexteram, quæ dignior habetur, quia inde eſt localis motus principium, gloſſ. *in l. decernimus verb. reſidendi. Cod. ſacroſan. Eccleſ.* Caſſan. *in Chatal. glor. mund. par.*3. *conſider.*2. Pacian *de probat. lib.*2. *cap.* 26. *num.* 90. Penia *in puncto proceſſionum, deciſ.*456. *num.*4. *& ſeqq.* † ſufficit 10
que vnicus actus ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præcedendi iuxta theoricam Rip. *in cap. cum Eccleſia num.* 9. *& ſeqq. de conſtit.* quam aliis allegatis ſequitur in terminis præcedentiæ, Caſtill. *de Terr. Reg. cap.* 41. *num.*61. Xamar. *de offic. Iud. & Aduocat. par.*1. *quæſt.*2. *num.* 69. Rot. *in d. Taurinen. delationis Baldachini* §. *quia cæteris* coram D. Card. Corrado.

Gratiſque dicitur priorem præceſſiſſe, 11
quia Sacerdos erat, cùm enim fuiſſet in Priorem electus, non vt Sacerdos, ſed vt Confrater, & vt Confrater proceſſioni intereſſet, hoc tantum nomine non autem illo potuit præcedere. Abb. *in cap. auditis num.*4. *de elect.* Lanar. *conſil.*88. *num.*16. *& ſeq.* Anton. de Pret. *de Iuriſd. Epiſcop. cap.* 6. *num.* 55. *inter tract. diuerſ. tom.*13. *par.* 2. *fol.*367. Contilor. *de præceden. num.* 20. *& ſeqq.* Grat. *diſcep.* 111. *num.* 14. Cancer *var. reſol. lib.* 3. *cap.*10. *numer.*117. alijque relati à Moder. Hiſpano *de præceden.*





quæſt. 27. *num.* 10. *&* 11. Rot. *deciſ.*288. *num.* 2. *par.*1. *recent. & in d. Taurinen. delationis Baldachini,* §. *quia non agitur:* præter quod in Subpriore qui ſimiliter præceſſit qualitas Sacerdotij non concurrebat.

12 Secundò quia, vt affirmant concorditer teſtes vtriuſque partis, occurrentibus occaſionibus proceſſionum, & vtraque Confraternitate illarum progreſſum expectatura manente in Eccleſia, Vexillum, & Confratres Confalonis ſteterunt in ea parte Eccleſiæ, quam reſpicit cornu Epiſtolæ, Confraternitatis verò aduerſariæ, in ea parte quam reſpicit cornu Euangelij, quod in his terminis cenſetur minus dignum. Nam vt habetur *in Sacr. Cæremon. Roman. lib.*3. *ſect.*2. *cap.*1. *col.*4. *in fin. verſ. hoc enim,* ac tradit Pariſ. de Graſſ. *de Cæremon. Card. & Epiſcop. cap.*31. *in princ.* dupliciter conſideratur pars dextera in Altari vno videlicet modo reſpectu ipſius Altaris verſi ad populum, & ſic dexterum, ac dignius eſt cornu Euangelij, quia illuc dexteram protendit Crux in medio Altaris poſita, ibique legitur Euangelium, quod eſt dignius. Alio modo reſpectu Sacerdotis celebrantis verſi ad Altare, & ſic pars dextera eſt cornu Epiſtolæ, quia illuc tendit dextera ipſius Sacerdotis; atque hinc, ibi aſſiſtit Sacerdoti Diaconus, vt tradit Caſtald. *in prax. Cæremon. lib.*1. *ſect.*7. *n.*8. *&* 26. qui eſt Subdiacono aſſiſtenti à parte Euangelij dignior. *cap. ſtatuimus, de maior & obed.* Petr. Gregor. *Syntag. iur. lib.*16. *cap.*7. *num.* 4. Paritérque cornu Epiſtolæ dicitur dextera habito reſpectu ad ingreſſum in Eccleſia, quia illud reſpicit pars dextera ingredientium, vt ſenſui patet.

Primus modus attenditur in iis, quæ ſunt quodammodo pars Altaris, & Presbyterij, & ab Altare regulantur, aut vertuntur ad populum. Eademquè ratione in Sacris Conciliis, in quorum medio poni conſueuit Sacroſanctum Dei Euangelium, ad quod vultus omnium conuerſi eſſent, quia illud repræſentabat ipſum Deum ſiſtentem in medio Sinagogæ, dignior pars cenſebatur, quam dextera ipſius Dei ſic repræſentati reſpiciebat; ita vt à dextris eſſent, qui habito reſpectu ad ingreſſum ſedebant à ſiniſtra, & è conuerſo à ſiniſtra qui ſedebant ad dexteram, vt notat Cardinalis Baron. *Annal. tom.* 3. *ann.* 325. *pag.* 273. *lit. C. & tom.* 6. *ann.* 451. *pag.* 141. *lit.* C. Card. Bellarm. *in controu. lib.* 1. *de Concil. cap.* 19. *verſ. itaque.* Seuerin. Binius *in not. ad Concil. Nicenum tom.* 1. *Concilior. General. pag.* 314. *ſub verſ. quibus Ordinibus.* Vnde etiam in omnibus conſeſſibus, pars illa eſt dignior, quæ eſt à latere dextero perſonæ primariæ in medio, & è conſpectu adſtantium ſedentis, Anton. de Pret. *de iuriſd. Epiſcop. cap.* 6. *ſub num.*56. *verſ. ideò qui ſedet* poſt gloſſam, Alexandrum, & Baldum *ibi alleg.* Hæc autem omnia procedunt in conſeſſu, & inter perſonas illum integrantes, ac per alas Ordinibus diſpoſitis ſe inuicem reſpicientes; diuerſa verò eſt ratio in progreſſu, vt ait Baron. *Annal. tom.* 6. *d. pag.*141. *lit.* C. ibi *alia in progreſſu, in conſeſſu ratio alia attendatur.*

Cùm igitur Confraternitates laicales nullam partem habeant in conſeſſu Altaris, ac Presbyterij, *cap.*1. vbi gloſſ. *verb. ſecus Altare, de vit. & honeſt. Cleric. cap. Sacerdotum de conſecrat. diſtinct.*2. Pauin. *de Viſitat. par.*2. *quæſt.*8. *num.* 26. Gulielm. Durand. *de mod. celebran. Concil. General. rubr.*55. *num.*2. Rot. *in Romana proceſſionis* 6. *Februarij* 1615. coram S. D. N. *& in Pampilonen. Scamni* 16. *Ianuarij* 1640. coram bo. me. Card. Panzirolo; Neque in figura conſeſſus, ſed progreſſum expectantes ad Altare verſæ turmatim in corpore Eccleſiæ, cuius dexteram partem eſſe cornu Epiſtolæ tradit Gauant. *in Theſ. ſacr. ritu par.* 2. *tit.* 6. *num.* 4. *lit.* X. *pag.* 101. maneant vti pars cæteri populi, cuius dexterum eſſe latus Epiſtolæ ait idem Gauan. *ibid. par.* 2. *tit.* 7. *ſub num.* 10. *col.*4. *lit. D. pag.* 113. ſequitur, vt illa Confraternitas fuerit in digniori loco, quæ ſtetit in parte collaterali cornui Epiſtolæ; præſertim, quia in loco Tabiæ communis opinio, & extimatio hominum in his materiis ex ſupra allegatis attendenda, hæc eſt, vt deponunt teſtes, & comprobat vſus eiuſdem loci; nam ibi dignior pars Magiſtratus laicalis ſolemniter aſſiſtentis, qui dubio procul præcedere debet; ac manere in loco digniori quam Confraternitates, reſidet à cornu Epiſtolæ, quamuis locus à cornu Euangelij ſit vacuus in eodemquè loco reſpiciente cornu Euangelij, ſedeant alij minus digni, † & ab 13
vſu, ſeu conſuetudine præcedentias metiri debere tradit Zabarell. *conſ.* 62. *num.* 1. ac dixit Rot. *dec.* 288. *in fin. part.* 1. *recent. deciſ.* 779. *num.* 2. apud Merlin. *& in Oppiden. proceſſionum* 18. *Maij* 1646. coram R. P. D. meo Veroſpio *in d. Taurinen. delationis Baldachini* coram D. Card. Corrado.

Tertiò quia in funeralibus, & aſſociatione 14
cadauerum Confratres Confalonis Clero proximiores, quam aduerſarij inceſſerũt, qui locus dignior habetur, quia digniori vicinior eſt, *l.*1. *Cod. præpoſit. labor. lib.*12. *cap. perlectis* 22. *diſtinct.* Caſſan. *in Cathal. glor. mund. part.* 4. *conſider.* 75. *verſ. mihi tamen.* Boër. *de auth. magn. conſil. num.*79. *verſ. quia in proceſſionibus.* Pacian. *de probat. lib.*2. *cap.*26. *num.*6. Ciriac.

*contr.* 201. *n.* 154. *in puncto funeralium.* Anton. de Pret. *de Iuriſd. Epiſcop. ſup. cit. cap.* 6. *ſub num.*
15 56. *verſ. eo quia*, † quamuis Vexillorum ante omnes regulares præeuntium illud aduerſariæ minus à Clero diſtaret: nam à Vexillo deſumitur dignioritas illud deferentis reſpectu alterius Collegij ſub eodem Vexillo incedentis, in quibus terminis loquitur Decian. *reſpon.* 67. *num.* 7. *lib.* 2. vel quando cætera correſpondent, & paria ſunt, vt declarat Ant. Capic. *dec.* 27. *num.* 46. *in fin.* ibi *quoniam cæteris paribus.*

16 Nec dubitandum, quin à præcedentia in aſſociatione cadauerum quæſita fuerit poſſeſſio præcedendi in omnibus proceſſionibus, ſtante cauſa vniuerſali ſupra probatæ dignioritatis, & antiquioritatis, Bald. *in repet. l.* 1. *num.* 24. *verſ. tu dic. Cod. emancipat. liber.* Felin. *in cap. auditis num.* 19. *de præſcript.* Rot. *deciſ.* 139. *num.* 12. *part.* 2. *diuerſ. & in Romana locorum montium* 4. *Iunij* 1640. coram recol. mem. Coccino Decano, quam antiquioritatem Conſtitutio Gregoriana poſſeſſori non abrogat; Moder. Hiſpan. *de præced. q.* 45. *ſub nu.* 12. *verſ. circa prædicta*; licèt ſecus eſſet ſi quoad alia eſſet aduerſaria in poſſeſſione præcedendi vel præcedentia in aſſociatione cadauerū emanaſſet ex aliqua particulari ratione, puta quia cadauer aſſociatum, fuiſſet alicuius ex Confratribus alterius Confraternitatis, in quibus terminis loquitur Merlin. *dec.* 779. *n.* 6. *& ſeqq.* quod non probatur in caſu noſtro; imò teſtes deponunt vniuerſaliter de aſſociatione cadauerum, & aduerſaria in aliis functionibus non docet ſe eſſe in quaſi poſſeſſione præcedendi.

17 Nihil ad id ſuffragante, quod Confraternitas aduerſaria in aliis proceſſionibus præeunte Confraternitate Confalonis inceſſerit proximior Clero, quia, vt ait Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 109. *in fin.* dignior, aut præcedit, aut ſubſequitur ſecundùm locorum conſuetudinem, ſed an locus ſubſequens fuerit aduerſariæ conceſſus ex cauſa præcedentiæ, & an iuxta communem opinionem in Terra Tabiæ præcedentiam fauore aduerſariæ importet necne, diſcordant teſtes, & fides extraiudiciales hinc inde datæ, vt propterea actus huiuſmodi,
18 † ſaltem quia æquiuoci poſſeſſionem præcedendi aduerſariæ non tribuerint, Rot. *deciſ.* 229. *num.* 7. *dec.* 333. *num.* 6. *part.* 1. *recent. deciſ.* 46. *num.* 7. apud Modern. Peruſin. *de manut.*
19 † Eo minus cum teſtes affirment, quod Confraternitas Confalonis aduerſariam aliquando tentantem præire coërcuit, & ſubſequi coëgit, quod ſi locus ſubſequentis dignior fuiſſet habitus, non feciſſet, nec aduerſaria acquieuiſſet, & per huiuſmodi acquieſcentiam aduerſaria, vel id implicitè faſſa videtur, vel ſaltem ſibi præiudicauit iuxta text. *in cap. ex ore, verſ. per hoc de his quæ fiunt à maior. par. cap.* gloſſ. *in cap. Abbate, verb. Abbatem Monachum de verbor. ſignific.* Felin. *in cap. paſtoralis num.* 5. *de offic. ordin.* Aym. *de antiq. tempor. par.* 4. §. *materia iſta num.* 81. Dec. *conſ.* 206. *num.* 7. *verſ. vbi exhibens*, & in proximis terminis Rot. *in ſup. citata Pampilonen. ſcamni* coram Card. Panzirolo §. *nec releuat, verſ. imò aliqui.*

Fortius quia in dictiſmet proceſſionibus Confratres, & Vexillum Confalonis, dum in Eccleſia morabantur ſteterunt, vt dicebam in loco digniori, & in alia proceſſione facta ad Eccleſiam dell'Alma inceſſerunt ad dexteram aduerſariæ, gaudentquè prærogatiua tum antiquioritatis, tum aliis ſuperius ponderatis. Ex quibus omnibus ita deciſum vtraque parte bis informante.

---

## R. P. D. MELTIO

### AQVILANA IVRISPATRONATVS

Lunæ 12. Iunij 1651.

*Ad cap.* 32. *&* 157.

## *ARGVMENTVM.*

Ex quibus iuſpatronatus dicatur hæreditarium vel mixtum; & quando fundator cenſeatur habuiſſe reſpectum ad agnationem Fœminarum; Vocatio poſt maſculos arguit contemplationem agnationis in iurepatronatus; Ordinarius ſi in approbatione iuriſpatronatus, nullam mentionem faciat qualitatis Gentilitiæ; non tamen illam excludere cenſetur ſi ſe referat ad tenorem fundationis de ea mentionem facientis. Commiſſarius cuius conſcientia oneratur in commiſſione ſufficit quod extraiudicialem capiat informationē.

## SVMMARIVM.

1 *Vocatio fœminarum deficientibus maſculis fortius probat iuſpatronatus eſſe agnatitium.*

2 *Appellatione ſucceſſorum de domo ſua non continentur maſculi deſcendentes ex fœminis.*

3 *Agnationis conſideratio principaliter habita cenſetur quando fundator, vocauit illos de domo ſua.*

4 Si



4 *Si fœminæ vocatæ ſint in defectum maſculorum ex eo magis elicitur conſeruatio agnationis quamdiu extant maſculi.*

5 *Quamuis Ordinarius in erectione iuriſpatronatus nullam fecerit mentionem gentilitiæ qualitatis aut maſculinitatis, non tamen derogat fundationi, in qua illarum facta fuit mentio, ſi approbatio fiat per relationem ad fundationem.*

6 *Commiſſarius cuius conſcientiæ remittitur Iuſtificatio non tenetur procedere in forma iudicij, ſed ſufficit extraiudicialis informatio.*

7 *In diſcrepantia ſcripturarum ſtandum potius eſt ſupplicationi originali.*

## DECISIO III.

Deciſio in hac cauſa coram Me emanata ſub die prima Februarij præteriti, fuit hodie vtraque parte informante, requè denuò diſcuſſa per DD. confirmata; Quia viſum fuit adhuc ſubſiſtere potiſſimum fundamentum illud, quod Iuſpatronatus de quo agitur non ſit ſimpliciter hæreditarium, ſed mixtum ratione qualitatis gentilitiæ à fundatore conſideratæ, ideoquè portio eiuſdem Iuriſpatronatus ſpectans ad Ioſephum non potuerit tranſmitti ad Cæſarem, alioſquè ex Roſata filia nepotes, ac hæredes eiuſdem Ioſephi tanquam alterius familiæ, & agnationis, ſed accreuerit Ioanni Baptiſtæ Compatrono re, & verbis eidem Ioſepho ex diſpoſitione fundatoris coniuncto, & poſt eum tranſierit ad Catherinam, & Eliſabetam ſorores, & hæredes d. Ioannis Baptiſtæ vltimi maſculi defuncti tanquam vocatas ab ipſo fundatore in defectum maſculorum, & tanquam habentes vtramque qualitatem hæreditariam ſcilicet, & gentilitiam. à Teſtatore requiſitam, à quibus cum præſentatus fuerit Caſſina, idcirco narratiua præſentationis omnium Patronorum ad fauorem dicti Caſſinæ ſatis iuſtificata remaneat.

1 Neque viſa fuerunt releuare, quæ pro excluſione qualitatis gentilitiæ ab informantibus pro Ioſepho Riuera conſiderabantur, & primò quod in teſtamento nunquam expreſſa fuerit ratio conſeruandæ agnationis, nec illa dici poſſit tacitè contemplata ex prælatione maſculorum, cum prælati cenſeantur ratione maioris aptitudinis tantùm, non autem ratione agnationis, ex firmatis per Rotam *deciſ.* 350. *num.* 9. *poſt* 2. *vol. conſ. Farinac.* nam qualitas maſculinitatis vltra quod non fuit ſimpliciter expreſſa, ſed cum dictione taxatiua *tantùm*, quæ ſicut denotat enixiorem fundatoris voluntatem conſeruandi Iuſpatronatus inter maſculos, ita fortior ex ea reſultat coniectura contemplationis agnationis, Roch. de Curt. *de iurepatron. in verbo ipſe vel is* 33. *quæſt. num.* 73. *verſ. ſed circa hanc quæſtionem*, Lambertin. *eod. tract. part.* 2. *lib.* 1. *art.* 8. *quæſt.* 2. *num.* 2. *&* 3. Rota *in Cæſarauguſtana Beneficij de Linares* 10. *Februarij* 1645. coram R.P.D. meo Bichio, §. *ſed proteſtante Aduerſario*, adhuc contemplatio agnationis ſatis clara colligitur ex ſubſequentibus illis verbis in fundatione appoſitis, ibi: *Eche ſia medeſimamente Iuſpatronato di Caſa ſua.* Hæc namque verba licèt appoſita fuerint in fundatione Cappellaniæ diuerſæ ab ea, de qua nunc agitur, ex quo nihilominus hæc quoque fundata fuit eo modo, quo Cappellania de qua nunc controuertitur, prout innuit dictio illa *medeſimamente*, inde ſequitur, † vt in hac quoque 2
fundator intellexerit reſeruare Iuſpatronatus ad fauorem ſucceſſorum de domo ſua, quorum appellatione certum eſt, quod non veniunt deſcendentes ex fœminis, §. 1. *inſtit. de legit. agnat. tutel.* §. *cæterùm, verſ. ideò nos de legitim. agnat. ſucceſſ. l. pronunciatio*, §. *familiæ appellatio in fin. verſ. item appellatur, & l. familiæ, ff. de verb. ſignific.* Surd. *conſ.* 96. *nu.* 29. *verſ. primo quia*, Corn. *conſ.* 41. *in princip. & conſ.* 273. *num.* 5. *volum.* 4. † atque ita dum Iuſpatronatus relictum fuit illis de domo ſua, & ſic per 3
nomen collectiuum, inde apparet quod vocatio maſculorum non fuit facta ratione prædilectionis, & maioris affectionis erga ſexum maſculinum tanquam idoneiorem, & potentiorem fœminino, ſed habito reſpectu ad agnationem, quam à fundatore fuiſſe principaliter contemplatam in his terminis defendunt Soccin. iun. *in l. cum auus num.* 85. *verſ. quartus caſus, ff. de condit. & demonſtrat.* Intrigl. *de ſubſtit. centur.* 3. *quæſt.* 73. *num.* 3. Ruin. *conſ.* 158. *num.* 13. *lib.* 3. Ancharan. *conſil.* 27. *col. penult.* Surd. *d. conſ.* 96. *num.* 29. Gozadin. *conſ.* 79. *num.* 6. Rota *in Romana fideicommiſſi de Mutis* 19. *Februarij* 1649. coram Me §. *quarta coniectura.* Hæc autem agnationis qualitas cum deficiat in illis familiæ de Riuera, ideò in hoc Patronatu benè excluduntur à iure præſentandi.

Neque ex eo, quod fundator vocauerit 4
etiam fœminas, inferri poteſt eum non habuiſſe rationem conſeruandæ agnationis, ſicque huiuſmodi Iuſpatronatus eſſe ſimpliciter hæreditarium, ac propterea admittendos fore etiam maſculos ex fœminis. Quia quidquid dicendum eſſet vbi primordialiter vocatæ eſſent fœminæ, & deinde deſcendentes maſculi, quo caſu maſculi ex fœminis venire poſſent, dum in hoc caſu fœminæ vocatæ leguntur in defectum maſculorum tantùm, ex tali vocatione magis elicitur vt voluntas fundatoris fuerit, quod extantibus maſculis fa-

miliæ ipſi tanquam magis apti conſeruare agnationem præferrentur fœminis, quæ tamen & ipſæ in defectum maſculorum admittuntur excluſis maſculis ex fæminis tanquam de aliena agnatione, provt benè conſuluerunt Gabr. *conſ.* 116. *num.* 12. *lib.* 2. Decian. *conſ.*127.*n.*10.17.*&* 25.*lib.*3. Bellon. iun. *conſ.* 73. *num.* 4. *in fin. verſ. vt enim, cum duobus ſequent.*

5 Non obſtat, quod Ordinarius in erectione, & approbatione huiuſmodi Iuriſpatronatus nullam gentilitiæ qualitatis, aut maſculinitatis mentionem fecerit, ſed ſimpliciter illud pro hæredibus fundatoris, illiuſque ſucceſſoribus in perpetuum confirmauerit Summario Ioſephi Riueræ *num.*3. Quia exinde non valet prætendi alterata voluntas fundatoris, imò cum approbatio facta fuerit in executionem dotationis, ac fundationis, & cum relatione ad illam, dicendum eſt factam fuiſſe cum omnibus qualitatibus in dotatione contentis, & à fundatore requiſitis ex natura relationis, quæ operatur indiuiduam, & propriam expreſſionem omnium contentorum in termino relato, *l. aſſe toto ff. de hæred. inſt.* Bart. *in l.*1. *§.vltimò circa finem, ff. famil. herciſc.* Dec. *conſ.*47. *num.* 1. Crauet. *conſ.*45. *num.* 4. Rota *in Rauennaten. domus* 14. *Iuniј* 1648. *coram* R.P.D. meo Rojas *§. quoniam conceſſio.*

Minuſquè referre viſum fuit, quod iuſtificatum non appareat vt dictus Ioannes Caſſina in decimo ætatis ſuæ anno conſtitutus habilis fuerit ad recitandum diuinum Officium; Nam ſatis hoc iuſtificatum remanet ex ſententia Ordinarij Aquilani exequutoris
6 deputati in literis Apoſtolicis † cuius conſcientiæ cum commiſſa fuerit iuſtificatio habilitatis dicti Ioannis, & ipſe declarauerit literas exequendas, ac eidem Cappellanias eſſe adiudicandas ſatìs hoc demonſtrat eum habitum fuiſſe pro idoneo etiam ad recitandum diuinum Officium, nec aliqua alia fuit neceſſaria iuſtificatio extrinſeca, nam vbi committitur aliquid fieri Commiſſario eius conſcientiam onerando non requiritur cauſæ cognitio, ſed ſufficit extraiudicialis informatio, *cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem de reſcript. in* 6. & ibi gloſſ. *in clem.* 1. *de Iurepatron. in verb. oneramus.* Lap. *allegat.* 15. *num.*8. *in fin. verſ. & quamuis*, vbi firmat quod quando dictum fuit, *conſcientiam tuam oneramus*, omnis exceptio à tali caſu excluditur Lap. *allegat.* 60. *ſub num.*4.

Non obſtat, quod à Ioſepho Riuera dicatur Caſſinam expreſſiſſe valorem ambarum Cappellaniarum in ducat. 24. auri de Camera per non exceſſum; nam ex originali ſupplicatione oculis DD. ſubiecta conſtat quamlibet ex dd. Cappellaniis expreſſam fuiſſe in ducatis 24. ſicque ex facto obiectum tollitur nulla habita ratione, quod in proceſſu de partibus omiſſa fuerit dictio illa *cuiuſlibet*, quia id contingere potuit ob incuriam Scri- 7
ptoris, † & in omnem euentum in diſcrepantia ſcripturarum ſtandum eſt ſupplicationi originali tanquam matrici, poſtquam litteræ ſemel expeditæ fuerunt, vt firmauit Rota *in Bononien. Canonicatus* 19. *Februarij* 1590. coram recol. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, Card. Caualer. *deciſ.*255. *num.*8. Buratt. *deciſ.*265. *num.*11. *&* 14. *& deciſ.*306. *num.* 1.

Et ita vtraque parte informante, &c.

---

## R. P. D. CORRADO

Aretina Vnionis, Veneris 2. Iunij 1651.

*Ad cap.* 37. *parte* 1.

### ARGVMENTVM.

Compulſoriales Literas non eſſe decernendas quando adeſt ſuſpicio calumniæ; Vnitis duabus Eccleſiis quæ iura vtrique communia ſint, & quæ cuiuſque particularia.

### SVMMARIVM.

1 *Per clauſulam* ſublata, *& decretum irritans, omnis contrarius vſus ſublatus cenſetur.*
2 *Per ſimiles clauſulas, tollitur etiam facultas contrarium vſum introducendi in futurum.*
3 *Compulſoria decernenda non eſt ad probandum id quod non releuat licèt probaretur.*
4 *Vnione reuocatâ vtraque Eccleſia remanet in ſuis primæuis iuribus.*
5 *Reuocatâ vnione iura ad vtrumque Capitulum ſpectantia communia ſunt, quæ verò ad quodlibet corpus ſpectabant, apud ſingula corpora manent.*
6 *In materia vnionis tenor literarum potiſſimum attendendus eſt.*
7 *Quæſtio altiorem requirens indaginem ad negotium principale remittenda eſt.*
8 *Compulſoria difficilius concedi ſolet quando adeſt ſuſpicio calumniæ.*

### DECISIO IV.

Pendente in hoc Sacro Tribunali ſecundæ appellationis inſtantia pro parte Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ interpoſitæ à duabus præcedentibus ſententiis contra eos ad fauorem Canonicorum Eccleſiæ S. Mariæ



Mariæ Plebis nuncupatæ Ciuitatis Aretinæ prolatis ſuper obſeruantia antiquæ Vnionis anno 1250. à bon. mem. Gulielmo Epiſcopo eiuſdem Cathedralis electo factæ, & tunc per ſan. mem. Innocent. IV. ac deinde Clementem VIII. anno 1596. præuia ſententia bon. mem. Cardinalium de Florentia, & Saluiati confirmatæ. Fuerunt pro eiſdem Canonicis Cathedralis petitæ literæ compulſoriales ſpecialiter ad extrahendum acta, & Inſtrumenta nonnulla ad cauſam (vt prætendebatur) conferentia. Quæ ſanè petitio (contradicente parte) hodie propoſita, atque exactè diſcuſſa à Dominis non fuit admiſſa.

Quoniam iura compulſanda viſa fuerunt ad effectum, de quo agitur, irreleuantia, cum adducantur ad probandam antiquam illam Vnionem non fuiſſe ſucceſſiuis temporibus vſu receptam, præſertim verò poſt d. ſententiam prolatam, ac ſubſecutam Apoſtolicam confirmationem in his ſpecialiter actibus nunc controuerſis. Quod equidèm repugnat tùm verbis expreſſis eiuſdem ſententiæ *in princip.* ibi, *Dicimus, ſententiamus, decernimus, & declaramus Vnionem dictæ Eccleſiæ S. Mariæ de Plebe, & eiuſdem Capituli factam per d. q. Gulielmum Epiſcopum Aretinum, & per Sedem Apoſtolicam confirmatam, à partibus acceptatam & effectum ſortitam, & executioni demandatam per plures, ac diuerſos actus, ac per longa temporum ſpatia fuiſſe obſeruatam, in priſtinamquè obſeruantiam reuocandam, & reſtituendam fuiſſe, ac eſſe provt (ſaluis declarationibus infraſcriptis) reſtituimus, & reponimus. Non obſtantibus quibuſcumque pro parte d. Capituli, & Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ præpoſitis alle-*
1 *gatis, & exceptis &c.* † tùm etiam litteris præfati Summi Pontificis Clementis VIII. ſan. mem. eã confirmantibus motu proprio cum clauſula *ſublata*, & decreto irritanti, atque explicita quibuſcumque conſuetudinibus, cæteriſque contrariis derogatione, vt in eis legitur ſub dat. die 8. Iulij 1596. Quibus contrarius (ſi qui tunc fortè vigebat) vſus, ſiue obſeruantia, fuit penitùs abrogatus, & abrogata *cap. quod ſuper his in fin. de conſang. & affinit. l.* 2. vbi gloſſ. & DD. *C. quæ ſit long. conſuet. l. nauigia, C. de furt.* Ruin. *conſ.* 13. *n.*13. *verſ. neque poteſt allegari ſtylus, aut conſuetudo in contrarium &c. lib.* 2. Rimin. iun. *conſ.*72. *num.* 124. *verſ. quarto reſpondetur &c. cum ſeqq.* Surd. *conſ.* 426. *ſub num.* 45. *verſ. tertio reſpondeo &c. & ſeqq.* Rot. *in recen. deciſ.*72. *num.*8. *verſ. non obſtat. obſeruantia &c. par.*1. *& deciſ.*373. *ſub n.*7. *verſ. ex qua non ſolum &c. par.*5. *& deciſ.*618. *ſub num.* 23. *verſ. quæ geſta prætenduntur &c. cum ſeq. ead. par.*5. *tom.*2. *ac deciſ.*31. *ſub num.*2.
2 *verſ. vnde perinde eſt, par.*7. † Atque adempta poteſtas eam denuò per quoſcumquè actus contra illarum tenorem ſubinde geſtos validè introducendi, Felin. *in cap. cùm acceſſiſſent ſub n.* 30. *verſ. quarto limita &c. de conſ.* Rim. iun. *d. conſ.*72. *n.* 130. *verſ. poſtremò &c.* Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.*67. *à n.* 12. *verſ. ex quibus iuribus apparet &c. cum ſeq.* Rot. *deciſ.*3. *de præb. in antiq. & deciſ.*149. *num.* 2. *verſ. nam decretum irritans &c. cum ſeq. part.* 2. *diuerſ.* Card. Caual. *deciſ.*595. *num.*5. *verſ. vltra quod &c.* Burat. *deciſ.*6. *n.*3. *verſ. tum quia repugnat decretum irritans &c. & deciſ.*704. *n.*10. *verſ. tertiò quia &c. & in recen. dec.*574. *num.*26. *verſ. ſi verò prætendatur &c. cum ſeq. & deciſ.* 580. *ſub num.* 23. *verſ. demùm non obſtat allegata obſeruantia &c. cum ſeq. par.*4. *tom.*2. *& deciſ.*302. *num.*13. *verſ. maximè cum literæ ſint munitæ &c. ac d. deciſ.* 373. *ſub num.* 6. *verſ. non etiam &c. cum ſeq. par.* 5. Imò, & aliter interpretandi, vt probat Surd. *d. conſ.*426. *ſub num.*47. *verſ. ſecundò &c.* & fuit reſponſum *in dec.* 319. *num.*7. *verſ. & non admittitur facultas &c. & ſupr. ac infr. par.* 6. *recent.*

Ac proindè admittenda non eſt inutilis 3
ſpecialis Compulſoriæ dilatio, quæ validam, & releuantem probationem referre non poteſt, *l. ad probationem la* 2. *C. de probat.* Veſtr. *in prax. lib.* 6. *cap.* 1. *ſub num.* 12. *verſ. altera ſpecialis &c.* Rot. *deciſ.*129. *ſub num.*1. *verſ. inſtabatur pro compulſorialibus, & deciſ.*550. *num.* 3. *verſ. ſecundo quia &c. par.*3. *lib.*3. *diuerſ.* & apud Pen. *deciſ.*597. *ſub num.*1. *verſ. quia cum de ſtylo &c. & num.*2. Duran. *deciſ.*376. *num.*3. *verſ. ſecunda eſt &c.* & in ſpecie fuit reſolutum *in Maioricen. Indultorum* 11. *Aprilis* 1639. coram bo. me. Merlino *in §. & multò minus &c.*

Nec obſtat, quod Vnio præfata non fuerit in priſtinam obſeruantiam plenariè, atque abſolutè, & ſubſtantialiter reſtituta, ſed tantùm quoad honorificam Cathedralitatis denominationem, ac prærogatiuam d. Eccleſiæ S. Mariæ, ac eius Canonicis communicatam, vt ex tenore eiuſdem ſententiæ multipliciter ponderato, interpretantur informantes pro Canonicis Cathedralis.

Nam huiuſmodi interpretatio aduerſari prorsùs videtur rationi, & verbis iuſtoque ac recto illius ſenſui; Rationi ſiquidem. Quia certum eſt, quod Vnio prædicta antiquitùs facta fuit pro bono pacis, vt duo Capitula in vnum corpus verè, ac realiter redigerentur ad euitandas contentiones, & ſcandala, quæ ex eorum diuiſione proueniebant, vt legitur in Decreto, ac inſtrumento ſuper ea celebrato d. anno 1250. Non. Maij. Ex eademque cauſa prodiit commiſſio Apoſt. S. M. Clementis VIII. præfatis Cardinalibus ſuper differentiis eadem occaſione inter partes exortis manu Regia, ſolaque facti veritate

tate inſpecta, ac omni, & quacumque appellatione remota terminandis, vt legitur in alio Breui dat. die 20. Auguſti 1592. in cuius executione prolata fuit, & ſucceſſiuè confirmata d. ſententia. Verbis autem, quia vt patet ex ſupra relatis d. Vnio reuocatur, ac reſtituitur in priſtinam obſeruantiam verè, realiter, & cum effectu anteactis temporibus longæuo, multipliciquè vſu receptam, non autem ad ſolam prætenſam honorificentiam, ac denominationem. Senſui demùm ſano
4 ac recto. † Quia cùm antiqua Vnio, cuius vigore antedictæ duæ Eccleſiæ in vnicam Cathedralem, earumquè Capitula in vnum corpus verè, ac realitèr redacta erant, vt ex illius lectura conſtat, fuerit per d. ſententiam ad priſtinam obſeruantiam reuocata, & reſtituta, cenſetur vtique præfatæ Eccleſiæ cum eorum Canonicis in eo ipſo ſtatu, loco, & gradu integrè repoſitæ, in quo fuerant prædictæ Vnionis vigore conſtitutæ (præterquam in ſolis actibus in eadem ſententia exceptis) iuxta *l. quod ſi minor. §. pen.* ibi, *Reſtitutio autem ita facienda eſt, vt vnuſquiſque integrum ius ſuum recipiat, &c. ff. de minor.* 25. *ann. l.* 2. *propè finem, §. reſtituere,* ibi. *Reſtituere videtur, qui in priſtinum ſtatum reducit. Quod ſit ſiue quis tollat id, quod factum eſt, aut reponat id quod ſublatum eſt, &c. ff. ne quid in loc. pub.* Rot. penès Caſſad. *deciſ.* 13. *ſub num.* 1. *verſ. nam reſtituitur, &c. de reſer.* & Card. Mellin. *deciſ.* 15. *ſub num.* 1. *verſ. quia hæc eſt natura reſtitutionis, &c.* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 32. *gloſſ.* 1. *ſub num.* 69. *verſ. adde, &*
5 *tu tamen, &c.* † Ita vt iura quæcumque ipſi Cathedralitatis Dignitati annexa, & ex illa Capitulo prouenientia, & competentia (qualia ſunt ea, quæ in præſentia controuertuntur) Vtriuſque Eccleſiæ Canonicis tanquam vnicum Cathedrale Capitulum conſtituentibus pariformiter ſint communia, & æqualiter competant, iuxta gloſſ. *in cap. & temporis in verb. vnire, &c. verſ. vel hoc modo poſſunt vniri, &c.* 16. *quæſt.* 1. *& in cap.* 1. *in verb. vniendo. verſ. vel ſic poſſunt vniri, &c. Ne Sed. vacant.* & conferunt *tradita* per Abb. *in c. Paſtoralis ſub num.* 7. *verſ. pone exemplum, &c. de reſer.* & Rot. penès Ceſ. de Graſſ. *deciſ.* 1. *num.* 3. *verſ. cùm enim per vnionem, &c. & ſeq. de his quæ fiunt à maior. part. Capitul.* Illa verò quæ ad vnumquodque corpus, atque Collegium à dignitate Cathedralitatis abſtractum ſpectant, peculiaria remaneant cum cæteris in d. ſententia ſpecialiter exceptis;
6 † Id enim non cenſetur abſurdum in hac materia, in qua maximè attendi debet tenor Vnionis, ac ſententiæ, & voluntas Summorum Pontificum illas approbantium, & confirmantium. Bald. *conſ.* 354. Dominus Papa *ſub num.* 1. *verſ. ſigna verò diſiunctiua, &c. vſque in fin. lib.* 4. & benè concludit poſt Paul. de Eleazar. & Imol. Io. Bapt. Caccialup. *in eius tract. de vnion. art.* 4. *ſub num.* 4. *verſ. ſubdit tamen Paulus, &c.* Siquidem abſurdus, ac inueriſimilis omninò videtur intellectus, quo ius Eccleſiæ S. Mariæ, ac eius Capitulo, & Canonicis iam diù realiter, & cum effectu acquiſitum eodem verborum contextu innouatur, ac reſtituitur, ſimulquè ſubſtantiali eſſentia exinanitur, & ad verbalem apparentiam redigitur contra omnes iuris regulas, & propriam verborum ſignificationem. Alba *conſ.* 8. *num.* 23. *verſ. & facienda eſt ſemper interpretatio, &c.* Crauet. *conſ.* 70. *ſub num.* 5. *verſ. & cum iſto modo, &c.* Rot. *deciſ.* 136. *ſub num.* 10. *verſ. obſeruantia namque interpretatiua, &c. part.* 1. *& deciſ.* 254. *ſub n.* 4. *verſ. quare cum iſta aſſertio, &c. cum ſeqq. part.* 4. *tom.* 2. *ac deciſ.* 319. *ſub n.* 4. *verſ. quapropter, &c. cum ſeq. part.* 6. *recent.* ac ſæpè in aliis.

Quarè cum ex præmiſſis, aliiſque rationibus obiecta huiuſmodi interpretatio iam fuerit per Rotam reprobata in duabus deciſionibus coram Reuerendiſſ. D. meo Terracin. ſub die 2. Iunij 1645. & ſub die 1. Aprilis 1647. quæ in hac contingenti diſputatione iuxta ſtylum reuocari non debent. † Non 7
eſt vtique in præſentia admittenda, ſed in diſcuſſione negotij principalis pleniùs (ſi opus erit) examinabitur Rot. penès ſan. mem. Greg. *deciſ.* 211. *num.* 6. *verſ. & eo magis, &c.* Duran. *deciſ.* 214. *num.* 8. *verſ. vnde cum d. articulus, &c. cum ſeq. & in recent. deciſ.* 212. *ſub num.* 1. *part.* 1. *& d. deciſ.* 302. *ſub n.* 11. *verſ. tum quia tendunt ad probandum, &c. & ſeq. part.* 5. *& deciſ.* 31. *num.* 4. *verſ. cum igitur, &c. cum ſeqq. ac deciſ.* 217. *num.* 6. *verſ. in qua fuit dictum, &c. & ſeq. part.* 7. *& alibi.*

Hincquè viſa etiam eſt ſpecialis hæc Compulſoriæ petitio poſt indictam negotij principalis diſputationem ad diutiùs eam differendam propoſita, cum de anno 1643. & 1644. vigore generalis tunc obtentæ conſtructus fuerit pro parte dd. Canonicorum Cathedralis proceſſus, & alia inſtrumenta in partibus compulſata, vt ex eo conſtat in actis reproducto, quo tempore hæc quoque penès eos, ac in eorum Archiuio exiſtentia congruiùs poterant compulſari, quàm vſque modò huiuſmodi inſtantiam differre, † quando 8
difficiliùs concedi ſolet vigente ſuſpicione calumniæ, Rot. penès Veral. *dec.* 169. *part.* 1. vt in his terminis reſpondit Rot. *in Anconitana Cenſus* 11. *Martij* 1633. coram Duran. *d. deciſ.* 376. *num.* 7. *verſ. cum enim, &c.* & Pen. *d. deciſ.* 597. *num.* 2. *verſ. addebant denique.*

Et ità fuit concluſum vtraque parte informante, &c.

R.P.D.



---

## R. P. D. VEROSPIO
### ARIANEN. BENEFICII,
Veneris 10. Martij 1651.

*Ad cap.* 32. *&* 157.

### *ARGVMENTVM.*

QVi deſtitutus eſt qualitate familiæ in iurepatronatus requiſitæ non eſt inſtituendus licèt maiorem numerum patronorum pro ſe habeat. Qualitas iuriſpatronatus familiaris ex poſt facto & ex interuallo adijci poteſt vt iuſpatronatus conuertatur in gentilitium, ſecùs ſi ex gentilitio fiat hæreditarium & prælatio conſanguineorum non repugnat diſpoſitioni iuris ſi ad habiles reſtringatur nec extraneos abſolutè excludat.

### SVMMARIVM.

1 *In iurepatronatus familiari præferendus eſt qui eſt de familia etiamſi pauciores pro ſe præſentantium voces habeat.*

2 *Qui non eſt de familia nec præſentari nec inſtitui poteſt in patronatu gentilitio.*

3 *Qualitas quod præſentandus ſit de familia debet apponi in limine fundationis, nec ſufficit quod apponatur ex interuallo.*

4 *In patronatu gentilitio adiectio qualitatis hæreditariæ ex interuallo reprobatur, ſecùs ſi hæreditarium cum conſenſu Epiſcopi conuertatur in gentilitium.*

5 *Conſenſus ordinarij in iurepatronatus præſumitur ex longæuo temporis curſu & diuturna obſeruantia.*

6 *Prælatio conſanguineorum habilium non eſt contra ius dummodo alij extranei abſolutè non excludantur.*

7 *Præiudicium Epiſcopi accidentaliter contingens in iurepatronatus non eſt conſiderabile.*

8 *Permutatio facta cum eo qui non erat de familia non infringit qualitatem iuriſpatronatus gentilitij.*

### DECISIO V.

BEneficium de quo agitur ex Patronatu olim familiæ Pellicanæ fuerat vſque ab anno 1573. titulo donationis delatum Gabrieli Cacabo, qui filiis hæredibus inſtitutis, in teſtamento præcepit, vt ad illud in poſterum de ſua familia progenitum aſſumerent præſentandum, quoties ibidem idoneus exiſteret; ad cuius præcepti normam Patroni in ſucceſſiuis poſtea vacationibus ex familia Teſtatoris deſcendentem præſentarunt, donec per obitum Nicolai ſubſecutum de anno 1648. maior pars Patronorum Franciſcum Caſaltam ex aliena familia progenitum Ordinario propoſuit inſtituendum, minor verò Fælicem Antonium de eadem Teſtatoris familia deſcendentem, inter quos proindè lite ſuborta dubitaui; cui decerni debeat Beneficium, & Fælici Antonio hodie DD. adiudicarunt. † Quia familiæ qualitatem ob- 1
tinet à Teſtatore requiſitam, cuius virtute debet in Beneficij aſſecutione præferri, ſiue minores præſentantium voces ipſe connumeret, vt notat Garz. *de Benef. p.* 7. *cap.* 15. *n.* 2. *cum ſeqq.* Rocch. *de iur. patron. in verbo Beneficium q.* 16. *num.* 43. Lambert. *eod. tract. lib.* 2. *p.* 3. *q.* 4. *art.* 5. *num.* 1. *&* 2. Rot. coram Burat. *deciſ.* 680. *num.* 1. ſiue nullus etiam obtineret, vt reſpondit Rot. coram eod. Burat. *deciſ.* 55. *n.* 3. *&* 559. *nu.* 1. *& deciſ.* 97. *num.* 3. *par.* 3. *rec. & in Tarraconen. beneficij* 10. *Ian.* 1639. coram Reuerendiſſ. Salamantino *in* 1. §. *& in Barchinonen. beneficij* 15. *Ian.* 1644. coram R.P.D. meo Cerro. † Franciſcus verò Aduerſarius, licèt 2
pluribus Patronorum vocibus præcellat, eſt tamen deſtitutus qualitate familiæ per Teſtatorem præſcripta, adeoquè præſentari non poterat, nec ſucceſſiuè inſtitui, iuxta theoricam Abb. *in cap. cum in cunctis §. inferiora n.* 10. *cum ſeqq. de elect.* Bellon. iun. *conſ.* 56. *n.* 4. Garz. *de benef. p.* 7. *cap.* 15. *num.* 6. Rot. coram Seraph. *dec.* 1270. *nu.* 1. & coram Reuerendiſſ. Vrgell. *deciſ.* 8. *num.* 3. *& deciſ.* 25. *pariter num.* 3. & aliis relatis auctoritatibus *in Feſulana beneficij* 14. *Martij* 1650. *in §. ſi quidem conſtat*, coram R.P.D. meo Corrado.

Hinc obeſſe non poterit, quod prædicta 3
conditio, vt præſentandus in poſterum ex certa familia debuiſſet aſſumi, adiecta non fuerit in limine fundationis, nec ideo apponi potuerit ex interuallo, præſertim à Gabriele, qui nec Patronatum inſtituerat iuxta textum *in cap. nos quidem de teſtamentis, & in Clem. quia contingit de Relig. domibus*, & per gloſ. *in cap. cum dilectus, in verbo conſtitutio ad finem de conſuetudine*, ibique DD. Rocch. *de iur. patron. in verbo pro eo num.* 29. Garz. *de benef. p.* 11. *cap.* 5. cum aliis adductis per Monet. *commut. vlt. volunt. cap.* 10. *n.* 351. Tum quia ſapit ſucceſſionem hæreditariam, vel ipſius ſaltem repræſentat imaginem à Sacris Canonibus reprobatam, *vt in cap.* 1. *de præb. & in cap. ad decorem de inſtit. & in cap. extirpandas de filiis Presb.* cum aliis per Lambert. *de iur.*

*patron.*

*patron.lib.*1.*quæſt.*9.*principali num.*79.*&* 80.*in* 17.*ampliatione.*

4 Quoniam hæreditariæ conditionis adiectio ex interuallo reprobatur quidem in Patronatu gentilitio, tanquam Eccleſiæ præiudicialis, non autem è conuerſo quoties Patronatus hæreditarium (provt regulariter eſſe præſumitur Clem. *plures de iur. patron.* Lambert.*eod.tract.par.* 2.*lib.*1.*q.*2.*n.*15.Couar.*var. lib.*2.*cap.*18.*n.*6.Rot.*deciſ.*275.*num.*4.*par.*7.*recent.*) Gentilitij naturam cum aſſenſu Epiſcopi debuiſſet aſſumere, vt notat Molin. *de primog.lib.*1.*q.*24.*num.*30.Recch.*de iur.patron. in verbo ipſe vel is num.*72.Sanch.*in conſ.moral. lib.* 2.*cap.*3.*dubitat.*91. *&* 92.*n.*1. Couar.*var. reſolut.lib.*2.*cap.*18.*num.*9.*&* 10.& aliis auctoritatibus reſpondit Rot. diſtinguendo caſum vtrumque *in deciſ.*267.*n.*5.*cum ſeqq.par.*6. *recent.& in Feſulana Oratorij ſeu Beneficij* 5. *Decemb.* 1646. *in* §.*cum igitur circa finem*.coram R. P. D. meo Bichio *confirmata* 14. *Martij* 1650. §.*nec ideò dici poteſt* coram R.P.D. meo Corrado. Et ratio eſt quia nullum hoc poſteriori caſu poteſt argui præiudicium Eccleſiæ, dum ipſius nihil intereſt Rectorem ex vna potius, quàm ex altera familia obtinere, dummodo is habilitate præpolleat, vt notat Archidiac. *in cap. vnico ſub num.* 2. *de iur. patron. lib.* 6. & aliis recenſitis auctoritatibus dixit Rot. *in add. Feſulana Oratorij* coram R. P. D.
5 Corrado *in* §. *poteſtas.* † Et hic ſanè conſenſus Ordinarij in propoſito caſu non deficit; benè quippè præſumitur ex temporis curſu longæuo, ac obſeruantia ſubſecuta ab anno 1572. vt notat Lambert. *de iur. patron. part.* 2. *lib.* 1. *quæſt.*1. *principali art.* 8. Viuian. *de iur. patron. eod.tract.lib.*4.*cap.*4.*num.*5.Rot.coram Mohedano *deciſ.* 22. *num.*3. *de præb. &* 598. *num.*4. *par.*1. *diuerſ. & in Mediolanen. iuriſpatronatus* 15. *May* 1615.coram bon.mem.Pirouano.

6 Neque prædicta conſanguineorum prelatio iuris diſpoſitioni repugnat, ſi provt in propoſito caſu, reſtringatur ad habiles, nec cæteros extraneos abſolutè excludat, vt declarat idem Lambert.*de iur.patron.lib.*1.*par.*1. *quæſt.*9.*princ.ſub num.*111.Garz. *de benef.ad d. par.* 7. *cap.* 15. Rot. coram Seraph.*deciſ.*774. Sed æquitate potius tunc conſona reputatur, ac iuris diſpoſitioni conformis, iuxta gloſ. *in cap. neminem in verbo ſiue poſſeſſionis ſeptuageſima diſtinct.* Rocch. *de iur. patron. in verbo honorificum num.*46.*in* 18.*q.*Rot. coram Burat. *deciſ.*316.*n.*12.647.*n.* 16.*&* 679. *n.*12.

7 Non obſtat quod immutatio Patronatus hæreditarij in Gentilitium, liberam Ordinarij, ſiue alterius collationem reſtringat, eiſque proinde præiudicialis exiſtat, tale enim præiudicium tanquam ab extra, & accidentaliter contingens, neque ipſum reſpiciens beneficium nullius ponderis ad hunc effectum eſſe cenſetur iux.gloſſ. *vlt.in cap.quamuis de pactis lib.*6. vbi inter cæteros Gemin. *n.*10. Sarnen. *ſupra regul.de iur. quæſt.non tollen.quæſt.*3.Rot. coram Seraph. *dec.*1411. *num.* 23. & coram Reuerendiſſ. Vrgell.*dec.*117.*num.*13.

Denique Patronatus Gentilitij obſeruantiam non infringit reſignatio ex cauſa permutationis, ſubſecuta in fauorem Leandri Graſſi, qui ex Teſtatoris familia non deſcenderat, cum per eam nec ſtatus Beneficij immutatus, nec eiuſdem cauſa dici poſſit alterata vt reſpondit.Rot.*deciſ.* 360.*n.*15.*part.*2.*recen. & in Papien. Archipresbyteratus* 9. *Aprilis* 1601.coram recol.mem.Card. Pamphilio, *& in Lucana iuriſpatronatus* 29.*Ian.*1644.*in* §.*non obſtat* coram Reuerendiſſ. Terracinen. *& in Reatina Vicariæ* 28. *Iunij* 1647. *in* §.*collationes verò*. coram R. P. D. meo Cerro. 8

Et ita vtraque &c.

---

# R. P. D. CELSO

## ASTENSIS COADIVTORIÆ,

Veneris 21. Iunij 1652.

*Ad cap.*157.*num.*51. *& de Penſionib.ad cap.*52. *n.*26.*& cap.*80.*n.*5.

## *ARGVMENTVM.*

QVomodo probentur qualitates requiſitæ & expreſſæ in impetratione coadiutoriæ tam quoad valorem beneficij & illius exemptionem à reſidentia quàm quoad ætatem & ſimilia. Et quando quis dicatur habere parem titulum ad impediendam viam executiuam; & quis ſit effectus gratiæ ante illius regiſtrationem.

## SVMMARIVM.

1 *Clauſula* Arbitrio *non impedit executionem Literarum iuſtificatarum.*

2 *Ætas probatur ex fide Baptiſmi.*

3 *Scriptura probat contra producentem.*

4 *Ætas ingraueſcens dicitur ſexaginta annorum.*

5 *Quod quis commodè viuere poſſit probatur ex patrimonij aſſignatione.*

6 *Valor beneficij probatur ex narratiua aduerſarij in ſua impetratione.*

7 *Quod fructus beneficij ſimplicis non excedant* 24. *aureos probatur leuioribus probationibus.*





8 *Beneficium præſumitur ſimplex niſi contrarium probetur.*

9 *Maximè ſi prouiſiones de eo fieri ſoleant tanquam de ſimplici.*

10 *Onus celebrandi Miſſas non inducit incompatibilitatem.*

11 *Titulus non poteſt dici par aduerſus coadiutorem niſi proueniat à Papa.*

12 *Vt dicatur par Titulus debet procedere ab eodem fonte & eſſe eiuſdem ſpeciei.*

13 *Gratia ante regiſtrationem non tribuit ius conſiderabile.*

14 *Neque derogandum eſt regulæ de iure quæſito ſi gratia nondum ſit regiſtrata.*

15 *Quando Papa facit ſecundam prouiſionem perinde eſt ac ſi primam laceraret.*

16 *Teſtis ſeruatis ſeruandis examinatus probat contra producentem.*

17 *Exceptio turbida non retardat executionem prioris gratiæ.*

18 *Ex ſola poſſibilitate in contrarium ſequitur probationem non eſſe concludentem.*

19 *Quando tractatur de certo temporpre, obatio non concludit niſi ad illud referatur.*

## DECISIO VI.

2 CEnſuerunt DD. non intrare arbitrium pro retardanda executione Literarum Apoſtolicarum: nam cùm illæ appareant iuſtificatæ conſequenter etiam veniunt exequendæ vt in terminis clauſulæ arbitrio, dixit Rot.coram Duran. *deciſ.*98. *& dec.*377. *vtrobique num.*1.*&* 2.*& in recent.deciſ.*558.*num.*2. *part.*1. *& firmatum fuit in Vicen. Iuriſdictionis* 2.*May* 1650. coram R.P.D. meo Cerro.

2 Iuſtificatio manifeſtè apparet tam in iis, quæ reſpiciunt Coadiutum quàm in aliis, quæ concernũt perſonam Coadiutoris. Siquidem quòd Coadiutus præſtiterit conſenſum ſuum mediante perſona Procuratoris ad id ſpecialiter deputati, patet ex Inſtrumento publico dato *in Summ. num.*3. *&* 4. Quod ipſe attingeret ſexageſimum annum probatur ex fide Baptiſmatis formiter extracta *Summ. num.*7. Rot. coram Buratt. *deciſ.*116.*num.*1. *& deciſ.* 365.*num.*2. *& in recent. deciſ.*138.*eod.num. & deciſ.*260.*num.*14. *part.*6.

3 Impotentia illius ad reſidendum attenta infirmitate graui de tempore datæ ſupplicationis, ob quam paulò poſt obiit, conſtat ex fide Canonicorum dictæ Cathedralis, quæ cum fuerit ex aduerſo producta optimè probat contra Producentem, *cap. cum venerabilis de except.* Salyc.*in l. comparationes num.*13. *C. de fid. Inſtrum.* Aym. *conſ.* 201.*num.*5.Surd. *conſ.*151.*num.*16.Rot. *deciſ.*123.*num.*5.*part.*1. *recent.*& fuit dictum *in Nouarien. Eccleſiæ* 17. *præſentis menſis* coram Me.



Et tamen huiuſmodi impotentia reſidendi non erat neceſſariò probanda, cùm gratia Coadiutoriæ fuerit conceſſa tantummodo ob ingraueſcentem ætatem, quæ benè verificatur in annis ſexaginta expreſſis in iiſdem literis, vt notat Gonzal. *ſuper reg.* 8. *gloſſ.*5. §. 9. *num.* 84. Barboſ. *in cap. paſtoralis ſub num.* 6. *de cleric. ægrot. in* 6. Ricc. *in collect. deciſ. part.*3. *deciſ.* 489.*verſ.quod ſi conceditur.* Rot. coram Verall. *deciſ.*129. *per totam deciſ.* 130. *num.*1. *& deciſ.* 311. *part.*1. 4

Reſpectu verò Coadiutoris iuſtificatio pariter eſt indubitata; nam quod ipſe aliundè commodè viuere poſſit, probatur ex Inſtrumento aſſignationis patrimonij dato *in Summ. num.*1. iuxtà gloſſ. *cap. cum Vuintonienſis* 25.*verb. admiſerant de elect.* Surd. *de aliment. tit.*7.*quæſt.*36.*num.*1.*&* 2.Garz.*de benef. part.*2.*cap.*5.*num.*206. 5

Valor Canonicatus, & præbendæ expreſſus per non exceſſum in ducat. 24. computatis verò diſtributionibus quotidianis in ducat. 150. iuſtificatur ex confeſſione Partis facta in literis ſuæ prouiſionis, quæ benè ſuffragatur ad dictum effectum, ex traditis per Garz. *de benef. part.* 5. *cap.*3.*num.*208. Rot. coram Buratt. *deciſ.*300.*num.*7.& coram Merlino *deciſ.* 157. *num.* 14. *in fine, & in rec. deciſ.*101.*num.*7.*part.*1. *cum aliis in Hydruntina Canonicatus* 25.*Iunij* 1649.coram Eminentiſſ. Card. Otthobono. 6

Et quod idem Coadiutor obtineret Beneficium ſimplex in alia Eccleſia perſonalem reſidentiam non requirens, cuius fructus pariter 24.ducat.non excedunt, ſufficienter apparet reſpectu valoris ex taxa Beneficiorum facta per R. C. Apoſtolicam, & ex duobus Teſtibus formiter examinatis; cùm tamen ad dictum effectum quælibet leuis probatio videatur ſufficiens, Garz. *de benef. part.*6. *cap.*2.*num.*167. Rot. coram ſan. mem. Greg. *deciſ.*78.*num.*4.Caual.*deciſ.* 33. *num.*3.Buratt. *deciſ.*255. *num.* 13. *& in recent. deciſ.* 572. *num.*4.*part.*1.*deciſ.*10.*num.*5.*part.*2.*& deciſ.* 512.*num.*1. *part.*3.& fuit dictum *in Placentina beneficij* 15.*Iunij* 1648.coram Me. 7

Et quod ſit Beneficium ſimplex non ſolùm deſumitur ex præſumptione iuris, quod omnia Beneficia reputentur ſimplicia, Abb. *in cap. recolentes circa finem de ſtat. Monach.* Rot. *in recent. deciſ.* 699. *num.*3. *part.*2. cum aliis adductis *in Leodien.beneficij* 22. *Iunij* 1648. coram R. P. D. meo Veroſpio. † Sed 9
etiam ex pluribus Prouiſionibus vti de ſimplici factis ad fauorem Canonicorum eiuſdem Cathedralis, qui illud vnà cum Canonicatu retinuerunt, & ſignanter, ex præſentatione, & nominatione vltimo loco emanata ad fauorem ipſius Coadiuti admiſſa 8

etiam ab Ordinario, quæ beneficij qualita-
tem benè demonſtrant, Bald. *in l. ſi mater*
*num. 3. C. ne de ſtat. defunct.* Dec. *conſ.* 126.
*num.* 1. Rot. coram Seraph. *deciſ.* 1095. *num.* 3.
*deciſ.* 1103. *num.* 5. *& deciſ.* 1120. *num.* 2.

10 Non obſtat quod in limine fundationis
huius beneficij S. Secundi iniunctum fuerit
onus celebrandi Miſſas, & inſeruiendi Ec-
cleſiæ, quia cum illud poſſit adimpleri per
ſubſtitutum ceſſat obiectum incompatibili-
tatis vt dixit Rot. *deciſ.* 155. *num.* 2. *part.* 4.
*recent. & in Regien. beneficij 9. Decembris* 1639.
coram R.P.D. meo Bichio.

11 Minus facit quod Cacheranus prouiſus
fuerit à Sede Apoſtolica per obitum Coad-
iuti, & cùm poſſideat, & habeat parem Ti-
tulum dicatur legitimus Contradictor ad
impediendam executionem literarum Apo-
ſtolicarum; nam cùm titulus ipſius ſit poſte-
rior in data non poteſt dici par, etiamſi pro-
ueniat à Papa, vt firmauit Rot. *in Gadecen.*
*Præſtimonij 2. Decembris* 1648. coram bon.
12 mem. Arguelles. † Imò quia idem Cachera-
nus impetrauit Canonicatum tanquam va-
cantem per obitum; Andreas verò per Co-
adiutoriam non dicitur habere parem titu-
lum, Nam ad hunc effectum non ſufficit
quod titulus procedat ab eodem fonte, ſed
debet eſſe eiuſdem ſpeciei vt dixit Rot. *deciſ.*
700. *n.* 8. *part.* 1. *rec. & deciſ.* 641. *n.* 1. *& per tot.*
*part.* 4. *in Terulen. beneficij* coram Litta, poſt
Marcheſ. *de commiſſ. part.* 1. *fol.* 374. *ſub num.* 2.
coram Duran. *dec.* 430. *n.* 9. *&* 10. *in Vicen. pa-*
*rochialis* 1. *Iulij* 1643. coram R. P. D. meo Bi-
chio, *& in dicta Hydruntina Canonicatus* 25.
*Iunij* 1649. corã Eminent. Card. Otthobono.

13 Tandem pro parte Cacherani opponeba-
tur, gratiam Coadiutoriæ non eſſe haben-
dam in conſideratione vti regiſtratam poſt
impetratas ab ipſo literas, Nam ante regiſtra-
tionem non tribuit ius conſiderabile, cùm ſit
in manu Papæ, & eius Officialium illam non
admittere, caſſare vel lacerare, vt aduertit
Pariſ. *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 7. *& lib.*
8. *q.* 7. *num.* 196. Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 15. §. 2.
*num.* 32. *&* 33. Garz. *de benef. part.* 4. *cap.* 2.
*num.* 16. Sarnen. *ſuper reg. de iure quæſit. non*
*toll. quæſt.* 6. *num.* 2. *& quæſt.* 20. *in fine.* Rot.
*deciſ.* 91. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſ. repetita ead. part.*
*deciſ.* 101. *in fine, & deciſ.* 794. *num.* 2. *& in rec.*
14 *deciſ.* 68. *num.* 6. *part.* 5. † Inde quia ante re-
giſtrationem nullum ius conſiderabile tri-
buit, eius mentio, ſeu derogatio Regulæ de
iure quæſito non tollendo neceſſaria non eſt,
vt inquit, idem Sarnen. *ſuper d. reg. quæſt.* 20.
*ſub num.* 3. *verſ. quia antequam.*

15 Et licèt replicetur ex aduerſo ſupplicatio-
nem non apparere laceratam & potentiam
lacerandi longè differre ab actu lacerationis,
ex adductis per Nat. *conſ.* 504 *num.* 2. *verſ. non*
*enim.* Rot. *deciſ.* 534. *num.* 3. *part.* 3. *rec.* Ta-
men idem videtur eſſe quod Papa mandet
ſupplicationem lacerari, & quod medio tem-
pore alteri prouideat: nam prouidendo cen-
ſetur implicitè declarare, quod prima gratia
non debeat habere effectum ſuum vt benè
in ſimili ponderat Gabr. *conſ.* 186. *num.* 10. *lib.*
1. Rot. *deciſ.* 791. *num.* 15. *part.* 1. *diuerſ.*

Huiuſmodi fundamentum, quod plenè,
& concludenter ab allegante probari debe-
ret, deducebatur ex partita extracta ex libro
regiſtratoris, in quo ſupplicatio adnotata le-
gitur de menſe Martij 1650. & ſi poſt obitum
Coadiuti ſecutũ de menſe Nouembris 1649.
& expeditas litteras à Cacherano: Sed talis
probatio viſa fuit Dominis non ſufficere in
præſenti caſu; quia deſcriptio in libro non
concludit regiſtrationem fuiſſe factam de eo
tempore, quo reperitur adnotata, cum huiuſ-
modi ſupplicationes non ſoleant ſemper ſta-
tim deſcribi, ſed aliquando notentur poſt
quatuor, & quinque menſes poſtquam in
regiſtro ſecreto fuerunt regiſtratæ, vt depo-
nit Laurentius Officialis publicus Datariæ,
& Regiſtrator ſupplicationis controuerſæ,
† qui cum fuerit exaduerſo inductus, & ſer- 16
uatis ſeruandis examinatus rectè probat
contra inducentem Gabr. *de Teſtib. concluſ.*
*n.* 14. Roman. *conſ.* 104. *ſub n.* 6. Surd. *deciſ.* 284.
*n.* 18. Rot. coram Seraph. *deciſ.* 295. *n.* 6. & co-
ram Buratt. *deciſ.* 553. *eod. num. & in Aſſiſien.*
*pecuniaria* coram Manzanedo penès Cenc.
*de Cenſib. deciſ.* 129. *num.* 2.

Vel ſaltem negari non poteſt quod attenta 17
prædicta depoſitione probatio Cacherani re-
maneat turbida; Ita vt non valeat retardare
executionẽ anterioris gratiæ Apoſtolicæ ad
fauorem Andreæ; Rot. coram Burat. *dec.* 805.
*n.* 10. *& in Eugubina penſionis* corã Manz. apud
Poſt. *de manut. dec.* 109. *n.* 4. *cum aliis* per Mar-
cheſ. *de Commiſſ. part.* 1. *cap.* 1. *fol.* 325. *n.* 115.

Et ſimili reſponſione tollitur obiectum de- 18
ductum ex partita libri Componendæ; nam
dicta partita concludit quidem tempus de-
ſcriptionis non autem ſolutionis, cùm poſſit
eſſe quod Miniſter diſtulerit illam adnotare,
quæ ſola poſſibilitas efficit quod probatio
non dicatur concludens. Rot. *in Concorden.*
*Scolaſtriæ* 13. *Nouembris* 1613. coram Piroua-
no, *& in rec. deciſ.* 413. *n.* 3. *part.* 5. † Et cum vis 19
conſiſtat in tempore probatio debet eſſe con-
cludens etiam reſpectu temporis, *cap. in præ-*
*ſentia de probat.* Rot. *dec.* 371. *n.* 3. *part.* 4. *tom.* 2.
*rec. in Abulen. Portionis* 14. *Iunij* 1647. coram
Me, *& in Meleuitana Cenſus* 11. *Febr.* 1650.
coram Eminentiſſ. Card. Otthobono.

Et ità deciſum partibus hinc indè infor-
mantibus.





# DECISIO VII.

## R. P. D. CERRO
### Auellina Canonicatus,

29. Martij 1651.

*Ad cap. 166. num. 17. & ſequentibus & de Pen-*
*ſionibus capite 52.*

### ARGVMENTVM.

Literas Apoſtolicas iuſtificatas exe-
cutioni demandandas eſſe non ob-
ſtante oppoſitione alterius prouiſi,
etiam Apoſtolici, qui non dicitur ha-
bere parem titulum niſi poſſideat ſine
vitio, & eius prouiſio non ſit nulla;
Quæ requirantur ad hoc vt primum
Beneficium vacet per aſſecutionem
ſecundi.

### SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ iuſtificatæ habent paratam executionem.*
2 *Clericatus probatur ex atteſtatione ordinarij eiuſque aſſertione.*
3 *Valor Beneficij verificatur ex narratiua Partis aduerſæ in ſua impetratione.*
4 *Ordinaria via procedendum eſt quando concurrit habens parem Titulum.*
5 *Titulus non dicitur par, niſi adſit poſſeſſio ſine vitio, & Titulus non ſit nullus.*
6 *Qui impetrat per aſſecutionem Beneficij incompatibilis tenetur probare incompatibilitatem.*
7 *Vt primum beneficium vacet per adeptionem ſecundi incompatibilis, non ſufficit ſola impetratio ſed præterea requiritur poſſeſſio ſecundi cum retentione primi.*
8 *Incompatibilitas non oritur ex aſſecutione ſed ex poſſeſſione Beneficij incompatibilis.*
9 *Si narrata vacatio non iuſtificetur prouiſio eſt nulla & non impedit alterius viam executiuam.*
10 *Vt beneficium primum vacet per aſſecutionem ſecundi, poſſeſſio pacifica ſecundi requiritur.*
11 *Poſſeſſio deſinit eſſe pacifica per moleſtias & turbationes etiam extraiudiciales.*



Literas Ioſephi de Viuo vtpotè in omni-
bus iuſtificatas reſponderunt Domini
eſſe exequendas iuxtà diſpoſitionem *cap. ſi*
*capitulo*, ibique gloſſ. *in verb. exequatur de*
*conceſſ. præbend. in* 6. *quotidiè in ſimilibus appro-*
*batam*, vt latè firmatur *in Bononien. Archipreſ-*
*byter.* 28. *Martij* 1648. *&* 15. *Ianuarij* 1649.
coram R.P.D. meo Corrado.

Siquidem modus vacationis per dimiſſio- 1
nem Canonicatus cõtrouerſi factam ab Ho-
ratio Facilato in manibus Sanctiſſimi, optimè
iuſtificatur ex aſſertione eiuſdem Pontificis
in præfatis Literis emiſſa, ibi, *Prædictus verò*
*Horatius* 2. *dictos Canonicatum, & Præbendam*
*reſignauerit in manibus noſtris, &c. Summ. infor-*
*mantis n.* 1. quæ plenè probat nec vlteriorem
deſiderat iuſtificationem, *Clem. litteris de pro-*
*bat.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 8. *q.* 11. *n.* 1. *cum ſeqq.*
Creſc. *deciſ.* 3. *de Reſignat.* Buratt. *dec.* 496. *n.* 1.

Clericatum verò Ioſephi, eiuſque habili- 2
tatem ſatis verificãt præcedentes Literæ Or-
dinarij in quibus illi facta fuerat collatio alte-
rius Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis tan-
quam Præsbytero Auellino, idoneo, & in
omnibus approbato *eod. Summ. n.* 2. Cum enim
Ordinarius præſumatur optimè informatus
de qualitatibus ſubditorum exinde præfata
ſatis iuſtificata probantur. Innoc. *in cap. inno-*
*tuit. in principio de eo, qui furt. ord. ſuſcep.* Gabr.
*conſ.* 181. *n.* 55. *lib.* 2. Pariſ. *vbi ſuprà lib.* 4. *q.* 2. *ſub*
*nu.* 68. *cum aliis in puncto allegatis in Peruſina*
*Penſionum* 20. *Iunij* 1636. coram bon. mem.
Buccabella *in recent. deciſ.* 162. *n.* 2. *&* 3. *p.* 7.

Valor denique narratus per non exceſſum 3
in ſumma ducatorum 24. auri de Camera vl-
teriori probatione non indiget, cum abundè
verificetur ex cõſimili narratiua alterius par-
tis emiſſa in litteris ſuæ Prouiſionis poſtmo-
dum obtentę, *d. Summ. n.* 3. ad text. *in l. cum præ-*
*cum C. de liberal. cauſ.* quem millies ad hunc
effectum ſecuta fuit Rota, & ſignanter *in re-*
*cent. deciſ.* 92. *n.* 10. *part.* 6. coram Buratt. *deciſ.*
481. *n.* 9. *cum cæteris adductis in Bouen. Abbatiæ*
3. *Iulij* 1645. coram bon. mem. Arguelles §.
*valor expreſſus.*

Non obſtat, quod Franciſcus Iannulus pa- 4
riter habeat Prouiſionem Apoſtolicam, &
ideò via ordinaria, non autem executiuè pro-
cedi debeat, vt probat Zuccard. *in l. fin. num.*
1384. *C. de edict. diu. Adr. toll.* Mohedan. *deciſ.*
1. *n.* 2. *& deciſ.* 13. *vt lit. pend.*

Quia vt prædicta procedant, & ille dicatur 5
legitimus Cõtradictor ad impediendã paratã
executionem dictarũ Literarũ duo copulati-
uè requiruntur, videlicet, quod poſſideat ſine
vitio, quodq; habeat parem titulũ conſimilis
Prouiſionis Apoſtolicæ omnino validæ, aliàs

autem ſi vitioſè poſſideat,vel non habeat cō-
ſimilem titulū,aut iſte ſit nullus, & inualidus
nunquam dicitur legitimus contradictor ad
impediendam viam executiuam dictis Lite-
ris cōpetentem, vt in ſimili pluribus adductis
reſponſum fuit *in Romana Vineæ 2.Iunij* 1649.
coram R.P.D. meo Otthobono §.*Neque hanc
immiſſionem*, & in puncto copioſè firmatur
*in Compoſtellana Parochialis* 1.*Iulij* 1648. *&*
25. *Iunij* 1649. *ac in Calaguritana Præſtimonij*
10. *Maij eiuſdem anni* coram Eodem.

6 In propoſito autem, quicquid ſit de con-
ſimilitudine titulorum, & de vitioſa poſſeſ-
ſione, Prouiſio Franciſci Dominis viſa fuit
laborare aperto vitio nullitatis: etenim im-
petrata fuit certo modo ſub expreſſione
quod primus Canonicatus vacauerit per
aſſecutionem ſecundi obtenti per Horatium
omninò incompatibilis *dicto Summ. num.*3.
7 † Et tamen vt primus vacet propter incom-
patibilem ſecundi non ſufficit ſolùm iuſtifi-
care illius impetrationem, & aſſecutionem,
ſed vlterius concludenter probari debet,
quod Impetrans per duos menſes pacificè
non ſolùm de facto, ſed etiam de iure ſecun-
dum poſſederit cum retentione primi, iuxta
diſpoſitionem *cap. de multa* vbi Gloſſ. *verb.
poſt receptionem.* Ancharan. *num.* 3. & Abb.
*num.*16. *de Præbend.* Garz. *de benefic.part.* 11.
*cap.*5.*num.*100. *cum ſeqq.* Rot. *in recent. deciſ.*
8 601.*num.*5. *part* 4. † vbi reddit optimam ra-
tionem, quia ſcilicet incompatibilitas non
obeſt in aſſequendo, ſed in retinendo, *&
deciſ.* 337. *num.* 10. *part.* 8. ac coram Buratt.
*deciſ.* 102. *num.* 1. *&* 2. *cum aliis allegatis* per
9 Add. *ad eundem deciſ.*19 *num.*18.† Vndè cum
Franciſcus id non iuſtificauerit, non intrat
ſuppoſita vacatio, & conſequenter eius Pro-
uiſio redditur nulla, & inualida, quæ pro-
ptereà non eſt apta retardare dictam viam
executiuam, vt reſponſum fuit *in dicta Bono-
nien. Archipræsbyteratus* 23. *Martij* 1648. §.
*Quia ex promiſſa*, *&* 15. *Ianuarij* 1649. §.*pe-
nultimo, & final.* coram R.P.D. meo Corrado
*in dicta Compoſtellana Parochialis* 1 *Iulij* 1648.
§.*verum eò magis*, *& in dicta Calaguritana
Præſtimonij* §. *neque ad immiſſionem* coram
10 R. P. D. meo Otthobono. † Quinimo tan-
tum abeſt, quod dicta pacifica poſſeſſio
iuſtificari poſſit, vt in continenti doceatur
de contrario ex lite, & Iudicialibus moleſtiis
præcedenter illi illatis *dicte Summ.num.*5.*&* 6.
Quæ operantur, vt etiam ſi ſecundum Ca-
nonicatum aſſecutus fuiſſet, primum tamen
dimittere non teneretur, vt firmauit Rota
coram Card. Seraph. *deciſ.* 997. *num.* 2. *&*
11 *deciſ.* 1254 *num.* 1. *&* 2. † vbi quod ad hunc
effectum ſufficiunt moleſtiæ etiam extraiu-
diciales, & de facto cum cæteris adductis per
Add. ad Buratt. *dicta deciſ.*19.*num.*19.*&* 20.
Et ita altera tantum, &c.

---

# R. P. D. ZARATE

## Beneuentana Canonicatus,

Lunæ 4.Maij 1654.

*Ad cap.* 5. *num.*2. *part.* 1.

## *ARGVMENTVM.*

QVomodo iuſtificentur requiſita ab obtinendum beneficia nempe reſignatio, titulus reſignantis, ipſiuſque reſignationis publicatio, & quod reſignans aliunde viuere poſſit, valor narratus, qualitates reſignatarium tangentes, ſufficientia reſignatarij & illius origo. Conſenſus patroni ex cauſa obitus non poteſt trahi ad caſū reſignationis.

## SVMMARIVM.

1 *Literarum iuſtificatio neceſſaria eſt ad obtinendam illarum executionem.*
2 *Narratiua reſignationis ex quibus iuſtificata maneat.*
3 *Titulus reſignantis quomodo probetur.*
4 *Publicatio reſignationis ex quibus probata ſit ſufficienter.*
5 *Ex quibus arguatur reſignantem habere vnde viuat aliunde.*
6 *Valor narratus quomodo probandus.*
7 *Qualitates concernentes reſignatarium quibus probationibus verificentur nominatim illius idoneitas & origo.*
8 *Conſenſus præſtitus ex cauſa vacationis per obitum non extenditur ad reſignationem.*

## DECISIO VIII.

PRo informante reſponſum fuit ſcilicet 1
Literas Apoſtolicas eſſe iuſtificatas, ita
vt Nicolao Antonio ſit danda immiſſio in
Canonicatu Eccleſiæ Sancti Ioannis de Ba-
leo Terræ-Montis Fuſcoli Beneuentanæ
diœceſis, Quæ reſolutio tam iuris diſpoſitio-
ni quàm ſtylo Rotæ congrua videtur, cùm
ſtante iuſtificatione Literarum immiſſio ea-
rum vigore ſit concedenda, iuxta text. *in cap.
ſi quando de reſcript. cap. ſi capitulo*, & ibi gloſ.
*de conceſſ. præb. lib.* 6. Rota coram ſanctæ me-
moriæ Greg. 15.*deciſ.*221.*n.*2.& coram An-
drea *deciſ.*91.*n.* 2. coram Buratto *deciſ.*941.
*n.*5. & coram Durano *deciſ.*59.*n.*1.*deciſ.*467.
*n.* 6. *&* 688.*n.*1. coram Merlino, *& in recent.*





*deciſ.*605. *num.* 2. *part.* 2. *& deciſ.* 147. *num.* 2.
*&* 5. *& deciſ.*258.*num.*1. *part.* 7. & *in hydrun-
tina Canonicatus* 25. *Iunij* 1649. coram
Eminentiſſ. Cardinali Otthobono.

2 De iuſtificatione etenim apparuit, nam
cum Nicolaus narraſſet Canonicatum vacare
vigore reſignationis liberè factæ per Federi-
cum Carrantam, iſta narratiua ex aſſertione
Summi Pontificis in Literis collationis fuit
comprobata; quapropter vlteriori non in-
diget probatione, vt per text. *in clem. literis
de probat.* Pariſ. *de reſign.lib.*8. *q.* 12. *n.* 1. Rota
coram Buratto *deciſ.* 496. *num.* 1. *& deciſ.* 3. *de
renunc.* coram Creſc. *& in Auellina Canonica-
tus* 21. *Martij* 1651. corā R.P.D. meo Cerro.

Titulus autem reſignantis conſtitit ſuffi-
3 cienter ex collatione Capituli eidem facta
data *in Summario num.*7. vt Rota admiſit *deciſ.*
18. *vt lite pend.* coram Mohed. *deciſ.*363.*num.*
4. coram Caualer. *& in Marianen. beneficij*
13. *Maij* 1649. coram Reuerend. Tarraconen.
iuncta ipſius reſignantis poſſeſſione pacifica
ex teſtibus *in Summario dicto num.*7. compro-
bata, quæ ad hunc effectum ſuffragatur, vt
dicit Rota coram Caſſador. *deciſ.* 2. *de cauſ.
poſſeſſ. & propr. num.* 4. *in Toletana Beneficij*
21. *Maij* 1604. coram Ottembergo *& in
Narnien. Capellaniæ* 8. *Februarij* 1649. coram
R.P.D. meo Bichio.

Publicatio verò dictæ reſignationis requi-
4 ſita iuxta conſtitutionem Gregorij XIII.
etiam iuſtificata viſa fuit ex atteſtatione à
tergo literarum & ex publico inſtrumento
ſuper ea confecto dato *in Summario num.* 1. vt
per Bald. *in l. quoties num.* 6. *in fine C. de iudic.*
Bart. † *in l.* 1. *C. de nou. oper. nunciat.* Pariſ. *de
reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 6. *num.* 62. Rota *deciſ.*
282. *num.* 2. *part.* 2. *diuerſ.* & *in Cremen. ſeu
Ianuen. pecuniaria, prima Iulij* 1648. coram
Reuerendiſſimo Tarraconen.

5 Clauſula quoque in Literis adiecta quod
reſignanti remaneret vnde viuere poſſet,
comprobatur ex Literis patentibus ſubdia-
conatus ad titulum patrimonij ſuſcepti ratio-
ne cuius reſignatio ſuſtinetur iuxta tradita
in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 21. *de reformatio-
ne cap.*2. vbi plures refert Barboſ. *num.* 26. *&*
31. Garſ. *de benef. part.* 2. *cap.*5. *num.*24. Rota
coram Buratto *deciſ.*496. *in fine, in Ceſenaten.
Canonicatus, prima Iunij* 1651. §. *aliud*, coram
Eminentiſſ. Cardinali Corrado.

6 Valorque narratus dicti Canonicatus, vi-
delicet non excedere 24. aureos de Camera
& computatis incertis 80. ſuadetur ex duo-
bus teſtibus coram executore examinatis da-
tis *in Summario num.*4. non ſolùm de publica
voce & fama deponentibus, verùm etiam de
propria ſcientia, qui ideò huiuſmodi expreſ-
ſionem ſufficienter probant Rota *deciſ.*551.



*num.*2. *part.*5. *deciſ.*187. *num.*10. *part.*6. *recent.*
& coram Merlino *deciſ.* 688. *num.* 4. coram
Caualer. *deciſ.*363. *n.*4. & *in Vicen. Parochialis*
20. *Iunij* 1650. §. *valorem.* coram R.P.D. meo
Bichio. Attentis præterea præcedentibus
prouiſionibus, cum expreſſione ſimilis valo-
ris vt conſiderauit Rota *in alia Beneuentana
Canonicatus eiuſdem Collegiatæ ſub die* 8. *Fe-
bruarij* 1647. coram R.P.D. meo Bichio, quæ
probationes ſuperabundant cum in hac ma-
teria etiam leuiores ſufficiant, vt tenet Rota
*deciſ.*610.*num.*1.*part.*4.*diuerſ.* & coram Caual.
*deciſ.* 596. *in princ.* & ſimul vnitæ omnino
concludant Rota *in dicta Beneuentana* §. *quod
ille* vbi plures cumulantur.

Qualitates verò reſignatarium tangentes 7
ſimiliter verificantur cum de eius Clericatu
conſtet ex Literis patentibus Ordinarij datis
*in Summario num.* 2. quibus in hac re procul-
dubio deferendum eſt, vt per Garz. *de benef.
part.* 9. *cap.* 2. *num.* 1. *&* 108. Grammatic. *deciſ.*
81. *num.* 1. Viuian. *de Iurepatron. lib.* 6. *cap.* 1.
*num.* 2. & poſt eundem Rota *deciſ.* 79. *num.* 2.
*& deciſ.* 152. *num.* 24. *& deciſ.* 187. *num.* 9. *part.*
6. *recent. & in Burgen. beneficij* 30. *Martij* 1638.
§. *clericatus* coram Reuerendiſſ. D. meo De-
cano *& in Valadiſlauien. Parochialis* 13. *No-
uembris* 1651. §. *fin.* coram Eodem.

Sufficientia ipſius bene deducitur ex ap-
probatione præuio examine eiuſdem Ordi-
narij dato *in Summario n.* 6. ex traditis per Vi-
uian. *de Iurepatr. lib.* 6. *cap.* 7. *n.* 54. *& poſt tract.*
Rota *dicta deciſ.* 79. *num.* 3. *& dicta deciſ.* 187.
*num.* 9. *part.* 6. *recent. & in dicta Auellina Ca-
nonicatus* 27. *Martij* 1651. §. *clericatum.* coram
R.P.D. meo Cerro.

Ortum verò, ſeu originem dicti Reſigna-
tarij ex Beneuentana Diœceſi pariter Literæ
teſtimoniales Ordinarij comprobant, ex qui-
bus conſtat illum tanquam de terra Sancti
Nazzarij eſſe ordinatum vt proinde eis fides
ſit adhibenda, Mandoſ. *in Regula Cancellariæ*
18. *quæſt.* 10. *num.* 3. *&* 4. Rota coram Buratto
*deciſ.* 888. *num.* 1. *& deciſ.* 349. *num.* 3. *verſic. &
quod ipſe ſit ciuis, part.* 3. *recent. & in dicta Ceſa-
naten. Canonicatus prima Iunij* 1651. §. *finali*, co-
ram Eminentiſſimo Cardinali Corrado.

Nec obſtat quod Canonicatus de quo agi- 8
tur dicatur eſſe de Patronatu Regio, vt pro-
inde tanquam liber obtineri non poſſit à Sede
Apoſtolica; nam præterquam id non appa-
ret plenè iuſtificatum, conceſſio Regia, qua
nititur Capitulum ad prouidendum facta fuit
tantùm in caſu obitus, non autem reſigna-
tionis, vt conſtat ex declaratione Capellani
maioris Regni Neapolitani vigore commiſ-
ſionis D. Proregis emanatæ *Summario* Zam-
bettæ *num.* 8. quæ tanquam obſeruantia in-
terpretatiua debet attendi, *l. ſi interpretatione*

*ff. de legibus*. Abb. *in cap. cum dilectus num*.7. *de conſuet*. Viuian. *de Iurepatron. lib*. 4. *cap*.1. *num*.64. Rota coram Seraph. *deciſ*. 507. *num*. 2. & coram Merlin. *deciſ*.442.*num*.8.*& deciſ*. 750.*num*.3.*& deciſ*.851.*n*.4. *&* 5. & *in recent. deciſ*. 275.*num*.8.*part*.7. & *in Signina bonorum* 9.*Iunij* 1645.coram Eminentiſſ.Corrado.

Atque ita, &c. vnica tantum, &c.

---

## R. P. D. ROYAS
## Beneuentana Decimarum,

Lunæ 8. Martij 1649.

*Ad cap*.167.*volum*.2. *& cap*.39.*&* 67.*part*.1.

## *ARGVMENTVM.*

DEcimas Parochi poſſunt exigere etiam via executiua, non obſtante contraria conſuetudine: quia aduerſatur iuri diuino Et ad huius conſuetudinis negatiuæ probationem debet verificari petitio cum denegatione Quæ procedunt etiam contra dominum loci allegantem concordiam ſi à Summo Pontifice non fuerit confirmata.

### SVMMARIVM.

1 *Parochus manutenendus eſt in quaſi poſſeſſione exigendi Decimas*, & n.8.

2 *Mandatum executiuum datur contra non ſoluentes Decimas.*

3 *Conſuetudo non ſoluendi Decimas eſt nulla & contra ius diuinum.*

4 *Valida tamen eſt conſuetudo minuens Decimas.*

5 *Conſuetudo ſoluendi Decimas diminutas probanda eſt cum ſuis requiſitis.*

6 *Negatiua ſolutionis Decimarum probanda eſt illam coarctando, aliàs non poteſt probari per teſtes.*

7 *Debetquè probari petitio integræ Decimæ, cum denegatione.*

9 *Concordia ſuper Decimis non confirmata per Sedem Apoſtolicam non nocet ſucceſſoribus in beneficio.*

## DECISIO IX.

PEtente Parocho Eccleſiæ B. Mariæ Foſſi, loci S. Nicolai à Manfredi, Beneuentanæ Diœceſis mandatum de manutenen. in quaſi poſſeſſione exigendi Decimas ſuper bonis feudalibus, & iuriſdictionalibus Baronis Franciſci Socij intra fines ſuæ Parochiæ exiſtentibus; necnon mandatum executiuum pro illarum conſequutione; vtrumque eſſe illi concedendum, reſolutum fuit.

Nam quoad mandatum de manutenen- 1
do, illius intentio non ſolùm remanet abundè iuſtificata ex iuris aſſiſtentia, per text. *in cap. cùm contingat*, *& cap. cùm in tua*, *de Decimis. cap. ſtatuimus* 16. *quæſt*. 1. *& cap. fin. de reſtit. ſpoliat. in* 6. Gloſſ. *in cap. conquærente, verb. Decimationum*, *de offic. Ordin*. Butr. *in cap. à nobis*, *num*. 4. *de Decim*. & pluriès firmauit Rota *deciſ*. 76. *&* 178. *vtrobique num*. 1. *part*. 1. *recent*. cum aliis latè adductis *in Pampilonen. Decimarum de Vſſurbil*. 1. *Iulij* 1648. coram R. P. D. Celſo; ſed etiam probatur illius quaſi poſſeſſio ex depoſitionibus plurium Teſtium, qui dicunt, dictum Parochum ſemper vniuerſaliter integras Decimas omnium bonorum in ſua Parochia exiſtentium exegiſſe, quorum vnus ſpecificè deponit de huiuſmodi exactione ſuper dictis bonis feudalibus Franciſci; vnde, probata dicta quaſi poſſeſſione, Parochus eſt in ea manutenendus, *vulg*. §. *retinendæ*, *inſtit*, *de interd*. cum aliis allegatis *in Hiſpalen. decimarum de Baraona* 3. *Aprilis* 1645. coram bon. mem. Buccabella, *&* 12. *Ianuarij* 1646. coram R. P. D. meo Cerro.

Mandatum verò executiuum decretum 2
fuit, ex quo pro Decimis contra denegantes illarum ſolutionem proceditur ſummariè, & appellatione remota, ex expreſſa diſpoſitione text. *in cap. tua nobis*, *de Decim*. & tradunt Monet. *eod. tract. cap*.8. *quæſt*.3.*num*. 1. Barboſ. *de offic. Paroch. cap*.28.§.4.*num*.6.*&* 7. & Caſtill. *deciſ*.9.*per tot*.

Nec releuant depoſitiones Teſtium pro parte Baronis examinatorum, qui dicunt, Barones dicti loci ſpatio longi temporis conſueuiſſe pro Decimis debitis ex dictis bonis feudalibus ſoluere ſolùm ducat. 10. quolibet anno vigore concordiæ initæ cum anteceſſore moderni Parochi.

Quia, cùm dicta conſuetudo Iuri Diuino 3
præiudicium inferat, debet eſſe rationalis, & legitimè præſcripta, vt reſpectu ſolùm iuris poſitiui, eſt inſignis text. *in cap. fin. de conſuetud*. ergò multò magis reſpectu Iuris Diuini, contra quod nulla dari poteſt conſuetudo, vt in ſpecie tradit Guido Pap. *deciſ*. 284. *in princ*. & Couarr. *var. reſol. lib*.1. *cap*.17. *num*.8.
† Et licèt communis, & receptior ſit ſenten- 4
tia, quod Decimæ quamuis ſint de Iure Diuino poſſunt reduci, vel minui ex præſcripta conſuetudine, vt voluerunt Pariſ. *conſ*. 25. *num*. 27. *lib*.4. Couarr. *loco ſuprà citato num*.8. *verſ. ſextò pariter infertur*. Rebuff. *de decim. quæſt*.13.*num*.46. Monet. *eod. tract. cap*.5. *q*.1. *num*.89. & tenuit Rota coram Seraph. *deciſ*. 1204.*num*.2. qui alios refert, *& deciſ*.23.*num*.
5 3. *par*. 6. *recent*. † Attamen in caſu præſenti huiuſmodi conſuetudo non fuit ſufficienter probata, iuxta neceſſaria requiſita adducta per *gloſ. in d. cap. fin. in verb. legitimè ſit præſcripta, de conſuetudine*.

6 Tùm quia dicti Teſtes non coarctant negatiuam ſolutionis integræ decimæ, prout requiritur Cualer. *deciſ*.487.*num*.3. Seraph. *deciſ*.1102. *num*.8. *& deciſ*.419. *num*.8.*par*.1. *recent*. & dictum fuit *in Corduben. decimarum* 4. *Maij* 1604. coram Ortembergo, *&* 8. *Martij* 1610. coram S.D.N. *in Fauentina Vigeſimæ* 16. *Aprilis* 1638. coram Eminentiſſ. Card. Veroſpio, *& in Vercellen. decimarum* 13. *Nouembris* 1645. *&* 16. *Ianuarij* 1646. coram R. P. D. meo Cerro, *& in Toletana decimarum* 15. *Iunij* 1648. coram R. P. D. meo Celſo.

7 Tùm etiam quia non probant, *integram decimam fuiſſe petitam*, illamque denegatam in contradictorio iudicio, ac Parochum acquieuiſſe, vt diſponitur *in allegata gloſ. in d. cap. ſub verb. legitimè ſit præſcripta*, *verſ. vel ſaltem*, quod ſit obtenta contradictorio iudicio, *& circa fin. verſ. item in alio*, ac tenuit Rota coram Seraph. *deciſ*. 1102. *num*. 8. *ac in mox allegatis Corduben. & Fauentina decimarum*, *& deciſ*.667.*num*.9.*par*.4. *ac d. deciſ*.23.*num*.5.
8 *par*.6. *recent*. † Propterea donec cognoſcatur, an dicti Teſtes probent dictam præſcriptam conſuetudinem, quæ canonizanda eſt per tres ſententias conformes, æquitas ſuadet, vt Parochus hoc interim manuteneatur in quaſi poſſeſſione exigendi integras Decimas, Mareſcott. *var. reſol. lib*.1. *cap*.11. *num*.6. *cum ſeqq*. Poſth. *de manutent. obſeruat*.45.*n*.19. & dixit Rota *deciſ*.197. *num*. 2. impreſſa poſt eundem tractatum Seraphin. *deciſ*.1497.*n*.3. *&* 4. *& deciſ*.173.*n*.1.*par*.2. *recent*. ac in terminis reſolutum fuit *in Hiſpalen. decimarum* 15. *Februarij* 1647. coram R. P. D. meo Meltio, §. *vnde cum dicta*.

Eoquè magis, cùm contrarium probetur ex teſtibus examinatis per Parochum, quibus magis eſt deferendum, cum ipſis aſſiſtat iuris diſpoſitio, ex adductis *in Meleuitana hæreditatis* 26. *Ianuarij* 1643. coram Reuerend.
9 D. meo Decano, † vltra quod dicti Teſtes Baronis deponunt, huiuſmodi ſolutiones ducat. 10. pro decimis fuiſſe factas vigore concordiæ inter Barones, & anteceſſores ſuper dictis decimis factæ, quæ fieri minimè poſſunt abſque auctoritate Summi Pontificis, quando verò abſque dicta auctoritate facta ſunt, non egrediuntur ſuum auctorem, *cap. de cætero*, *& cap. veniens, de tranſact*. Rot. *deciſ*.585.*num*.3. *par*.1. *recent*. Coccin. *deciſ*.340. *num*.1.*& deciſ*. 362.*num*.3. *cum aliis in deciſ*.30.*n*.8.*p*.6.*recent*.

Et ſic reſolutum fuit, dandum eſſe mandatum de manutenendo pro futuris decimis, & executiuum præ præteritis, vtraque &c.

---

## R. P. D. ZARATE
## Beneuentana Iuriſdictionis,

Lunæ 13. Maij 1652.

*Ad caput* 60.*&* 61. *part*.1.

## *ARGVMENTVM.*

EPiſcopum habere iuriſdictionem in omnibus locis in ſua diœceſi exiſtentibus; quæ exiſtentia intra fines diocœſeos probatur ex variis circumſtantiis, veluti ex antiquis enunciatiuis, teſtium depoſitionibus, loci ſituatione; nec ſuffragatur immemorialis probatio niſi concurrant omnia ad id requiſita præſertim ſi conſtet de initio ex ſcripturis publicis; Recenſentur autem actus plurimi ex quibus Epiſcopus dicitur exercuiſſe iuriſdictionem in aliquo loco. Aſſertiones & confeſſiones anteceſſoris in beneficio non præiudicant ſucceſſoribus.

### SVMMARIVM.

1 *Enunciatiuæ ſi ſint plures diuerſis temporibus in inſtrumentis publicis emanatæ concludenter probant.*

2 *Quod locum habet maximè concurrentibus adminiculis.*

3 *Confeſſiones Anteceſſorum multiplicatæ inſeruiunt pro adminiculo ad probandam ſituationem Eccleſiæ.*

4 *Eccleſiam eſſe intra certam diæceſim probatur ex teſtium depoſitionibus.*

5 *Ex ſituatione loci circumdati vndique intra diæceſim probatur illum eſſe intra diæceſim.*

6 *Epiſcopus habet fundatam intentionem & ex ea ſola manutenendus eſt in poſſeſſione iuriſdictionis in tota ſua diæceſi.*

7 *Ad ſolum Summum Pontificem ſpectat ſeparare diæceſes.*

8 *Ad probandam immemorialem poſſeſſionem quæ requirantur.*

9 *Immemorialis ceſſat quando conſtat de initio per ſcripturas authenticas.*

10 *Centenaria præſcriptio an & quando locum habeat & fruatur priuilegio immemorialis.*

11 *Centenaria præſcriptio non ſufficit vt hinc Prælatus inferior præſcribat territorium contra ſuum Epiſcopum.*

12 *Recenſentur nouem actus ex quibus probatur Epiſcopum in aliquo loco iuriſdictionem exercuiſſe.*

13 *Qui maiores habet probationes pro ſe in dubio præferendus eſt.*

14 *Reiectis nouis conſtitutionibus redeundum eſt ad antiquas.*

15 *Aſſertiones Anteceſſorum notoriè erroneæ non ſunt attendendæ, maximè in præiudicium ſucceſſorum.*

16 *Depoſitiones teſtium in alio iudicio factæ fidem non faciunt in noua cauſa ſi illis in primo iudicio fides habita non fuit.*

17 *Enunciatiuæ modernæ & ad ſupplicationem partis factæ non merentur probationem.*

## DECISIO X.

CONtendentibus Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Beneuentano, & D. Archidiacono eiuſdem Eccleſiæ circa Iuriſdictionem in Caſtris, Cercelli, Pagani, & Collis, necnon in Caſtellis, Forcellati, Montis Vrſini, S. Angeli, & Rocatellæ à d. Archidiacono expreſſis, Cauſa fuit in Rota introducta, ac propoſito dubio ſuper manutentione, viſum fuit Dominis, vt de bono Iure etiam ad effectum manutentionis videretur, quare ſuper hoc propoſita hodie cauſa ad fauorem Reuerendiſſimi D. Archiepiſcopi fuit reſolutum.

1 Sunt etenim dicta Caſtra intra terminos Diœceſis Beneuentanæ, vt ex Anteceſſorum Archiepiſcoporum Enunciatiuis conſtat, quę cùm ſint plures, diuerſis temporibus, & ſcripturis emanatæ, habent vim famæ, & concludenter dictam ſituationem probant, iuxta concluſionem à Rota receptam ſequendo doctrinam Aret. *in cap. cum cauſa n.9. & 10. de prob.* Put. *deciſ.* 204. *n.*4. *lib.*2. *in corr. deciſ.* 102. *n.*2. *p.*1. *recen.* Burat. *deciſ.* 636. *nu.*4. & ibi Add. *lit. B.* Merlin. *deciſ.* 148. *n.*1. *Mutinen. Beneficij* 27. *Martij* 1648. §. *quæ adminicula confirmata* 26. *Iunij eiuſdem anni* §. *iunctis pluribus antiquiſſimis probationibus*, coram bon. mem. Arguelles.

2 In nihilo refragante, quod tales Enunciatiuæ ab ipſis Archiepiſcopis intereſſe habentibus emanauerint; nam cùm ſint antiquiſſimæ, & variis fulciantur adminiculis, probant Achill. *deciſ.*7. *in fin. de Iurep.* Caputaq. *deciſ.* 337. *num.*3. Coccin. *deciſ.* 235. *nu.*6. *deciſ.* 242. *num.*2. Merlin. *deciſ.* 128. *num.*5. & *d. deciſ.* 148. *num.*3.

3 Pro adminiculis autem in præſenti deſeruiunt, non ſolùm multiplicatæ aſſertiones; & confeſſiones tam moderni Archidiaconi, quàm illius Anteceſſorum explicitè affirmantium Caſtrorum controuerſorum ſituationem in Beneuentana Diœceſi reperiri: Iſtæ enim confeſſiones ſuperant quaſcumque alias probationes, & ipſis confitentibus valdè præiudicant, *l. cum te la* 2. *C. de non num. pec.* Rota *deciſ.* 71. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſ. Fanen. Bonorum* 29. *Iunij* 1648. §. *minus attenta*, coram bon. mem. Arguelles, & *alibi paſſim.*

Verum etiam teſtes diſcretiſſimè de tali ſituatione deponentes, qui etiam aſſerunt, Caſtra hæc circumdata eſſe ab aliis Caſtris Diœceſis Beneuentanæ, ideò optimè probant, *cap. cum cauſam in fin. de prob.* Pariſ. *conſ.* 104. *n.*24. *lib.*1. Penia *deciſ.* 1072. *num.*4. & 8. Burat. *deciſ.* 578. *n.*6. Comit. *deciſ.* 26. *eodem nu.* & *deciſ.* 22. *n.*2. *p.*7. *recent. in Marſicen. Iuriſdictionis* 26. *Maij* 1651. §. *nam quod terra &c.* coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado. 4

Vnde cùm ex prædictis, & ex Tabulario, & Planta datis appareat dicta Caſtra eſſe poſita in Diœceſi Beneuentana, ſequitur quod ſint eiuſdem Diœceſis; Bald. *in l. Inſula, ff. de Iud.* Caſtr. *in l.* 1. *in princ. ff. de acq. poſſ.* Crauet. *conſ.* 54. *n.* 9. *verſ. ſuper qua quæſtione*, Grat. *diſcept. foren. cap.* 918. *nu.*19. Rot. *deciſ.* 683. *n.*1. *p.*1. *recen.* † Et ſic ſub omnimoda D. Archiepiſcopi Iuriſdictione ob aſſiſtentiam Iuris communis, *cap. cùm perſonæ* 7. *in fin. de priuil. cap. conquærente* 16. *de off. Ord.* Barboſ. *de offic. & pot. Epiſc. p.*3. *alleg.* 127. *n.*23. Rot. *deciſ.* 501. *n.*1. *p.*2. *recen. in Brixinen. Iuriſdictionis* 11. *Aprilis* 1639. coram Reuerendiſſ. Salamantino. Et ob diſpoſitionem S. Conc. Trid. *ſeſſ.*7. *cap.*8. & *ſeſſ.* 21. *cap.* 8. *de refor.* Rota *d. deciſ.* 501. *n.*1. *p.*2. *recen.* Quamuis eſſent nullius, & hoc ratione vicinitatis, & quia extant in ſua Diœceſi, vt in eodem Concil. *ſeſſ.* 14. *c.*9. *eod. tit. de refor.* Barboſ. *vbi prox.* Rot. *in mox alleg. dec.* 501. *n.*1. & 5. Præterquam Iuris aſſiſtentiam dubitari non poteſt de bono Iure D. Archiepiſcopi etiam ad effectum manutentionis non probata alia poſſeſſione, iux. text. *in cap. cum perſonæ de priuil. in* 6. Poſth. *de manut. obſer.* 45. *n.*7. & *ſeq.* Caual. *deciſ.* 193. *n.*1. *in Aprutina Iuriſdict.* 19. *Martij* 1693. coram Reuerendiſſ. Salamantino, *in Barchin. Iuriſdictionis* 1. *Iulij* 1644. §. *non obſtat, verſ. propter quam aſſiſtentiam*, coram R.P.D. meo Bichio *S. Seuerinæ Decimarum* 14. *Ianuarij* 1650. *ſub* §. *ſiquidem in fin.* coram R.P.D. meo Roias. 5 6

Maximè quia dictus Archidiaconus Territorij ſeparationem ex priuilegiis Apoſtolicis deducere nequit, cùm illa non extent, & niſi à ſolo Pontifice concedi valeant, ad quem hæc ſeparationis facultas ſpectat, DD. *in cap. cum contingat de foro comp.* Goccher. *de iuriſd. Ord. in exempt. p.*2. *quæſt.* 53. *n.* 2. *in fin.* Buratt. *d. deciſ.* 7



578. *n.*2. *deciſ.* 324. *cod. n.*1. *p.*1. *recent. in Calaguritana Iuriſdictionis* 16. *Iunij* 1606. coram Ortembergo, *in Salisburgen. Iuriſdictionis* 1. *Iulij* 1643. §. *nec contrarium*, coram R.P.D. meo Rojas.

8 Nec magis ex allegata immemorabili Præſcriptione alicuius potiſſimi Iuris acquiſitionem prætendere poteſt; quia Teſtes per illum ad hanc probandam adducti, & examinati non deponunt iuxta modum præſcriptum à Gloſſ. *in cap.*1. *de præſcript. in* 6. *in verb. Memoria*, nempè quod ita audiuerunt à ſuis Maioribus, qui ab aliis ſuis Maioribus ita dici audiuerant, & quod ipſi, nec Maiores ſui quidquam viderunt, aut audiuerunt in contrarium, & deponere debent de publica voce, & fama, per verba *fuit*, & *eſt*; Barboſ. *in d. cap.* 1. *num.*17. Moder. Auenionen. *quæſt. Benef. cap.* 104. *n.* 12. ſan. mem. Greg. XV. *deciſ.* 196. *n.*1. & ibi Add. *n.*3. Rot. *deciſ.* 58. & 248. *vtrobique n.*2. *par.*2. *recent. deciſ.* 522. *n.*56. coram Merlino, *in Marſicen. Iuriſdictionis* 17. *Iunij* 1647. & 11. *Decembris eiuſdem anni* coram R.P.D. meo Bichio, & 26. *Maij* 1651. coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado. Nec dicti Teſtes ſunt conformes, & conteſtes; quo ſtante prætenſa Immemorabilis Præſcriptio excluditur d. Moder. Auen. *vbi ſuprà.* Mant. *deciſ.* 289. *n.*7. & deficientibus aliquibus ex prænarratis requiſitis Immemorabilis probatio non erit perfecta, d. Moder. Auen. *loc. cit.* Rot. *deciſ.* 557. *in fin. p.*4. *diuerſ.* Seraph. *deciſ.* 1102. *nu.*2. Burat. *deciſ.* 163. *n.*8. *in allegata Marſicen. Iuriſdictionis* coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado §. *quia nec iſta, verſ. cuius requiſita.*

9 Et circa huiuſmodi Immemorabilem Domini dixerunt ceſſare quamlibet dubietatem, quia conſtat de initio ex ſcripturis per dictum Archidiaconum exhibitis, cuiuſcumquè actus initium excludentibus, quod eſſentiæ Immemorabilis repugnat, Penia *deciſ.* 965. *num.*4. ſan. mem. Greg. XV. *deciſ.* 51. *n.*4. Rot. *deciſ.* 542. *n.*2. *part.*4. *recent. in Pampilonen. Beneficij de Taſalla* 26. *Octobris* 1616. *in Ratisbonen. Canonicatus* 22. *Iunij* 1618. *in Ferrarien. Aquarum* 14. *Nouembris* 1622. omnes coram bon. mem. Pirouano, *Hiſpalen. Decimarum* 15. *Febr.* 1637. §. *quia natura immemorabilis*, coram R. P. D. meo Meltio, *in ſæpius citata Marſicen. Iuriſdictionis* coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado §. *nec etiam, Pampilonen. Decimarum de Vrſibil.* 1. *Iulij* 1650. coram R. P. D. meo Celſo.

10 Ope igitur Immemorabilis Præſcriptionis deſtitutus Archidiaconus recurrit ad Centenariam vim Immemorabilis habentem, Gloſ. *in cap. cum vobis, verb. centum annorum, de præſcript.* Seraph. *dec.* 1141. *n.*1. Sed inaniter. Tum quia hæc locum non habet, vbi conſtat de contrario initio, ex traditis per Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.*7. *n.*59. & *ſeqq.* † Tum etiam quia centenaria ex ſe ſola non ſufficit ad fauorem Prælati inferioris, qui ex ea contra ſuum Epiſcopum Territorium præſcribere non valet, ad trad. per Hoſtien. *in cap. quoniam contingat n.*11. *de foro comp.* Rot. *deciſ.* 324. *n.*11. *part.*1. *recent. in citata Salisburgen. Iuriſdictionis* 1. *Iulij* 1643. coram R. P. D. meo Rojas §. *præterea &c.* 11

Ceſſantibus itaque Priuilegiis Apoſtolicis, Immemorabili, & Centenaria, nec alio concurrente Epiſcopo Caſtra controuerſa eſſe in ſua Diœceſi prætendente, inconcuſſa remanet Reuerendiſſ. Archiepiſcopi Iuriſdictio. Præſertim cum quamplurimis actibus ad Iuriſdictionem pertinentibus roboretur, videlicet, Viſitatione, *cap. conquærente de off. Ord. cap.*1. §. *fin. de cenſ. in* 6. S. Con. Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 3. *de refor.* ſan. mem. Greg. XV. *dec.*4. *n.*4. Merlin. *dec.* 84. *num.*3. Approbatione Confeſſariorum, Rot. *dec.* 22. *ſub n.*2. *p.*7. *recen.* Ordinatione Clericorum, Seraph. *dec.* 467. *n.*9. Rot. *dec.* 47. *nu.*4. *part.*5. *recent.* Deputatione Sacerdotum ad curam animarũ, ſan. mem. Greg. XV. *dec.* 434. *num.* 13. *in d. Marſicen. Iuriſdictionis* 17. *Februarij* 1647. coram R.P.D. meo Bichio, Collatione Sacramenti Confirmationis, Rot. *dec.* 129. *p.*3. *lib.*2. *diuerſ. in d. Salisburgen.* coram R.P.D. Rojas *in princ.* Reuiſione Computorum Burat. *d. dec.* 578. *n.* 5. Excommunicatione, & Abſolutione, idem Burat. *n.* 10. & *ſeqq.* & *præallegata Marſicen.* coram R.P.D. meo Bichio. Receptione Olei Sancti per Presbyteros prænominatorum Caſtrorum à Cathedrali Beneuentana, *cap. Presbyteri qui Diœceſanos* 123. *de conſecrat. diſtin.* 4. *gloſſ. in cap. dilectus, ibiq.* Card. *n.*3. Abb. *n.*4. *de off. Ord.* ſan. mem. Greg. XV. *d. dec.* 434. *num.* 13. *in mox allegata Salisburgen. Iuriſdictionis* corã R.P.D. meo Rojas, *in princ.* Et denique Contributione pro ſubſidio Triremium, Rota *in allegata Marſicen. Iuriſdictionis* 18. *Februarij* 1647. coram R.P.D. meo Bichio. 12

Qui omnes actus in Concurſu Collationum Beneficiorum, aliorumque actuum per dictum Archidiaconum factorum veniunt præferendi cum ſint plures, & potiores, illiſque arrideat Iuris aſſiſtentia & ab ea roborentur Innoc. *in cap. auditis, nu.*4. *de præſcript.* Comit. *dec.* 26. *num.*3. ſan. mem. Greg. XV. *deciſ.* 51. *nu.* 2. *cum aliis congeſtis in d. Marſicen. Iuriſdictionis* 26. *Maij* 1651. §. *non etiam, verſ. verum quia*, coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado. 13

Nec Archidiacono ſuffragantur Conſtitutiones anni 1355. continentes Archidiaconos habere in his Caſtris Diœceſim ſeparatam à Diœceſi Archiepiſcopali: non enim fuerunt

fuerunt habitæ in conſideratione, quia tanquam ſcandaloſæ reiectæ etiam fuerunt in Synodo à Cardinale Sabello in Archiepiſcopatu Succeſſore, eandemquè reprobationem confirmauit etiam Archiepiſcopus Palumbaria, & non loquuntur de Terra Collis:
14 † Atque ita per iſtarum Conſtitutionum reiectionem omnia reducuntur ad primæua Archiepiſcopalia Iura, in quibus erant ante prædictas Conſtitutiones, Rot. *dec.* 333. *n.* 4. *p.* 1. *diuerſ. dec.* 104. *nu.* 6. *part.* 6. *rec. in Ferrarien. Penſionis* 18. *Iunij* 1649. §. *nec ſuffragatur*, coram Reuerendiſſ. D. Decano.

15 Aſſertiones à dicto Archiepiſcopo Palumbaria, & à nonnullis Vicariis emanatæ cum ad dictas Conſtitutiones reiectas, & ab eodemmet Palumbaria damnatas relationem habeant, attendendæ non ſunt, Alex. *conſ.* 49. *num.* 6. *lib.* 7. Rom. *conſ.* 7. *n.* 3. *&* 4. *lib.* 3. Hond. *conſ.* 66. *n.* 54. *ad med. lib.* 1. Surd. *deciſ.* 291. *n.* 16. Rot. *deciſ.* 127. *n.* 6. *p.* 1. *diuerſ. & dec.* 158. *nu.* 4. *p.* 1. *recent.* Seraph. *deciſ.* 501. *n.* 1. Modernoquè Reuerendiſſ. Archiepiſcopo, eiuſque Succeſſoribus tales Archiepiſcopi Palumbariæ voluntariæ aſſertiones nocere nō poſſunt, Gloſſ. & DD. *in cap. fin. de præſcript.* Menoch. *conſ.* 30. *nu.* 26. Rota poſt Pacif. de Salu. *dec.* 39. *ſub num.* 5. *dec.* 290. *nu.* 20. *part.* 4 *tom.* 2. *recent. cum aliis in Brixinen. ſeu Nullius Iuriſdictionis* 19. *Nouembris* 1634. coram Reuerendiſſ. D. Salamantino, *in d. Marſicen. Iuriſdictionis* 17. *Februarij* 1647. §. *verum, verſ. & confeſſio*, coram R. P. D. meo Bichio, & de aſſertionibus Vicariorum Rot. *dec.* 48. *n.* 15. coram Mellino, *& dec.* 42. *n.* 10. *verſ. quidem Vicarius*, poſt Pacif. de Salu. Mant. *deciſ.* 41. *n.* 10.

Vltra quod cum ex ſupra recenſitis conſtet de continuato Iuriſdictionali exercitio Archiepiſcoporum, illæ vel præſumuntur inueriſimiles, vel erroneæ, & ſic neutro caſu ſunt in conſideratione habendæ; quemadmodum in primo caſu, Rota *deciſ.* 239. *n.* 12. *&* 18. *part.* 4. *recen.* In ſecundo Rot. *deciſ.* 14. *n.* 37. *& deciſ.* 283. *n.* 18. *part.* 6. *recent.*

16 Teſtes dati in Summario Archidiaconi *nu.* 3. qui dicuntur examinati vſque de anno 1602. in cauſa vertente in Congregatione Epiſcoporum ſunt ijdem, qui vt ſuprà deponunt, ſed non probant Immemorabilem, & in cauſa in qua fuerunt examinati Archidiaconus ſuccubuit. Idcirco inconueniens eſſet hodie in hoc Iudicio dictis Teſtibus illam præſtare fidem, quam in Iudicio vbi fuerunt examinati non meruerunt; Alex. *in l. ſæpè nu.* 60. *in fin. ff. de re Iudic.* Felin. *in cap. quamuis nu.* 9. *in fin. eod. tit.* Paz *de tenut. cap.* 32. *num.* 27. *& ſeqq.* Franc. *deciſ.* 158. *num.* 10. *in fin. in Britinorien. fideicommiſſi* 24. *Martij* 1642. §. *& quamuis, verſ. quando*, coram R. P. D. meo Bichio.

Proteſtationes quæ aſſeruntur factæ in nonnullis Viſitationibus non ſunt æſtimandæ, tanquam contrariæ facto, *cap. gratum de off. deleg. cap. ſollicitudinem de appell. l. cum in plures* §. *locator*, *ff. locat.* Barboſ. *cum ibi citatis axiom.* 194. *num.* 1.

17 Tandem ad comprobandam dicti Archidiaconi Iuriſdictionem in Caſtris controuerſis nil operari poſſunt enunciatiuæ Literarum Apoſtolicarum, Breuium, Pœnitentiariæ, & ſimilium, quæ tanquam modernæ, & ad ſupplicationem partis factæ nullam ſufficientem probationem inducunt, Abb. *in cap. dudum nu.* 3. *de decim.* Alex. *conſ.* 112. *n.* 2. *lib.* 7. Veral. *deciſ.* 335. *num.* 5. *part.* 3. *deciſ.* 154. *num.* 4. *part.* 2. *deciſ.* 552. *num.* 11. *& ſeqq. part.* 4. *tom.* 3. *recent.*

Ex quibus omnibus cum prætenſiones dicti Archidiaconi omnino ſublatę remaneant, Domini pro bono Iure Reuerendiſſ. Archiepiſcopi etiam ad effectum Manutentionis reſponderunt.

Et ita &c.

---

# R. P. D. CERRO

## Beneuentana Iuriſdictionis,

Lunæ 31. Ianuarij 1656.

*Ad cap. 60. parte 1. & iterum parte 2. cap. 3. §. 9. num.* 10.

## *ARGVMENTVM.*

Deciditur controuerſia iuriſdictionis inter Archiepiſcopum Beneuentanum & Archidiaconum qui prætendebat iuriſdictionem à tempore immemoriali acquiſitam in certis caſtris ſed tamen deciditur in fauorem Archiepiſcopi probantis exercitium plurium actuum iuriſdictionalium ex qua probatione eliditur allegata immemorialis ad quam euertendam ſufficit probare aliquos actus contrarios ex quibus probatio immemorialis dubia reddatur.

## SVMMARIVM.

1 *De Præſcriptione immemoriali deducendum eſt tempus Sedis vacantis.*
2 *Poſſeſſio immemorialis corroboratur ex variis adminiculis quæ recenſentur.*
3 *Iuriſdictio quaſi Epiſcopalis acquiri poteſt per tempus immemoriale.*

4 *Epiſco*



4 *Epiſcopus habet ſuam intentionem fundatam pro iuriſdictione in tota diœceſi*, & num. 11.
5 *Qui obtinet commiſſionem ſuper iactationibus non dicitur actor ſed reus.*
6 *Sola commiſſio non facit præuentionem niſi fuerit ſubſequta citatio partis.*
7 *Immemorialis coadiuuari poteſt ex aliis probationibus quæ cum ea non ſunt incompatibiles.*
8 *De eſſentia immemorialis poſſeſſionis eſt vt nihil factum aut dictum vnquam fuerit in contrarium & teſtes hoc dicere debent dum de immemoriali deponunt.*
9 *Ad effectum interrumpendi immemorialem ſufficit vnicus actus contrarius.*
10 *Scripturæ extractæ ex Archiuio publico ſeruatis ſeruandis fidem faciunt.*
12 *Actus poſſeſſorij facti ex cauſa vniuerſali influunt in omnem iuriſdictionem.*
12 *Confeſſiones prælatorum non præiudicant ſucceſſoribus.*
14 *Teſtibus deponentibus contra partis aſſertionem credendum non eſt.*

## DECISIO XI.

Completo ad inſtantiam D. Archidiaconi Beneuentani nouo proceſſu remiſſoriali renouata fuit coram Me præcedens controuerſia ſuper plenaria iuriſdictione Caſtrorum Cercellli, Collis, Pagani, Fonellati, Montis Vrſini, Sancti Angeli, & Rouatelle ſuper qua & mandatum de manutenendo & ſententiam diffinitiuam in petitorio Reuerendiſſ. D. Archiepiſcopus Beneuentanus à Rota impetrauerat præuiis duabus deciſionibus 13. Maij 1652. & 27. Ianuarij 1653. coram R. P. D. meo Zarate emanatis.

Informantes enim pro Archidiacono non reuocabant amplius in dubium ſituationem dictorum Caſtrorum in Diœceſi Beneuentana optimè comprobatam, tam in dictis deciſionibus ex teſtibus, inſtrumentis, & Planta pro D. Archiepiſcopo examinatis, & reſpectiuè productis, quàm ex ſeptem teſtibus pro Archidiacono nouiter examinatis, & relatis in ſecundo Summario D. Archiepiſcopi *num.* 12. *lit. A.* ſed acriter contendebant Archidiaconos pro tempore extitiſſe ab immemorabili in quaſi poſſeſſione exercendi iuriſdictionem in dictis Caſtris tam reſpectu viſitationis, & Cauſarum Ciuilium & Criminalium & Matrimonialium quàm etiam totius ordinariæ iuriſdictionis, cum ex dictis Septem teſtibus, quorum Secundus & Sextus tātum requiſitam habent ætatem annorum 54.
1 ante motam litem de anno 1646. † & deducto tempore ſedis Archiepiſcopalis vacantis, quod ad iſtum effectum eſſe deducendum firmauit Rot. coram Buratto *deciſ.* 673. *nu.* 13.
2 † omneſquè vniformiter deponunt cum requiſitis, gloſ. *in c.* 2. *verbo, immemorialis de præcript. in* 6. cum eius Summario *n.* 2. Concludenter probetur dicta quaſi poſſeſſio immemorabilis quæ etiam corroboratur tum antiquiſſimis enunciatiuis trecentum abhinc annis emiſſis in conſtitutionibus Archiepiſcopatibus anni 1355. dicto Summario *num.* 1. In Bulla Innocentij VIII. confirmatoria iuriſpatronatus de anno 1492. *num.* 3. & in aliis Literis Apoſtolicis Pauli III. de anno 1540. *n.* 4. Tum ex confeſſionibus plurium Archiepiſcoporum Beneuenti, imò & ex plurimis enunciatiuis ipſiuſmet D. Moderni Archiepiſcopi eodem Summario *n.* 6. *&* 7. *cum tribus ſequentibus* Tum ex quamplurimis collationibus Beneficiorum factis ab Archidiaconis pro tempore incipientibus ab anno 1485. vſque ad annum 1619. dicto Summario *num.* 5. Tum etiam ex literis patentibus deputationum officialium & ex proceſſibus criminalibus, ac de vita, & moribus dicto Summario *num.* 9. *&* 12.
3 † vt propterea potuerit Archidiaconus ex dicta immemoriali partim ita comprobata iuriſdictionem acquirere quaſi Epiſcopalem & territorium ſeparatum, vt notat Abb. *in cap. cùm contingat num.* 1. *de for. compet.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *cap.* 24. *nu.* 206. cum concordantibus allegatis in *Cauen. collationis ordinum* 27. *Iunij* 1654. coram R. P. D. meo Veroſpio §. *territorium autem verſ. ex qua ſeparatum.*

4 Sed his non obſtantibus reſolutum fuit ſententiam Rotalem eſſe confirmandam & dandum mandatum de manutenendo D. Archiepiſcopo quia iuſtificata ſituatione dictorum Caſtrorum intra fines ſuæ Diœceſis habet fundatam intentionem ſuam in aſſiſtentia iuris pro omnimoda iuriſdictione: *cap. conquærente de offic. Ordin. cap. cum Epiſcopus eod. tit. in* 6. *can. omnes Baſilicæ* 16. *q.* Roman. *conſ.* 180. *num.* 4. *verſ. habet enim Epiſcopus.* Federic. de ſen. *conſ.* 143. *num.* 6. *verſ. vnde ſi aliquis.* Rot. *deciſ.* 243. *ſub n.* 1. *part.* 2. *deciſ.* 368. *n.* 2. *& deciſ.* 697. *num.* 1. *p.* 8. recent. coram bonæ Memoriæ Merlino *dec.* 132. *n.* 1. *&* 2. *& deciſ.* 777. *nu.* 1. *&* 2. cum aliis allegatis *in prima deciſione* R. P. D. mei Zarate §. *vnde cum ex prædictis.*

Non obſtat dicta immemorabilis ex præfatis teſtibus nouiter examinatis deducta; quia licèt Dominis viſum fuerit eam non poſſe excludi, ſiue ex lite, vt dicitur introducta anno 1601. quæ efficeret vt dempto hoc tempore citrà decurſo, teſtes non attingerent vt opus eſt annum 54. ſiue ex quo conſtet de initio per dictas conſtitutiones anni 1355.

nam

nam principium litis non eſt ſumendum à
5 dicto anno 1601. ſed ab anno 1646. † cùm
tunc impetrata fuerit ſola commiſſio iacta-
tionis & iactationum Summario D. Archie-
piſcopi *num.* 8. quæ impetrantem facit reum,
non actorem, Rot. *in Placentina Cappellaniæ*
*8. Nouembris* 1602. coram Card. Pamphilio
ſen. §. *quod enim.*& coram Card. Caualer. *de-*
6 *ciſ.*587.*num.*1.† Et nec minus apparet repro-
ducta præuia citatione ad dicendum contrà,
vt requiritur ad effectum introducendi li-
tem: nam aliàs Impetrans potuit pœnitere,
provt pœnituiſſe cenſetur, dum non citauit
ad dicendum contra, vt dixit Rot.coram Bu-
ratto *deciſ.*138. *num.*2. *&* 3. *cum ſeqq.In Bene-*
*uentana Attentatorum* 2. *Decembris* 1648. co-
ram R.P.D. Peutingero, *in Reghinenſi Atten-*
*tatorum* 12. *Decembris* 1653. coram R. P. D.
meo Bichio §. 2. quod & prius *in Romana le-*
*gati* 4.*Iulij*. §. *licèt enim cum ſeqq.* coram Me.
7 † Conſtitutiones verò continentes quod
Archidiaconus habet iuriſdictionẽ non ex-
cludũt perneceſſe quod etiam ante habuerit
& ſic cùm non contineant neceſſariò acqui-
ſitionis initium ſunt compatibiles cum im-
memorabili eiquè famulantur, adeò quod
vtrumque poſſit allegari: *cap. cum perſonæ, de*
*priuileg.in* 6.ibiquè gloſ.*in verbo monitus.*Rota
*in Toletana decimarum* 16. *Martij* 1648. co-
ram R. P. D. meo Celſo, §. *exhibitio verò. In*
*Aſtoricenſi decimarum* 1. *Iulij* 1652. coram
R. P. D. meo Bichio §. *Aduerterunt*, *& in d.*
*Cauen. Collationis Ordinum* §. *Ad eliciendam*
*verſ.exinde verò.*

8 Attamen quia pro parte D. Archiepiſcopi
iuſtificantur plures actus iuriſdictionales in
Caſtris controuerſis ab eo eiuſquè anteceſ-
ſoribus exerciti ipſius Summario *n.*1. exinde
ſine dubio immemorialis euertitur; quia de
eſſentia requirit quod nihil vnquam dictum
aut auditum fuerit in contrarium; vt dixit
Rot. coram ſanctæ memoriæ Gregorio *deciſ.*
51.*num.* 3. *&* 4. ibique Addentes *litera B. in*
*recentior.deciſ.* 284.*n.*7.*p.*2.coram bonæ me-
moriæ Merlino,*deciſ.*554.*n.*3. *& in Marſicen.*
*iuriſdictionis*,18.*Februarij* 1647.§. *tandem ſen-*
*tentia verſ. omniſque penitus &* 11. *Decembris*
*eiuſdem anni* §. *ad euertendam*,coram R. P. D.
meo Bichio.Quatenus autem prædicti teſtes
Archidiaconi auſi fuerint contrarium affir-
mare, vel conuincuntur mendaces, vel ſal-
tem deteguntur non bene informati, quod
ſufficit ad excludendam ex eis immemorabi-
lem vt rectè in terminis reſpondit Rota co-
ram ſanctæ memoriæ Gregorio *deciſ.* 325.
*n.*18.*cum ſequentib.*

Et quamuis nonnulli ex dictis Actibus pro
D.Archidiacono adductis patiantur aliquam
difficultatem, nempe mandata relaxata vi-
gore obligationis Cameralis vel contra per-
ſonas ſubditas Archiepiſcopi & proceſſus
criminales pro delictis quæ non probantur
commiſſa in locis controuerſis.

Cæteri tamen actus viſi fuerunt releuan-
tiſſimi videlicet viſitationes annorum 1521.
1551. 1556. & 1560. quæ ſunt ante Sacrum
Concilium Tridentinum; & aliæ de annis
1575. 1592. & 1596. dicto Summario D.Ar-
chiepiſcopi *num.* 1. Citationes tam in ciuili-
bus quàm in criminalibus coram Archiepiſ-
copis executæ in locis controuerſis primo
Summario D. Archiepiſcopi *ſub n.*2. *&* 3. *li-*
*tera C.* Literæ dimiſſoriales Clericis horum
Caſtrorum ad ordines ſuſcipiendos conceſſæ
ab Archiepiſcopis quas etiam fatentur teſtes
Archidiaconi nempe 3. iuxta 13. ibi. *Circa*
*li Concorſi delle chieſe e le dimiſſoriæ ad ordines*
*gia l'ho detto, che le faceuano gl' Arciueſcoui &c.*
& 7.iuxta 11. ibi: *L'ordinatione de Preti, e le*
*Dimiſſoriæ per ordinarſi le faceuano parimente*
*gl' Arciueſcoui e queſto io lo ſo perche io ancora ho*
*hauuta la dimiſſoria del ſignor Cardinale Ari-*
*goni gia Arciueſcouo.* Item condemnatio ad
triremes Thomæ Gagliardi,necnon excom-
municatio Proſperi Alderigij de Cercello ob
violentam manuum iniectionem in perſo-
nam Ioannis Baptiſtæ Sauoni Diaconi dictæ
terræ Cercelli d. Summario D. Archiepiſco-
pi *ſub d.num.*1.*in fine.*Atque executiones diſ-
penſationum matrimonialium, dicto 1. Sum-
mario *num.*5.Interuentus Præsbiterorum di-
ctorum locorum ad Synodum *nu.*6. Exactio-
nes pro ſeminario, Contributiones ſubſidij,
Reuiſiones computorum,Concurſus ad Par-
rochiales ordinationes clericorum, Deputa-
tiones Sacerdotum ad curam animarum, &
Collationes Sacramenti Confirmationis,alij-
què actus ponderati *in dicta prima deciſione*
R. P. D. mei Zarate *ſub* §. *ceſſantibus itaque*;
† Iſti enim actus exuberant quia ad effectum 9
euertendi & interrumpendi immemorialem
ſufficit vnicus actus illi contrarius. Scrader.*de*
*feud.p.*10.*ſect.*20.*num.*157. Bero *conſ.*5.*nu.*23.
*lib.*1. Addentes ad ſanctæ memoriæ Grego-
rium *deciſ.*162.*num.*15. Rota *in dicta Marſi-*
*cen. Iuriſdictionis* 18. *Februarij* 1647. coram
R. P. D. meo Bichio *d.* §. *Tandem ſententia*
*verſ.& vnicus.*

Scripturæ verò illos comprobantes vti ex- 10
tractæ, ab Archiuio publico Archiepiſcopali
per Notarium ſucceſſorem optimè probant,
etiam ſine compulſoria & citatione partis;
Caputaq. *deciſ.*31. *num.*4.*part.*2.Rota coram
ſanctæ memoriæ Gregorio *deciſ.*3. *num.*1. *&*
2.ibique Addentes *litera A*,& coram Buratto
*deciſ.*337.*nu.*29.& *deciſ.*856.*num.*8. vbi quod
ſtatur illius aſſertioni, quod ſit notarius &
ſucceſſor.

Indequè



Indequè excluſa immemorabili nullius
ſunt releuantiæ enunciatiuæ,Collationes Be-
neficiorum, aliiquè actus per Archidiaco-
num ponderati; tum quia ſinguli benè tol-
luntur *in* 2.*deciſione* R.P.D.mei Zarate,§. *nec*
*magis, cum quatuor ſequentibus*, tum quia ſcri-
pturæ pro illorum iuſtificatione adductæ non
fuerunt extractæ ab aliquo Archiuio publi-
co, ſed à particularibus ædibus Archidiaconi
11 † quibus accedit iuris aſſiſtentia pro Archie-
piſcopo.Innoc.*in cap. Auditis num.* 4. *de præſcr.*
Comitol. *deciſ.* 26. *num.*3. Sanctæ memoriæ
Gregorius *deciſ.*51.*num.*2. cum aliis allegatis
*in eadem Marſicen.Iuriſdictionis* 26.*Maij* 1651.
§.*non etiam,verſ. verum quia*,coram Eminen-
tiſſ. Card. Corrado.

12 Quinimò pro conſecutione eius vniuer-
ſitatis Iuriſdictionis ſufficit D. Archiepiſco-
po etiam minimum actum exercuiſſe. Rota
coram Buratto *deciſ.*912.*num.*8. apud Poſt. *de*
*manut.deciſ.*310.*num.*9.& in *d. Marſicen. d.*§.
*tandem ſententia*; *verſ. cum pro conſecutione.*
13 † Adductæ autem confeſſiones Archiepiſco-
porum Eccleſiæ non præiudicant;*cap. partim*
*de Teſtibus.* Rot.*deciſ.*290.*num.*19.*&* 20. *part.*
8. *recent.*Cum aliis allegatis *in* 2. *deciſione* D.
mei Zarate §.*Cæteri verò,verſ.Præterquam.*

Vlterius addebatur quod omnes prædicti
teſtes Archidiaconi patiuntur multas rele-
uantes exceptiones,& ſignanter ſecundus &
ſextus ætatem ſufficientem habentes pro
probatione immemorialis redarguuntur de
errore;ſecundus enim affirmat iuxta octauum
Archiepiſcopos nunquam in dictis locis feciſ-
ſe actus iuriſdictionales, & tamen ipſe inter-
fuit viſitationi factæ per Archiepiſcopum
Palumbarum anno 1596. provt etiam inter-
fuerunt alij à quibus ipſe aſſeruit audiuiſſe
Archiepiſcopos multos actus ibidem peregiſ-
ſe dicto ſecundo Summario *num.*1.*lit.A.* ſex-
tus verò iuxta nonum aſſeruit Archidiaco-
nos feciſſe concurſus & tamen contrarium
deponunt omnes alij teſtes, atque contra-
rium articulauit ipſemet Archidiaconus in
articulis ſuper quibus dicti teſtes fuerunt
14 examinati.† Cui propterea non creditur.Ro-
ta *deciſ.*216.*n.*4. *part.*1. *recent.* coram Card.
Seraph. *deciſ.* 433. *num.* 7. coram Sanctæ
memoriæ Gregorio *deciſ.* 357. *num.* 3. & *in*
*Camerinen. penſionis* 25. *Iunij* 1640. coram
R.P.D. meo Bichio §.*& omnes.*

Circa collationes autem Beneficiorum
iterum dixerunt Domini quod particulari-
ter videatur vt *in dicta deciſione* Domini mei
Zarate §.*vltimò.*

Et ita vtraque, &c.

## R. P. D. MELTIO

### Bononien. Iuriſpatronatus.

Mercurij 27. Iunij 1657.

*Ad cap.*192.*num.*12. *&* 18. *& cap.*87.

### *ARGVMENTVM.*

IN paruis vniuerſitatibus ceſſat præſumptio vſurpationis Iuriſpatronatus,ideò illius pertinentia probatur probationibus ordinariis;nec opus eſt adhibere rigoroſas per Concilium Tridentinum requiſitas:ſufficiunt ergo antiquiſſimæ præſentationes effectuatæ, antiquæ inſcriptiones, teſtium depoſitiones, immò & in certis caſibus antiqua inſtrumenta quæ immemorialem probant, ſi nullum certum contineant initium. Prouiſiones Apoſtolicæ quibus in caſibus præiudicent alicui in iurepatronatus illi competenti.

### SVMMARIVM.

1 *Iuriſpatronatus exacta requiritur probatio propter potentiã, vel ob inueriſimilitudinẽ.*
2 *Hoc tamen locum non habet dum agitur de parua vniuerſitate in qua non adeſt præſumptio vſurpationis.*
3 *Iuſpatronatus inueriſimilitudo locũ non habet quãdo agitur de parua vniuerſitate, & illud non ſpectat ad ſingulos vti ſingulos, ſed vti vniuerſos, & tanquam vnum corpus.*
4 *Probatio ordinaria, & non rigoroſa iuriſpatronatus ſufficit quando agitur de parua vniuerſitate vti vnum corpus.*
5 *Inſcriptiones publicæ quando faciant fidem.*
6 *Immemorialis poſſeſſio, vel præſentationes per longiſſimum tempus effectum ſortitæ probant iuſpatronatus.*
7 *Præſentationes continuatæ quo caſu vim habeant immemorialis poſſeſſionis.*
8 *Præſentationes continuatæ multum iuuant ad probationem iuriſpatronatus.*
9 *Immemorialis quo caſu probari poſſit per ſcripturas.*
10 *Papa cenſetur reſeruare iura patronorum.*
11 *Sententia eſt nulla ſi pars expreſsè ad eum non ſit citata.*
12 *Prouiſiones Apoſtolicæ non mutant ſtatũ beneficij quoad iura patronorum, Limita* n.13.
14 *Sententia quando non noceat patronis.*
15 *Immemorialis non tollitur ex actibus dubiis.*
16 *Quæ ſint adminicula ex quibus corroboratur probatio iuriſpatronatus.*

## DECISIO XII.

VAcauit de anno 1649. per mortem Dominici Palmerini Eccleſia Parochialis S. Michaëlis loci Capugnani, quam prætendens Communitas dicti loci eſſe de Iurepatronatus ipſius, ad illam præſentauit Ioannem Palmerinum, cuius præſentationis occaſione orta lite inter homines, & Communitatem eiuſdem loci Capugnani ex vna parte, & Menſam Archiepiſcopalem Ciuitatis Bononiæ ex altera ſuper dicto Patronatu, illa diſcuſſa fuit in Rota Bonon. quæ ſuam protulit ſententiam ad fauorem hominum dictæ Communitatis, per quam fuit declaratum conſtare de Iurepatronatus, introducta deinde huiuſmodi cauſa in Rota in gradu appellationis ad inſtantiam Menſæ Archiepiſcopalis coram R. P. D. meo Celſo emanauit ſententia primæ confirmatoria, qua nondum contenta dicta Menſa Archiepiſcopalis obtinuit illam de nouo committi R. P. D. meo Veroſpio à quo promulgata fuit ſententia duarum præcedentium reuocatoria.

1 Commiſſa mihi demùm in alia inſtantia dubitaui, an vltima ſententia ſit confirmanda, vel infirmanda, & propoſito hodie dubio DD. reſponderunt, eam eſſe infirmandam, quia licet Sac. Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9.* ex duabus rationibus præſumat vſurpationem Iuriſpatronatus in perſonis, ſeu in Communitatibus, vel Vniuerſitatibus, videlicet, ob potentiam perſonarum, vel ob inueriſimilitudinem, quòd multarum familiarum, ſeu hominum concurſus pro conſtructione, ac dotatione Patronatus conuenerit, vt aduertit Lotter. *de re Benefic. lib. 2. quæſt. 13. num. 35. & ſequent. cum alijs in deciſ.* R.P.D. mei Veroſpij *in hac cauſa edita allegatis in principio*, cum inueriſimilitudo præſe ferat quandam falſi imaginem, vt monet Bald. *in l. 1. n. 16. C. de ſeru. fugit*
2 Fràc. Becc. *cõſ. 62. n. 72. & ſeq.* † Tamen in hoc caſu ceſſare viſa fuit quæcunque vſurpationis præſumptio, nam illa deducta ex potẽtia non poteſt applicari Communitati Capugnani, quæ eſt parua Vniuerſitas compoſita ex paucis hominibus nullam habens iuriſdictionem in loco Beneficij, vt firmauit deciſio pariter in hac cauſa emanata coram R. P. D. meo Celſo 1. *Iulij* 1654. *ſub §. quæ præſumptio*, cui propterea Archiepiſcopus Bonon. Prælatus tam magnæ exiſtimationis abſque vllo timore quandocunque ſe opponere potuiſſet, maximè in Ciuitate Bononiæ in qua ſemper reſidet Cardinalis Legatus nemini denegans Iuſtitiam, quòd vt tollat quamcunque præſumptionem obiectæ potentiæ contra Ciues, firmauit Rota *deciſ. 282. ſub n. 25. par. 7. recent.*

Minuſquè intrare poteſt altera præſumptio 3
vſurpationis deſumpta ex inueriſimilitudine, quæ cadit etiã in paruis Vniuerſitatibus, non obſtante, quòd illæ quacunque iuriſdictione careant, vt firmatum fuit *in d. dec.* R.P.D. mei Veroſpij *in princ.* quia hìc non tractatur de Iurepatronatus, quod prætendatur ab hominibus dictæ Communitatis Capugnani, vti ſingulis, eo, quia ipſi de ſingulorum proprio contribuiſſe præſupponant in fundatione, & dotatione Eccleſiæ, quo ſanè caſu ad ius plerũque ex vſurpatione potiùs quæſitũ præſumi ſolet, vndè plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiritur, vt per Viuian. *de Iurepatr. lib. 11. cap. 59. n. 7.* Sed agitur de Vniuerſitate, provt eſt corpus, & perſona ficta repræſentans ſolum populum, quæ habet bona propria cũ quibus potuit fundare, & dotare Eccleſiam, ſicuti pro ea fecit plures impenſas, & inter alias conſtruẽdo Campanile, reaptando Tribunam, & extruendo in altera Eccleſia vnam Cappellam, & hæc omnia ex ære publico ipſius Communitatis citra aliquam contributionem ſingulorum, & quia hìc prorsùs ceſſare videtur ratio in qua fundatur aſſerta inueriſimilitudo. † Ideò ad pro- 4
bandum hoc Iuſpatronatus requiritur ſolùm ordinaria probatio, non autem illa rigoroſa ſancita per Conc. *in d. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9.* Adden. ad Buratt. *deciſ. 551. num. 16.* & dixit Rota *in Cracouien. Parochialis 24. Ianuar. 1628.* coram bon. mem. Merlin. & firmatum etiam fuit in prima deciſione edita ad fauorẽ Communitatis R.P.D. meo Celſo, & ratio eſt ſatis euidens, quia ceſſante potentia, & inueriſimilitudine; eſt ſolùm quærendum, vt probetur factum, quod poteſt probari verè, vel præſumptionibus, vt in omnibus perſonis, & Vniuerſitatibus in quibus ceſſat dicta ratio potentiæ, & inueriſimilitudinis.

Ad hanc etiam inueriſimilitudinem tollen- 5
dam valdè faciunt Inſignia Communitatis poſita in Tribuna dictæ Eccleſiæ, & ſimiliter inſcriptio poſita in eadem Tribuna ſub his verbis. COMMVNE CAPVGNANI, OPVS HOC ÆRE PROPRIO FIERI CVRAVIT. Rot. *in rec. deciſ. 482. n. 4. part. 1. & dec. 172. n. 5. par. 3.* coram Caualer. *deciſ. 378. n. 1.* & coram Coccin. *deciſ. 230. n. 1.* Inſcriptiones enim tunc ſolùm permittuntur quando nihil continent, quod à veritate ſit alienũ Rot. coram Merlin. *deciſ. 456. num. 51. & in Bononien. Iuriſpatronatus 16. Ianuar.* 1608. coram Sacrato, *quæ eſt deciſ. 171. part. 3. rec. confirmata 27. Iunij* 1608. coram Eod. *& eſt deciſ. 191. ead. part. 3.*

At eſtò etiam quòd fieri deberet illa rigo- 6
roſa probatio in hoc caſu, quæ requiritur per Concilium in omnibus perſonis ſuſpectis de vſurpatione, hæc optimè reſultat ex præſentatio-



ſentationibus factis per eandem Communitatem Capugnani, & effectuatis per ſpatium 200. & ampliùs annorum, nempè ab anno 1413. vſque ad annum 1649. de quo tempore lis cæpta fuit, & ſic per annos 236. cum tamen etiam in terminis Concil. ſufficiant anni 150. ſub quibus includitur ſecundum requiſitum dicti Concilij de continuatis præſentationibus effectũ ſortitis ſpatio 50. annorum, dùm de his docetur per publica inſtrumenta, & quia dictæ continuatæ, & effectuatæ præſentationes nullum præſe ferunt principium acquiſitionis, dicitur conſtare de immemorabili, ſaltem ex indirecta probatione, quæ ſufficit, vt in his terminis fuit latè reſolutum *in Bonon. Archipræsbyteratus 23. Martij* 1648. coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado §. *neque præfatis obſtat*, & ratio eſt, quia præſentationes effectum ſortitæ in vltimis 50. annis ſatisfaciunt, vt iam dixi vni ex requiſitis per Con-
7 cil. *in d. cap. 9. ſeſſ. 25. de reformat.* † aliæ verò habent vim immemorabilis, quotieſcumque non conſtat de initio contrario, vel aliqua collatio in contrarium non oſtenditur, Pariſ. *de conſid. q. 28. n. 259. verſ. & aliàs dubitatum fuit, & n. 260.* Garz. *de benef. part. 5. cap. 9. num. 107. & n. 109.* Rot. *diuerſ. deciſ. 577. per tot. par. 4.* & coram Seraph. *deciſ. 1141. n. 1. & ſequent. & num 9. & 10.* Achill. *deciſ. 4. de iurepatronatus*; vt latè fuit etiam firmatum *in Mediolanen. Prioratus 14. Martij* 1646. coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado, *& in Lucana Iuriſpatronatus 10. Ianuarij* 1645. coram Reuerendiſſ. Terracinen..

8 Non obſtant multæ exceptiones datæ ex parte Menſæ Archiepiſcopalis præſentationibus factis à Communitate Capugnani ad Eccleſiam controuerſam, quia cum dictæ præſentationes habuerint effectum ſuum mediantibus inſtitutionibus, iſtæ confirmarunt ius quæſitum ex dictis præſentationibus quibuſcunque non obſtantibus; Modernus Piſan. *de Iurepat. lib. 6. cap. 10. num. 31.*

9 Provt etiam non refragatur, quòd in hoc caſu, immemorabilis probari debeat per Teſtes cum requiſitis, Gloſſ. *in cap. 1. de præſcript. in 6. ſub verb. memoria*, non autem per ſcripturas, vt Rot. firmauit coram Greg. XV. *deciſ. 52. num. 4. & deciſ. 126. num. 20. part. 5. recent.* Quia licèt Regulariter huiuſmodi probatio fieri ſoleat per Teſtes, non tamen excluditur, quin fieri poſſit etiam ex ſcripturis antiquiſſimis, nullum præſeferentibus principiũ, cum illa dicatur probatio per indirectum immemorabilis ex ſupra allegatis, quibus addi poteſt Ricc. *in praxi iuriſpatronat. reſol. 70. per tot. & reſol. 121.* Modern. Piſan. *de Iurepatronatus lib. 11. cap. 5. num. 44. & ſeqq.* Rot. coram Buratt. *deciſ. 435. num. 9.*

Sed re verà accedunt etiam pro immemorabili depoſitiones Teſtium formiter examinatorum cum requiſitis d. gloſſ. *in cap. 1. de præſcript. in 6.* & licèt contra illos *in dec.* R.P.D. mei Veroſpij *ſub §. Quæ ſanè probatio*, obijciatur, eos non concludere talem immemorabilem, dùm inter alias præſentationes commemorant illam Lactantij Zannini ſequutam ſub die 3. Maij 1580. qui licet à Communitate illam acceperit, poſſeſſionem tamen huius Eccleſiæ nullatenùs fuit conſequutus, ſed eam tanquam liberæ collationis ſucceſſiuè retinuit, & ex hoc præſupponitur reſultare excluſionem probationis immemorabilis, cum iſte actus liberæ collationis repugnet, ac ſit omninò contrarius immemorabili.

Huiuſmodi tamẽ obiectum minimè ſubſiſtere Dominis viſum fuit, quia licèt dictus Lactantius Zanninus fuerit prouiſus de anno 1582. de huiuſmodi Parochiali Eccleſia tãquã de libera à Sede Apoſtolica, nihilominùs põderatum fuit, quod Papa in ſuis literis non confert; ſed in illis continetur tantummodò mandatum de conferendo, quod fuit directũ Vicario Imolæ ſub hac conditione, & præſeruatiua. *Quatenùs hæc Eccleſia Parochialis non eſſet de Iurepatronatus*; ad dictus Vicarius non contulit ex quo verificata fuerit dicta clauſula, ſed pronunciauit in contumaciam, quia coram ipſo Communitas Capugnani non docuit de ſuo Iurepatronatus, & iam ipſe Lactantius Zanninus reperiebatur in poſſeſſione dictæ Parochialis vigore conſenſus reportati à Communitate, dùm illa ei reſignata fuit à Martino Zannino de anno 1580. *vt in Summ. Communitatis num. 1.* Vnde apparet per dictam ſententiam non fuiſſe illatum aliquod præiudicium Communitati. † Nam Papa 10
præſeruauit Ius cuiuſlibet quatenùs Eccleſia eſſet de Iurepatronatus alicuius, ex latè deductis *in d. Mediolanen. Prioratus 14. Martij 1646.* coram Eminentiſſ. D. Cardinali Corrado, *& in Bononien. Archipræsbyteratus 23. Martij* 1648. coram Eodem.

Eòquè minùs dicta ſententia afficit Com- 11
munitatem, cum nulla ſit ex defectu citationis, quæ præcedere debeat nominatim ipſam ſententiam, vt declarat Text. *in Clem. ſæpè*, & ibi gloſſ. *de verb. ſignif. Afflict. deciſ. 182. num. 3.* Capic. *deciſ. 1. num. 35.* Rot. *deciſ. 17. de re iudic. in nou.* Mantic. *deciſ. 291.* Imò debebat eſſe adeò ſpecifica, & expreſſis verbis ad ſententiam concepta, vt nec virtualis comprahenſio illius, nec æquipollentia verba admittantur Rom. *conſ. 369. num. 8.* Rot. coram Sa. me. Greg. XV. *deciſ. 209. num. 4.* vbi Add. *num. 7.* Et coram Card. Caualer. *deciſ. 376. num. 1. & in recent. deciſ. 486. num. 7. part. 2.*

12 Omittendum nequè eſt, quòd prouiſiones Apoſtolicæ nunquam nocent Patronis, nequè mutant ſtatum Beneficij Iuriſpatronatus; ita plurièſ tenuit Rot. prout refert Ricc. *in prax. rer. for. Eccleſiaſt. deciſ.* 289. *part.* 3. Caſſad. *deciſ.* 6. *num.* 5. *de Iurepatronatus.* Seraph. *deciſ.* 799. *num.* 3. *& deciſ.* 1367. *num.* 4. & fuit reſolutum *in dicta Lucana Iuriſpatronatus* 29. *Ianuarij* 1644. coram Reuerendiſſimo Terracinen. *ſub §. non obſtant, & in d. Mediolanen. Prioratus §. Præſentationes verò,* coram Eminentiſſimo Domino Corrado: 13 † quod tamen procedit, niſi Papa haberet notitiam Iuriſpatronatus, & vellet nihilominùs mutare ſtatum Beneficij, nam tunc eius prouiſio noceret, necnon mutaret ſtatum talis Beneficij, ad tradita per Seraph. *dec.* 1301. *num.* 2. cùm igitur pateat ex predictis, quòd Papa nedùm noluit immutare ſtatum Beneficij, ſed potiùs præſeruauit Iuſpatronatus, multò minùs potuit illum mutare ſententia Ordinarij Imolen. ſeu eius Vicarij. Caſſad. *deciſ.* 7. *n.* 2. *de Iurepatronatus.* Mar. Antonin. *variar. reſol. lib.* 3. *reſol.* 113. *caſu* 20. Rot. poſt Viuian. *de Iurepatronatus deciſ.* 29. *& deciſ.* 30. *vtrobique num.* 9. maximè cum illa prolata non fuerit iuxta formam literarum Apoſtolicarum ſcilicet citatis Patronis, aut Communitate Capugnani ex ſupradictis.

14 Inſuper valdè ante tempus quo lata fuit huiuſmodi ſententia ad fauorem Lactantij Zannini, ille reperiebatur in poſſeſſione huius Eccleſiæ, quam acquiſiuit vſquè de anno 1580. ex conſenſu præſtito ab hominibus Capugnani reſignationi ad eius fauorem factæ de controuerſa Eccleſia à Martino Zannino, & dicta ſententia emanauit de anno 1587. & cum Iudici non innotuerit Iuſpatronatus, non ideò excluſa fuit Communitas Capugnani Patrona à probationibus facien. Rot. *deciſ.* 29. *n.* 18. *inter impreſſ.* poſt Viuian. *de Iurepatronatus,* quas cum poſtea fecerit ſequuta vacatione huius Beneficij per obitum dicti Lactantij coram Ordinario Bononien. ad illud ſucceſſiuè præſentauit Dominicum Palmerinum, qui inſtitutus fuit, data priùs ſententia ſuper pertinentia Iuriſpatronatus ad fauorem hominum d. Communitatis Capugnani, à qua per menſam Archiepiſcopalem Bononiæ, cum non appareat, fuiſſe appellatum, cenſetur facto proprio illam approbaſſe, atquè confirmaſſe ex latè congeſtis per Rotam *in Romana locorum Montium* 3. *Iunij*
15 1650. coram Me. † Quapropter ex præfata ſententia Vicarij Imolæ, eliſa non fuerunt dicta Teſtium, nequè interrupta remanſit immemorabilis, quæ nunquàm interrumpi ſolet ex actibus dubiis, atquè incertis, & qui ineffectuati, ac ſuppreſſi prorsùs extiterunt; Rota *in d. Bononien. Archipresbyteratus* 23. *Martij* 1648. §. *quia præter*, coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado.

Demùm corroboratur bonum ius Com- 16
munitatis circa huiuſmodi Iuſpatronatus ex pluribus enunciatiuis antiquiſſimis emanatis ab Ordinariis Bononiæ occaſione viſitationum per eos factarum, *vt in Summ. Communitatis num.* 10. quæ habent vim famæ, Rota *in Gerunden. Beneficij* 20. *Iunij* 1597. coram Orano, Put. *dec.* 209. *lib.* 2. & vt iſtæ valdè adminiculentur probationem Iuriſpatronatus firmauit Rot. corã Eminentiſſ. D. Card. Otthobono *deciſ.* 234. *n.* 19. & quotieſcunque dictæ antiquæ enunciatiuæ habẽt annexam etiam quaſi poſſeſſionem præſentandi per longum tempus, vt in iſto caſu, probant Iuſpatronatus etiam contra Tertium, Rot. penès Achil. de Graſſ. *deciſ.* 7. *n.* 1. *de Iurepatronatus in rec. dec.* 13. *n.* 1. *dec.* 211. *n.* 1. *in fin. & deciſ.* 312. *n.* 6. *par.* 1. & coram Buratt. *deciſ.* 172. *n.* 22. *& ſequent.* vbi Add. *n.* 33. *verſ. Quando verò.* Non deſunt etiam ſententiæ Ordinariorum canonizatoriæ talis Iuriſpatronatus, & ſignanter illa data occaſione inſtitutionis Dominici Palmerini, quibus valdè eſt deferendum, ea ratione, quia ipſi ſunt optimè informati de qualitatibus Beneficiorum, quæ vnuſquiſque eorum habet in ſua Diœceſi, & quia non ſolent de facili canonizare Patronatum, cùm hoc tendat in eorum præiudicium; Lotter. *de re Benef. lib.* 2. *q.* 13. *num.* 142. *&* 152. Mantic. *deciſ.* 350. *n.* 3. *&* 4. Buratt. *deciſ.* 142. *n.* 12. Rot. *deciſ.* 413. *n.* 1. *part.* 1. *recent.* Et dictum fuit *in Bononien. Iuriſpatronatus de Butrigariis* 16. *Martij* 1643. coram bon. mem. Bichio, *& in d. Mediolanen. Prioratus* 14. *Martij* 1646. §. *Tertiò duæ ſententiæ*, coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado.

Et ita reſolutum fuit vtraque parte acerrimè informante, &c.

---

# R. P. D. BICHIO

Bononienſis ſucceſſionis de Zanis,

Mercurij 9. Decembris 1654.

*Ad cap.* 192. *vol.* 2. *& de Penſionib. cap.* 69.

## *ARGVMENTVM.*

RENuncians intuitu ingreſſus in Religionem Societatis Ieſu, ſi appoſuerit pactum reſolutiuum in caſum egreſſus, recuperat bona & ſucceſſiones, ſi etiam poſt emiſſa tria vota egrediatur de licentia ſuorum Superiorum. Et quæ requirantur ad hoc vt egreſſus dicatur iuſtus? Votum redeundi non obligat, niſi à legitimo Superiori fuerit acceptatum; Ad purificandam autem conditionem reſolutiuam ſolùs egreſſùs de facto ſufficit, ſtatutum laicorum quando comprehendat laicos profiteri volentes.

## SVMMARIVM.

1 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, fauet etiam legitimatis.*
2 *Religioſi Societatis Ieſu ſuccedere poſſunt ad nutum ſuorum Superiorum.*
3 *Dimiſſus à dicta religione, non liberatur niſi iuſtis cauſis concurrentibus.*
4 *Exiens à Religione ſimulatè ſeu animo redeundi non cenſetur exiiſſe.*
5 *Iuſtæ cauſæ exeundi à Societate prædicta probantur per aſſertionem Patris Generalis.*
6 *Reo ſatis eſt ſi actoris probationes dubias reddat.*
7 *Votum redeundi ad Religionem requirit acceptationem Superioris ad illud acceptandum poteſtatem habentis & quæ ſit differentia, Voti in vniuerſum, & illius quod ſit ad certam Religionem.*
8 *Egreſſus in renunciatione reſeruatus ſufficit ad purificandam conditionem reſolutiuam, quod fiat de facto.*
9 *Statutum laicorum conditum ad publicam vtilitatem afficit perſonas Eccleſiaſticas.*
10 *Contrarium verius eſt propter defectum poteſtatis laicorum.*
11 *Statutum excludens ſecundogenitum locum habet, etiamſi ſecundo genitus poſtea Clericus fiat.*
12 *Hoc eſt verum ſi agatur de hæreditate iam delata ante Clericatum, ſecùs ſi poſtea deferatur.*
13 *Quod maximè locum habet quando verba ſtatuti referuntur ad Tempus delatæ hæreditatis.*
14 *Deciſio Putei* 99. lib. 3. in antiquis, *eſt mendoſa.*
15 *Confirmatio Pontificia ſtatutorum non intelligitur comprehendere illa, quæ ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam.*

## DECISIO XIII.

CEnſuerat Rota ſub die 17. Maij 1641. immiſſionem in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum Comitis Angeli de Zanis non eſſe dandam Fabroniæ, ſiue Monaſterio Monialium Sanctiſſimæ Trinitatis, in quo



profeſſa erat, ſed Carolo defuncti nepoti, licèt illa tanquam Soror Germana proximior eſſet defuncto, & Carolus ingreſſurus Religionem Societatis IESV quibuſcunque hæreditatibus renunciaſſet, & in eadem Societate tria Vota, quæ ſimplicia vocant emiſiſſet, quia concurſum Sororis tollit ſtatutum Bononiæ excluſiuum fœminarum propter maſculos, ſub *rubr. de ſucceſſ. aſcenden. & Collater. §. d. verò Fratres*, quod fauet etiam maſculis legitimatis qualis erat Carolus, † emiſſio 2
autem trium Votorum ſimplicium iuxtà Conſtitutiones Societatis Ieſu non reſiſtit acquiſitioni tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato ad nutum Superioris, eo minus poſtquam Carolus cum licentia Patris Generalis fuerat è Religione egreſſus; Vnde etiam euanuit ipſa renunciatio cum eſſet concepta ſub expreſſo pacto reſolutiuo in caſu egreſſus è Religione, vt latius hæc omnia comprobantur *in deciſione editâ* coram Me *dicta die, & anno* 1641.

Quam Partes approbarunt mediante tranſactione paulò poſt inita, & ferè hactenus obſeruata; cuius effectus extinctiuus litis cum fuerit nuper euacuatus ſpeciali reſcripto Sanctiſſ. D. Noſtri emiſſo in plena Signatura Gratiæ, Monaſterium præfatarum Monialium, vna cum Co. Carolo Antonio Zanô primam litem, etiam vigore nouæ commiſſionis proſequendo, duo vt à deciſis recederetur, obiecit, nempe pactum reſolutiuum ſupramemoratæ renunciationis non fuiſſe purificatum per egreſſum Caroli è Societate Ieſu, & Moniales non ſubiacere ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos.

Primum obiectum eduxit negando egreſ- 3
ſum Caroli fuiſſe licitum, quia nulla concurrebat ex cauſis ad hunc effectum requiſitis, & enumeratis à Caſtro Pal. *oper. moral. tom.* 3. *diſput.* 4. *punct.* 20. *num.* 7. *& ſeqq. qui num.* 9. ſubdit aliter dimiſſum non liberari à nexu Religionis, Sanchez *ad præcept. decal. lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 66. Suarez. *de Relig. tom.* 4. *lib.* 3. *cap.* 9. *numer.* 11. *& ſeqq.* † necnon aſſerendo 4
Carolum tempore egreſſus vouiſſe coram Patre Prouinciali reditum ad Religionem, ſtatim ac negotia quædam temporalia, ob quæ egrediebatur compleuiſſet, & ſic egreſſum fuiſſe ſimulatum ſub colorato prætextu vtilitatis, neque exinde purificatam conditionem adiectam pacto reſolutiuo renunciationis, quia non dicitur exire, qui exit animo redeundi, *l. quid ſit fugitiuus ff. de edilit. edict.* Bald. *in l.* 1. *num.* 27. *Cod. de ſer. fugit.* Gonz. *ſuper reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 43. *num.* 5. *& ſeqq.* Rot. coram ſan. memor. Gregor. XV. *deciſ.* 70. *n.* 5.

Verùm informantes pro Collegio reſpon-
debant de iuſtis cauſis egreſſus conſtare ex. 5

aſſertione Patris Generalis cui iuxtà ſuas facultates adhibenda eſt fides, Sanch. *d. lib.6. cap.9.numer.62.& ſeqq.* Suar. *de relig. d. lib. 3. cap.9.num.15.in princ.* Caſtro Pal. *d. punct.* 20. *num.*8. aſſertum autem votum redeundi non probari ſcripturis informibus in id productis, eo minus pugnantibus hinc inde teſtibus, & concurrente contrario facto decennalis perſeuerantiæ Caroli in ſæculo, in quo obijt, declarato ſæpiſſimè animo ducendi vxorem, adeoquè fidentis de ſuſceptione liberorum vt ex ſe naſcituros in vltimis tabulis morti
6 proximus hæredes inſtituerit, † ſatiſque eſt dubias reddere probationes actoris ne ſuffragentur, *cap. in præſentia de probat.* Caſtr. *in l. penult. §. docere num.45. ff. ne quis eum.* Dec. *conſ.* 37. *ſub n.9.* cum aliis allegatis in *Aſten. Coadiutoriæ* 21. *Iunij* 1652. coram R. P. D. meo Celſo.

7 Nec idem Votum (eſto quod probaretur) releuaret niſi cognitum, & acceptatum fuerit à Superiore, ſufficienti ad hoc poteſtate ſuffulto; nam alioquin non obligaret ad redeundum; quippe obligatio, quam inter Religionem, & Religioſum vota ſimplicia pepererant non ſuſpenſa, ſed omnino ſublata ſemel ex vtriuſque libero conſenſu reuiuiſcere præciſè, & arctare ad ingreſſum non potuit niſi vtroque iterum conſentiente, vt diſtinguendo inter votum Religionis in vniuerſum, & alicuius Religionis determinatæ, probant Diuus Thomas *in 2. 2. quæſt.* 189. *art.3. in reſponſione ad* 2. & ibidem Caietanus *verſ. ad hoc dicitur*, Azor. *Inſt. moral. part.1. lib. 11. cap.23. q.5.* CaſtroPal. *oper. moral. tom.* 3. *tract.16. diſput.1. punct.3. n.10. & ſeqq.* Sanch. *in præcept. Decal. lib.4. cap.15. n.28.*

8 Vt propterea fateri ſemper oporteat conſtare de vero egreſſu tam de iure quàm de facto licèt ad purificandam conditionem pacti reſolutiui ſolum factum ſufficeret, *l. mæuius ff. de cond. & demonſtr. l. filius familias §. cum quis rogatus ff. leg.* 1. Caſtren. *in l. ſi marito §.1. n.2. ff. ſolut. matr.* Rot. *in Romana fideicommiſſi de Soricijs* 22. *Maij* 1643. coram Reuerendiſſ. D. Epiſcopo Salamantino; quamuis modico tempore duraſſet, *l. ſi quis hæredum Cod. inſtit. & ſubſtit.* Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. *deciſ.* 5. *num.* 10. alijque relati ab Altograd. *conſ.54. num.100. conſ.60. num.1. & 4. lib.* 1. & in puncto Moder. Placentinus, è Societate Ieſu *in Manual. Regular. tract.2. cap. 9. n.62. quæſt.30. & n.63.*

Replicabant informantes pro Monaſterio ſcripturas ad probandum votum productas eſſe in forma probanti, coadiuuari ex quo Carolus viuens curauit abſolutionem à voto regrediendi ad Religionem animo poſt abſolutionem ducendi vxorem, idemquè probari poſſe coniecturis, neque teſtes eſſe diſcordes.

His, & aliis diligenter ponderatis concor- 9
dia non fuerunt ſuper hoc obiecto ſuffragia Dominorum, & ex ſolo ſecundo capite proximioritatis gradus præferente ſororem patruo in ſucceſſione inteſtata fratris, *l. conſanguinitatis Cod. legit. hæred. §. ſi igitur defunctus il 2. Auth. de hæred. ab inteſt.* receſſum fuit à deciſis, non ſuffragante ſtatuto excluſiuo fœminarum in præiudicium Monialium, & Monaſterij, etiam ſi longè poſt illud conditum Fabronia Soror Monaſticam profeſſionem emiſerit, vt enim ſtatutum laicorum afficiat perſonas Eccleſiaſticas emanaſſe ad publicam vtilitatem, & honeſtum, ac fauorabile eſſe quale cenſeri ſtatutum excluſiuum dixit, Rota *in Spoletana ſucceſſioni* 19.
*Iunij* 1651. coram R. P. D. meo Celſo, † non 10
ſufficiat cum ſemper deficiat poteſtas, imò, & voluntas ſtatuentium in Eccleſiaſticos copulatiuè neceſſaria, Dec. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, numer.186. & 187. de conſt.* Garz. *de vlt. fin. num. 159. in fin. verſ. nec obſtat ratio.* Surd. *conſ.301. num.18.* Ambroſin. *de Immunit. Eccl. cap. 121. numer. 13. & ſeqq. vſque ad 29.* & proinde nec dici poteſt ſublatum à ſtatuto ius commune quoad ſucceſſionem, ita vt hæreditas non deferatur amplius iure communi, ſed municipali, vt ratiocinatur Caſtr. *conſ. 304. col. penult. lib.* 1. quia hoc non militat niſi quoad perſonas laicas, quas ſtatuentes voluerunt, & potuerunt excludere, vt in ſpecie reſpondet, Albertus Brun. *ſuper ſtatut. extan. maſc. art.6. num.* 47. quodque dicit, iura ciuilia ligare Clericos, vbi ius Canonicum aliter non diſponit procedit ab expreſſa approbatione Papæ relata *in cap.1. de iuram. calum. in cap.1. de oper. nou. nunc. cap. vt inquiſitionis de hæret. in* 6. quæ non porrigitur ad leges poſteà latas, & multò minus ad ſtatuta, vt diſtinguendo inter ius ciuile Romanorum, & ſtatuta tradit, Hoſtienſ. *in cap. fin. num. 11. de ſolut.* quem ſequitur Rebuff. *in Conſt. Reg. tom. 1. in procem. gloſſ.1. numer.62. & 72.* Cott. *in memor. verb. Clerici ligantur verſ. ſed ita deberent*, vbi ait hoc eſſe Illuſtre dictum Surd. *d. conſ. 30. num.51.* Vaſq. *de ſucceſſ. tom.1. lib.3. §.26. num.71.*

Prout neque releuat quod mulier ante in- 11
greſſum in Monaſterium fuerit ſubiecta poteſtati ſtatuentium, & propterea ex tunc ſtatutum iniecerit vinculum excluſionis, quod per ingreſſum in Religionem non diſſoluitur ob quam rationem habemus in ſimili quod ſtatutum præferens primogenitum ſecundo genito locum habet etiam ſi ſecundogenitus poſtea Clericus efficiatur, Abb. *in cap. quod Clericis num.39. & 40. de for. compet.* Azor. *inſt. moral. part.1. lib.5. cap.13. quæſt.8. verſ. item ſol. t*, aliique relati à Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.2. n.122. 123. & 169. cum duobus ſeqq.*

12 Nam obiectum vrgeret ſi ante ingreſſum fuiſſet hæreditas delata, aliàs ſi ſtatuti verba diriguntur in tempus delatæ ſucceſſionis, nullum antea fuiſſe vinculum iniectum colligitur, tum ex verbis in illud tempus collatis, qualia eſſe verba initio ſtatuti Bononienſis appoſita, ibi, *ſi quis inteſtatus deceſſerit &c.* notant infra allegandi, tum ex eo quod antea efformata non erat, aut applicabilis excluſio, cum ad ſucceſſionem Fratris viuentis Sorori nullum ius competeret, nec re, nec ſpe probabili, Bart. *in l. qui Romæ §. duo fratres num.3. & 4. ff. verb. oblig.* Rip. *in l.1. num.25. Cod. pact.* Bertazz. *conſ. ciuil.57. numer.4. & ſeqq.* Cephal. *conſ.526. num.71. & ſeqq.* & in hoc differt ius ſucceſſionis à iure primogenituræ quod ex die natiuitatis etiam in vita Patris, quia à Patre aliter diſponi non poteſt, dicitur ſaltem ſpe quæſitum; Mandell. *conſil.523. ſub num.19.* Tiraquell. *de iure primogenituræ quæſt.43. n.14.* ac tranſmiſſibile; Molin. *de primogen. lib.3. cap. 6. num.36. & 37.* Gratian. *diſcep.456. num.80. & 81.* Ciriac. *contr.23. num.34.* Giurb. *de ſucceſſ. feud. cap.118. §.2. gloſſ.6. num.27.* Matth. *ad leg. Hiſpan. lib.5. tit.7. gloſ.5. numer.6.* Rot. *in Ariminen. ſecundogen.* 18. *Maij proximi præteriti §. non attento*, coram Me. Tum tertiò quia regulare eſt quod potentiam, ſeu habilitatem in perſona ſuccedere volentis non metimur à tempore antecedenti, ſed dumtaxat delatæ, ſucceſſionis, Bald. *in l.2. Cod. Iur. emphyt.* Menoch. *conſ.220. n.127.* Peregr. *conſ.33. ſub numer.22. lib.2.* Valenz. *conſ.83. n.31.*

13 Adeò quod quicquid ſit in terminis primogenituræ, vel ſtatuti excludentis ſimpliciter fœminas propter maſculos, abſque verbis in tempus mortis directis, in quibus terminis loquuntur plerique contrariæ opinionis ſectatores, & ſignanter Burſatt. *conſ. 93. num.39.* Cancer. *var reſol. tom.3. cap.11. n.197.* alijque relati à Modern. Pedam. *diſquiſit. Cler. p.1. tit. de exempt. Cleric. à ſtat. §.5. num.23.* à Moder. Neapolit. *de Immunit. Eccleſ. cap.8. dub. 11. ſect.4. numer.* 5. Carol. de Graſſ. *ſuprà cit. effec.2. num. 122. in fin. & n.269.* Ceſſat prorſus ratio vinculi iniecti ante monachatum in terminis ſtatuti in tempus delatæ hæreditatis concepti, & per conſequens ex defectu poteſtatis laicalis non excluditur, quæ tempore mortis, ac delatæ ſucceſſionis Monialis eſt, vt originaliter tradit in puncto, Salic. *in Auth. Caſſa 14. Cod. Sacroſan. Eccleſ.* Ruin. *conſ.200. num.8. & 9. lib.2.* Roland. *conſ.57. numer.29.* vbi bene diſtinguit inter ingreſſam Monaſterium ante, vel poſt delatam hæreditatem, & ſubdit quod ſi attendenda eſſet præcedens iniectio vinculi, ſemper Clerici ſubijcerentur ſtatutis laicalibus, quia laici nati fuerant, *l. b.2.* Ceph. *conſ.95. num.14. & ſeqq.* vbi reſpondendo contrariis ait Soccinum, Decium, & alios intelligi non poſſe de ſtatuto, quod ſuum effectum confert in tempus ſucceſſionis delatæ, quia cum illud anteà, nec fœminam excludat, nec maſculum includat dici nequit inieciſſe vinculum excluſionis, neque ſibi contrariatur *in conſil. 146. numer. 26.* quia ibi loquitur de ſtatuto excludente ſimpliciter fœminas propter maſculos, ſic etiam Mart. *de iuriſd. part.4. caſ.5. numer.1.* qui ſibi contrarius non eſt, *in conſ. 118. numer.15.* quia eo caſu ſtatutum ſimpliciter excludebat, Surd. *deciſion.20. numer.8.* Sperell. *deciſion.11. numer. 20. & ſeqq.* vbi latè comprobat, & hanc communem, & magis veram opinionem ait, eandemquè opinionem fauore Monialis amplexa fuit, Rota *in Spoletana Bonorum* 13. *Aprilis* 1646. *§. viſa fuit*, vbi ſignanter ponderatur defectus poteſtatis, & voluntatis ſtatuentium, & dicitur hæc opinio verior atque tenenda quicquid alij ſenſerint, quorum rationes verè non ſubſiſtunt, coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Corrado *in Tudertina Succeſſionis* 29. *Maij* 1652. *per tot.* coram R. P. D. meo Meltio, & fauore Clerici, *in Rauennaten hæreditatis* 5. *Iunij* 1648. coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Otthobono *in Bononien. Hæreditatis* 28. *Iunij* 1652. coram Me, *& in eadem* 30. *Maij* 1653. coram eodem Domino meo Meltio, vbi, & ſi agatur de ſucceſſione paſſiua Clerici, idem militat ibi ponderatus poteſtatis, ac voluntatis defectus in ſucceſſione actiua, ex allegatis per Add. ad Surd. *d. deciſ.20. n.4.* Mart. *conſ.118. ſub num.16. verſ. quia maius.*

Neque contrarium aliquando ſenſit Rota, 14
nam deciſionem Antonij Auguſtini impreſſam *inter deciſ.* Putei *deciſ.99. lib. 3. in antiq.* mendoſam eſſe, & in nouiter impreſſis exemplatis, ex ipſo originali manu Putei conſcripto, non reperiri monemur *in Montisfalſici Fideicommiſſi* 16. *Decembris* 1619. coram clar. memor. Coccino Decano *relata* à Moderno *poſt tract. de iur. Abbatiſſar. deciſ.29. ſub numer. 5. verſ. attamen*, *Deciſ.* 1. Biſign. *de conſuetud.* ait quod per tres ſententias concluſum fuerat contra fœminam, quæ nuſquam fuit Monialis vocata aut nominata, & quod poſteà de hoc fuit in Cancellaria quæſtio quam non dicit fuiſſe reſolutam. *In Ciuitatis Caſtelli legitimè* 15. *Martij* 1604. coram Cardinali Lancellotto, non agitur de ſtatuto habente verba explicitè directa in tempus mortis, nec diſputatur articulus principalis excluſionis contra fœminas, ſed ſolũ firmatur, quod fœmina

facit partem ad augendam legitimam maſculorum. *Deciſ. pariter* 63. coram ſan. memor. Gregor. XV. habet dumtaxat quod Monialis debet dotari ſtante ſtatuto excluſiuo, atque ita ſupponit Monialem acquieſcere excluſioni an autem acquieſcere teneatur non diſcutit. Et animaduertendum eſt quod poſt has omnes deciſiones ex aduerſo recenſitas Rota *in ſupræcitata deciſ.* 29. *ſub num.* 5. *apud* Modern. *de iur. Abbatiſſ.* dixit quod in ſententia Rotæ fundari non poteſt excluſio Monialium, & quo ad magis communem opinionem, Doctores, & eorum rationes eſſe ponderandas, quibus deinde maturè ponderatis *in ſupradictis deciſionibus* coram Eminentiſſimis Dominis Cardinalibus Otthobono, & Corrado, & coram R. P. D. meo Meltio, & Me, fuit pluries pro Monialibus, & Eccleſiaſticis perſonis reſponſum.

15 Non obſtat, quod ſtatuto Bononiæ obijci nequeat defectus ſtatuentium, aut voluntatis, quia in verbis loquitur de ingreſſis Religionem, ibi, *Et ſi tales fæminæ &c. Religionem intraſſent*, aut poteſtatis, quia munitur ampliſſimis confirmationibus Apoſtolicis. Ex ipſa enim petitione porrecta à ſtatuentibus pro obtinenda confirmatione, & ex verbis expreſſis confirmationis Iulij II. iuxta quam ſubſequentes ſunt in hac parte intelligendæ, apparet noluiſſe illos ſtatuendo, & Pontifices confirmando lædere libertatem Eccleſię, vt legitur, ibi, *dummodo contra libertatem Eccleſiaſticam non tendat*, quod in puncto ponderant præmemoratæ deciſiones *in Bononien. hæreditatis* 28. *Iunij* 1652. §. *fin.* coram Me, *&* 26. *Ianuarij* 1654. §. *eoque minus, &* 2. *ſeqq.* coram R. P. D. meo Meltio, & tradit, Eugen. *conſ.* 99. *num.* 38. *lib.* 2. Hoc verò ſtatutum ſi Moniales excluderet, tendere contra libertatem Eccleſiæ patet quia Moniali facultatem ſuccedendi, quam haberet de iure communi tolleret, iuxta theoricam communiter traditam à Doct. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſt.* Eugen. *dicto conſ.* 99. *num.* 38. *verſ. nec dicatur, & numer.* 40. *lib.* 2. Carol. de Graſſ. *effect. Cleric.* 2. *num.* 68. *&* 2. *ſeqq.* necnon quia exerceret poteſtatem in perſonam Monialis de tempore quo iam Monialis eſt, contra textus apertiſſimos in *cap. ſignificaſti de for. compet. in d. cap. Eccleſ. Sanctæ Mariæ de Conſt. in cap. decernimus de Iudic. cap. fin. de vit. & honeſt. Cler. cap.* 1. *de Immun. Eccleſ. in* 6. Nec enim vt ſupra dicebam attendi debet tempus, ac ſtatus laicalis ante delatam hæreditatem, quia non niſi poſt delatam, ſtatutum voluit maſculum includere, & fœminam excludere.

Atque hinc gratis etiam dicitur nullum inferri præiudicium Eccleſiæ, eo quod fœmina niſi Monialis eſſet adhuc excluderetur ab hæreditate vigore ſtatuti, vt ratiocinatur, Brun. *ſuper ſtat. ſtant. maſc. art.* 6. *num.* 52. quia cum de tempore in quod confertur excluſio ſtatutaria illi mulier non ſubiaceret, & per conſequens poſſet de iure communi ſuccedere, graue ſentiret præiudicium ſi à ſtatuto excluderetur, non ſecus, ac ſi poſt ingreſſum in religionem, & delatam hæreditatem conditum eſſet ſtatutum; quo caſu Monialem non excludi aſſirmat ipſe Caſtr. *conſil.* 104. *lib.* 1. & alij allegati à Carol. de Graſſ. *effect. Cler.* 2. *num.* 121. Fatendum ergo eſt quod ſtatutum in capite excluſiuo Eccleſiam lederet, licèt ſecus ſit in capite incluſiuo maſculorum, quod etiam perſonis Eccleſiaſticis fauere vtile eſt Eccleſiæ, & in his terminis loquitur Rot. *in ex aduerſo alleg. dec.* 438. *num.* 59. *& duob. ſeqq.* vbi querebatur an ſtatutum Bononiæ includens Patruum fœminis excluſis prodeſſet Patruo in aliqua Religione profeſſo *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* vel ſi de hæreditate contenderent ſolum laici, qui eſt caſus ex aduerſo allegatæ, *dec.* 51. *part.* 1. *rec.*

Tandem momenti non eſt declaratio Felic. record. Greg. XIII. quod à ſtatuto excluſiuo deleatur clauſula ſine præiudicio locorum piorum, & perſonarum ibi exiſtentium eo quod iuris, & æquitatis ratio expoſcit, vt par ſit conditio fœminarum pia loca ingredientium, quam nubentium; quia ea declaratio emanauit ſuper ſtatuto Peruſino, & ex quo ille Pontifex voluit id indulgere Ciuibus Peruſiæ, inferri non poteſt, quod alij Pontifices idem concedere voluerint Bononienſibus, Præſertim dum contraria voluntas euidentiſſimè reſultat ex clauſula non delata, ſed replicata, tùm in petitione, tùm in confirmatione ſtatuti, ibi, *dummodo contra libertatem Eccleſiæ non tendant.* † Exageratum 16 verò præiudicium quod fit laicis excipiendo Moniales, non meretur allegari, quia nemini facit iniuriam, qui vtitur facultate ſibi à iure communi conceſſa, nec laicis fauendum cum læſione immunitatis Eccleſiaſticæ, pro qua etiam in dubio eſt pronunciandum, *l. ſunt perſonæ ff. relig. & ſumpt. funer.* Alex. *conſ.* 190. *in fin. lib.* 6. Decian. *conſ.* 89. *num.* 22. *lib.* 3. Bott. *conſ.* 87. *num.* 52. Carol. de Graſſ. *effect. Cler.* 3. *num.* 160. & facile laicis eſt id euitare reportando ab ingreſſuris renunciationem futuris ſucceſſionibus, vt aduertit Sperell. *dicta deciſ.* 11. *num.* 23. *circa fin.* † necnon quia non tollitur Patri, & Matri 17 facultas ad libitum teſtandi de bonis ſuis, & ſtatutum locum habet ab inteſtato dumtaxat, Alex. *conſ.* 131. *num.* 2. *verſ. vnde propter lib.* 1. Curt. Sen. *conſ.* 37. *num.* 17. Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. *deciſ.* 358. *num.* 1. *&* 2. & coram



coram Buratt. *deciſ.* 262. *num.* 14. *vbi allegantur concordantes.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

---

## R. P. D. BICHIO

## Cæſarauguſtana Canonicatus,

Mercurij 4. Februarij 1654.

*Ad part.* 2. *cap.* 5. §. 8. *n.* 33.

### *ARGVMENTVM.*

NOn ſatis eſt Summo Pontifici narrare ius conferendi ſpectare ad Capitulum quando Epiſcopi ſimultanea eſt cum Capitulo collatio; ſi tamen Papa concedens ius conferendi, Capitulum principaliter, Epiſcopum verò acceſſoriè, vel etiam tanquam vnum de Capitulo fuerit contemplatus, non eſt opus de Epiſcopi poteſtate mentionem facere. Suſpenſio à diuinis facta Capitulo vtrum afficiat totum Capitulum an verò certas ſingulares perſonas de Capitulo; Et vtrum ſuſpenſio illa tollat ius conferendi beneficia. Delictum Capituli vtrum influat ad omnia illius membra.

### SVMMARIVM.

1 *Papa præueniens vnum collatorem non cenſetur voluiſſe præuenire in præiudicium alterius non nominati Papæ.*

2 *Suſpenſio à diuinis de iure non impedit quin ſuſpenſus vtatur iure conferendi ſibi competenti.*

3 *Pœna ſuſpenſionis & interdicti non afficit alios de Capitulo non delinquentes nec in ſententia comprehenſos.*

4 *Quod non procedit quando totum Capitulum fuit ſuſpenſum.*

5 *In præuentione Papæ non eſt neceſſe narrare quod Epiſcopo ius conferendi competat quando ille interuenit vti vnus de Capituli corpore; tunc enim ſatis eſt de Capitulo mentionem facere.*

6 *Idem quando Epiſcopo data eſt conferendi facultas acceſſoriè ad Capitulum.*

7 *Narratiuam ſufficit iuſtificare eo modo quo eſt concepta.*

8 *Suſpenſio à diuinis iniuncta Capitulo, impedit vt illi qui ſunt innocentes de Capitulo iura capitularia exercere poſſint quando non vti ſingulis ſed vti vniuerſis pœna iniuncta fuit.*

### DECISIO XIV.

DEnegatam in prima inſtantia executionem Literarum Apoſtolicarum petitam à Gregorio De Flageto prouiſo de Canonicatu controuerſo, Rota conceſſit in ſecunda per ſententiam à R. P. D. meo Albergato latam quam reuocari coram Me in tertia informãtes pro Didaco Hieronymo Sala Collationem eiuſdem Canonicatus à Capitulo Cæſarauguſtano habente petierunt, allegando contra Literas Apoſtolicas ſubreptionem ex duplici capite. Primò quia Papæ narratum non fuit quod ius conferendi nedum ſpectat ad Capitulum ſed etiam ad Dominum Archiepiſcopum Cæſarauguſtanum vt narrari debuit † quia etſi Papa voluiſſet præ- 1 uenire Capitulum non præueniſſet forſan Archiepiſcopum nec diſponendo de beneficio vti ſpectante ad vnius collationem cenſetur id facturus ſi ſciuiſſet eam eſſe alteri communem, vt ad literam probat text. *in cap. cùm in illis* 16. §. *fin. in fine de præb. in* 6. vbi reprobata contraria ſententia Ioannis Monachi id notat Ioannes Andreas *ſub num.* 3. *verbo ad eum*, quem ſequitur Gemin. *ſub num.* 5. *verſ. ſed quid.* Anch. *ſub num.* 5. *verſ. ſed ſecundum.* & in ſimili Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 40. *num.* 120. *in fine.* Rota penès Caual. *deciſ.* 359. *num.* 7. *& in Oſcen. Archidiaconatus* 17. *Martij* 1649. coram R. P. D. meo Veroſpio.

Secundò quia non ſufficit narratiua quod 2 Capitulum & Canonici Eccleſiæ Cathedralis per ſententiam Rotalem declarati eſſent ſuſpenſi à diuinis & ab Eccleſiæ ingreſſu interdicti, cum exinde fuit tacitè inſinuatum Papæ Capitulum conferre non potuiſſe vel ſaltem ex hæc ſola narratiua Papa intelligere non potuerit quod Capitulum non poſſet prouidere, vt in puncto ponderauit Rota penès Seraph. *deciſ.* 870. *ſub num.* 1. *verſ. ſed quia & num.* 2. vbi datur ratio quia ſuſpenſio à diuinis de iure non impedit quod quis non poſſit conferre; Sayr. *de cenſ. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 20. *& duobus ſeqq. & cap.* 4. *num.* 6. Caſtro Pal. *de Cenſ. diſput.* 4. *punct.* 4. §. *primo ſub num.* 12. & Papa forſan credidit Capitulum eſſe ſuſpenſum nominatim à iure conferendi vt quandoque fieri tradit Caſtro Pal. *de cenſ. diſput.* 4. *punct.* 3. *n.* 7. ex text. *in cap. vnic. Ne Sede vac. in* 6. *cap. Romana cap. ſi ſententia de ſent. excom. in* 6.

Debuiſſet itaque Papæ exponi, clarius 3 eſſet necne Capitulum ſuſpenſum à iure conferendi & alterius quod in ſententia Rotali declaratoria ſuſpenſionis ac interdicti exceptuantur

exceptuantur nominatim ſex Canonici ac totidem dignitates quibus ſanè ſi Papa id ſciuiſſet veriſimile eſt quod noluiſſet præueniendo præiudicare, cùm tanquam innocentes & exceptuati non afficiantur pœnâ ſuſpenſionis inflictæ Capitulo: Nauarr. *conſ.*9. *ſub num.*10. *verſ. non poteſt de ſent. excom.* Auila *de cenſ. p.*3. *diſput.*3. *dub.*2. *concluſ.*4. Coninck. *eod. tract. diſput.*15. *dub.*3. *num.*26. Caſtro Pal. *dicta diſput.*4. *punct.* 3. *num.* 2. & in illis iura Capituli conſeruentur etiamſi, cæteri tanquam culpabiles eſſent ſuſpenſi & interdicti. Innocent. *in cap. illa num.* 2. *in fine de elect.* ſumma Angelic. *verbo electio num.*13. Mirand. *in manual. tom.*2. *quæſt.*23. *art.*5. *concluſ.*2. Barboſ. *de Can. & Dig. cap.*41. *ſub n.*14. & 15. vbi allegat concordantes.

4 Vnde nec applicantur deciſiones in Tridentina Canonicatus 17. *Maij* 1645. *confirmata* 26. *Februarij* 1646. coram R.P.D. meo Cerro, quia in eo caſu ſententia ſuſpenſionis & interdicti erat lata contra totum Capitulum nullis exceptis, & in eiſdem terminis loquitur Suarez *de cenſ. diſput.*28. *ſect.*4. *ſub n.*2. At in caſu noſtro formaliter non eſt ſuſpenſum totum Capitulum ſed diſtributiuè, nempè maior illius pars exceptis dignitatibus & Canonicis qui paruerunt, quique non afficiuntur pœnâ ſuſpenſionis licèt niſi exceptuati eſſent afficerentur pœnâ interdicti generalis contra Capitulum promulgati, ex allegatis à Caſtro Pal. *de cenſ. dicta diſput.* 4. *puncto* 3. §. 2. *num.*13. Alia verò deciſio *in Cæſarauguſtana diſmembrationis* 29. *Maij* 1653. coram R.P.D. meo Veroſpio; non loquitur de iure conferendi ſed de re cuius vtilitas reſultaſſe etiam in commodum ſuſpenſorum & culpabilium.

5 His tamen non obſtantibus ſecundã ſententiam Rotalem confirmandam eſſe DD. cenſuerunt & ad primum obiectum reſponſum fuit illud procedere quando collatio ſpectat ad plures vti ſingulos ex propria perſona, non autem vti repræſentantes corpus ad quod ſpectare innotuit Papæ, qui eſt caſus noſter in quo ius conferendi Canonicatus vacantes in menſibus Martij & Septembris non competit Epiſcopo vnà cum Capitulo de iure communi ſed ex Bulla ſæculariʒationis tribuente ius conferendi Capitulo cum Archiepiſcopo, non ſimultaneè ac diſtributiuè, ſed tanquam vni corpori per Capitulum & Archiepiſcopum repræſentato, vt colligitur, tum quia Bulla tribuit ius Archiepiſcopo conditionaliter, nempe ſi Capitulo in actu collationis interfuerit nec vero intereſſe deberet ſi ſimultaneam vt Archiepiſcopus haberet; Gonz. *ſuper reg.* 8. *gloſſ.*45. *num.*52. & 53. Put. *deciſ.*116. *lib.*3. *in Correctis.* Achill. *deciſ.*4. *num.*10. *de præb.* Rota *in Montiſalti beneficij* 28. *Iunij* 1645. §. *fuiſſe, circa finem,* coram Me; Tum etiam quia vlterius Bulla declarat quod Archiepiſcopus vnam dumtaxat vocem prout quilibet Canonicorum habeat, & ſic illum conſiderauit in hac parte tanquam vnum de corpore Capituli, alioquin enim cum hoc ius conferendi proueniat ex iure ſpeciali nempe ex Bulla illa ceſſante æqualiter Archiepiſcopo ſimultanea cum Capitulo competeret, Garz. *de benef. part.*5. *cap.*4. *n.*28. Barboſ. *de Canon. & Dignit. cap.*14. *num.*7. & 8. cum aliis allegatis *in deciſione huius cauſæ* edita 16. *Iunij* 1653. §. *non obſtat* coram R.P.D. meo Albergato, & per Add. ad Buratt. *deciſ.* 809. *num.*16. & 17.
6 † ponderandumque pariter videtur quod Bulla non dat collationem Archiepiſcopo cum Capitulo, vt incipiendo à digniori feciſſet ſi ſeparatim illum contemplaſſet, ſed Capitulo cum Archiepiſcopo, ibi, *ad Capitulum cum Archiepiſcopo,* atque ita acceſſoriè ad Capitulum, vt notat gloſ. *in cap. à collatione, verbo Prælatus, verſ. ſi eſt primo loco, de appell. in* 6. Ant. de Butr. *in cap. poſtulaſti, ſub num.* 8. *verſ. quod ſi de conceſſ. præb. & ibidem* Imol. *ſub num.*8. *verſ. & primo loco.* & magis in puncto Rota *in montis alti beneficij* 28. *Iunij* 1645. §. *fuiſſe verſ. & quia,* coram Me. Quodque Bulla inferius concedit Archiepiſcopo in aliis menſibus ius conferendi in ſolidum. Quare ſatis fuit exponere Papæ quod ius conferendi ſpectabat ad Capitulum cum eius appellatione veniat etiam Archiepiſcopus dum tanquam vnus de Capitulo de collatione participat, ex allegatis *in deciſ.*2. *num.*2. & 3. apud Pen. & *in deciſione* coram R.P.D. meo Albergato §. *non obſtat in fine,* quibus additur alia deciſio *in Eiboren. Iuris conferendi* 5. *Octobris* 1640. §. *nec facit,* & 8. *Martij* 1641. §. 1. *in fine* coram bonæ memoriæ Cardinali Panzirollo, & *in montis alti beneficij* 15. *Decembris* 1645. §. *nam quidquid, in fine,* coram Me.

Alterum obiectum corruit quia reuera 7
Capitulum & Canonicos fuiſſe declaratos ſuſpenſos à diuinis & ab Eccleſiæ ingreſſu interdictos (vt fuit Papæ narratum) conſtat ex ſententia declaratoria lata *in Summario Capituli, num.*1. nec probandum vlterius eſt quod ea ſuſpenſio prohiberet Capitulo exercitium iuris conferendi quia ſufficit pro executione Literarum Apoſtolicarum iuſtificare narratiuam eo modo quod concepta eſt. Sarn. *in reg. de trienn. quæſt.*11. *num.* 13. *in fine, verſ. vbi verò* Seraph. *deciſ.*990. *num.*7. Rota *inter recent. deciſ.*71. *num.*72. *part.*6. & *in Meſſanen. Archipræsbiteratus* 5. *Maij* 1642. coram R. P. D. meo Decano *in Gerunden. Prioratus* 27. *Iunij* 1644. coram Me; quod neque negat ex aduerſo allegata *deciſio* 870. Seraph. ſed



ſolùm firmat quod narratiua ſuſpenſionis à diuinis iuſtificanda eſt; pro cuius dicti ratione adducit quod ex huiuſmodi narratiua Papa potuit moueri ad prouidendum & *ſub n.*3. *in verſ.* ſed fuit ſubditum non eſſe ita abſolutè verum quod ſuſpenſus à diuinis poſſit prouidere.

8 Quod verò aliqui ex Canonicis & Dignitatibus ſint ab interdicto & ſuſpenſione exceptuati non retraxiſſet Papam à prouidendo; quia vt ait Seraph. *dicta deciſ.*870. *ſub n.*2. *verſ. præterea* Papa ad id motus fuit in odium Capituli propter eius culpam, cumquè proinde illud voluerit præueniendo punire & prohibere ne conferat, ſequitur perneceſſe quod nec innocentes & exceptuati poſſint conferre, cùm ius conferendi non habeat tanquam ſinguli ſed tanquam vniuerſi & repræſentantes ipſum Capitulum ob eius culpam Papæ odioſum, cuius ſuſpenſio licèt non afficiat innocentes reſpectu culpæ & ſecundùm munus quod ſinguli vt perſonæ particulares exercere poſſunt, in quibus terminis loquitur Nauar. ex aduerſo allegatus *conſ.*9. *num.*10. *de ſent. excom.* afficit tamen quoad actiones totius Capituli quod deliquit & cuius ipſi ſunt membra, & hoc non eſt ſingulares innocentes puniri propriè propter peccatum alienum, ſed eſt aliquo modo participare pœnam totius quod peccauit, quod incóueniens non eſt vt in terminis ſuſpenſionis tradidit Suarez, *de cenſur. ſupracitata diſput.*28. *ſect.*4. *n.*2. *verſ. reſpondent & diſput.*36. *ſect.* 2. *num.* 10. Caſtro Pal. *de cenſur. diſput.*4. *punct.*3. *num.*3. Hurtado *de ſuſpenſ. num.*25. *in princ.* Rota *in dicta Canonicatus* 17. *Maij* 1645. §. *poteſt etiam* coram R.P.D. meo Cerro; quæ etſi loquatur in terminis interdicti generalis nullo exceptuato, ſupponit tamen aliquos eſſe innocentes & vti ſingulos in interdicto non comprehenſos: atque affert rationem caſui noſtro applicabilem; quia ſcilicet dum totum corpus ſuſpenditur, non poſſunt illius membra operationes corporis exercere & Capitulum ſuſpenſum non eſt repræſentabile per non excommunicatos; alioquin vel repræſentaretur corpus ſuſpenſum vt ſuprà odioſum, quod etiam ponderauit Rota *in Cæſarauguſtana Diſmembrationis* 29. *Maij* 1653. §. *ſiquidem* coram R.P.D. meo Veroſpio; vel neceſſe eſſet dari in eadem Eccleſia duo Capitula, alterum videlicet ſuſpenſum & interdictum, alterum neque ſuſpenſum neque interdictum; quod impoſſibile eſt, vt bene aduertit deciſio coram R.P.D. meo Albergato §. *capitulum, in fine.*

Nihil itaque refert an aliqui fuerint exceptuati quando ſuſpenſio & interdictum eſt generaliter latum collectiuè, ſed ſolùm aduertendum eſt an fuerit latum diſtributiuè; id eſt contra ſingulares perſonas, quo caſu innocentes & exceptuati exercere poſſunt munia tã propria quàm ipſius Capituli: quia ſingularium pœna illos aut Capitulum non afficit & in his terminis loquuntur Innocent. et alij allegati in obiecto vt benè diſtinguit ac declarat Suarez. *dicta diſput.*36. *ſect.*2. *num.*10. Caſtro Pal. *dicta diſput.*3. *punct.*2. *ſub num.* 2. *verſ. quartò ſiquidem.* ex text. *in cap. quia ſæpè de elect. in* 6. Rota *in dicta Cæſarauguſtana diſmembrationis* §. *penult. verſ. neque,* coram R. P. D. meo Veroſpio; gratiſquè dicitur in caſu noſtro latum eſſe diſtributiuè, nempe contra maiorem partem, cum imò ſententiæ verba dirigantur in ipſum Capitulum vti Capitulum dictæ Eccleſiæ, & ſic collectiuè vt explicant allegati à Modern. neapol. *de cenſ. ſiue de offic. & poteſt. Confeſſ. recoll.*6. *num.* 997. *verſ. dixi.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

## R. P. D. BICHIO

### Cæſarauguſtana Cathedralitatis,

Lunæ 21. Iunij 1655.

*Ad partem* 2. *cap.* 2. §. 1.

### ARGVMENTVM.

Recenſentur variæ coniecturæ ex quibus probatur Eccleſiam eſſe Cathedralem, etiam ſi alia Eccleſia poſtea in Cathedralem erecta ſit, ſententia tranſit in iudicatum ſi fatalia elapſa ſint, nec obtenta fuerit illorum prorogatio.

### SVMMARIVM.

1 *Ex quibus probetur Eccleſiam eſſe Cathedralem.*
2 *Ex præeminentiis diuerſis alicuius Eccleſiæ probatur illius Cathedralitas.*
3 *Si Eccleſia fuerit ab inimicis occupata, illis poſtea expulſis recuperat primam dignitatem.*
4 *Etiamſi vna Eccleſia fuerit erecta in Cathedralem non ſit præiudicium illi quæ iam habet ius Cathedralitatis.*
5 *Poſſunt in eadem Diæceſi adeſſe duæ Eccleſiæ Cathedrales propter illarum vnionem.*
6 *Sententia tranſit in iudicatum lapſis fatalibus ſi non fuerit obtenta illorum prorogatio.*

7 *Reſti*

7 *Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam iuſtam non datur non probata læſione.*

## DECISIO XV.

BEatiſſimæ Virginis Mariæ de Pilari Eccleſiam exiſtentem in Ciuitate Cæſaraugustæ fuiſſe antiquitùs Cathedralem, in eaquè primitùs ſedem Epiſcopalem dictæ Ciuitatis extitiſſe, bis pronunciauit Rota *in ſententiis de anno* 1631. à clar. mem. Coccino, & anno ſequenti à Card. Vbaldo latis. Quarum validitas non controuertitur.

1 Iuſtitia verò comprobatur ex deductis latiſſimè reſpondendo omnibus contrariis *in deciſ.* 353. *num.* 20. *& ſeqq. vſque ad* 114. *part.* 5. *recent. & in deciſ.* 177. *ſub num.* 4. *& ſeqq. part.* 6. in quibus ad probandam antiquam Cathedralitatem huius Eccleſiæ expenditur antiquiſſima traditio tam Hiſtoricorum, quàm Scriptorum, quibus adduntur Iulianus Perez *in ſua Chronica num.* 405. qui ait iſtam Eccleſiam à Diuo Iacobo Apoſtolo ædificatam fuiſſe, vt creditur primam in Hiſpania, & ob id mereri dici Prototemplum, Hallus Gallus in *lib. de Aduentu S. Iacobi in Hiſpania,* Lualdus *in ſua Hiſtoria ſub titulo della Chriſtiana Religione nell'Occidente tom.* 1. *cap.* 16. *fol* 26. Hipolytus Maræcius *in ſuo Opuſculo Apoſtoli Mariani de S. Iacobo Maiori cap.* 5. *§. de templo amoto.*

Antiquæ Imagines Agni Paſchalis, quæ ſunt propria Inſignia Eccleſiæ Cathedralis Cæſaraugustanæ, & reperiuntur depictæ in partibus ſuperioribus Capellæ maioris Eccleſiæ S. Mariæ inciſæquè in antiquiſſimo lapide ad oſtium Sacriſtiæ S. Mariæ de Pilari; Enunciatiuæ in literis Apoſtolicis maximè Gelaſij II. ſimul cum literis Petri Libranæ Epiſcopi, ac ſententiis antiquis contentæ. Inueterata celebrandi diem feſtum Dedicationis huius Eccleſiæ ipſa die qua celebratur Dedicatio Eccleſiæ Cathedralis, conſuetudo canonizata *in deciſ.* 472. *&* 493. coram S. M. Greg. XV. *in deciſ.* 616. *num.* 5. *part.* 1. *rec. & in d. dec.* 353. *num.* 73. *part.* 5.

2 Facultas exigendi Decimas in Territorio Cęſarauguſtano, mutua in ſepeliendis vtriuſque Eccleſiæ Canonicis officia indiſtincta omnium Sacramentorum, provt in Cathedrali adminiſtratio. Dignitas Cappellani maioris, Retentio Campanæ nuncupatæ de interdicto prærogatiuæ, & præeminentiarum plura in id afferuntur à Patre Lezana *in diſſert. antiquiſſima; & continua Cathedralitate Angelicæ Apoſtolicæ, & miraculoſæ Eccleſiæ S. Mariæ Maioris de Columna Cæſarauguſtanæ cap.* 2. *&* 3. *per tot.*

Nec obſtat, quod iſta Eccleſia fuerit aliàs à Mauris occupata, quia illis poſtea expulſis recuperauit antiquum ſtatum libertatis Iure quaſi poſtliminij, vt eſt textus *in cap. prima actione* 16. *quæſt.* 6. & tradunt *in cap. & hoc dicimus eadem cauſ.* 16. *quæſt.* 7. Bellam. *num.* 9. *& in cap.* 2. *de nou. oper. nunc.* Innoc. *num.* 2. *verſ. hoc autem certum eſt.* 3

Minus obſtat Eccleſiæ S. Saluatoris aduerſariæ in Cathedralem erectio, quampleraque ab informantibus pro eadem Eccleſia deducta conuincunt, quia non inde ſequitur abdicatio antiquæ Cathedralitatis ab Eccleſia de Pilari, quia per erectionem non præiudicatur aliis Eccleſijs. Vameſ. *conſ.* 10. *num.* 4. Seraph. *deciſ.* 1444. *num.* 7. *& ſeqq.* † Nec eſt nouum quod vnus, & idem Epiſcopus in ſua Ciuitate habeat duas Eccleſias vnam Cathedralitatem conſtituentes ob ipſarum Eccleſiarum vnionem, vt eſt textus *in cap.* 1. *ne Sede Vacan.* vbi notant omnes Canoniſtæ, & dixit Rot. *in Vercellen. Vnitatis Capituli* coram Penia, *quæ eſt inter eius impreſſ. deciſ.* 558. *num.* 8. confirmata 18. *Aprilis* 1614. coram Archiepiſcopo Seleucienſi, *&* 24. *Aprilis* 1643. coram Reuerendiſſ. D. meo Dunozet Decano, *ac* 9. *Maij* 1644. coram Eminentiſſ. D. Card. Ottobono, idemquè deciſum fuit *in Aretina Vnionis* 22. *Iunij* 1643. 2. *Iunij* 1645. 1. *Aprilis* 1647. coram Reuerendiſſ. Epiſcopo Terraconenſi, *&* 18. *Martij* 1652. coram R. P. D. meo Veroſpio. 4 5

Quibus poſitis duo ſequuntur pro reſolutione dubij hodie propoſiti. Primò, quod cum ex actis conſtet de non Iure Eccleſiæ S. Saluatoris, quod ex *d. dec.* 353. *part.* 5. *rec. &* 177. *part.* 6. ipſi notum erat, eaque appellationem à dictis ſententiis Rotalibus bon. mem. Motmanno commiſſam proſecuta non fuerit ab anno 1633. † nec fatalia prorogari obtinuerit, eidem ſententiæ ob tam longam taciturnitatem tranſierint in iudicatum, & cauſa dicatur deſerta, *Clem. ſi appellationem de appellat. cap. cum ſit Romana eod. tit.* Achill. *deciſ.* 10. *num.* 1. *vt lit. pend. dec.* 7. *num.* 4. *& ſeqq. eod. tit.* Buratt. *dec.* 307. *num.* 10. Rot. *inter recent. dec.* 383. *num.* 3. *part.* 2. *dec.* 1. *num.* 8. *n.* 11. *& ſeqq. part.* 7. *& in Fanen. Cappellaniæ* 22. *Iunij* 1646. *§. nec dicatur §. hæc quæ indubitanter* coram Reuerendiſſ. Epiſcopo Terraconenſi *in Romana Fideicommiſſi de Campagnolis* 8. *Feb.* 1649. *§. calculando* coram R. P. D. meo Peuting. *in Vercellen. Præpoſituræ* 5. *Iulij eiuſdem anni §. penult.* coram Me. 6

Secundò, quod ex dictis ſententiis vti iuſtis, & validis nulla Eccleſiæ S. Saluatoris inferatur læſio ſine qua non datur reſtitutio in integrum: *cap.* 1. & ibi Abb. *num.* 1. *&* 2. *de reſt. in integr.* Mohed. *dec.* 2. *de appell.* Seraph. 7





*dec.* 1239. *num.* 1. cum aliis allegatis *in Gerunden. Portionum* 25. *Iunij* 1649. *& in Interamnen. Fideicommiſſi* 11. *Martij* 1654. coram R. P. D. meo Celſo.

Ideò conſtare de re iudicata non autem de cauſis reſtitutionis in integrum deciſum hodie fuit informante tantùm Eccleſia de Pilari, citatis tamen pluries, ac diu expectatis procuratoribus Eccleſiæ Metropolitanæ S. Saluatoris.

---

# R. P. D. BICHIO
## CÆSARAVGVSTANA
### Cathedralitatis,

Lunæ 6. Martij 1656.

*Ad cap.* 2. *§.* 1. *part.* 2.

## *ARGVMENTVM.*

DEciditur quæſtio prætenſionis Cathedralitatis inter duas Eccleſias quarum vna, nempe Metropolitana, erat in ſtatu Cathedralitatis; altera verò illius ſtatum antiquiorem probabat, & illam continuaſſe prætendebat, & oſtenditur quod ius Cathedralitatis potuit ſpectare ad duas Eccleſias inuicem poſtea vnitas, ſuper quo examinantur diuerſæ coniecturæ & probationes hinc inde deductæ; & concluditur Cathedralitatem non eſſe abdicatam ab Eccleſia quæ non erat Metropolitana.

## SVMMARIVM.

1 *Explicantur Deciſiones Rotæ* 353. part. 5. & 177. part. 6. recent. *ſicut &* Deciſio 111. part. 5. recent. *&* Deciſio 15. part. 6.

2 *Eccleſia Metropolitana habet pro ſe præſumptionem Cathedralitatis.*

3 *Ius Cathedralitatis poteſt collocari in aliqua Eccleſia cumulatiuè & non priuatiuè ad priorem Eccleſiam.*

4 *Epiſcopus eſt caput Canonicorum & omnimodam iuriſdictionem in illos habet.*

5 *Ex quibus functionibus Eccleſiaſticis reſultet Eccleſiæ Cathedralitas.*

6 *Cui dexter locus aſſignatur dignior habendus eſt.*

7 *Communio ſepulturæ inter Canonicos eſt ſignum fraternitatis.*

8 *Prior pulſatio Campanarum in die Sabbati Sancti eſt ſignum ſuperioritatis Eccleſiæ.*

9 *Per diuiſionem iuris decimandi non excluditur primæua vnitas.*

10 *Membra à ſuo capite ſeparari non debent.*

11 *Referuntur plura argumenta & indicia Cathedralitatis.*

12 *Cathedralitatis retentio arguitur ex vnico actu.*

13 *Conceſſa vna prærogatiua non cenſetur præiudicatum aliis Eccleſiæ competentibus.*

14 *Vnio in dubio præſumitur facta æquè principaliter.*

15 *Ex quibus coniecturis præſumatur Eccleſiam non eſſe Cathedralem.*

16 *Confirmatio relatiuè facta reſtringenda eſt ad inſtrumenta relata.*

17 *Omnis interpretatio ſumenda eſt ne vna pars ſententiæ alteri contradicat.*

18 *Omnes Eccleſiæ cathedrales debent Epiſcopo obedire.*

19 *Reſeruata Epiſcopo iuriſdictione in populum totum ius Epiſcopale cenſetur conſeruatum Epiſcopo in Eccleſia.*

20 *Erectio in collegiatam non repugnat Eccleſiæ Cathedralitati.*

21 *Poſſibilitas contrariæ probationis priuatiuam poſſeſſionem excludit.*

22 *Sententia tranſit in iudicatum per lapſum fatalium non obſtante tractatu concordiæ.*

23 *Quid requiratur ad hoc vt impedimenta excuſent à lapſu fatalium.*

## DECISIO XVI.

TRaditionibus antiquiſſimis, Hiſtoriis, 1
(quarum aliqua ſignanter Prudentij, Marci Maximi, S. Braulij, Haulli Galli prodierunt ante litem ſuper Cathedralitate motam, quæ cœpit de anno 1620. nàm præcedens mota de anno 1536. erat tantùm ſuper præeminentiis) ſententiis, & aliis pluribus Eccleſiam B. Mariæ de Pilari fuiſſe antiquitùs Cathedralem, probant pleniſſimè deducta in *deciſ.* 353. *num.* 20. *& ſeqq. part.* 5. *rec.* cuius aliqua fundamenta non fuerunt ſimpliciter ſuſpenſa in ſubſequenti *deciſ.* 177. *p.* 6. *rec.* ſed quia tunc quærebatur de conceſſione remiſſoriæ petitæ à Capitulo Metropolitanæ, cui ſe opponebat Capitulum Pilarenſe ob irreleuantiam articulorum, eo quòd illis etiam admiſſis ſubſiſtebant aliæ probationes Cathedralitatis ponderatæ *in d. deciſ.* 353.

idque negabant Metropolitani, Rota ad effectum dumtaxat concedendi, necnon remiſſoriam ex capite irreleuantiæ, mandauit videri, an circumſcriptis pro tunc probationibus, quibus articuli exhibiti contrariabantur, remaneret ex aliis probata Cathedralitas, fuit etiam hæc quæſtio poſtea omiſſa, quia ſucceſſiuè partes concordarunt, quod vtrique Capitulo concederetur remiſſoria, provt conceſſa fuit, ſed nihil Metropolitani probarunt, adeò quòd verum eſt dicere, quòd ſemper inconcuſſa habita fuerunt omnia fundamenta *deciſ.* 353. cuius vigore emanauit ſententia Rotalis coram clar. mem. Coccino confirmata in ſecunda inſtantia à bon. mem. Card. Vbaldo, quam in iudicatum tranſiiſſe reſpondit Rota *in deciſ. huius cauſæ ædita* 21. *Iunij præteriti* coram Me, & iterum hodie cauſa ſuper eiſdem poſita ex rationibus adductis tam *in d. deciſ.* coram Me, quàm *in deciſ.* 177. *part.* 6. *recent.* & in ſæpè memorata *deciſ.* 353. quæ reſpondet omnibus contrariis, & iis quæ de nouo allata fuerunt, ſatisfacient quatenus opus ſit infra ponderanda pro Cathedralitatis continuatione.

Quæ continuatio non fuit à Pilarenſibus prætenſa de anno 1627. in diſputatione ſuper præeminentiis, de quibus in *deciſ.* 111. *part.* 5. *recent.* quia tunc nondum erat probata antiqua Cathedralitas, & vanum fuiſſet prætendere continuationem non docto de præcedenti initio Cathedralitatis, atque hinc bene eadem *deciſ. ſubdit. num.* 20. non controuerti, quod ſola Metropolitana de eo tempore eſſet in ſtatu Cathedralitatis, ſed probata poſtmodum à Pilarenſibus de anno 1630. antiqua Cathedralitate, reportarunt deſuper ſæpè memoratam *deciſ.* 353. *quæ ſub num.* 78. *&* 79. firmat vlterius retentionem hodiernam ibi, *Quæ quidem veſtigia, & Cathedralitatis antiquæ reliquias Eccleſia iſta de Pilari poſt tranſlatam à ſe Cathedralitatem retinuit, & hanc vſque in diem retinet, quemadmodum conſtat ex ſententiis, & ſub num.* 86. Subditur Cathedram fuiſſe ad Eccleſiam S. Saluatoris tranſlatam, vel eidem per viam Vnionis collatam, & idipſum repetitum fuit in alia *deciſ. emanata de anno* 1631. *impreſſ. inter recent. part.* 6. *deciſ.* 15. quæ eſt ſupra citatæ exaduerſo *deciſ.* 111. modificatoria, vbi explicitis verbis ſub *num.* 18. dicitur, quod Eccleſia B. M. videtur retinuiſſe iura antiquæ Cathedralitatis, vt latè deductum fuit in *deciſ.* coram eodem Coccino, facta *ſub die prima Martij antecedentis*, quæ eſt *deciſ.* 353. *&* *num.* 19. firmatur, quod vtrumque Capitulum conuenit ad faciendum vnum corpus. Vnde gratis à Metropolitanis aſſeritur, quod noua eſt prætenſio continuatæ Cathedralitatis apud Pilarenſes, & approbata ſolum *in nuperrima deciſ.* coram Me. quodque inhærendum eſt allegatæ deciſioni, donec reuocetur.

Deueniendo igitur ad probationes con- 2
tinuationis, etiam poſtquam Eccleſia S. Saluatoris Cathedralis euaſit, viſum eſt Dominis ſuffragari, Primò Iuris præſumptionem, de qua Innoc. *in cap.* 2. *lit. A. de reſtit. ſpoliat.* Natt. *conſ.* 572. *num.* 18. *lib.* 3. Hond. *conſ.* 20. *num.* 12. *lib.* 1. Rot. *deciſ.* 237. *num.* 2. *deciſ.* 321. *num.* 4. *deciſ.* 419. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* præſertim quia nullum exhibetur Pontificium Diploma Cathedralitatis ab Eccleſia de Pilari abdicatiuum omninò ad id neceſſarium: *cap. niſi ſpeciali de offic. legat. cap.* 1. *&* 2. *& de tranſlat. Epiſcop. can. mutationes* 7. *quæſt.* 1. *Can. Felix, Can. præcipimus* 16. *quæſt.* 1. gloſſ. *in cap. cum inferior verb. Cathedralem de maior. & obed.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de erect. in Eccleſ. Cathedral. num.* 1. *&* 5. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 6. *cap.* 30. *quæſt.* 2. *&* 4. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.*
14. *num.* 118. † Ita vt nec ſufficit Cathedram 3
fuiſſe collocatam in alia Eccleſia, quia id fieri potuit cumulatiuè, non priuatiuè ad Priorem Eccleſiam Vameſ. *conſ.* 10. *num.* 4. Seraph. *deciſ.* 1444. *num.* 7. *& ſeqq.* Rota coram Pen. *deciſ.* 699. *num.* 8. *&* 9. *ſecundùm impreſſ. Lugdunen.* & in aliis relatis *in §. minus obſtat deciſ.* coram Me.

Secundò quod Canonicatus Pilarenſes non fuerunt ſuppreſſi, vel ad aliam Eccleſiam tranſlati, ſed ſemper vt prius in Eccleſia B. Mariæ remanſerunt, dumquè Metropolitani affirmant Eccleſiam B. Mariæ fuiſſe erectam in Collegiatam de anno 1141. & ſic multis annis poſt cõmunicatam Cathedram Eccleſiæ S. Saluatoris (de qua materia infrà habebitur ſermo) fatentur in neceſſarium antecedens, Canonicatus antea extitiſſe ſub antiquo, & continuato titulo Cathedralitatis, quia aliàs monſtruoſum fuiſſet, quod mem-
bra vigerent abſciſſo capite, † nempe facta 4
ſeparatione Cathedræ, & Epiſcopi, qui citra regularem obſeruantiam demandatam curæ Prioris erat caput Canonicorum, Abb. *in cap. poſtulaſtis ſub num.* 8. *de conceſſ. præben.* Barboſ. *de poteſt Epiſc. in add. ad allegat.* 75. *ſub num.* 18. *litt. B.* Rota *deciſ.* 588. *num.* 23. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* & omnimodam iuriſdictionem in illos habebat, *cap.* 1. *ne ſede vacante gloſ. final. in cap. nullus verſ. vt Epiſcopus de elect. in* 6. Corn. *conſ.* 193. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 2. Grat. *diſcept.* 270. *num.* 4. Barboſ. *de Can. & Dignit. cap.* 1. *num.* 12. Rot. *deciſ.* 69. *num.* 2. *parc.* 1. *recent.*





5 Tertiò quod per conſtitutiones à Petro Librana Archiepiſcopo Cæſarauguſtano decennio poſt vindicatam Eccleſiam S. Saluatoris è manibus Maurorum æditas anno 1128. reſeruatur benedictio candelarum Sedi, cui proprium eſt, & deinde per infraſcriptam ſententiam Santij iniungitur Canonicis S. Saluatoris, vt in diebus benedictionis Candelarum, & Palmarum accedant ad Eccleſiam B. Mariæ, ibique vnà cum Pilarenſibus benedictiones Candelarum faciant, pariterquè in die Commemorationis omnium Defunctorum ad eandem Eccleſiam accedentes communiter illius diei Eccleſiaſticas functiones expleant; hæc enim vnitatem, & fraternitatem vtriuſque Capituli demonſtrant, & excludunt priuatiuam tranſlationem Cathedræ ad Eccleſiam S. Saluatoris, quia alioquin omnes actus concernentes Eccleſiam Cathedralem in ea fieri deberent, de benedictione Candelarum diſponunt conſtitutiones Petri Libranæ, & generalitrr de aliis functionibus tradit Rebuff. *in prax. benef. tit. de tranſlat. Epiſc. num.* 20.

Quartò ſententiam mox memoratam Archiepiſcopi Santij latam de anno 1220. tum in ea parte, qua mandat Pilarenſibus, vt certis diebus ſolemnibus accedant ad Eccleſiam S. Saluatoris, ibiquè aſſiſtant in dextera parte Chori, id quod æqualitatem vtriuſque Capituli à Cathedræ vnione reſultantem ſignifi-
6 cat, † quia alioquin Pilarenſibus vti inferioribus dextrum locum ab aliis etiam in propria Eccleſia concedi, honeſtum non fuiſſet, *cap. ad hoc*, & ibi gloſ. *diſt.* 89. Hoſtien. *in cap.* 1. *num.* 2. *de maior. & obed.* Abb. *conſ.* 21. *num.* 4. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 155. *num.* 41. *& ſeqq. lib.* 1.
7 † Tum in alia parte diſponente quod Cæmeteriũ exiſtens extra parietes Eccleſiæ S. Mariæ ſit vtrique Capitulo commune, & moriente aliquo Canonico S. Mariæ, omnes Canonici S. Saluatoris eant ad eam Eccleſiam, defunctumquè ſepeliant ſimul honorificè, & è conuerſo, communio nimirum ſepulturæ, & funerum fraternitatis argumentum eſt, vt per Aſin. *in l.* 2. *§. an & Socius num.* 4. *in fin. & in l. cuius num.* 22. *verſ. ſi verò, & num.* 27. 34. *& ſeqq. ff. relig. & ſump. funer.* Tum tandem in verbis concedentibus Canonicis de Pilari, quod omnes Parrochianos ſuos per totum annum baptizent limitando hanc facultatem ad tres in Sabbatho Sancto, & Vigilia Pentecoſtes, quódque pulſent campanas ad matutinum, & alias horas diei exceptis hora ter-
8 tia, & Veſperis, † quandocumque voluerint, etiam antequam pulſet Eccleſia S. Saluatoris, id ſiquidem in die Sabbathi Sancti permitti non potuiſſet, ſi Pilarenſis inferior eſſet Eccleſia, vt fuiſſe pluries deciſum à Sac. Congregatione Rituum refert Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 69.



Nec obſtat, quod dicta ſententia ius deci- 9
mandi adiudicet Eccleſiæ S. Saluatoris; quia imò illud concedit etiam Pilarenſibus quoad bona ad illos vti vniuerſos ſpectantia, & per diuiſionem Iuris decimandi non excluditur vnitas originalis, & primæua ex aliis reſultans, Old. *conſ.* 296. *num.* 2. Rota *in Vercellen. Vnitatis Capituli* 9. *Maij* 1644. *§. cum igitur* coram Eminentiſſ. D. Card. Ottobono.

Quintò Concordiam inter has partes initam de anno 1448. & ab Archiepiſcopo Dalmatio, nec non ab Archiepiſcopo Alfonſo ab Aragonia anno 1513. confirmatam, in qua approbatur præfata ſententia Santij, & vlterius diſponitur, quod in proceſſionibus locus honorificentior competat Priori S. M. & Dignitatibus Eccleſiæ S. Saluatoris, poſtquam incedant Canonici Pilarenſes, & ſubſequantur Metropolitani, neque verò interſecatio huiuſmodi perſonarum vtriuſque Capituli licita fuiſſet citra formalem vtriuſ-
que Vnitatem, † cum aliàs membra à ſuo 10
capite ſeparari non debeant, *c.* 1. *diſt.* 12. *c. nouit de his, quæ fiunt à Præl.* Felin. *in c. paſtoralis ſub num.* 10. *de offic. delegat.* Monac. *in cap. Romana num.* 9. *de ſent. excomm. in* 6. Rot. coram ſan. mem. Gregor. XV. *deciſ.* 284. *ſub num.* 2. & magis in terminis *in d. Vercell. Vnitatis Capituli §. ſtante itaque*; coram D. Card. Ottobono.

His accedunt Bullæ Apoſtolicæ Inno- 11
centij & Eugenij datæ in *Summ. Pilarenſium num.* 6. *&* 7. enunciantes Cæſarauguſtanum eſſe Epiſcopum Eccleſiæ B. Mariæ donationes factæ Bernardo Epiſcopo Cæſarauguſtano atque Canonicis B. M. *Summ. ibid. num.* 9. 11. *& duobus ſeqq.* Actus inſimul, & capitulariter ab eodem Bernardo Epiſcopo Cæſarauguſtano; & Canonicis Pilarenſibus *d. Summ. num.* 8. *& ſeqq.* Continuata reſidentia aliquorum Epiſcoporum penès hanc Eccleſiam etiam poſt annum 1118. Celebratio Dedicationis propriæ Eccleſiæ, quæ etiam hodie fit à Pilarenſibus; canonizata in *deciſ.* 472. coram S. M. Gregor. XV. *deciſ.* 616. *num.* 5. *p.* 1. *recent.* Adminiſtratio Sacramentorum Baptiſmatis, Euchariſtiæ, & Matrimonij omnibus ad hanc Eccleſiam accedentibus. Ius ſepeliendi Defunctos etiam de alienis Parochiis, quod Pilarenſes continuò exercuerunt, ſolumquè Cathedralibus conceſſum eſt, *cap. ex parte il primò de ſepult.* Rota *deciſ.* 177. *ſub num.* 6. *part.* 6.

Quæ omnia ſumpta præſertim ſimul iun- 12
cta, vt debet Rota *d. deciſ.* 353. *num.* 18. ſatis

conuincunt continuatam Cathedralitatis re-
tentionem, ad quam probandam etiam vni-
cum actum ſufficere dixit Rot. *deciſ.* 139.
*num.* 12. *part.* 2. *diuerſ. in Marſicen. Iuriſdictio-*
*nis* 17. *Iunij* 1647. coram Me, *& in puncto in*
13 *mox allegata deciſ.* 353. *num.* 79. *part.* 5. † etiam
ſi Metropolitani probarent ditiorem Cru-
cem in Proceſſionibus, & Cappas ſericas
vbique, Pilarenſes verò ſolum intra fines
Parrochiæ poſſe deferre, ac per ſententias
acceptatas, vel concordias fuiſſe aliquas præ-
rogatiuas à Pilarenſibus abdicatas, & Metro-
politanis conceſſas, quia non ideò fuerunt
abrogatæ aliæ ibidem non expreſſæ. Hond.
*conſ.* 29. *num.* 107. *lib.* 1. Eugen. *conſ.* 88. *num.*
82. *& ſeqq. recent. conſ.* 74. *num.* 23. *& ſeqq.*
Rot. *deciſ.* 375. *num.* 8. *deciſ.* 508. *num.* 1. *part.* 4.
14 *tom.* 2. *&* 3. *recent.* † Ita vt neceſſe ſit fateri
*continuatam vtriuſque Eccleſiæ in Cathedra*
*vnionem*, quæ in dubio æquè principalis præ-
ſumitur, Rebuff. *in prax. benef. tit. de vnion.*
*num.* 20. Gonz. *ſuper reg.* 8. *gloſ.* 5. §. 7. *num.* 134.
Rota *in Meleuitana Vnionis* 13. *Ianuarij* 1642.
coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, *in Gien-*
*nen. Iuriſpatronatus* 1649. coram Me, nec
non quod Pilarenſis fuerunt, & ſunt in Ca-
thedralitatis quaſi poſſeſſione, ob quam re-
leuantur ab onere probandi, illudquè trans-
fertur in Aduerſarios contrarium aſſerentes,
*l. circa ff. probat. l. libertis* §. *fin. ff. liber. cauſ. c.*
*ſæpè de reſtit. ſpol.* Buratt. *deciſ.* 100. *num.* 2. *&*
*ſeqq.*

15 Nec tamen Metropolitani contrarium
probant aut ex donatione Eccleſiæ de Pilari
facta Eccleſiæ S. Saluatoris à Rege Alfonſo,
Ranimiro, ac Ildefonſo in vim Indulti Apo-
ſtolici de donando omnes Eccleſias exceptis
Cathedralibus confirmata ab Eugenio III. &
Adriano IV. ac Alexandro III. *Summ. Metro-*
*politanorum num.* 25. *& tribus ſeqq.* Aut ex ſen-
tentia lata anni 1513. declarante Eccleſiam
S. Saluatoris Superiorem, & Magiſtram
vtique talem eſſe recognoſcendam ab Ec-
cleſia B. M. *Summ. ibid. num.* 12. Aut ex priui-
legio exemptionis conceſſo Pilarenſibus à
Iuriſdictione Archiepiſcopi, & ab illis acerri-
mè defenſo in lite cum Archiepiſcopo *d.*
*Summ. num.* 15. *&* 16. Aut ex erectione B. M.
in Collegiatam quæ videtur incompatibilis
cum retentione Cathedræ, ac probatur ex
Innocentij II. iunctis pluribus intitulationi-
bus hoc nomine datis *in Summ. Metropolita-*
*norum num.* 19. *& quatuor ſeqq.* quod etiam
agnouit Rota *in Cæſarauguſt. præeminent.* 28.
*Aprilis* 1634. coram Reuerendiſſ. Epiſcopo
Terraconen. vbi habetur, quod Capitulum
B. Mariæ de Pilari reperitur in ſtatu Col-
legiatæ.

Nam quoad donationes animaduertendum
eſt, quod non loquuntur de Eccleſia de
Pilari, de qua ſolùm fit mentio in donatione
Alfonſi, qui ſimpliciter donauit hanc Eccle-
ſiam Eccleſiæ S. Saluatoris, ſed donationem
Alfonſi liberatoris, ac Ranimiri Prædeceſſo-
rum confirmauit, ad quas propterea, † cùm 16
confirmatio reſtringenda ſit inhærendum
eſt donationibus in confirmatione relatis de
hac Eccleſia mentionem non facientibus.
Rota *deciſ.* 439. *num.* 2. coram ſan. mem.
Gregor. XV. *& in his terminis deciſ.* 353. *num.*
99. *&* 100. *part.* 5. *recent.*

Sententia Archiepiſcopi Alfonſi lata anno
1513. declarat ab Eccleſia de Pilari recognoſ-
cendam eſſe Eccleſiam S. Saluatoris in Ma-
trem Superiorem, & Magiſtram, quia ibi
quoque Cathedra collocata fuerat cumulati-
uè cum Eccleſia de Pilari, non priuatiuè;
Rota *d. deciſ.* 353. *ſub num.* 86. *verſ. non primum*
*p.* 5. *recent.* vt propterea ſenſus ſit, quod tenea-
tur recognoſcere in matrem, & Superiorem
aliarum Eccleſiarum Vrbis Cæſarauguſt. non
autem ſuimet, provt etiam colligitur, ex quo
in eadem ſententia mandatur obſeruantia
ſententiæ Sanctij, & concordiæ confirmatæ à
Dalmatio, quæ vt ſuperius demonſtrabam,
probant æqualem Eccleſiæ Pilarenſis Cathe-
dralitatem, † omniſque interpretatio ſumen- 17
da eſt, ne vna pars ſententiæ alteri contradi-
cat, *c. cum expediat de elect. in* 6. Buratt. *deciſ.*
931. *num.* 10. Rot. *deciſ.* 188. *num.* 4. *deciſ.* 250.
*n.* 15. *p.* 6. *rec. & in Barchinonen. exemptionis* 20.
*Maij* 1647. coram Me.

Exemptio refertur ad concernentia inſti-
tutum regulare, ideoque non excludit de
cætero iuriſdictionem Epiſcopi, & plures re-
periri Eccleſias Cathedrales, quæ vt regula-
res ab Epiſcopo ſunt exemptæ, & ſubiacent
ſuis Superioribus, † vt verò Cathedrales 18
Epiſcopo obediũt refert Hoſtien. *in c. cauſam,*
*quæ in princ. de Iudic.* Abb. *ibid. num.* 8. Barboſ.
*de Can. & Dignit. c.* 1. *num.* 11. Coccin. *deciſ.* 157.
*num.* 1. *&* 2. † Quod eò magis applicatur ca- 19
ſui noſtro, quo expreſsè reſeruatur Epiſcopo
Iuriſdictio in Populum, cuius proinde & Pa-
rochi reſpectu totum Ius Epiſcopale in Ec-
cleſia Pilarenſi conſeruatur Epiſcopo, *c. per*
*exemptionem de priuil. in* 6. vbi gloſ. *verb. curam*
*habet.* Gemin. *num.* 14. *& ſeq.* Anchar. *num.* 3.
Lotter. *de Re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 107. *&*
*num.* 118. *& ſeq.* Seraph. *deciſ.* 1058. *ſub num.* 6.
Rota *inter rec. deciſ.* 324. *num.* 6. *part.* 1.

Erectio tandem Pilarenſis in Collegia- 20
tam, præter quod probata negatur, non re-
pugnat continuationi cumulatiuæ Cathe-
dralitatis, Quinimò omnis Cathedralis eſt
Collegiata, *c. nouit, cap.* 4. *de his, quæ fiunt à*
*Prælat. ſin. conſ. Cap.* Barboſ. *de Can. & Dignit.*
*cap.* 2. *ſub n.* 2. *verſ. omnis enim.* Biſignet. *deciſ.*
13.



13. *num.* 3. *de præbend.* potuitquè obtineri ſpe-
cialis erectio in Collegiatam ad abundantio-
rem cautelam, cumulando hunc titulum ex-
preſſum titulo Collegialitatis implicito Ca-
thedralitatis ad tex. *in l.* 3. §. *ex pluribus ff. acq.*
*poſſ.* Manen. *deciſ.* 36. *n.* 18. *& ſeq. dec.* 25. *n.* 49.
Rota *deciſ.* 305. *n.* 5. *&* 6. *p.* 4. *tom.* 2. *rec.* provt
vlterius declarauit obſeruantia, cùm conti-
nuò Pilarenſes exercuerint ſupra recenſitos
actus Cathedralitatis, ad quam conſeruan-
dam ſufficeret, vt dicebam, vnicus actus, ſicut
ad excludendam probationem Metropolita-
21 norum, † qui vt ſupra dicebatur, tenentur
probare plenè & concludenter priuatiuam
tranſlationem Cathedræ in eorũ Eccleſiam
ſufficit poſſibile contrarium, *c. in præſentia de*
*probat.* Rot. *deciſ.* 506. *n.* 3. *&* 4. *p.* 1. *diuerſ. dec.*
128. *n.* 13. *p.* 6. *rec. & in Aſten. Coadiutoriæ* 21.
*Iunij* 1652. coram R. P. D. Celſo.

22 Cum itaque iuxta prædicta conſtet ex
actis de non iure Metropolitanorum, & per
conſequens ſententia Rotalis ſit iuſta, vtique
ob non proſecutam appellationem exaduer-
ſo impoſitam, tranſiit in iudicatum non ob-
ſtantibus aſſertis impedimentis, aut interme-
dio tractatu concordiæ, quia hunc non effi-
cere quin currant fatalia tradit Gaill. *obſeru.*
*lib.* 1. *obſeru.* 140. *num.* 8. *& ſeq.* & dixit Rota
*in Romana Pecuniaria* 17. *Martij* 1595. coram
Litt. *impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. part.* 2.
*fol.* 12. *num.* 4.

23 Impedimenta verò vt excuſent à proroga-
tione fatalium oportet eſſe ineuitabilia, & du-
raſſe per totum tempus deſertionis; Rot. *dec.*
156. *num.* 2. *part.* 2. *rec.* Neque in facto ſubſiſtit
quod Pilarenſes tacitè prorogauerint fatalia,
quia petierunt quidem remiſſoriam, ſed de-
inde videntes Metropolitanorum negligen-
tiam in proſequendo appellationem, rem
iudicatam oppoſuerunt.

Meritò igitur deciſio rei iudicatæ Cano-
nizatoria confirmata hodie fuit vtraque par-
te informante.

---

## R. P. D. PEVTINGERO
### Cæſarauguſtana penſionis,

Lunæ 17. Martij 1653.

*Ad partem* 2. *cap.* 1. §. 4. *num.* 4. *& de Penſionib.*
*cap.* 28. *&* 29.

### *ARGVMENTVM.*

DE gratia mortuo Pontifice con-
ceſſa, confirmanda per Literas ſuc-
ceſſoris Pontificis in forma *rationi con-*
*gruit*, quod non ſit noua gratia, ſed
potius approbatio præcedentis; ideò
de ſubſcriptione argui non poteſt ſi
nihil addat ad primam gratiam, ſed
tantùm illam approbet. Penſio benefi-
cialis an extinguatur ſi penſionarius il-
lam exigat ante Literarũ expeditionem.



### SVMMARIVM.

1 *Gratia à Summo Pontifice conceſſa non expirat*
*per illius obitum licèt eo viuente non fuiſſet*
*expedita.*
*Quando Literæ poſtea fuerunt expeditæ in*
*forma* rationi congruit *per Pontificem*
*ſucceſſorem.*
2 *Non poteſt opponi de ſubreptione poſterioris*
*gratiæ expeditæ in forma* rationi congruit;
*quando ſecunda gratia nihil noui continet*
*ſed ſolùm primam confirmat.*
3 *Iſtæ ſecundæ Literæ non ſunt propriè noua gra-*
*tia ſed tantùm confirmatio, ſeu approbatio*
*gratiæ conceſſæ per anteceſſorem.*
4 *Gratia extinguitur literis non expeditis ma-*
*ximè in præiudicium iuris interim tertio*
*quæſiti.*
5 *Regiſtratio gratiæ retrotrahitur ad diem con-*
*ceſſionis, & ſignaturæ.*
6 *Supplicatio diſpenſationis ad obtinendam pen-*
*ſionem Religioſo, eſt valida quamuis ante*
*eius profeſſionem ſubſcripta.*
7 *Penſio amittitur ſi exigatur ante Literarum*
*expeditionem; ſed vide* num. 9.
8 *Fallit ſi in reſeruatione penſionis nullum ad-*
*eſt decretum annullatiuum.*

## DECISIO XVII.

IOanni de Francia ſuper fructibus menſæ
Archiepiſcopalis Cæſarauguſtanæ reſer-
uata fuerat annua penſio librarum 180. illa-
rum partium in cuius exactionis quaſi poſ-
ſeſſione exiſtens Eques Hieronymus effe-
ctus omnes terminos poſtea exactos reſti-
tuendi per contradictas de anno 1652. co-
ram Reuerendiſſimo Tarraconen. ad in-
ſtantiam promotoris fiſcalis dictæ Eccleſiæ
fuerit condemnatus ipſo appellante, cauſa
mihi commiſſa, & dubio propoſito an ſen-
tentia Rotalis ſit confirmanda, vel infir-
manda, DD. reſponderunt eſſe infirman-
dam, quia licèt Ioannes literas diſpenſa-
tionis ſuæ quas *à felic. record. PP. Vrba-*
*no VIII.* ad dictam penſionem retinendam
etiam poſt in Meleuitana religione, emiſ-
ſam profeſſionem obtinuerat, † non niſi 1
poſt obitum eiuſdem Pontificis expediri
omiſerit, ius tamen ſuum, quod iam ra-
D 3 dicalem

dicatum in ſupplicatione ſignata defuncti Pontificis non amiſit, Ideoquè diſpenſatio ſuffragatur Ioanni dum penſio non eſt extincta,iuxta *Theoric.gloſ.in can.requiſitis,§.niſi rigor, verbo plerique.* 1. *quæſt.*7. & aliis allegatis,optimè explicat,Suarez *de Relig.lib.*6*.cap.* 11. *num.*2. *& per tot.* Lotter. *de re benefic.lib.*1. *quæſt.*37*.num.*11.Cardin. Mellin.*deciſ.*45*.n.*1. cumquè Literæ fuerint poſtea ſuper dicta ſupplicatione ſignatæ & expeditæ à S. Domino noſtro ſucceſſore in forma *rationi congruit* cum ſatisfactum ſit,tam regulæ *Cancellariæ* 27.de non iudicando niſi Literis expeditis, quàm regulæ 52 loquendo in ſpecie de diſpenſationibus, quæ tamen cùm non præficiat certum tempus,in quo eadem fieri debeat,dummodo fiat quocumque tempore ſufficit, Sarnen. *in dicta regul.de non iudicando quæſt.*6*.num.*1. Molin. *de primogen.lib.*2*.cap.*7. *num.*56. Card. Mellin. *deciſ.*20. *num.*4*.verſic. non obſtat,& duobus ſeqq.* & *deciſ.* 127. *num.*3. & prius *in vicen. præpoſituræ* coram Oradino 28. *Maÿ* 1587*.relat.*per Garz.*de benefic.part.* 4*.cap.*2*.num.* 29.Rot.*deciſ.*107.apud Modern. *de iur. Abbat.tom.*3.vbi dicit,quod in caſu quo hodie ſunt expeditæ Literæ ceſſat omnis difficultas.

2 Non obſtat obiectum ſubreptionis ab informantibus pro ſententia Rotali allatum quia allegati per eos DD. loquuntur in caſu quando ſupplicatio Ioannis fuiſſet aliquo modo dubioſa,tunc enim potuiſſet redargui de ſubreptione,nimirum quando contineret,ſecunda gratia ſucceſſoris aliquid pluſquam ſubſequens confirmatio gratiæ anteceſſoris, vt bene deducit Filliuc. *quæſt. moral. tom.* 3. *tract.*4*.cap.*6*.num.*72.ſecus quando confirmatio ſucceſſoris tangit ſolam probationem gratiæ anteceſſoris, tali enim caſu nullo modo, ſubreptitiæ literæ in forma rationi congruit, expeditæ dici poſſunt, quia non continent nouam prouiſionem, dum in omnibus & per omnia iuxta formam ſupplicationis ſignatæ ab anteceſſore Pontifice expedirent, Vitalin. *in proœm.clement.§.hunc igitur n.*16. & vtrumque caſum bene diſtinguit Rebuff. *in prax. benefic.rubric.*in forma *rationi congruit,num.*11. 16.19.*&* 20.Cardinal.Mellin.*deciſ.*20*.num.*8. Azor.*inſtit.moral.part.*2. *lib.*7. *cap.*31*.quæſt.*7. *&* 9.& rectè Oldrad.*conſ.*136*.num.*6*.&* 7. vel
3 non poteſt dari de ſubreptione † quia iſtæ ſecundæ Literæ ſucceſſoris non ſunt propriæ gratiæ, ſed probatio & executio gratiæ anteceſſoris, cuius magis factum cenſetur exequi; ſic etiam Mandoſ. *ſuper regul.*9*.cancellar. quæſt.*10. *num.*1. *&* 2. quem ſequitur Pariſ.*de reſignat.lib.*10. *quæſt.*1. *num.*43. & hoc ipſum eſſe verum corroboratur quia pro iſtis literis obtinendis ſucceſſori nulla noua ſuper prima porrigitur ſed ſola antiqua, cum ſignatura prædeceſſoris exhibetur.

Minus ſubſiſtit aliud obiectum extinctio- 4
nis prioris gratiæ, quæ dicebatur eſſe extincta,ob Literas non expeditas,ex allegatis per Rebuff. *citat.num.*5.Ioann.Coccher. *ſuper regul. cancell.num.*14. Azor. *inſtit. moral. part.*2. *lib.*7*.cap.*31*.quæſt.*7*.verſic. ad quid*, & in puncto profeſſi in religione Hieroſolymitana tradit Caſtro Pal. *oper. moral. tom.*2. *tract.*13. *diſput.*1. *punct.*11. §.10. *num.*5. *verſic. ſub hac regula*,præſertim in præiudicium Iuris medio tempore quæſiti,menſæ Archiepiſcopali hac penſione grauatæ,Federic.de Sen. *conſ.*26. *n.* 13.Felin.*in cap.inter quatuor,n.*4*.de maiorit.& obedientia*,Buratt.*in Terminis diſpenſationis deciſ.*576*.num.*3. *&* 4.

Quia obiectum iſtud procederet quando 5
ipſa gratia diſpenſationis, quæ fuit Ioanni conceſſa extincta, & gratia ſuper qua fuerunt literæ ipſius in forma *rationi congruit* expeditæ, fuiſſet diſtincta,in quibus iſti allegati loquuntur; attamen, iſte non eſt talis caſus cum diſpenſatio Ioanni conceſſa per mortem concedentis Pontificis non fuerit extincta quod ex aduerſo non negatur, & ceſſat ex facto retrotractio cum prætenſo grauamine Eccleſiæ, cùm agatur de actu inchoato, per ſignaturam gratiæ, quæ vſque ab initio eo ipſo perfecta fuit ineſſe gratiæ deducendo ad vſum expeditarum literarum, ideoquè ipſi principio gratiæ per ſignaturam ſupplicationis conceſſæ attribuitur, provt in fortioribus terminis gratiæ, nedum expeditæ,ſed nec regiſtratæ,ponderauit Rot.*in Romana legati pÿ* 15. *Maÿ* 1628.*§.nam huic obiecto*,coram bon. mem. Coccin. & in terminis diſpenſationis conceſſæ Equiti Hieroſolymitano, vbi dicitur quod regiſtratio reſpiciat initium, quæ valet à die ſignatæ ſupplicationis,abſque beneficio retrotractionis licèt Literæ poſtea in forma *rationi congruit* fuerint expeditæ, Rebuff.*ſup. alleg. titul. rationi congruit*, *num.*12. Azor.*inſtitut. moral.part.*2*.lib.*7*.cap.*31*.punct.* 9. *verſic.citraque*,Filliuc.*dicto tractat.*41*.cap.*6. *num.*72*.in fine*, & ipſa verba Literarum indicant expreſsè dicendo, quod gratia operari debeat à die ſupplicationis ſignatæ, ac ſi eo die literæ Apoſtolicæ à prædeceſſore expeditæ fuiſſent, vt optimè hæc verba,ab Oldrado ponderantur,*dicto conſ.*136*.n.*6.

Ceſſat etiam ex eodem facto præiudicium 6
Eccleſiæ quod non eſt conſiderabile, dum ſupplicatio fuit ſignata ante profeſſionem,& ſic nullum eidem grauamen intulit expeditio, quia remouit tantum obſtaculum, quod ex futura profeſſione contra penſionarium reſultaſſet, Rot. apud Card. Mellinum *deciſ.* 45*.per tot.*& coram bon.mem.Merlino *deciſ.*





247. *num.*10. *deciſ.*19. *num.*10.*& ſeqq.part.*5. *recentior.*

7 Neque ſuffragatur obiectum,quod ſi exigatur à penſionario penſio ante literas diſpenſationis expeditas ius ad penſionem conſequendam amittat,Card.Mellin. *deciſ.*20. *n.* 1*.deciſ.*127*.n.*1.

8 Quia cum Literæ Reſeruationis iam fuerint expeditæ ab initio & earum vigore dicta penſio exacta obiectum non intrat, in gratia retentionis præuentiua de qua agitur, & in qua nec adeſt; nec apponi conſueuit decretum annullatiuum ob exactionem Literis diſpenſationis non expeditis, quod apponitur tantùm in Literis ipſius reſeruationis, in quibus terminis loquuntur quotquot in id allegari poſſunt, ſi enim ceſſante tali decreto non incurritur pœna amiſſionis ſeu priuationis penſionis ob exactionem ante Literas expeditas,Pariſ.*conſ.*5*.num.*59. *lib.*4. Gabriel. *conſ.*159. *num.*11. *lib.*1. vbi ponderat, quod conſtitutio Iulij III.non prohibet quin etiam Literis penſionis non expeditis penſio exigi poſſit, Lotter. *de re Benefic. lib.*1*.quæſt.*37*.n.*5. *& ſeq.* ac dixit Rota *in piſcien. penſionis* 6. *Februarÿ* 1645. *§. nam fuit reſponſum*; Coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Ottobono, & in terminis Beneficij fuit dictum in *Valentin. Rectoriæ* 17. *Martÿ* 1651. *§. intruſio autem & ſeqq. & §. manet itaque ante finem* ibi; quia gratia eſt iuſtificata de tempore datæ ex ibi allegatis coram R. P. D. meo Bichio
9 † & magis in puncto quod literis diſpenſationis non expeditis *iuxta reg.* 52. *Cancell.* non incurratur priuatio propter exactionem, dixit Rot.coram Card.Mellino *in dicta deciſ.*20. *num.*5*.& ſeqq.* reddens rationem, quia dicta regula non annullat gratiam ſed diſponit, quod non ſuffragetur, ante expeditionem Literarum, vt *dicta deciſ.*227. *n.*2. *&* 3. cuius contrarium non firmat, Lotter.*lib.*2*.quæſt.*2. *num.*59. *& ſeq.* ſolùm enim dicit impetrantem gratiam peccare, ſi ea vtatur antequam expediuerit, literas diſpenſationis,vnde non ſequitur quod penſionem amittat, cùm hanc pœnam regula Cancellariæ non irroget; Mantic. *deciſ.*286. *n.* 10. & tanquam odioſa, non debet extendi,Caſſador.*ſuper regul.Cancell.dec.*36. *num.*1. *&* 2. ex quibus dictum fuit ſententiam Rotalem eſſe infirmandam, vtraque, &c.

# R. P. D. MELTIO

## Calaguritana Beneficij,

Mercurij 24.Ianuarij 1652.

*Ad caput* 59. *Volum.* 1. *parte* 1.

## *ARGVMENTVM.*

QVando Examinatores procedunt in forma iudicij,locus eſt appellationi ad vtrumque effectum. Ideò omnia geſta non ſolùm poſt appellationem ſed etiam intra tempus ad appellandum ſunt reuocanda tanquam attentata, & locus eſt ſequeſtrationi fructuum beneficij.

## SVMMARIVM.

1 *Examinatores iudicialiter ex quibus procedere dicantur.*

2 *Appellationi locus eſt ad vtrumque effectum quando examinatores procedunt iudicialiter.*

3 *Cauſa eſt appellabilis quando ſignatura iuſtitiæ illam ſimpliciter commiſit.*

4 *Si cauſa ſit appellabilis omnia geſta poſt Appellationem, etiam intra decem dies ad appellandum ſunt attentatoria.*

5 *Rota ſolet in cauſis Beneficialibus procedere ad ſequeſtrationem poſſeſſionis.*

## DECISIO XVIII.

QVemadmodum Rota paſſim reſpondere conſueuit in aliis ſimilibus cauſis Calaguritanis ſcilicet attentata eſſe quæcumque geſta fuerunt pendente tempore ad appellandum, vel poſt appellationem interpoſitam à mala relatione examinatorum,quando iudicialiter proceſſum fuit; ita & hodie reſpondit in lite vertente inter Ioannem Guttierez, & Emanuelem Monte,occaſione Beneficij vacantis per obitum Franciſci Garziæ in Eccleſiis Parochialibus vnitis SS. Iacobi & Andreæ Ciuitatis Calaguritanenſi. Ad iſtud namque Beneficium ſic vacans cum in termino edictorum plures apparuiſſent oppoſitores inter quos dd. Ioannes Guttierez, & Emanuel Monte omneſque fuiſſent præuiis eorum iuſtificationibus per ſententiam ordinarij declarati filij patrimoniales, ac habiles ad conſequendum dictum Beneficium, ſolus deinde Emanuel abſque concurſu alio-

rum oppoſitorum examinatus fuit ſub die 20. Maij 1648. Idemque æquè habilis, ac idoneus renunciatus cum aliis examinatis in concurſu poſtea facto ſub die 8. Auguſti eiuſdem anni, & ſignanter cum dicto Ioanne in dicto examine ad curam animarum approbato, qui proinde ex tali relatione ſentiens ſe grauatum ab ea appellauit, ſed appellatione non obſtante cum proceſſum fuerit ad præſentationem, & inſtitutionem dicti Emanuelis coram Me cui huiuſmodi cauſa commiſſa reperitur, Dubitatum fuit an conſtaret de attentatis, & Domini affirmatiuè reſponderunt.

1 Et affixione enim edictorum Articulorum
productione, citationibus, examine teſtium,
alijſque incumbentiis factis pro examinandis
qualitatibus requiſitis in concurrentibus ad
Beneficia Calaguritanæ Diœceſis, provt
etiam ex ſubſecuta ſententia Ordinarij emanata
ſuper ſufficientia, & habilitate oppoſitorum,
euidenter apparet iudicialiter proceſſum
fuiſſe; *cap. forus* §. *in omni quoque negotio de*
*verborum ſignificat.* Lambertin. *de iurepatr. lib.*
2. *part.* 2. *quæſt.* 11. *artic.* 4. *num.* 1. & 4. Caſſador.
*deciſ.* 18. *in fin. de præbend.* Rot. *deciſ.* 266.
*num.* 1. & *ſeqq. lib.* 3. *par.* 3. *diuerſ.* & fuit dictum
*in Calaguritana Beneficij S. Martini* 10. *Maij*
1649. coram R. P. D. meo Corrado §. 1. vbi
2 plures aliæ referuntur deciſiones.† Vnde ap-
pellatio erat ad vtrumque effectum admit-
tenda Gonzal. *ſuper regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 9.
*in annotatione contra nullitatem, num.* 184.
Garz. *de benefic. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 244. Rot. *in*
*Calaguritana Beneficij de Alexon.* 9. *Februarij*
1610. coram Sanctiſſ. D. N. *Calaguritana Beneficiorum*
17. *Februarij* 1648. coram R. P. D.
meo Bichio, *in Calaguritana Beneficij de Logron*
19. *Februarij* 1648. coram R. P. D. meo
Veroſpio *in princ. verſ. ac proinde licuiſſe.*

Tantoque magis erat appellabilis in hoc
caſu relatio examinatorum, quia conſtat de
grauamine illato dicto Ioanni, dum Examinatores
retulerunt æquè idoneum Emanuelem
non legitimè in concurſu examinatum,
prout de aliis factum fuit ſeruando Conſtitutionem
Clementis VIII. nam illius examen
ferè per tres menſes ſeparatim præceſſit, cum
ordine retinendi cedulam vſque ad tempus
concurſus, vt in eodem Summ. *num.* 3. quod
fuit contra formam dictæ Conſtitutionis.
3. † Præterea hoc ipſum comprobaſſe videtur
ipſamet Signatura Iuſtitiæ à qua dum cauſa
hæc ſimpliciter, & abſolutè commiſſa fuit,
quod ea eſſet appellabilis dubitari non poteſt,
Rot. penès Buratt. *deciſ.* 902. *n.* 1. *verſ.* & *cum*
*pariter*, vbi Addens *num.* 6. Duran. *deciſ.* 96. *ſub*
*num.* 4. *verſ. quia quidquid de hoc ſit, in recent.*
*deciſ.* 134. *ſub num.* 6. *verſ.* & *nihilominus part.*
6. *ac in Comen. Iuriſpatronatus* 25. *Iunij* 1646.
coram R. P. D. meo Corrado, *Comen. Cappellæ*
24. *Ianuarij* 1646. coram Reuerendiſſ. D. meo
Decano, *necnon in Meleuitana Commendæ de*
*Vaours* 13. *Maij* 1650. coram R. P. D. meo
Cerro §. *quia cum ab ea appellatum fuerit.*

Firmatis igitur ex præmiſſis dictam rela- 4
tionem fuiſſe ad vtrumque effectum appel-
labilem inde ſequitur, vt omnes actus qui
eam ſubſecuti fuerunt, & ſignanter illi præ-
ſentationis, & inſtitutionis ſeu collationis fa-
ctæ ad fauorem dicti Emanuelis fuerint at-
tentati non ſolum tanquam facti pendente
tempore ad appellandum, *cap. non ſolùm de*
*appellat.* & *cap.* 2. *vt lit. penden. in* 6. & *l.* 1. *ff.*
*nil. nou. appellat. pendent.* Lancellott. *de atten-*
*tat. part.* 2. *cap.* 11. *num.* 17. ſed & quia poſt ap-
pellationem interpoſitam, quo caſu geſta poſt
eam ſubiacent grauiori vitio attentatorum,
Alex. *conſ.* 99. *num.* 3. *verſ. hoc præſuppoſito vol.* 5.
Caputaq. *deciſ.* 49. *num.* 4. Guido Pap. *deciſ.*
74. Cæſar de Graſſ. *deciſ.* 2. *num.* 5. *de appellat.*
Rot. coram Durano *deciſ.* 96. & *deciſ.* 169.
*num.* 1.

Hinc poſſeſſio Beneficij venit ſequeſtran- 5
da, ſiue illa apprehenſa fuerit ab Emanuele,
ſiue non; primo namque caſu auocatur, & ſe-
queſtratur poſſeſſio iuxta obſeruantiam Ro-
tæ, ne attentans commodo vitioſæ poſſeſſio-
nis fruatur, ſicque ex propria culpa com-
modum reportet. Caſſador. *de reſtit. ſpoliat.*
*deciſ.* 1. *num.* 7. Rot. *in nou. deciſ.* 10. *ſub num.* 4.
*vt lit. penden.* Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 2. *in princ.*
*de appellat.* ſecundo verò caſu ſequeſtratur
poſſeſſio tanquam vacua, ne interim fructus
dilapidentur, ac diſperdantur Seraphin. *deciſ.*
1403. *num.* 5. & *deciſ.* 586. *num.* 2. & *deciſ.* 136.
*n.* 4. *part.* 2. *recent.*

Et ita informante tantum D. Ioanne Guttierez reſolutum fuit &c.

---

## R. P. D. PRIVLO

### Calaguritana Beneficij de Aleſcanco,

Lunæ 8. Iunij 1654.

*Ad cap. 59. volum. 1.*

### *ARGVMENTVM.*

POſt publicatas atteſtationes, didiſcita teſtificata, & diſcuſſas in Rota Teſtium depoſitiones, noui Articuli ſuper ijſdem factis admitti non debent, propter timorem ſubornationis; Idem dicendum eſt ſi Articuli ſint irreleuantes.





### SVMMARIVM.

1 *Poſt publicatas Atteſtationes & didiſcita teſtificata, noui Teſtes ſuper iiſdem Articulis admitti non debent.*

2 *In Rota tamen Romana contrarium ex ſtylo obſeruatur.*

3 *Sed ſtylus iſte locum non habet quando vltra communicationem Atteſtationum fuerunt Teſtium dicta diſcuſſa & examinata.*

4 *Articuli irreleuantes non admittuntur ad probandum etiam in Romana curia.*

5 *Qui ab Examinatoribus Synodalibus fuit approbatus illum qui fuit ab iiſdem reprobatus excludit.*

6 *Approbatio ſuperueniens non præiudicat iuri alteri per præcedentem reprobationem quæſito.*

## DECISIO XIX.

POſt editam Deciſionem ſub die 30. Ianuarij præteriti coram R.P.D. meo Decano ac latam deſuper ſententiam adiudicantem Petro de Medina controuerſum beneficium produxit Ioannes Garſia articulos petiitquè illos admitti ac Teſtes examinari, parte verò opponente dubitaui an ſint admittendi & DD. hodie conſulti negatiuè reſponderunt.

1 Primò quia ſuper eadem materia modo cautius articulata fuerunt in præſenti inſtantia pro eodem Garſia teſtes examinati, & illorum depoſitiones non ſolùm publicatæ ſed à partibus didiſcitæ ac in poſitione cauſæ exactè diſcuſſæ quapropter non decet alios articulos admittere ſuper quibus Teſtes cum manifeſto ſubornationis periculo examinentur: *cap. fraternitatis, cap. intimauit, cap. cum veniſſent de Teſtib. Clem. fin. eod. tit.* Surd. *conſ.* 176. *n.* 3. & *ſeqq. per tot.* Rota *deciſ.* 266. *ſub num.* 1. *verſ. cæterum cum ſequent. part.* 6. & *deciſ.* 41. *num.* 1. & *ſequent. part.* 7. *recent.* cum aliis relatis per Add. ad Buratt. *deciſ.* 228. *num.* 23.

2 Nec obſtat quod ſolemnis dictarum depoſitionum publicatio ſequuta non fuerit ſed ſimplex dumtaxat communicatio Procurantibus partium in Curia quæ ob eorum ſpectatam legalitatem aliorum teſtium receptionem de ſtilo Rotæ non impedit.

3 Quia ſtilus huiuſmodi non extenditur vbi vlterius fuerunt depoſitiones diſcuſſæ & ſuper eis diſputatum vt reſpondit Rota coram Seraph. *deciſ.* 688. *num.* 2. *verſ. ſtilus verò Rotæ cum ſequent.* coram bonæ memoriæ Merlino *deciſ.* 289. *ſub num.* 2. *verſ. vnde & ſequent. in Romana ſucceſſionis* 4. *Iulij* 1642. coram Reuerendiſſ. Salamantin. §. *timor tamen ſubornationis Romana Dotis* 28. *Iunij* 1651. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Corrado §. *nam licet* & *in Tullen. nullitatis matrimonij* 12. *Ianuarij huius anni* coram R.P.D. meo Albergato.

Secundò quia materia articulata eſt pror- 4
ſus irreleuans qua ratione etiam in Curia de-
negatur examen & articulorum admiſſio vt
dixit Rota, coram bonæ memoriæ Merlino
*deciſ.* 795. *ſub num.* 2. *verſ. quoniam hæc concluſio,*
& *num.* 5. *ac ſequentibus in Tudertina Societatis*
15. *Aprilis* 1641. coram Reuerendiſſimo Sala-
mantin. & aliis relatis *in Valentina Parrochia-*
*lis* 23. *Ianuarij* 1647. coram R.P.D. meo Cer-
ro. Irreleuantia eſt patens, nam eſto quod
probaretur Petrum ex beneficio quod poſ-
ſidet ac bonis patrimonialibus habere con-
gruam ſuſtentationem (vt articulatum fuit)
adhuc in adiudicatione beneficij controuerſi
præferendus eſſet Ioanni † ex quo ille ab 5
Examinatoribus ſynodalibus fuit approbatus
iſte verò reprobatus, huiuſmodi enim ap-
probatio operatur vt approbatus, habens
qualitates per motum proprium *Clem.* 8. San-
ctæ memoriæ requiſitas ſemper ſit præferen-
dus reprobato, licet maioribus qualitatibus
præpollenti, vt fuit reſolutum *in Calaguritana*
*Beneficij della caſa della Reyna* 4. *Iulij* 1646. &
*in Calaguritana Beneficij de Cornago* 10. *De-*
*cembris eiuſdem anni* & *in Calaguritana bene-*
*ficij* 18. *Maij præteriti* coram R. P. D. meo
Veroſpio.

Nec releuat approbatio quam Ioannes 6
poſt 20. menſes in Curia reportauit, quia
cùm obtenta fuerit non citato Petro qui tunc
temporis erat in cauſa vt conſtat ex commiſ-
ſione in Summario eius reſponſionis relata
*num.* 1. & firmat deciſio Reuerendiſſ. D. mei
Decani §. *fin.* nullius eſt momenti nec ei ſuf-
fragatur in præiudicium iuris ex antece-
denti reprobatione eidem Petro quæſiti, vt
reſpondit Rota *in Calaguritana beneficij* 26.
*Iunij* 1648. §. *quo magis* & in alia 15. *Ia-*
*nuarij* 1652. §. *facilius* coram R. P. D. meo
Bichio & *in dicta Calaguritana beneficij de*
*Saliuillas* coram R. P. D. meo Veroſpio.

Et ita fuit concluſum vtraque parte informante.

## R. P. D. PRIVLO

### Calaguritana Beneficij de Aleſanco,

Lunæ 26. Iunij 1655.

*Ad cap. 59. num. 11. part. 1.*

### ARGVMENTVM.

QVis dicatur habere meliores qualitates vt alteri minores habenti præferatur in aſſecutione beneficij.

### SVMMARIVM.

1 *Qui meliores habet qualitates alteri ex ſpeciali Summi Pontificis conſtitutione in Eccleſia Calaguritana præferendus eſt.*
2 *Qui ætate grauior eſt in dubio eſt præferendus.*
3 *Item qui ſacerdotio eſt antiquior.*
4 *Qui ad exercitium curæ fuit approbatus.*
5 *Qui eſt oriundus è loco beneficij.*
6 *Facultas exercendi curam animarum potentior eſt facultate ſimplici audiendi confeſſiones.*
7 *De eo qui gradum in Vniuerſitate adeptus eſt.*
8 *Si quis ad viſitandum fuerit deputatus non ex eo dicitur dignior quando deputatio non fuit ſortita effectum.*

### DECISIO XX.

SEntentiam Rotalem adiudicantem Petro Medinæ beneficium de quo agitur in gradu appellationis ad Me interpoſitæ confirmandam eſſe DD. cenſuerunt, tam contra Ioannem Garſiam in antecedenti inſtantia victum, quàm contra Martinum Galliego qui coram Me ad cauſam ſuperuenit quia illius validitas non controuertitur.

1 Iuſtitia verò apparet ex Deciſione edita coram Reuerendiſſ. D. meo Decano ſub die 30. Ianuarij anni præteriti, in qua firmatum fuit ipſum habere qualitates præpollentes, ac proinde vti digniorem præferendum eſſe Ioanni Garſiæ coppoſitori ad idem beneficium, ex diſpoſitione motus proprij Clementis VIII. Sãctæ memoriæ, ſæpius in his cauſis à Rota canoniſata, vt fuit dictum *in Calaguritana Beneficij 27. Nouembris* 1648. coram D. meo Bichio, *in Calaguritana Beneficij de Liquetio 23. Maij* 1653. coram R. P. D. meo Celſo *in Calaguritana beneficij de Lanciego 30. Iunij* 1654. coram R. P. D. meo Cerro *& in Calaguritana beneficij de Erze 11. Decembris eiuſdem anni* coram Me, *ac in aliis.*

Nec releuant deducta pro parte Martini Galliego poſt dictam ſententiam ad cauſam admiſſi maiores qualitates habere prætendentis.

Quia illis hodie perpenſis contrarium per 2
DD. decretum fuit. Petrus enim eſt ætate grauior, ſacerdotio antiquior, & in exercitio curæ Animarum approbatus ac verſatus vſque de anno 1620. quæ prærogatiuæ ipſum profecto digniorem conſtituunt.

De grauiori ætate fuit dictum *in Calaguritana Beneficij de la Caſa della Reyna 4. Iulij* 1646. coram R. P. D. meo Veroſpio *& 17. Iunij* 1648. coram Reuerendiſſ. Terraconen, *in Calaguritana Beneficij de Bilbao 28. Iunij* 1651. coram Eminentiſſ. D. meo Cardinali Ottobono, *& in Calaguritana beneficij de Ceruera 15. Maij* 1654. coram R. P. D. meo Bichio.

De antiquiori Sacerdotio *in Calaguritana* 3
*Beneficij 2. Decembris* 1652. coram R. P. D. meo Bichio *in Calaguritana Beneficij de Occon 20. Iunij* 1653. coram R. P. D. meo Beuilacqua, & *in Calaguritana Beneficij de Auxeio 2. Martij* 1654. coram R. P. D. meo Veroſpio.

De exercitio curæ Animarum *in Calagu-* 4
*ritana Beneficij 10. Aprilis* 1652. coram R. P. D. meo Meltio *& in Calaguritana beneficij de Erze 16. Martij* 1652. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.

Nec vrget quod Martinus ortus fuerit in 5
loco de Mezanco, & Baptizatus in Eccleſia in qua exiſtit controuerſum beneficium: quia in eiſdem loco & Eccleſia ortus & reſpectiuè baptizatus etiam fuit Petrus vnde iſta qualitas fruſtra per Martinum allegatur ad obtinendam prælationem; Rota *in Calaguritana beneficij de Occon. 6. Februarij* 1654. coram R. P. D. meo Beuilacqua §. *non obſtat quòd.*

Minus releuat quod habuerit licentiam 6
audiendi Fidelium confeſſiones non ſolùm in Burgen. diœceſi, ſed in toto Archiepiſcopatu Mexicano: quia eandem licentiam habuit quoque Petrus cum facultate adminiſtrandi ſacramenta, prout cum effectu adminiſtrauit exercendo per plures annos curam Animarum, quæ maiorem ſupponit habilitatem quàm ſimplex licentia audiendi confeſſiones, vt dictum fuit *in proximè citata Calaguritana beneficij de Occon* coram R. P. D. meo Beuilacqua §. *neque afficit.*

Præterea non officit quod Martinus ſit 7
graduatus in Sacris Canonibus in Vniuerſitate Abulen. (quia præterquam quod gradus huiuſmodi ex pluribus impugnarunt ſcribentes



bentes pro Medina & exceptiones DD. habuerunt pro releuantibus) parui momenti eſt reſpectu maioris ætatis, ſacerdotij ac exercitij curæ Animarum, vt in fortioribus terminis contra Garſiam Graduatũ in vniuerſitate Salamantina reſponſum fuit *in deciſione* Reuerendiſſ. D. mei Decani *etiam in Principio* & prius *in Calaguritana beneficij 17. Nouembris* 1653. coram R. P. D. meo Meltio, & in aliis relatis *in dicta Calaguritana beneficij de Erze 11. Decembris* 1654. coram Me.

8 Demùm in nihilo ſuffragatur deputatio eiuſdem Martini ad viſitandam diœceſim Burgen. Nam cùm fuerit reſtricta ad partem dioceſis aſſignandam quæ non probatur aſſignata Summario illius *num.* 7. inefficax eſt pro obtinenda prælatione tanquam effectum non ſortita; ex traditis per Surd. *conſ.* 436. *num.* 14. *& deciſ.* 51. *num.* 21. *ac deciſ.* 269. *num.* 12. Rota *deciſ.* 623. *num.* 5. *part.* 4. *recent.*

Et ita informantibus tantùm Petro & Martino, Ioanne verò pluries citato, reſolutum fuit. &c.

## R. P. D. BICHIO

### Calaguritana Beneficij de Bilbao,

Lunæ 5. Iulij 1655.

*Ad cap. 44. part. 1.*

### ARGVMENTVM.

INter duos concurrentes in Examine præferendus eſt qui maiores habet prærogatiuas vnde qui de ſimonia fuit accuſatus, licèt probationes non eſſent formiter factæ, tamen ſi eius inſtitutio futura eſſet cauſa ſcandali reijciendus eſt, quamuis per ſententiam fuiſſet abſolutus, niſi conſtaret accuſationem fuiſſe euidenter calumnioſam.

### SVMMARIVM.

1 *Qui meliores habet qualitates; ille ab Examinatoribus præferendus eſt.*
2 *Teſtes informiter examinati, fidem non faciunt.*
3 *Teſtibus examinatis parte non citata, vel à Iudice, qui fuit allegatus ſuſpectus fides non eſt adhibenda.*
4 *Simonia non probatur per Teſtes de auditu.*
5 *Simonia non probatur, niſi probata præcedenti pactione.*
6 *Qui ſemel aut bis fuit approbatus ad alia beneficia, nouo indiget examine.*
7 *In Iudicio prælationis ad beneficium non exigitur plena probatio, ſed ſufficiunt coniecturæ.*
8 *Beneficium non eſt adiudicandum, illi ex cuius inſtitutione ſcandalum orietur.*
9 *Quando abſolutoria ſententia non fuit lata ex capite innocentiæ, ſed ex capite delicti non probati, poteſt quandocumque cauſa inſtaurari, ſi noua ſuperueniant indicia.*
10 *Ex inquiſitione pro ſimonia contra aliquem facta reſultat quædam macula, ob quam cæteris idoneis eſt poſtponendus.*
11 *Ex eo quod inquiſitus condemnatus eſt in expenſis, oritur aduerſus illum quædam ſiniſtra ſuſpicio.*
12 *Ex ſola oppoſitione ius in beneficio non acquiritur.*
13 *Grauamen ab examinatoribus illatum reparari poteſt in gradu appellationis.*

### DECISIO XXI.

ANtonium de Goiri in concurſu Ignatij 1
de Arbolancha tanquam ætate ſeniorem, Sacerdotem, ac aliàs ad audiendas Confeſſiones approbatum, præferendum eſſe dubitatum non fuit, vt ſæpiſſimè reſpondit Rota *in deciſionibus allegatis in Calaguritana Beneficij de Vnzella 1. Iulij* 1652. coram R. P. D. meo Albergato, *& in Calaguritana Beneficij de Lequitio 23. Maij* 1653. coram R. P. D. meo Celſo.

Niſi obſtaret diffamatio Simoniæ per ip- 2
ſum commiſſæ in aſſecutione huiuſmet Beneficij quam negat probari per Teſtes ex aduerſo inductos, quia examinati vigore monitorialium literarum, vel in Iudicio Criminali, nec repetiti formiter in Ciuili fidem non merentur, *l. vlt. verſ. ſancimus C. Teſtib.* Rota *deciſ.* 128. *num.* 5. *deciſ.* 145. *num.* 2. *inter impreſſ. poſt conſ. Farinac. deciſ.* 366. *num.* 6. coram Cardinali Caualerio, *& in Bononien. pecuniaria 23. Maij* 1645. §. *aſſertum* coram Me; † aliis pari- 3
ter in Iudicio Ciuili examinatis ne probent obſtat defectus tam Citationis ad videndum illos iurare, neceſſariæ etiam ex præſcripto literarum remiſſorialium, vt propterea non ſufficiat citatio pro illis obtinendis emanata in Curia, vt fuit dictum *in deciſione* 345. *ſub num. 2. part. 2. recent.* Tum iuriſdictionis, quia examen factum fuit coram Iudice allegato ſuſpecto. Lancell. *de attent. p. 2. cap. 6. n. 13. & ſeqq.* Rot. *deciſ.* 347. *n.* 1. *poſt conſ. Farinac. & in Marſicẽ. Iuriſdictionis 5. Martij* 1646. corã Me.

Eoque

Eoque minus Teſtibus adhibendam fidem, quia deponunt de auditu, Comitul. *in his terminis deciſ.*114.*num.*7. & de publica voce, & fama, quæ ortum habuit à Iudicio Ciuili inter alias perſonas moto, nec ſufficit ad probandam Simoniam, Pariſ. *de confid.quæſt.* 72.*n.*3.Put.*deciſ.*167.*lib.*2. *in corr.* Rota *deciſ.* 538.*n.*18.*in fin.& num.*19.*part.*4.*tom.*3.*recent.*
5 † quam vt Teſtes conuincerent, debuiſſent deponere de præcedenti pactione ſine qua illa non committitur, vt communiter notant Doctores *in cap. veniens de Teſtib. d.deciſ.*167. *lib.*2.*in corr.*Rot.*deciſ.*350.*n.*12.*part.*2.*recent. deciſ.*93.*n.*6. *part.*4. *tom.*2. *deciſ.*538.*num.*10. *part.*4. *tom.*3. & inueriſimilia prorſus deponunt, quia pecuniam datam vni examinatori ſynodali affirmant, vt Antonius approbaretur, & reprobaretur Ignatius prout fuit reprobatus, ſed Antonius pro ſua approbatione hoc non egebat, cum confidere poſſet de ſua idoneitate cognita tùm Ordinario, qui aliàs ad Confeſſiones audiendas illum propoſuit; tùm Examinatoribus, qui prius illum habilem ad beneficia Curata pronunciauerant; Ignatium verò fuiſſe reprobatum *ex capite in literatura* probant plures Teſtes; addentes
6 quod, † & ſi bis aliàs ad alia beneficia fuerat approbatus id factum fuit ex beneuolentia, & eius honoris gratia, & adhuc nouo examine indigebat. Comitul. *d. deciſ.*114. *num.*12. Cumquè fuerit reprobatus ab omnibus Examinatoribus nil intereſt, quod vni ex illis fuerit data pecunia, vnde non mirum ſi in iudicio criminali Antonius à querela Simoniæ fuit abſolutus per ſententiam diffinitiuam, quæ omnem maculam à querela reſultantem abſtergit, ac delet.

7 Hæc tamen quæ ſatis eſſent ad euitandam priuationem beneficiorum, quæ Antonius obtinebat, vel aliàs pœnas contra Simoniacos decretas, cenſuerunt Domini non releuare, nè ab aſſecutione beneficij obtinendi repellatur, ſeu in iudicio prælationis ſuccumbat, ad hunc enim effectum non requiritur plena probatio Simoniæ, ſed ſufficiunt coniecturæ; Pariſ. *de fideic.quæſt.*72.*num.*8.*in fine*, & diffamatio reſultans ex denuntiatione, ſeu inquiſitione, *can.tantis Daniel* 81.*diſtinct.cap. omnipotens*, vbi gloſ. *verb. denunciatur de accuſat.* Pariſ. *d. tract.q.* 64.*num.*15. Mareſc. *var. reſol.lib.*2.*cap.*35.*num.*19.Lotter.*de re benef.lib.* 2.*quæſt.*31.*num.* 145.*& ſeqq.* Add. ad ſanct. mem. Gregor.XV. *deciſ.*238.*n.*13.Seraphin.
8 *deciſ.*516.*num.*4. † vbi dicit rationem, quia non eſt adiudicandum beneficium ei qui ſcandalum eſſet præbiturus, quamuis aliàs nullum defectum pateretur. Comitul. *dec.* 114. *num.* 12. & in terminis beneficij Calaguritani *deciſ.*119.*n.*2. *&* 3. Rota *in Leodien. Præpoſituræ Tongren.*19.*Ian.*1650.coram Eminentiſſ.D.Card.Otthobono.

Nihil ſuffragante ſententia abſolutoria, 9
quia non eſt talis ex capite innocentiæ, ſed non probati ex tunc deductis delicti, ideoque remanent adhuc veſtigia prioris Iudicij, & poterit Antonius nouis ſuperuenientibus indiciis quandocumque vexari, vt in puncto reſpondit Rota *in Sabinen. concurſus* 6. *Aprilis* 1609. coram D. Cardinali Sacrato, *impreſſ. apud Marcheſ.de commiſſ.tom.*1.*fol.*291.*num.*3.
† vbi ſubditur, quod etiam ſi inquiſitus abſo- 10
lutus fuiſſet tanquam innocens, adhuc negari non poteſt, quin ex priori inquiſitione remaneat quædam macula ob quam in concurſu non habentis talem maculam veniat poſtponendus *Lotter.de re benef.d.lib.*2.*quæſt.*51.*num.* 148.*& ſeqq.* vbi ſignanter *num.*151.id limitat, quando per ſententiam liqueret eum per calumniam delatum, vel accuſatum fuiſſe quod hîc non verificatur, imò plurimi teſtes deponunt de publica fama Simoniæ, & ſextus qui eſt Eques Sancti Iacobi teſtatur de confeſſione extraiudiciali ipſius Antonij *Summario*
*Ignatij num.*6.*ante finem*, † & Iudex condem- 11
nauit inquiſitum in expenſis, alioquin verò accuſatorem condemnaſſet; Hippol. Rimin. *conſ.*303.*num.*6.*& ſeqq. per tot.* Farin. *in prax. quæſt.*16.*num.*13.poſt Boſſ.*tit. de accuſat.num.* 19.*in fin.*

Et hæc faciliùs procedunt in caſu noſtro, tum quia ſententia ipſa abſolutoria denotat non abfuiſſe magnam Simoniæ ſuſpicionem, cum vt dicebam inquiſitum condemnauerit in expenſis. Tum etiam quia à dicta ſententia fuit interpoſita appellatio, quæ illius effectum ſuſpendit, *l.*1.*ff.ad Turpill. cap.veniens de iureiurand.* Rota *deciſ.*211.*num.*3. *apud* Cenc. *de Cenſib.* cum aliis allegatis *in Romana dotis* 11. *Februarij* 1647.coram Me.

Quod verò hodie agatur de beneficio ac- 12
quirendo, ſeu de prælatione in concurſu patet, quia Antonius eſt ſimplex oppoſitor, & ex ſola oppoſitione Ius in beneficio non acquiritur, Caſſador. *deciſ.* 18. *num.* 2. *&* 3. *de præb.* Seraphin.*deciſ.*1091.*num.*1.*&* 2. Rota *in Gerunden.beneficij* 27. *Iun.*1644. §.*Non obſtat*, coram Me.

Excluſo itaquè ex prædictis Antonio, ad- 13
iudicandum eſt beneficium Ignatio, qui de cætero habet omnes qualitates à Conſtitutione Clementina requiſitas, & quamuis reprobatus fuiſſet ab Examinatoribus Calaguritanis appellauit ab hoc grauamine, & de eo nedum per antecedentes approbationes, bis aliàs reportatas, ſed etiam per ſubſequentem in gradu appellationis obtentam plenè docuit Mantic. *deciſ.* 274. *num.*2. Rota *in Calaguritana Beneficij de Occon* 9. *Decembris* 1649. coram bon.mem.Arguelles, *& in eadem* 1. *Iulij* 1652.coram R.P.D. meo Zarate.

Atque ita fuit deciſum vtraque, &c.



---

# R. P. D. BICHIO

## Calaguritana Beneficij de Bilbao,

Lunæ 15. Maij 1656.

*Ad cap.*59.*part.*1.

## *ARGVMENTVM.*

SI is qui fuit ad examen admiſſus nullum habeat oppoſitorem concurrentem, beneficium illi collatum cenſetur; ſecus ſi adſit concurrens. Sola diffamatio de Simonia offuſcat alias bonas qualitates propter ſcandalum euitandum.

## SVMMARIVM.

1 *Quando agitur de remouendo à beneficio in concurſu, ſola diffamatio Simoniæ ſufficit.*

2 *Admiſſio ad examen habet vim collationis nullo concurrente oppoſitore, ſed ſi adſit oppoſitor requiritur actus authoriſabilis Collatoris.*

3 *Bonæ qualitates prouidendi non ſunt conſiderabiles in eo qui diffamatus eſt de Simonia.*

4 *Per quoſcumque actus collationem præcedentes nunquam acquiritur ius in re.*

5 *Opinio promouendi ad beneficia in nullo debet vacillare.*

6 *Epiſcopus iam electus non eſt admittendus ſi de multis ſit diffamatus.*

7 *Per electionem acquiritur ius ad rem.*

8 *Sola denunciatio criminalis præiudicat famæ & honori.*

6 *Sententia abſolutoria ſi non ſit lata ex capite innocentiæ, ſed tantùm ex defectu probationum diffamationem non euacuat.*

10 *Ampliatur vt procedat præſertim ſi talis ſententia ſit ſuſpenſa per appellationem.*

## DECISIO XXII.

OBeſſe Antonio de Goiri nè Beneficium controuerſum aſſequatur diffamationem Simoniæ ſuper hoc ipſo beneficio commiſſæ, & probationes ad illam oſtendendam adductas cenſuerunt iterum Domini, amplectendo præſertim diſtinctionem, quam in §. *hæc tamen*, affert prima deciſio huius cauſæ ædita *ſub die* 5. *Iulij proximi præteriti*, † quod 1
ſcilicet aut agitur de priuando aliquem ex capite Simoniæ beneficio iam obtento, & requiritur plena probatio Simoniæ, aut de deneganda inſtitutione, ſeu Collatione beneficij obtinendi, & ſufficit Simoniæ diffamatio, & coniecturæ, eandemquè diſtinctionem vltra allegationes *in d.* §. *hæc tamen*, ſequitur Ripa *de Simonia part.*3.*art.*6.*num.*2.*&* 3. Rot. apud Seraph.*dec.*1029.*num.*1.*verſ.quicquid ſit*, *deciſ.*22.*num.*2.*inter impreſſ.poſt* 2.*vol. conſ.Farin.* aliiquè relati ab Add. ad Buratt. *dec.* 445. *num.* 15. à Modern. Auenionen. *reſol. benef. part.*2.*cap.*5.§.1.*num.*13.& à Modern. Tudert. *var.lucubr.tit.*4.*cap.*19.*n.*121.

Et licèt Informantes pro Antonio aſſerant, 2
nos verſari in primo membro diſtinctionis, eo quod, cùm ille habeat omnes qualitates à Conſtitutione Clementina in huiuſmodi beneficiis requiſitas, ac ſe oppoſuerit, fueritquè ad examen admiſſus, habendus videtur, ac ſi beneficium ei fuiſſet collatum, iuxta tradita per Mandoſ.*conſ.*51.*num.*5.*& ſeqq.* Buratt.*dec.* 55.*num.*4. Rota *in Calag.beneficij S. Ioannis de Molinar* 17. *Nouembris* 1651.coram R. P. D. meo Cerro. Lotter.*de re Benef.lib.*2.*q.*51.*num.* 38.*& ſeqq.*

Reſponſum fuit Primò, adducta per Mandoſium poſſe admitti quando vnus tantùm adeſt oppoſitor habens qualitates à lege, vel ab homine requiſitas, ſecùs verò ſi concurrunt alij Oppoſitores ex prouiſione legis, vel fundationis admittendi, tunc enim oppoſitio, & illius admiſſio nullum ius tribuit, donec ſequatur actus authorizabilis ſuperioris habentis conferre, vel inſtituere, vt declaraſſe Rotam teſtatur Mandoſ.*d.conſ.*71.*in fin.* & tradit Lotter.*de re benef.lib.* 2.*quæſt.*51. *num.*38. *&* 43.*verſ.tertius eſt caſus.* Garz. *de Benef.part.*4. *cap.*3. *num.* 71. Gonzal. *ſuper reg.* 8. *Cancell. gloſ.*9. §. 1.*num.*58. *&* 93. Pelaëz *de maiorat. part.*4. *quæſt.*1.*num.* 61. Eſcobar. *de purit.ſang. part.*1. *quæſt.*7.*num.*17.*& ſeqq.* Caſtro Pal.*oper. moral.tom.*2. *tract.*13. *diſput.*2.*part.*1. *num.*17. Mohed.*deciſ.*1.*de præbend.*

Et hic eſt caſus noſter, quia adeſt etiam oppoſitio Ignatij, qui eſt filius Patrimonialis, fuit in examine approbatus, omnibuſquè aliis qualitatibus eſt præditus, quas præcipit Conſtitutio Clementina, & quamuis Antonius iactet ſe digniorem tanquam ætate ſeniorem, Sacerdotem, ac aliàs ad audiendas Confeſſiones approbatum; † hæ quali- 3
tates prælationem non tribuunt, dum eſt de Simonia diffamatus. Calder. *conſ.*9. *de probat.* Rota *diuerſ. dec.*655. *num.*2. *part.*4. Caputaq. *dec.* 201.*part.*1.*dec.*238.*num.*3.*part.*3. Seraph.

*deciſ.*767.*num.* 4. Rota *deciſ.* 219.*num.*3. *in
fin.part.*3.*recent. & in Beneuentana Parochia-
lis* 13. *Iunij* 1590. coram Orano , *impreſſ.*
apud Marcheſ. *de commiſſ. tom.*1.*fol.*293.*ſub
num.*3.*verſ.cum ſola ſuſpicio,deciſ.* 119.*num.*1.
*& ſeq.* coram Comitulo.
Secundò , reſponſum fuit , eſto quod op-
poſitio admiſſa ius tribueret , illud eſſe tan-
tùm ad rem , & conſiderabile ad alios effe-
ctus puta , vt præſeruatum dicatur per clau-
ſulam , *dummodo tempore datæ præſentium non
ſit alteri ius quæſitum* , appoſitam in poſte-
riori prouiſione , in quibus terminis loquun-
tur ex aduerſo allegati , nuſquam tamen
dici poteſt ex iure huiuſmodi reſultare ac-
quiſitionem beneficij ad effectum , vt qui
illo priuatur , cenſeatur priuatus beneficio
iam obtento in ſubiecta materia Simoniæ,
eius quippe plena probatio, vbi agitur de
priuatione Beneficij obtenti , exigitur , ob
grauius præiudicium , quod infert priuatio
iuris plenè quæſiti , & à Superiore iam au-
thorizati; Æquale verò non eſt præiudicium
quod infertur Oppoſitori nondum Colla-
4 tionem aſſecuto , † quia per quoſcumque
actus Collationem præcedentes nunquam
acquiritur ius in re, *cap. vlt. de conceſſ. præ-
bend. in* 6. Lotter. *in his terminis de re benef.
lib.*2.*quæſt.*51. *num.*35. *& ſeqq.* Seraph. *deciſ.*
1091.*num.*1. *& ſeqq.deciſ.*1356.*num.*11.dum-
que Superior alium præfert , non dicitur pri-
uare Simoniacum ; ſed abſtinere ab illius in-
ſtitutione , vt debet etiam ex ſola ſuſpicio-
ne Simoniæ ad euitandum ſcandalum , quod
5 aliàs præbiturus eſſet , † & quia opinio pro-
mouendi ad beneficia Eccleſiaſtica in nullo
debet vacillare ; *cap. Laici* 33. *diſt.* Hoſtienſ.
*in cap.accuſatum num.*3.*de Simon.* Abb. *in cap.
cum iniunctis ſub num.* 4. *circa fin. verſ. quia
non debet , de elect.* & nulla nota , vel infamia
eſſe maculata *cap. fin. de furt.* latè Garz. *de
6 benef.part.*7. *cap.*8. *num.*2. † Vnde in fortio-
ribus terminis non eſſe admittendum Epiſ-
copum iam electum ſi de multis criminibus
erat diffamatus , diſponit text. *in Can. tantis*
Daniel 81. *diſt.*& probat Abb.*in cap.*1.*num.*8.
*in cap. per Inquiſitionem num.*11.*de elect.* Felin.
*in cap. nihil num.*12. *verſ. decimotertio de præ-
ſcript.* Seraphin.*deciſ.*516.*num.*4. Rota *diuerſ.
deciſ.* 655. *num.*2. *part.*4. † Et ſi per electio-
7 nem fuiſſet quæſitum Ius ad rem ; Rebuff.
*in prax. ſuper reg. de iur. quæſit. non toll. gloſ.*6.
*num.* 37. *& ſeq.* Caſſad. *deciſ.* 18. *num.* 4. *de
præbend. cum aliis allegatis* per Modern. Piſa-
num *de iurepatr.part.*2.*lib.*8.*cap.*8.*num.*18.
8 Quæ bene omnia applicantur caſui no-
ſtro , quia diffamatio Antonij de commiſſa
Simonia , eiuſquè coniecturæ reſultant ex
pluribus teſtibus deponentibus quoque de
publica voce , & fama , & ex inquiſitione,
ſiue denunciatione criminali , quæ ſola ſuf-
ficeret , *cap.*4. *de accuſat.* Lotter. *de re benefic.
lib.*2.*quæſt.*31.*num.*145. Rot. *deciſ.*2. *num.*1.*de
accuſat. in antiq.* aduertendo maximè quod
ad effectum de quo agitur ſatis eſt probare,
vel Simoniam , vel Simoniæ diffamationem,
à quo oriretur ſcandalum , ſi diffamatus pro-
moueretur. Et tantum abeſt, quod diffama-
tionem euacuet ſententia abſolutoria re-
portata in Iudicio criminali , quod imò illam
auget , dum inquiſitum condemnauit in ex-
penſis , vel ſaltem præſeruat † ex quo non 9
emanauit ex capite innocentiæ , ſed ob non
factas probationes , vt in puncto reſpondit
Rota *deciſ.* 219. *ſub num.* 3. vbi dicit ratio-
nem , quia tum remanent veſtigia prioris
iudicij , & poteſt abſolutus ſuperuenienti-
bus indiciis quandocumque vexari , *part.* 3.
*recent.* cum aliis allegatis *in prima deciſione hu-
ius cauſæ §. nihil refragante*, † vltra quod ſen- 10
tentia eſt ſuſpenſa per appellationem , *vt in
§. & hæc faciliùs ponderat eadem prima deciſio.*
Quam propterea confirmandam eſſe re-
ſolutum fuit , cauſa bis propoſita ſub die 7.
Februarij proximè præteriti , & hodie vtra-
que parte informante.

---

# R. P. D. MELTIO

## Calaguritana Beneficij de Lumbreras,

Lunæ 18. Martij 1652.

*Ad cap.*59. *part.*1.

## *ARGVMENTVM.*

QVi habet maiores qualitates tan-
quam dignior in beneficio in du-
bio competitoribus præferendus eſt
propter conſtitutionem particularem
illius Eccleſiæ, cum de iure in beneficiis
ſimplicibus , dignus eligi poſſit omiſſo
digniori, & referũtur qualitates propter
quas quis alio dignior cenſeri debet.

### SVMMARIVM.

1 *Qui maiores habet qualitates & prærogati-
uas veluti ſi ſit filius patrimonialis dignior
cenſeri debet.*
2 *In electionibus ſufficit eligere dignum omiſſo
digniore , ex receptiori ſententia quando
agitur de beneficiis ſimplicibus.*
3 *Conſtitutio mandans eligi digniores omiſſis
minus idoneis tanquam fauorabilis Ec-
cleſiæ eſt obſeruanda.*
4 *Qualitas Sacerdotalis probatur ex Literis
patentibus Ordinarij.*
5 *In dubio Sacerdos præferendus eſt non Sacerdo-
ti tanquam dignior.*
6 *Qui eſt ætatis maioris in dubio præferendus
eſt in beneficiis.*
7 *Approbatus ab Ordinario non approbato præ-
ferri debet.*
8 *Loco arbitrij electorum intrat arbitrium Rotæ
in qua cauſa ventilatur.*



### DECISIO XXIII.

MArco Saluador , non autem Didaco
Martinez Moreno dixerunt DD. ad-
iudicandum eſſe dimidium beneficium con-
trouerſum , quod vacat in Eccleſia Paro-
chiali S. Bartholomæi Oppidi de Lumbre-
ras per aſcenſum ad integrum Petri Gar-
1 zias , † quia conſtat dictum Marcum non
ſolùm eſſe filium naturalem , ac patrimo-
nialem dicti loci de Lumbreras , ſed vlte-
rius habere plures alias qualitates , quæ in
eius competitoribus deficiunt , ac propterea
tanquam digniorem præferendum eſſe , ad
text. *in cap. ſtatutum de maiorit. & obed. cap.
ex ore de priuileg.* Bald. *in l. decernimus num.*4.
*in* 2. *notab. C. de ſacro ſanct. Eccleſiis* , Rota
2 coram Seraphino *deciſ.* 1223.*num.*2. † Et li-
cèt dum de beneficiis ſimplicibus agitur opi-
nio inter DD. valde controuerſa ſit , an eligi
poſſit dignus omiſſo digniori , & affirmatiua
communior videatur , de qua Nauarra de
reſtitutione *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 172. *&* 182.
Gutier. *canon. quæſt. lib.*2. *cap.*11. *ſub num.*12.
*col.*2. Molina *de primogenit. lib.*2. *cap.*5. *num.*
55. Garzias *de Beneficiis part.*7. *cap.* 16. *num.*
16.*& ſeqq.* Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.*1.*cap.*19.
*num.*138. Rot. coram ſan. mem. Gregor. XV.
*deciſ.* 11. *num.*8. *vbi Adden. verſ. tertia con-
cluſio* , tamen hic tollit quamcumque difficul-
tatem peculiaris Conſtitutio ſan. mem. Cle-
mentis VIII. ſuper collatione beneficiorum
Calaguritanæ Diœceſis , dum diſponit col-
lationem fieri debere digniori ; † Talis nam-
3 que conſtitutio quæ eſt Eccleſiæ fauorabi-
lis , ex quo tendit ad parandos ei meliores,
ac magis idoneos miniſtros venit inuiolabi-
liter obſeruanda. Rebell. *de oblig. iuſt. part.*
1. *lib.*3. *quæſt.*5. *in princ. verſ. tertiò quia.* Gu-
tier. *canon. quæſt. lib.* 2. *d. cap.* 11. *num.* 55. *in
fine.* Barboſ. *de iure Eccleſiæ d. cap.*19.*num.*137.
*in fin.* & in terminis beneficiorum Calagu-
ritanæ Diœceſis vt illa ſint adiudicanda di-
gnioribus firmauit ſæpiùs Rota , & ſignan-
ter *in Calaguritana beneficij de Cornago* 1639.
coram Reuerendiſſ. Terracinen. *Calaguri-
tana beneficij de Logrono* 15. *Decembris* 1645.
coram R. P. D. meo Royas , *Calaguritana
beneficij della Caſa de la Reyna* 27. *Martij*
1648. coram eodem Reuerend. Terracinen.
*Calaguritana beneficij* 27. *Nouembris* 1648.
coram R. P. D. meo Bichio *ſub §. & hic eſt
caſus noſter , & in Calaguritana ſimilis beneficij
de Lumbreras* 4. *Iunij* 1646. coram Eminen-
tiſſ. D. Card. Otthobono *§. ideo Morenus , ac
alibi paſſim.*
Quod autem Marcus Saluador maiori 4
gaudeat dignitate , & qualitate Didaco Mo-
reno , clarè apparet quia ipſe eſt Sacerdos,
vt probatur ex Literis patentibus ab Ordi-
nario ei conceſſis , & nunc originaliter ex-
hibitis , quæ concludentem probationem
faciunt , vt per Felynum *in cap. poſt ceſſio-
nem num.*15. *de probationibus* , Buratt. *deciſ.*
255.*num.*15. *& deciſ.*708. *num.*1. † Sacerdos 5
enim concurrens cum alio ſimili qualitate
carente in adiudicatione beneficij ſemper
præfertur , licèt beneficium ordinem ſacer-
dotalem non requirat ; nam ſemper verum
eſt dicere , quod ille ſit dignior ratione or-
dinis præsbyteratus. Gutier. *conſ.* 2. *num.*22.
& in his terminis reſolutum fuit *in dicta
Calaguritana della Caſa de la Reyna* coram
Reuerendiſſ. Terracinen. *§. quod autem , &
in Calaguritana beneficij* 20. *Nouembris* 1648.
coram R. P. D. meo Peutingerio *in princ.
cum ſimilibus* ; Morenum autem non eſſe
Sacerdotem clarè colligitur ex eo , quod
reperitur in ætatis ſuæ 22. anno tantùm,
provt deponunt Teſtes ſumm. Saluadoris
*num.*5. Sicquè deficit in eo ætas omninò re-
quiſita ad ordinem ſacerdotalem ex diſpo-
ſitione Sancti Concil. Trident. *ſeſſ.*23. *cap.*
12. *de reformat.* ac per text. *in Clement. gene-
ralem de ætate , & qualit.*
Hinc reſultat altera qualitas , quæ eſt 6
reſpectu maioris ætatis dicti Marci Salua-
doris , quæ valdè attenditur ; vt in colla-
tione ſit præferendus ; *cap. cum in cunctis
in princ.* vbi Gloſſa *verbo ætatis maturitas , de
elect.* Innocentius *in cap.*1. *num.*1. *de maiorit.
& obed.* Bald. *conſ.* 167. *in fine , verſ. & in
dubio lib.*4. Barboſ. *conſ.* 23. *in fine volum.*
1. & firmauit Rota *in Calaguritana beneficij
de Brinas* coram Reuerendiſſ. D. meo De-
cano *verſ. ſecundò quia eſt ſenior , ac in di-
cta Calaguritana beneficij* 27. *Nouembris*
1648. coram R.P.D. meo Bichio §. 3. *ætas
maior.*
Multum etiam fauet ipſi Marco Saluado-
ri pro huiuſmodi prælatione approbatio de 7
eius perſona facta ab Ordinario ad exerci-
tium curæ animarum , vt conſtat ex Literis
patentibus datis in ſummario reſponſionis
Saluadoris, hanc namque qualitatem ſemper
magni facere ſolet Rota ad effectum præ-

lationis in adiudicatione beneficiorũ vt pon-
derata fuit *in Ripana parochialis* 27. *Iuny* 1608.
coram Sanctiſſ. Domino Noſtro, relata *in Ca-
laguritana beneficy de la Caſa de la Reyna,
quarta Iuly* 1646. *ſub* §. *has verò maiores* co-
coram R.P.D. meo Veroſpio.

Neque obſtare viſum fuit, quod More-
nus vltra approbationem examinatorem ha-
beat etiam inſtitutionem ab Ordinario, cu-
ius iudicium quo ad electionem magis ido-
nei valde attendi ſolet, quia præſumptio
pro iudicio Ordinarij tunc benè intrat,
quando libero eius arbitrio relinquitur ele-
ctio vnius ex pluribus oppoſitoribus. At hic
ex forma Conſtitutionis ſanct. mem. Cle-
mentis VIII. tenetur inſtituere eum, quem
beneficiati præſentarunt, ſicque non intrat
iudicium Ordinarij, ſed potius beneficiato-
rum, quod erroneum in hoc caſu omninò
conuincitur, dum ex ſuperiùs ponderatis
apparet multo maiores qualitates concurre-
re in Marco Saluador, quam habeat More-
nus à dictis beneficiatis præſentatus. Præ-
tereà tam præſentatio beneficiatorum,
quàm inſtitutio Ordinarij emanatæ ad
fauorem Moreni in hoc controuerſo be-
neficio declaratæ fuerunt attentatæ veluti
factæ poſt interpoſitam appellationem à
mala relatione examinatorum, vt apparet
ex deciſione in hac cauſa per me extenſa
ſub die 26. Ianuarij præteriti, in cuius exe-
cutionem appoſitum etiam fuit ſequeſtrum,
vnde ſequitur, quod nullum ſuper illis con-
ſtitui poſſit fundamentum, atque haberi de-
8 beant, ac ſi factæ non fuiſſent, & ita loco
arbitrij beneficiatorum, intrat arbitrium
Rotæ, vbi cauſa appellationis pendet, ad
text. *in Clement. Auditor de reſcriptis*, ac ita
in puncto reſpondit Rota *in allegatis Cala-
guritanis de la Caſa de la Reyna* coram Reue-
rendiſſ. Terracinen. §. *non obſtat, quod Ioſe-
phus in fine, Calaguritana beneficij* coram
R. P. D. meo Peutingerio §. *non obſtat, quod
vltra dictas qualitates, & in Calaguritana be-
neficy* 27. *Nouembris* 1648. coram R.P.D. meo
Bichio §. *finali*.

Et ita reſolutum fuit Saluador tantum
informante, &c.

## R. P. D. ALBERGATO

Calaguritana beneficij de Marillo,
Veneris 24. Februarij 1653.
*Ad caput* 59. *parte* 1.

## *ARGVMENTVM.*

EXaminantur in hac deciſione variæ circunſtantiæ & qualitates propter quas vnus alteri in aſſecutione beneficij præferendus eſt.

### SMMARIVM.

1 *Appellatio vnius non prodeſt alteri quando diuerſæ ſunt vtriuſque defenſiones.*

2 *Inter duos concurrentes ille præferendus qui meliores habet qualitates.*

3 *Sacerdos in dubio non Sacerdoti præferẽdus eſt.*

4 *Inſtitutio Ordinarij non habet pro ſe præſumptionem, quando ille tenetur inſtituere eligendum, & præſentandum à Capitulo.*

5 *Qui habet beneficium incompatibile non eſt in dubio alteri præferendus cum indigeat diſpenſatione.*

## DECISIO XXIV.

FVit reſolutum conſtare de re iudica- 1
ta & ſententiam Rotalem beneficium
de quo agitur adiudicantem Franciſco de
Monte Mayor eſſe confirmandam: illa enim
reſpectu Ioſephi Martinez clara reſulta-
bat ex non interpoſita ab ipſo appellatio-
ne: *cap. Romana.* §. *ſi verò de appell. in* 6.
*cap. quoad conſultationem de re iudicata*, ne-
que enim ei ſuffragari poteſt Petri de hæ-
redia alterius coopoſitoris appellatio quia
cùm vterque ex propriis qualitatibus col-
litigantem excludere contenderet diuerſa
erat, non autem eadem defenſio & con-
ſequenter vnius appellatio alteri non pro-
deſt: *cap. vna ſententia.* Ibique Abb. *num.* 1.
*de appellat. l. ſi ſeparatim ff. eod.* & fuit dictum
*in Calaguritana Beneficy* 15. *Decembris* 1649.
coram R. P. D. Veroſpio, eoquè magis
quia in præſenti de ſententiæ validitate con-
ſtat ex reuolutione proceſſus & de eiuſ-
dem iuſtitia, ex deductis *in deciſione edita*
26. *Iuny præteriti* coram Reuerendiſſimo D.
meo Tarraconen. quo fit vt reſpectu non
appellantis res iudicata indubitata rema-
neat, & reſpectu appellantis ſententia ſit
confirmanda; *cap. ex tenore de foro compet.*
Bald. *conſ.* 5. *in princ. lib.* 5. cum aliis in Naza-
reno *ſeu Montis viridis beneficij* 19. *Iuny* 1645.
§. *iuſtitia* coram R. P. D. meo Meltio.

Iuſtitia autem deducitur ex concurſu 2
maiorum qualitatum quibus Franciſcus ad-
uerſarium præpollens iuxta præſcriptum
Clementinæ



Clementinæ conſtitutionis adiudicationem
controuerſi beneficij debet conſequi, vt
reſpondit Rota *in Calaguritana beneficy San-
cti Ioannis de Molinar.* 17. *Nouembris* 1651.
coram R. P. D. meo Cerro *in Calaguritana
beneficy* 15. *Ianuary* 1652. coram R.P.D. meo
Bichio, *& in Calaguritana Beneficy de Vntella*
1. *Iunij præteriti* coram Me, ſiquidem reſpectu
Petri ipſe Franciſcus eſt prouectior ætate
ideoquè dignior, iuxta tradita *in Calaguritana
Beneficij* 10. *Iunij* 1650. *in Calaguritana benefi-
cy de Nieua, & in alia de Bilbao* 28. *Iunij* 1651.
§. *huiuſmodi*, coram Eminentiſſ. D. Cardinali
Ottobono, *in Calaguritana beneficij de Lum-
breras.* 18. *Martij* 1652. §. *hinc reſultat*, co-
3 ram R. P. D. meo Meltio. † Et eſt etiam Sa-
cerdos quod ad effectum de quo agitur
ponderauit Rota *in Calaguritana beneficij*
10. *Decembris* 1646. §. *ex patentibus*, coram
R. P. D. meo Veroſpio *in Calaguritana be-
neficij* 27. *Nouembris* 1648. §. *eſt verò*, coram
R. P. D. Bichio, *in alia* 10. *Aprilis* 1652. §.
*eſt etiam*, coram R. P. D. meo Meltio, *& in
Calaguritana beneficy de Ochon, prima Iulij
præteriti* §. *& quidem*, coram R. P. D. meo
Zarata.

4 Non obſtat quod Petrus habeat inſtitu-
tionem ab Ordinario cui plurimum eſt de-
ferendum, *cap. in præſentia, de renunciat.*
quia illa hanc demum præſumptionem di-
gnioribus facit quando ab Ordinarij iudi-
cio per electionem ex beneficiatis pendet,
ſecùs autem eſt ſi cadat ſuper præſentatio-
ne beneficiatorum quam Ordinarius ſequi
debuit & ſic ipſorum beneficiatorum (pro-
vt hic) præualeat iudicium quod cum ex
aliorum coopoſitorum meritis erroneum
dignoſcatur non eſt attendendum vt in ſpe-
cie declarauit Rota *in Calaguritana beneficij*
27. *Nouembris* 1648. §. *fin.* & in alia 15. *Ia-
nuarij* 1652. §. *neque Antonium* 13. *Maij eiuſ-
dem anni* §. *in ſuffragante*, coram R.P.D. meo
Bichio, ac in aliis adductis *in Calaguritana
beneficij de Lumbreras* 18. *Martij præteriti* §.
*neque obſtare*, coram R.P.D. meo Meltio.

Reſpectu verò Ioſephi, licèt is ſit ætate
5 ſenior & prius etiam ſacerdotio inſignitus
† cùm tamen in eadem Eccleſia Cappella-
niam poſſideat idcirco (vt ponderatur in
deciſione in altera inſtantia edita) ratione
incompatibilitatis, non poſſit beneficium
controuerſum ſine diſpenſatione obtinere
iuxta declarationes Sacri Concilij relatas
per Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 243.
ei præferendus eſt Franciſcus qui nullum
aliud poſſidet beneficium; *cap. is cui de præb.
in* 6. gloſſ. *in cap. dudum il ſecundo verbo in-
titulatam de elect.* Rot. *in Calaguritana be-
neficij de Ordonona* 4. *Aprilis* 1650. §. *cui qua-
litati*, coram R. P. D. meo Peutingerio *in
Calaguritana beneficij de Nieua* 28. *Aprilis*
1651. §. *præterea*, coram Eminentiſſimo D.
Cardinali Ottobono *in Calaguritana bene-
ficy* 2. *Decembris præteriti*, §. *quin ex hoc*, co-
ram R. P. D. meo Bichio & aliis etiam tem-
poralibus bonis eſt deſtitutus, *cap. conque-
rente, de cleric. non reſid.* Rota coram Seraph.
*deciſ.* 767. *num.* 1. & 7. coram Penia *deciſ.*
388. *num.* 3. *in Calaguritana beneficy* 11. *Fe-
bruarij* 1650. & 20. *Nouembris* 1651. §. *ex
patentibus*, coram R. P. D. meo Veroſpio,
eoquè magis quia in eadem Eccleſia vbi
vacat beneficium Franciſcus per plures
annos inſeruiuit & ibi etiam Sacramenta
ſancta miniſtrauit, cuius ſeruitij qualitatem
ad effectum prælationis in adiudicatione
beneficij ponderauit Rota *in Ripana Paro-
chialis* 27. *Iunij* 1608. coram Innocentio X.
*in Calaguritana beneficy de la Caſa de la Reyna*
27. *Nouembris* 1648. *ſub* §. *quod autem Fran-
ciſcus*, coram R. P. D. meo Tarraconen. &
*in Calaguritana beneficij* 18. *Maij* 1652. §.
*cumquè idem*, coram R. P. D. meo Bichio *ac
ſæpè in aliis.*

Et ita deciſum informante tantum Fran-
ciſco & Ioſepho & Petro pluries citatis.

## R. P. D. BICHIO

Caualicen. Parochialis.
Veneris 17. Martij 1656.
*Ad cap.* 187. *vol.* 2.

## *ARGVMENTVM.*

VIa executiua vulneratur per ſententiam latam aduerſus impetrantem prouiſiones Apoſtolicas necnon per productionem paris tituli. Eccleſiæ Parochiales vnitæ Capitulis vel dignitatibus conferri debent ad nominationem illorum quorum Capitulis vel dignitatibus vnitæ ſunt. Et vtrum Vicelegatus Auenionenſis cenſeatur aut poſſit derogare conſtitutioni Pij V. ſuper prouiſionibus Parochialium vnitarum editæ diſputatur ſed non deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Ad immiſſionem procedi non poteſt quando per ſententiam via executiua fuit vulnerata.*
2 *Literæ Vicelegati dicuntur Apoſtolicæ.*
3 *Qui habet ſimilem prouiſionem anteriorem præferendus eſt.*
4 *Contradictor legitimus eſt qui parem habet titulum.* & num. 20.
5 *Limitatur vt non procedat quando titulus eſt inualidus.*
6 *Ius nominandi ſpectat ad eum cuius dignitati Eccleſia Parochialis eſt vnita.*
7 *Generalis derogatio non comprehendit ius nominandi Vicarium in Parochiali Eccleſia.*
8 *Ius nominandi competens ex iure communi non continetur ſub nomine indulti.*
9 *Legatus venit appellatione Ordinarij. Vide* num. 17.
10 *Legatus non poteſt derogare iuri communi.*
11 *Legatus poteſt derogare Iuripatronatus Eccleſiaſtico.*
12 *Ex quibus Clauſulis cenſeatur derogatum iuri nominandi in parochialibus vnitis.*
13 *Facilius derogatur iuri communi, quàm priuilegio ex æquitate conceſſo.*
14 *Indulti appellatione quid contineatur.*
15 *Ius nominandi ex lata ſignificatione continetur ſub diſpoſitione faciente mentionem iuris patronatus.*
16 *Derogatio indulti requirit illius expreſſam mentionem.*
18 *Legato non obſeruante diſpoſitionem conſtitutionis Pij V. ſuper parochialibus vnitis, quomodo & in quibus caſibus collatio deuoluatur ad Summum Pontificem. Et explicatur* deciſio 344. num. 12. parte 3. Recent.
19 *Ad probandam obſeruantiam negatiuam quæ requirantur.*

## DECISIO XXV.

EXhibuere vnuſquiſque ad ſui fauorem
Petrus Franciſcus Baume & Ioſephus
de Bonadona prouiſionem Domini Vice-
legati Auenionis de vicaria perpetua in
Eccleſia Collegiata villæ Inſulæ vacante per
liberam reſignationem à prædeceſſore fa-
ctam in manibus Domini Vicelegati, & licèt
Petri Franciſci ſit anterior in data, petiit
Ioſephus immiſſionem & ſuæ prouiſionis
executionem coram Auditore Vicelegati
qui pronunciauit gratiam Apoſtolicam Io-
ſephi non eſſe exequendam ſicque perpe-
tuum ſilentium impoſuit: Interpoſita ap-
pellatione fuit rurſus in ſecunda inſtantia
petita immiſſio, & ex duplici capite hodie
denegata. † Primò nempe quia executiuè 1
ad immiſſionem procedi non poteſt ſtante
dicta ſententia quæ viam executiuam Lite-
ris Apoſtolicis † (quales dicuntur etiam lite- 2
ræ Vicelegati: gloſſ. *in cap. ſi Abbatem de
elect. in* 6. Rota *deciſ.* 206. *num.* 5. *part.* 1. *di-
uerſ.* & *in Nicien. Archipræsbyteratus* 9. *Iunij*
1653. coram R. P. D. meo Zarate pluref-
què relati à Moderno Auenionen. *quæſt.
benef. part.* 2. *cap.* 3. §. 6. *num.* 1.) alias com-
petentem vulnerauit, quamuis ſecus dicen-
dum eſſet, ſi primus iudex executionem
non ſimpliciter denegaſſet ſed ob non iuſti-
ficationem narratorum vt bene diſtinguen-
do declarauit Rota *in Meleuitana beneficij*
25. *Iunij* 1649. coram Me, *in Pampelonen.
beneficij de Eparza* 15. *Decembris eiuſdem an-
ni* §. *finali*, coram bonæ memoriæ Arguelles,
*in deciſ.* 365. *num.* 14. apud Merlin. & tradit
Lotter. *de re Benef. lib.* 13. *quæſt.* 11. *num.* 114.
neque contradicit imò adſtipulatur ex ad-
uerſo allegata *deciſ.* 626. *n.* 17. *part.* 4. *tom.* 2.
*recent.* quia ibi firmatur quod etiam vbi da-
tur appellatio concedi poteſt immiſſio ſed
quod procedendum eſt ordinariè non exe-
cutiuè. † Secundò quia cum Petrus Franciſ- 3
cus habeat ſimilem prouiſionem Prolegati,
vel præferendus eſt tanquam anterior in
data, iuxta tradita *in cap. ſuper eo de officio
Legati, cap. eum cui de præb. in* 6. Coccin.
*deciſ.* 350. *num.* 1. cum aliis allegatis *in Ga-
dicen. Præſtimonij* 2. *Decembris* 1648. §. *tum
quia* coram bonæ memoriæ Arguelles; † vel 4
ſaltem eſt legitimus contradictor ad impe-
diendam executionem ab aduerſario peti-
tam. Argell. *de legit. contrad. quæſt.* 2. *num.* 45.
& ſequitur Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 20.
*n.* 217. Mantic. *deciſ.* 71. *n.* 7. Rota *inter recent.
deciſ.* 366. *n.* 2. *part.* 3. & *in Vicen. Parochialis de
Berta* 1. *Iulij* 1643. coram Me *in Compoſtellana
Parochialis* 1. *Iulij* 1643. coram Eminentiſſ.
D. Cardinali Ottobono. Verùm † quia con- 5
cluſio hæc limitatur quando par titulus con-
tradictoris nullus & inualidus detegitur,
Gonz *ſuper reg.* 8. §. 3. *proœmial. num.* 144. Me-
noch. *de adipiſc. remed. num.* 42. *deciſ.* 641.
*num.* 1. *part.* 4. *recent.* & *in dicta Gadicen. præ-
ſtimonij* coram Arguelles *in dicta Compoſtella-
na Parochialis* coram D. Cardinali Ottobono
vbi allegantur concordantes talem eſſe pro-
uiſionem Petri Franciſci aſſerebant infor-
mantes pro Ioſepho, tum ex defectu volun-
tatis Prolegati cui narratum non fuit vt de-
buit quod vicaria erat conferenda ad nomi-
nationem Præpoſiti Inſulæ, penès quem re-
ſidet cura habitualis animarum, † & ob 6
id ius nominandi, vt fatetur pars aduerſa &
probatur ex literis erectionis vicariæ data
Summario Petri Franciſci *num.* 4. ac ex con-
ſtitutione



ſtitutione Sanctæ memoriæ Pij V. *in ordine*
7 47. §. 4. *inter impreſſ. Bull. tom.* 2. † Nec ſatisfa-
cit narraſſe quod erat de iurepatronatus
Præpoſiti, eiquè fuiſſe derogatum: quia dero-
gatio eiuſmodi non trahitur ad ius nomi-
nandi, quippe quod non competit ex gratia
provt iuſpatronatus ſed de iure communi, vt
in terminis ſimilis derogationis deciſum fuit
*in Tiraſonenſi Iuris præſentandi* 27. *Maij* 1588.
coram Bubalo relata per Garz *de benef. part.* 9.
*cap.* 2. *num.* 290. Nihil pariter ſuffragatur clau-
ſula derogatiua, ibi: *Seu ſi Epiſcopo & Præpoſito
indultum exiſtat quod de huiuſmodi vel de aliis
beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum Collationem,
prouiſionem, præſentationem, ſeu quamuis aliam
diſpoſitionem nulli valeat prouideri.*

Quia refertur ad iuſpatronatus ſupra in
parte diſpoſitiua narratum, extendendo ſo-
lum ipſius derogationem etiam ad caſum
quo patrono fuiſſet ex gratia indultum vt al-
teri de beneficio prouideri non poſſit per li-
teras Apoſtolicas non facientes plenam &
8 expreſſam mentionem eiuſdem indulti, † ita
vt nuſquam cenſeatur comprehenſum ius
nominandi non competens ex indulto ſed de
iure communi quod longè differt ab indulto
& eius appellatione non venit: *cap. Abbate
verſ. quia cum priuilegio, de verb. ſignif. cap. pri-
uilegia diſt.* 3. Suares *de Legib. lib.* 8. *cap.* 1. *num.*
2. & *ſeqq.* ſemperquè ſit reſtringenda dero-
gatio ad narrata in diſpoſitione principali
Germonius *de indult. Cardin.* §. *etiam ex eo
num.* 27. *in fine*, ſemota omni extenſione. Ge-
min. *conſ.* 35. *num.* 2. Pen. *deciſ.* 1582. *num.* 10.
Rota *deciſ.* 13. *num.* 19. & *ſeqq. deciſ.* 584. *n.* 38.
& 39. *part.* 5. *recent.* præſertim quia acta ſub-
ſecuta demonſtrant non fuiſſe à conferente
vel prouiſo cogitatum niſi de iurepatrona-
tus pro executione enim prouiſionis articu-
latum non fuit ius nominandi competens
Præpoſito, ſed iuſpatronatus dumtaxat Sum-
mario Ioſephi *num.* 6. Tum poteſtatis quippe
conſtitutio Piana mandat vicarios perpetuos
non ad liberam Ordinariorum electionem
ſed ad nominationem eorum in quorum
9 Eccleſiis exiſtũt deputari, † appellatione au-
tem Ordinariorum veniunt etiam Legati de
Latere. Gambar. *de poteſt. legat. lib.* 3. *num.* 31.
Gig. *de penſion. quæſt.* 6. *num.* 18. & 21. Garz. *de
benef. part.* 5. *cap.* 8. *n.* 9. Lotter. *de re benef. lib.* 2.
*q.* 13. *n.* 43. Caſtro Pal. *oper. moral. tom.* 2. *tract.*
13. *diſput.* 2. *puncto* 25. *ſub num.* 2. & 5. *verſ. ſe-
10 cunda ſententia.* † cumque conſtitutio habeat
decretum irritans & emanauerit à Papa per
viam legis vniuerſalis, ei non potuit Prolega-
tus derogare; Roman. *conſ.* 37. *n.* 2. *verſ. ſecundò
quia.* Ruin. *cõſ.* 166. *n.* 3. *verſ. quia Legatus lib.* 4.
Honded. *conſ.* 43. *lib.* 2. Caſtro Pal. *diſput.* 25.
*ſub n.* 10. Rota *deciſ.* 67. *num.* 16. *part.* 4. *tom.* 2. *re-
cent. deciſ.* 672. *n.* 20. apud Modern. *penès tra-
ctatum de manutent.* Imò ſi Legatus procedit
contra formam Conſtitutionis Pianæ deuol-
ui collationem ad Papam dixit Rota in ter-
minis legati Auenionen. *deciſ.* 344. *n.* 12. *part.*
5. *recent.* † Nec releuat quod Legatus confer- 11
re valeat beneficia iuriſpatronatus Eccleſia-
ſtici *cap. dilectus de offic. Leg. cap. cum dilectus
de Iurepatr.* Gig. *de penſ. quæſt.* 24. *num.* 1. Caſtro
Pal. *dicto tract.* 13. *diſput.* 2. *puncto* 25. *num.* 11.
& habeat à fœlicis recordationis Sixto IV.
facultatem conferendi etiam beneficia de-
pendentia à Prioratibus in quibus ſunt & ad
priores ſeu Monaſteriorum & Capitulorum
Eccleſiarum prouiſionem ſeu quamuis aliam
diſpoſitionem ſpectantia; quia iam probatum
fuit quod à iurepatronatus non poteſt inferri
ad ius nominandi vicarios competens de iure
communi. Indultum verò Sixtinum non de-
rogat futuris conſtitutionibus adeoquè Pia-
næ longè poſt emanatæ, provt etiam com-
probauit obſeruantia reſultans ex quinque
prouiſionibus factis à Prolegato ad nomina-
tionem Præpoſiti ab anno 1599. & ſic à die
erectionis vicariæ perpetuæ vſque ad annum
1637. Summario Ioſephi *num.* 3. † Sed ad pri- 12
mum obiectum reſponderunt informantes
pro Petro Franciſco nedum Iuriſpatrona-
tus, ſed quoque Iuris nominandi competen-
tis Præpoſito, factam eſſe mentionem in pro-
uiſione ad eius fauorem, ibi: *ad eorum collatio-
nem, prouiſionem, præſentationem ſeu quamuis
aliam diſpoſitionem ſpectare* gloſ. *in clem. fin.
verbo prouiſioni de elect.* Gemin. *conſ.* 15. *num.* 3.
Gonzales *ſuper reg.* 8. *gloſſ.* 17. *num.* 1. Rota *de-
ciſ.* 791. *num.* 9. *part.* 1. *diuerſ.* † & eſto deroga- 13
tio loquatur de prouiſione ſeu quauis alia
diſpoſitione proueniente ex indulto fortius
comprehendere competentem de iure com-
muni cui facilius quàm priuilegio cenſetur
derogatum, quando priuilegium eſt æquum
& ex cauſa conceſſum, *deciſ.* 93. *num.* 7. *lib.* 3.
poſt Iaſon. *in l. poſtquam liti, col. penult. verſ.* 2.
*nota, C. de pact.* Galiaula *in repet. l. centurio col.*
22. *verſ.* 4. *vltra ff. de vulgar. & pupill.* † & ver- 14
bum *indultum* ex aduerſo ponderatum intel-
ligendum eſſe generaliter de omni conceſ-
ſione facta per viam priuilegij vel legis vni-
uerſalis aut priuilegij inſerti in corpore iuris
vt per ſupra allegatam *deciſionem* 37. *num.* 65.
*deciſ.* 117. *num.* 33. Neque acta ſubſequuta
videlicet articulos pro iuſtificatione gratiæ
productos eſſe reſtrictos ad iuſpatronatus,
cum imò articulata fuerint ea quæ conuin-
cunt curam habitualem eſſe apud Præpoſi-
tum † & per conſequens ad illum ſpectare
ius nominandi quod ſuppoſita cura habituali 15
comprehenditur ſub nomine iuriſpatrona-
tus ex lata quadam ſignificatione; vt fuit di-

ctum in Barchinonen. Parochialis ſeu Vicariæ 10. Februarij 1645. §. quia, & in aliis coram Eminentiſſ. Card. Corrado. Ad ſecundum poſſe legatum ex diſpoſitione iuris communis conferre Vicarias; Gambar. de poteſt. legat. lib. 3. num. 513. Azon. inſtit. moral. part. 2. lib. 5. cap.
16 29. q. 6. † Eoque magis vigore Indulti Sanctiſſimi ex aduerſo memorati cui per ſubſequentem conſtitutionem Pianam non cenſetur abrogatum tanquam requirens ſpecialem mentionem. Gambar. de poteſt. leg. lib. 9. num. 17. & lib. 8. tit. quid poſſit legatus circa Indulg. n. 13. & ſequent. Mandoſ. ſuper reg. cancell. 17. q. 7. n. 4. vbi dicit rationem quia Legatus perſonam Papæ repræſentat & ex eadem ratione ſicuti per dictam conſtitutionem non ligantur manus Papæ ita nec eius Legati de Latere quem nec in verbis conſtitutio comprehendit cùm loquatur de collatione Ordi-
17 nariorum † & Legatus licèt in ſua prouincia Ordinarius dicatur, eius tamen iuriſdictio non eſt inducta modo ordinario ſed quodammodo extraordinario, quaſi ſuperinducta ex allegatis per Modern. Auen. benef. quæſt. part. 2. cap. 3. §. 6. ſub n. 6. Caſtro Pal. oper. moral. tom. 2. tract. 13. diſp. 2. punct. 25. ſub num. 9. vbi ſignanter aduertit quod ideò diſpoſitio loquens de Ordinariis non ligat legatum quem nec venire appellatione Ordinariorum notat gloſ. in clem. 2. verbo volumus de offic. ordin. quia maiorem iuriſdictionem habet quàm Ordinarius, cap. 1. & 2. de offic. leg. in 6. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 28. num. 116. gratiſque allegari quod indulto Sixtino poſterior ſit conſtitutio Piana ſiue deciſio 344. num. 12.
18 part. 5. recent. † firmans quod legato non obſeruante, formam conſtitutionis Collatio deuoluatur ad Papam ſine obſeruatione; quia indultum eſt innouatum ac repetitum in ſucceſſiuis & modernis facultatibus legatorum, & ſufficit quod non fuerit à conſtitutione abrogatum vel quod conſtitutio prouiſionem legati non afficiat; deciſio verò 344. non agit de hac conſtitutione ſed de alia mandante Parochiales conferri præuio concurſu, vt etiam percipit Concilium Tridentinum quod Prolegatus ſeruare tenetur Caſtro Pal. dicto punct.
19 25. num. 13. & 16. in fine. † Obſeruantia tandem retorquetur; quia in Summario Petri Franciſci dantur plures prouiſiones Prolegati abſque nominatione Præpoſiti vel habentium curam habitualem & ab aliquibus prouiſionibus factis ad nominationem non reſultat obſeruantia negatiua quod ſcilicet abſque nominatione conferri non poſſit, Mandell. Alban. conſ. 15. num. 6. Abb. in cap. Ioannes num. 7. de cler. coniug. Iaſ. in l. de quibus num. 96. ff. de Legib.

Quæ Rota ponderauit non ad effectum aliquid ſtatuendi ſuper poteſtate Prolegati & validatione prouiſionis Petri Franciſci, ſed ſolum exinde colligendi quod exceptio inualiditatis requirit altiorem indaginem & propterea donec plenius ſuo loco examinetur non officit, † quia interim Petrus Franciſcus eſt legitimus contradictor. Argel. de legit. 20
contrad. quæſt. 2. num. 56. 71. & ſequent. & quæſt. 15. num. 138. & ſequent. vbi allegat concordantes Menoch. de adipiſc. remed. 1. ſub num. 42.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

---

## R. P. D. DVNOZET
## Calaguritana Canonicatus,

Veneris 17. Martij 1651.

*Ad partem 1. cap. 26. & de Penſionib. cap. 17. & 31.*

## ARGVMENTVM.

Clericatus ſuperueniens non conualidat prouiſionem præcedentem. Mandati reuocatio vtrum de neceſſitate debeat intimari Procuratori & aliàs quomodo debeat fieri intimatio. Qui ex propria culpa omiſit intimare reuocationem mandati ad reſignandum non poteſt ſe iuuare ex defectu intimationis.

## SVMMARIVM.

1 *Conſenſus præſtitus in fauorem non tonſurati nullus eſt.*

2 *Clericatus poſtea ſuperueniens non conualidat reſignationem factam incapaci ſed requiritur nouus conſenſus & noua gratia.*

3 *Reſignatio facta coram Summo Pontifice habet tacitam conditionem dummodo reſignatarius ſit capax & beneficium illi acquiratur.*

4 *Vt quis dicatur ſcienter reſignaſſe in fauorem incapacis requiritur probatio certa & indubitatæ ſcientiæ.*

5 *Per præſtationem primi conſenſus expirat mandatum procuratoris ad reſignandum.*

6 *Intimatio reuocationis mandati ſufficit quod fiat ipſi parti in cuius fauorem reſignatio facta fuit.*

7 *Si reſignatio facta fuit ſimpliciter reuocatio mandati intimari debet procuratori vel Summo Pontifici per illius dimiſſionem in dataria.*

8 *Qui in ſe aſſumpſit onus intimandi reuocationem mandati ad reſignandum non poteſt ex defectu intimationis commodum conſequi.*

9 *Actuum correſpectiuitas ex quibus excludatur.*



## DECISIO XXVI.

Canonicatus de quo agitur, fuit à Ioanne Fernandez mediante ſpeciali Procuratore renunciatus in manibus Sanctiſſimi ad fauorem Franciſci Hieronymi Lopez, qui expeditis literis ſuæ prouiſionis, gratiæ commodo frui non potuit ob defectum Clericatus, vnde ſumpto clericali charactere nouam prouiſionem obtinuit, quam Domini dixerunt non eſſe iuſtificatam tanquam fundatam in narratiua vacationis per ceſſum, quæ
1 nullatenus verificari poteſt, † dum conſenſus præſtitus fuit tempore quo Lopez non erat tonſuratus, quapropter reſignatio fuit nulla ex trad. per Pariſ. de reſignat. lib. 4. quæſt. 2. ſub num. 1. & ſeqq. & Rota in Elboren. Beneficij 18. Februarij 1647. §. tertio quia ad fauo-
2 rem &c. coram bon. mem. Arguelles; † Non obſtante quod poſtea Clericatum aſſumpſerit, quia non ideo conualidatur reſignatio facta incapaci, cap. ſi eo tempore 9. vbi Doct. de reſcript. in 6. Pariſ. in d. tract. de reſig. lib. 4. quæſt. 1. num. 10. & quæſt. 2. num. 15. & 16. Rota deciſ. 1. num. 14. & 15. de renunc. in nou. & penès Mohed. deciſ. 12. de reſcript. Sed requiritur, vt rurſus à reſignante præſtetur conſenſus, & noua ſubſequatur gratia, vt optimè Pariſ.
3 vt ſuprà d. quæſt. 1. n. 19. † Et per conſequens nulla inducta fuit eiuſdem Canonicatus vacatio, nec abdicatum ius à reſignante, quoniam illius conſenſus implicitam continet conditionem, quatenus reſignatarius ſit habilis, eique Beneficium plenè quæratur, & non aliter, ſub qua cenſetur pariter Summus Pontifex reſignationem admittere. Pariſ. d. tract. de reſignat. lib. 9. quæſt. 21. n. 4. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 52. ſub num. 49. & ſeqq. Garz. de Beneſ. part. 5. cap. 1. à num. 154. cum plur. ſeqq. Rota penès Mohed. deciſ. 36. de renunc. Put. deciſ. 511. num. 1. lib. 2. in correct. & int. diuer. deciſ. 406. num. 2. part. 1. & deciſ. 158. num. 1. & ſeq. part. 3. lib. 3. Verall. deciſ. 84. part. 3. Seraph. deciſ. 1498. num. 8. ac inter rec. deciſ. 44. num. 4. part. 3. & in Lucana Iuriſpatr. 1. Iulij 1648. §. ratio reſolutionis fuit &c. coram Reuerendiſſ. Terracinen.

4 Non obſtat quod dicatur Fernandez ſciuiſſe dictum defectum, & nihilominus dediſſe mandatum ad reſignan. nam prætenſa eius ſcientia nullo modo probatur, vt neceſſarium eſt, cum illa non præſumatur, c. ignorantia facti 13. c. præſumitur 4. de reg. iur. in 6. l. verius 21. ff. de probat. Rota in rec. deciſ. 705. num. 3. & deciſ. 504. num. 6. part. 4. tom. 2. Imò in hoc caſu in quo agitur de magno præiudicio ipſius Fernandez, requiritur ſcientia certa, & indubitata, adeovt præſumpta non ſufficiat iuxta gloſ. communiter receptam in c. concertationi 8. in verb. ſciuerit de appell. in 6. Tiraquell. de retract. lignag. §. 36. gloſ. 2. num. 30. & de leg. connubial. gloſ. 8. num. 183. Puteus deciſ. 6. de probat. Rot. rec. deciſ. 111. num. 7. part. 1. cum aliis in d. deciſ. 504 n. 7. part. 4. tom. 2.

Nec facit quod poſtquam reſignatarius prima tonſura fuit initiatus, ſignata fuerit noua gratia, ac ſuper ea expeditæ literæ renouato conſenſu per eundem Procuratorem, quia, vltra quod de huiuſmodi nouo conſenſu non apparet, nec ſuper eo noua gratia fundatur, ſed ſuper d. præcedenti reſignatione facta antequam Franciſcus Hieronymus eſſet Clericus, vt legitur in prædictis poſterioribus literis Apoſtolicis, non poterat validè præſtari ab eo Procuratore, † cuius manda- 5
tum non ſolum per præſtationem primi conſenſus expletum fuerat ex adductis per Tiraquell. ad l. boues 89. §. hoc ſermone limit. 9. de verb. ſignif. Sed etiam expreſſè reuocatum per mandantem, vt in puncto reſpondit Rot. in Hiſpalen. & Caurien. Permutationis 10. Martij 1597. coram Giptio apud Marcheſ. de Commiſſ. part. 1. fol. 114. ſub num. 1. & in Treueren. Canonicatus 28. Martij 1648. §. nullitas verò &c. coram R. P. D. meo Veroſpio.

Minus refert quod reuocatio d. mandati 6
non fuerit intimata ipſi Procuratori iuxta text. in Clem. vnic. de renunc. quia ſatis eſt, quod fuerit nota ipſi Franciſco Hieronymo reſignatario, qui in ea interuenit, & præſens fuit, vt reſpondendo poſitionibus pro parte Fernandez datis proprio iuramento confeſſus fuit; In his enim renunciationibus, quæ fiunt ad fauorem certæ perſonæ ſufficit ipſius partis principalis notitia; † in aliis verò, quę fiunt 7
ſimpliciter procedit diſpoſitio d. Clement. vnic. de renunc. quod nempe reuocatio mandati notificetur vel Procuratori, vel Summo Pontifici mediante illius dimiſſione in Dataria, vt ibi explicat gloſ. in verb. facienda &c. Abb. in cap. fin. num. 6. & ſeq. de Procurat. in 6. Prob. ad Monach. in rubr. de renunc. num. 41. Rebuff. in prax. tit. de reuoc. procur. num. 5. Silu. de Benefic. quæſt. 16. part. 3. num. 6. Garz. eodem tract. de Benefic. part. 5. cap. 8. num. 180. Gratian. diſcept. 191. num. 28. Pariſ. de reſig. lib. 9. quæſt. 27. n. 2. & 10. cum ſeqq. Rota penès Put. deciſ. 418. lib. 1. in correct. vbi apoſtil. & in rec. deciſ. 130. num. 24. & 25. part. 6.

Quæ

8 Quæ concluſio eo magis admittenda eſt in propoſito caſu, quo ex depoſitionibus teſtium formiter examinatorum conſtat, quod d. Franciſcus Hieronymus, ac eius Pater aſſumpſerunt in ſe onus tranſmittendi inſtrumentum reuocationis d. mandati ad Vrbem, ac reddendi de illo certiorem Procuratorem ibi degentem, quod ſi facere neglexerunt ipſis eſt imputandum, adeò vt ex propria culpa, vel dolo commodum recipere non debeant, ſed in eorum præiudicium promiſſa certioratio pro facta habenda ſit, iuxta text. *in ead. Clement. vnic. in verb. niſi forte & c. de renunc. & comprobat.* Pariſ. *de reſignat. lib. 9. d. q. 25. ſub num. 39. & ſeqq.*

Neque releuat excuſatio deſumpta à prætenſa exiguitate temporis defluxi à reuocatione d. mandati facta Caligurij vſque ad nouam gratiam Romæ impetratam: Quoniã ſi illud temporis interuallum fuit ſufficiens ad tranſmittendas eidem Procuratori literas teſtimoniales Ordinarij ſuper Clericatu per Franciſcum Hieronymum accepto decem dies poſt dictam mandati reuocationem multò magis ſufficere potuit ad eundem Procuratorem pariter certiorandum de ipſa reuocatione, ſimulquè tranſmittendum eiuſdem inſtrumentum.

9 Minus denique ſubſiſtit, quod dicta reuocatio mandati fuerit correſpectiua ad alterum eodem tempore factum ad petendum, & conſentiendum Coadiutoriæ, quod cum non habuerit effectum ob ſecundam prouiſionem impetratam ex capite reſignationis euaneſcat pariter alterius mandati reuocatio, ſiquidem actus præfati non ſolùm geſti fuerunt diuerſo tempore, quandoquidem reuocatio mandati ad reſignan. die 2. conſtitutio verò Procuratoris pro Coadiutoria die 26. Maij facta fuit ſicuti apparet ex inſtrumentis deſuper confectis; ſed etiam ex diſtinctis omnino, atque diuerſis cauſis prodierunt, vnus nempè ob inhabilitatem reſignatarij, tunc primum ad notitiam reſignantis delatam ad euitan. præiudicium, quod illi potuiſſet exinde inferri, alter verò ob grauem ipſius Fernandez ætatem, vel infirmitatem, aut aliam legitimam petendæ Coadiutoriæ rationem, proindequè ceſſat prætenſæ correſpectiuitatis obiectum. Put. *deciſ. 79. num. 1. & ſeq. lib. 2. in correct.* & fuit dictum *in Bonon. cenſus* coram rec. mem. Cardin. Hieronymo Pamphilio *impreſſ.* apud modern. Peruſ. *de Cenſ. deciſ. 123. ſub num. 11.*

Vltra quod data etiam aſſerta correſpectiuitate illa ſuffragari minime poſſet Franciſco Hieronymo, dum proſequendo viam reſignationis per eum ſtetit quominus fuerit exequutum mandatum ſuper Coadiutoria datum; quod factum ipſi tantùm nocere, non autem in præiudicium, Fernandez referri debet *ad l. ſocius ſocio 72. ff. pro ſoc. l. Imperatores 34. ff. de iur. fiſc. l. quod quis ex culpa 203. ff. de reg. iur.* cum aliis ad rem adductis per Gonz. *ad reg. 8. gloſ. 27. n. 28. & ſeq.*

Et ita vtraque, &c.

---

# R. P. D. ZARATE

## Calaguritana Decimarum Sancti Aſcenſi & Dauatillo,

Mercurij 1. Iulij 1654.

*Ad cap. 101. volum. 1.*

## *ARGVMENTVM.*

INtegra Decima Parocho intra fines ſuæ Parochiæ debita, ſicuti & primitiæ quæ ſecundùm locorum conſuetudinem regulantur, non patiuntur diminutionem, ſub prætextu communicationis priuilegiorum per Monachos allegatæ, etiamſi ageretur de prædiis qua ipſi propriis excolunt manibus, ſi Monaſterium ſit locuples maximè ſtante diuturna obſeruantia in fauorem Parochi.

## SVMMARIVM.

1 *Parochus habet intentionem fundatam in perceptione integræ decimæ intra limites ſuæ Parochiæ.*

2 *Sicut in decimis ita & in primitiis Parochus habet intentionem ſuam fundatam, ſed Primitiæ regulantur ſecundùm id quod conſuetum eſt.*

3 *Sola priuilegiorum communicatio Religioſis conceſſa, non habet locum quoad exemptionem à ſolutione Decimarum.*

4 *Quomodo procedat id quod dicitur Monachos eſſe immunes à Decimis quoad prædia quæ ipſi propriis manibus colunt.*

5 *Qui ſe fundat in Parochialitate illam probare tenetur.*

6 *Ex immemoriali conſuetudine percipiendi Decimas in aliquo loco præſumitur illum eſſe intra limites Parochiæ.*

7 *Sententiæ non effectuatæ & inter alios ac in diuerſis cauſis prolatæ non nocent.*

8 *Quæ requirantur ad probandam conſuetudinem non ſoluendi Decimas niſi pro certa rata.*



9 *Nuncius Apoſtolicus poteſt cauſas alteri ſubdelegare.*

## DECISIO XXVII.

RAtiones, & Iura iterum per Monachos Beatæ Mariæ de Eſtrella adducta non valuerũt remouere Dominos meos à reſolutione capta 17. Aprilis præteriti coram Me, quia illa non deſtruunt Parochialitatem Eccleſiæ S. Aſcenſi probatam ex propria Monachorum confeſſione, ex Teſtibus aliiſquè *in deciſione* conſideratis §. *ſiquidem.* Nec minus excludunt exiſtentiam Monaſterij, eiuſquè bonorum, & præſertim illorum loci Villariccæ, de quibus res peculiariter agitur, intrà eiuſdem Eccleſiæ Parochialis terminos iuſtificatam ex eiſdem Teſtibus, *vt in d. de-*
1 *ciſione §. Ex ijſdem pariter Teſtibus.* † Quibus inconcuſſis remanentibus indubitatum eſt quod ex iuris aſſiſtentia dicti Rectores, Capitulum, & Beneficiati de omnibus fructibus, & bonis Monachorum intrà ſuæ Parochiæ fines poſitis integram decimam ſibi comparare debent: *cap. ex parte il 2. cap. cum eſt cap. Nuncios extrà de Decim.* Rota *in Carpentoraten. Decimarum 1. Iulij* 1647. § *Ideo.* coram R. P. D. meo Bichio *in Narnien. iuris decimandi 4. Iulij* 1653. *in princ. & 19. Iunij præteriti §. Releuantia verſ. Et hoc,* coram Me, *cum aliis in*
2 *prima deciſ. §. Atque ex iis,* † ſicut & primitias decimis æquiparatas, & ſub eadem obligatione debitas, *cap. reuertimini 16. quæſt. 1.* Ioan. Franciſcus Leones *Theſaur. for. Eccleſ. part. 2. de primit. & oblat. cap. 13. num. 1.* & dicitur in deciſione in hac cauſa ſuper Remiſſoria edita 26. Iunij præteriti §. *Paruifacienda, verſ. In quibus quidem primitiis* coram Me. At quia earum quantitas non reperitur determinata *cap. 1. verſ. at verò primitiæ, de Decimis,* recurrendum eſt ad conſuetudinem, quæ in hoc loco eſt vnum de quadraginta, vt in alia deciſione dicitur, §. *Atque ex ijs verſ. Idque prætenditur.*

3 Iterum perperam allegatur exemptio ex Priuilegiis Religionis, quoniam vrget reſponſio in prima deciſione conſiderata §. *Minuſque exemptionem,* quod illa non exhibentur, nec communicatio poteſt operari, vt iam reſolutum fuerat per hoc Sacrum Tribunal *in Valentina decimarum* coram Lancellotto, & *in Toletana decimarum* coram Reuerendiſſ. Terraconen. *in dicto §. Minuſque allegatis,* & penè *in Carthaginen. decimarum,* coram Penia *deciſ. 1090. num. 13. & ſeqq.* Barboſ. *ſuper cap. nuper num. 4. de decim. & de iure Eccleſiaſtico lib. 3. cap. 26. §. 3. num. 41.* Modern. *de iur. Abbat. tom. 1. diſp. 15. quæſt. 18. num. 34. &*
4 *ſeqq.* † Hinc parum releuat quod aliàs deciſum fuerat huiuſmodi Religionem eſſe in priuilegio exemptionis de bonis propriis manibus, & ſumptibus cultis, vt coram Seraph. *deciſ. 827.* & penès Peniam *deciſ. 911.* & ideò Monachis hodie etiam propriis manibus, & ſumptibus omnia bona excolentibus Priuilegia in dictis Deciſionibus enunciata ſuffragari debeant. Quoniam talia Priuilegia non fuerunt Dominis exhibita, vt erat neceſſarium, eiſque Monaſterium carere præſumitur dum ex prætenſa concordia, quoad ſitum del Cerrado, & vineam del Campo totalem exemptionem prætendit, quoad cætera bona exemptionem, excepta quinquageſima de frumento, vino, hordeo, & quoad illa Villariccæ titulum vnionis Eccleſiæ S. Æmiliani in medium affert, & tamen vſque ad tempus motæ litis conſtat Monaſterium ſemper ſoluiſſe etiam integram decimam de omnibus bonis Villariccæ, vnde exemptionis Priuilegia excluduntur, quia aliàs non ſoluiſſent ex reg. text. *in l. cum de indebito 25. verſ. qui non ſoluit ff. de probat. l. qui vas §. vetare 3. ff. de fuit.* Et quatenus etiam dicta Priuilegia exhiberentur talia qualia in ſupra citatis deciſionibus Seraphini, & Peniæ ſupponuntur. Attamen Monaſterium eorum clypeo ſe tueri non poſſet ab integra decimæ ſolutione, quia cum illa ſumma Monachorum paupertas, ſimilium conceſſionum cauſa, conſiderata *in cap. ſuggeſtum de Decim.* in præſenti ceſſet, (quia Teſtes Rectorum dati *in Summ. poſitionis 26. Iunij præteriti num.* 3. aſſerunt Monaſterium B Mariæ de Eſtrella multis fortunæ bonis à tertiis acquiſitis affluere) quæ dicta Priuilegia reſtringẽda ſunt ad eam ratam tantùm, quæ pro neceſſitate Monachorum ad vitam traducendam poteſt deſeruire, iux. text. *in cap. ex parte il primo de Decim.* vbi Abb. *num. 3.* Anch. *num. 2.* qui conſiderant quod alias Parochus omnibus decimis priuari poſſet, Modern. *de iur. Abb. tom. 1. diſput. 15. quæſt. 18. num. 3.* Barboſ. *de iur. Eccleſ. lib. 3. cap. 26. §. 3. ſub num. 46.* Rota *deciſ. 493. ſub n. 1. part. 4. recen.* & ita in ſpecie declaratur in *dd. deciſ.* Seraph. 827. *num. 6. & ſeq. & in alia Peniæ* 1272. & etiam admittitur *in alia deciſ. 936. num. 5.* à qua, & ab aliis receditur in *dicta deciſ. 1090. eiuſdem Peniæ.*

Nec ancipites reddiderunt Dominos Teſtes pro parte Monachorum examinati in eorum *Summario num.* 1. deponentes locum Villariccæ fuiſſe aliquando locum, & Beneficium Curatum de per ſe, eiuſquè Eccleſiam, Monaſterio vnitam, Monachos ratione huiuſmodi vnionis integram decimam exigere, & Rectores, Capitulum, & Beneficiatos ab Incolis in eodem Oppido laborantibus ſolam medietatem ratione Campanæ, vt ipſi aiunt

percipere,

percipere. Quoniam huic obiecto plenè ſatisfacit deciſio ſuper Remiſſoria 26. Iunij præteriti à §.*Paruifacienda*, quia Teſtes non probant Parochialitatis requiſita de quibus concludenter deponere deberent cum Rectores, Capitulum, & Beneficiati iuſtificent eſſe locum intrà limites ſuæ Parochiæ, & ratione ſitus bonorum decimam prædialem de omnibus fructibus tam ab Incolis Sancti Aſcenſi, quàm ab aliis, & præcipuè à Monaſte-
5 rio, & Monachis percipere.† Regulare enim eſt quòd ſe fundans in Parochialitate debet illam concludenter probare cum ex iuris præſumptione Beneficia ſimplicia præſumantur. Barboſ. *de Parochis part.7. cap.1.num.* 36. Rota *deciſ.* 258. *num.* 5. *& ſeqq. part.* 1. *recent.* & coram ſan. mem. Greg. XV. *deciſ.* 387.*n.*4.*& ſeqq.*

Vltra quod Teſtes vniformiter deponunt de præterito, & de auditu, nec poteſt iuſtificari ex certa ſcientia ante vnionem, fundantquè perceptionem decimarum à Monachis in Bulla vnionis, ex qua, & ſententia Executoris conſtat de contrario, vt dictum eſt in vtraque deciſione, proindequè tanquam de auditu nihil probant *cap. ex literis de teſtib.* cum aliis per Farinac. *eodem tract. quæſt.*69. *n.* 1.*& ſeqq.*

6 Præterea circa aſſertum ius Monachorum percipiendi decimas in dicto loco Villariccæ, ceſſat quæuis difficultas ex obſeruantia contraria, cum à Rectoribus, Capitulo, & Beneficiatis probata fuerit ipſorum quaſi poſſeſſio exigendi decimas ab immemorabili, etiam ex bonis Villariccæ, vt *in deciſione quæ reuidetur,* §.*Et harum decimarum, &* §. *Verum quia in fine*, & hinc benè infertur ad exiſtentiam eiuſdem loci intrà Parochiæ Sancti Aſcenſi, limites. Butr. *in cap.* 1. *num.* 15. *in fine de Relig. domib.* Menoch. *de præſumpt. præſ.*69. *num.* 13. *lib.*6. Rota *deciſ.*718.*num.*5.*part.*2.*recent.*† In
7 nihilo reſiſtentibus ſententiis latis cum earum effectuatio non probetur, Rota *deciſ.*172. *num.* 5.*part.* 5. *deciſ.* 24. *num.* 12. *part.* 7. *rec.* Et illæ tanquam inter alios, & in diuerſis cauſis Rectores, Capitulum, & Beneficiatos non afficiunt, vt in *alia deciſione* §. *Ad obiectum deductum ex ſententiis.*

8 Et nihili faciendum, quod decima non ſit debita niſi in quantitate quinquageſimæ, & de certis bonis iuxtà ſolitum. Tum quia ex Teſtibus Rectorum, Capituli, & Beneficiatorum illam integraliter ſolutam fuiſſe apparet, tum etiam quia dum bona diuerſo tempore acquiſita fuerunt, etiam non docto de requiſitis ſiue ad immemorabilem, ſiue ad præſcriptionem 40. annorum neceſſariis nunquam pro certa dumtaxat rata ſoluendi conſuetudo induci poteſt. Rebuff. *de decim. quæſt.* 13.*num.*53.*&* 69. Rota *deciſ.*441.*num.*2.*in fine part.*2.*deciſ.*23.*n.*1.*part.*6.*recent.*

Non vrget iterum obiecta nullitas examinis Teſtium Rectorum, Capituli, & Beneficiatorum deſumpta ex defectu in Ordinario Iuriſdictionis, quam Monachi declinarunt tanquam exempti. Nam obiectum hoc tollitur ex reſponſionibus datis *in alia deciſione* §. *Nec officit.* Atque etiam deducitur validitas examinis ex præcedenti Nuntij Apoſtolici remiſſione ad eundem Ordinarium, cuius iuriſdictio tali remiſſione,† aut fuit con- 9
firmata, aut conceſſa ab ipſo Nuntio tanquam Iudice exemptorum, qui poteſt alios ſubdelegare, iuxta reg. text. *in l. à Iudice*, vbi gloſ. *& Doct. C. de iudic.* Chok. *de iuriſd. Ordin. in exempt. part.*2.*q.*14.*per tot.*

Minus aſſerta Concordia turbat, quia non exhibetur, & Teſtes ſuper eius admiſſione examinati, cum ſint de auditu, & de eius exiſtentia, tenore, ſubſtantia, & qualitatibus non deponant reijciendi veniunt, vt *in prima deciſione* §. *Verum in præſenti*, quapropter nullum conſtitui poteſt fundamentum *in deciſ.* 461.*part.*4. *rec.* quia ibi, *vt in num.*6. de Concordia per publicum documentum conſtabat.

Demùm nec vis fieri poteſt in dictæ Concordiæ confirmatione, quia iſta illius tenorem non continet, & inſtante Monaſterio emanauit, & ad Inſtrumentum ſe refert, vt propterea non operetur niſi idem Inſtrumentum exhibeatur. Rota *in Mindonien. Parochialis* 3.*Martij* 1653. §. *Qua ſtante* coram Me, *cum aliis in prima deciſ. à* §. *vltrà quod.*

Cæterùm quoad reliqua in hodierna diſputatione per Monachos readducta Domini cum eiuſdem primæ deciſionis reſponſionibus ſine vlla difficultate tranſierunt.

Atque ita vtraque, &c.

---

# R. P. D. ZARATE

## Calaguritana Decimarum Sancti Aſcenſij & Daualillo,

Veneris 17. Aprilis 1654.

*Ad cap.*101.*part.*1.

## *ARGVMENTVM.*

PRobato iure Parochiæ, & quod bona ſint ſita intra limites Parochiæ, danda eſt manutentio Parocho in perceptione Decimarum, non obſtante quod



agatur de Monachis allegantibus communicationem priuilegiorum cum aliis Religioſis exemptis, quæ non ſuffragatur, ſi in conceſſione facta non fuerit expreſſa mentio Decimarum cum derogatione *cap. nuper de Decimis.* Et propterea confirmatio Pontificia facta *in forma communi*, non ſuffragatur Monaſterio; Nec ſufficiunt Lauda antiquiſſima Monachis fauorabilia, ſi in contrarium adſit temporis immemorialis obſeruantia.

### SVMMARIVM.

1 *Eccleſiam eſſe Parochialem ex quibus probetur.*
2 *Ex quibus arguatur Eccleſiam eſſe intra limites Parochiæ.*
3 *Parochus habet intentionem fundatam in tota Diæceſi pro Decimarum perceptione.*
4 *Et hoc procedit ſiue agatur de groſſis ſiue de minutis Decimis.*
5 *Idem dicendum eſt de Primitiis.*
6 *Ad effectum manutentionis ſufficit probare vnicam ſolutionem.*
7 *Conſuetudinem aut præſcriptionem allegans debet illam probare cum ſuis requiſitis,* & num.9.
8 *Communicatio priuilegiorum, Religioſis nō ſuffragatur quoad exemptionem Decimarum, niſi facta fuerit in forma ſpecifica, & cū derogatione* cap. nuper de Decim. *& n.*20.
9 *Vide ſuprà* num.7.
10 *Teſtibus habentibus pro ſe iuris aſſiſtentiam, & deponentibus ſuper affirmatiua, maior fides eſt adhibenda.*
11 *Immemorialis, ne quidem vmbram contrarij actus admittit.*
12 *Ad probandam conſuetudinem non ſoluendi probanda eſt petitio cum denegatione.*
13 *Parochus lite pendente manutenendus eſt donec excluſus fuerit per tres ſententias conformes.*
14 *Continuatur materia numeri præcedentis.*
15 *Quando allegatur inſtrumentum fuiſſe deperditum, quomodo ſuper illius tenore Teſtes deponere debeant.*
16 *Concordia eſt ſtricti iuris, & ad futura regulariter non extenditur.*
17 *Quando facultates exemptorum à Decimis ſunt ita notabiliter acuta, vt abſorbeant neceſſariam Parochi ſuſtentationem tunc concordia non comprehendit futuras acquiſitiones.*
18 *Extractus inſtrumenti informiter factus fidem non facit.*
19 *Confirmatio relatiua ad aliquod Inſtrumentum non debet attendi quando illud Inſtrumentum non exhibetur.*
20 *Libri Monaſterij non faciunt fidem in præiudicium Parochi.*
22 *Quamuis bona Decimis ſuppoſita tranſeant ad aliam Eccleſiam, Decimæ tamen debentur Parocho.*
23 *Liſta ſeu deſcriptio, non probat negatiuam quoad ea quæ in illa non deſcribuntur.*
24 *Inſtrumenta informia, & ab ipſo Monaſterij Archiuio deſumpta fidem non merentur.*
25 *Lauda & ſententiæ antiquiſſimæ cenſentur abrogata per contrarium vſum durante tempore immemoriali.*

### DECISIO XXVIII.

REctoribus, Capitulo, & Beneficiatis Eccleſiæ Sancti Aſcenſi, & Daualillo ex vna, prætendentibus manutentionem in quaſi poſſeſſione exigendi integram Decimam magnam, & minutam, nec non Primitias de quadraginta vnum iuxtà quantitatem conſuetudine taxatam de omnibus bonis intra limites ſuæ Parochiæ ſitis, & Monaſterio, ac Monachis Beatæ Mariæ de Eſtrella ex altera diſceptantibus ſuper manutentione in quaſi poſſeſſione ſoluendi ratione Decimæ vnum de quinquaginta duntaxat de tritico, vino, & hordeo, & in quaſi poſſeſſione totalis exemptionis à Decima reſpectu bonorum in loco de Villaricca, vineæ del Campo, ac Situs Cerrado nuncupatis, necnon etiam reſpectu Primitiarum; ac per appellationem deuoluta cauſa ad hoc Sacrum Rotæ Auditorium, & mihi commiſſa, dedi Dubium; An, cui, & quomodo ſit danda manutentio, & die 16. Ianuarij præteriti Domini mandarunt, vt bonum ius etiam ad effectum manutentionis inſpiceretur. Hodiequè de bono iure Capituli, Rectorum, & Beneficiatorum etiam ad huiuſmodi effectum conſtare dixerunt.

Siquidem dictam Eccleſiam S. Aſcenſi Pa- 1
rochialem eſſe oſtenditur ex depoſitionibus Teſtium in Curia examinatorum deponentium de requiſitis ad Parochialitatem, iuxtà gloſſ. *in verb. impendat, in Clem. dudum, de ſepult.* vbi Imol. *n.* 32. Barboſ. *de iur. Eccleſiaſt. lib.*1.*cap.*20.*n.*18. Rota coram Mantic. *dec.*48. *n.*5.*deciſ.*228.*n.*4.*part.*2.*deciſ.*380.*n.*13.*&* 15. *part.*5.*recent. in Placentina, ſeu Abulen. decimarum* 23.*Iunij* 1642.*in fine* coram R. P. D. meo Bichio. Potiſſimè concurrentibus ex parte Monachorum ſolutione, & ex parte Capituli, Rectorum, & Beneficiatorum perceptione Decimarum, quæ iura Parochialis Eccleſiæ præſeferunt, & contra non habentes Curam, prout ſunt Monachi ſufficienter fundant intentionem Capituli, Rectorum, & Benefi-

ciatorum; *cap. fin. de Parochis. cap. cum contingat*, vbi Abb. *n.8.de Decim.* Rota *deciſ.*111. *n.*15.*deciſ.*143.*n.*16.coram Comitolo; & comprobatur *in Vercellen. decimarum* 13. *Nouembris* 1645. *ac* 31. *Maij* 1647. coram R. P. D. meo Cerro.

2 Ex eiſdem pariter Teſtibus, ac aliis aperitur Monaſterium, & omnia eius bona, & præſertim illa Villaricæ eſſe intra eiuſdem Eccleſiæ limites, quam probationem ad effectum ſituationis concludentem eſſe habetur, *in cap. cum cauſam, in fine, de probat.* Rota *in recent. deciſ.*261.*num.*4. *& ſeq. part.*6. coram Buratto *deciſ.*578.*n.*6.*in dicta Placentina, ſeu Abulen. decimarum*, 23. *Iunij* 1642. §.*Imò*, coram R.P.D.meo Bichio, *in Beneuentana iuriſdictionis* 13. *Maij* 1652. §. *Verum etiam*, & 27. *Ianuarij* 1653. *in princip.* coram Me.

Et prædicta confirmantur ex replicata confeſſione Monachorum, qui in hoc iudicio cum hac Parochialitatis qualitate conuenti, nunquam negarunt, quin ipſimet cum eadem qualitate Decimas ſoluiſſe docent vſque de anno 1430. & anno 1465. obtinuiſſe prætenſam confirmationem Apoſtolicam aſſertæ concordiæ ſuper huiuſmodi decimis oſtendunt. Regula enim generalis eſt, quod propria confeſſio in Iudicio omne probationum genus ſuperat contra ipſos confitentes; *l.cum te* 9.*C.de probat.l.cum à Matre* 14. *C.de rei vendic.l.generaliter* 13. *C. de non num. pecun.cap.per tuas* 10.*de probat.* Rota *in Meleuitana mercium* 22.*Maij* 1648.§. *Et hanc veritatem* coram bo.me.Arguelles. Eademquè deducitur ex Teſtibus per eoſdem examinatis in antecedenti inſtantia, de quorum ſingulis, *in Summ.Beneficiatorũ à n.*8.*vſque ad* 12. Nec in dubium reuocari poteſt, dum Monachi à ſolutione Decimarum exemptionem prætendunt, cum inde per neceſſarium antecedens fateãtur Eccleſiam eſſe Parochialem, bonaquè controuerſa intra limites dictæ Parochiæ reperiri, & Decimas de iure cõmuni exẽptione ceſſante ad illos ſpectare. Purpur. *conſ.*466.*n.*17.Ricc.*in praxi reſ.*43.*n.*1.*p.*2.Rota *deciſ.*207.*n.*2.*&* 3.*p.*2.*diuerſ.dec.*655.*n.*1.*in fin.p.*3.*recent.in Treuer.decimar.*17.*Maij* 1628. coram R. P. D. meo Decano. Maximè cùm non doceatur ſub eodem Territorio de exiſtentia alterius Eccleſiæ, in qua cura Animarum exerceatur; ſed potiùs dicti Teſtes Beneficiatorum in Curia examinati *Summ.n.*5.deponunt vnicam prædictam Eccleſiam S. Aſcenſi, & Daualillo exiſtere, vnde ex eis, & aliis Teſtibus de Partibus comprobata remanet ſituatio bonorum intra fines eiuſdem Parochiæ, quamuis iſti deponant intra terminum & territoriũ S.Aſcenſi, quia à terminis, & territorio temporali optimè arguitur ad ſpirituales terminos Parochiæ, quando vnica tantùm adeſt in loco, vel non probatur plures adeſſe, Text.*in l.nulli verſ. quod ſi in vico*, vbi gloſſ.Bald.*n.*13.*C.de Epiſc.* Butr. *in cap.*1. *n.*15. *de relig.domib.*Franc.Marc.*dec.*352.*per totam, par.*2.Rota coram Coccin. *dec.*454.*n.*4. *deciſ.* 204.*n.*1.*in fine cum ſeq.par.*2.*recent.* Præſertim cum iidem Teſtes identitatem huiuſmodi ingenuè explicent profitentes idem eſſe terminos, & decimatorium S.Aſcenſi, ac aſſerẽtes bona iſta in termino, & iuriſdictione S.Aſcenſi, & ſub illius Campana, & Decimatorio quod præſefert terminos Parochiæ, quæ Campanam, & Decimatorium habet.

3 Atque ex iis certũ eſt dictos Rectores, Capitulum, & Beneficiatos curam exercentes habere iuris aſſiſtẽtiam pro exactione Decimæ in toto Parochiæ territorio; *cap.cùm contingat, cap.cum in tua, de Decim.cap fin.de reſtit. ſpoliat.in* 6.Modern.Auenionen.*q.Benefic.cap.* 104.*n.*1.*&* 3.Rota coram ſan.mem.Greg.XV. *deciſ.*449.*n.*1.& coram Seraph.*deciſ.*802. *n.*2. *in Cracouien.diſmembrationis Decimarum*, 3.*Iulij* 1650. corã Reuerend.Tarraconen.*in Cracouien.Decimarum*, 23.*Ianuarij* 1651.*in princip.* coram eodem, *in Cracouien.Decimarũ* 15.*Maij* 1651.§. *Habet ſiquidem*, coram R.P. D. meo Bichio, *in Pampilonen. Decimarum*, 26.*Aprilis* 1652.§. *His poſitis* coram eodem, *& in Cracouien.decimarum*, 24. *Ianuarij præteriti in principio*, coram R. P. D. meo Veroſpio.

4 † Et cum ex hac iuris aſſiſtentia eis Decima proficiſcatur eam integram, & non in parte comparare debent de omnibus prorſus fructibus tam maioribus, qui in Decima groſſa recenſentur, quàm reliquis, qui in Decima minuta comprehenduntur, *cap.commiſſum, cap.peruenit, cap. ex tranſmiſſa, cap. non eſt, de Decim.* Barboſ. *de iur.Eccleſiaſt.lib.*1. *cap.*20. *num.*47. *& lib.*3. *cap.*26.§.1.*num.*40.*&* 41. *monet.& de Decim.cap.*6. *num.* 48. Rota *in recent.part.*1. *deciſ.*469.*num.*1.*deciſ.*540.*num.*4.*& deciſ.*541. *num.* 1. *part.* 2. *in Placentina Decimarum*, 28. *Maij* 1646. §. *Circa verò* coram R.P. D. meo Meltio, *Pampilonen. Decimarum de Vſurbil* 1. *Iulij* 1648. coram R. P. D. meo Celſo.

5 † Idquè protenditur etiam ad primitias pariter Eccleſiæ Parochiali debitas, pro quibus Parochus fundat intentionem ſuam ad quantitatem conſuetudine taxatam, quæ in loco probatur ex Teſtibus Beneficiatorum eſſe vnum de quadraginta, *dict.cap. cum contingat, cap.tua de Decim.*Rebuff.*de Decim. q.*7.*num.*3. Barboſ. *de iur.Eccleſiaſt.lib.*3.*cap.*25.*n.*8. *&* 9. Gratian.*diſcept.forenſ cap.*425.*num.*42.Boër. *dec.*276.*n.*5.*ad med.* Rot.*deciſ.*480.*n.*1.*part.*1. *deciſ.*261. *num. etiam* 1. *part.* 6. *& deciſ.* 292. *num.*1.*&* 2.*part.*7.*recent.*

Et



Et harum Decimarum, & Primitiarum ſolutio hodie à Monachis difficiliùs euitari poteſt, cum Rectores, Capitulum, & Beneficiati ab immemorabili ſint in poſſeſſione illas integras percipiendi ab omnibus aliis Parochianis nedum de vino, hordeo, & tritico, ſed & de aliis ſpeciebus, & ſignanter de bonis de

6 Villarica à Monachis poſſeſſis, † quod eis non ſolum ſuffragatur ad effectũ manutentionis pro qua obtinenda vnica Decimarum, & Primitiarum ſolutio ſufficeret; Ripa *in cap. cum Eccleſia Sutrina, n.*54.*de cauſ.poſſeſſ.& propriet.* Rota *deciſ.*422.*n.*3.*part.*1. *diuerſ.deciſ.*44.*ſub n.*4. *part.*4. *recent.in d. Placentina, ſeu Abulen. Decimarum* 23.*Iunij* 1652.§. *Quia teſtes*, coram R.P.D. meo Bichio, verum etiam ad illorum bonum ius deducendum in petitorio, ex eo quia immemorabilis ſemper optimum, & abſolutiſſimum titulum oſtendit: *cap. ſuper quidam* §.*Præterea*, & *ibi* gloſſ.*verb.non extat memoria, de verb.ſignif.* Rota coram Buratto, *dec.* 673.*num.*5. apud Merlin.*deciſ.*795.*num.*14.*in allegata Placentina, ſeu Abulenſ. d.*§. *Quia teſtes in fine, & in Viennen.vnionis* 24. *Nouembris* 1649.*in fine* coram bon.mem.Arguelles.

7 Nec allegatam exemptionem ratione Primitiarum Monachi elicere valent ex Priuilegiis, vel Teſtibus. Nam Priuilegium non extat, & de huiuſmodi primitiis Teſtes non deponunt cum requiſitis ad conſuetudinem contrariam, & præſcriptionem neceſſariis, quæ tamen in ſpecie probanda eſſet; Surd. *conſ.*526.*num.*16.Giouagn.*reſponſ.*94.*n.*14.*lib.* 1.Rota *deciſ.*799.*in fine part.*1.*diuerſ.*& coram Caualer.*deciſ.*172.*n.*5.*deciſ.*637.*num.*13. Imò in indiuiduo Staiban.iun.*reſolut.*98.*num.*102. Rota coram Duran. *deciſ.* 453. *num.* 2. Et in hiſce materiis viget axioma, *tantum præſcriptum quantum poſſeſſum*; Caſtro Pal. *in ſuo oper. moral.tom.*2. *tract.*10.*diſp.vnic. punct.*19.*num.* 6.*circa fin.* Gratian. *diſcept.* Forenſ. *cap.* 425. *num.*1.*& ſeqq.& num.*17.Rota *deciſ.*333.*num.* 16.*& deciſ.*402.*num.*4.*part.*5.*recent.*

Minuſque exemptionem prætendere poſſunt ratione Decimarum, & illarum quotæ modo ſuprà explicato ex eodem, videlicet, defectu priuilegij, & probationis. Priuilegia enim huiuſmodi ordinis fuerũt aliàs ad hunc effectum exemptionis diſcuſſa, & rejecta in hoc Tribunali *in Valentina decimarum* 28.*Nouembris* 1603.coram Lancellotto, de qua Marcheſan.*de commiſſ.part.*1.*fol.*639.*& in Toletana decimarum* 28.*Ianuarij* 1650.coram Reuerendiſſ. Tarraconen.

8 † Et meritò quia nec Priuilegia communicata per ſan. mem. Clementem VIII. omnibus Monaſteriis Sancti Hieronymi ſuffragantur, cùm in eis requiratur expreſſa derogatio, *cap.nuper de Decim.* ex quo illud emanauerit in Concilio generali Lateranen.ſub Innocentio III. Rota coram Caualer. *deciſ.*229. *n.*3.*& deciſ.*247.*num.* 10. penès Coccin. *deciſ.* 279. *num.* 6. *in Hiſpalen. Decimarum* 27.*Iunij* 1644.coram Eminentiſſ. Corrado, *in Hiſpalen. decimarum* 15.*Februarij* 1647.§. *Quia cum non appareat*, coram R.P.D. meo Meltio, *& in dicta Toletana Decimarum* 28. *Ianuarij* 1650. §. *Nec pariter* coram Reuerendiſſimo. Tarraconen. Nec generalis, nec generaliſſima derogatio ſufficit ad tradit. per Archidiac. *in cap.*1.*n.*2. *verſ.vel dic planius de conſtit.in* 6.Rota *in Hiſpalen.decimarum de Baraona* 16.*Martij* 1646. §. *Non obſtant priuilegia*, coram R.P.D.meo Cerro; & tamen communicatio Priuilegiorum exemptionem à Decimis non comprehendit, niſi in indiuiduo de Decimis ratione Parochiæ debitis mentio facta fuerit. Tamburin. *de iur. Abbat.tom.*1.*diſp.*15.*q.*18.*n.*34.*& ſeqq.*Rota *in dicta Valentina Decimarum apud Marcheſan. n.*2.*& ſeqq.*coram Caualer.*dec.*247.*n.*10.*& in citata Toletana decimarũ* §.*Aut dicta Monial.*

9 Neque etiam fundamentum aliquod conſtituere poſſunt in prætenſa cõſuetudine immemorabili, ſeu præſcriptione, vel quia requiſita, Gloſſ. *in cap.*1.*de præſcript.in* 6.deſiderantur. Rota coram Seraph.*deciſ.*1102.*num.*2. ſan.mem.Greg.XV.*deciſ.*196.*n.*1.Merlin.*dec.* 532.*n.*16.*in Placentina, ſeu Abulen.decimarum* 12.*Decembris* 1650. *in princip.* coram R.P.D. meo Celſo, *in Leodien. decimarum* 22. *Aprilis* 1652.§.*Hinc reſultat*, coram R.P.D.meo Meltio, *& in d.Beneuentana iuriſdictionis* 13.*Maij* 1652.§.*Nec magis*.coram Me: vel etiam quia ceſſat cum detur principium erectionis Monaſterij in ſumma paupertate, & allegatur titulus concordiæ per Monachos, qui immemorabilẽ deſtruit. Rota coram Buratto *deciſ.* 551.*n.*1.vbi Add.*num.*11.& plenè *in Hiſpalen. Decimarum* 15. *Februar.* 1647. coram R.P.D. meo Meltio §.*quia natura.*

10 † Vel quia per Rectores, Capitulum, & Beneficiatos dãtur Teſtes, quorum fidei magis inhærendum, tum propter iuris aſſiſtentium.Iaſ.*conſ.*163.*n.*2.*vol.* 2.Pariſ.*conſ.*88.*n.*23.*vol.*3.Rota corã Mantic. *dec.*366.*n.*6.penès Seraph.*dec.*1135.*n.*4. apud ſan.mem.Greg.XV.*dec.*51.*n.*2. *in dicta Hiſpalen.Decimarũ* 27.*Iunij* 1644.§.*quia ſunt*, coram Eminentiſſ.Corrado, *& in dicta Beneuentana decimarum* 8.*Maij* 1649.§.*eoque magis*, coram Eminentiſſ.Tarraconen. Tum quia deponũt ſuper affirmatiua ſolutionis, Felin. *in cap. noſtra n.*4.*de teſtib.*Pariſ.*conſ.*67.*num.*117.*tom.*3. Alex.*conſ.*169.*n.*12.*lib.*5.Rota coram Seraph. *deciſ.*607.*n.*2.coram Buratto *dec.*572.*num.*14. *apud* ſan.mem.Gregor.XV. *deciſ.*449.*num.*3. penès Merlin.*deciſ.*97.*num.*4.*&* 5.Et demùm de facto proprio, Gabr *de teſtib.concl.*4.*num.*7. Rota penès Cæſ. de Graſſ.*deciſ.*5.*n.*4.5.*&* 6.



 de

*de teſtibus*.ſan.mem.Greg.XV.*deciſ*.351.*n*.11. *deciſ*.521.*n*.2.& apud Merlin. *dec*. 714. *n*. 19. & expreſsè in medium afferunt continuatam poſſeſſionem in percipiendo Decimas etiam aliarum ſpecierum, ac fructuum om-
11 nium de bonis præcipuè Villaricæ,† cum tamen immemorabilis, nec etiam vmbram contrarij actus admittat, Adden. ad ſan. mem. Greg.XV. *deciſ*.298.*n*.13. *cum aliis congeſtis in d.Beneuentana iuriſdictionis* 27.*Ianuarij* 1653. §.*Immemorabilis*, coram Me. Et expoſcat depoſitiones teſtium qui deponant nihil actum fuiſſe in contrariũ, quin ipſi ſcirent, Modern. Auenion. *quæſt. benefic. d.cap*.104.*n*.13. Rota *dec*.274.*n*.3.*dec*.324.*n*.13.*part*.1.*rec.in allegata Pampilonen.decimarũ de Vſurbil*.1.*Iulij* 1648. §. *Tum etiam*, coram R.P. D.meo Celſo.

12 Et inſuper pro præſcriptione Teſtes non probant) provt requireretur) Capitulum, Rectores, & Beneficiatos petiiſſe totius Decimæ ſolutionem, Monachoſquè recuſaſſe, & prætenſam quotam ſolum ſoluiſſe, & Capitulum, Rectores, & Beneficiatos acquieuiſſe, Rota *deciſ*.469.*num*.2.*part*.1.*deciſ*.265.*n*.36.*part*.5. *deciſ*.23.*n*.4. *& ſeq.part*.6.*recent.in Hiſpalen. Decimarum*, 25.*Iunij* 1649. coram R.P.D.meo Bichio *in dicta Beneuentana Decimarũ* 8.*Martij* 1649. *ac Sancti Seuerini Decimarum* 14. *Ianuarij* 1650.§. *Nec quidquam*, coram Reuerendiſſ.Tarraconen.*& in Leodien.Decimarum* 16.*Iunij* 1651.*&* 22.*Aprilis* 1652.corã R.P.D. meo Meltio. Nec etiam probari poteſt ſcientia, & patientia Capituli, Rectorum, & Beneficiatorum (quicquid de ea conentur dicere Monachorum Teſtes) quia deficiunt in ratione, dum nunquam affirmant deferentes Decimas ad horreum Capituli ſermonem habuiſſe cum Rectoribus, & Beneficiatis eiſquè quidquam de tali prætenſa quota indicaſſe. Imò extat conſuetudo, quod ipſi Parochiani deferunt Decimas ad horreum Capituli, illaſque aſſignant Aſſiſtenti, qui nulla facta menſuratione ſolum ſcribit quantitatem, quam quilibet deferens aſſerit, ſecundũ quam conſuetudinem nuper etiam fuit iudicatum in Tribunali Ordinarij, liberando Parochianos à prætenſione Promotoris fiſcalis prætendentis decimas in futurum menſurandas ne præiudicaretur Eccleſiæ, vt in probationibus, & ſententia per Rectores, & Beneficiatos exhibitis *Summ.num*. 15. ſcientia enim eſt, quæ per certum, vel alium modum euidenter quæritur, *l*.2.§.*quod obſeruari C.de iure iuran. per calumniam dand*. Menoch. *de præſumpt.lib*.1.*quæſt*.7.*n*.56.*& lib*.6. *præſumpt*.94. *n*.20. vt ex actibus geſtis abſentibus Rectoribus, & Beneficiatis cum aliis, & maximè in Monaſterio, & ab ipſiſmet Monachis, in quibus videntur depoſitiones Teſtium Monachorum fundari, non benè inferatur ad illorum ſcientiam in hac re præiudicari. Rota *in dicta Hiſpalen.Decimarum* 27.*Iunij* 1644.§.*Nec vllibi*, coram Eminent.D.Cardinale Corrado.

Præterea auxilio præſcriptionis, vel im- 13
memorabiles Monachi deſtituti reperiuntur, cum neutra remaneat approbata per tres ſententias conformes, quibus ceſſantibus bonũ ius Capituli, Rectorum, & Beneficiatorum etiam ad effectum Manutentionis non excluditur. Mareſcott.*var.reſolut. lib*.1.*cap*.11. *n*.6.7.*&* 8.Rota poſt Modern.*de manut. deciſ*. 197.*num*.2.*deciſ*.273.*num*.1.*part*.2.*recent. in dicta Hiſpalen. Decimarum* 15.*Februarij* 1647. §.*vnde*, coram R.P. D.meo Meltio, *in allegata Beneuentana Iuriſdictionis* 27.*Ianuarij* 1653. §. *Præterea*, coram Me.

Nec turbare debet, quod Rota aliquando 14
tenuerit actum non ſolutionis negatiuum probari poſſe abſque eo quod petitio vel acquieſcentia creditoris intercedant, hoc enim intelligendum alio concurrente certo, & claro titulo, vt reſpondetur *in præcitata Toletana Decimarum* 28.*Ianuarij* 1650.§.*Et licèt*, coram Reuerendiſſ. Tarraconen. Nam aliàs regulariter cum ſolo titulo apto ad præſcribendum hæc requiruntur ex ſupra deductis.

Verum in præſenti Monachi nullam ex- 15
hibent titulum, cum hæc Priuilegia, & immemorabilis deficiant vt fuit demonſtratum, & aſſerta cõcordia non meretur allegari cum non exhibeatur, & licet deperditam aſſerant Teſtes ad illam probandam inducti, non veniunt attendendi, quia ſunt tantum de auditu, *cap.licet ex quadam* vbi Doct. *omnes de teſt*. Rota *deciſ*.4.*num*.5.*dec*.498.*num*.4.*& dec*.567. *num. etiam* 4. coram Buratto; Et nihilominus non ſolùm de illius præcedenti exiſtentia, & ſubſequuta amiſſione deponere debent ſed etiam de eius tenore, ſubſtantia, & qualitatibus, adhoc, vt cognoſci poſſit, An ſit validè, & attẽdenda; Et inſuper debent eſſe legales, integri, & periti, *cap. cum olim*. vbi gloſ.*verſ. ſine reprehenſione*. Abb.*num*. 8. Butr. *num*.3.*& ſeqq.& num*.11.*de priuil*.Bart. *in auth.ſi quis in aliquo num*.6. *C.de eden*. Surd.*conſ*.109.*à n*.13. *& conſ*.144.*per tot*. Larrea *dec.Granat*.56.*n*.4. *verſ. quod maximè*. In hac præſertim materia, in qua ſolemnitates nedum in ordine ad ſcripturam, ſed etiam ad concordiam ſuper iure Eccleſiæ neceſſariæ ſunt, etiamſi cum alia Eccleſia emanet, Quarant. *in Summ. Bull. verb. alienatio num*.15. Piaſet. *in prax. Epiſc. part*.2.*cap*.5.*num*.30. Gratian. *diſcept. forenſ. cap*. 517.*n*.9. Rota Coram Merlin.*deciſ*.826. *n*. 1. *verſ. etiamſi*. Inſuper cum non oſtendatur de quibus Decimis hæc aſſerta concordia loquatur vtique ad Decimas tunc tẽporis debitas referẽda eſſet, & non ad omnes, quæ ex bonis



bonis poſtea acquiſitis, vel acquirendis præcipuè à Parochianis, ex quibus Decimæ, & Primitiæ antea integræ præſtabantur, eſſent
16 perſoluendæ; † Concordia enim ſtricti iuris eſt, neque ad futura regulariter extenditur, Text. *in l. ſi de certa*, vbi Bart. *num*.1. *&* 6.*C. de tranſact. l. Rutilia, ibi*, gloſſ. *in verb. tunc fuit, ff. de contrahen. empt*. Boër. *deciſ*. 147. *num*. 11. Dec. *conſ*. 379. *num*.11. *verſ. Primo ergo*, Pariſ. *conſ*.95.*num*. 16. *col*.3. Surd. *conſ*. 418.*n*.22. Rota coram ſan. mem. Greg. XV. *deciſ*.158.*num*.1.Caualer. *deciſ*.172.*num*.7.*&* 8. *in recent. part*. 2. *deciſ*. 362. *num*. 5. *& in Bononien. fideicommiſſi* 28. *Martij* 1650. *in princip*. coram R.P.D. meo Celſo.

17 Et quando dicta concordia reperiretur, eademquè ſolemnis, & omnino valida exhiberetur, & ius futurum explicitè comprehenderet, tamen cum exemptio, quæ ab initio leuis præiudicij ob Monaſterij paupertatem Capitulo, & Beneficiatis eſſe poterat hodie apprimè auctis opibus vt deponunt Teſtes exprimentes valorem bonorũ acquiſitorum, & redditaum ingentis quantitatis, nimium oneroſa euaderet, quia non ſupereſſet congrua Rectoribus, & Beneficiatis, vt propterea Monaſterio ſuffragari nõ poſſit, *cap.ſuggeſtum & cap.dilecti de decim*.Rebuff. *de decim.quæſt*. 14.*num*.55.Rota *deciſ*.65.*num*.4.*part*.2.*diuerſ. deciſ*.659.*num*.8.*part*.2.*recent.& in Cracouien. Decimarum* 5.*Ianuarij* 1650. §. *quia præterquam* coram R.P.D. meo Veroſpio.

18 Nullo modo releuare aſſertam confirmationem Apoſtolicam eiuſdem cõcordiæ Domini exiſtimarunt, quia non deducitur niſi ex ſumpto extracto ab Archiuio eiuſdem Monaſterij ſine inſpectione, & recognitione originalis, & ipſius Archiuij per Iudicẽ compulſorem, iuxtà Text.*in cap.fin.de fid. Inſtrum. gloſ.in cap.Abbate* 25.*verb.fiat poſt med*. vbi Panorm.*de verb.ſignificat*.gloſ. *in l*.2.*verb.Iudice ff.eodem, & in auth.ſi quis in aliquo C. de eden*. Gratian. *diſcept. forenſ.cap*.577.*n*.33. Afflict. *deciſ*.273.*num*.4. *in fine*.Rota coram Buratto *deciſ*.290.*num*.1.*& ſeqq.in recent.part*.2.*deciſ*. 683.*num*.1.*in Vicen.Parochialis* 20. *Iunij* 1650. §.*inſtrumenta* coram R.P.D. meo Bichio.

19 Vltra quod cum ad inſtantiam Monaſterij emanauerit non expreſſo tenore ipſius concordiæ, ſed cum expreſſa relatione ad Inſtrumentum illius, & cum ſuppoſito ex narratiua ſupplicantium facto quod fuerit ritè facta, & hactenus pacificè obſeruata, ac in alterius præiudicium non redundet certè huiuſmodi confirmatio, vel nihil operatur, ipſo relato non exhibito, *Auth.ſi quis C.de eden.l*.1. *C.de mand*. Surd. *conſ*.5.*num*.57. & in puncto de confirmatione locationis, de qua non conſtat Rota *deciſ*.171.*n*.5.*& ſeq. part*.4.*tom*.2.*recent*. ac ipſo ſuppoſito non iuſtificato *cap*. 2. *de reſcript*.Gonzal, *ſuper* 8.*regul. Cancell. in annot. contra nullit.num*.228.*cum ſeqq*.Garz. *de beneſ. part*.6.*cap*.2. *n*.22. Rota coram Buratto *deciſ*. 175.*num*.1. *& ſeq*. vbi Add.*num*.21. *& ſeq.&*
*deciſ*.498.*num*.2.*part*.4.*recent*.† Vel tanquam 20
conceſſa in forma communi, actus confirmati fines non egreditur, nullumquè ius ex ea Monaſteriũ in Capituli, Rectorum, & Beneficiatorum præiudicium nanciſcitur. Abb. *in cap*.1.*num*.6. *& cap.examinata num*.3. *&* 6. *de confirmat.vtil.vel inutil*. Pariſ.*conſ*.23.*n*.8. *lib*.1.Rebuff. *in cap.cum ſuper num*.24. *de cauſ. poſſeſſ.& propriet*.Gonzal.*ad regul*.8.*gloſ*.45.§. 1.*num*.76.Mareſcot.*var.reſolut. lib*. 2. *cap*.47. *ante num*.1 *& n*.2.*verſ.Et nihilominus*.Rota coram Mantic. *deciſ*.222.*n*.1.*&* 2. Duran.*deciſ*. 146.*num*.6.*& ſeqq*.Caualer.*deciſ*.385.*num*.1.*in recent.part*.4.*tom*.3.*deciſ*.552.*num*.11.*&* 12.*& part*.5.*deciſ*.166.*num*.5. *deciſ*.226.*num*.20. *&* 24. *part*.7. *in dicta Vicen. Parochialis* 20. *Iunij* 1650. §. *Inſtrumenta verſ. imò aliqua*. coram R.P. D. meo Bichio.

Quemadmodum nec concordiam initam 21
fuiſſe elicitur ex libris Capituli Calaguritañ. & Calciateñ. in quibus legitur ſolutio quinquageſimæ partis, vltra quod enim iſtæ partitæ extractæ, & ad Rotam delatæ dicuntur ſumptæ de ſumpto, non autem illæmet, quæ ex ipſis libris extractæ fuêre, nec de decima controuerſa libri loquuntur, nec ſi loquerentur eſſent attendẽdi, cum contineant tantùm aſſertionem eorundem Monachorũ in relatione proprij redditus facta abſentibus Rectoribus, & Beneficiatis, Reſpondetur quod ibi non habetur taxatiuè huiuſmodi ſummã fuiſſe receptam, ſed potius in hac partis ſolutione bonum ius capituli magis conuincitur ex traditis per Add. ad ſan. mem. Greg.XV. *dec*.557.*n*.11.Rota *in dicta Pampil. Decimarum*
*de Vſurbil*.corã R.P.D. meo Celſo, † præcipuè 22
cum iſta Prædia ante eorum acquiſitionem factam à Monachis eſſent decimabilia, & Incolæ Decimas integrè perſoluerent; Vnde quãdo etiam prædia in alterius Eccleſiæ Dominium tranſierunt, eorum Decimæ ſpectãt ad eam Parochiam intra cuius fines ſita ſunt eadem prædia, & cui prius ſoluebantur. Text. loquens in ſpecie *de Regul.in cap.fin*.§.*Cæterũ, de Decim. in* 6. & poſt Guttier. & alios latè Valenzuel.*conſ*.46.*n*.2.*& ſeqq*. Monet.*de Decim. c*.5.*q*.1.*n*.18.*& ſeq*. Reuerend. Epiſcopus Eugubinus *deciſ*.35.*n*.3. Rota coram Millino *deciſ*.393.*num*.1. *& ſeq*.

Sicut nec merentur allegari partitæ vulgò 23
Tazmie nuncupat. Decimas ad horreũ Capituli delatas continentes, in quibus non leguntur annotatæ Decimæ aliorũ fructuum à Monaſterio delatæ, ſed ſolùm Decimæ vini, triti-

ci,& hordei quia non inde probatur negatiua illas non ſolutas,quemadmodũ ſolutas dicunt Teſtes, cum potuiſſet omitti deſcriptio, ſeu annotatio.Ruin. *conſ.*35.*n.*19.*lib.*1.Rota *deciſ.* 5.*n.*4.*p.*1. *diuerſ. & in puncto librorum, ac computorum*,coram Andrea *deciſ.* 32. *n.*6. Buratt. *deciſ.*10.*n.*6. & Adden. *ad deciſ.*120. *num.*42.

Demùm,nec Decimarum,& Primitiarum ſolutio euitari poteſt à Monachis ex bonis exiſtentibus in territorio Villariccæ ſub prætextu,quod Eccleſia eius loci eſſet Parochialis, & ad Monaſterium in vim vnionis ius eorundem bonorum, & ſic Decimæ peruenerint veluti,& iudicatum non ſemel pro integra ſolutione Decimarum ad eius fauorem prætendunt, & per aſſertum laudum datum anno 1458.*in Summ Monachorum num.*1. & per aliud anni 1476.atque per ſententiam anno 1479.*Summ.Monachorum reſponſionis ſub litera D.* Ex eadem enim Bulla vnionis, & ſententia exequutoris habetur Eccleſiam fuiſſe Ruralem,& ſine cura, eundemquè locum de Villarica eſſe intra limites Territorij, & Parochiæ Sancti Aſcenſi controuerti non poteſt.Sicuti nec reuocari poteſt in dubium, Rectores, & Beneficiatos ab immemorabili eſſe in poſſeſſione erigendi Decimas, & Primitias, quia optimè iuſtificatur ex prædictis.

24 Ad obiectum deductum ex ſententia, & laudis, facilis eſt reſponſio,nedum quia à Rectoribus, & Beneficiatis impugnantur tanquam informia, & ſumpta de ſumpto à proprio Archiuio ſine ſolemnitatibus, Caputaquen.*deciſ.*41.*num.*2.*&* 3.*part.*1. Add.ad Buratt. *deciſ.*667. *n.*18. Rota *in Tiburtina Caſtri Sancti Angeli* 18. *Iuniј* 1646. §. *Accedit verſ. Archiuium* coram R. P. D. meo Meltio,& inter alios,& non cum eiſdem Rectoribus, & Beneficiatis emanata,*l.ſæpè ff.de re iudic. & C. res inter alios acta in rubr. & nigro.* Purpur. *conſ.*367.*n.*6.Seraphin.*deciſ.*1012.*ſubn.*1. Ac loquuntur de Decimis debitis ab aliis, non autem de Decimis ab ipſis Monachis ſoluendis eiſdem Rectoribus, & Beneficiatis ratione, Curæ, de quibus in præſenti agitur, laudum etenim anni 1458. datum legitur inter ipſos Monachos de Eſtrella, & Monachos Sanctæ Mariæ de Nagera per quendam Arbitratorem electum in controuerſia ſuper Decimis per ipſos Monachos de Nagera debitis. Laudum de anno 1476. eſt à quodam Iudice deputato ab ipſo Priore, & Monachis, ac Conſilio, & Hominibus loci de Ormilleja ſuper Decimis pecudum nulla facta expreſſione Parochialitatis,ſeu Curæ. Sententia demum anni 1574.eſt inter eoſdem Monachos, & Clericos Beneficiatos, & Capitulum Oppidi de Veruñuela ſuper medietate Decimarum ſoluenda ab eiſdem Clericis, necnon de Decimis per quendam Ioannem,& litis conſortes ferentes in termino de Villarica pariter ſine vlla expreſſione Parochialitatis, & Curæ.

Verùm quia eadem ſententia, & lauda 25
fundata ſunt in falſo ſuppoſito dictæ vnionis ſcilicet Eccleſiæ de Villarica vti Parochialis qualem non fuiſſe conuincit ipſamet proximè memorata Bulla vnionis,in qua exprimitur Eccleſiam vnitam fuiſſe Ruralem,& ſine cura quod replicatur in ſententia executoris cum narratiua, quod ita ipſi executori conſtiterat ex informatione facta à Monachis executionem vnionis petentibus, adeovt etiamſi ſolemnia, & antiquiſſima eſſent allegata lauda, & ſententia veritati non noceãt, nec ſint attendenda contra Rectores, & Beneficiatos, qui habent iuris aſſiſtentiam,& ab immemorabili ſunt in poſſeſſione exigendi Decimas controuerſas, vt in terminis laudi antiquiſſimi vltra ſæcula fuit reſponſum *in Placentina Beneficij* 11. *Maij* 1646. §. *non obſtat ſententia* 23.*Ianuarij* 1647.§. *Ratio reſolutionis* coram Reuerendiſſimo Terracinen. ceſſante præcipuè obſeruantia, Imò contraria concurrente,cum iam Beneficiati, & Capitulum Sancti Aſcenſi,vt ſupra diximus ſint in poſſeſſione immemorabili exigendi Decimas,& Primitias etiam à Monachis ex huiuſmodi bonis de Villarica. Rota *deciſ.* 48. *num.*13.coram Millino *in Leodien.Decimarum* 23.*Iunij* 1653.§.*Nec obſtat in fine* corã R.P.D. meo Cerro.

Nec officit nullitas examinis Teſtium Beneficiatorum coram Ordinario, ex quo Monachi tanquam exempti iuriſdictionem declinauerint, quia conſtat examen emanaſſe præcedente remiſſione Cauſæ ad Ordinarium facta per Reuerendiſſimum Nuncium ad quem Monachi appellarunt ratione eiuſdem declinatoriæ, & exemptionis; & eius vigore ab ordinario prorogato termino probatorio de vtriuſque Partis conſenſu, ex quibus illius iuriſdictio dicitur prorogata: *cap. gratum* 20. vbi gloſ. *in verb. receſſum de offic. deleg. cap. ſolicitudinem de appell.* Rota coram ſanct.mem. Gregor. XV.*deciſ.*292.*num.*1. vbi Add. *n.*4. *in Auenionen. attentatorum* 10.*Iunij* 1648.§. *Prætenſio*, coram R. P. D. meo Celſo. Quinimò ex tot confeſſionibus Monachorum,depoſitionibus Teſtium in Curia,& aliis ſuprà ponderatis certam, & indubitatam Parochialitatis ſituationiſquè bonorum veritatem præſeferentibus optimè prædictorum aliorum Teſtium probatio coadiuuatur, Alex. *in l.ſi duo Patroni num.*7.*ff.de iure iuran.* Farinacc. *cum ibi citatis tractat. de teſtib. quæſt.* 62. *num.* 335. Merlin. Pignatell. *controuer. forenſ. cent.* 2. *cap.*29.*num.*16. Rota *deciſ.* 314. *num.*1.*poſt* 2. *vol.conſil. Farin. deciſ.* 269. *num.*5. & poſt Modern. *de manut. deciſ.* 315. *num.*4.*part.*5.*recent.*

Vnde ex his omnibus fuit reſolutum conſtare de bono iure Capituli, Rectorum, & Beneficiatorum, eiſquè dandam eſſe manutentionem in quaſi poſſeſſione percipiendi integram Decimam, & Primitias ex ſingulis dictis bonis Monaſterij intra limites ſuæ Parochialis Eccleſiæ poſitis cum ipſorum quaſi poſſeſſio iuſtificata remaneat, nedum ex generali exactione ab omnibus aliis Parochianis, ſed ſpeciali ab ipſo Monaſterio cui non exemptio non immemorabilis, non præſcriptio, non allegata concordia ſuffragatur, iuxta deducta *in dicta Leodien.Decimarum* 27. *Ianuarij*, *&* 26. *Iunij* 1651. coram R.P.D. meo Meltio,*& dicta die* 23. *Iunij* 1653.coram R.P.D.meo Cerro.

Atque ita vtraque Parte acerrimè informante, &c.

---

# R. P. D. BICHIO

## Callien. Prioratus,

26.Iunij 1651.

*Ad cap.41.num.16.part.1.*

## *ARGVMENTVM.*

QVomodo probetur priuatum aliquem fuiſſe ſuo beneficio per ſententiam latam in contumaciam delinquentis, & ob talem ſententiam poteſt quidem Beneficium impetrari, ſed reſolubiliter; ſi enim reus intra annum compareat, illi beneficium reſtituendum eſt. Ceſſio ſine ſuperioris authoritate fieri poteſt per eum qui per ſententiam ſuo beneficio priuatus eſt; Vtrum poſſeſſori beneficij liceat aliquid dare ad redimendam vexationem.

## SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ legitimum præbent titulum.*

2 *Priuatio Beneficij probatur per ſententiam deſuper latam, quæ habet pro ſe præſumptionem, maximè ſi ab ea non fuerit appellatum.*

3 *Priuatio realis reſultat ex ſententia in iudicatum tranſacta quamuis non fuerit deuentum ad executionem facti.*

4 *In dubio omnis interpretatio ſumenda eſt ad euitandam obreptionem.*

5 *Sententia lata in contumaciam delinquentis non inducit vacationem.*

6 *Fallit ſi delinquens non compareat intra annum interim enim impetrari poteſt beneficium, ſed impetratio reſoluitur reo intra annum comparente.*

7 *Collitigans ſi iuris ſui ceſſionem faciat alteri collitiganti cenſetur illius bonum ius agnouiſſe.*

8 *Reo contumace intra annum reclamante debet illi beneficium reſtitui.*

9 *Legatus non poteſt admittere ceſſiones ad fauorem.*

10 *Confeſſio etiam implicita, ſufficit in præiudicium confitentis.*

11 *Ceſſio facta ab eo qui fuerat priuatus beneficio per ſententiam illi nocet, etiam ſi facta fuerit ſine authoritate Superioris.*

12 *Simonia non probatur niſi præcedat conuentio.*

13 *Qui aliquid dat ad redimendam vexationem rem periculoſam agit, ſed hoc in certis caſibus licitum eſt.*

14 *Metus exacta requiritur probatio illequè excluditur per præſentiam Cardinalis legati.*

15 *Priuatio quomodo inducatur ex eo quod quis dimiſerit habitum clericalem.*

16 *Poſſeſſori ſufficit cauſam vincere propter non ius actoris.*

## DECISIO XXIX.

PRimam huius cauſæ propoſitionem ſuper articulo manutentionis ſub die 5. Iulij 1649. deciſo contra Martinotium Clotium, non quia eius poſſeſſio non probaretur, ſed quia ſuffragari non poterat in concurſu Laurentij Andreoni antiquioris poſſeſſoris, ſubſecuta fuit altera ſuper eiſdem ſub die 18. Martij 1650. qua Rota mandauit videri de bono iure,cuius hodie cognitione habita reſponſum fuit conſtare de bono iure Martinotij,
1 † cum de Prioratu controuerſo fuerit prouiſus à Sede Apoſtolica, & litteras deſuper expediuerit quæ legitimum titulum prebent Mohed.*deciſ.*13.*vt lit. penden.* Cauaier. *deciſ.* 363.*num.*4.Rot.*in Marianen.ſeu Arrien. Beneficij* 13. *Maij* 1650. coram R. P. D. meo Rojas, ac probant ad omnes effectùs Gabr. *conſ.*190.*num.*10. *lib.*1. *conſ.*194. *num.*3. *lib.*2. Rot.*deciſ.*356.*n.*12.*part.*1.*recent.*

2 Earumquè iuſtificatio ad id neceſſaria non deeſt; narratiua enim ſententiæ priuationis contra Laurentium Prioratus poſſeſſorem latè ſer. ſer.ac in iudicatum ob non interpoſi-

tam appellationem tranſactæ, iuſtificata apparet ex publico documento ſententiæ huiuſmodi præuiis citationibus,ſeruatiſquè omnibus aliis terminis in huiuſmodi iudiciis ſeruari ſolitis provt etiam præſumitur Buratt. *deciſ.*334.*num.*8.*& ſeq.*à qua cùm non fuerit appellatum intra decendium, reſultat exinde eiuſdem tranſitus in iudicatum ob appellationem non interpoſitam, *Auth. hodie Cod. appellat.cap.quo ad conſultationem de ſent.& re Iudic.*Rot.*deciſ.*30.*de appellat.innou.deciſ.*734. *num.*1.*p.*3.*recent.*

Quòd verò Laurentius fuerit per dictam ſententiam realiter amotus vt in literis Apoſtolicis narratur, non debet referri ad actualem expulſionem quæ vt facti eſt ab executoris potius facto quàm Iudicis emanat, ſed ad ipſam ſententiam quod ſcilicèt non per fictionem, ſed re vera Laurentium à beneficiis amouendum, & ad eorum amiſſionem
3 condemnauerit;† maximè quia id narratum fuit in ordine ad vacationem quæ ſaltim de iure, ex ſola ſententia huiuſmodi dummodo iuſta,& in iudicatum fuerit tranſacta,reſultat etiam ante aliquam executionem facti Barboſ. *de Iur.Eccleſ.vniuerſ.lib.*3.*cap.*14.*num.*64. *&* 67. Lotter. *de re Benef.lib.*3.*quæſt.*18.*n.*64. *& ſeqq.* Pariſ. *de reſig. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.*53. Gonz.*ſuper reg.*8.*gloſſ.*15.§.2.*num.*15.*verſ.nec non,&* 2.*ſeqq.*Biſign.*deciſ.*5.*ſub num.*4.ibi,maximè ex quo ſecuta fuit ſententia *de ſent. &*
4 *re iudic.*† & in dubio omnis interpretatio ſumenda eſt ad euitandam obreptionem.Felin. *in cap. nonnulli ſub num.*18.*de reſcript.* Caſſad. *deciſ.*12.*num.*6.*de præben.& deciſ.*1.*de priuileg.* Rot.*deciſ.*38.*n.*3.*part.*1. *recent.deciſ.*171.*n.*1. *in fin.part.*3.

5 Non obſtat quod dicta ſententia vti lata in contumaciam, & non probato formiter delicto homicidij de quo Laurentius accuſatus fuerat non ſit iuſta, & exequibilis vt ad effectum inducendi vacationem requiritur Lotter. *d. quæſt.* 18. *num.* 65. Quia cum Papæ non fuerit narratum homicidium ab Andreono commiſſum quod ſane per ſolam ſententiam contumacialem non probaretur,ſed tantum quod ille per Iudicis ſententiam fuerat beneficiis priuatus, ſatis eſt ipſa ſententia contumacialis, non ob non paritionem Monitorij,vt in caſu *deciſ.*68.*part.*1.*diuerſ.*ſed ex probationibus ac teſtibus pro informatione Curiæ examinatis lata; quia etiam tunc cum ſit diffinitiua priuationem inducit vt benè diſtinguendo declarat *d. deciſ.*68.*num.*4.*&* 5.
6 † ac probat reo intra annum non comparente ita vt interim potuerit alius de beneficio prouideri reſolubiliter tamen, quatenus reus intra annum comparuiſſet Lotter. *de re benef. lib.*3.*quæſt.*18.*num.*167.*& ſeq.*Rot.*in Romana Beneficiatus S. Petri* 16.*Iunij* 1561.coram Oradino *impreſſ.poſt* 1.*vol. conſ. Farinac. deciſ.*3. *n.*5.*& in Militen.Parochialis* 31 *Ianuarij* 1650. §.*nec obſtat.*coram Me.

Iuncta ſucceſſiua poſſeſſione Martinotij ex 7
capite dictæ priuationis prouiſi, nec non ceſſione ad eius fauorem facta à Laurentio condemnato, qui ſic cedendo videtur in neceſſarium antecedens agnouiſſe veritatem ſuæ priuationis à Martinotio narratæ eundemque Martinotium Canonicè fuiſſe prouiſum vt per Bald. & alios quos refert, & ſequitur Rot. *deciſ.* 219.*num.*3.*&* 4.*part.*5.*recent. & in Tiraſonen.Vnionis* 26. *Iunij* 1645.§.*alterum, &* §.*ſeq.*coram R.P.D.Otthobono.† Vndè tan-
tum abeſt quod intra annum à ſententia re- 8
clamauerit,quo caſu debuiſſet illi beneficium reſtitui.Millin.*deciſ.*54.*num.*9. Lotter.*d. quæſt.* 18.*num.*163. quod imò per dictam ceſſionem approbauit ſententiam,*l.*1.*cod.poſtulat.cap.quo ad conſultationem de re iudic.* Aym. *conſ.* 108. *num.*3.Rota *in Anconitana hæreditatis* 11.*Martij* 1616.coram bon.mem.Vbaldo ſeniori.

Quæ verò contra dictam ceſſionem oppo-
nuntur,non releuant; nempè quod non fue- 9
rit facta in manibus Papæ ſed coram Eminentiſſ. Domino Card. Legato Vrbini, cui poteſtas admittendi ceſſiones ad fauorem non competit. Rebuff.*in prax. tit.de reſignat.cond. num.*5.Pariſ.*de reſig.lib.*7.*quæſt.*13.*n.*17.quod ſit ſimoniaca,& meticuloſa.

Nam primum obiectum vrgeret ſi Martinotius titulum deſumeret ex ceſſione, quia ea tanquam facta coram non habente ad id poteſtatem non abdicaſſet ius à cedente, vt declaratum fuit in *Colonien. Decanatus* 15. *Maij* 1648.§.*ideò Domini* coram Me,ſed titulus Martinotij educitur ex prouiſione Apoſtolica tanquam de vacante ob priuationem, & ceſſio allegatur non quia habeat vim reſignationis, † ſed ad narratæ priuationis veri-
tatem comprobandam etiam ex ipſa confeſ- 10
ſione Laurentij eidem ceſſioni implicita,quæ ſufficit in præiudicium cõfitentis.Ægid.*deciſ.*683.*ante num.*1.Rot.*in Marſicen.Iuriſdictionis* 28. *Ianuarij* 1644. §.*primum adminiculum in fin.*coram Me,quamuis ceſſio eſſet nulla,Abb. *in cap.*2.*n.*14.*de cappell.*Monach.Minad. *deciſ.* 37.*num.*11. *&* 12.Put. *deciſ.*6. *de confeſſ.* & in proximis terminis Rot.*deciſ.*117.*num.*2.*deciſ.* 171.*n.*4.vbi loquitur de actu geſto coram non habente ſufficientem poteſtatem, *part.* 1.*re-
cent.* † & in puncto quod noceat ceſſio facta 11
abſque authoritate ſuperioris ab eo qui per ſententiam fuerat priuatus,tradit Abb.*in cap. niſi n.*5.*verſ.quidam ſunt il* 2.*de renunc.*Pariſ.*de reſig.lib.*7.*q.*2.*n.*8.

Simonia non adeſt dum non probatur præ- 12
cedens tractatus, & conuentio *cap. Artaldus* 8.*q.*



8.*quæſt.*3.*gloſſ.in cap.quam piè verb.pactis* 1.*q.*2. Dec.*conſ.*118. *num.*4. Pariſ.*conſ.*30.*n.*21.*lib.*4. Rot.*deciſ.*108. *num.*4. *deciſ.*234.*num.*10. *inter impreſſ.poſt conſ.Farin.* quam non probat fides extraiudicialis,aut teſtis de auditu Rot. *deciſ.* 187.*num.*2.apud Farin. *ibid. deciſ.*337. *num.*4. *part.*4.*recent.*cumquè ceſſio facta fuerit longe poſt ius quæſitum Martinotio ex præcedenti prouiſione Apoſtolica tanquam de vacanti per priuationem cedentis, & poſſeſſionem à prouiſo liberæ captam, & ſeptennio continuatam, nullatenus dici poteſt commiſſa ſimonia,Caputaq. *deciſ.*239.*num.*7.*part.*3.Put. *deciſ.*171.*n.*9.*lib.*2.Rot.*deciſ.*301. *num.*5.*&* 6. apud Farin. *loc. cit. vbi allegatur concordantes*
13 *deciſ.*93.*n.*12.*&* 13.*part.*4. *tom.*2.*recent.* † Eo minus quatenus emanaſſet ad redimendas vexationes quas ipſe prouiſus, & poſſeſſor forſan de facto pati potuiſſet à cedente.Pariſ. *conſ.*135.*num.*20.*lib.*4.Ferrett.*conſ.*235.*num.*2. Sanch.*reſpon.moral.lib.*2. *cap.*3.*dub.*30.*num.*9. *&* 11.Buratt. *deciſ.*307.*num.*5.*&* 6. quicquid ſit in aliis caſibus in quibus periculoſum eſſe ſub prætextu redimendi vexationes euitare ſimoniam abſque beneplacito Apoſtolico dixit Rot. *dec.*95.*num.*3.*verſ. nec ſatisfacit part.* 4.*recent.*

14 Metum tandem clariſſimis probationibus ex aduerſo conuincendum. Pariſ. *de reſig.lib.* 13. *quæſt.* 1. *num.* 181. Rot. *deciſ.* 343. *num.*3. *part.*6. *recent.* prorſus excludit inſignis pietas Eminentiſſ. Domini Card. Cibo,tunc Legati Vrbini coram quo ceſſio facta fuit.Coſt. *conſ.* 18.*num.*44.Seraph. *deciſ.*773. *num.*17.Buratt. *deciſ.*783.*num.*12. Quique laudabiliter publico bono de more intentus,ceſſionem ad componendas harum partium inimicitias approbauit ad tradita per Sanch. *conſ. moral. lib.* 2. *cap.*3.*dub.*28.*num.*2. Bonac. *de Simon.diſput.*1. *q.*1.§.1.*n.*11.

15 Et hæc eo magis Martinotio Prioratus poſſeſſori ſuffragantur aduerſus Flaminium qui nouiſſimè Prioratum impetrauit ex quo Laurentius habitu Clericali non incederet quia cum prius propter homicidium idem Laurentius fuiſſet beneficio vt ſupra per ſententiam priuatus vſque de anno 1640. non potuit ex eiuſdem perſona ob ſubſequentem non inceſſum in habitu beneficium vacare, & obtineri, *cap. ſuſceptum de reſcr. in* 6. Sarnen. *ſuper reg. de Infir. quæſt.* 35. *num.* 3. Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 15. *num.* 8. Rot. *deciſ.* 562. *num.* 3. *part.* 3. *recent. & in Meleuitana beneficij* 25. *Iunij* 1649. vbi agitur in ſpecie de dimiſſione habitus clericalis coram Me. Barboſ. *in puncto priuati ob delictum*
16 *de Iur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 67. † ac ad obtinendam abſolutoriam aduerſus eundem Flaminium ex eius non iure vincere ſufficit Martinotio poſſeſſori. Caſſad. *dec.* 3. *num.* 5. *de reſtit.ſpoliat. & dec.* 7. *num.* 9. *ſuper reg. Cancell.* Lotter. *de re benef. lib.*2. *quæſt.*42. *num.*25.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

---

## R. P. D. BICHIO

### Caſſanenſis Parochialis,

Mercurij 26.Iunij 1652.

*Ad partem* 2. *cap.* 4. §. *primo, & de Penſionib. cap.* 79.

### *ARGVMENTVM.*

EPiſcopus procedens pendente lite in curia ſuper obreptione vel ſubreptione Literarum committit attentatum. Sequeſtrum ponendum eſt ſuper beneficio ad inſtantiam illius qui obtinuit pro ſe ſententiam definitiuam, ſiue illa lata fuerit in petitorio ſiue in poſſeſſorio, ſi lata fuerit in Curia.

### SVMMARIVM.

1 *Literæ obreptitiæ vel ſubreptitiæ non merentur executionem.*

2 *Pendente lite in Curia ſuper obreptione vel ſubreptione Literarum,ſi Epiſcopus procedat committit graue attentatum.*

3 *Quando cauſa eſt commiſſa cum clauſula* reuocatis attentatis *importatur neceſſitas illa reuocandi.*

4 *Qui obtinuit ſententiam definitiuam etiam in poſſeſſorio iure petit fructus beneficij ſequeſtrari.*

5 *Sententia quando dicatur complecti tam petitorium quàm poſſeſſorium.*

6 *Sequeſtrum peti poteſt in beneficialibus etiam in cauſa appellationis.*

### DECISIO XXX.

NEglecta litis pendentia in Curia, & ſententia ſub die 11. Decembris 1651. ab A.C.lata ſuper nullitate concurſus in quo Petrus Antonius Battipiede præelectus fuerat ad Parochialem Eccleſiam S. Mariæ de Caſtello Ciuitatis Caſtriuillarum Caſſaneñ. Diœceſis, ac ſuper exequutione prouiſionis Apoſtolicæ obtenta ex hoc capite à Ioſepho Baratta. Dominus Epiſcopus Caſſanenſis ad inſtantiam eiuſdem Battipiede ſub die 23. Martij

Martij 1652. monuit Barattam vt coram ipſo dictas literas ſuæ prouiſionis exhiberet ad effectum cognoſcendi de earum ſubreptione, vel obreptione, & interim abſtineret ab illarum exequutione, & ſub eadem die ipſum Barattam tanquam contumacem in parendo dicto monitorio excommunicatum declarauit.

Ideò Baratta in gradu appellationis à dicta ſententia A.C. coram Me pendentis per ſpecialem commiſſionem à Battipiede impetratam, quam deinde Signatura Iuſtitiæ reformauit, addita Clauſula, *reuocatis attentatis*, inſtetit geſta vt ſupra à D. Epiſcopo cum omnibus inde ſecutis tanquam attentata reuocari, & ſimul poſſeſſionem controuerſi beneficij poni ſub ſequeſtro, de quibus habita hodie particulari cognitione Rota pro reuocatione attentatorum, & ſequeſtri appoſitione reſpondit.

1 Cum enim lis in Curia pendens ſuper exequutione literarum prouiſionis Apoſtolicæ impetratæ vt ſupra à Baratta, includeret primariò cognitionem ſubreptionis, vel obreptionis earundem literarum, quippe quæ ſi obreptitiæ, vel ſubreptitiæ eſſent exequutionem non mererentur, *cap. ſuper literis, cum ibi notatis, de reſcript.* Gemin. *conſ.* 120. *num.* 1. Zabarell. *conſ.* 30. *ſub num.* 9. Abb. *conſ.* 70. *num.* 2. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 68. *num.* 4. *deciſ.* 161. *num.* 12. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

2 † Ea pendente non potuit Epiſcopus ſuper ſubreptione, aut obreptione earundem literarum adiri, eoquè minus potuit ipſe Epiſcopus exequutionem in Curia petitam impedire, & ad prædicta procedere abſque vitio grauis attentati. Butr. *in cap. cum M. num.* 61. *de conſtit.* Lancell. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 2. *num.* 52. *& ſeqq.* Gratian. *diſcept.* 914. *num.* 29. Put. *deciſ.* 116. *in fine, lib.* 1. Rota *deciſ.* 148. *num.* 7. *part.* 5. *rec. & in Leodien. beneficij* 4. *Iulij* 1642. §. 1. *&* 24. *Februarij* 1644. §. *attentauit.* coram Me, *in Meſſanen. Decanatus* 13. *Februarij* 1645. §. 1. coram Reuerendiſſ. Terracinenſi, *in Cracouien. propoſituræ S. Floriani* 12. *Decembris* 1650. §. *apertiſſima*, coram Me.

3 Vnde meritò Signatura Iuſtitiæ commiſſioni addidit clauſulam *reuocatis attentatis*, quæ cum de Iure reuocationi ſit locus vti concepta per ablatiuum abſolutum, eo magis importat reuocandi neceſſitatem, vt aliis allegatis fuit deciſum *in Ianuen. pecuniaria, ſeu prætenſorum attentatorum*, 20. *Aprilis* 1640. §. *non obſtat quod Signatura*, coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, *&* 22. *Aprilis* 1641. §. *finali* coram Eodem.

4 Petitum verò ſequeſtrum Rota apponendum cenſuit in vim *Clem. vnic. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* quæ vt ex eius verbis apparet locum habet, ſiue ſententia diffinitiua lata ſit in Curia contra poſſeſſorem in iudicio petitorio, ſiue in poſſeſſorio plenario, vt etiam aduertit Mohed. *deciſ.* 2. *ſub num.* 2. *& per tot. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* Put. *deciſ.* 346. *num.* 1. *lib.* 3. *in correct.* Rota *in Meſſanen. Decanatus* 6. *Nouembris* 1645. *in principio*, coram Reuerendiſſ. Terracinenſi, & ſiue agatur de beneficio ſimplici, ſiue de habente curam Animarum, vt notat etiam Salic. *in l. vnica num.* 3. *C. prohib. ſequeſtr.* Gonzal. *ſuper regul.* 8. *Cancell.* §. 7. *proœmiali num.* 69. Mareſcott. *var. reſol. lib.* 2 *cap.* 77. *n.* 20.

In caſu namque noſtro ſententia lata ab 5
A.C. complectitur tum petitorium declarando principaliter nullum concurſum, & præelectionem Battipiede, tum poſſeſſorium adipiſcendæ concedendo exequutionem literis Apoſtolicis ad quam ad inſtar *l. final. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* proceditur Menoch. *de adipiſc. remed.* 3. *num.* 35. Rota *deciſ.* 395. *num.* 15. coram ſan. mem. Greg. XV. *& in Hiſpalen. præeminentiarum* 24. *Ianuarij* 1614. coram bon. mem. Card. Sacrato.

Neque ſequeſtrum retardat appellatio interpoſita ab huiuſmodi ſententia; Veſtr. *in praxi lib.* 7. *cap.* 2. *ſub num.* 1. *circa finem, verſ. quod ſi is*, vbi ait quod ſi is qui ſententiam obtinet in ipſa petitione ſententiæ omiſerit petere ſequeſtrum non eo minus poterit victor illud poſt ſententiam, vel ab eodem Iudice qui pronunciauit, vel ſi interim cauſa appellationis fuiſſet commiſſa, & priori Iudici inhibitio facta à Iudice appellationis obtinere abſque aliqua ſpeciali commiſſione, idemquè tradunt alij allegati à Moder. *de manut. obſer.* 75. *num.* 45. quibus additur Mareſcott. *var. reſol. d. cap.* 77. *num.* 9. *&* 13. Lancell. *de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 12. *num.* 6. Gonzal. *ſuper regul.* 8. *Cancell. d.* §. 7. *proœm. num.* 82.

Et ita deciſum informante ſolùm Baratta Aduerſario tamen ſexies ad informandum citato, &c.

---

## R. P. D. VEROSPIO

## Cauen. Collationis ordinum,

Veneris 26. Iunij 1654.

*Ad part.* 2 *cap.* 3. §. 9.

### *ARGVMENTVM.*

QVamuis Abbatibus collatio minorum ordinum, non obſtante quacunque poſſeſſione prohibita ſit; illa tamen prohibitio locum non habet aduerſus Abbates habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem & territorium ſeparatum à Diœceſi. Quid poſſint huiuſmodi Abbates exercere in limitibus ſuæ iuriſdictionis. Et ex quibus arguatur Monaſterium eſſe exemptum & ſeparatum à Diœceſi.

### SVMMARIVM.

1 *Minorum Ordinum collatio ad ſolos Epiſcopos ſpectat, excluſis Abbatibus.*

2 *Fallit in Abbatibus habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, Hi enim minores Ordines conferre poſſunt.*

3 *Abbatem Monaſterij territorium ſeparatum à Diœceſi habere ex quibus arguatur.*

4 *Synodi congregatio, Indictio concurſus, viſitatio & correctio ſi fiant per Abbatem, ex eo colligitur illum habere territorium ſeparatum & alij actus referuntur, n.* 5.

6 *Probatio priuilegij non excludit probationem immemorialis poſſeſſionis ſed vna aliam coadiuuat.*

7 *Abbas qui eſt in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis quaſi Epiſcopalis, in ea manutenendus eſt.*

## DECISIO XXXI.

1 FVerat olim ab Ordinario Cauenſi excitata quæſtio contra Abbatem Monaſterij Sanctiſſ. Trinitatis ſub Congregatione Caſſinenſi, ac inſtituto Diui Benedicti militantem, de minoribus Ordinibus, ac dimiſſorialibus Literis concedendis, quæ idemmet Abbas perſonis ſæcularibus, ac ſuæ temporali iuriſdictioni ſuppoſitis conferre, ac reſpectiuè pro iis expedire conſueuerat, vt alibi poſſent minoribus Ordinibus initiari; quorum quippè collatio dumtaxat locorum Ordinariis reſeruetur ex diſpoſitione Sac. Concil. Trid. *ſeſſ.* 23. *de refor. cap.* 10. & Abbatibus, licet exemptis, ac nullius Diœceſis interdicatur: Ad eiuſdem proindè Abbatis inſtantiam ſuper manutentionis Articulo per me propoſito dubio, DD. demandarunt, vt ſuper ipſius bono iure conſulerem, etiam ad effectum manutentionis, quod eundem fouêre, non autem Ordinarium Cauenſem hodie DD. reſponderunt; licèt enim ea conciliaris diſpoſitio à collatione ordinum excludat Abbates, vt comprobant Moder. Rom. *diſcept. foren. cap.* 791. *numer.* 2. cæteriquè relati per Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 3. *num.* 7. *&* 11. *& alleg.* 7. *num.* 7. Eaquè ſub irritanti decreto à ſanct. mem. Pio V. confirmata actus quoſcumque poſſeſſorios hactenus exercitos irritet, atque annullet, vt dixit Rot. *in Leodien. beneficij* 22. *Maij* 1643. §. *cum enim reſignans, & in Gerunden. Cappellaniæ* 27. *Ianuarij* 1645. coram R.P.D. meo Bichio, *& in Mediolanen. Cimiliarcatus* 15. *Maij eiuſdem anni* §. *non igitur obſtat* coram R. P. D. meo Peutingerio:
† Non tamen admittitur quoties, vt in pro- 2
poſito caſu, omnimoda Diœceſis exemptio concurrat, ac iuriſdictio quaſi Epiſcopalis competat Abbati, qui territorium ab Epiſcopali penitus diſtinctum, ac ſeparatum obtineat; Tunc enim inter huius territorij fines Diœceſani nomen aſſumit, iuxt. gloſ. ſingularem *in clem.* 1. §. *volumus verb. à Diœceſanis de for. compet.* ibiquè not. etiam Card. *num.* 2. *verſ. quarto quæro.* Abb. *num.* 17. Felin. *in cap. cum olim* 18. *in princ. verſ. ſecundo limita de præſcript.* cæteriquè relati per Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 32. Rot. *deciſ.* 207. *num.* 5. *in fin. part.* 1. *& deciſ.* 619. *part.* 4. *diuerſ. & deciſ.* 324. *n.* 1. *in fin. part.* 1. *recent.* & coram Andr. *deciſ.* 54. *num.* 5. *& in Auellina iuriſdictionis* 4. *Iulij* 1646. *in* § *quia in caſu propoſito*, coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono. Et minores proinde ordines ſubditis ſuis, non obſtante diſpoſitione Concilij, poterit ſucceſſiuè conferre, vt tradit Campanil. *in diuerſ. iuris can. cap.* 8. *num.* 4. Moder. Carpenſis *controu. for. lib.* 1. *cap.* 46. *n.* 19. *& cap.* 67. *n.* 28. Moder. Rom. *diſcept. forenſ. cap.* 212. *n.* 3. & alij plures, quos refert & ſequitur Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcopi alleg.* 7. *num.* 8. Rot. *in adducta Auellina iuriſdictionis* 4. *Iulij* 1646. coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono, & ita diſtinguendo declaraſſe Sacram Congregationem Eminentiſſimorum DD. Cardinalium eiuſdem Sac. Concil. Trident. interpretum ſub die 8. Aprilis 1621. firmat idem Barboſ. *ſeſſ.* 23. *cap.* 10. *num.* 8. Prout etiam idem ſanxiſſe dignoſcitur Sacram Congregationem Epiſcoporum, ac Regularium in fauorem Prioris Monaſterij Sancti Stephani de Buſco ſub Congregationis Carthuſianorum vexillo militantis, dum ſub die 18. Iunij 1652. reuocata primitùs ſuſpenſione de antecedenti anno 1631. eidem facta, facultatem attribuit, vt Literas dimiſſoriales ſubditis ſuis ſæcularibus pro Sacris Ordinibus ſubeundis poſſet expedire; quia ex deciſionibus Rotalibus editis coram Andrea comprobauerat Monaſterium ex donatione Apoſtolica ſeparatum territorium obtinere, & iuriſdictionem omnimodam conſueuiſſe in ſuos ſubditos etiam ſæculares exercere, vt refert Nauar. *in Lucerna regul. in verb. ordines minores num.* 7. *&* 8. Barboſ. *in ſumma Apoſtolicar. deciſ. collect.* 1. *num.* 21. Tambur. *de Iur. Abb.*

*tom.3.diſput.2.quæſt.25.n.3.* quod ſanè decretum reuocatorium primi Pontificio diplomate poſtmodum ſanct.mem. Vrbanus VIII. approbauit, ac confirmauit, vt conſtat ex datis *in Summ. n.5.*

3 Territorium autem ſeparatum Abbatem Sanctiſſimæ Trinitatis obtinere, necnon Eccleſiaſticam iuriſdictionem omnimodam à quacumque alterius Ordinarij immunem ibidem exercere comprobant quatuor teſtes per annos 40. de viſu deponentes, ſequè à maioribus ſuis audiuiſſe abſque eo, quod vnquam auditum fuerit in contrarium, & de publica voce, ac fama per verbum *fuit* & *eſt*, concurſus ad parochiales eundem videlicet Abbatem indixiſſe, Synodos congregaſſe, conſueuiſſe Clericos coërcere, necnon Ordines conferre, ac dimiſſoriales Literas expedire, cæteraquè ius Diœceſanum præ ſe ferentia peregiſſe, ac conſequenter atteſtantibus de præſcriptione Abbatis immemorabili iuxta requiſita per gloſ. *in cap.1. de præſcript. lib.6.* vt aduertit Alex. *conſ.16. num.16. lib.5.* Ruin. *conſ.66. num.22. lib. 3.* Hond. *conſ.79. num.36. lib.1.* Rot. *deciſ.445. num.2. cum ſeqq. part.1. recent.* & coram Greg. *deciſ.196. num.1.* ibiquè Add. *num.3. & in Beneuentana iuriſdictionis 13. Maij 1652. in §. nec magis*, coram R. P. D. meo Zarate, Ex qua ſeparatum potuit territorium acquirere, ſecundùm Abb. *in cap. auditis num.7. de præſcript.* vbi contrariam Hoſtienſis opinionem reijcit *in cap. cum contingat num. 1. de for. compet.* Lotter. *de re benef. lib.1. q.24. num.206.* Rot. *in Beneuentana, iuriſdictionis 13. Maij 1652. in §. nec magis*, coram R.P.D. meo Zarate, *& in Salisburgen. ſeu nullius iuriſdictionis 26. Iunij eiuſdem anni*, coram Reuerendiſſ. Tarraconen. Hæc autem immemorabilis ex actibus ab eiſdemmet Teſtibus recenſitis, ac legitimis documentis comprobatis præ ſe ferentibus iuriſdictionem ordinariam, ac legem Diœceſanam vires
4 aſſumit, ac robur; † Ad hanc enim ſpectare dignoſcitur Congregationem Synodi, vt aduertit Barboſ. *de off. & poteſt. Epiſc. alleg.7. n.8.* Rot. *deciſ.619. n.2. part.4. diuerſ. & deciſ.203. num.13. part.7. recent.* Necnon etiam indictiones concurſuum ad parochiales, vt aduertit Pariſ. *de reſign. benef. lib.8. part.9. num.98.* Garz. *de benef. part.9. cap.2. num.136.* cæteriquè relati per Barboſ. *de off. & poteſt. Epiſc. alleg. 60. num. 42.* Rot. *deciſ. 203. num. 13. part. 7. recent.* Huic quoque debent referri deputatio Vicarij, viſitatio, ac Clericorum ſucceſſiua correctio, vt not. Barboſ. *de off. & poteſt. Epiſc. in compend. part. 2. num. 55. & alleg. 74. num. 2.* Tum denique adminiſtratio Sacramenti Chriſmatis, ac minorum ordinum collatio, ad text. *in cap. presbyteri de conſecr. diſtinct. 4. & in cap. quanto de conſuetud. & not.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegat. 3. & alleg. 30. n. 1. & 4.*

Ad eliciendam etiam hanc qualitatem territorij omnino ſeparati, atque diſtincti, necnon diſolutam legem iuriſdictionis, ac Diœceſis, & ab eodem Ordinario abdicatam, aliqui ex Dominis ponderabant Monaſterium Cauenſe, ac ipſius Eccleſiam olim Bonifacium Nonum Pontificem erexiſſe in Cathedralem de anno videlicet 1394. attributis ſucceſſiuè Epiſcopo locis omnibus, ac oppidis ab eodem Monaſterio tunc poſſeſſis, vt conſtat ex Literis datis *in Summ. num. 15.* quæ poſtmodum loca, ac oppida Alexandrum Sextum, ac Iulium Secundum Pontifices vnà cum iuriſdictione Epiſcopali attribuiſſe eidem Monaſterio, quod poſt ſuppreſſam Cathedralitatem Congregationi Caſſinenſi annexerat, atque vnierat, vt probatur in Literis datis *in Summ. num.16. & 17.* Hinc enim Monaſterium præfatum eſſe nullius, licèt ipſius territorium alicuius Epiſcopatus limitibus circumducatur, probat text. *in clem. 1. §. volumus in verbis Diœceſanis de for. compet.* & notant *ibi* communiter DD. quos ſequuta fuit Rot. *in Calaguritana, ſeu Nullius Iuriſdictionis 7. Febr. 1608.* coram Ortembergo *relat.* per Tambur. *de Iur. Abb. tom.3. deciſ.48. num.7.*
† Ad arguendam verò legem iuriſdictionis, 5
ac Diœceſis ab eodem Monaſterio diſſolutam perpendebant indultum Vrbani Secundi ab anno 1092. attributum Abbati ſuper iure exercendi ſpiritualia, ac Pontificalia in locis omnibus, ac Oppidis tunc in Monaſterij poſſe conſtitutis, eidemquè in poſterum deferendis, excepta dumtaxat collatione ſacrorum Ordinum, Chriſmatis confectione, & conſecratione Baſilicarum, atque Altarium, pro quibus exercendis quemcunque poſſet Epiſcopum ſibi bene viſum conuocare, & aſſumere vt conſtat ex Pontificio ipſius diplomate dato *in Summ. num. 21.* Ita quod ab Ordinarij iuriſdictione Monaſterium arguatur exemptum, vt ponderauit Rot. *in vna Roſſanen. exemptionis 20. Aprilis 1640. in §. præterea. fuit conſideratum* coram Reuerend. Salamantino, ſequendo gloſ. *in cap. vlt. in verbo permittimus de pœnit. & remiſſione*, ac doctrinam Innoc. *in rubr. de Cleric. peregrinant.* Quinimò abdicatam quamcunque legem tum Diœceſis, tum iuriſdictionis ab Ordinario, & Monaſterium ab vtraque exinde ſolutum firmat Lotter. *de re benef. lib.1. quæſt. 24. ſub numer. 135.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg. 105. num. 65.* quos, aliis præterea recenſitis ſequuta fuit Rot. *in vna Montis Caſſinen. iuriſdictionis 27. Martij 1651. in §. 2. quod Chriſma*, coram R. P. D. meo Bichio.

† Ex



6 Exindè verò nec dici poſſe cenſebant iidem Domini virtutem immemorabilis excluſam, dum præſcriptio, ac priuilegium non aduerſantur ad inuicem, ſed famulantur, adeóque poteſt vtrumque deduci ac allegari, ad text. *in cap. auditis de præſcript. cap. cum perſona*, ibique gloſſ. *in verbo monitos de priuileg. lib.6.* Lanar. *conſ. 94. num.1. & 2.* & aliis relatis iuribus reſpondit Rot. *in Toletana Decimarum 16. Martij 1648. in §. exhibitio verò priuilegiorum*, coram R. P. D. meo Celſo, vbi quod ad maiorem cautelam priuilegia cenſentur expedita, *& in Aſtoricen. Decimarum 1. Iulij 1612. in §. aduerterunt* coram R. P. D. meo Bichio. Et propterea iure merito Sacra quoque Congregatio Concilij ab antiquo declarauit Abbatem hunc habere omnimodam iuriſdictionem Epiſcopalem, & proprium territorium, iúſque congregandi Synodum, indicendi concurſum, & Sacramentum Chriſmatis conferendi, quæ declaratio fuit confirmata à ſanct. mem. Sixto V. & deſuper expeditæ fuerunt Literæ confirmatoriæ ſub fel. recor. Gregor. XIV. *Summ. num.6.*

Ex quibus bonum ius ipſius Abbatis de-
7 ſumi poſſe DD. cenſuerunt, necnon etiam ex pluribus collationibus minorum ordinum ab ipſo peractis, ac dimiſſorialibus Literis ad fauorem ſubditorum expeditis, exhibitis in Summ. *num.1. & 2.* de eiuſdem poſſeſſione conſtare, in qua manutentionem pariter decreuerunt, ex diſpoſit. text. *in §. retinendæ inſt. de interdictis, l. vnic. C. vti poſſid. l.1. §. hoc interdictum. ff. eo. tit.* Menoch. *de retin. remed. vlt. num. 16.* Rot. *deciſ. 242. num. 1. parte 7. recent.*

Et ità altera tantum parte, &c.

---

# R. P. D. ZARATE

## Compoſtellana Coadiutoriæ.

Veneris 9. Maij 1653.

*Ad partem 2. cap.1. §.4. n.50. & de Penſio. cap.1.*

## *ARGVMENTVM.*

DE vi & effectu Clauſulæ quæ in prouiſione Parochialium ſolet apponi, imò & appoſita cenſetur, *Dummodo centum maneant pro Rectore*, qua non verificata non valet reſeruatio penſionis ſuper Parochiali de qua moneta intelligatur? De pacto quod ſolutis tot annorum terminis penſio extingui poſſit, vtrum illo non approbato gratia principalis corruat. Vtrum pro validitate & effectu prouiſionum ſufficiat quod regiſtratio fiat poſt obitum reſignantis.

## SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, non aliàs, aliter, nec alio modo, *remouet conſenſum ab actu.*

2 *Clauſula*, Dummodo centum Ducati remaneant Rectori, *ineſt ipſo iure in penſione impoſita ſuper Eccleſia Parochiali etiamſi non exprimatur.*

3 *Sufficit in penſione ſuper Parochiali quod centum remaneant pro Rectore de Moneta illarum partium vbi ſitum eſt beneficium.*

4 *Si in mandato facto Procuratori pro penſionis reſeruatione fiat mentio Monetæ illarum partium, non poteſt ille conſenſum præſtare in alio genere Monetarum.*

5 *Quæ ſit differentia exprimendi valorem per aſſenſum, vel per non exceſſum.*

6 *Quando ſupplicatio originalis non fuit exhibita præſumitur pro expeditionariis quod omnia ſibi demandata adimpleuerint.*

7 *Procurator non dicitur negligens ſi non fuerit diligentior circa ea quæ certò ſciebat ſibi deneganda eſſe.*

8 *Pactum extinctionis penſionis reiectum à Papa non reddit gratiam principalem nullam.*

9 *Poteſt opponi de iure Tertij quando eſt excluſiuum iuris agentis. Intellige verum ſi ille Tertius declarat ſe illo iure vti velle.*

10 *Expeditis Literis, præſumitur quod conſenſus fuerit legitimè præſtitus.*

11 *Procuratoris ſubſtitutio quando præſumatur.*

12 *Subſtantia gratiæ ex data, non ex regiſtratione perficitur.*

13 *Ampliatur etiamſi regiſtratio fiat poſt obitum reſignantis.*

14 *Per ſolam ſignaturam ſupplicationis Papa dicitur manum appoſuiſſe in beneficio.*

## DECISIO XXXII.

IMpugnata fuit hodie, ſed non expugnata Deciſio in hac Cauſa edita 7. Februarij proximè præteriti coram Reuerendiſſimo Tarraconen. in qua reſolutum extat Literas Apoſtolicas eſſe iuſtificatas, & in ea controuerſia circa perſonas Coadiuti, & Coadiutoris fuit omnino ſublata, verum illa ſolum remanſit circa conſenſum Coadiuti, & ipſius adimplementum mandati ſub pluribus conditionibus; quibus non adimpletis gratia per 1
Procuratorem expedita inutilis prætenditur, præſertim cùm Clauſula, *non aliàs, aliter, nec*



 *alio*

*alio modo*, inſerta legatur in eodem mandato quæ conſenſum ab actu remouet, iuxta tradita per Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.*40.*n.*272. *& quæſt.*41.*num.*35.Rota penès Buratt. *deciſ.* 437. *num.* 3. *cum aliis adductis in Valentina Parochialis* 8. *Februarÿ* 1644. *verſ. vnde reſignatio, &* 28. *Aprilis* 1645. coram R.P.D. meo Cerro.

Sed nihilominùs perſtiterunt DD. in deciſis: Siquidem viſum fuit ſufficienter conditiones fuiſſe adimpletas; nec primo illam defeciſſe ſcilicet, quod ſuper beneficio Parochiali reſignando à Ioſepho fratre Coadiutoris; reſeruari deberet Penſio annua Ducatorum centum monetæ Hiſpaniæ ad fauorẽ Antonij de Zarraga libera à ſubſidio, & excuſato, & alio quocumque onere impoſito, vel imponendo, ex eo quod Procurator exceſſiſſet, dum in ſupplicatione appoſuit Clauſulam, *Dummodo remaneant centum Ducati auri de Camera pro Rectore*, vel ex eo, quod gratiam ità conceſſam acceptauit cum ex hoc
2 onere penſio libera dici non poſſet. † Nam iſta obiectio facilè diluitur, cum Clauſula *Dummodo* ſemper cenſeatur excepta, vti conſueta in Parochialibus tanquam à Iure proueniens ex diſpoſitione Concil. Tridentini *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.*13. vbi plures refert Auguſt.Barboſ.*in collect. n.*13.

3 Nec ex eo magis quod Procurator in ſupplicatione appoſuit, & acceptauit gratiam ſub reſeruatione dictæ Congruæ Parochialis ducatorum centum auri de Camera, poteſt dici fines mandati exceſſiſſe cum pro iſta ratione ſufficeret reſeruare centum ducat. Monetæ illarum partium ex traditis per Barboſ. *vbi proximè n.* 14. vt fuit deciſum per Sac. Cong. Concilij *ibi* relatam. Nam pręter alias reſponſiones tollitur hæc replicatio ea ratione quia de dicta reſeruatione nihil fuit cautum in mandato Procuræ aduerſus quod in hac parte poſſit conſiderari tranſgreſſio Procuratoris, & defectus voluntatis Coadiuti, ſuper quo dicta Clauſula, *non alias, aliter, nec alio modo*, cadere poſſit; quo caſu magis liberum fuit Summo Pontifici pro ſuo libito, vel in Moneta Regionis, vel in Moneta Cameræ congruã reſeruare Rectori; Præterquam cum fructus beneficij narrentur in Ducatis de Camera, Clauſula *Dummodo*, intelligitur etiam de Ducatis de Camera, vt tradit Garz. *de benef. p.* 1. *cap.*5.*num.*373.

Vnde etiam tollitur alia replicatio ſcilicet quod non poſſit verificari prædicta conditio, cùm non remaneant centum auri de Camera liberi pro Rectore, ſtante quod fructus dictæ Parochialis ex confeſſione partium in mandatis procuræ aſcendunt ad Ducat.260. Monetæ Hiſpaniæ, vt in Summ, Roderici *n.*1. qui iuxta communem ſenſum debent intelligi de Moneta de Vellon ex quibus detractis Ducatis 140. pro duabus penſionibus remanent ſolum Ducati 120. dictæ Monetæ qui non efficiunt 100. ducatos auri de Camera iuxta cõditionem in gratia appoſitam: Nam centum ducati auri de Camera excedũt ducatos 180. Hiſpaniæ de Vellon, vt oſtenditur ex ſupplicatione Summ. Roderici *n.* 2. in qua centum ducati Hiſpaniæ cõputantur pro ducatis 55. auri de Camera, ac præterea cum dicti Ducati 260. intelligantur de Moneta de Vellon nõ poſſunt cõſtituere Ducat. 180. auri de Camera in quibus fuit narratus valor beneficij.

Etenim iſta obiectio non ſubſiſtit, quia li- 4
cèt verum ſit quod dicta quantitas Ducatorum 260. ſimpliciter prolata intelligenda ſit de Moneta de Vellon Hiſpaniæ, & facultas ſic exprimendi Procuratori præſcripta non poſſit extendi ad Monetam auream, vel argenteam, vt in puncto tenet Amaya *ad tit. C. de collat. æris n.* 37. *lib.*10. Modern. Hiſpan. *in labyrinto credit. p.* 2. *cap.*8.*n.*62. qui *relatis Carranca, Amaya, & Nogueroll.* oſtendit quanta ſit differentia inter prædictas Monetas. † Ta- 5
men ex eo nullus poteſt argui exceſſus, ſiquidem in mandato procuræ valor beneficij in ſcut. 260. expreſſus fuit per aſcẽſum, non autem per non exceſſum abſque vlla taxationis reſtrictiua, quo caſu maior quantitas non excluditur, nec opponitur expreſſioni factæ in ſupplicatione in ſcut. 180. auri de Camera per non exceſſum cum verum ſit beneficium 100. ducat. non excedere 1000. *l. cum furti ff. de in lit. iuran. l. ſi quidem C. de tranſact.* §. *ſin minus*, vbi Iaſ. *num.* 2. *Inſtit. de act. poſt.* Aret. *ibi* Grammat. *deciſ.*68.*num.*4. Greg. *deciſ.*317. *num.*4. Rot. *part.*7. *recent. deciſ.*45.*n.*22. & in qualibet etiam modica non exceſſus verificatur. Lotter. *de benef. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.*58. Rot. coram Mant. *deciſ.*138. *num.* 2. & de iſta differentia inter aſcenſum, & non exceſſum. Rota coram Merlin. *deciſ.* 237. *n.* 5. & coram Seraph. *deciſ.*1017.*n.*5.

Minus autem officit, quod cum alia penſio ducat.40. reſeruata fuerit ad fauorem Ioſephi reſignantis cum pacto hanc illico extinguendi pro vndecim annatis, Procurator, qui conſenſum præſtitit dicatur defeciſſe, quia non expreſſit hanc conuentionẽ, nec impetrauit facultatem extinctionis, qua mediante ſi Papa eam cõceſſiſſet, aut non appoſuiſſet quoad aliam penſionem dictam conditionem, *Dummodo remaneant centum Ducati auri de Camera pro Rectore*, aut ſi denegaſſet neque Coadiutoria, neque reſignatio effectum ſortiretur: Nam hæc obiectio multipliciter ceſſare
viſa fuit. † Primò quòd cum ſupplicatio origi- 6
nalis non fuerit exhibita non bene concluditur



tur prædictam facultatem non eſſe petitam, & cum non reperiatur præſumptio, ſtat pro expeditoribus, quod adimpleuerint adimplẽda, & quod cum mandato concordet. Pariſ. *de reſign. lib.*8.*q.*8.*num.*83. Rota apud Verall. *deciſ.* 174. *num.* 1. *& ſeqq. part.* 2. *in Elboren. Penſionis* 20. *Iunÿ* 1633. coram bon. mem. Card. Hieronymo Veroſpio §. 2. *pro reſponſione ad med.* Imò etiam præſumitur prædictum pactum à Sanctiſſ. fuiſſe reiectum quod non impedit quin reſignatio ſubſiſtat. Pariſ. *dicto tract. de reſig. lib.*99.*q.*17.*n.*141.*verſ. hoc tamen.* Rota coram Verall. *deciſ.*89.*num.*2.*&* 3.*part.* 3. *deciſ.* 887. *num.* 2. *part.* 4. *diuerſ. & in dicta Valentina parochialis* 28. *Aprilis* 1645. *&* 18.
7 *Maÿ* 1646. coram R.P.D. meo Cerro † præſertim cum dicta gratia aut nunquam, aut raro, aut ex magna cauſa concedi ſoleat; quapropter diligentiæ Procuratoris eſſent ſuperfluæ, & quamuis fuiſſent omiſſæ adhuc nõ diceretur ſatisfactum non fuiſſe mandato. Gonzal. *ad regul.*8. *Cancel. gloſ.*12.*n.*86.*&* 91. Rot. per Verall. *d. deciſ.* 89. *num.* 3. *& deciſ.* 201.
8 *n.*32.*part.*4.*tom.*2.*rec.* † Eoquè magis cum adiecta fuerit clauſula, *ſi Sanctiſſimo placuerit*, quo caſu cum pactum extinctionis conceptum fuerit ſub beneplacito Sanctiſſimi gratia principalis de defectu conſenſus redargui non poteſt. Rota coram Caſſad. *deciſ.*2.*num.*3. *de Simonia deciſ.*3.*n.*2. *de renunc. & deciſ.*538. *num.*7. 18. 20. 22. *part.*4. *tom.*3. *& deciſ.*259. *n.*35.*part.*5.*recent. & in Bracharen. parochialis* 21. *Maÿ* 1635. §. *& Domini cum ſeqq. confirmata* 17. *Decembris* 1635. *in princ.* coram bon. mem. Coccino *in d. Valentina parochialis* 28. *Aprilis* 1645. *&* 18. *Maÿ* 1646. coram R.P.D. meo Cerro.

9 Præterquam tale pactum vti reſpiciens commodum reſignantis non autem Coadiuti non poteſt ex defectu conſenſus iſtius annullare gratiam Coadiutoriæ; Nam hoc eſſet opponere de iure tertij, quod non debet admitti tam reſpectu huius penſionis, quàm alterius ducat. 100. vt firmatum fuit in deciſione quæ reuidetur *in* §. *vltra quod.* Nec releuat quod Rodericus poſſit excipere de iure tertij, quando illud eſt excluſiuum iuris agentis: Siquidem hæc regula procedit, quando tertius declarat ſe tali iure vti velle, vt probatur in deciſionibus allegatis *in d.* §. *vltra*, & explicãt Bart. & Socin. *in l.* 2. *ff. de except. rei iudic.* Scacc. *de Iud. part.* 2. *cap.*7. *caſ.*3. *memb.*2.*n.*434. Virgil. *de legitim. perſon. in prælud. num.*159. *verſ. quod dixi, & in Romana fideicommiſſi de Guidis* 25. *Iunÿ* 1629. §. *ſed neque* coram bon. mem. Card. Hieronymo Veroſpio.

Ex qua etiã ratione remouetur obiectum deficientiæ conſenſus, & adimplementi mandati ob non factam expreſſionem quod Antonius penſionarius eſſet filius Melchioris Coadiuti, vt ſatis fit in alia deciſione *d.* §. *Vltra præterquam vt reſpõdetur in* §. *quoniam* expreſſio illegitimitatis Antonij facta fuit per eademmet verba, quæ continebantur in mãdato procuræ; Quare dum formam in mandato pręſcriptã Procurator in ſupplicatione ſeruauit, non poteſt de nõ adimplemẽto redargui, vt dictũ fuit in dicta deciſione *in* §. *nec dicatur.*

Vnde nihil intereſt, quod dubitetur de valore dictæ penſionis iuxta tradita *in Conchen. penſionis* 21. *Maij* 1649. corã Eminent. Corrado, *&* 14. *Februarij* 1650. coram R.P.D. meo Bichio, & animaduertitur in deciſione quæ reuidetur in §. *quoniam*, cum hoc etiã abſque diſcrimine non procederet, attentis verbis Conc. Trid. *ſeſſ.*25.*cap.*15. *de reform.* vt explicant plures allegati à Barboſa *ibi num.* 35. & in iſto caſu magis prodeſſet expreſſioni factæ de valore beneficij, & capacitati ipſius de medio ſublata iſta penſione.

Vlterius non obſtat, quod dicatur conſenſum præſtitum fuiſſe à perſona minus legitima cum appareat quendam ſubſtitutũ illum præſtitiſſe, de cuius ſubſtitutione non conſtat: Siquidem oſtenditur actualis exhibitio mandati in vita Coadiuti Summ. reſponſionis Ildephonſi *n.* 2. & præſtatio conſenſus legitur adnotata à tergo literarum Summ. Roderici
*n.*3. † ex quibus præſumitur literas ab Officia- 10
libus expeditas non fuiſſe niſi præuia præſtatione legitimi conſenſus, Rota coram Caputaq. *deciſ.*120.*part.*1.*& in rec. dec.*20.*num.*4.*& ſeqq. part.*6. *rec.* Et comprobatur ex eo, quod libris Datariæ omnino debet fides adhiberi, nec eos licet de mendacio arguere, *vt per modern. Auenion. quæſt. benef. cap.*70.*n.*12. Rot. penès Buratt. *deciſ.*88.*n.*4.*&* 5.

Nec releuat quod Inſtrumentum mandati quod Notarius in actu præſtationis conſenſus aſſeruit penès ſe admiſſum fuiſſe hodie in eius actis non reperiatur, quia imò ſtãte deperditione præſumitur, quod in Inſtrumento producto continetur facultas neceſſaria, præſertim quod in calce mandatorũ procuræ apponi conſueuerũt ſubſtitutiones propria manu ſubſtituentis. Andr. *deciſ.*9.*num.*6. *verſ. eo enim, & deciſ.*143.*n.*11.*part.*2. *diuerſ. & in Ianuen. ſeparationis thori* 27. *Nouembris* 1652. §. *hinc releuans*, coram R.P.D. meo Mel-
tio. † Eoquè facilius talis præſumptio debet 11
admitti, quia in proceſſu de partibus quoque legitur tenor mandati procuræ cum expreſſa facultate ſubſtituendi, quibus præeuntibus eo facilius ſubſtitutio præſumi poteſt.

Accedit etiã quod ſubſtitutus eſt miniſter ſubſtituentis, & publicè gerebat, & gerit alia eiuſdem ſubſtituentis negocia. Rota *in Conchen. beneficij* 4. *Aprilis* 1608. §. *ſecundo multum.*

coram Card. Sacrato. Et amplius præſtatio conſenſus,& expeditio literarum facta per ſubſtitutum fieri non potuerunt ſine magna impenſa, ex qua pariter præſumitur legitimum mandatum. Gregor. *deciſ.*44. *num.*5. *&* *deciſ.*324.*num.*2.*& ibi* Adden.*n.*6. Adden. ad Buratt. *deciſ.*593.*n.*12.

Quapropter excluditur obiectio, quod mandatum procuræ non potuerit ab Hiſpania venire de tempore conſenſus cum contrarium appareat ex actuali exhibitione, ac etiam cum inter Rogitum mandati factum ſub die 28. Nouemb. vſque ad diem cõſenſus lapſi fuerint 35. dies atque ideò plus tempus ſit ad iter conficiendum cum per mare 10. dies ſufficiant, & in ſex diebus literas haberi poſſe firmauit Rota *in vna Dertuſen. beneficij*, quam tradit Gomez *in reg. de veriſimili notitia q.*5.*n.*1.*&* 2. Quamobrem nihil in contrariũ concludunt Teſtes pro parte Roderici dati Summ.*n.*4. quatenus deponunt quod Tabellarius Ordinarius de eo tempore poſt tres menſes Romam aduenit: Siquidem alia via quàm per Ordinarium tranſmitti potuerunt, & aliquando per Ordinarium, & Extraordinarium tranſmittuntur, & per duplicatum & triplicatum, vt accedit in præſenti, & probatur ex depoſitione trium teſtium ex parte Roderici examinatorum eius Summ.*n.*4.

12 Nec magis obſtat, quod dicatur ſolutionẽ componendę & Regiſtrationem ſupplicationis factas fuiſſe poſt obitum Coadiuti, cum id nullo modo iuſtificetur, & quamuis iuſtificaretur nullatenus releuaret, quia ſubſtantia gratiæ ex data, non ex regiſtratione perficitur, vt tenet Rota *in Romana legati pij* 4. *Febr. &* 12. *Maij* 1628. coram bon. mem. Coccino, *& deciſ.*281.*n.*6. coram Merlino. Dum tamen interim ſupplicatio non laceretur, aut alteri prouideatur, vt notatur *in Aſten. Coadiutoriæ* 21. *Iunij* 1652. §. *tandem, &* §. *licèt* coram R.
13 P.D. meo Celſo, † vbi etiam additur quod ex eo, quod in libro Regiſtratoris poſt obitum Coadiuti legatur factam fuiſſe regiſtrationẽ non ex eo probari tunc temporis factam fuiſſe regiſtrationem cum non ſoleant ſupplicationes ſemper ſtatim deſcribi, ſed aliquando notentur poſt quatuor, & quinque menſes vt traditur *in d. deciſ. Aſten. in* §. *huiuſmodi*, & latius declaratur, & cõprobatur *in eadem Aſten.* 14. *Februarij* 1653. coram eodem D. meo Celſo, §. *& eo minus cum duob. ſeqq.*

14 Demùm quia etiam ſuppoſito, quod gratia Sanctiſſimi eſſet inutilis nullum ius Roderico ex prouiſione Ordinarij potuit acquiri cum per ſolam Signaturam ſupplicationis intraret appoſitio manus Pontificis, & conſequentér affectio, quæ ligat manus Ordinarij. Gonz. *ad reg.*8. *Cancell. gloſſ.*52.*n.*15. *& n.*48. *verſ. licèt ſecus.* Rot. *deciſ.*45.*n.*31.*part.*6. *& deciſ.*237. *n.*2.*part.*7.*recent.* & apud Buratt. *deciſ.* 36. *num.* 2. *& ſeqq.* Atque ita pro confirmatione deciſionis vtraque parte audita, &c.

---

## R. P. D. TARRACONEN.

## Compoſtellana Coadiutoriæ.

Veneris 7. Februarij 1653.

*Ad part.*2.*cap.*1. §.13. *& de Penſionib. cap.*80. *num.*40. *necnon cap.*62.

### ARGVMENTVM.

IVſtificatis omnibus narratis in Literis Coadiutoriæ procedi debet ad illarum executionem, omniſquè interpretatio ſumenda eſt, ad ſuſtinendas huiuſmodi gratias; Expreſſio erronea proueniens ex culpa Coadiuti in gratia Coadiutoriæ non inficit gratiam reſeruationis penſionis diſtinctam. Tertius non poteſt opponere de inualiditate penſionis.

### SVMMARIVM.

1 *Infirmitas Coadiuti narrata probatur ex Teſtibus, & ex morte illius breuè ſubſequuta.*

2 *Clericatus & idoneitas, & aliæ qualitates narratæ in gratia Coadiutoriæ quomodo probentur.*

3 *In iis quæ non reſpiciunt fundamentum gratiæ talis qualis probatio ſufficit.*

4 *Probatis omnibus narratis in gratia Coadiutoriæ illa mandari debet executioni.*

5 *In dubio omnis ſumenda eſt interpretatio ad ſuſtinendam gratiam Coadiutoriæ.*

6 *Penſio reſeruari non poteſt in fauorem filij naturalis Coadiuti.*

7 *Non tamen ex eo debet retardari executio Coadiutoriæ, cùm nihil habeat commune cum reſeruatione penſionis.*

8 *De inualiditate penſionis, Tertius non collitigans opponere non poteſt.*

9 *Pactum quod reſignatarius ſoluat expenſas Bullarum penſionis vtrum noceat validitati gratiæ.*

### DECISIO XXXIII.

LIteras Apoſtolicas Coadiutoriæ conceſſæ ad fauorem Alphonſi de Mera, & Caſtro eſſe iuſtificatas, & exequendas reſolutum



lutum fuit, ſiquidem iuſtificatio manifeſtè apparet in his quæ reſpiciunt tam perſonam Coadiuti, & Coadiutoris, quàm ipſum Beneficium. Nam reſpectu Coadiuti narratum fuit, quod ipſe poſtquam Eccleſiæ per annos 15. inſeruiuit vti tunc agens quinquageſimum annum, ob cuius ætatis incommodum, & ob podagram, alioſquè morbos quibus laborabat vlterius prædictæ Eccleſiæ inſeruire, ac ipſius redditus, & Tenentias ad-
1 miniſtrare minimè poſſet, † quod non ſolùm probatur ex teſtibus ſuper hoc expreſsè deponentibus, vt in ſimili aliàs tenuit Rota *deciſ.*45.*num.*6. *& ſeq. part.*6.*recent.* ſed etiam hoc idem comprobauit exitus, dum Coadiutus poſt menſem à die datæ gratiæ ſuum diem clauſit extremum, vt colligitur ex depoſitionibus prædictorum Teſtium, ac ex collatione cum hac expreſſiua obtenta per Rodericum collitigantem, quo circa eo magis iuſtificata remanet eius infirmitas, & inhabilitas, vt in terminis ponderauit Rota *d. deciſ.*45.*num.*30.*& deciſ.*313. *num.*10. *part.*7. *recent. ac in Gerunden. Canonicatus, & Præpoſituræ* 31. *Maij* 1647. §. *non obſtant Teſtes*, coram R.P.D. Decano.

2 Reſpectu verò Coadiutoris narratum fuit ipſum eſſe Clericum Compoſtellan. & hoc deſumitur ex Literis patentibus ſui Ordinarij, Rota *deciſ.*699. *num.*1.*part.*2.*rec. cum aliis relatis in Compoſtellana Parochialis, prima Iulij* 1648. coram Eminentiſſ. Card. Otthobono, eiuſquè idoneitas probatur ex fide Examinatorum Vrbis à quibus de ordine Rotæ examinatus fuit, vt firmat Buratt. *deciſ.*613. *num.*6. *& dictum fuit in Barchinonen. Vicariæ S. Eulaliæ de Hoſpitaletto* 12. *Decembris* 1634. §. *Quod verum*, coram Coccino, ac comprobatur ex eo quia obtinuit Coadiutoriam cum futura ſucceſſione in alio Canonicatu eiuſdem Eccleſiæ, vt notat. Maſſobr. *in prax. prælud.* 3. *dub.* 3. *num.* 30. *& ſeq.* Iuſtificatur pariter ipſum eſſe Coadiutorem in dicto altero Canonicatu, cuius valor non excedit 24. ducat. auri de Camera ac vnà cum diſtributionibus quotidianis ducat. 600. ex depoſitionibus præteritorum Teſtium. Caual. *deciſ.* 572. *num.* 5. Merlin. *deciſ.* 159. *num.* 6.
3 *deciſ.*266. *num.*2. *ac deciſ.*538. *num.*8. † quamuis in his quæ non reſpiciunt fundamentum gratiæ qualis qualis probatio admittenda ſit, Rota *deciſ.*296. *n.*1. *part.*2. *deciſ.*6. *n.*22. *par.*6. *ac deciſ.* 255. *num.* 8. *& ſeqq. parte* 7. *recent.* Quod autem ipſe cum ducat. 50. auri de Camera conſtituen. ducat. 90. illarum partium ſibi aſſignatis pro congrua officij Coadiutoris, ac cum aliis redditibus quos habebat commodè ſemetipſum ſuſtentari valeat, optimè probatur ex prædictis Teſtibus deponentibus de facto proprio.

Alia autem quæ reſpiciunt ipſum beneficium pariter iuſtificata apparent, nam fuit narratum Cantoriam non eſſe primam Dignitatem poſt Pontificalem, illiuſquè & Canonicatus fructus annuatim non excedere 24. ducatos auri de Camera, & vna cum diſtributionibus quotidianis ducatos 600. dictiquè Canonicatus ſeruitium non impediri à ſeruitio alterius Canonicatus obtenti per Philippum de Arbelaiez cuius eſt Coadiutor idem Alphonſus, dictamquè Cantoriam, & Canonicatum annexum ex diſpenſatione Apoſtolica conſueuiſſe obtineri vna cum aliis Canonicatu, & Præbenda eiuſdem dictæ Eccleſiæ, & iſta remanent probata ex eiſdem Teſtibus iuncto etiam vltimo, & penultimo ſtatu obtinen. d. Cantoriam, & Canonicatum eiuſdem Eccleſiæ probato ex prouiſionibus exhibitis, † vnde cum omnia 4
in literis narrata, quæ reſpiciunt ipſam gratiam Coadiutoriæ ſufficienter ex prædictis iuſtificata remaneant, proculdubio illæ veniunt exequendæ. Duran. *deciſ.*98. *& deciſ.* 377. *vtrobique num.*1. *&* 2. *ac deciſ.*558. *n.* 2. *part.*1. *recent.* cum aliis adductis coram Me *in Placentina Canonicatus* 16. *Decemb.* 1647. *in princ. ac in Aſten. Coadiutoriæ* 21. *Iunij præteriti*, coram R.P.D. Celſo. † Eoquè magis, quia in 5
dubio iuxta ſtylum, & æquitatem huius Sac. Tribunalis omnis interpretatio eſt ſumenda ad ſuſtinendam gratiam Coadiutoriæ cum non ſine magno labore, & grauibus impenſis obtineri ſoleat, vt conſiderauit, Rota coram Buratt. *deciſ.*778. *num.*9. *ac deciſ.*9. *num.*9. *part.*2. *diuerſ. & in d. Gerunden. Canonicatus, & Præpoſituræ* 31. *Maij* 1647. *ſub* §. *vnde non applicatur*, coram R.P.D. meo Decano.

Nec dicatur in huiuſmodi gratia non adfuiſſe conſenſum Coadiuti, provt expreſsè requiritur in literis, dum mãdatum procuræ, in quo tradita fuit facultas conſentiendi factũ legitur ſub conditione quatenus Ioſeph germanus frater Coadiutoris reſignaret Parochialem quam habebat ad fauorem Alberti de Ribera cum reſeruatione penſionis ſcut. 100. ad fauorem Antonij della Zarraga, & cum declaratione quod fieri debeat relatio Pontifici qualiter dictus Antonius erat filius ex ſoluto, & ſoluta, inter quos contrahi poterat Matrimonium, ad hoc vt facilius concederet diſpenſationem ſuper defectu natalium, & caſu quo illud non adimpleatur d. Melchior Coadiutus non dat, neque præſtat ſuum aſſenſum, & conſenſum &c. quæ ſunt verba præciſa, mandati Procuræ.

Quoniam ex lectura ſupplicationis clarè apparet mandatum prædictum fuiſſe ad vnguem adimpletum cum non ſolùm omnia fuerint Pontifici narrata, ſed præuia prædicta reſignatione Parochialis reſeruata fuit ſupradicta penſio ad fauorem eiuſdem Antonij cum diſpenſatione defectus natalium,
6 † & licèt poſteà detectum fuerit ipſum eſſe filium naturalem prædicti Melchioris Coadiuti, itavt dubitari poſſit an prædicta penſio ſubſtineri debeat ex ponderatis per Rotam *in Conchen. penſionis* 21. *May* 1649. coram Eminentiſſimo Corrado, *&* 14. *Februarij* 1650. coram R. P. D. meo Bichio, hoc tamen non efficit quin conſenſus non fuit legitimè præſtitus, ex quo Procurator ad vnguem omnia in mandato contenta adimpleuit; Huiuſmodi verò defectus natalium Antonij à quo reſultare forſan poſſet nullitas prædictæ penſionis imputari debet Coadiuto, qui noluit Papæ manifeſtare
7 ipſum eſſe ſuum filium naturalem: † Vnde ex hoc non debet retardari exequutio gratiæ Coadiutoriæ, pro cuius conceſſione Pontifex reſpicit ſolam neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ. Buratt. *deciſ.* 78. *num.* 1. cum eiuſdem Coadiuti culpa euenerit prædicta erronea expreſſio quoad aliam diſtinctam gratiam reſeruationis penſionis, vt in terminis reſignationis penſionis ad fauorem reſignantis tenet Garz *de benef. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 36. ac dixit Rota *deciſ.* 214. *num.* 5. *par.* 2. *diuer. & in Maioricen. Parochialis prima Iulij* 1643. §. *nec dicat*, coram Salamantino.

8 Vltra quòd de huiuſmodi inualiditate penſionis opponere non poteſt Rodericus Collitigans tanquam tertius, ſed ſolum ille cuius fauore, ſeu contemplatione reſeruata fuit, Seraph. *deciſ.* 477. *num.* 5. firmatum fuit *in Spoletana Abbatiæ* 27. *Iunij* 1625. coram Coccino, *&* coram Me *in Legionen. Canonicatus* 23. *Ianuarij* 1640. §. *minus facit*, *& in Tridentina Parochialis* 5. *Decembris* 1646. §. *nec obſtat quod reſignatio cum ſeq.* coram R. P. D. meo Cerro.

9 Pactum verò quod expenſæ Bullarum penſionis fieri deberent à reſignatario Parochialis expreſſum fuit in ſupplicatione, ſicuti habetur ex notula quæ de his conſeruatur in officio paruæ datæ, à corpore namquè ſupplicationis deleri ſolet, quia ſufficit ſola ſcientia Papæ, vt in puncto monuit, Rota *dec.* 380. *num.* 4. *part.* 4. *recent.*

Et ita, &c.

# R. P. D. MELTIO

## Cordubenſis dimidiæ portionis,

Veneris 30. Ianuarij 1654.

*Ad partem* 2. *cap.* 1. §. 4. *num.* 16.

## *ARGVMENTVM.*

DE ſtatuto Eccleſiæ, quòd nemo ad illam poſſit admitti, qui ratione ſanguinis ſit impurus; quòd probatio impuritatis ſpectet ad Capitulum, & is qui ſe admitti poſtulat nihil probare teneatur; Expoſitos non eſſe ab illa Eccleſia reiiciendos, cùm pro illis ſit præſumptio pro ſanguinis puritate, & alia multa de ſimilibus ſtatutis proponuntur.

## SVMMARIVM.

1 *Literæ iuſtificatæ ſunt executioni demandandæ.*

2 *Si Capitulum obijciat impuritatem ſanguinis reiectam per ſtatutum, onus probandi illam, ſpectat ad Capitulum*, & n. 4. & 7.

3 *Qui natus eſt ex parentibus ab antiquo Chriſtianis, & in ciuitatibus Chriſtianorum, habet pro ſe præſumptionem puritatis ſanguinis.*

5 *Puritas ſanguinis in expoſitis improbabilis eſt.*

6 *Illi quorum natales ignorantur præſumendi ſunt legitimi, & ſunt capaces Ordinum, beneficiorum, & dignitatum.*

8 *Ex ſtatutis vnius Eccleſiæ, nihil poteſt inferri ad aliam diuerſam Eccleſiam.*

9 *Statutum onerans prouiſum probatione ſuorum natalium eſt contra ius commune, & nullum ſi non fuerit per Sedem Apoſtolicam confirmatum, in forma ſpecifica, & non in forma communi.*

10 *Confirmatio ſtatuti nihil de nouo addit, ſed omnia remanent in eodem ſtatu ſine aliqua noua diſpoſitione.*

11 *Ex actibus voluntariis, & facultatiuis nulla induci poteſt obſeruantia, quæ obliget alios in futurum.*





## DECISIO XXXIV.

ADhuc ſubſiſtere viſa fuerunt fundamenta Deciſionis coram Me editæ die 20. Iunij præteriti, in qua fuit firmatum Literas Apoſtolicas D. Didaci Yranzu del Pino eſſe iuſtificatas, & ideò illi eſſe dandam immiſſionem in poſſeſſionem controuerſæ Di-
1 midiæ Portionis, † clarũ eſt enim, vt quotieſcunque Literæ apparent iuſtificatæ, quoad expreſſa in illis denegari non poſſit immiſſio illam petenti, ſicuti ex Teſtamento non abolito, nec cancellato, per *l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* vt præter allegata *in principio dictæ Deciſionis* declarat etiam gloſſ. *in cap. ſi Capitulo verb. exequatur, de conceſſ. præbend. in* 6. Mohedan. *dec.* 13. *vt lit. pend.* Rot. *in recent. dec.* 605. *num.* 2. *part.* 2. *deciſ.* 520. *num.* 27. *part.* 4. *tom.* 3. *& deciſ.* 551. *num.* 1. *part.* 5. *volum.* 2. Nec contra iuſtificationem dictarum Literarum ex parte Capituli Corduben. Eccleſiæ aliud obijcitur pro impedienda D. Didaco immiſſione, niſi quod per ipſum non fuerit ſatisfactum ſtatuto vigenti in eadem Eccleſia, per quod prohibetur ne admittantur in Capitulo aliqui, qui ratione ſanguinis ſint impuri cum ille nullam fecerit probationem de ſui ſanguinis puritate ad quam quod teneatur infertur ex illis verbis, quæ leguntur in eodem ſtatuto, & ponderata fuerunt in deciſione *ſub* §. *Non obſtat ſtatutum Eccleſiæ, Nullus ex Iudæorum, ſeu Conuerſorum genere deſcendentes ad aliquod beneficium in Eccleſia Corduben. admittatur, quodque præterea quotieſcunque alicui Prouiſo tradetur poſſeſſio, Is ſe ex Iudæorum, ſeu Conuerſorum genere non eſſe iuramentum præſtare, & de hoc ſufficientem informationem dare teneatur.* Imò ſupponitur quod ſimilis probatio ei impoſſibilis ferè reddatur, cùm tanquam Expoſitus de ſuorum Parentum qualitate, nullam dare poſſit iuſtificationem, ac certitudinem, ex quo ipſi prorſus fuerunt illi ignoti.

Hoc tamen minimè obſtare cenſuerunt Domini, quia cum in eodem ſtatuto fuerint immediatè appoſita alia verba per quæ imponitur neceſſitas eidem Capitulo talem informationem aſſumendi ſi ea data non fuerit per Prouiſum, ibi; *Et ſi id non fecerit, quod Capitulum illam accipiat, & ſi per eam de contrario conſtiterit, talis Prouiſus admitti non debeat, & ſi iam fuiſſet admiſſus, pro priuato habeatur,*
2 *& ad reſtitutionem fructuum teneatur.* † Ex his colligitur quod Prouiſus iuramentum præſtare debeat ſolum ſe non eſſe ex Iudæorum. ſeu Conuerſorum genere, & quod ſufficientem informationem de hoc dare teneatur, quando ille vult aſſumere in ſe onus probandi ſui ſanguinis puritatem, ſi autem hoc facere noluerit, transfertur obligatio, ac neceſſitas informationem capiendi in Capitulum, itaut ſi illud, impedire prætendebat immiſſionem Prouiſo, huiuſmodi negatiuam non puritatis ſanguinis tanquam fundamentum ſuæ intentionis plenè, ac concludenter probare debeat ad text. *in l. hoc iure.* vbi Bart. *num.* 5. *ff. de verbor. obligat.* idem Bart. *in Authent. hoc amplius num.* 7. *C. de fideicommiſſ.* Gabr. *de probat. concluſ.* 6. *num.* 1. Plot. *de in lit. iurand.* §. 8. *ante fin. verſ. & facit; cum aliis relatis*, per Ioſeph. Ludouic. *concl.* 14. *illat.* 41. † Quod magis pro- 3
cedit in hoc caſu, dum D. Didacus, vt ſit purus ſanguine ac natus à Parentibus Chriſtianis antiquis maximam habet præſumptionem pro ſe, cum ortum ſuum habuerit in Regionibus Chriſtianorum, nempè in Hiſpania, iuxta gloſſ. *in cap. Presbyteris diſt.* 68. *& in cap. ſi eos* 148. *de Conſecrat. diſt.* 4. & dum habet iuris præſumptionem pro ſe, iſta magis operatur, vt onus probandi contrarium omnino ſpectet ad Capitulum, *c. quia veriſimile de præſumpt. l. licet Imperator ff. de legat.* 1. *l. ab ea ff. de probat. l. ſi quis* 6. *ff. de Iudic.* Couar. *var. reſolut. lib.* 2. *q.* 6. *num.* 1. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 4. *num.* 3. nec præſumptio elidiatur, niſi quando datur contraria probatio, *l. final. in princ. ff. quod met. cauſ.* Aretin. *conſ.* 38. *vol.* 2. Neuiz. *conſ.* 81. *n.* 24. Rot. *dec.* 353. *n.* 84. *part.* 5. *recent.*

Et in terminis ſimilium ſtatutorum, quod 4
Prouiſi Beneficiorum aſtringi non poſſint ad aliquam probationem puritatis ſanguinis, ac deſcendentiæ à Parentibus Chriſtianis, cum tale onus potius ad Capitulum ſpectet declarat Merlin. *dec.* 368. *num.* 1. *&* 2. aſſerens Rotam ſic perpetuò ſenſiſſe, Seraphin. *dec.* 355. *num.* 1. Mantic. *dec.* 274. *num.* 1. Coccin. *dec.* 68. *pariter num.* 1. *in recent. dec.* 167. *num.* 31. *&* 32. *& dec.* 182. *n.* 4. *part.* 1. & bene explicat etiam Valenzuel. *conſ.* 90. *num.* 38. *& ſeqq.* talemquè probationem plenè, & concludenter facere tenetur Capitulum, dum venit obiectiuè, vt etiam declarat Rot. *dec. penult. & vlt. de excep. in nouis* Biſignet. *dec.* 1. *eod. tit.* & quia etiam ſtatutum hoc eſt contrarium iuri communi, ſtrictiſſimè eſt interpretandum, vt quantum minus fieri poſſit, ipſum ius corrigat, & ne Prouiſus grauetur onere probandi illud, quod nedum eſt iuri contrarium, ſed, & valde difficile ei eſſe poteſt. Rot. *dec.* 167. *n.* 32. *part.* 1. *recent. & dicta dec.* 368. *num.* 5. coram Merlino.

Minus refragatur, vt D. Didacus ſit Ex- 5
poſitus proiectus, & de eius expoſitione appareat ex propria ipſius confeſsione, vnde ipſe deſignare ſuos Parentes non valeat, ſtante illorum incertitudine, & per conſequens

Capitulo etiam impoſsibile reddatur indagare illius ſanguinis puritatem cum deficiat fundamentum informationis capiendæ, vt
6 firmat Rot.*dec.*185.*n.*3.*part.*1.*recent.* † Quia licèt non controuertatur, quod Expoſitus ille ſit, ex hoc tamen non eſt præſumendus impurus ſanguine, imò potius contrarium eſt credendum, cum illi quorum natales, & Parentes ignorantur, ſemper pro legitimis, non autem ſpuriis habeantur, itaut ſint capaces ſucceſſionum, Ordinum, Beneficiorum, & Dignitatum, iuxta text. *in l. ſancimus. C. de infantibus expoſit.* Felin. *in cap. cum deputati de iudic. n.*13. Cardin. Paleot. *de noth. & ſpur. cap.* 63. *num.* 3. *&* 7. *tom.* 8. *part.* 2. *fol.* 73. Menoch. *de arbitr. caſ.* 396. *num.* 15. *&* 16. Gratian. *diſcept. for. cap.* 135. *num.* 31. *& cap.* 267. *num.* 22. Bald. *conſ.* 437. *lib.* 5. Ruin. *conſ.* 109. *num.* 30. *vol.* 3. Maſcard. *de probat. concluſ.* 799. Rot. *deciſ.* 470. *num.* 3. *part.* 1. *in nouiſſ.* Garz. *de benefic.* latiſſimè hanc materiam pertractans *part.* 7. *cap.* 2. *num.* 26. cum aliis ſatis etiam diffusè relatis *in deciſione, ſub §. minus aduerſatur, & §. ſuffragatur,* Sufficit enim quod cadat dubitatio circa originem alicuius, vt ſemper iudicandum veniat pro illius legitimitate ex doctrin. Anan. *in cap. de infantib. expoſit.* Put. *dec.* 2. *lib.* 3. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 43. *n.* 31.
7 † & ſic verum erit ſemper dicere, quod in hoc caſu dum Capitulum Cordubeñ. Eccleſiæ intelligit nolle admittere D. Didacum ad poſſeſſionem ſuæ obtentæ dimidiæ Portionis, vt illius impuritatem, non præſumptiuè, ſed plenè, ac concludenter teneatur probare tanquam vnicum fundamentum ſuæ intentionis, ad text. *in l. actor. C. de probat. l. ei qui dicit. ff. eodem.* Surd. *conſ.* 34. *num.* 11. Rot. *deciſ.* 5. *de except. in antiq. & deciſ.* 116. *num.* 5. *part.* 7. *recent.* & coram Merlin. *d. deciſ.* 368. *num.* 5.

8 Applicabilis huic caſui neque viſa fuit *d. deciſ.* 185. *part.* 1. *recent.* Quia præter reſponſionem datam in deciſione, dicitur quod illa loquitur de ſtatuto diuerſo, vigente in Eccleſia Toletana, quod videtur reſiſtere admiſſionibus Prouiſorum, donec per eos adimpleantur, quæ in eo continentur, ibi: *Nullatenus admittantur.* Statutum autem Cordubenſe tantùm abeſt, quod impediat admiſſionem, & imò potiùs illam præſupponat, etiamſi Prouiſus nihil faciat, & ideò dictum Statutum Toletanum quamuis poſſet conſiderari non vti odioſum, ſed fauorabile, non eſt attendendum extra Eccleſiam Toletanam, neque de eo hîc diſputandum. Roland. *conſ.* 80. *ſub num.* 29. *verſ. ſupereſt modo lib.* 4. Bellon. *iun. conſ.* 74. *n.* 105. ſtatuere enim eſt actus iuriſdictionis, qui exercetur tantummodo circa adminiſtrationem rerum ſuarum: *cap. final. de conſtitut. in* 6. *l. final. ff. & C. de iuriſd. omn. iud.* & ſtatuentes extra proprium Territorium ſunt veluti priuati, *c. per venerabilem, qui filij ſint legit. cap. quæ contra* 8. *diſtinct. l.* 3. *ff. de offic. Præſid.* Bero. *conſ.* 155. *n.* 14. *lib.* 2. Qui propterea in alieno Territorio iuriſdictionem nullam tenere poſſunt, Lap. *alleg.* 91. *num.* 7. Caſtren. *conſ.* 32. *num.* 1. *lib.* 2. Peregrin. *dec. Patauin.* 117. *n.* 2. Aldobrand. *conſ.* 2. *num.* 10. *&* 15. *lib.* 1. Brun. *de ſtatut. art.* 8. *num.* 130. *verſ. quidquid autem ſit* Rota coram Pænia *dec.* 166. *num.* 9.

Reſpectu verò alterius aſſerti ſtatuti eiuſdem Eccleſiæ Cordubeñ. reſpicientis modum, & formam admittendi Prouiſos, qui ex eo obligantur ad memoriale exhibendum cum expreſſione nominum, tam Parentum, quàm Auorum, atque loci Natiuitatis, illud ſanè Prouiſo obeſſe non poteſt, Aut enim conformatur cum ſtatuto confirmato, provt conformari debet, & ſic non videtur obligare præcisè Prouiſos, ſed ſolum volentes, ſtantibus illis verbis. *Et dicente parte velle dare dictam informationẽ.* Ex quibus colligitur hoc fuiſſe remiſſum arbitrio, & voluntati ipſius Prouiſi, ac propterea ſufficit, quod in præſenti caſu Prouiſus nullam velit facere probationem, vt non teneatur Parentes ſuos, & locũ Natiuitatis in memoriali explicare. † Aut 9
continet nouam diſpoſitionem imponendo onus Prouiſis, quod ex ſtatuto confirmato non habent, & cum tali caſu huiuſmodi ſtatutum ſit contrarium iuri communi, ac diſpoſitioni Sacrorum Canonũ aduerſatiuum, *cap. eam te, de reſcript. cap. venerabilis* 37. *verſ. nos igitur attendentes de præbend. & dignit. & cap. ad decorem* 5. *verſ. quocirca mandamus,* iuncta ibi gloſſ. *in verb. vndecunque de inſtitut.* cum non doceatur de confirmatione Apoſtolica ſuper eo ſpecificè emanata redditur prorſus inualidum, ac nullius roboris. Rot. coram Merlin. *dec.* 99. *ſub num.* 1. *&* 4. *cum aliis relatis* per Add. ad Buratt. *dec.* 758. *num.* 13. Greg. XV. *deciſ.* 267. *num.* 7. vbi Add. *num.* 14. *& dec.* 35. *n.* 13. *dec.* 495. *num.* 4. coram Pænia, & explicatur *in deciſ. §. Nihilquè faciunt, verſ. Nam huiuſmodi ſtatuta,* & talis confirmatio deberet eſſe expreſſa, nec poſſet ſuffragari etiam quatenùs eſſet in forma communi, quia agitur de ſtatuto reſiſtenti diſpoſitioni iuris communis. Rot. *deciſ.* 103. *num.* 12. *part.* 2. *diuerſ.* & fuit reſolutum *in Rauennaten. hæreditatis* 14. *Aprilis* 1606. coram S.D.N.

Subſiſtere neque viſum fuit, quod tale ſta- 10
tutum dicatur conditum ad maiorem declarationem alterius præcedentis ſtatuti, & ideò confirmatio vnius ſufficiat pro confirmatione vtriuſque, quia per Dominos amplexæ fuerunt reſponſiones datæ ad tollendum huiuſmodi



obiectum *in deciſ. ſub §. Neque valet,* & dum confirmatio Pontificis nunquam extendit actum, nec quidquam de nouo tribuit, ſed tantum illum approbat in ſuis terminis *cap.* 1. *&* 2. *de confirm. vtil. vel inutil.* Menoch. *de recuperan. poſſeſſ. remed.* 7. *n.* 73. Surd. *conſ.* 349. *num.* 7. ita in hoc caſu nulla fieri poteſt extenſio ad ea, quæ non fuerunt expreſſa in confirmatione, quæ reſtringitur ad contenta in illa tantùm. Rot. *dec.* 299. *n.* 11. *& dec.* 508. *n.* 16. *part.* 4. *recent. tom.* 3. Hoc autem eo magis procedit, quia confirmatio ſtatuti primi emanauit per multum tempus antequam fuerit conditum ſtatutum ſecundum, vt iam fuit demonſtratum *in deciſione in §. neque valet.* Propterea confirmatio non poteſt extendi ad dictum ſecundum ſtatutum ad euitandum abſurdum, quod ſequeretur, nam daretur confirmatio abſque confirmabili, quo caſu!, vt illa minimè operari poſſit, explicat Tiraquell. *de legib. connub. gloſſ.* 4. *num.* 26. *in fin.* Vincen. de Franch. *deciſ.* 204. *n.* 24.

Quo verò ad aliud aſſertum ſtatutum ex aduerſo allegatum pro tertio, nec etiam fuit habitum in conſideratione, Quia cùm appareat conditum fuiſſe de anno 1530. non poteſt dici declaratiuum confirmati, ex quo confirmatio ſubſequuta fuit longè poſterius nempè de anno 1555. Vnde agitur de impoſſibili quod poſſit dici declaratiuum confirmati, cum fuiſſet conditum priuſquam ſequeretur confirmatio, & quidquid ſit ſolum debet attendi tenor inſerti in confirmatione, nulla habita ratione de aliis quibuſcunque prætenſis ſtatutis maius onus Prouiſis imponentibus.

11 Deduci neque poteſt præſumptio aliqua confirmationis Apoſtolicæ ex obiecta obſeruantia à Capitulo. Quia etiamſi doctum fuiſſet omnes Beneficiatos vſque adhuc receptos in Eccleſia huiuſmodi Parentes deſignaſſe, ac probationes feciſſe de eorum puritate ſanguinis; cum hoc facere potuerint, quia eis ita placuit, hoc nequaquam ſufficit ad concludendam aliquam obſeruantiam, ad cuius effectum probaſſe debebatur, vt qui Parentes deſignare, ac alias probationes facere recuſauerint, fuerint legitimè, & iudicialiter reiecti, itavt euitare non potuerint ſi admitti voluerunt hanc Parentum deſignationem, aliaſquè probationes facere ad formam prætenſam dicti ſecundi ſtatuti cum aliis circumſtantiis neceſſariis ad inducendam obſeruantiam. Oldrad. *conſ.* 337. *n.* 3. Rot. coram Coccino *dec.* 936. *num.* 9. & fuit reſolutum *in cauſa S. Seuerini fideicommiſſi* 14. *Decembris* 1646. coram R.P.D. meo Veroſpio.

Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum, &c.

---

## R. P. D. VEROSPIO
## Cracouienſi Decimarum,

Lunæ 23. Ianuarij 1651.

*Ad cap.* 39. *&* 67. *part.* 1. *& cap.* 167. *vol.* 2.

### *ARGVMENTVM.*

PArochus habet intentionem fundatam vt exigere poſſit Decimas in ſpecie non in pecunia ex terris incluſis intra limites ſuæ parochiæ, ideò decimæ ſolui debent in Manipulis non obſtantibus quibuſdam ſolutionibus voluntariis quæ non præiudicant ſucceſſoribus, maximè ſi ſint difformes aut factæ lite pendente.

### SVMMARIVM.

1 *Decimæ debentur ex Terris totius Parochiæ.*
2 *Decimæ debentur in ſpeciebus de quibuſlibet fructibus.*
3 *Decimæ præſtari non poſſunt in pecunia inuito Parocho.*
4 *Solutiones aliquot voluntariæ factæ in pecunia non obligant Parochum in futurum.*
5 *Factum anteceſſoris circa perceptionem Decimarum non præiudicat ſucceſſoribus.*
6 *Difformitas ſolutionum non eſt conſiderabilis in præiudicium Parochi quoad Decimas.*
7 *Solutiones Decimarum factæ lite pendente non præiudicant Parocho.*

### DECISIO XXXV.

PRæpoſitus Eccleſiæ Parochialis S. Nicolai ſitæ extra mænia Ciuitatis Cracouieñ. iudicium in partibus contra Monaſterium Sanctiſſ. Trinitatis, ac Fratres ſub Diui Dominici inſtituto ibidem militantes introduxerat ſuper Decimis manipularibus ſibi ex prædiis maioris villæ Pramnik conſtitutæ intra ſuæ Parochiæ limites perſoluendis; in quo iudicio cum Monaſterium bis in partibus ſuccubuiſſet, in gradu quoque appellationis ad hoc Tribunal, DD. cenſuerunt ad manipulares Decimas eſſe cogendum iuxta
diſpoſitionem Sacrorum Canonum, † quibus 1
non ſolùm decimarum exactio ex terris à Parochiæ limitibus incluſis innititur, *vt in cap. quoniam, cap. cum ſint homines, cap. cum in tua, cap. cum contingat, cap. ex parte il.* 2. *de Decimis*

cimis, cap. vlt. ibiquè gloſſ. in verbo prædiorum de Parochiis, & tradit Diuus Thom. 2. 2. q. 88. in reſponſ. ad ſecundum argumentum. Hoſtien. in ſumma de Decimis num. 4. ſed ipſa etiam qualitas manipularis ſuadet, quòd de qualibet fructuum ſpecie ex bonis colligenda prę-
2 ſtentur, iuxta can. quicunque il primo, can. omnes Decimæ 16. quæſt. 7. cap. tua nobis §. cum de cunctis, cap. non eſt, cap. ex parte il primo de Decimis, Petrus Rebuff. eod. tract. q. 8. num. 1. & 2. part. 1. Rota dec. 591. num. 1. & 11. part. 3. recent. & in Placentina Decimarum 28. Maij 1646. in §. circa verò ſecundam partem, & in Cracouien. decimarum 1. Iulij 1648. in 1. §. coram R. P. D.
3 meo Meltio. Adeóque tanquam debitæ in ſpecie certa inuito Parocho creditore, in pecunia præſtari non poterant, ex reg. text. in l. 2. §. mutui datio. ff. de reb. cred. vbi poſt gloſſ. in verbo non poteſt. notat Bart. Caſtr. cæteriquè communiter, l. ſi, ſe. §. idem Prætor ff. de re iudic. l. promiſſor §. vlt. ff. de conſtit. pec. l. eum à quo. C. de ſolut. dum maximè congruebat aſſignatio in eadem fructuum ſpecie, ab anno 1538. facta Præpoſituræ, ac obſeruantia præſtationis longæua in eadem ſpecie, aliàs ponderata, coram Seraph. dec. 1047. num. 6. & dec. 528. num. 4. part. 4. diuerſ. & per Rebuff. de Decimis q. 13. n. 46. & 47.

4 Neque præſtationi præfatæ reſiſtunt ſolutiones, in pecunia factæ Rectori pro Decima manipulari, ita vt ſoluendi modus inde præſcriptus videatur; Quoniam huiuſmodi actus voluntarij quantitatem exigendi pro ſpecie, inducere non valuerunt obligationem Rectoris neceſſariam recipiendi eodem modo in futurum, vt latè probat Romanus conſ. 198. ſub num. 3. cum ſeqq. Moneta de Decimis cap. 4. num. 11. §. aut ſi eſt conſuetudo. Rot. deciſ. 528.
5 num. 3. cum ſeqq. part. 4. diuerſ. † præſertim in præiudicium ſucceſſorum, quibus factum anteceſſoris obeſſe non potuit, cap. veniens de tranſact. & notat Abb. in cap. ex multiplici ſub num. 3. & in cap. cum homines num. 4. de Decimis. Monet. eod. tract. cap. 4. quæſt. 1. num. 1. Rot. dec. 667. num. 9. part. 4. recent. & in Foroliuien. parochialis 3. Iulij 1589. coram Orano poſt Pacif. dec. 32. num. 12. & in Mediolanen. decimarum 9. Iunij 1610. in §. dum vero, coram bon. mem.
6 Pirouano; † Eoquè minus perpenſa ſolutionum difformitate vſque ad annum 1613. ex notatis in l. nemo. §. temporalis. ff. de reg. iur. Alex. conſ. 5. num. 7. lib. 5. Rot. coram Mellino, deciſ. 156. num. 2. & dec. 469. num. 2. part. 1. re-
7 cent. † Ab inde verò citra reſiſtit huiuſmodi litis exceptio ad text. in l. cum notiſſimi in princ. §. imò. C. de præſcript. 30. annorum, & in cap. poteſt. 16. q. 3. & in cap. illud, ibique gloſſ. & DD. communiter, & in cap. auditis, de præſcript. Rot. deciſ. 469. n. 1. & 2. part. 1. recent.

Et ita altera tantum parte, &c. altera verò licèt pluribus citationibus laceſſita informare recuſante, &c.

---

## IN EADEM CAVSA coram eodem,

Lunæ 20 Martij 1651.

*Ad cap. 39. & 67. part. 1. & 167. vol. 2.*

### *ARGVMENTVM.*

DEcimas deberi in manipulis ex diſpoſitione iuris præſertim in Polonia, vbi Regulares tenentur Decimas perſoluere de Terris acquiſitis à Laicis, maximè cùm in illorum priuilegiis, non fuit derogatum diſpoſitioni *cap. nuper de Decimis*. Neque obſeruantia contraria ſoluendi Decimas in pecunia ſuffragatur niſi concurrentibus requiſitis ad præſcriptionem neceſſariis, & ſuper hoc ponderantur conſtitutiones ſynodales regni Poloniæ.

### SVMMARIVM.

1 *Decimæ debentur in manipulis Parocho.*

2 *Priuilegium circa Decimas non valet niſi in illo derogatum fuerit diſpoſitioni* cap. nuper de Decimis.

3 *Quando in decreto Summi Pontificis adeſt clauſula,* ſublata, *non poteſt allegari priuilegium exemptionis à Decimis, niſi impetrata prius oris aperitione.*

4 *Obſeruantia ſoluendi Decimas in pecunia non eſt à iure improbata.*

5 *Conſuetudo ſoluendi Decimas in pecunia deſtruitur ex ſolutionibus fructuum factis in ſpecie.*

6 *Dictio* pro *denotat immediatam cauſam ſolutionis.*

7 *Geſta per anteceſſorem non nocent ſucceſſori niſi interuenerit authoritas Pontificia.*

8 *Obſeruantia coactiua ſoluendi Decimas in pecunia non nocet niſi fuerit præſcripta.*

9 *In regno Poloniæ ex Conſtitutionibus ſynodalibus prohibentur exactiones Decimarum in pecunia, & ideò obſeruantia contraria non eſt attendenda.*

DECI



## DECISIO XXXVI.

INtegra Decimarum exactio in manipulis retrahēda ex prædiis maioris Villæ Pramnik Præpoſito Eccleſiæ Parochialis S. Nicolai decreta fuerat coram Me 23. die Ianuarij præteriti contra Monaſterium Sanctiſſimæ Trinitatis Cracouienſe, ac PP. ſub inſtituto Diui Dominici ibi degentes; Qui cum ex Apoſtolicis Mendicantium indultis à quacumque Decimarum ſolutione contenderēt ſe eſſe immunes, vel ſaltem ab ipſis manipularem Decimam in certa ſolummodo pecuniarum quantitate iure præſcriptionis eſſe ſoluendam: Repropoſui dubium ſuper ipſa decima manipulari, integrè præſtanda Rectori, eiuſdē fauore denuo reſolutum. † Quia Decimæ prædiales in ipſa ſpecie frugum re-
1 trahenda ex Agris, oneri præfato ſubiectis, ac proinde in manipulis deferuntur Eccleſiæ, non ſolùm ex diſpoſitione Sacr. Canonum, vt in cap. omnes Decimæ, & cap. quicumque il primo, 16. q. 7. cap. tua nos, §. & cum de cunctis, cap. non eſt, cap. ex primæ de Decimis, notat Rebuff. in tract. de Decimis quæſt. 8. num. 1. & 3. Monet. eod. tract. cap. 4. quæſt. 1. n. 1. ſed etiam ex Iuris Diuini præſcripto, in Exodo cap. 22. Eſdre cap. 10. & in Leuitico cap. 27.

2 Neque ipſis Patribus Apoſtolicæ Sedis Indulta poterunt ſuffragari, vel quia in iis non probatur facta derogatio ſpecialis diſpoſitioni generalis Concilij ſub Innocentio III. relatæ in cap. nuper de Decimis, provt ad hunc effectum fore neceſſarium pluries cenſuit Rot. in dec. 214. n. 5. p. 2. & in dec. 40. n. 1. & 3. part. 4. rec. & in terminis priuilegiorum prædictis Patribus competentium, in Hiſpalen. decimarum 15. Febr. 1647. in §. Quia non appareat, coram R. P. D. meo Meltio, & 22. Iunij 1649. in §. minus releuat coram R. P. D. meo Bichio. Vel quia ex decreto Sacræ Congreg. Eminentiſſ. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, edita die 17. Iunij anni 1645. pro Regno Poloniæ, cenſentur in hac parte modificata, dum eius vigore Regulares, Priuilegiis quibuſcumque non obſtantibus, Parochis Decimas tenentur perſoluere, provt ibidem laici eorundem Auctores præſtare conſuerant, ante quam bona transferrentur in
3 Monaſteria: † Cùm tale decretum à Sanctiſſ. D. N. ſub irritanti decreto, ac clauſula ſublata poſtmodum confirmatum, debeat proinde ſeruari, neque poſſit exaduerſo ſub prætextu Priuilegiorum ſibi competentium ante impetratam oris aperitionem impugnari, ex traditis per Bart. in l. vlt. n. 1. C. de cauſa frum. lib. 11. Felin. in cap. nonnulli n. 22. de reſer. cum aliis per Gonz. ad reg. 8. gloſſ. 66. n. 3. cum ſeqq. Rot. coram Verall. dec. 134. n. 4. part. 3. & in Pampilon. prioratus 10. Ian. 1600. coram clar. mem. Card. Pamphilio, & in Camerin. penſionis 26. Iunij 1641. coram Eminentiſſ. D. Card. Panzirolo.

Nec ex altero poterunt ijdem PP. ſe præ- 4
ſcriptionis Iure tueri, ſiue ex obſeruantia ſoluendi decimas in certa pecuniarum quantitate loco præſtationis manipularis, à Sacris Canonibus non improbata, vt notant DD. in cap. in aliquibus de Decimis, vbi inter cæteros Abb. num. 3. Rebuff. eodem tract. quæſt. 13. num. 46. Rot. dec. 528. num. 4. part. 4. diuerſ. & in Hiſpalen. decimarum de Almonte 4. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Bichio. † Siquidem alle- 5
gata præſcriptio, ſiue obſeruantia, vel omnino deſtruitur per exactiones in eadem fructuum ſpecie ex Parochi parte in antecedenti poſitione productas, iuxta theoricam Bart. in l. 2. num. 22. ff. ſolut. matr. notat Dec. conſ. 215. num. 2. Aym. conſ. 96. num. 5. Afflict. dec. 280. num. 9. Rot. coram Buratt. dec. 23. & 472. num. 7. Vel ſaltem non iuſtificatur ab exhibitis quietantiis, continentibus receptionem pecuniæ pro decima manipulari, † cum 6
eam in manipulis potius debitam eſſe corroborent ex dictione illa, pro, immediatam ſolutionis cauſam denotante, ad text. in l. penul. ff. de alim. & cib. leg. gloſſ. in l. Domus ſtico in verb. pro quib. de pecul. leg. Bart. in l. fideicommiſſa, §. interdum ff. de leg. 3. Bald. in l. 1. num. 15. C. per quas perſonas nobis acquiratur Soc. ſen. conſ. 228. num. 3. lib. 2. † Tum quia actus Rectorum 7
pro tempore ſolummodo voluntarios præſeferunt, eorumquè conuentiones nulla auctoritate ſiue Apoſtolica, vel ſaltem ordinaria munitas, ſine qua moderno non poterunt obeſſe Rectori, ab anteceſſoribus Præpoſitis Ius ſuum non deducenti, ad text. in cap. veniens de tranſact. notat gloſſ. in cap. ex multiplici in verbo eandem, & in cap. nuper in verbo componendum de decimis. Felin. in cap. ad audientiam num. 16. de præſcript. Rot. dec. 667. num. 9. part. 4. recent. & in Foroliuien. Parochialis 2. Iunij 1589. coram Orano, poſt Pacif. de Salu. dec. 32. num. 12. † Nec non requiſitis ad præſcri- 8
ptionem neceſſariis, deſtitutas, adeoquè ad eam conuincendam, ſiue obſeruantiam ſolutionis coactiuam in pecunia, prorſus inefficaces, iuxta text. in cap. cum olim cauſam de cenſib. vbi Ant. de Butr. num. 4. plenè Roman. conſ. 198. num. 3. cum ſeqq. Rot. dec. 528. num. 3. part. 4. diuerſ. & in adducta dec. 667. num. 9. part. 4. rec. † Et quia denique exactiones de- 9
cimarum in pecunia pro manipularibus prohibentur expreſsè in Conſtitutionibus Synodalibus Regni Poloniæ in ſpecifica forma à S. M. Gregorio XIII. poſtmodum confirmatis, adeoque vti obſeruantiæ contrariæ

omnino

omnino repugnantes pro eius inductione non poterunt deſeruire, ex notatis *in l. non dubium C.de legibus,& in cap.1.& in cap.vlt.de conſuetudine.* Rota coram Mantica *deciſ.* 186. *num.*3.*& in Zamoren. iurium parochialium* 23. *Maij* 1644. coram R. P. D.meo Peutingerio *in §.nec viſa fuit,in fine.*

Et ita vtraque, &c.

---

# R. P. D. BICHIO

## Cracouien. Præpoſituræ S. Floriani,

Lunæ 13. Februarij 1651.

*Ad partem* 2. *cap.* 1. §. 9. *num.* 31. *& ſequent. vol.*1.*& c.*164.*vol.* 2. *& de Penſionibus cap.*49.*&* 80.

## *ARGVMENTVM.*

QVi habuit notitiam attentatorum ſtatim vbi ſciuit tenetur illis renunciare, alioqui ratificare videtur, maximè ſi illis vſus fuerit. Condemnatio ad fructus perceptos de quibus fructibus intelligi debeat. Ad quem iudicem pertineat laxare declaratoriam cenſurarum ob non paritionem. Qui fructus poſt decretum ſequeſtri percipit eſt in inobedientia non excuſabili.

## SVMMARIVM.

1 *Qui ſciuit inhibitionem eſſe attentatoriam tenetur ſtatim illi renunciare habita illius notitia.*

2 *Qui vtitur inhibitione attentatoria, attentatum ratificare cenſetur.*

3 *Qui intra terminum certorum dierum ſibi aſſignatum ad parendum non paruit, dicitur inobediens.*

4 *Condemnatio ad fructus perceptos intelligitur de perceptis à die decretæ ſequeſtrationis.*

5 *In executiuis non eſt attendendum quid actor petierit ſed quid Iudex decreuerit.*

6 *Procedere ad declarationem Cenſurarum contra inobedientes ad ſolum Iudicem delegantem pertinet.*

7 *Decretum iniuſtum in vno capite ſuſtinetur in aliis capitibus ſeparatis non iniuſtis.*

8 *Poſſeſſor poſt decretum ſequeſtri fructus percepiſſe præſumitur.*

9 *Exceptio fructuum non liquidatorum non ſuffragatur ei qui mordicus ſuſtinuit nullos fructus deberi.*

## DECISIO XXXVII.

SIgiſmundi Grigerouiez poſitiua inobedientia ſequeſtro Rotali ob quam aduerſus eum ferendam eſſe declaratoriam deciſum fuit die 12. Decembris proximi præteriti quæſtione hodie ſuper eiſdem renouata viſa eſt clara ex rationibus *in deciſione tunc extenſa* deductis, & ſignanter ex Inhibitione A. C. à Sigiſmundomet præſentata ſequeſtratori ſub die 29. Iulij ad retardandam executionem ſequeſtri, necnon appellatione à decreto ſequeſtratoris interpoſita.

Attentata namque dicta inhibitio, cauſa in Rota pendente extorta, & doloſa erat ſub colorato prætextu recurſus ad Signaturam Sanctiſſimi, quia ex datis in hodierno ſummario Sigiſmundi *num.* 2. apparet quod & ſi commiſſio proponenda in Signatura eſſet in manibus Prælati Referendarij, Auditor tamen Signaturæ ad quem ſuperſeſſorias ex capite recurſus ad Signaturam concedere ſpectat, & coram quo procurator Sigiſmundi petierat ſuperſeſſoriam aduerſus Rotale ſequeſtrum, eam non conceſſit, vnde conuincitur apertiſſima calliditas, non quidem procuratoris curialis qui mox exhibuit fidem ad probandum ſe fuiſſe inhibitionis ignarum, ſed aliorum qui in eadem fide fatentur inhibitionem obtinuiſſe. Nec Sigiſmundus excuſari poteſt eo quod ad illicita mandatum non dederit, & inhibitionem bona fide obtentam
crediderit; † quia ſciuit vel ſcire debuit 1
non potuiſſe abſque vitio attentati adiri alium Iudicem dum cauſa pendebat in Rota, eiquè callidè ab aliis geſta nocent, non quidem in vim mandati procuræ, ſed ratificationis reſultantis tum ex quo inhibitioni ſtatim, ac ſciuit, non renunciauit, vt aduertit Rota *deciſ.*446. *num.*8. coram bon. mem. Buratt. *& in Hiſpalen. attentatorum* 27. *Februarij* 1617. coram Sanctiſſ. D. N. Innocentio X. *tunc noſtri ordinis Auditore relata* ab Add. ſan.
mem. Greg. XV. *dec.* 336. *num.*15. † tum ex 2
inhibitionis vſu, & productione coram ſequeſtratore Felin. *in cap. cum venerabilis num.* 22. *de except.* Fran. Ant. Coſta *conſ.*32. *num.*34. Mohed. *deciſ.*1. *de procurat.* & in terminis declaratoriæ, Rota *in Valentina penſionis* 31. *Ianuarij* 1600. coram bon. mem. Litta *impreſſ. apud Marcheſan. de commiſſ. tom.* 1. *fol.* 1130. *num.*2. *& in Cæſarauguſtana Beneficij de Linares* 27. *Aprilis* 1644. coram Me.

Appellatio quoque à decreto ſequeſtratoris pertinacem inobediẽtiam præſe fert non





obſtante aſſerto exceſſu ſequeſtratoris, vel in aſſignando tantum terminum trium dierum cum iuxta formam ſequeſtri duodecim aſſignari debuiſſent, vel in condemnando ad fructus ante ſequeſtrum perceptos, vel in ferenda ſententia excommunicationis; nam quoad primum animaduerterunt DD. quod terminus duodecim dierum non fuit in literis ſequeſtri aſſignatis Sigiſmundo Reo conuento, ſed ipſis ſequeſtratoribus, ibi, *Voſque præterea Iudices & ſequeſtratores prædictos requirimus, & monemus quatenus infra duodecim dierum ſpatium quorum quatuor pro prima &c. prædictam Præpoſituram omneſquè redditus, &c. ſequeſtretis &c.* quodque cum Literæ executoriales ſequeſtri Sigiſmundo citato exhibitæ coram ſequeſtratore, & admiſſæ fuiſſent vſque ſub die 29. Iulij antecedentis de quo tempore Sigiſmundus parere recuſauerat ſub clipeo ſupra memoratæ illicitæ inhibitionis benè potuit ſequeſtrator poſt duos, & amplius menſes, nempè ſub die 11. Octob. ad executionem procedere præfixo tantum dicto breui termino trium dierum ne debitus effectus ſequeſtri vlterius protraheretur:
3 † ſatiſque eſſe debet Sigiſmundo nedum
duodecim dierum, ſed ſeptuaginta, & amplius terminum ad parendum habuiſſe, vt ad propoſitum ponderauit Felin. *in cap. Eccleſia num.* 19. *verſ.* 2. *limita de coſt.* Put. *deciſ.*4. *de iudic.* Rota coram ſan. mem. Greg. XV. *deciſ.* 176. *n.* 6. vbi Add. *litt. B.* allegat concordantes.

4 Secundum obiectum corruit ex facto, quia ſequeſtrator condemnauit ſimpliciter ad fructus perceptos, quod intelligendum eſt de perceptis à die decreti ſequeſtri interpretando verba iuxta diſpoſitionem Iuris vt debet, vt in terminis condemnationis ad fructus perceptos Vincen. de Franc. *deciſ.* 527. *ſub num.*12. Capic. Latr. *deciſ.*25. *ſub num.*38. Rot. *dec.*66. *ſub num.*3. *verſ. non obſtant par.*2. *recent. & in Romana fideicommiſſi de Campagnolis* 8. *Februarij* 1649. §. *non obſtat* coram R. P. D. meo Peutingero, parumquè refert quod petita fuerit condemnatio ad fructus perceptos anno præterito, quia petitio emanauit de menſe Octobris quo reſpectu recollectæ frumenti ſequeſtrandi iam completæ, idem an-
5 nus dici poterat præteritus, † & in omnem
euentum verba ſequeſtratoris vt eius decretum ſubſtineatur potius à diſpoſitione Iuris quàm actoris petitione interpretationem recipiunt neque in iudiciis executiuis attendẽdum eſt quid actor petierit, ſed quid Iudex decreuerit. Alex. *conſ.*114. *n.*6. *lib.*6. Pariſ. 131. *n.*14. *lib.*1. Bellon. iun. *conſ.*23. *n.*8. Surd. *conſ.*12. *num.* 74. *& deciſ.* 284. *num.* 14. Rot. coram



ſan. mem. Gregor. XV. *deciſ.* 176. *num.* 2. *& duob. ſeq.*

Tertium licèt ſubſiſtat, quia ſequeſtrato- 6
res, alijquè executores in partibus deputati, debent quidem partibus intimare Literas in Curia expeditas, & ſibi directas, ad excommunicationem tamen contra contumaces procedere non poſſunt cum id ſpectet ad Iudicem delegantem, qui ſeruatis de iure ſeruandis ad declaratoriam procedet, vt declarat Veſtr. *in prax. lib.*8. *cap. vlt. ſub n.*16. *verſ. & quamuis Iudex.* Guttier. *canon. quæſt. lib.*1. *cap.*4. *num.*28. & 29. Rot. apud Caſſad. *dec.*6. *n.*10. *de cauſ. poſſ. & propr. deciſ.* 283. *num.* 1. & 2. *inter impreſſ. poſt conſ.* Farinacc. *& in Aueniouen. Decimarum* 2. *Maij* 1644. coram R. P. D. meo Peutingero, non ideò tamen Sigiſmundus excuſatur à paritione ſequeſtri in reli-
quis, † præſertim quia ex ipſius Summario 7
*n.*1. apparet excommunicationis ſententiam à ſequeſtratore fuiſſe latam per capitulum ſeparatum, ibi, *alioquin ſi ſecus fecerit, &c.* tunc enim ſubſtinetur decretum in aliis capitibus quamuis in illo iniuſtum, & exceſſiuum eſſet, *l. quædam mulier ff. famil. erciſc. l. fin. ff. iurepatronatus.* Bald. *in l. hoc iudicio num.* 1. *ff. famil. erciſc. & in l.*2. *num.*6. *C. rei iudic.* Rot. *deciſ.*33. *num.* 9. *part.* 2. *diuerſ.* cum aliis allegatis ab Add. ad Buratt. *deciſ.* 29. *num.*17. *& dec.*308. *num.*11. & 15.

Quapropter Appellatio interpoſita à toto 8
decreto, & contumacia in reſtituẽdo fructus quos Sigiſmundus poſt decretum ſequeſtri, quia poſſidebat, percepiſſe præſumitur, Seraph. *dec.*1245. *n.*6. Greg. XV. *dec.*50. *n.*2. *ibiquè add. n.*5. inexcuſabilem inobediẽtiam demonſtrat, maximè poſtquam à Cenſuris ſequeſtratoris abſolutus fuerat à Reuerendiſſ. Nuntio Apoſtolico in Regno Poloniæ Burat.
*dec.*95. *ſub num.*7. † ita vt nec allegare valeat 9
quod fructus non eſſent liquidati, quia id ſuffragatur ſoluenti partem, & offerenti ſolutionem reſidui facta liquidatione, non autem ei qui negat ſoluere, & ne ſoluat omnem lapidem mouit. Rot. *in Dertuſen. Decimarum,* coram Card. Lugdun. *impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. tom.*1. *fol.*675. *n.*2. *in Hiſpalen. Decimar.* 19. *Ianuarij* 1648. coram R. P. D. meo Meltio, *& in Toletana Decimarum* 3. *Aprilis* 1649. coram Eodem, provt mouit. Sigiſmundus obiiciendo in primis inhibitionem, deinde appellando, ac nuperrimè petendo à Signatura Iuſtitiæ ſuſpenſiuam Appellationem à decreto Rotali ſequeſtri, quam Signatura denegauit iunctis aliis actibus in prima deciſione recenſitis.

Gratis verò dicitur ſequeſtrum iam habuiſſe ſuum pacificum effectum, quia nul-

libi probatur quod Sigiſmundus fructus, à ſe perceptos tradiderit ſequeſtratori, imò nec hodie tradit, licèt eius procurator abſque ſpeciali mandato ad id requiſito paritionem ſequeſtri ſpecioſis verbis offerat. Vnde cùm non agatur de ſubſtinenda excommunicatione lata à ſequeſtratione à qua pars conſenſit quod Sigiſmundus abſoluatur, ſed de concedenda noua declaratoria illam præuia abſolutione à dicta excommunicatione ſequeſtratoris concedendam eſſe DD. cenſuerunt, niſi infra menſem Sigiſmundus cum effectu paruerit; aſſignando illi hunc terminum, vt euitare poſſit declaratoriæ pœnam actuali, ſincera, & integra infra eum paritione.

Et ita in deciſis perſtiterunt vtraque parte informante.

---

## R. P. D. VEROSPIO

### Cracouien. Decimarum.

Lunæ 27 Martij 1651.

*Ad cap.* 167.

### *ARGVMENTVM.*

REmiſſoriam non eſſe concedendam ſi Articuli ſint irreleuantes & improbabiles, quales ſunt illi quorum veritas excluditur per inſtrumenta publica, aut alias euidentes probationes. Tranſactionem ſuper forma ſolutionis Decimarum, ſi non fuerit à Sede Apoſtolica confirmata non ligare ſucceſſores in beneficio.

### SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non conceditur quando Articuli ſunt irreleuantes & improbabiles.*

2 *Conſuetudo deſtruitur per vnicum actum contrarium.*

3 *Quando veritas probatur in contrarium per publica documenta non conceditur remiſſoria.*

4 *Obſeruantia à Sacris Canonibus reprobata attendi non debet.*

5 *Tranſactio non ligat ſucceſſores in beneficio, & eſt perſonalis.*

6 *Expenſæ nihil minuunt aut detrahunt de Decima debita Rectori Eccleſiæ Parochialis.*

## DECISIO XXXVIII.

AD retardandam Decimæ manipularis 1
exactionem, ex agris hæreditatis Oſmolicenſis infra limites Drazgouien. Eccleſiæ ſitæ, Collegium Societatis Ieſu Cracouienſe à moderno ipſius Eccleſiæ Rectore pulſatum, vt integram ſibi Decimam traderet in manipulis, cum productis de more Articulis pro Remiſſoria inſtetiſſet coram Me, ſuper huius conceſſione propoſito dubio, ex vtroque improbabilitatis, ac irreleuantiæ fundamento, hodie eam Domini denegarunt inhærendo Iuris diſpoſitioni relatæ, *in l. ad probationem Cod. de probation.* provt alias ex vtroquè probationis defectu Rota denegare conſueuit, coram Verall. *deciſione* 32. *parte* 2. *numer.* 4. *& deciſ.* 68. *numer.* 2. *parte* 3. & coram Caſſad. *deciſ.* 5. *numero* 6. *de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. & in deciſ.* 647. *num.* 3. *parte* 3. *diuerſ.* & coram Greg. 184. *num.* 3. *&* 356. *num.* 1. *& deciſ.* 146. *num.* 8. *parte* 5. *recent. & in Pampilonen. Decimarum de Vſurbil.* 1. *Iulij* 1650. coram Reuerend. Patre Domino meo Celſo *in* §. 1. *&* §. *Et propterea.*

Siquidem improbabilis viſa fuit materia in primis Articulis deducta contra ius Rectoris, erga Decimas manipulares, & aduerſus eam præſtationem, tanquam per immemorabilem conſuetudinem excluſam, cum omnino repugnet Sacrorum Canonum diſpoſitioni, ac publicis documentis tum dotis aſſignatæ, de Anno 1334. tum conuentionum Anni 1549. & 1557. atque ſententiæ ſuper manipularium adiudicatione Decimarum, editæ fauore Rectoris de Anno 1427. ac ipſi denique inſtrumento tranſactionis cum Auctoribus Collegij celebrato de Anno 1617. quatenus ibi ad Decimas manipulares Rectori regreſſus reſeruatur, quoties tranſacta ſumma à contrahentibus ſoluta non foret, ad text. *in l. manumiſſiones ff. de iuſt. & iur. & in l. decem ff. de verb. obligat.* & vtrobique notant communiter Doctores. Hinc enim plena reſultat iuſtificatio iuris, ac Rectoris quaſi poſſeſſio exigendi Decimas in manipulis in præcitatis articulis excluſa.
† Necnon articulata conſuetudo deſtrui- 2
tur, dum illa per vnicum actum contrarium non extare probatur, vt tradit Bart. *in l. ſemper in ſtipulationibus in fine, ibiquè* Cagnol. *numer.* 12. *de regul. iur.* Berous *conſil.* 5. *num.* 3. *volum.* 1. Aym. *conſil.* 462. *numero* 14. & alij plures relati per Scrader. *de*





*feud. parte* 10. *ſect.* 20. *num.* 157. Rota coram Greg. *deciſ.* 162. *num.* 9. *& in Portuen. Affictus* 27. *Februar. præter. in* §. *minus vrget,* coram Reuerend. Patre Domino meo Bi-
3 chio. † Ac alterum quoque deducitur fundamentum excluſiuum Remiſſoriæ, quæ nunquam admittitur, ad probandum id cuius contrarium publica documenta conuincant. Rota coram Seraph. *deciſ.* 1460. *num.* 3. *& in Cæſarauguſtana Diſtributionum* 13. *Martij* 1643. coram R. P. D. meo Cerro, *& in Portuen. Affictus* 27. *Februar. præteriti*, coram R. P. D. meo Bichio, *& in Calaguritana beneficij de Cornago* 31. *Maij* 1647. coram R. P. D. meo Otthobono.

Ex his pariter ſcripturis eliditur tertij virtus articuli; ille enim futuræ probationis releuantiam deducit, ex non vſu Rectoris in Decimis manipularibus, & ex ſucceſſiuo defectu quaſi poſſeſſionis, eaſdem aſſequendi; cum vſu præfato ac poſſeſſione manipularium deſtitutis articulatæ Regni leges apertè reſiſtant, quin valeant ad eam aſpirare; Dum itaque vtrumque concurrere reſpectu Rectoris Drazgouienſis prædicta documenta iuſtificant, eidem proindè fauent potius Regni leges quàm reſiſtant, nec conſequenter obſtat materia in articulo deducta.

Eodem irreleuantiæ fundamento reiicitur quartus articulus ſuper obſeruantia tranſactionis, exigendi Decimas in pecunia pro ſpecie frugum in Regno Poloniæ. Vel enim validas ſolummodo includit ac iuſtas, & huius reſpectu tranſactionis, videtur irreleuans, quæ nec authoritate Apoſtolica nec Ordinaria fulcitur, & cum vita Rectoris tranſigentis expiraſſe cenſetur, vt perſonalis, ac reſiſtentiam præterea habet Conſtitutionum Synodalis ſub Cenſuris, adeoquè nullius roboris probatum fuit exiſtere in alia Deciſione coram Me hac eadem die,
4 edita ſuper bono iure Rectoris, † Vel eadem obſeruantia, tranſactiones quoque inualidas comprehendit ac nullas, & attendi non debet, tanquam à Sacris Canonibus reprobata ad text. *in cap.* 1. *& cap. vltimo*, vbi poſt gloſſ. notant DD. communiter *de conſuetudine.* Rota coram Caual. *deciſ.* 419. *n.* 4. *& deciſ.* 265. *num.* 14. *cum ſeqq. parte* 5. *recent. & in Cracouien. Iuris legendi* 21. *Maij* 1627. coram bon. mem. Cocc. *& in aliis adductis* per Add. *ad deciſ.* Buratt. 800. *num.* 9. *cum ſeqq.*

Ex hoc denique irreleuantiæ fundamento, reiiciuntur cæteri omnes articuli, dum ſolummodo tendunt, ad excludendam tranſactionis læſionem, comprobandamquè iuſtitiam annuæ præſtationis florenorum viginti, conuentæ in concordia Anni 1617. Et tamen non ex ſolo læſionis fundamento à Parocho impugnatur adducta tranſactio, ſed etiam ob nullitatem ex defectu cauſæ, ſiue beneplaciti Apoſtolici reſultantem,
† vel quia ſaltem ex propria natura, vt per- 5
ſonalis cum vita tranſigentium expirauerat, nec conſequenter afficit ſucceſſores, ad text. *in cap. veniens de tranſact.* notat gloſſ. *in cap. ex multiplici, de Decimis, in verbo eandem,* cum aliis adductis, *in alia Cracouien. Decimarum* 23. *Ianuarij* 1651. coram Me, *in vltimo* §. *quæ ſatis eſſe poſſunt ad victoriam in negotio principali.*

Præterea, ex quantitate frugum in ipſis deducta articulis, magnum læſionis elicitur argumentum, quippe quod ex Noualibus Decima præſtari debet, iuxta diſpoſitionem Sacrorum Canonum relatam *in cap. quoniam, de Decimis*, & ſpecialem Leonis X. conſtitutionem emanatam pro Regno Poloniæ de
Anno 1515. † Neque expenſæ in nono ar- 6
ticulo deductæ, aliquid detrahunt vel minuunt, de Decima Rectori Parochialis Eccleſiæ debita *cap. cum homines, cap. non eſt in præſentia, cap. tua nobis il ſecondo cap. Paſtoralis, cap. Cùm non ſit in homine de Decimis.* Ac denique ex Territorio oppidi de Nouoduor debet decima quoque perſolui, tanquam in Aruo Prædiali Oſmolicenſi intra fines huius Parochialis Eccleſiæ conſtituto, vt conſtat ex Cracouienſis Epiſcopi decreto edito 11. Iunij 1612. ac relato in Sum. Parochi *num.* 7. vbi etiam iura Parochialia matricis Eccleſiæ Drazgouienſis in euentum erectionis Eccleſiæ Nouaduorenſis in Parochialem leguntur expreſsè præſeruata.

Et ita vtraque, &c.

---

## R. P. D. ALBERGATO

### Ebredunen. Prioratus.

Veneris 27. Iunji 1653.

*Ad cap.* 200. *volum.* 2.

### *ARGVMENTVM.*

PRouiſionem habens anteriorem à Prolegato Auenionenſi præferendus eſt poſteriorem obtinenti à Summo Pontifice de beneficio intra legationem exiſtenti, probato tamen Cle-

ricatu, valore, & aliis requiſitis,nec tali prouiſo ſex menſes aſſignati ad aſſumendum habitum Regularem currunt niſi à die pacificæ poſſeſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Anterior Vicelegati prouiſio præualet poſteriori conceſſæ à Papa.*

2 *Secunda gratia etiam motu proprio conceſſa non aufert ius alteri quæſitum.*

3 *De facultate Vicelegati quoad beneficiorum collationem non eſt dubitandum.*

4 *Vacatio beneficij eiuſquè valor, & habilitas prouiſi quomodo iuſtificentur.*

5 *Tempus alicui aſſignatum ad aſſumendum habitum Regularem non currit quandiu lis pendet ſuper beneficio.*

## DECISIO XXXIX.

DE Prioratu Regulari Sancti Benedicti ſub titulo Beatæ Mariæ de Fauçon Ebredunenſis Diœceſis, à Sanctiſſimo D. N. Ioannes Baptiſta Laurentius, & Ioſeph Reinaldus à Domino Prolegato Auenionen. prouiſus fuit, inter quos orta ſubindè lite, & vtroque in illius poſſeſſione manutentionem petente Domini ſub die 28. Martij proximè præteriti ordinarunt, vt appoſito ſequeſtro videretur de bono iure, ſuper quo ſuſcepta hodie diſputatione conſtare de bono iure Ioſephi fuit reſolutum.

1 Cum enim Prioratus de quo agitur exi-
ſtat intra limites Legationis Auenionen.
& dictus Ioſeph ab illius Prolegato prouiſio-
nem obtinuerit, & quidem anteriorem præ-
ferri debet Ioanni Baptiſtæ aduerſario, qui
gratiam Apoſtolicam habet poſteriorem,
iuxta text. *in cap. ſi à Sede*, vbi gloſſ. *de præ-
bend. in 6.* Garſ. *de benefic. part. 5. cap. 3. n.4.*
Rota in terminis coram Burat. *deciſ. 421. n. 1.*
2 ibique Addent. *Litera A.* † Ampliat id proce-
dere etiam ſi ſecunda gratia eſſet conceſſa
motu proprio, quia motus proprius ius in
iure vel ad rem alteri quæſitum non aufert
abſque ſpeciali mentione, & derogatione,
Crauet. *conſil. 241. num. 18.* Gabriel. *de Clau-
ſul. concluſ. 2. num. 10. & ſequentib.* Menoch.
*conſ. 1. num. 428.* Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp. 21.
num. 50.*

3 Prior igitur eſt prouiſio Ioſephi, & etiam
potior, quia poteſtas Prolegati conferendi
huiuſmodi Beneficia probatur ex datis in
hodierno Summario, *num. 2.* & fuit aliàs
Canonizata in hoc Sacro Tribunali coram
bon. mem. Buratto *deciſ. 390. num. 1. & 463.*
4 *num. 2.* † Vacatio autem, & valor in duca-
tis 80. narratus, & quod controuerſus Prio-
ratus ſit regularis, & ſimplex ſine cura iu-
ſtificatur ex propria collitigantis confeſſione
eadem in Literis ſuæ prouiſionis repetentis;
Ægid. *deciſ. 595.* Seraphin. *deciſ. 1296. n. 6.*
Caualer. *deciſ. 33.* Coccin. *deciſ. 145.* vtro-
bique *num. 1.* cum aliis allegatis *in hydruntina
Canonicatus 25. Iunij* 1649. coram Eminen-
tiſſimo Dom. Cardinali Otthobono, *& in
Regien. beneficij 6. Martij* 1651. coram R. P.
D. meo Peutingero.

Habilitas verò ipſius Ioſephi probatur ex Literis Clericatus, Rot. *deciſ. 87. num. 16. deciſ. 302. numero 4. parte 7. recent. in Aquilana Beneficij 14. Decembris* 1640. coram Reuerendiſſimo Tarraconen. *in Alerien. canonicatus 29. Aprilis* 1650. coram R. P. D. meo Celſo, & ex relatione Vicarij Ebredunen. à quo fuit examinatus, Rota coram Caualer. *deciſ. 533. num. 4. in Eugubina Coadiutoriæ 3. Iunij* 1650. *§. nec deficere*, coram Reuerend. P. Domino Cerro, *& in Aquilana Iuriſpatronatus 12. Iunij* 1651. *§. minuſquè referre*, coram Reuerend. Patre Domino meo Meltio.

Non obſtat quòd ille ad formam ſuæ pro- 5
uiſionis adhuc habitum Regularem non ſuſ-
ceperit, quia cum ſuſcipere teneretur: infrà
ſex menſes dumtaxat, à die pacificæ poſſeſ-
ſionis ob litem immediatè à Laurentio intro-
ductam ei tempus currere non potuit, vt
notat Gonzal. *ad Regul. 8. gloſſ. 15. num. 118.*
Garſ. *de Benefic. part. 6. cap. 3. num. 163.* Mo-
hedan. *deciſ. 8. de conceſſ. præbend.*

Et ita, &c.

---

## R. P. D. DVNOZET.

### Eccleſien. Vnionis.

Veneris 26. Aprilis 1652.

*Ad cap. 37. part. 1.*

### ARGVMENTVM.

QVamuis Vnio regulariter non præſumatur ſed probanda ſit per legitimas probationes, tamen ſi adſint Enunciatiuæ antiquiſſimæ Summorum Pontificum, concurrente paupertate Eccleſiæ, & viſitationes Epiſcoporum aliæquè ſimiles concurrant coniecturæ ſufficiens inde reſultat vnionis probatio, non obſtantibus anterioribus vnionibus temporaliter factis.



SVMMARIVM.

1 *Vnio non præſumitur ſed probanda eſt ab allegante.*

2 *Vnio eſt odioſa ideò concludenter probanda eſt.*

3 *Ad probationem Vnionis regulariter requiritur inſtrumentum publicum vel Literæ Apoſtolicæ vel tempus immemoriale aut quadragenaria cum titulo.*

4 *Vnio tamen aliunde probari poteſt veluti per Enunciatiuas antiquas Summorum Pontificum.*

5 *Regiſtra Cancellariæ Apoſtolicæ plenam fidem faciunt.*

6 *Paupertas Eccleſiæ dat adminiculum probationi vnionis.*

7 *Viſitationes ſucceſſiuè factæ ab Epiſcopis arguunt Eccleſiæ Vnionem.*

8 *Collationes beneficiorum & deputationes Vicariorum iuſtificant Vnionem.*

9 *Taxæ ſolutæ ab Epiſcopis pro Eccleſiis vnitis in Cancellaria iuſtificant Vnionem.*

10 *Quadragenaria poſſeſſio cum bona fide ſufficit in Vnione æquè principaliter facta.*

11 *Sufficit in Vnione titulus putatiuus.*

12 *Vnio probatur per leuiores probationes quando de ea incidenter tantùm dubitatur.*

13 *Enunciatiuæ Summi Pontificis gratiam concedentis omnino credendum eſt.*

14 *Vnio præcedens temporaliter facta non excludit probationem Vnionis perpetuæ poſtea ſubſequutæ.*

## DECISIO XL.

POſt terminatum iudicium manutentio-
1 nis ad fauorem D. Archiepiſcopi Cala-
ritani, fuit deuentum ad petitorium, & ho-
die propoſito dubio, An conſtet de Vnione
fuit reſponſum affirmatiuè; Nam licèt regu-
lariter Vnio non præſumatur, & probari de-
beat ab allegante, Alex. *conſ. 70. num. 11. lib. 3.*
Rota *deciſ. 557. num. 3. part. 3. diuerſ. deciſ. 233.
num. 5. part. 1. recent.* Caualer. *deciſ. 405. num. 2.*
2 † & ſiquidem plenè, & concludenter, vtpotè
quid facti, & odioſa, Oldrad. *conſ. 261. num. 2.*
Dec. *conſ. 233. n. 2.* Maſcard. *de probat. part. 2.
concluſ. 1418. num. 1. & 2.* Menoch. *de præſumpt.*
3 *lib. 6. præſumpt. 8. num. 1.* † Ita vt ad iſtum effe-
ctum, vel requiratur Inſtrumentum publi-
cum, vel Literæ Apoſtolicæ, aut immemora-
bilis, vel ſaltem quadragenaria cum titulo
iuxta celebre *conſ.* Felin. *2. n. 2. 3. & 11.* quod
ſequuntur Garz. *de benef. part. 12. cap. 2. n. 126.
& 232.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 28.
num. 105.* & approbauit Rot. coram Gregor.
*deciſ. 51. n. 1. & 5.* Nihilominus illa ex hodie
deductis pro D. Archiepiſcopo ſufficienter
iuſtificari viſa fuit.

Dantur enim primo loco pro illius iuſtifi- 4
catione enunciatiuæ Pontificum, ſcilicet,
Pauli Tertij de anno 1534. ac Gregorij De-
cimitertij de anno 1573. & 1578. in quibus
Eccleſia Sulcinateñ. quæ eſt eadem cum Ec-
cleſieñ. controuerſa, enunciatur perpetuo
vnita Eccleſiæ Calaritanæ, huiuſmodi enim
enunciatiuæ cum emanauerint à Summis
Pontificibus, ad quos principaliter vnionem
facere ſpectat, veniunt pro illius iuſtificatio-
ne attendendæ Mantic. *deciſ. 355. num. 6. &
deciſ. 359. num. 7.* Rot. *in recent. deciſ. 441. num.
2. part. 5. & deciſ. 660. num. 3. part. 6.* & fuit di-
ctum *in Reatina Vicariæ 10. Maij* 1647. coram
R. P. D. meo Cerro. *§. 4. demùm*; † Idque etiam 5
ſi non probentur per exhibitionem litera-
rum originalium, ſed tantum per partitas ex-
tractas ex regiſtris Cancellariæ, quia huiuſ-
modi regiſtra tanquam libri Apoſtolici, & in
quibus de verbo ad verbum fideliter regi-
ſtrantur, Apoſtolicæ prouiſiones, plenam fi-
dem merentur, vt in puncto ad effectum pro-
bandi vnionem probat Plot. *conſ. 26. num.
7. & 8.*

Secundò concurrit paupertas ipſius Eccle- 6
ſiæ Eccleſien. actualiter enunciata in præce-
dentibus literis Leonis X. & Adriani VI.
quam ad iſtum effectum eſſe magni ponderis
tradit Felin. *dicto conſ. 2. num. 23.* Menoch.
*de præſumpt. dicta præſumpt. 80. num. 2.* Rota
*in Tiraſonen. annexionis 16. Decembris* 1592.
coram Bubalo *relata* per Garz. *vbi ſuprà part.
12. cap. 2. §. 3. ſub num. 241. verſ. coadiuuatur hæc
probatio.*

Tertiò afferuntur quamplures viſitatio-
nes ſucceſſiuè factæ ab Archiepiſcopis Cala- 7
ritanis pro tempore exiſtentibus ex quibus
vnionem probari poſt Innoc. & alios tradit
Abb. *in cap. cum ſuper numer. 18. de cauſ. poſſ.
& propr.* Anchar. *in reg. beneficium num. 11. &
in reg. ſine poſſeſſione num. 10. de reg. iur. in 6.*
Rota *deciſ. 1. de reſtit. ſpoliat. in nouis*, Sera-
phin. *deciſ. 1127. numer. 3.* Rota *in recent. de-
ciſ. 724. num. 3. verſ. & demùm difficultatem
part. 2. & in d. Reatina Vicariæ* coram R. P. D.
meo Cerro § 3.

Quartò accedunt deputationes Vicariorum, ac collationes Beneficiorum ad dictam Eccleſiam ſpectantium, à præfatis Archiepiſcopis pro tempore factæ, quæ concurrentibus præcipuè aliis coniecturis, optimè præfatam vnionem iuſtificant, Rot. *deciſ. 688. ſub n. 3. part. 2. deciſ. 58. numer. 7. part. 4. deciſ. 441.*

*num.*4.*&* 5. *&* *deciſ.*445. *num.*8.*part.*5. *recent.* coram Buratt. *deciſ.*660.*n.*3. *verſ. iunctis præſertim,& in eadem Reatina Vicariæ ſub* §. 2. coram R.P.D.meo Cerro.

9 Quintò, adducuntur taxæ in Cancellaria perſolutæ ab eiſdem Archiepiſcopis etiam pro Eccleſiis vnitis,quarum ſolutiones ad effectum, de quo agitur, ponderauit, Rota *in recent. deciſ.*340. *n.*5. *p.*4. *& in Lucana vnionis* 28.*Ianuarij* 1648.coram R.P.D.meo Bichio.

10 Sextò,& vltimo loco accedit quadragenaria,& vlterior poſſeſſio, nedum cum bona fide,quam ſufficere in vnione non extinctiua, ſed æquè principaliter facta, probat Garz. *de benef.p.*12.*cap.*2. *num.*239. Rot.*deciſ.*642.*n.*7. *& ſeqq.part.*8. *recent.in Abulen.præſtimonij* 20. *Iunij* 1639.coram bon.mem.Coccino, *& in allegata Lucana vnionis* 28.*Ianuarij* 1648.co-
11 ram R. P. D. meo Bichio §. *fin.* † allegata in præcedenti deciſione huius cauſæ edita ſuper manutentione 26.Iunij 1648. coram me §.*quoniam de Vnione*,verum etiam cum titulo ſaltem putatiuo, quæ in hac materia reputatur efficaciſſima probatio ex iuribus ſupra allegatis.

12 Ex quibus omnibus ſimul iunctis concludẽs præfatæ vnionis iuſtificatio reſultare viſa fuit, præcipuè cum de illa non agatur principaliter ad effectum, vt vna Eccleſia Cathedralis alteri omnino ſubiaceat,quo caſu exactæ probationes requiruntur, Dec.*conſil.*233. *n.*2.Comitul.*deciſ.*226.*num.*11. Greg.*deciſ.*77. *num.*6.ſed de ea incidenter dubitatur ad effectum vt vnicus ſit Prælatus,& adminiſtrator ambarum Eccleſiarum vnitarum iuxta Text. *in cap.& temporis* 16. *q.*1. vbi gloſſ.& Archidiac.Mandoſ *conſ.*27. *n.*1. cum aliis allegatis per Gratian. *diſcept.*655. *n.*5. *& diſcept.*892. *n.*1.Tunc enim leuior admittitur probatio ex allegatis in præcedenti noſtra deciſione huius cauſæ edita ſuper manutentione 26.Iunij 1648. *in* §. *quoniam de vnione.* & bene facit Gloſſ.*in cap.Eccleſia Sutrina in verb.breuitatem propè medium de cauſ.poſſeſſ.& propr.*quia quælibet Eccleſia in cæteris remanet in ſuo priori ſtatu ſecundùm qualitatem vnionis æquè principaliter factæ.

Nec ſubſiſtunt adducta contra quadragenariam,& ea,quæ dicũtur de mala fide, quoniam ponderationes contra quadragenariam adductæ,ac deſumptæ ſignanter ex lite introducta coram bon.mem.Cardinali Seraphino de anno 1584.ad nihil inſeruiunt, ponderando quod allegata lis coram Seraph. eſt omnino diuerſa à præſenti,cum illa penderet inter Archiepiſcopum, & Incolas ſuper ſolutione decimarum,quas Incolæ ſoluere recuſabant, & ſuper quibus Archiepiſcopus tunc temporis tres ſententias, vnam in partibus, & alias in Rota obtinuerat, vt patet ex tenore commiſſionis relatæ in ſumm. Archiepiſcopi *n.*1. & propterea ceſſante lite ceſſat pariter allegata quadragenaria præſcriptionis interruptio.

Mala verò fides contra Paſtorellum, qui prouiſus fuerat de dicto Archiepiſcopatu Calaritano de anno 1534. deducta ex eo, quod ipſe licèt haberet certam ſcientiam de antecedentibus vnionibus;nihilominus falsè Põtifici expoſuerit Cathedralem Eccleſien.eſſe perpetuò vnitam, omnino remouetur, Tum quia huiuſmodi ſcientia concludenter non probatur, vt opus eſt, cum circa factum alienum ignorantia præſumatur *cap. præſumitur de reg.iur.in* 6.Surd.*conſ.*335.*n.*62. Tum quia ipſe non obtinuit dictum Archiepiſcopatum ad ſupplicationem, ſed Motu proprio Pontificis ad nominationem Imperatoris, ac Re-
gis Hiſpaniarum,† enunciatiua autem in ſuis 13
literis emiſſa, non eſt enunciatiua Imperatoris;ſed Pontificis concedentis,cui omnino eſt deferẽdum Rota penès Greg.XV. *deciſ.*249. *n.*6.vbi Adden. *num.*10.& Rota *in recen. deciſ.* 361.*n.*2.*part.*2.*& deciſ.*405.*ſub n.*1.*verſ.ſtatur enim part.*1.*& fuit dictum in Calaguritana ſeu nullius* 16. *Iunij* 1606. coram bon. mem. Ortembergo.

Nec releuant præfatæ antecedentes vnio- 14
nes temporaliter factæ, quia non excludunt, quin deinde potuerit fieri vnio abſoluta, & perpetua,quam probant ſubſequentes prouiſiones,ac alia ſuperiùs ponderata, vt reſponſum fuit *in dicta Lucana vnionis* corã R. P.D. meo Bichio, *verſ.facilius, & in deciſione huius cauſæ* §.*nec refragantur*, & ſic non applicatur Sac.Concil. Tridentinum *ſeſſ.*7. *cap.*4. *de Reform.* diſponens, quod nemo retinere valeat plura curata, vel incompatibilia Beneficia, ſiue per viam vnionis ad vitam, ſiue Commendæ perpetuæ, quia Eccleſiæ, de quibus agitur, iuſtificantur perpetuò vnitæ,& poſſidentur vigore prouiſionis Apoſtolicæ. Deciſiones verò Reuerendiſſ. Vrgellen. exaduerſo allegatæ 331. & 355.emanatæ in cauſa Eccleſien. ſpolij potiùs ſunt fauorabiles, quàm contrariæ Archiepiſcopo, dum in ipſis firmatur, quod ſaltem vnio erat facta æquè principaliter non autem acceſſoriè.

Et ita vtraque, &c.

R.P.D.



## R. P. D. VEROSPIO
### Fauentina Iuriſpatronatus,

Lunæ 10.Decembris 1651.

*Ad cap.*4.§.7.*part.*2.*& cap.* 123.*part.*3.

### *ARGVMENTVM.*

INſtitutionem corruere non probata vacatione, cui locus non eſt,niſi ille in cuius fauorem facta eſt reſignatio admiſſus fuerit. Si reſignatio corruat ius non abdicatur à reſignante ſi is in cuius fauorem reſignatio facta fuit non fuerit adeptus beneficium ſed alteri collatio facta ſit. Contemptus patroni ex quibus excludatur.

### SVMMARIVM.

1 *Non probata vacatione non ſubſiſtit præſentatio neque inſtitutio.*

2 *Beneficium non vacat in reſignatione in fauorem niſi reſignatio admiſſa fuerit.*

3 *Qui ſolus eſt in poſſeſſione præſentandi ſolus præſentare poteſt.*

4 *Quamuis reſignatio ſit nulla tamen non abdicatur ius à reſignante ſi beneficium alteri quàm reſignatario conferatur.*

5 *Proteſtatio reſignantis annullatiua facit vt ius remaneat penès ipſum ſi alteri quàm reſignatario beneficium conferatur.*

6 *Si adſit contemptus patroni remanet illi ius nouiter præſentandi.*

7 *Spretus patroni ex quibus circumſtantiis excludatur.*

## DECISIO XLI.

AD Beneficium controuerſum de Iurepatronatus familiæ Benciuennæ in manibus Sanctiſſ. à Ioanne eiuſdem poſſeſſore legitimo Antonij fauore reſignatum, Alexander de Benciuennis vti Patronus Ordinario Franciſcum filium præſentauerat inſtituendum; ſuper cuius proinde inſtitutione commiſſa mihi cauſa; ac dubio hodie propoſito
1 fuit negatiuè reſponſum † ex defectu vacationis nondum ab ipſo iuſtificatæ, ſine qua corruit præſentatio, ac ſucceſſiua ipſius inſtitutio non poterit ſuſtineri per text. *in cap. illud de Iurepatron. & in cap. vltimo de conceſſ. præben.*& notant vtrobique DD.*cap.cum Bertoldus in fin. de re iud.* Rot. coram Greg. *deciſ.* 420. *num.*3. *& deciſ.*257. *n.*2. *& in deciſ.*691. *num.* 5. *part.* 2. *& deciſ.* 532. *num.* 5. *part.* 5. *recent.*

In propoſita verò facti ſpecie deficit vaca- 2
tio Beneficij propter naturam reſignationis, conceptæ in fauorem certæ perſonæ,pro qua niſi admiſſa fuerit, excluditur vacatio,vt notat Pariſ. *de reſignat.Benef.lib.*6. *quæſt.* 5. *num.* 21. Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſ.* 14. *num.* 6. Mandoſ.*in tract. de Signatura Gratiæ verſ.nec Papa conſueuit.*Rot.*in Legionen.Canonicatus* 23.*Ian.* 1640.coram R.P.D.meo Royas.

Hinc obeſſe non poterit,quod gratia reſi- 3
gnationis ab Apoſtolica Sede expedita fuerit ſub conditione præſtiti aſſenſus pro medietate Patronorum, adeoquè irrita cenſeatur, ac nulla ob non præſtitum ab Alexandro conſenſum ad reſignationis validitatem tantummodo requiſitum, dum in quaſi poſſeſſione præſentandi ſolus ipſe extitit, vt notat Felin. quando literæ Apoſtolicæ noceant Patronis, *num.* 11. *in* 9. *limit.* Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 8. *num.*106. Rot. *in Piſtorien. Plebaniæ* 24. *Martij* 1623. coram Nauar. poſt Viuian. *de Iurepatr.deciſ.*84.*num.*15.*& in Sulmon. Beneficij* 10. *Martij* 1649. coram bon.
mem. Arguelles. † Quoniam licèt reſignatio 4
corrueret,ius tamen Beneficij non abdicatur à reſignante ſi alteri,quam Antonio(in cuius fauorem reſignatio concepta fuerat)conferatur, vt notat Butr. *in cap. nemo num.* 10. *de elect. lib.*6. Abb. *in cap. cum pridem de pactis.* Pariſ.*de reſign. benef. lib.*1. *quæſt.*3. *num.*96.*& quæſt.* 4. *num.* 23. Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.*14. *num.* 85. Rot. *deciſ.*4. *num.*2. *part.*2. *rec.* & coram Penia 249. *num.* 7. *& in Lucana Canonicatus* 14. *Maij* 1590. coram Bubalo, poſt Viuian. *de Iurepatron. deciſ.* 35. *num.* 2.
† præſertim quoties,provt in caſu propoſito, 5
adeſt expreſſa proteſtatio reſignantis annullatiua reſignationis in caſu, quo alteri perſonæ, quàm reſignatario beneficium deferri contingat,vt notat Pariſ. *de reſign.Benef lib.*1. *quæſt.*4.*num.*23.*cum ſeqq.*Rot.*in Mediolan.Canonicatus* 7. *Iunij* 1641. coram bon. mem. Card.Panzirolo *in* §.*nec obſtare viſum fuit, & in Nicien. Canonicatus* 14. *Nouembris* 1650.coram Reuerendiſſ. D. meo Decano *in* §. *quia cum Ioſephus verſ. & propterea nullam vacationem.*

Neque vacatio poterit exinde deſumi, 6
quod Patroni conſenſus non fuerit requiſitus, quaſi contemptus inde reſultet,ac ſpretus,præcludens reſignanti regreſſum, ac Patrono deferens ius nouiter præſentandi. Gemin. *in cap. nemo deinceps num.*11.*de elect. lib.* 6. Lotter. *de re benef. lib.*2. *quæſt.*14. *num.*84. Rot. *deciſ.* 190. *num.*5. *part.* 5. *recent.* † Hic 7
quippe contemptus excluditur in propoſita

 facti

facti ſpecie, ſiue ex tenore mandati ad reſignandum, expreſſam Patronatus mentionem præſeferentis,* ac declarationem inſuper reſignantis, vt ſub omnibus ſolemnitatibus, tum ex diſpoſitione Iuris, tum de conſuetudine, ac ſtilo Curiæ requiſitis deberet reſignatio expediri, ſiue ex Apoſtolicis literis, ſub expreſſa Patronatus narratiua editis, ac cum derogatione vocum pro medietate, poſtquã altera Patronorum medietas ſuum præſtitiſſet aſſenſum, vt notat Archid. *in cap. hortamur diſ.* 71. Pariſ. *conſ.* 47. *num.* 17. *& num.* 24. *vol.* 4. *& de reſign. Benef. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 31. vbi atteſtatur de communi Dec. *conſ.* 126. *num.* 4. Ludouicus Morotius *conſ.* 33. *num.* 1. *in fine.* Mandoſ. *in tract. de Signatura Gratiæ in tit. derogationes Iuriſpatronatus* 3. *col.* §. *aliquando derogatur cum aliis* per Lotter. *de re benef. lib.* 2 *quæſt.* 14. *n.* 79.

Et ita vtraque, &c.

---

# R. P. D. BICHIO

## Firmana Beneficij,

Veneris 23. Maij 1553.

*Ad cap.* 87. *part.* 1.

## ARGVMENTVM.

QVomodo probentur clericatus, idoneitas, exiſtentia iuriſpatronatus, & illius pertinentia, valor, & vacatio beneficij. Litiſpendentia ſuper hæreditate, vel quota ipſius vtrum reddat iuſpatronatus litigioſum.

## SVMMARIVM.

1 *Clericatus, & idoneitas prouiſi quomodo probentur.*

2 *Exiſtentia, & pertinentia Iuriſpatronatus ex quibus arguantur.*

3 *Valor beneficij obtenti, vel obtinendi quomodo iuſtificandus ſit.*

4 *Vacatio beneficij quomodo probari debeat, & modus vacationis quando adeſt clauſula* ſiue alio quouis modo.

5 *Vacatio quando dicatur conſumpta.*

6 *Prouiſio ſubreptitia, vel obreptitia non conſumit vacationem.*

7 *Obreptio prouiſionis illam reddit nullam.*

8 *Pendentia litis ſuper hæreditate vtrum reddat iuſpatronatus litigioſum.*

9 *Lis pendens ſuper hæreditate per viam reſtitutionis in integrum non reddit beneficium litigioſum.*

10 *Lis ſuper quarta parte hæreditatis non reddit totum iuſpatronatus litigioſum.*

11 *Papa non ſolet derogare iuripatronatus laicali niſi ad ſummum pro duabus tertiis partibus.*

12 *Qui habet titulum nullum non poteſt dici legitimus contradictor.*

## DECISIO XLII.

DEcio Aciarino præſentato à Bartholomeo Iuniore De Guarneriis ac Thoma Aciarino ad ſimplex Beneficium ſub inuocatione Sanctæ Mariæ Boni Ieſus ex perſona Franciſci Panici vacans & habenti literas Apoſtolicas pro præſentato, idem beneficium adiudicandum eſſe Rota cenſuit in gradu appellationis interpoſitæ à ſententia Ordinarij firmani dictarum literarum executoris, qua pronunciatum fuerat eas eſſe exequendas ac Decium in Poſſeſſionem immittendum, amoto Reuerendiſſimo D. Amico Panico Epiſcopo Recanatenſi dicti beneficij poſſeſſore.

1 Cuncta enim in præfatis literis narrata Decius iuſtificauit, ſuum vltimum clericatum ex literis patentibus ſui Ordinarij; quæ ſatis probant Merlin. *deciſ.* 473. *num.* 4. ſuam habilitatem ex ſententia executoris cuius conſcientiæ illius iuſtificatio commiſſa fuit, vt in his terminis reſpondit Rot. *in Aquilana Iuriſpatronatus* 12. *Iunij* 1651. §. *penultimo* coram R. P. D. meo Meltio.

2 Exiſtentiam Iuriſpatronatus tum ex inſtrumento dotationis dato in ſummario *n.* 9. tum ex pluribus præſentationibus; tum ex confeſſione D. Epiſcopi Aduerſarij in literis ſuæ prouiſionis, quæ contra ipſum dum non eſt quæſtio ſuper libertate beneficij plenam probationem facit. Garſ. *de benef. p.* 12. *num.* 276. Mantic. *deciſ.* 318. *n. primo & ſeqq.* Marc. Andr. *deciſ.* 5. *ſub num.* 3. *&* 4. Addentes ad ſanctæ Memoriæ Gregor. XV. *deciſ.* 462. *num.* 22. Rota *in Aquilana Iuriſpatronatus* 24. *Iunij* 1646. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Corrado.

Pertinentia Iuriſpatronatus ad DD. Bartholomæum & Thomam qui Decium præſentarunt probatur quia ambo habent cauſam à Guarnerio & Iacobo filiis Bartholomei ſenioris exiſtentis dum vixit in quaſi poſſeſſione præſentandi ex datis in ſummario Decij *num.* 11. quod ſufficit etiamſi non probetur deſcendentia à fundatore. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 118. *& ſequent.* Rota *deciſ.* 349. *num.* 1. *& ibi* Addent. *n* 6. coram Sanctæ Memoriæ Greg. XV. *deciſ.* 274. *num.* 8. *part.* 2. *recent.* & in *Gerunden.*

Beneficij



*Beneficij* 11. *Maij* 1648. coram R. P. D. meo Celſo.

3 Valor huius beneficij narratus in ducatis 45. per non exceſſum remanet ſufficienter probatus ex ſimili expreſſione facta per partem aduerſam in literis ſuæ prouiſionis, vt dixit Rota *in Hidruntina Canonicatus* 25. *Iunij* 1649. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Otthobono; Necnõ ex teſtibus datis in ſummario *num.* 16. qui etiam deponunt de valore obtentorum ad quem iuſtificandum ſufficit qualis qualis probatio Gregor. XV. *deciſ.* 78. *num.* 4. cum aliis allegatis *in Placentina Beneficij.* 11. *Decembris* 1645. coram bonæ memoriæ Arguelles.

4 Vacatio beneficij ex perſona Franciſci Panici vltimi poſſeſſoris non poteſt negari ab Aduerſario ex eadem perſona vacationem deſumente in literis ſuæ prouiſionis, & quãuis ibi narrauerit vacationem per liberam reſignationem factam à dicto Franciſco, in literis verò Decij narrata fuerit vacatio per matrimonium à Franciſco contractum. Pontifex tamen non ſe reſtrinxit ad dictam vacationem per matrimonium, ſed nominatim conferre voluit quamuis vacaret per liberam reſignationem, vt legitur ibi *ſiue præmiſſo ſiue alio quouis modo ſeu per liberam reſignationem vacet* ſummario Decij *num.* 2. *in fine*; quæ verba apertiſſimam Pontificis voluntatem conferendi etiam per reſignationem demonſtrant, vt notant DD. *in cap. ſuſceptum de reſcript. in* 6. Felin. *in cap. in noſtra ſub n.* 37. *verſ. fallit* 4. *eod. tit.* Pariſ. *de reſign. lib.* 8. *q.* 7. *num.* 143. Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 61. Rota *in Meleuitana Beneficij* 25. *Iunij* 1649. §. *nec obſtat* coram Me.

5 Non obſtat quod vacatio per reſignationem eſſet conſumpta mediante anteriori prouiſione Apoſtolica ex hoc capite obtenta à Domino Epiſcopo Aduerſario iuncta partium poſſeſſione & tradita ab executore Apoſtolico, Gomez. *ſuper Reg. de Trienn. q.* 30. *ſub n.* 1. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 11. §. 2. *num.* 31. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 51. *n.* 4. *part.* 6. *recent.* quodque de tali prouiſione Decius mentionem non fecerit in ſuis literis imò illæ habeant in ventre clauſulam, *dummodo non ſit alteri ius quæſitum*, præſeruatiuam iuris vt ſupra Epiſcopo quæſiti. Rot. *deciſ.* 110. *num.* 6. *&* 7 *part.* 5. *recent. deciſ.* 350. *num.* 2. coram ſanctæ memoriæ Gregorio XV.

6 Cùm enim vt infra dicitur antecedens prouiſio obtenta à D. Epiſcopo ſit ſubreptitia & obreptitia vacationem non conſumpſit. Rot. *deciſ.* 643. *num.* 17. *&* 18. apud Peniam *deciſ.* 628. *n.* 7. *part.* 4. *tom.* 3. *in recent. deciſ.* 569. *num.* 32. *part.* 5. *& in dicta Meleuitana Beneficij* 5. *Iunij* 1649. coram Me §. *minus obſtat*, vbi aliis allegatis id ampliatur quamuis prouiſus beneficij poſſeſſionem accepiſſet. Atque hinc nec opus fuit de tali prouiſione mentionem facere in literis Decij. Burat. *deciſ.* 209. *n.* 7. de qua in omnem euentum cenſeretur facta mentio per clauſulas generales in dictis literis appoſitas quas in his terminis ponderat Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *q.* 8. *num.* 45. *&* 50. Garz. *de benef. part.* 10. *cap.* 1. *ſub num.* 74. alijque relati à Moderno Carpenſi *controu. forenſ. cap.* 216. *n.* 61. nec clauſula *dummodo* præſeruat ius Epiſcopi quod validum non eſt. Barboſ. *clauſ.* 44. *n.* 10. Rot. *inter recent. deciſ.* 253. *n.* 1. *deciſ.* 634. *n.* 1. *part.* 2. cum aliis allegatis à Modern. Carpenſ. *controu. forenſ. d. cap.* 216. *n.* 12.

7 Obreptitio verò dictæ prouiſionis ad fauorem Aduerſarij gratiam ipſo iure annullans Rot. *deciſ.* 24. *n.* 4. *part.* 5. *recent.* & in *Reatina Penſionis* 13. *Februarij* 1651. coram Eminentiſſ. D. Cardinali Ottobono, euidens eſt, quia fuit expoſitum quod ſuper iurepatronatus & præſentandi ad hoc beneficium dum pro tempore vacat lis & cauſa coram certo iudice competenti inter aſſertos ipſius beneficij Patronos pendet indeciſa quod in facto non ſubſiſtit & ex aduerſo iuſtificari deberet *cap.* 1. *vbi* notant omnes *de lit. conteſt. in* 6. Dec. *conſ.* 142. *n.* 6. Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. Rot. *deciſ.* 234. *num.* 13. *part.* 1. *recent.* præſertim quia Papa non derogaſſet aut conceſſiſſet vt in puncto aduertit Caſſador. *deciſ.* 3. *n.* 4. *vt lite pend.*

8 Nec ſufficit iuſtificare quod inter Iacobum Guarnerium ac Thomam Aciarinum penderet lis ſuper hæreditate Iacobi Guarnerij quodque in dicta hæreditate hoc iuſpatronatus contineretur, Primò quia cum Papæ non fuerit narratum quod iuſpatronatus eſſet hæreditarium & ab hæreditate Iacobi penderet eius pertinentia, dici non poteſt quod Papa ſub narratiua litis ſuper iurepatronatus intellexerit de lite ſuper dicta hæreditate cui illud eſt annexum & eatenus Papa voluit derogare iuripatronatus quatenus credidit nullum exinde parari præiudicium Patronis ſtante inter ipſos pendentia litis per quam ipſum iuſpatronatus eſſet effectum litigioſum: At litigioſum non erat quamuis lis penderet ſuper hæreditate cui iuſpatronatus annexum ſupponitur, vt in puncto Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. n.* 544. *&* 545. vbi ſubdit quod hac lite non obſtante Patronus poterat præſentare quamuis per prius in quaſi poſſeſſione præſentandi non exiſteret, & fuit opinio originalis Rotæ *deciſ.* 1. *de iurepatr. in nouis.* vbi hoc limitatur ſolum quando lis eſſet ſuper ipſo iure vel poſſeſſione præſentandi; Ægid. *deciſ.* 700. *col.* 1. *ante med. verſ. licet fateor*, & in proximis terminis Roman. *conſ.*

270.

270.*ſub num.2.verſ.primæ quia.*Natt.*conſ.*145.*n.*16.*&* 17.

9 Eoquè minus iuſpatronatus erat litigioſũ, quia lis ſuper hæreditate Iacobi introducta fuerat per viam reſtitutionis in integrum ex capite minoritatis Bartholomæi aduerſus lapſum temporis ad adeundum pro qua cum non competat actio ſed ſolum imploretur officium Iudicis *cap. final. de offic. iud.* Veſtr. *in prax.lib.*8.*cap.*3.*num.*3.Odd.*de reſtit.in integr. part.* 1. *quæſt.*35.*ſub num.*29.*verſ.ſed contra eſt communis concluſio & n.*35.exinde non reſultat lis quæ iuſpatronatus litigioſum reddat,iuxta Theoric. Innocentij *in cap. cum M.Ferrarienſis num.9.de conſtit.*quam ſequitur Lotter.*de re benefic. lib.* 2. *quæſt.*20. *num.*25. *in fine.*Rot.*deciſ.*1134. *num.*4. apud Seraphin. *deciſ.*365. *in fine* coram ſanctæ memoriæ Gregorio XV. & in aliis relatis ab Add.ad Buratt. *deciſ.*927. *n.*18.*&* 19.

10 Secundò quia lis ſuper hæreditate Iacobi afficiebat ad ſummum quartam partem Iuriſpatronatus ſiquidem ex iuribus datis in ſummario Decij *num.*9.& ſequentibus apparet ( & ex aduerſo non controuertitur quod iuſpatronatus diuiſum fuerat in duas voces, quarnm altera ſpectabat ad Guarnerium cuius indubitanter Bartholomæus iunior fuit filius & hæres, altera ad Iacobum Guarnerij fratrem qui in teſtamento ſcripſerat hæredes eundem Bartholomæum ac Thomam Aciarinum, & ſic Bartholomæus mediante reſtitutione in integrum obtenta pro adeunda hæreditate Iacobi, ſolam medietatem vnius vocis ad Iacobum ſpectantis petijſſe diceretur, manente de cætero extra omnem litem vna integra voce ſibi deuoluta cum hæreditate patris & alia medietate vocis Iacobi ſpectante ad Thomam cohæredem ex illius teſtamento quod ex aduerſo nunquam fuit impugnatum, gratiſquè dicitur etiam hæreditatem Guarnerij fuiſſe in litem deductam, eo quod Thomas obſiſtendo reſtitutioni in integrum à Bartholomæo petitæ ſuper hæreditate Iacobi ſubdiderit Bartholomæum nec poſſe admitti ad ſe immittendum in hæreditate Guarnerij Patris, vt in Summario Epiſcopi *num.*3.quia litigioſa ea ſolum fiunt quæ actor petendo aut replicando in litem deduxit, non autem quæ in ſola exceptione rei conuenti continentur niſi actor illa negauerit vel impugnauerit, *cap. fin. de tit. conteſt.in* 6. *l.* 1.*C.de lit. conteſt.* Felin.*in cap.illud num.*12.*de præſcript.*Roman. *conſ.*174.*num.*5. Rot. *deciſ.*726. *in fine part.* 2. *recent.* & in *Illerden.Decimarum* 23.*Iunij* 1631.§.*ſi verò*,coram bonæ memoriæ Pirouano.

11 Cum igitur propter litem ſuper hæreditate Iacobi ſolum quarta pars Iuriſpatronatus afficeretur incontrouertibilis eſt ſubreptio,quia ſi Papa hoc ſciuiſſet non derogaſſet Iuripatronatus in totum, vt in fortioribus terminis Caſſador. *deciſ.*3. *ſub num.* 2. *vt lite pend.* cum patronatibus mere laicalibus quale eſt hoc quando beneficium non vacat in curia derogare non ſoleat niſi ad ſummum pro duabus tertiis partibus. Pariſ. *de reſign. lib.* 2.*quæſt.* 4. *num.*53. Moder. Piſan. *de iurepatr. lib.* 14. *cap.*2. *num.* 18. ex cauſis vrgentiſſimis enumeratis à Pariſ. *de reſig. dicta quæſt.*4. *num.* 46. *& ſequentib.* à Moder. Piſan. *d. cap.* 2. *num.* 8. *& ſequentibus*, nec in dubio cenſetur velle præiudicare Patronis laicis, Caſſador *deciſ.* 6. *num.* 3. *de Iurepatr.* alijquè allegati à Modern. Carpenſ. *contra forenſ. cap.* 216. *num.* 48. Rota *deciſ.* 427. *num.* 1.*part.* 1.*recent.* ſintque derogationes ſtrictè interpretandæ Cephal. *conſ.* 186. *num.* 67. Rota *deciſ.* 347. *num.*8.*part.*4.*tom.*2. *recent.*& in terminis iuriſpatronatus,Pariſ.*de reſign.lib.*2.*q.*4.*n.*42.

Non obſtat quod Dominus Epiſcopus vti 11
habens prouiſionem Apoſtolicam & ſic parem titulum, ſit legitimus contradictor ad impediendam executionem literarum Apoſtolicarum ad fauorem Decij quia hoc non procedere quando titulus eſt nullus fuit deciſum in pluribus cauſis relatis in Compoſtellana Parochialis prima Iulij 1648. coram Eminentiſſ.D.Cardinali Otthobono.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

---

## R. P. D. DVNOZET
### Groſſetana Penſionis,

Veneris 3. Martij 1651.

*Ad part.*2.*cap.*1.§.4.

## *ARGVMENTVM.*

QVando agitur contra ſucceſſorem in beneficio valor & alia narrata plenè iuſtificanda ſunt in iudicio petitorio, ſed in poſſeſſorio ſufficit vnica ſolutio. Clauſula in reſcripto reſeruationis penſionis,quod reſeruatio ſit nulla,ſi penſio verè & realiter ſoluta non fuerit,transfert in penſionarium onus probandi ſolutionem cum vera & reali numeratione; maximè quando agitur inter affines inter quos præſumitur colluſio.

SVMMA



## SVMMARIVM.

1 *In iudicio petitorio intentato contra illum qui non conſenſit penſioni omnia narrata plenè & concludenter iuſtificanda ſunt.*

2 *Penſio reſeruata ſine cauſa beneficio pleno exiſtente requirit veram probationem omnium narratorum.*

3 *Clauſula* vt aſſeris *æquiualet clauſulæ* ſi ita eſt *& per conſequens continet conditionem.*

4 *Atteſtatio extraiudicialis lite pendente facta non probat.*

5 *Probatio valoris beneficij debet percutere tempus reſeruationis.*

6 *Valor affirmatiuè narratus cenſetur expreſſus deductis oneribus.*

7 *Valor narratus per non exceſſum non concludit aſſenſum in certa quantitate affirmatiua.*

8 *Valor narratus in reſeruatione penſionis ad rigorem vſque ad obolum probandus eſt licèt in aliis caſibus intret æquitas augmenti ſextæ partis.*

9 *In iudicio poſſeſſorio ſufficit pro victoria vnica tantum ſolutio.*

10 *Quando in reſeruatione penſionis adeſt clauſula quod illa ſit nulla ſi penſio verè & realiter non ſoluatur reprobari debet præciſa ſolutio totius temporis aliàs reſeruatio corruit.*

11 *Penſio incipit deberi à die datæ ſupplicationis non à die conſenſus præſtiti.*

12 *Quando requiritur probatio veræ ſolutionis penſionis non ſufficit ficta per aditionem hæreditatis.*

13 *Confeſſio de recepto non probat in petitorio contra ſucceſſorem penſionarij.*

14 *Inter Fratres confeſſio ſolutionis penſionis præſumitur colluſoria.*

## DECISIO XLIII.

EX duplici fundamento Domini reſponderunt penſionem reſeruatam ad fauorem Bonauenturæ Alberti ſuper fructibus Præpoſituræ Groſſetanæ de conſenſu Aurelij eius fratris tunc Præpoſiti,eſſe nullam.Primò, quia dictus Bonauentura non iuſtificat valorem Beneficij narratum per aſcenſum in
1 ducatis 350. auri de Camera;† quem hodie, dum cauſa ventilatur in petitorio inter ipſum,& Angelum Mareſcottum ſucceſſorem in beneficio, qui reſeruationi prædictæ nunquam conſenſit,plenè,& concludenter iuſtificare tenetur, cùm ſit fundamentum gratiæ Garz.*de benefic. part.*1. *cap.*5. §.4.*num.*476.*& ſeqq.*Lotter.*de re benefic.lib.*1. *quæſt.*43. *num.*1. Rota *in part.*4. *recent. deciſ.*342.*num.*1.*& ſeq. tom.*2.*& deciſ.*546.*num.*1.*tom.*3. & fuit ſæpiſſimè dictum *in Romana penſionis* 25. *Maij* 1646. §. *nec pariter, &c.*coram R. P. D. meo Bichio, *& in Conchen.penſionis* 21.*Maij* 1649. §.1.coram R.P.D.meo Corrado.

Maximè cùm agatur de penſione, reſer- 2
uata ſine cauſa, Beneficio pleno exiſtente, quo caſu ( quia Papa vult ſcire punctualem valorem,nec de eo aliunde certificari valeat, quam ex narratiua ſupplicantis ) adijci ſolet,
† provt adiecta fuit in præſenti clauſula, vt 3
àſſeris, quæ facti dubietatem in concedente demonſtrat, & continet conditionem, ſi ita eſt, Felin. *in cap. ad aures* 8.*num.*10.*in fine de reſcript.*Lotter.*vbi ſupra num.*7.Rot.*deciſ.*519. *num.* 3. *part.*2. *deciſ.*287.*num.*11.*part.*5.*recent.* cum aliis fusè relatis *in d.Conchen.*§.*eoquè magis*,coram R.P.D.meo Corrado;Vnde gratia ſtat ſemper in ſuſpenſo,donec per neceſſarias probationes purificetur dicta conditio,*c. ſi pro te* 13.vbi gloſſ.& Doct.*de reſcript.in* 6.*Clem.*1. *de conceſſ.præben.*Pariſ. *conſ.*82. *à num.*7. *lib.*4. Menoch.*conſ.*38.*n.*15. *&* 16. Caſſad.*deciſ.*10. *num.*8. *verſ.ſecùs ſi à principio de reſcript.* Rota *in Aretina pẽſionis* 24. *Maij* 1599.coram Litta, penès Marcheſ.*de commiſſ.part.*1.*fol.*515.*& in Paduana penſionis* 18. *Iunij* 1581. coram Rubeo poſt eundem Marcheſ. *d.part.*1. *fol.* 516. *& in Peruſina Parochialis*, *ſeu penſionum*, coram Me.

Non quidem iuſtificatur valor prædictus, 4
nam fides, ſeu atteſtatio ſex teſtium,ad hunc effectum exhibita, tanquam informis facta extraiudicialiter lite pendente non eſt habenda in conſideratione *c.fin.de fid.inſtr.*Rota penès ſan. mem. Greg.XV.*deciſ.*359.*ſub n.*4. *& ſeq.* bon. mem. Duran.*deciſ.*168. *num.*6.*& deciſ.*285. *n.*133.*& ſeq. cum aliis cumulatis* per Add.*ad deciſ.*214.ſan.mem.Greg.XV. *num.*3.

Multoquè minùs cum non percutiat tem- 5
pus reſeruationis de quo valor expreſſus probari debet, vt dixit Rot.*deciſ.*444.*num.*4. *part.*2.*deciſ.*342. *num.*11. *& deciſ.*414. *num.*3. *part.*4.*tom.*2.*recent.* coram Seraph. *deciſ.*102. *num.*3.*in Parmen.penſionis* 25. *Iunij* 1627. coram bon. mem. Merlino, *& in Contronen.penſionis* 24. *Ianuarij* 1646. §. *nec ob id*, coram
R.P.D.meo Veroſpio; † nec in ea diſtinguã- 6
tur, nec deducantur onera neceſſaria, quemadmodum requiritur ad effectum probandi valorem affirmatiuè narratum, qui cenſetur expreſſus deductis oneribus.Rota coram Mantica,*deciſ.*138.*num.*2.*& deciſ.*182.*num.*7. Mellin. *dec.* 237. *num.*6.Caual.*deciſ.*383. *n.*2. *&* 3.*& in Nouarien.penſionis* 8. *Nouemb.*1624. coram bon.mem.Pirouano. *& in d.Cotronen. penſionis* coram R.P.D.meo Veroſpio.

Provt etiam narratiua valoris per non exceſſũ de ducatis 300. auri de Camera emiſſa

in

in literis Prouiſionum, Perinthij, & d. Angeli Mareſcotti ſucceſſorum prædicti Aurelij deſeruire non poteſt pro requiſita iuſtificatione, vel pro aliquo adminiculo ſupradictæ at-
7 teſtationis † tũ quia expreſſio facta per actum negatiuum, quæ verificatur etiam in obulo, non concludit aſcenſum in certa quantitate affirmatiuè narratum, vt in terminis reſpondit Rota *in recent. deciſ.* 186. *n.* 3. *& ſeq. part.* 1. penès ſan. mem. Greg. XV. *deciſ.* 353. *num.* 4. *& ibi* Adden. *num.* 16. Mellin. *deciſ.* 237. *n.* 4. *&* 5. Seraphin. *deciſ.* 1017. *num.* 5. *& in Fanen. Beneficij* 28. *Iunij* 1624. coram Vbaldo, *& in Camerinen. penſionis* 2. *Maij* 1642. coram
8 R. P. D. meo Rojas. † Tum etiam quia continet minorem ſummam, illa, quæ continetur in narratiua Bonauenturæ; Et certum eſt, quod valor expreſſus in reſeruatione penſionis iuſtificari debet pleniſſimè vſque ad obulum, aliàs propter vitium ſubreptionis, Penſio corruit in totum. Rota *deciſ.* 278. apud Modern. Peruſ. *de manut.* Nec pro illius manutentione, ſeu ſuſtentatione intrat æquitas augmenti ſextæ partis, quæ ſeruatur à Rota in aliis gratiis, ſed attenditur rigor. Rota *deciſ.* 414. *n.* 12. *& ſeq. & deciſ.* 488. *n.* 5. *& ſeq. part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

9 Nec quicquam facit, quod Bonauentura exegerit hanc penſionem per plures annos, quoniam, vt Penſionarius in petitorio releuetur ab onere iuſtificandi valorem ex hoc capite, exactiones probari debent continuatæ per 30. annos completos, quia non minoris temporis ſpatio inducitur iuſtificationis præſumptio, propter quam quis eximitur ab onere probationis, licèt ſecùs ſit in poſſeſſorio, in quo vnica tantum ſolutio ſufficit pro Victoria, vt diſtinguendo inter vtrumque iudicium copioſè firmatum fuit in *Romana penſionis* 19. *Ianuarij, & in Placentina penſionis* 25. *Iunij* 1646. coram R. P. D. meo Cerro, *in dicta Conchen. penſionis* coram R. P. D. meo Corrado, §. *neque ab huiuſmodi, & in eadem* 14. *Februarij* 1650. coram R. P. D. meo Bichio §. *debuit namque*, exactiones autem allatæ per Bonauenturam (eſto quod ſint veræ, nec deducendum ſit tempus litis) non excedunt 28. annos, cum penſio reſeruata fuerit de anno 1623. & nunc decurrat annus 1651.

10 Alterum fundamentum, ex quo mouebantur Domini, conſiſtit in eo, quod Aurelius, qui reſeruationi conſenſit ad fauorem fratris, non ſoluit toto tempore ſuæ vitæ hanc penſionem, provt erat omninò ſoluenda de forma decreti in ipſis literis Apoſtolicis inſerti, ibi, *Voluit autem quod ſi dictus Aurelius in eius vita, & quamdiu dictam Præpoſituram obtineret, dictam penſionem verè realiter, & cum effectu non perſoluiſſet, dicta reſeruatio nulla eſſet eo ipſo, &c.* quod obſeruantiam ex parte Conſentientis, ac iuſtificationem ex parte Penſionarij adeò præciſam integræ ſolutionis totius temporis, requirit, vt ſi aliqua ex parte deficiat, reſeruatio corruat, Rota penès Caualer. *deciſ.* 569. *& in recent. dicta deciſ.* 342. *num.* 15. *& ſeq. part.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 546. *n.* 2. *& ſeq. & deciſ.* 620. *per tot. eadem part.* 4. *tom.* 3. & coram R. P. D. meo Bichio *in Camerinen. penſionis* 25. *Iunij* 1640. *&* 23. *Ianuarij* 1641.

Etenim non fuit ſolutus primus terminus poſt reſeruationem, maturatus in feſto Sanctiſſimæ Natiuitatis 1623. nec alter maturatus in feſto Sancti Ioannis Baptiſtæ 1624. quos ſoluere tenebatur Aurelius, non obſtante quod dicatur ipſum præſtitiſſe conſenſum de menſe Auguſti 1624. & ſic poſt dictos duos terminos; quia literæ Apoſtolicæ deſuper expeditæ expreſsè diſponunt, vt penſio debeatur à die ſignatæ ſupplicationis,
† quo fit, vt penſio ab eadem die inceperit de- 11
beri, & attendendum ſit initium reſeruatæ penſionis bon. mem. Coccin. *deciſ.* 327. *in princip.* Caualer. *deciſ.* 129. *n.* 3. Peni. *deciſ.* 561. *num.* 4. non autem initium conſenſus, qui cum præſtetur ad formam ſupplicationis ſignatæ, & iuxta diſpoſitionem literarum Apoſtolicarum, quandocumque ſuperueniat, ſemper retrotrahitur ad diem datæ ſupplicationis. Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 19. *& lib.* 9. *quæſt.* 24. *num.* 21. *& lib.* 12. *quæſt.* 5. *num.* 39. Garz. *de benefic. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 128. Rota *deciſ.* 425. *n.* 5. *part.* 3. *lib.* 3. *diuerſ. & deciſ.* 538. *num.* 17. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* & penès bon. mem. Duran. *deciſ.* 265. *num* 38. *& ſeq.* quod procedit, etiamſi literæ prædictæ expeditæ fuerint à Pontifice ſucceſſore in forma rationi congruit, Rot. *in Aſſiſien. penſionis* coram Sacrato, penès Marcheſ. *part.* 1. *fol.* 532. *num.* 1.

Sed reuera conſenſus Aurelij fuit extenſus in Cancellaria die 13. Iunij 1624. non autem de menſe Auguſti ſicuti fuit ſuppoſitum Rotæ in alia diſputatione huius cauſæ, vt benè probatur ex annotatione facta per Notarium à tergo, earundem literarum. Vnde reſpectu dicti ſecundi termini maturati in feſto S. Ioan. Baptiſtæ eiuſdem anni ceſſat omnis difficultas, & dubitari non poteſt quin ille eſſet ſoluendus ab Aurelio.

Minùs fuit ſolutus penultimus, & vltimus terminus maturatus de anno 1628. pro quo vltimo termino non ſuffragatur ficta ſolutio ponderata in deciſione ſuper arbitrio exequutionis literarum penſionis edita ſub die 20. Iunij præteriti §. *ſolutio denique, &c. verſ. hac tamen ſubſtantialiter &c.* ducta ex confuſione actionum ſequuta mediante aſſerta aditione hæreditatis d. Aurelij ad eundem

Bonauen



Bonauenturam eius fratrem delatæ; Nam ſtantibus verbis dicti decreti, ibi, *ſi dictus Aurelius verè, realiter, & cum effectu in eius vita, & quandiù dictam Præpoſituram obtineret, &c.* conditionem, & formam præciſam præſeferentibus; realis, ac vera ſolutio neceſſaria eſt, nec ſufficit ficta, præſumpta, vel æquipollens, qualis eſt illa, quæ per aditionem hæreditatis inducitur, *l. ſi ei cui* 41. §. *ſi is qui fundum, ff. de euict. l. ſtichum* 95. §. *aditio, ff. de ſolut.* Mareſcot. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 9. *verſ. & ſic, & n.* 13. Rota penès Seraphin. *deciſ.* 302. *num.* 2. *& ſeq.* & fuit dictum *in Ceſenaten. penſionis* 17. *Decembr.* 1635. §. *minùs obſtat*, coram Reuerend. Salamantino, *& prius in Fanen. penſionis* 20. *Iunij* 1633. §. 2. *fuit reſponſum*, coram Me.

13 Deſunt quoque omnes illæ aliæ ſolutiones intermediæ, quas Bonauentura faſſus fuit habuiſſe, & recepiſſe in inſtrumento inter ipſum, & Aurelium fratrem celebrato, quia huiuſmodi confeſſio de recepto in petitorio non probat contra ſucceſſorem ad fauorem Penſionarij, qui tenetur docere de vera, & reali numeratione, *l. Lucius* 47. §. *Tutelæ, ff. de adminiſt. & peric. Tut.* Rota penès Buratt. *deciſ.* 156. *per tot. & in recent. deciſ.* 342. *num.* 17. *part.* 4. *tom.* 2. *& deciſ.* 546. *num.* 4. *& ſeq. eadem part.* 4. *tom.* 3. & fuit dictum *in Lucana penſionis* 27. *Nouembris* 1617. coram bon. mem. Pirouano, eoquè minus cum ſit omni adminiculo deſtituta; Nam illud ex antecedentibus, & ſequentibus ſolutionibus conſideratum in alia deciſione *ſub* §. *quia obiectum*, prorsùs deſtruitur ex facto dum conſtat primos, & vltimos terminos nullatenùs fuiſſe ſolutos, vt ſuprà dictum eſt, & ſufficit, quod modernus Titularis neget ſolutiones, & Penſionarius de eis non doceat plenè, & concludenter, vt inde dicatur conſtare de non ſolutione per text. *in l. actor* 23. *Cod. de probat. cum aliis* per Maſcard. *de probat. concl.* 78. *num.* 1. Rota *deciſ.* 725. *num.* 4. *&* 9. *part.* 4. *tom.* 3. *& dec.* 209.
14 *num.* 1. *part.* 6. *recent.* † Imò reddatur valde ſuſpecta ponderando quod illa facta fuit inter fratres, inter quos facile præſumitur colluſio, vt in puncto. Buratt. *dict. deciſ.* 156. *n.* 4. *&* 7. quodque cõfitens erat futurus hæres Titularis, vt docuit euentus Rota *deciſ.* 244. *n.* 2. *&* 4. *part.* 2. *diuerſ.* & demum quod agebatur de proprio commodo confitentis, ne ſcilicet pẽſio redderetur inualida, cuius propterea confeſſio non debet alteri obeſſe, *l. ſi duo* 12. §. 1. vbi Alex. Iaſ. & alij, *ff. de iureiur.* Buratt. *dict. deciſ.* 156. *num.* 1.

Et ita Angelo tantum, &c.

---

# R. P. D. BICHIO

## Hiſpalen. Beneficij,

Lunæ 24. Ianuarij 1650.

*Ad cap.* 163. *num.* 14. *vol.* 2.

## *ARGVMENTVM.*

GRatioſè ſubrogatus immittendus eſt in poſſeſſionem beneficij probato Clericatu, poſſeſſione defuncti, & reſeruatione, maximè ſi ſubrogatus iam antea eſſet in lite cum defuncto. Erectio beneficij ſimplicis in Eccleſiam Parochialem non obligat ad concurſum ſi facta fuerit per Epiſcopum ſine legitimis cauſis, & non ſeruatis ſeruandis.

## SVMMARIVM.

1 *Subrogatus gratioſè immittendus eſt probato Clericatu ſuo, & morte prædeceſſoris in poſſeſſione, ac reſeruatione.*
2 *Narrata in gratia ſubrogationis iuſtificanda ſunt, & quomodo hoc procedat.*
3 *Collatio quæ fit cum ſubrogatione in fauorem tertij eſt velut noua prouiſio, ſed ſubrogatio quæ datur collitiganti ſuperſtiti eſt vera ſubrogatio.*
4 *Executiuè proceditur ſiue agatur de ſubrogatione in beneficio reſeruato, ſiue de litigioſo.*
5 *Tertius veniens ad litem admitti debet in ſtatu in quo lis reperitur, & quoad ipſum beneficium eſt litigioſum.*
6 *Clericatus, poſſeſſio, obitus, & alia requiſita quomodo probentur.*
7 *Reſeruatio Beneficij probatur per obitum in menſe Maio qui ſemper eſt reſeruatus reſultat probatio reſeruationis.*
8 *Litiſpendentia non inducit reſeruationem, ſed tantùm ligat manus inferioris collatoris.*
9 *Beneficium ſimplex ſi ſit erectum in Parochiale non poteſt prouideri de tali beneficio ſine concurſu.*
10 *Epiſcopus non poteſt beneficium ſimplex erigere in Parochiale ſine legitimâ cauſâ de qua conſtare debet.*
11 *Epiſcopus non poteſt conferendo mutare ſtatum beneficij.*
12 *Vltimus ſtatus beneficij ſufficit pro executione Literarum Apoſtolicarum, niſi conſtet de anteriori ſtatu legitimè præſcripto.*

## DECISIO XLIV.

1 TAnta eſt virtus gratioſæ ſubrogationis ad beneficium litigioſum vel reſeruatum obtentæ independenter, aut etiam deſumptæ ex corpore, ſiue ex Clauſulis generalibus antecedentis prouiſionis Apoſtolicæ, & ad partem expeditæ, vt ſubrogato ſit danda immiſſio tribus duntaxat iuſtificatis, nempe proprio Clericatu, poſſeſſione prædeceſſoris de tempore mortis, ac reſeruatione, ſi de reſeruato ſiue lite, ſi de litigioſo facta ſit ſubrogatio, licèt ſecus ſit quando beneficium non eſt litigioſum, vel reſeruatum ſeu aliàs affectum ea ratione diuerſitatis inter vtrumque caſum intercedente, quia primo caſu per talem prouiſionem nulli fit iniuria cum de litigioſo ſeu reſeruato, nemo præter Papam prouidere poſſit: at ſecundo caſu inferri poteſt iniuria prouiſis ab Ordinariis, ſeu aliis le-
2 gitimis collatoribus, † cumquè ea ſubrogatio habeat vim collationis omnia ibi narrata verificari neceſſe eſt, non ſecus ac narrata in alia prouiſione, & collatione pro obtinenda illius Canonizatione, vt egregiè diſtinguẽdũ declarauit. Rot. apud Peniam *dec.669.num.*4. *& ſeqq. vſque ad* 16. facit Lotter. *de re benefic. lib.*2.*q.*20.*n.*212. Gonzal. *ſuper reg.*8. *Cancellariæ*, 8.7. *Proœmiali n.*212.

Hinc D. Anthonio de Aragona, qui à Sede Apoſtolica nedum fuit prouiſus de beneficio ſimplici in Parochiali, ſeu alia Eccleſiâ loci de Molares Hiſpalen. Diœceſis vacante per obitum Hieronymi Bez Zerra, tanquam de reſeruato, ſed etiam obtinuit ad partem ſubrogationem gratioſam ad ius, & poſſeſſionem in qua ipſe Hieronymus tempore ſui obitus reperiebatur deciſum fuit vigore huiuſmodi ſubrogationis dandam eſſe immiſſionem in poſſeſſione dicti beneficij, cum vt infra probauerit ſuum Clericatum poſſeſſionem Bez Zerræ, ac beneficij reſeruationem non obſtante quod, donec Bez Zerra vixit ſuper hoc beneficio, penderet lis, & dictus Anthonius collitigans non fuerit.

3 Quamuis enim ſubrogatio propriè dicatur illa quæ in beneficio litigioſo ſuperſtiti conceditur, illa verò quæ fit tertio in beneficio tanquam reſeruato ſit quædam prouiſio, & collatio merè gratioſa, vt ex ſententia Sernenſis aduertit Rot. *in Burgen. de Pancoruo* 24. *Octob.*1588. coram Giplio in Neapolitana Rectoriæ, 13. *Februarij* 1598. coram claræ
4 mem. Cardin. Hieronymo Pamphilio, † eodem modo nihilominus proceditur ad executionem ſubrogationis in beneficio reſeruato ſicut in litigioſo, vt fuit dictum in Tiraſonen. Capellaniæ, 13. *Martij*, *&* 7. *Aprilis* 1606. coram S. D. N. Innocentio X. tunc noſtri Ordinis Auditore, & in aliis deciſionibus, quas in puncto ad effectum concedendi ſubrogato immiſſionem adinſtar, *leg. final. C. de edict. diu. Adr. tollen.* ſecuta eſt Rot. *in Corduben. Præſtimonij* 27. *Ianuarij* 1644. coram Reuerend. Terracinenſi.

Eò magis quia Dominus Anthonius fuit 5
vlterius ſubrogatus ſpecificè ad litem viuente Bez Zerra pendentem eiuſque proſecutionem in eiſdem ſtatu, & terminis in quibus tempore ſubrogationis reperiebatur. Vnde in ipſo quoque eadem lis ſuſtinetur, eamque proſequi poteſt, non ſecus ac Bez Zerra, ſi viueret Mohedan. *dec.*3.*n.*2. *vt lit. pend.* Lotter. *de re benef. lib.*2. *q.*20.*n.*169. Rot. *in Salamantina Capellaniæ* 5. *Iulij* 1593. coram Card. Hieronymo Pamphilio impreſſa apud Garſ. *de benef. p.*6.*c.*4. *ſub n.*41. *col.*2. *verſ. & præſertim*, *& verſ. & tanto magis*, *in Toletano beneficij*, *de Maſomalis* 14. *Nouembris* 1605. coram Iuſto impreſſa apud Marcheſ. *de commiſ. p.*1. *fol.* 384. *ſub num.* 9. & in Nazarena ſeu Montis viridis beneficij 15. *Decembris* 1645. §. *& ex his*, coram R. P. D. meo Veroſpio, vbi aliæ concordantes allegantur.

Probauit inquam D. Anthonius ſuum 6
Clericatum ex Literis patentibus Ordinarij, quas ſufficere notat Abbas *in cap.*1.*n.*1. *&* 2. *& ſeqq.* de Clericis peregrinantibus. Gramm. *dec.*81.*n.*1. Buratt. *dec.*390.*n.*8. poſſeſſionem Bez Zerræ nedum ex inſtrumento poſſeſſionis captæ nomine Commiſſarij Cameræ, qui deinde ceſſit Bez Zerræ, vt per Buratt. *deciſ.* 407. *n.*4. ſed ſimul ex mandato de manutendo eidem Bez Zerræ à Iudice conceſſo, quod quia ſoli poſſeſſori competit poſſeſſionem, probat Rot. *dec.*170. *ſub n.*2. *& ſeq. p.*4. *diuerſ. dec.*217.*n.*2. coram Card. Caualer. *deciſ.* 66. *n.*2. inter impreſſas poſt Zach. *de oblig. Cam.* eaque præſumitur continuata vſque ab obitum, vt in his terminis dixit Rot. *deciſ.*401. *num.*4 *p.*2. *recent.* obitum tandem Bez. Zerræ de menſe Maij 1645. ex teſtamento quod condidit, exhibitione facta ab hærede, ex qua ſola eſto quod probetur mors tunc demum, quando inſtrumentum Teſtamẽti hæredi à Notario datum fuit authore Prætore, eo quod prætor dari non permiſiſſet, niſi cognouiſſet teſtatorem obiiſſe, ſecus verò ſi hæres dictum inſtrumentum authore Prætore nõ habuiſſet, quo caſu ceſſat præſumpta cognitio mortis teſtatoris, cum illud hæres è manibus teſtatoris ſubtrahere, vel ſpontè habere potuerit, vt declarando text. *in l.*2. *§. ſi dubitetur*, *ff. quemadmodũ teſtamẽta aperiantur*, & conciliando diſcidentes ſententias Bart. Fulgoſ. & aliorum benè diſtinguit Menoch. *remed.*4. *adipiſc. poſſ. n.*669. poſt Sapiã, *in repet. leg. vltima num.*24. *C. de edict. diu. Adr. tollend.* & ſequitur Maſcard. *de probat. concluſ.*1073. *num.*8. probatur abſque dubio in caſu noſtro quo vlterius hæres in teſtamento ſcriptus ac itidem executor actus hæreditarios fecit conſtituendo procuratorem ad exigendum debita hæreditaria, & in ſpecie percipiendo fructus huius beneficij vſque ad diem 10. Maij decurſos quo tempore Bez. Zerra obiit vt conſtat ex datis *in Summ. n.*6.



7 Et exinde reſultat quoque probatio reſeruationis per obitum ſcilicet poſſeſſoris in menſe reſeruato qualis ſemper eſt menſis Maij ſiue Ordinarius alternatiua gaudeat, ſiue non; vt notat Gonzal. *ſuper Reg.*8. *Cancellariæ gl.*45. §.1. *n.*22. & hanc reſeruationem notoriam eſſe dixit in his terminis Rot. *dec.* 200.*n.*3. *&* 4. *p.*4. *tom.*2. *recent.* ita vt opus non ſit expiſcari reſeruationem etiam à lite viuo Bez. Zerra mota quæ ſanè quidquid dixerit bon. mem. Vrgellen. *dec.*204.*n.*1. allegan-
8 do text. *in c.*1. *&* 2. *vt lit. pend. in* 6. † non inducit reſeruationem beneficij litigioſi, ſed ſolùm ligat manus Ordinarij, ſeu inferioris collatoris ne ea durante conferat, eiuſquè collationem ſuſpendit quod ſolùm diſponitur, *in d. cap.*1. *&* 2. vt notat Sarnen. *in Reg. de Triennali q.*31.*n.*9. Simonet. *de reſeruat. q.*10. *n.*5. *verſ. ex prædictis* Rot. *in Auenionen. Canonicatus* 4. *Iulij* 1576. coram Card. Lancelloto Seniori *in Legionen. Præſtimoniorum de menſe Iunij* 1594. coram Card. Hieron. Pamphilio, & in aliis relatis à Garſ. *de benef. p.*5. *c.*1. §.1. *n.*135. *verſ. non obſtat. n.*136. *verſ. non obſtante*, & nouiſſimè *in Valentina Rectoriæ* 24. *Maij* 1647. §. *& hinc* coram Me.

9 Non obſtat quod huiuſmodi beneficium licèt ab initio eſſet ſimplex fuit poſteà ab Ordinario erectum in Parochiale, & propterea quamuis eſſet reſeruatum non potuerit conferri D. Anthonio abſque concurſu, iuxta conſtitutionem, ſan. mem. Pij V. impreſſam apud Garſ. *de benef. p.*9. *c.*2. *tit. de forma ſeruanda in prouiſionibus Parochialium n.* 3. Quia vt hæc exceptio retardare valeat immiſſionem ſubrogati probanda incontinenti eſſet aſſerta erectio validè facta, Rot. *dec.*200.*n.*6. *& ſeqq. part.*4. *tom.*2. *recent.* Exhibetur autem ſolùm enunciatiua erectionis emiſſa ab Ordinario in collatione huius beneficij tanquam curati
10 ab eo facta de anno 1622. † quæ non ſufficit, ſed conſtare oportet de ipſa erectione, & illius legitimis cauſis cum Ordinarius beneficia ſimplicia erigere non poſſit in Parochialia abſque legitimâ causâ, de qua illius aſſertioni non ſtatur, Garſ. *de benef. part.*12. *cap.*3. *num.*7. Rot. *deciſ.*484. *num.*1. *part.*1. *recent. & in Piſauren. benef.* 18. *Iunij* 1646. coram Reuerend. Terracino, ſicut in ſimilibus nõ ſtatur aſſertioni Epiſcopi de vnione illiuſquè legitimis cauſis, ne aliàs aperiatur via erigendi, ſeu vniendi, ſub mendicato prætextu legitimæ cauſæ; Oldrad. *conſ.*261. *per tot.* Pariſ. *conſ.*36. *num.*11. *lib.*4. Ægid. *dec.*617. *in princ.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi*, *allegat.*26. *n.*23. Caualer. *dec.*339. *n.*78. † ipſa verò col- 11
latio Ordinarij de beneficio tanquam curato nullius momenti eſt, cum ipſe non poſſit conferendo mutare ſtatum beneficij; Rot. *deciſ.*308. *num.*4. *in fin. par.*1. *recent. & dec.*636. *num.*8. penès Buratt. vbi Addentes *Litera E.* allegant concordantes, *& in Peruſina Parochialis* 10. *Iunij* 1641. coram Me, quod ab initio fuit, ſimplex vt in dubio præſumitur; Ægidius *deciſ.*675. *in princ.* Staphileus *de Literis Gratiæ*, *tit. de qualitat. & ſtat. benef. n.*2. Rot. *dec.*233.*n.*4. *deciſ.*257.*n.*1. *part.*1. *recent.* provt nec beneficij ſimplicitatem mutarunt duæ prouiſiones Apoſtolicæ tanquam de Curato ſubſecutæ de anno 1627. & 1629. non quidem ex defectu poteſtatis, vt in ordinario ſed voluntatis, quia videlicet non probata in Pontifice ſcientia præcedentis ſtatus ſimplicitatis deeſt voluntas illum mutandi ad hunc effectum neceſſaria, quæque in dubio non præſumitur; Rot. *deciſ.* 749. *n.*8. *part.*1. *diuerſ. deciſ.*337. *ſub num.*2. *verſ. hic autem non adeſt voluntas part.*2. *recent.* Buratt. *deciſ.*636. *num.*8. Add. ad Gregor. XV. *deciſ.*434. *num.* 20. latiſſimè Lotter. *de re benef. lib.*1. *q.*34. *num.*53. *& plurib. ſeqq. vſque ad* 71.

Vndique igitur turbida manet aſſerta erectio ſeu mutatio ſtatus beneficij de ſimplici in Parochiale, & per conſequens ex hoc capite immiſſionem D. Anthonij gratioſè ſubrogati remorari non licèt quominus quia vltima prouiſio Apoſtolica ſecuta de anno
1629. & tanquam de ſimplici, † & hic vlti- 12
mus ſtatus ſufficit pro obtinenda executione Literarum Apoſtolicarum niſi doceatur de anteriori ſtatu contrario legitimè præſcripto; *cap. cum de beneficio*, vbi notant omnes *de præbend. in* 6. Felin. *in cap. eam te ſub n.*22. *de reſcript.* Federic. de Sen. *conſ.* 240. *num.* 1. Caualer. *deciſ.* 390. *num.* 5. Rot. *inter recent. deciſ.*233. *num.*1. *in fin. part.*1. & magis in puncto fuit deciſum in Gerunden Prioratus 14. *Iunij* 1645. coram Me.

Et ita deciſum informante ſolùm D. Anthonio altera tamen parte per nouas citationes diuerſis temporibus executas ad informandum vocata.

# R. P. D. DECANO

## Illerden. Præpoſituræ,

Lunæ 7. Februarij 1628.

*Ad part. 2. cap. 3. §. 3. num. 37. & in tractatu de Penſionib. cap. 56. num. 4.*

## *ARGVMENTVM.*

LIs vt dicatur mota ſuper titulo beneficij neceſſe eſt, vt procedat collatio, & is qui agit petat beneficium tanquam ſuum actione reali, & non tanquam ſibi debitum veluti actione perſonali. Quid iuris ſit quando aliquis petit ſibi beneficium adiudicari propter delictum aduerſarij, vtrum ex eo dici poſſit litigioſum.

## SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, cum incidentibus, &c. *operatur, vt Lis ſuper titulo beneficij commiſſa cenſeatur.*

2 *Regula illa procedit quando adeſt collatio præexiſtens, aliàs non poteſt dici Lis ſuper titulo, qui non eſt in rerum natura.*

3 *Quando Lis eſt ſuper crimine non dicitur eſſe ſuper titulo beneficij, ſed diſtingue, vt infrà* num. 6.

4 *Quando agitur de prouiſione, neceſſe eſt ad effectum litigioſi, vt agens habeat collationem præcedentem.*

5 *Quando quis petit Beneficium tanquam ſuum, beneficium fit litigioſum, ſi verò tanquam debitum ceſſat vitium litigioſi.*

6 *Quando quis agit ad priuationem beneficij contra ſuum aduerſarium ſimpliciter beneficium non efficitur litigioſum, ſecus ſi petat beneficium ſibi adiudicari, ex eo quod aduerſarius propter crimen pœnam priuationis incurrit.*

## DECISIO XLV.

VAcante præceptoria in Eccleſia Illerden. &c.

Pro cuius dubij reſolutione cum agatur de immiſſione ex gratioſâ ſubrogatione dubij tota difficultas fuit reſtricta videre, An lis fuerit ſuper titulo beneficij ad hoc vt beneficium de quo agitur fuerit affectum propter litem, quod pendet ex eo vt videatur an adſit collatio præcedens, quia ſi non adeſt, parum refert quod in commiſſione adſit Clauſula
quod intereſt Boſſ. oratori declarari facere ſe
in præceptoria Petro præferendum, eandemquè ſibi adiudicandum quatenus opus ſit,
† & Clauſula *cum incidentibus, dependentibus,* 1
*&c.* quæ operatur quod cauſa cenſeatur commiſſa ſuper titulo beneficij; Bellam. *dec. 618.*
*incipiente ſi in causâ beneficiali*, Caſſad. *dec. 9.*
*n. 13. de cauſ. poſſeſſionis & proprietatis*, & fuit
dictum *in cauſa Barchinonen. Parochialis de*
*Mataro, 20. Iunij* 1611. coram R. P. D. meo
Decano, † quia hæc eſſent conſideranda ſi 2
præceſſiſſet collatio, & ſic adeſſet materia
præexiſtens vt poſſet peti beneficium tanquam ſuum nõ ſimpliciter vti debitum quod
requiritur ad effectum vt lis poſſit dici ſuper
titulo beneficij vt mox probabo, & propterea
cum non præcedat collatio, & ſic cùm non
præexiſtat materia prædictæ Clauſulæ, nihil
operantur, vt in ſimili Oldrad. *conſ. 309. n. 2.*
*verſ. & ſi dicatur vſque ad fin. & conſ. 308. n. 2.*
*& ſeq.* Calder. *conſ. 6. in princ. de prob.* Gemin.
*conſ. 11. n. 2. verſ. quod reſcriptum*, benè Cardin.
*conſ. 119. n. 2. verſ. ceſſat ergo*, Aymon pulchrè
*conſ. 307. n. 2.*

Quibus ita poſitis ſatis viſum fuit probari litem non fuiſſe ſuper titulo beneficij, quia non præceſſit collatio, & nunquam petitum fuit beneficium vti ſuum, ſed vti debitum.

Principalis enim diſtinctio eſt quod aut
agitur ad remotionem beneficiati, & negatur fœdus coniugij ſpiritualis, vel titulus, & lis
eſt ſuper titulo, & facit beneficium litigioſum cum diſtinctione, & declaratione de qua
infra; † aut verò non negatur titulus ſed pe- 3
titur ad pœnam aduerſariũ amoueri propter
crimen, & tunc quia agitur de crimine lis
non eſt ſuper titulo, iſta eſt communis diſtinctio, *gl. in Clementina diſpendioſam, in verbo*
*beneficiis verſ. ſi agatur, de iudiciis, vbi* Cardinalis *n. 16.* Imola, *n. 3. verſ. vlt. quærit gl.* Vital.
*n. 7. & ſeq.* quod quidem ſecundũ membrum
habet ſuam fallentiam, vt ſtatim dicam, ſed
dictum primum membrum eget alia diſtinctione nempe quod aut agitur de prouiſione,
aut de electione. † Si agitur de prouiſione re- 4
quiritur ad effectum litigioſi quod agens habeat collationem, Compoſtell. *in cap. cum M.*
*Ferrarien. n. 21. de conſtitut.* Speculator *in §. nouiſſimè n. 18.* Ioann. Andr. *in d. cap. cum M. Fer-*
*rarien. n. 9. in fin. verſ.* † *& generaliter dicimus,* 5
inquit enim aut quis præbendã petit tanquã
debitam, & non contrahitur vitium litigioſi,
ſi verò dicit rem ſuam eſſe, & de dominio,
vel quaſi dominio eius agit, vt ſi quis agat
confeſſoria ad probandum rem quam alius
tenet in qua dicit ſe ius habere, & ſuam eſſe,
& ideò ſibi deberi, & beneficium efficitur litigioſum, & ſic Innocentius expreſsè dicit
quod opus eſt ad effectum litigioſi quod iam
quis acquiſierit titulum quod colligi videtur
ex eo dum aſſerit ſi quis agat confeſſoria,
quia iſta actio competit quando quis petit
ſeruitutem ſiue ſit realis, ſiue perſonalis, ſiue
mixta, ſiue vrbana non quæ in obligatione
deducta eſt, ſed quæ iam acquiſita eſt, *§. æquè*
*Inſtitut. de Actionib. l. quid aliud ff. de verb. ſignificat. & l. 1. & 2. ff. ſi ſeruitus vindicetur*, Iaſ.
*de actionibus §. omnium n. 59.* Oliban. *de actionibus p. 1. lib. 2. §. æquè num. 13.* & hoc dictum
ſecuta fuit Rot. *in Romana Capellaniæ 15. Ianuarij, & 3. Aprilis*, coram R. P. D. meo Decano, *& in causâ Leodien. Canonicatus 9. Iunij* 1621. coram bon. mem. Vbaldo, Gregor. XV. *deciſ. 335. n. 8.* vbi allegat alios concordantes, & melius *dec. 305.*

Et optimè dictum Innoc. declarat etiam Bald. *in authen. litigioſa n. 1. verſ. dicit Innocentius, C. de litigioſis*, inquit enim quod non ex eo quod petitur ſibi beneficium conferri, beneficium dicitur litigioſum, ſed ex quo collationis quæſtio ſit, ad quem pertineat, quia quando beneficium petitur conferri, imploratur quodammodo Iudicis officium quod eſt quodammodo actio perſonalis, & idem dictum Innocentij declarat etiam optimè Siccard. *in l. 1. n. 15. verſ. ex quo ſequitur, C. communi diuidundo*, vbi ex eodem Innocentio, infert, quod ſi Papa mihi conferat, hic præbendam in Eccleſia, & det mihi reſcriptum ad Capitulum atque ego veniens huc peto mihi conferri hoc beneficium, quia eſt actio perſonalis & lis nondũ eſt conteſtata, ideò ſi iſti Capitulares præbendam quam ego peto alteri conferant quod iſta datio eſt valida, quia res vel præbenda nondum fuit litigioſa, ſi ergo ego ſuccumbam tamen is cui eſt data præbenda firmiter manebit Dominus, ſi autem non agam actione perſonali, ſed reali, dicendo collata eſt mihi iſta præbenda in qua peto me declarari per vos Dominum & poſſeſſorem, quæ actio eſt realis tunc ſi Capitulares alteri conferant hãc præbendam illa collatio, tanquam rei litigioſæ facta ipſo iure non teneret, adeò vt licèt ego ſuccumbam in petitione, tamen ille cui facta eſt collatio nullum ius penitus habet in præbẽda quia per motionẽ controuerſiæ præbẽda, fuit litigioſa facta.

Nec eſt curandum quod Additionator *ad dec. 305. n. 8.* teneat contrariũ quia refert opinionem quam ipſe defendit, & ex præfatis clarè patet quomodo DD. loquantur, vnde res videtur extra controuerſiam.

6 Quantum attitnet ad ſecundum membrũ
quod ſcilicet non negatur titulus, ſed petitur
Aduerſariũ amoueri propter crimen, & quia
agitur principaliter de crimine lis non eſt
ſuper titulo, vt dictum eſt, habet iſtam fallentiam, vt non procedat quando quis petit aliquem ob crimen priuare, & beneficium ad ſe ſpectari tunc enim dicitur beneficium litigioſum, *gl. in c. 2. in verb. finita, vt lite pendente in 6.* & fuit dictum coram R. D. meo Decano, *in cauſa Terdonen. Præpoſituræ, 28. Octobr.* 1601. & in iſtis terminis loquitur *deciſ.* Put. 485. *lib. 2. & in dec. 67. eod. lib.* vbi quod ſi committatur cauſa ſuper priuatione, beneficium non eſt litigioſum, niſi committatur etiam ſuper regreſſu, & ſic ita deciſio præſupponit collationem præcedentem, & ita intelligenda eſt etiã alia deciſio Putei quia aliàs malè loqueretur, in aduertit Rot. *in d. cauſa Leodien. Canonicatus*, coram bon. mem. Vbaldo, & euidentia rei hoc oſtendit quia Religio Hieroſolymitana prætendebat ipſo iure incorporationem beneficij ſuper quo litigabatur, & quidquid dicant Addentes *ad deciſ. præfatam* 305. ſan. mem. Greg. ita Rota intellexit, *gl. in d. cap. 2. in verbo finita*, & deciſionem Putei; *vt in deciſionibus in d. Romana Capellaniæ, & in d. Leodien.*

Et ita vtraque, &c.

---

# R. P. D. VEROSPIO

## Imolenſis Decanatus.

Veneris 1. Decembris 1651.

*Ad cap. 157. parte 3.*

## *ARGVMENTVM.*

PErtinentia Iuriſpatronatus probatur ex pluribus præſentationum inſtrumentis effectuatis per ſpatium centum annorum, & vltra Iuſpatronatus quando dicatur mixtum, & quomodo voces diuidantur & computentur; ſolam qualitatem hæreditariam non ſufficere in Iurepatronatus mixto. Qualitates expreſſæ in impetratione beneficij circa illius valorem & exemptionem à cura, & perſonali reſidentia quomodo probari debeat, & quo probationis genere. Onus celebrandi miſſam ſimpliciter adiectum non obligare ad reſidentiam.

## SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ iuſtificatæ debent mandari executioni.*

2 *Pertinentia Iuriſpatronatus probatur ex præſentationibus per ſpatium centum annorum continuatis & effectuatis.*

3 *Iuſpatronatus mixtum ex quibus dicatur.*

4 *Deſcendentia non eſt probanda ab eo qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

5 *Qui mortuus eſt nullos præſumitur liberos reliquiſſe.*

6 *Maritus etiamſi ſit hæres vxoris non habet ius præſentandi in patronatu mixto.*

7 *Probatio obitus per atteſtationem admittitur in Rota.*

8 *Obitus probatur ſi impetrans petat beneficium tanquam vacans per obitum.*

9 *Valor beneficij probatur per confeſſionem aduerſarij in ſua impetratione.*

10 *Valor beneficij probatur per quales quales probationes.*

11 *Beneficium curam non habere, & reſidentiam non requirere probatur ex iuris præſumptione.*

12 *Quamuis quis teneatur ſingulis hebdomadis miſſam celebrare non propterea tenetur ad reſidentiam ſed poteſt celebrare per alium.*

## DECISIO XLVI.

1 LIteras Apoſtolicas, quas Bernardinus pro Decanatu Imolenſi obtinuerat, & ex defectu iuſtificationis ſub die 20. Decembris 1650. Rota reiecerat, hodie exequendas eſſe decreuit, eiquè immiſſionem concedendam; quia ex iuribus nouiter productis iuſtificatæ probantur, *cap. ſi capitulo de conceſſ. præbend. lib. 6.* vbi poſt gloſſ. *in verbo exequatur*, notant communiter DD. *& in c.literis de reſcript.* Rot.coram Greg. *dec.*335. *num.*15. coram Buratt.435. *n.*1. *& in dec.* 775. *num.*1.*part.*2.*recent.*

Siquidem Decanatum ad familiam de Sellis tanquam ex fundatione, vel dotatione patronam pertinere narrauerat, ſeque à maiori eiuſdem parte, ſeu dimidia ſaltem
2 fuiſſe præſentatum: † Hanc verò pertinentiam Patronatus benè concludit tum ex Literis Apoſtolicis ſan. mem. Iulij II. pro eadem familia illum reſeruantibus; vt alias firmauit Rot.*in vna Abulen.Iuriſpatron.* 22. *Iunij* 1637. *coram Reuerend. Salamantino impreſſa part.*5. *rec.dec.*614.*num.*2. Tum ex pluribus præſentationum Inſtrumentis in perſonis ipſius familiæ ſpatio annorum centum, & vltra effectum plenè ſortitis iuxt.*conſ.*Federic.de Senis 344. *n.* 3. ſepius in hoc Tribunali receptum, *vt in deciſ.*541.*n.*2.*part.*2.*recent.* & coram Seraph. *deciſ.*1141.*num.*1. *& in Sulmen.Beneficij* 11.*Martij* 1648. coram R. P. D. meo Celſo, *& in Piſcien. Beneficij* 21. *Aprilis* 1651. coram R.P. D. meo Royas *confirmata ſub die* 20.*Nouembris eiuſdem anni* coram R. P. D. meo Zarate, ſe quoque à maiori patronorum parte, ſeu dimidia ſaltem præſentatum fuiſſe comprobat, tum ex præſentatione reportata ab Aſcanio Iacobi filio, qui Mitam vltimo loco prædefunctum pro vocum medietate præſentauerat, ſeu verius prouiſioni Apoſtolicæ in eiuſdem fauorem expeditæ ſuum aſſenſum cum Panthaſilea ſorore præſtiterat: Tum ex altera præſentatione habita à Iacobo Philippo, Lauræ filio, cui Patronatum controuerſum pro decem vnciis ex iuribus à Bernardino productis conſtat fuiſſe delatum. Conuincitur enim ex iis, Patronatum Iacobo de Sellis, & Alexandro eiuſdem filio, atque Caſſiano ex huius perſona nepoti reſeruatum fuiſſe ab initio pro ſe, ac ſucceſ-
ſoribus ſuis,† & propterea mixti naturam aſ- 3
ſumpſiſſe ſecundùm *dec. Achilles 9. de Iurepatron.* Rot. coram Buratt. *deciſ.* 647. *num.*2. *&* 679. *num.* 2. *cum ſeqq.* coram Vrgell. *deciſ.*438.*num.*2. *&* 6. *& in deciſ.*47. *num.*5.*p.*4. *tom.* 2. *& deciſ.* 217. *cum ſeqq. part.* 6. *recent.* mortuo verò Iacobo eiuſdem Portio in Caſſianum, ac Alexandrum ſucceſſores, atque ſuperſtites æqualiter delata fuit ex diſpoſit. *l.vlt. C.de ſuis, & leg. hæred.* Iaſon. *in l. re coniuncti num.*272.*ff.de leg.*3. ibiquè Rip. *n.*125. *&* 158. Bocch.*de Iurepatron. in verb. Ius n.*11. Lambert. *eodem tract. lib.* 1. 2. *parte quæſt.* 4. *art.*5.*num.*2. Pariſ. *conſ.* 48. *n.*20. *lib.*7. Rota coram Caual. *deciſ.* 571. *num.* 2. Altera verò ſpectans ad Alexandrum, poſt ipſius obitum, in tres filios æqualiter diuiſa, pro duabus vnciis contingit Aurelio, qui alias octo in donationis Inſtrumento à Caſſiano fratre recepit, & Auctor exiſtit Iacobi Philippi, mediante perſona Ioannis, Patris Lauræ, à qua ipſe deſcendit. Hinc verò reſultat veritas narratiuæ, quòd ſcilicet Bernardus à maiori Patronorum parte ſit præſentatus, cum ex perſona Iacobi Philippi decem connumeret voces, ex perſona vero Aſcanij filij Iacobi vnicam vnciam recenſeat: vel verificata remanet altera narratiua, quod Patronorum voces pro dimidia ſaltem parte Bernardinus ipſe recenſeat, dum præſentatus quoque fuit ab Aſcanio, ex antecedenti præſentatione Mitæ vltimo loco prædefuncti, conſtituto in quaſi poſſeſſione præſentandi,
† quæ Bernardino ſuffragatur, ac eundem 4
reddit immunem ab vlteriori verificatione deſcendentiæ à fundatore, ſeu ab antiquioribus patronis, vt reſpondit Rota coram Seraph. *deciſ.* 1334. *num.* 8. coram Gregor. *deciſ.* 146. *num.* 1. coram bon. mem. Vrgell. *deciſ.* 100. *num.*4. *& in deciſ.*146. *num.* 2.*p.*1. *recent.* & in aliis relatis *in Hortana Iuriſpatronatus* 15.*Ianuar.*1649.*in* §. *cum enim Franciſcus* coram Me.

Neque vrget, quod Lucretia ex linea Aurelij ſenioris neptis Ioan. ex Aurelio iuniore, olim



olim præſentauerit Aſcanium, cuius proinde partem dimidiam ab hoc patronatu videtur excludere, ſi ratio quoque habeatur Panthaſileæ ſorori, alias cum eodem Aſcanio in vltima vacatione ad præſentandum admiſſæ.
5 † Quia eadem Lucretia ab anno 1609. diem ſuum clauſit extremum, nec vllibi conſtat liberos ſuſcepiſſe, adeoque non præſumitur eos reliquiſſe ſuperſtites, vt probat text. *in l. ex facto* §.*ſi quis autem*, ibique Caſtr. *num.*2.*ff. ad Senat. Conſul.Trebell.* notat Cuman. *in l. is poteſt, ff.de acquir. hæred. ibique* Alex. *num.*15. Iaſ. *num.*58. Surd. *conſ.*1. *n.*6. Rot.coram bon. mem. Vrgell.*deciſ.*438. *num.*4. *& in aliis adductis in Bonon.fideicommiſſi* 28.*Iunij* 1651.*in* §.
6 *etenim*, coram R. P.D.meo Celſo.† Ipſius verò maritus (eſto quòd fuerit hæres ab ea inſtitutus) in huiuſmodi patronatu mixto; vti ſanguinis qualitate deſtitutus, ius ſucceſſionis obtinere non potuit, vt notat Ioannes Andr. *in addit. ad Specul. in rubr. de feudis col.*2.*verſ. propter hoc.* Pariſ.*conſ.*48. *num.*18. *lib.*4. Rot.*in Aretina capellaniæ* 1. *Iunij* 1584. coram Bubalo, *& in Florentina parochialis à Sala* 10. *Iunij* 1633. coram bon.mem.Card. Panzirolo, *in* §. *quibus ſic firmatis.*

7 Expreſſerat quoque in literis vacationem per obitum Iacobi ſucceſſiſſe, eamquè iuſtificat non ſolùm ex fide obitus, alias pro probatione legitima in hoc Tribunali recepta in vna ſcilicet *Terulen. beneficij* 7. *Iunij* 1620. coram bon. mem. Manzanedo, & in aliis pluribus relatis *in Burgen.beneficiorum* 26.
8 *Iunij præteriti*, coram R.P.D.meo Celſo,† ſed etiam ex confeſſione partis aduerſæ eodem iure vacationis ad Decanatum aſpirantis, vt dixit Rot. coram Ægid. *deciſ.* 268. *&* 596. coram Puteo *deciſ.* 17.*n.*1.*lib.*3. coram Mantic.*deciſ.*132.*num.*1. & in aliis relatis *in Maioricen. beneficij* 4.*Aprilis* 1650. coram R. P. D. meo Albergato.

9 Ex qua pariter aduerſæ partis confeſſione probatur valor fructuum Decanatus in ſumma ducatorum 60. auri de Camera per non exceſſum à Bernardino narratus, Garz.*de benef.part.*5.*cap.*3.*num.*208. Rot. coram Buratt. *deciſ.*300.*num.*7. & coram bon.mem.Vrgell. 237.*num.* 6. *& in deciſ.* 101. *num.* 7. *part.* 1. *recent.*

10 Denique valor Beneficij prius obtenti in ſumma duc.24.auri de Camera pariformiter expreſſus in literis, ex teſtium depoſitione benè concluditur, dum qualis qualis probatio ad hunc effectum ſufficiens reputatur iuxta *deciſ.*Ægid.683.*circa finem*, *Greg.*78.*num.*4.& in aliis relatis *in Placentina beneficij* 11.*Decem-*
11 *bris* 1647. coram bon.mem.Arguelles;† Idem pariter beneficium obtentum, neque animarum curam habere annexam, nec reſidentiam requirere perſonalem, non ſolum ex iuris præſumptione concluditur, de qua Rot. penès Ægid. *deciſ.* 676. *& in deciſ.*17.*num.*1. *part.*1.*diuerſ.* & coram Greg. *deciſ.*89.*num.*1. *& dec.*108.*num.*2. & latè probat Gonzal. *ad*
*reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 6. *num.* 91. † ſed ex actu 12
quoque viſitationis, quo recenſetur tantummodo onus celebrandi Miſſam ſingulis hebdomadis, perſonalem regulariter reſidentiam non inducens, cum per alium valeat adimpleri, ſi obligatio ſpecialis iniuncta non fuerit celebrandi per ſemetipſum, vt reſpondit Rot. *in Tridentina Canonicatus* 21. *Aprilis* 1608. coram Iuſto, *& in Romana capellaniæ* 19. *Martij* 1586. *&* 23. *Ianuarij* 1589. coram recol. mem. Card.Pamphilio, & in aliis relatis *in vna Maceraten.capellaniæ* 1. *Iulij* 1647. coram Me.

Et ita altera tantum, &c.

---

## R. P. D. VEROSPIO
## Imolenſis Decanatus,

Lunæ 27. Maij 1652.

*Ad cap.* 157.

### *ARGVMENTVM.*

QVomodo probentur iuſpatronatus, modus vacationis, valor beneficij, & quod beneficium ſit exemptum à reſidentia. Si iuſpatronatus pluribus cedatur, ceſſio intelligitur facta pro æquis portionibus qualitas hæreditaria in iurepatronatus mixto quomodo intelligatur. Ius accreſcendi ſeu non decreſcendi locum habet in iurepatronatus.

### SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus probatur ex Literis Summi Pontificis in quibus illud reſeruatur.*

2 *Probatur iuſpatronatus ex pluribus præſentationibus ſpatio centum annorum continuatis & effectuatis.*

3 *Vacationis modus probatur ex impetratione aduerſarij illum enunciantis.*

4 *Valor beneficij probatur ex confeſſione aduerſarij in ſuo reſcripto.*

5 *Item probatur ex teſtium depoſitionibus.*

6 *Exemptio à reſidentia per ſolam iuris præſumptionem probatur.*

7 *Onus celebrandi Miſſas non concludit perneceſſe reſidentiam.*

8 *Iuſpatronatus hæreditarium mutari poteſt in gentilitium.*

9 *Iuſpatronatus reſeruatum pro ſucceſſoribus ſuis eſt mixtum.*

10 *Iuſpatronatus pluribus ceſſum intelligitur pro portionibus æqualibus.*

11 *Filius vocatus ad iuſpatronatus proprio nomine cum patre concurrit cum eo.*

12 *Ius accreſcendi ſeu non decreſcendi locum habet in iurepatronatus.*

13 *Iuſpatronatus pro certis partibus ceſſum fratri & deſcendentibus ſuis pro illis partibus eſt gentilitium.*

14 *Filiatio probatur ex fide Parochi.*

15 *Item ex actibus filiationem importantibus.*

16 *In iurepatronatus mixto ſufficit qualitatem hæreditariam deduci à primo fundatore mediante perſona anteceſſorum licèt non ab vltimo patrono præmortuo.*

17 *Extraneus non poteſt acquirere iuſpatronatus in præiudicium vacatorum ex pacto & prouidentia fundatoris.*

18 *Præſentatio quæ non fuit effectum ſortita attendi non debet.*

19 *Petitorium in continenti iuſtificatum excludit & abſorbet poſſeſſorium.*

## DECISIO XLVII.

DIgnitatem Decanatus per obitum Ia-
cobi Mitæ de menſe Maij vacantem in
Diœceſi Imolenſi Bernardinus Portius à
Sanctiſſ.D.N.obtinuerat, literaſque Apoſto-
licas pro aſſecutione ipſius expedierat, quas
ſanè literas in omnibus eſſe iuſtificatas,adeo-
què exequendas reſpondit Rota coram Me
ſub die 1. Decembris præteriti;Eidem præte-
rea prouiſo immiſſionem decernendo,quam
deciſionem hodie confirmandam eſſe decre-
uit; Quoniam idemmet Bernardinus omnia
Summo Pontifici expoſita, veritati oſtendit
1 eſſe innixa.† Qualitatem ſcilicet patronalem
Decanatui annexam ex eiſdemmet literis
ſan.mem.Iulij II. ad fauorem familiæ de Sel-
lis reſeruantibus patronatum, vt aliàs Rota
2 cenſuit *in deciſ.* 614. *num.* 2. *part.* 5. † concur-
rentibus præſertim pluribus præſentationi-
bus metam annorum centum excedentibus,
ac per obitum anteceſſoris plenum effectum
ſortitis in ſucceſſore ſucceſſiuè præſentato,
iuxta *conſ.* Federic.de Sen.344.*n.*3.& latè de-
ductum fuit *in Piſcien.beneficij* 11.*Martij* 1648.
coram R.P.D.meo Celſo,*confirmata* 21.*Apri-*
3 *lis* 1651. coram R. P. D. meo Rojas: † Diem
quoque vacationis, ac modum ex fide obitus
Iacobi anteceſſoris, & aduerſæ partis confeſ-
ſione ab eodẽ vacationis fonte ius proprium
deducentis, vt ponderauit Rot. *in deciſ.* 232
*num.* 2.*part.* 5.*recent.* coram Caual. *deciſ.* 55
*num.*3.*& in Narnien. Iuriſpatronatus* 13. *Maij*
1633.coram Reuerendiſſ. D. meo Decano,
*& in Burgen. Beneficiorum* 26. *Iunij præteriti*
coram R. P. D. meo Celſo, *& in Maioricen.*
*Beneficij* 4. *Aprilis* 1650.coram R. P. D. meo
Albergato; Ex qua pariter confeſſione partis 4
aduerſæ valorem beneficij in ducatis 60.nar-
ratum eundem, redditum non excedere be-
nè concludit, vt reſpondit Rota *in Bononien.*
*Canonicatus* 24.*Maij* 1591.coram recol.mem.
Cardinali Pamphilio *relat.* per Garz. *de benef.*
11.*part.cap.*1.*num.*70. *& in Tridentina beneficij*
8.*Nouemb.* 1593.coram Penia *relat.* per eun-
dem Garz. 6.*part.verſ.*2.*num.*216. *& in Abu-*
*len.beneficij* 26. *Iunij* 1596.coram Litta *eadem*
6.*part.cap.*2.*n.*47. & in aliis relatis per eun-
dem Garz.5.*part.cap.*3.*n.*208.† Provt etiam 5
obtentorum redditum ex diſpoſitione te-
ſtium, vt reſpondit Rot. *in Corduben. præſti-*
*moniorum* 13. *Ianuarij* 1586.coram Bubalo *re-*
*lata* per eundemmet Garz.5.*part.cap.*3.*num.*
199. † Eaquè qualitate reſidentiæ perſonalis 6
deſtituta, & ab animarũ cura omnino exem-
pta non ſolum ex præſumptione iuris de qua
Gonzal.*ad reg.*8.*gloſ.*6.*num.*91. Staphil.*de lit.*
*grat.part.*2.*in tit.de qualit. & ſtat.beneficiorum*
*in princ.*Rebuff.*in prax.ſub tit.ſæcularium be-*
*neficiorum quotuplex num.* 11. Rot. *deciſ.* 699.
*n.*3.*part.* 2.*recent.* † ſed etiam ex viſitationis 7
actu, onus celebrandi Miſſam tantummodo
enunciantis,ac perſonalem proinde reſiden-
tiam excludentis, dum per alium regulariter
poteſt adimpleri, niſi illud fuerit ipſi ſpecia-
liter demandatum,vt pluribus relatis iuribus,
& auctoritatibus reſpondit Rot. *in vna Ma-*
*ceraten.Capellaniæ* 1.*Iulij* 1647.coram Me.

Hæc nullatenus inficiebantur à Hierony-
mo Aduerſario in hac dubij propoſitione op-
pugnante tantummodo narratiuam præſen-
tationis per Bernardinum à maiori ſeu dimi-
dia ſaltem patronorum parte reportatæ, quã
tamen DD. cenſuerunt nihilominus eſſe iu-
ſtificatam: † Qualitas enim hæreditaria in 8
hoc patronatu exaduerſo prætenſa, exinde
excluditur, quòd mixtam ab initio naturam
aſſumpſit, vel ſaltem octo reſpectu partium
hæreditariam qualitatem,ſi quam forte obti-
nebat immutauit in gentilitiam,provt ſecun-
dum etiam iuris diſpoſitione poſſe continge-
re reſpondit Rot. *in deciſ.* 675.*num.*2.*ad finem*
*part.* 1.*recent.* & in pluribus relatis *in Feſu-*
*lana beneficij* 15. *Decembris* 1646. coram
R.P.D.meo Bichio, *&* 24. *Martij* 1651. co-
ram Eminentiſſimo D. Cardinali Corrado:
† Reſeruatum quippe fuerat ab initio pro 9
ſucceſſoribus ſuis, adeoque pro hæredibus
tantum ſanguinis quæſitum fuit, ac conſe-
quenter mixtum iuxta *deciſionem* Buratt.
647.*num.*2.*&* 4.*deciſ.*679.*n.*4.*& in deciſ.*267.
*n.*3.



*num.*3.*&* 6.*part.*6.*recent. & in Florentina pa-*
*rochialis de Sala* 21. *Aprilis* 1632. coram
Queipo, *&* 10.*Iunij* 1634.coram Cardinali
10 Panzirolo:† Idemquè patronatus æquis por-
tionibus ceſſerat Iacobo de Sellis,Alexandro
eiuſdem filio, atque Caſſiano ex huius perſo-
na nepoti, dum omnes continuata oratione
per propria nomina in reſeruationis literis
leguntur admiſſi, ad text. *in l.nonnunquam.ff.*
*ad Trebell.& gloſ.vlt. in l.fin.C. de impuber. &*
*not. ibi DD.* & in terminis Patronatus tradit
Peregr.*conſ.*32.*num.*13.*lib.*1.Lotter.*de re be-*
*nef. lib.*2.*q.*11.*num.*128. Rot. coram Buratt.
11 *deciſ.*481.*num.*1. † Tunc enim filius vocatus
proprio nomine vna cum patre, non autem
ordine ſucceſſiuo concurrit, ſecundum In-
trigl.*de feud.q.*47.*num.*49. Roſental.*eod.tract.*
*cap.*9.*concl.*66.*num.*26.Afflict. *deciſ.*393. Rot.
*deciſ.*435.*num.*9.*part.*1.*recent.*& coram bon.
12 mem. Vrgell. *deciſ.*438.*n.*2. *&* 6. † Mortuo
verò Iacobo altero ex patronis,eiuſdem por-
tio vnciarum quatuor per ius accreſcendi,
ſeu non decreſcendi, in patronatu militans
fauore ſuperſtitum, Alexandro filio, atque
Caſſiano nepoti delata fuit pro virili,vt notat
Lambert.*de iure patron.lib.*1.*part.*2.*q.*4.*art.*5.
*num.*2.Rocch. *eodem tract.in verbo ius num.*10.
*verſ.ex iſta concluſione*,Bellon.*de iure accreſcen-*
*di quæſt.*48.*num.*26.Pariſ. *conſ.*58.*n.*20.*lib.*4.
Rot.*deciſ.*217.*num.*18.*part.*6.*recent.* & poſt
Viuian.*de iurepatr.deciſ.*76.*num.*2.*& deciſ.*78.
*num.* 1. Provt etiam altera Alexandri portio
ſex vncias includens,dum è viuis exceſſit, ad
ipſius filios æquis portionibus deuenit, Hie-
ronymum ſcilicet, Aurelium, atque Caſſia-
13 num, † qui vncias octo, quas tunc temporis
obtinebat, titulo donationis Aurelio fratri
conceſſit pro ſe, ac deſcendentibus ſuis, vi-
delicet ſanguinis, ac conſequenter gentili-
tium patronatum in eadem rata conſtituit
Bald.*conſil.*373.*num.*4.*lib.*1. Rocch. *de iurepa-*
*tron. in verbo ipſe, velis, num.*72.*verſ.quando*
*autem quis acquiſiuiſſet.* Rota *in Florentina iu-*
*riſpatronatus de Ricaſolis* 10. *Martij* 1603.
coram Lancell. & coram Buratt. *deciſ.* 183.
*num.*21.

Dum itaque Bernardinus præſentationem
ſuam deducit, non ſolum ab Aſcanio Iacobi
filio, qui Hieronymi nepos exiſtit, vnicam-
que vocem ex ipſius perſona dinumerat, ſed
etiam à Iacobo Philippo, filio Lauræ, me-
diante perſona Ioannis,deſcendentis ab Au-
relio, qui à Caſſiano fratre vncias octo titulo
donationis receperat, & duarum reſpectu
vnciarum ex propria perſona Alexandro pa-
tri ſucceſſerat, videtur proinde plenè iuſtifi-
caſſe præſentationem ſuam à maiori parte
patronorum proceſſiſſe, dum ex parte Aſca-
nij vnicam vocem,ex parte verò Iacobi Phi-
lippi decem omnino connumerat;Ipſum ve-
rò Iacobum Philippum, Lauræ filium extitiſ-
ſe, concludit non ſolum ab Inſtrumento le-
gitimæ ex hæreditate Lauræ matris ipſimet
perſolutæ, in ſummario præteritæ poſſeſſio-
nis exhibito, † ſed etiam ex fide Parochi, de 14
ipſius filiatione atteſtantis, ac eam proinde
probantis,dum ex prædicto legitimæ Inſtru-
mento adminiculata dignoſcitur iuxta *conſ.*
Surd.*primum n.*45.Rot.*deciſ.*132.*num.*1.*p.*2.*re-*
*cent.*& in aliis relatis coram Buratt.*deciſ.*709.
*num.*5. Et Lauram matrem originem traxiſſe
à Ioanne filio Aurelij, rectè deducitur tum
ex teſtamento eiuſdemmet Ioannis,quo Au-
relij filius enunciatur,eidemquè Lauræ filiæ
dos legatur quam etiam ex altero teſtamento
Aurelij, filij Ioannis, Lauram ſororem in
certa portione ſubſtituentis Lucretiæ filiæ,ſi
ſine filiis deceſſiſſet, ac denique ex Inſtru-
mento quietantiæ dotis receptæ, ipſammet
Lauram filiam Ioannis, ac ſororem Aurelij
recenſente. † Ex quibus ſanè enunciatiuis, 15
dotis, legato, eiuſque ſolutione,filiatio Ioan-
nis ex Aurelio, Lauræ verò ex Ioanne abun-
dè remanet iuſtificata, dum actus prædicti
filiationi conueniunt ad text. *in cap. ſeries de*
*teſtamen.*& notant ibi communiter DD.Surd.
*conſ.*1.*num.*46.*& deciſ.*145.*n.*14. cum aliis re-
latis *in Romana fideicommiſſi de Carpianis* 23.
*Ianuarij* 1651.*in* §.1.coram Me.

Neque obeſſe Iacobo, ſeu Lauræ qualitas 16
hæreditaria deficiens reſpectu Ioannis patris
ac Aui reſpectiuè, quæ tamen in hoc patro-
natu mixto pro rata ſuperius expreſſa con-
currere debuiſſet,vt reſpondit Rot.*deciſ.*267.
*n.*6.*part.*6.*recent.* ſatis enim cenſetur,vt eam
à primo fundatore, mediante anteceſſorum
perſona, deducat, non autem ab vltimo pa-
trono præmortuo,vt notat Pinell. *in l.*1.*part.*
3.*n.*91. *C.de bon. mater.* Pereg. *conſ.*34.*num.*1.
*vol.* 1. *& conſil.*19.*num.*1.*vol.*2. Surd. *conſ.*63.
*num.*21.Card.Mant.*de tacit.lib.*23.*tit.*3.*n.*31.
*&* 44.Clar.*in* §.*feudum q.*9.*num.*5.*& quæſt.*40.
*verſ. facienda eſt ergo generalis regula*, Rot. *in*
*Florentina parochialis à Sala* 10. *Iunij* 1633.
coram Cardinali Panzirolo *in* §. *denique non* 1
*obſtat,& in Aquilana capellæ* 17.*Febr.*1634.*co-*
*ram Pirouano.*

Non etiam maiores patronorum voces ex-
cludit Hieronymus in perſona Bernardini,
ex præſentatione, quam ipſe obtinuit,tum à
Petro Heſtore,Teſtamentario hærede Aſca-
nij, filij Andreæ, tum à Laura de Laulis,hæ-
rede pariter teſtamentaria Lucretiæ, Aurelij
proneptæ, tum denique à Magdalena, cæte-
riſque filiis Ioannis Baptiſtæ, qui patrem ha-
buit Hieronymum Iuniorem, ſenioris Hie-
ronymi nepotem, ex perſona Andreæ;ſiqui-
dem præſentatio, ſiue Petri Hectoris, ſiue
Lauræ

Lauræ connumerari non debet in hoc patronatu, vel mixto, vel ſaltem octo reſpectu vnciarum eff. cto gentilitio, mediante donatione Caſſiani in Aurelium fratrem, pro ſe, ac deſcendentibus ſuiscollata, dum vterque extraneus exiſtit, ac requiſita ſanguinis qualita- 17 te deſtituitur, † nec proinde acquirere potuerunt patronatum in præiudicium Lauræ, matris Iacobi Philippi, ex pacto & prouidentia primi fundatoris ad illud vocatæ, vt not. Pariſ. *conſ.*48.*num.*9.*lib.*4. Surd.*conſ.*63.*num.*15.*lib.*1. Clar. *in* §. *feudum quæſt.* 40. *verſ. facienda eſt igitur generalis regula*, Lotter. *de re benef. lib.* 2. *q.*11.*num.*42. Rot. *deciſ.*267. *num.*6.*part.*6.*rec.* Altera verò præſentatio, obtenta à Magdalena, cæteriſquè filiis Ioannis Baptiſtæ, in vnica tantùm voce conſiſtit, proueniente à Hieronymo, filio Alexandri, cui in vnciis tantummodo duabus ſucceſſerat, quarum alteram habet Aſcanius nepos quoque Andreæ, qui Bernardinum præſentauit.

Neque Petro Hectori, ac Lauræ ſuffragari poterit quaſi poſſeſſio ab altero quæſita de anno 1608. dum præſentauit Aſcanium, filium Iacobi, ab altera verò de anno 1640. dum conſenſit præſentationi ſubſecutæ in fauorem Iacobi Mitæ, vltimo loco prædefuncti, quaſi inde videantur cõſtituti in quaſi poſſ. ſſione præſentandi, quæ in hac vacatione ipſis quoque debeat ſuffragari, per text. *in* 18 *cap. conſultationibus de iurepatr.* † Præterquam enim hæc vltima præſentatio effectum ſortita non fuit, vt conſtat ex ſententia Ordinarij, in præſenti ſummario exhibita, ea non obſtante gratiam Apoſtolicam in fauorem alterius exequentis, adeoque in præſenti vacatione attendi non debet, vt tradit Mant. *de tacit. lib.*12.*tit.*4.*num.*8. cum aliis relatis *in deciſ.* 286.*n.*10.*part.*5.*rec. & in deciſ.* Buratt. 886. *n.*5. Hæc quaſi poſſeſſio quatenus ex præfatis actibus fuiſſet vtrique quæſita, in præſenti vacatione ipſis prodeſſe non poterit, cum ex duobus Inſtrumentis reſeruationis ſcilicet, ac donationis qualitas mixta, ſeu gentilitia huic patronatui probetur annexa; vtrumque ex- 19 cludens tanquam extraneum; † adeoque proprietas incontinenti iuſtificata, ac petitorium in propoſito caſu abſorbeat poſſeſſorium, vt reſpondit Rot. *in deciſ.*167.*n.*8.*p.*2.*diuerſ.* & penès Viuian. *de iurepatr. deciſ.*18.*n.*7.*&* 8.*& in Comen. capellæ* 27. *Aprilis* 1648. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, *& in Balneoregien. iuriſpatronatus* 9.*Decemb.*1650.*in fin. & in Aſculana iuriſpatronatus* 10.*Martij ſequentis anni*, coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono.

Et ita vtraque, &c.

---

## R. P. D. VEROSPIO
## Leodien. Canonicatus,

Veneris 11. Decembris 1654.

*Ad part.*2.*cap.*4.§.1.*&* 2.*& de penſion. cap.*49.

### *ARGVMENTVM.*

LOcum eſſe declaratoriæ pœnarum, & cenſurarum comminatarum propter inobedientiam, quæ non tollitur ob ſolam proteſtationem de obtemperando quia vltra ſimplicem patientiam requiritur aliquis actus poſitiuus obedientiæ.

### SVMMARIVM.

1 *Nuncio Publico in iis quæ eius officium concernunt, fides adhibenda eſt.*

2 *Contra Capitulum ratione inobedientiæ laxari poteſt Interdictum ſeruatis prius terminis requiſitis.*

3 *Quando vltra ſimplicem patientiam actus aliquis poſitiuus requiritur ad obediendum, tunc ſimplex patientia non ſufficit vt quis obedire dicatur.*

4 *Ad euitandam inobedientiam in re illiquida debet fieri depoſitum partis liquidæ, & ſubſequi oblatio reſidui, poſtquam liquidatio facta fuerit.*

5 *Vt declaratoria laxetur debent præcedere intimationes perſonales.*

6 *Fallit ſi non tutus ſit acceſſus.*

7 *Non tutus acceſſus quomodo probetur.*

### DECISIO XLVIII.

POenâ declaratoriâ mulctandum eſſe Pe- 1 trum de Marcelis necnon interdictum contra Capitulum oppidi Tongroneñ. relaxandum fore hodie Rota decreuit coram Me recedendo à deciſione præterita vtrumque denegante, ſiquidem comminatio Cenſurarum, ex productione mandati dignoſcitur ibidem inſerta & ipſius quoque intimatio mandati perſonaliter bis facta Capitulo deſumitur, ex atteſtatione notarij in illis partibus executoris vice fungentis, qui propterea plenam ſuper eadem intimatione perſonali tanquam ſuper re ad ipſius ſpectante officium fidem aſſequitur, iuxta gloſ. *in cap. cum parati in verbo ſunt nuntius de appellat. in cap. prudentiam, verbo per certum nuntium de offic. delegati*, Mandoſ. *conſ.* 96.*num.*10. Rota coram Puteo *dec.* 187. *lib.* 3. & *in Colonen. Camerariæ* 6. *Martij* 1644.*in principio*, coram R.P.D. meo Bichio. Ex terminorum Denique ſeruatione conſtat mandatis Apoſtolicis non obtempe- 2 raſſe Capitulum, † cuius proinde contumacia debet, niſi infra menſem parere ſtudueſit interdicti pœna mulctari, vt de ſtylo Tribunalis teſtatur Rot. coram Caſſad. *deciſ.* 6. *num.*10. *de Cauſ. poſſeſſ. & proprietatis*, coram Mohed. *deciſ.* 1. *de ſentent. excomm.* & in *Britonien. Canonicatus* 26. *Iunij* 1598. coram Orano.

3 Neque poterit ſuffragari Capitulo oblata in ipſius intimatione mandati paritio. Illud quippe non continet ſimplicem paritionem patientiæ, ſed factum quoque preſciuit poſitiuum, Amotionis videlicet petri intruſi à poſſeſſione Canonicatus, ac fructuum præſtationem, quorum propterea ſucceſſiua ſolutio ad effugiendã pœnam in mandato Rotali comminatam præcedere debuiſſet, nec ſola tunc parendi oblatio poterat ſuffragari, iuxta diſtinctionem, quam refert & ſequitur Rota coram Gregor. *deciſ.*306.*num.*1. coram Buratto *deciſ.*947.*num.*2. coram Caualer. *deciſ.*364. *num.* 3. coram Merlino *deciſ.*20.*num.*3. & antea coram Mohedan. *deciſ.*9. *de re Iudic.* & in his terminis Declaratoria irrogandæ ob non paritionem mandato de manutenendo *in Leodien. Vicariæ* 4. *Iunij* 1653. *in* §.2. *quia & in vltimo* coram R. P. D. meo Bichio, vbi ampliatur, præterea concluſio quamuis fructus 4 illiquidi forent, † cum debeat tunc debitor ad euitandam contumaciam aliquam ipſorum partem deponere, ac reſiduum iudicialiter offerre, ſtatim ac eorundem liquidatio fuerit ſubſecuta, vt Rot. coram Achil. *deciſ.*1. *num.* 1. *de ſentent. excomm.* & *in Burgen. Decimarum* 11. *Februarij* 1650.*in* §. *quia vltra* coram R. P. D. meo Cerro cum aliis per Add. *ad deciſ. Burat.*107.*num.*6.

Relaxationem verò declaratoriæ legitimam contra Petrum declarat intimatio mandati Rotalis præuia citatione ad valuas ſubſecuta tum vicinioris Eccleſiæ, tum Cathedralis Leodien. tum denique oppidi Tongreñ. 5 vbi beneficium controuerſum extitit, † licèt enim regulariter requiratur intimatio perſonalis, vt poſſit declaratoria decerni ſecundum Innocen. *in cap. ſi aduerſarius num.*1. *de eo qui mittitur in poſſeſſ.* Alterius *de cenſur. diſput.* 3. *lib.*3.*c. in princip.* Rot. coram Mohed. *deciſ. prima in princip. de ſentent. excomm.* & coram Caſſad. *deciſ.*1.*num.*10.*de Cauſ. poſſeſſ. & propriet.* & in terminis Declaratoriæ, ex nõ paritione mandato in *Monopolit. Iuriſdict.* 11.*Febr.*1647. *in* §. *tum ex quo*, coram R. P. D. meo Bichio 6 † Quoties tamen de acceſſu non tuto legitimè conſtiterit citatio dumtaxat ad valuas ſuffragatur iuxt. gloſſ. *in extrauag. vnica verbo perſonaliter apprehendiſſet, de dolo & contumac.* Rot. *dec* 5. *de reſcript. in nouis*. Et coram Seraphin. *deciſ.*1296.*num.*3. & pluribus aliis relatis, in *Cracouien. præpoſituræ Sancti Floriani* 12. *Decembris* 1650. coram R. P. D. meo Bichio *in* §. *& accedit*, † qui ſane non tutus ac- 7 ceſſus ex duorum depoſitione teſtium in propoſito caſu bene deſumitur, dum vnius duntaxat depoſitio poſſet ad hunc effectum deſeruire, vt ponderauit Rota coram Achil. *dec.* 22.*num.*1. *de probat* coram Buratto *deciſ.* 947. *num.* 2. Add. *ad deciſ.* 5. *num.*4. *de reſcript. in nouis*. cum iidem præterea teſtes adminiculentur ex tribus Notariorum relationibus, de eodem acceſſu non tuto præuio Sacramento teſtantium, quibus plenã fidem adhibendam, eſſe in his terminis Rota reſpondit coram Seraphino *deciſ.*1296. *ſub n.*3. & in *Leodien. Abbatiſſatus* 8. *April.* 1644.*in* §. *nec facit*, coram Reuerendiſſ. Terracinen.

Et ita interdictum contra Capitulum, niſi infra menſem, Declaratoriam verò contra Petrum de Marcelis relaxandum reſponſum fuit informante duntaxat Erneſto.

---

## R. P. D. VEROSPIO
## Leodien. Canonicatus,

Lunæ 28. Iunij 1655.

*Ad cap.*130.*&* 188.*vol.*2.

### *ARGVMENTVM.*

EXequutio concedi debet Literis Apoſtolicis iuſtificatis per probationem Clericatus valoris Beneficij & vacationis, quæ inducitur per adeptionem poſſeſſionis vigore tranſumpti facti, non obſeruatis requiſitis per conſtitutiones Pontificias, quæ locum non habent in tranſumptis ante dictas conſtitutiones factis, maximè ſi Summus Pontifex illius conſtitutionis non ignarus narrata ſibi veritate beneficium contulerit, vacationem autem ſufficit probare eo modo quo expreſſa fuit in literis.

### SVMMARIVM.

1 *Executio concedenda eſt literis Apoſtolicis iuſtificatis.*

2 *Cleri*

2 *Clericatus prouiſi probatur ex atteſtatione Ordinarij.*

3 *Valor beneficij poteſt exprimi in ducatis* 24. *per non exceſſum quando talis eſt conſuetudo.*

4 *Vt tranſumptum ſit validum pro capienda poſſeſſione quæ requirantur ex conſtitutionibus Pontificiis.*

5 *Qui poſſeſſionem capit vigore tranſumpti non facti iuxta formam conſtitutionum priuatur ipſo iure Beneficio.*

6 *Beneficium illius qui priuatus eſt ipſo iure, poteſt ſtatim impetrari non citato poſſeſſore.*

7 *Licèt Inſtrumentum ſine Teſtibus fidem non faciat ſufficit tamen quod Teſtes ſubſcribant actum immediatè poſt factum per eundem Notarium.*

8 *Conſtitutio non habet locum quoad actus futuros, niſi ſe referat ad actum poſtea conſummatum.*

9 *Papa conferens ex certa ſcientia cenſetur ſupplere omnes defectus.*

10 *Ampliatur etiam ſi Papa reſcribat ad partis inſtantiam.*

11 *Vacationem ſufficit iuſtificare eo modo quo expreſſa fuerit in Literis.*

12 *Priuatio ex vſu tranſumpti informis introducta locum habet etiam ſi fructuum perceptio non interuenerit.*

13 *Priuatio ob adeptum beneficium incompatibile non oritur ex illius aſſequutione, ſed ex retentione.*

14 *Conſtitutio quæ per viam legis emanauit ligat ignorantes ſtatim vbi fuit publicata in Curia.*

## DECISIO XLIX.

1 Literas Apoſtolicas pro aſſecutione Canonicatus controuerſi à Petro Mean expeditas, Domini cenſuerunt in omnibus iuſtificatas, ac conſequenter exequendas iuxta Text. *in c. ſi Capitulo, ibique* gloſ. notat. *in verb. exequatur de conceſſ. præben. lib.*6. *& in cap. ſi*
2 *quando de reſcriptis*, † Siquidem ipſius Clericatus non controuertitur exaduerſo, & ex ordinarij literis teſtimonialibus legitimam iuſtificationem aſſumit Felin. *in cap. poſt ceſſionem n.*3. *&* 15 *de probat.* Rot. cor. Greg. *dec.*78. *num.* 5. *& in Valentina Parochialis de Moncada* 28. *Iunij* 1647. §. *Thoma verò* coram R. P. D. meo Cerro, *cum aliis deductis in Cluſina Benefic.* 26. *Februar.* 1649. *in* §. *Clericatus* coram
3 Me. † Valor Canonicatus in ducatis 24. per non exceſſum vlteriori probatione non indiget, dum vigore concordatorum Germaniæ Beneficia quæcumque ſub ea dumtaxat quantitate exprimi ſolent de conſuetudine Prouinciæ relata in *Leodien. Canonicatus, & Scolaſtriæ* 27. *Februar.* 1612. cor. Sacrato, *& in Leodien. Canonicatus* 27. *Iunij* 1642. §. *de Clericatu verſ. valor non indiget, &* 23. *Febr.* 1643. *ſub* §. *primo, & in Leodien. Archidiaconatus* 1. *Iulij* 1642. coram R. P. D. meo Cerro.

Eius denique vacatio inſtificata dignoſci- 4
tur ex adepta per Hieronymum poſſeſſione vigore tranſumpti ad formam antiquam, dumtaxat expediti ſine recognitione videlicet, ac ſubſcriptione officialis, nec non etiam deſtituti ſubſcriptione, & ſtemmate Reuerendiſſ. Datarij contra normam ab Innocentiana conſtitutione ſæpiſſimè præſcriptam ſub pœna priuationis beneficij ipſo facto incurrendæ, ac eiuſdem ſucceſſiuè diſpoſitione tanquam ipſo iure vacantis Apoſtolicæ Sedi,
dumtaxat reſeruatæ. † Ex huius enim vſu 5
tranſumpti contrauentio conſtitutionis depromitur, nec non iuſtificatio legitima prouiſionis à Petro nouiter expeditæ, vt in terminis ſimilium Conſtitutionum Iulij III. atque Gregorij XIII. notat Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellariæ gloſ.* 15. *num.* 85. *&* 98. Pariſ. *de reſignat. Beneficiorum lib.* 11. *quæſt.* 7. *num.* 1. *cum ſeqq.* Rot. *dec.* 216. *num.* 5. *& dec.* 265. *num.* 1.
*part.* 6. *rec.* † qui proindè potuit eorum virtute 6
verborum ipſo facto, ac ipſo iure importantium Canonem latæ ſententiæ ſecundum *Eugen. conſ.* 68. *num.* 12. *lib.* 1. non expectatâ ſententiâ priuationis, neque citato Poſſeſſore Canonicatum ab Apoſtolica Sede obtinere iuxta Text. *in cap. licet Epiſcopus vbi gloſſ. notat in verbo Te non vocato de præben. lib.* 6. Prob. ad Monac. *in cap. Almæ Mater num.* 8. *de Sent. excom. lib.* 6. Pariſ. *de reſignat. Benef. lib.* 11. *q.* 7. *num.* 34. *& quæſt.* 10. *num.* 10. Hoieda *de incompatibil. Benef. part.* 1. *cap.* 4. Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 23. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 15. *num.* 148. Rot. *dec.* 707. *num.* 3. *& dec.* 728. *n.* 1. *p.* 3. *diuerſ.*

Hic autem tranſumpti vſus à Hieronymo perperàm impugnatur, dum ex adeptæ poſſeſſionis Inſtrumento conuincitur ſub die 2. Aprilis 1653. coram Teſtibus rogato, & conſequenter per 14. menſes poſt editam Conſtitutionem ſub die videlicet 3. Februarij 1652. Tum ex reiteratis ipſius Hieronymi inſtantiis coram Capitulo, vt eiuſdem virtute tranſumpti ſe ad poſſeſſionem Canonicatus admitteret, & in ea deindè confirmaret, provt anteactis retrò temporibus cœteris ſimilis vigore tranſumpti inſtantibus concedere conſueuit, Tùm denique ex Capitularibus decretis exhibitionem Bullarum, ſiue tranſumpti præcipientibus ad formam Conſtitutionis Innocentianæ expediti, licet pro aſſecutione poſſeſſionis neutrum neceſſarium eſſe contenderet ipſe Hieronymus, ſed exhibitum duntaxat ſumptum ſuffragari.



7 Nec fides Inſtrumenti in propoſito caſu deſtruitur quoad actum poſſeſſionis appræhenſæ vigore tranſumpti. Quia Teſtium rogitu apparet deſtituta, ſine quibus ſoli Notario de eodem actu teſtanti non creditur, vt reſpondit Rota cor. Penia *dec.* 279. *num.* 5. *cum ſeqq. & dec.* 605. *num.* 12. *part.* 5. *rec.* Quoniam Teſtes noſcuntur adhibiti in reiterata inſtantia facta Capitulo pro aſſequenda poſſeſſione Canonicatus vigore tranſumpti eadem ipſa die antecedenter exhibiti, ac penes ipſum relicti, quam ab eodem Capitulo denegatam immediatè, ac nulla poſt poſita mora Hieronym. à Notario obtinuit, adeoque huic actui poſſeſſionis immediatè ſubſecuto; & in eodemmet Inſtrumento recenſito iidem Teſtes antecedenter de tranſumpti præſentatione rogati cenſentur adfuiſſe iuxta Theoricam Bart. *in l. ſi quis ex argentariis*, §. *ſi initium, n.* 8. *in fin. ff. de eden.* quam ſequitur Bald. *n.* 1. Alex. *n.* 4. *&* 5. & in proximis terminis comprobauit Rot. coram Card. Millino *dec.* 203. *num.* 2. *verſ. Teſtes appoſiti.*

Neque modus vacationis expreſſus in Literis excluditur, quod tranſumptum pro capienda poſſeſſione adhibitum à Hieronymo antè prædictam conſtitutionem fuerit expeditum, cuius proindè vſus prohibitus dici nequeat àb ipſa cõſtitutione poſtmodum emanata per viam legis, ſiue huius natura perſpecta futuris duntaxat negotiis proſpiciendi, non autem præteritis iuxta Text. *in c.* 2. *& in c. vlt. de conſt. & in l. cauſas C. de tranſ. l. penult. in fin. C. de Sacros Eccleſ.* Card. *in Clem. dudum* §. *nos etenim in* 7. *q. de ſepulturis*, Rot. coram Put. *dec.* 173. *n.* 2. *lib.* 3. *in correctis*, ſiue ſpeciali natura conſtitutionis, qua Summus Pontifex profitetur ſe futuris velle negotiis prouidere.

8 Hæc enim conſtitutio ex lectura dignoſcitur in duas partes diſtributa, in quarum prima ſub pœna excommunicationis extractio tranſumpti ad formam antiquam Notariis prohibetur, qui propterea actus expeditionis tranſumpti adueniente conſtitutione perfectus, ac conſumatus ſub eadem excommunicationis pœna vt in propoſito caſu dici nequit incluſus. In altera verò interdicitur prouiſis ne eiuſdem vigore tranſumpti poſſeſſionem audeant aſſumere ſub pœna priuationis, ac vacationis beneficij, ſub cuius proindè diſpoſitione adeptio poſſeſſionis vigore tranſumpti longe poſt editam Conſtitutionem ſubſequta comprehenſa cenſetur, tanquam actus poſt eandem Conſtitutionem expletus, ac conſummatus iuxta Theoricam Bart. *in l. omnes Populi n.* 45. *ff. de Iuſt. & Iur.* notat Barbat. *in c. vlt. n.* 46. *de conſt.* Felin. *in c. quoniam contrà n.* 11. *eod. tit.* ibique Dec. *n.* 17. Soc. Iun. *conſ.* 21. *n.* 15. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 240. *n.* 39. Suarez *de leg. lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 12. *verſ. nam lex*, Magon. *dec.* 88. *n.* 12. *&* 13. quippequi ſub lege, ſeu conſtitutione prohibitoria antè ipſius conſumationem promulgata continetur, vt notat Felin. *in cap. vlt. n.* 11. *de conſt.* Pariſ. *de confiden. q.* 12. *n.* 13. *&* 14. Rot. cor. Seraph. *deciſ.* 1001. *n.* 3. Quem ſanè intellectum non excludit dictio illa huiuſmodi appoſita in prohibito vſu tranſumpti, proindè aſſumẽdi poſt editam duntaxat conſtitutionem; hæc quippe dictio adiecta dignoſcitur ſolemnitatibus antecedẽter expreſſis videlicet reuiſionibus, & ſubſcriptionibus huiuſmodi, & ad eaſdem repetendas cenſetur appoſita, non autem pro qualificando vſu tranſumpti iuxta naturam dictionum ſimilium ſe referendi ad proxima ad Text. *in cap. ſi Abbatem*, vbi gloſ. *in verb. huiuſmodi de elect. in* 6. Corneus, *conſ.* 97. *n.* 8. *lib.* 4. Mareſcot. *var. lib.* 2. *c.* 77. *n.* 27. cum aliis adductis *in dec.* 33. *n.* 3. coram ſan. mem. Greg.

Declaratus prætereà fuit hic actus à Sũmo 9
Pontifice ſub ipſa conſtitutione comprehenſus, dum ſub narratiua tranſumpti longè ante editam conſtitutionem expediti, ſed poſt eam ad vſum deducti, ac conſumati Petro contulit Canonicatum vti vacantem non ſeruata forma conſtitutionis, talis namque declaratio pro incluſione actus aliàs dubij ſub eadẽ conſtitutione deſeruit iuxta Theoricam Felin. relatam *in c. vlt. n.* 3. *de conſt. cap. inter alia ſententia excommunicationis c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi.* Ruin. *conſ.* 161. *n.* 12. *lib.* 1. Card. Mantic. *dec.* 59. cum aliis relatis *in Barchinonen. Canonicatus* 9. *Iunij* 1645. *in* §. *Etenim hæc obſeruantia*, coram Me.

Et licet ad Partis inſtantiam, non autem 10
motu proprio narratiua præceſſerit (quo caſu regulariter gratia reſtricta cenſetur ad vacationem narratam, non autem inde declarationem conſtitutionis inſurgere, ac ſucceſſiuam priuationem Canonicatus) Attamen dũ Pontifex vti Conditor conſtitutionis eandẽ callebat, & poſt expreſſam ſibi veritatem Petro contulit Canonicatum, conſtitutionem prædictam licet aliàs illa dubietatem admitteret declaraſſe cenſetur, vt reſpondit Anch. *conſ.* 292. *n.* 2. *&* 3. pro ratione conſiderans, quod Pontifex iuris notitiam habere præſumatur, nec in iure cenſetur erraſſe, Rota coram Merlino *dec.* 227. *n.* 7.

Hinc verò deſumitur vacationis legitima 11
iuſtificatio fauore Petri, cui ſatis eſſe cenſetur iuſtificare vacationem, eo modo quo expreſſa fuit in literis, vt admittit Sarnen. *in reg. de triennal. q.* 11. *n.* 13. *in fin.* Rot. cor. Seraph. *dec.* 990. *n.* 7. *& dec.* 71. *num.* 12. *part.* 6. *rec. & in Lucana Parochialis de Ripafracta* 26. *Maij* 1634. cor. bon. mem. Coccino, *& in Meſſanen.*

*Archipreſbyteratus* 5.*Maij* 1642. §.*Literas autem*, coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, *& in Gerunden. Prioratus* 27.*Iunij* 1644. coram R.P.D. meo Bichio *in primo* §.

12 Non etiam poterit ab huius priuationis incurſu Hieronymus excuſari ex Inſtrumẽtali poſſeſſione, duntaxat adepta abſque vlla fructuum exactione, ſine qua pœna priuationis irrogari non ſolet, vt in ſimilibus ferè terminis aſſecutionis videlicet ſecundi beneficij incompatibilis, quod decretum de dimittendo non vrgeat, niſi fructuũ exactio cum poſſeſſione concurrat notat Lott. *de re benef. lib.* 2. *q.* 30.*n.* 8.*cum ſeqq.* aliiſque relatis iuribus reſpondit Rot. *in Auallina Canonicatus* 27.*Mart.* § *in propoſito autem*, *&* 12. *Iunij* §. *primo* 1651.
13 cor. R.P.D. meo Cerro. † Cum enim conſtitutio, de qua agitur reſiſtat vſui trãſumpti, & poſſeſſionis aſſecutioni regulari proindè non poteſt eodem iure decreti de dimittendo Beneficium incompatibile, quod retentioni reſiſtit, non autem aſſecutioni ex notatis, *in cap. vt quis de elect. lib.* 6. & reſpondit Rot. coram Mohed. *dec.* 14. *de preb. & dec.* 601.*n.* 5.*p.* 4. *& dec.* 307.*n.* 9.*p.* 8.*rec. & in Feſulana Beneficij* 4. *Iunij* 1653. cor. R.P.D. meo Albergato.

14 Eidem denique Hieronymo ſuffragari non poterit ignorantia conſtitutionis, quæ dum per viam legis emanauit, ſtatim, ac publicata fuit in Curia, ignorantes etiã obſtringit, vt tradit Io. Monach. *in c. generali*, *n.* 6.7.8. *de reg. iur. Sarnen. in proœm. reg. q.* 2.*n.* 23. Nauar. *conſ.* 1.*n.* 19. *de conſtit.* Rot. *dec.* 365.*n.* 13. *&* 14. poſt Cenc. *de Cenſib.*

Et ita vtraque, &c.

---

## R. P. D. VEROSPIO
### Leodien. Canonicatus,

Mercurij 24. Nouembris 1655.

*Ad cap.* 27.*n.* 26.*part.* 1. *& de Penſionib. cap.* 49.

### *ARGVMENTVM.*

Contra contumaces & inobedientes procedi poteſt per cenſuras. Conſeruator non poteſt aliquid attentare in præiudicium mandatorum Rotæ, nec illius ſententia excuſat ab in-
11 obedientia, aut impedit quominus cõcedatur aggrauatoria, obreptionis exceptio non admititur in Curia Romana.

### SVMMARIVM.

1 *Nuntio referenti de actu coram ſe geſto creditur.*

2 *Quæ ſit praxis procedendi ad aggrauatoriam contra inobedientes.*

3 *Conſeruator priuilegiorum vniuerſitatis tenetur obedire mandatis Rotæ Romanæ, nec eius proceſſum impedit aggrauatoriam contra inobedientes.*

4 *Summus Pontifex non cenſetur præiudicare reſeruationi vel affectioni beneficiorum.*

5 *In Curia Romana non admittitur exceptio ſubreptionis propter facilem recurſum ad Papam.*

## DECISIO L.

Contra P. Marcellum declaratoria, contra Capitulum verò interdictum in hoc Sacro Auditorio relaxatum fuerat niſi infrà menſem mandatis Rotalibus, ſeu potius Apoſtolicis paruiſſent, quæ ſanè ſententia Petro dimiſſa copia, Capitulo verò ad valuas Eccleſiæ intimata † probatur, & relatione Nũtij 1
de vtraq; teſtantis, ac fidem proinde merentis in actu à ſe geſto iuxta gl. *in cap. cum parati*, *in verb. ſuus Nuntius de appell.* Rot. coram Puteo *dec.* 5.*n.* 1.*lib.* 3. coram Greg. *dec.* 426.*num.* 9. *& dec.* 219.*n.* 2.*p.* 2.*rec.* cum aliis per Add. *ad dec.* Burat. *dec.* 489.*n.* 3. † nulla verò paritio adhuc 2
exhibita fuerit licet quatuor terminorum ſeruatio ſub interuallo decem dierum inter vnum, & alterum præceſſerit iuxta praxim relatam à Veſtrio, *lib.* 8.*cap. vlt.n.* 19. & in formulario Rot. *n.* 5. *&* 8. & ſucceſſiuè approbatam, *in Cæſarauguſtana diſtributionum ſeu attentatorum* 13. *Nouembr.* 1647. coram R.P.D. meo Cerro, *& in Colonien. Vicariæ* 3. *Decembr.* 1649. §. *cum enim* coram Eminent. D. Cardin. Otthobono, *& in Romana ſeu Albinganenſi bonorum* 15. *Martij* 1654. coram eodem R.P.D. meo Cerro, contra ipſos proinde debet aggrauatoria relaxari, vt auctâ vtrinque contumacia pœnæ grauioris incurſu poſſit exerceri iuxta Text. *in cap. veritatis de dol. & cont.* vbi gl. *in verb. Excommunicationis*, *& in cap. quoniam de officio ordinarij.* Rot. *in Iueenacen. & in Melphiten bonorum* 1. *Iulij* 1648. *in* §. *ideoque petitam*, coram Eminent. Card. Corrado, *& in Colonien. Vicariæ*, 3. *Decemb.* 1649. §. *cum enim* coram Eminent. D. Card. Otthobono, *& in d. Cæſarauguſtana diſtributionum* 13. *Nouembris* 1647. §. 1. coram R. P. D. meo Cerro, *& in Leodien. Præpoſituræ*, 15. *Martij* 1652. *& in Romana ſeu Albingan. bonorum* 18. *Martij* 1654. coram eodem, † quam ſanè contumaciam 3
indubiam præ ſe ferat expreſsè recurſus habiti ad aſſertum conſeruatorem Priuilegiorum vniuerſitatis Louanij, qui inaudito, & deteſtabili penitus exemplo ſententiam Rotalem reuocare præſumpſit, cum tamen eiuſdem ſeu potius Apoſtolicæ Sedis iuſſa in Eccleſiaſticas perſonas decet abſque vlla Tergiuerſatione debuiſſent explere, de quo proinde (ne ſpretu inexcuſabili, gloriari queãt) ſeueriori debent pœna multari, vt inquit Soc. *in c. perpendimus*, *n.* 250. *de ſentent. excomm.* & reſpondit Rot. *dec.* 732.*n.* 4.*p.* 4.*tom.* 2.*rec. & in d. Colonien. Vicariæ* §. *in præſenti verò*, coram Eminentiſſimo Cardinali Ottobono, *& in d. Cæſarauguſtana diſtributionum in vltim.* §. coram R.P.D. meo Cerro. Neque ad excludendam peruicaciam ſeu recurſum ipſis poterit ſuffragari ius conferendi beneficia certis menſibus in ciuitate Leodien. vacatura à ſan. mem. Paulo V. delatum, nec Iuriſdictio ſuper ipſorum cognitione eidem vniuerſitati attributa.



Cum exceptio talis iuſtitiam mandati ac ſententiam Rotalem concernat, quæ pro excludendâ paritione, nec in relaxatione declaratoriæ admittitur, vt expreſſit Rota *in Toletana fructuum* 16. *Nouembris* 1586. coram Panphilio penes Marcheſ. *p.* 2.*fol.* 5.*n.* 4. *in Barchionen. Iuriſdictionis* 5. *Iulij* 1649. *in* §. *tum etiam quia*, coram R. P. D. meo Bichio, *& in Colonien. Vicariæ* 24. *Ianuarij* 1653. coram R. P. D. Meltio, *in* §. *minus refragatur*, nec in decernenda aggrauatoria, vt reſpondit Rota coram bon. mem. Merlin. *dec.* 899.*n.* 4.

4 Præterea indultum excipit expreſsè beneficia vacantia apud ſedem, eiuſdem diſpoſitioni aliter affecta ac reſeruata, nec proinde includit Canonicatum controuerſum, ſuper quo minus Pontifex expediendo Coadiutoriam manus antecedenter appoſuit, & Apoſtolicæ Sedi conſequenter affecit, vt notat Dec. *in cap. vt noſtrum*, §. *n.* 3. *de appellat.* Gonz. *ad Reg. menſ. gloſſ.* 52.*n.* 15. Rot. coram Buratt. *dec.* 36.*n.* 2. & maturè diſcuſſo articulo *in Leodien. Canonicatus* 1. *Iulij* 1652. coram R.P.D. Cerro, necnon etiam iuriſdictionem coërcet in beneficiis Apoſtolicæ Sedi aliter, quam ratione menſis reſeruatis, quorum cognitionem conſeruatoribus vniuerſitatis Louanij interdicit, eamque Iudicibus ab Apoſtolicâ Sede deputatis reſeruat expreſsè, hinc perperam huius tribunalis iuriſdictio impugnatur quoad cognitionem Canonicatus controuerſi, dum maximè proceſſit in cauſa vigore commiſſionis per ſignaturam iuſtitiæ de
5 mandato Sanctiſſimi expeditæ, † quæ nec exceptione ſubreptionis Notarij valet dum ea ob facilem recurſum ad Principem non admittit, ſed reprobatur, vt reſponſum fuit coram Gregorio, *dec.* 435.*n.* 6. coram Coccino *dec.* 64.*n.* 4. *in fine*, *in Ianuen. ſeparationis Thori* 24. *Ianuarij* §. *quia dato etiam* 1646. coram R. P.D. Meltio, *& in Vilerbien. Canonicatus* 26. *Iunij* 1652. §. *quia præter*, coram R. P.D. meo Cerro.

Et ita alterâ, &c.

*Deciſ. Rot. Rom.*

---

## R. P. D. VEROSPIO
### Leodien. Canonicatus,

Lunæ 7. Februarij 1656.

### *ARGVMENTVM.*

Litiſpendentiam non oriri, niſi præuiâ partis citatione comparentem coram Iudice, non oppoſitâ Declaratoriâ illi renunciare cenſeri, & de tranſumpto informiter facto, conſtitutionis ignorantia, quando allegari poſſit.

### SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ iuſtificatæ habent paratam executionem.*

2 *Geſta poſt inhibitionem ſunt attentata.*

3 *Commiſſio non inducit litiſpendentiam niſi poſt partis citationem.*

4 *Qui obtinuit commiſſionem illi cenſetur renunciaſſe, ſi coram Iudice Ordinario compareat illam non allegando.*

5 *Qui coram Iudice comparet pro reuocatione grauaminis non ſibi præiudicat, nec iudicem approbat.*

6 *Ad probandam identitatem ſufficiunt duæ demonſtrationes.*

7 *Præſumptio melioris tituli excluditur ſi titulus inualidus producatur.*

8 *Si teſtes non fuerint ſubſcripti in aliquo inſtrumento, ſed dumtaxat in alio immediatè poſt ſubſcripto, talis ſubſcriptio ad vtrunque refertur.*

9 *Coniecturis ſtantibus pro robore ſcripturæ informis, fides illi adhibenda eſt.*

10 *Qui contra ſcripturam nihil opponit intra terminos ſibi datos videtur illã approbare.*

11 *Notarij atteſtatio fidem non facit.*

12 *Conſtitutio publicata in Curia, & per viam legis edita afficit ignorantes.*

13 *Sibi imputare debet qui conſtitutionem publicatam ſcire neglexit.*

## DECISIO LI.

Executio Apoſtolicis Literis ad Petri fa- 1
uorem aliàs in hoc Sacro Tribunali decreta, iterum hodie exinde confirmata fuit; quod illæ paratam executionem obtineant, dum in omnibus legitimam iuſtificationem aſſumunt: ad Text. *in cap. literis de reſcript.* not. Gloſſ. *in cap. ſi Capitulo in verb. exequatur de conceſſ. præbend. lib.* 6. Rota coram Mohed.

 *deciſ.* 13.

*deciſ.*13.*vt lit.pend.*& coram bon.mem. Coc-
cino 144.*num.* 3.& in aliis relatis *in Leodien.
Canonicatus* 15. *Decembris* 1653. *in fin. princ.*
coram Me.

2 Nec viſa fuit pro Literarum executione
coercenda, ſubſiſtere petita nullitas ex pro-
ceſſu poſt auacatoriam commiſſionem expe-
dito; Ea quippe Principis inhibitionem præ-
ſeferens, actus poſt illam expletos attentato-
rum vitio reddit obnoxios,vt reſponſum fuit
*in Anglonen. Territorij* 13. *Iunij* 1650.*in* §. *eod.
vitio verſ.verùm*, coram R.P. D. meo Meltio.
3 † Siquidem commiſſio præuia Partis citatio-
ne nullatenus in actis Rotæ præſentata di-
dignoſcitur,nec proinde valuit litis-penden-
tiam operari,vt aduertit Aret. *conſ.*33.*num.*3.
*verſ.ad tertiam igitur*, Rota *in Vrbeuetana At-
tentatorum* 16. *Februar.*1629.coram D.Card.
Virile, penes Poſt.*de mmanuten. dec.*289.*n.*7.
*&* 8.*& in Romana Legati* 4.*Iulij* 1642.coram
R.P.D.meo Cerro,*& in Rhegin.attentatorum*
12.*Decembr.*1653.*in* §.2.*quod verſ vlteriùs ha-
4 bet locum.* † Quinimò impetrantem renun-
ciaſſe commiſſioni ſuadet eiuſdem coram Iu-
dice de partibus habita comparitio,abſque eo
quod fori declinatoriam obiecerit, vt not.
DD. *in c.gratum de off. deleg. in c.cum veniſſent
de teſtib. cap. cum teneamur de appellat.* & not.
*ibi* Franc.*num.*4. Lancellot. *de attent.lit.pend.
part.*2.*cap.*12.*num.*15.*cum ſeqq.* in præf. Rota
coram Verall.*dec.*29.*n.*1.*p.*1.coram Achill.de
Graſſ. *dec.*19.*n.*1. *de appellat.* cum aliis relatis
iuribus *in Barchinonen. Iuriſdictionis* 5. *Iulij*
1649.*in vlt.* §. coram R. P. D. meo Bichio,
5 † quicquid dicendum foret, quoties appel-
lans pro reuocatione grauaminis illati ex de-
creto redierit ad primum Iudicem: vt pluri-
bus relatis diſtinxit Rota *in Nullius,ſeu Subla-
cen. Attentatorum* , *prima Iunij* 1647. *in* §. *eo
magis*,coram R.P.D.meo Bichio.

Non etiam poterit virtute tranſumpti ap-
prehenſa poſſeſſio præſumi per Morſium
iuxta formam Conſtitutionis Innocentianæ,
ex eo quod alterius identitas tranſumpti ab
ipſa Conſtitutione infecti nullatenus com-
probetur; Dum enim Morſius pro Canoni-
catus poſſeſſione aſſequenda, tranſumptum
Capitulo exhibuit à Criſtophoro, tanquam
Rotæ Notario conſcriptum,& conſequenter
à Conſtitutione infectum, quippe quæ ſub-
ſcriptionem officialis vnà cum ſtemmate Re-
uerendiſſ. Datarij exquirat, eidemque Capi-
tulo poſſeſſionem ipſam deneganti ſubiun-
xit, quod pluribus aliis ſimilis vigore tran-
ſumpti non fuerit denegata, eadem proinde
die,nec vllâ interpoſitâ morâ poſſeſſio ſubſe-
quta huiuſmodi debet tranſumpto adſcribi,
de quo antecedenter fuit habita mentio, vt
in ſimilibus terminis reſpondit Rot.*in Bonan.
Statutorum* 24.*Ianuarij* 1656.*in* §. *neque vitio
poſt med.* coram M.

Cuius præterea identitas tranſumpti ex
eiuſdem Morſij confeſſione deſumitur edita,
tum in antecedenti inſtantia per acta Capi-
tulo,quod tranſumptum ſcilicet, ex cuius vir-
tute,ſe ad Canonicatus poſſeſſionem petebat
admitti per Criſtoforum tanquam Rotæ No-
tarium exaratum fuerat ex Apoſtolicis Lite-
ris 6.Idus Iulij 1651.expeditis; Tum in altera
quoque inſtantia illud de menſe Septembris
eiuſdem anni præſeferente conſcriptum, &
conſequenter per quinque menſes antequam
Conſtitutio edita foret. † Cum ad hunc iden- 6
titatis effectum duæ demonſtrationes dum-
taxat ſuffragentur iuxta Text.*in l. demonſtra-
tio falſa*,vbi Bart.*n.*14.*ff.de condit.& demonſtr.*
Alex.*conſ.*73.*n.*9.*lib.*3. Soc. *conſ.*89.*n.*1.*lib.*1.
Rota coram Greg.*dec.*575.*n.*4.

Hinc non vrget quod Morſius præter pro-
uiſionis tranſumptum in forma dignum ex-
peditæ,alteram prouiſionē in forma gratioſa
obtineret,cum qua fortè potuerit apprehēdi
poſſeſſio; Quoniam ex exhibitione tranſum-
pti contra normam Conſtitutionis à Criſto-
foro ſubſcripti eiuſdem vſus in ſubſecuta ſta-
tim poſſeſſione depromitur ex ſupra dedu-
ctis, † necnon melioris tituli præſumptio eli- 7
cita ex prouiſione in forma gratioſa haud
oſtenſa Capitulo,prorſus excluditur, vt not.
Aym.*conſ.*134.*n.*44.*verſ. pro hoc.* Lotter. *de re
benefic. lib.*3. *q.*21. *n.*38. Rota coram Duran.
*dec.*265.*n.*148.*& dec.*731.*n.*19.*p.*1.*diuerſ.& in
Nouarien. bonorum* 1.*Iulij* 1644.*in* §. *neque hu-
iuſmodi verſ. quia cum Caliſtus*, coram R. D.
meo Decan. *& in Tudertina Parochialis* 5.*De-
cemb.*1646.*in* §.*quia dum ipſe*, coram R. P. D.
Cerro,*& not.Add.ad dec.Greg.*553.*n.*19.

Neque poterit huiuſmodi vigore tranſum-
pti apprehenſa poſſeſſio denegari,quod rogi-
tu teſtium deſtituta noſcatur. Dum enim te-
ſtium hic rogitus in actu poſſeſſionis Capitu-
lo petitę à Morſio legitur adhibitus,is quoque
interfuiſſe cenſetur in actu poſſeſſionis ſta-
tim,ac illa fuerat per Capitulum denegata, ac
nullâ interpoſitâ morâ eodem met mediante
Notario, ac Inſtrumento apprehenſæ, † Hi 8
quippe teſtes vtriq; actui pro vnico reputato
inſeruiunt,dum actus vterque connexus exi-
ſtit, ac continuatiuè fuit expeditus, vt in his
ferè terminis reſponſum fuit *in Romana, ſeu
Albanen.diuiſionis* 1. *Febr.*1649. *in* §. *nec obſtat
cum tribus ſeqq.*coram R P.D.meo Cerro.

Et licèt tranſumptum relatum in proceſſu
alterius exemplum copiæ exiſtat, cui regula-
riter fides adhiberi non debet, vt not. DD.
*in auth. ſi quis in aliquo*, ibique inter cæte-
ros Dec. *num.* 8. *Cod. de edend.* non valet ta-
men in propoſito caſu impugnari quo ab
altera copia authentica, & penès Notarium
in actis à Morſio relicta prodiiſſe dignoſci-
tur, cum vires aſſumat, ac robur ex inſtan-
tia Morſij eiuſque replicatione factâ reſpon-
ſioni Capituli,quod aliis huiuſmodi tranſum-
9 ptis fuerit obtēperatum. † Coniecturæ enim
pro robore ſcripturæ informis ſolent regula-
riter admitti, vt reſpondit Rota coram Put.
*dec.*359.*n.*1.*lib.*1.coram Verallo *dec.*234.*n.*2.
*p.*1.*& in dec.*198.*n.*2.*& dec.*389.*n.*3.*part.*1.*&
10 dec.*418.*n.*5.*p.*2.*rec.*† Quinimò licèt ſcriptura
eſſet informis, dum contra eam Morſius in
termino productionis, nec aliàs intrà termi-
nos ſucceſſiuè ab exequutore præfixos nihil
obiecit, plenè concludit iuxta Text. *in auth.
ſi quis in aliquo*, vbi Soc. *num. vlt.* Dec. *n.*27.
*C.de eden.*Rota coram Put.*dec.*119.*lib.*2.*& in
deciſ.*664.*num.*2.*&* 3.*part.*3.*recent.* & penes
11 Poſth. *de manuten. dec.*113.*n.*12. † & in aliis
relatis *in Romana fideicommiſſi* 21. *Iunij* 1952.
*in vlt.*§. coram Me, *verſ.obſtante fide Notarij*,
de ipſius deficientia in actis atteſtantis, cum
hæc tanquam ſimplex fides pendente lite,&
abſque citatione Partis, & Compulſorialibus
edita, pro huius probatione negatiuæ ineffi-
cax reputetur, vt reſpondit Rota *in Lucana
partitarum* 28.*Iunij* 1606.*impreſſ.*penes Poſth.
*de manutent.deciſ.*102.*n.*1.*& dec.*158.*n.*15.*p.*1.
*& dec.*483.*n.*5.*part.*2.*recent.*

12 Allegata denique ignorantia Conſtitutio-
nis per Morſium nullatenus viſa fuit vrgere.
Præterquam enim hæc per viam legis edita,
ac publicata in Curia, ignorantes pariter
aſtringit,vt not. Io. Monac. *in cap. in generali
num.*6.*cum ſeqq.de reg.iur.* Sarnen.*in præm.reg.
quæſt.*2.*n.*23. Nauar. *conſ.*1.*num.*19.*de Conſtit.*
Rota penes Cenc. *de Cenc. deciſ.*365.*num.*13.
*&* 14. Allegata Conſtitutionis ignorantia in
propoſito caſu excluditur ex reſponſione
Capituli tradere recuſantis poſſeſſionem vi-
gore tranſumpti,Conſtitutionis formæ repu-
gnantis,necnon ex replicatione Morſij,quod
prouiſio ipſius ſub prædicta Conſtitutione
nullatenus includebatur. Hinc enim ſcientia
Conſtitutionis in genere arguitur in Morſio,
qui omnium eius qualitatum propterea con-
13 ſcius fuiſſe præſumitur, † cum ſibimet ipſi
debeat imputari ſi eas inquirere neglexit, vt
in proximis terminis aduertit Ripa *in l. qui
Romæ* §. *duo fratres num.*52. *ff. de verb. obligat.
quem ſequitur* Surd.*dec.*265.*num.*44.*cum ſeqq.*
Cephal.*conſ.*218. *num.*14. *cum ſeqq.* cum aliis
latè deductis per Gratian.*diſcept.foren.c.*194.
*num.*23.

Et ita vtraque,&c.





# R. P. D. CERRO
## Leodien. Canonicatus S.Martini,

Lunæ 15. Ianuarij 1652.

*Ad part.*2.*cap.*4.§.1.*& de Penſionib.cap.*80.

## *ARGVMENTVM.*

QVod Literæ Apoſtolicæ ſint exe-
cutioni demandandæ, non ob-
ſtantibus quibuſdam exceptionibus
oppoſitis, quando prima commiſſio
facta fuit cum Clauſula, *ſine præiudicio
executionis Literarum Apoſtolicarum*, quæ
Clauſula in ſequentibus commiſſioni-
bus repetita cenſetur.

## SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, ſine præiudicio executionis Li-
terarum Apoſtolicarum, *appoſita in pri-
ma commiſſione cenſetur in ſequentibus
commiſſionibus repetita.*
2 *Non poteſt retardari executio contra formam
reſcripti illam concedentis.*
3 *Conſuetudinem allegans debet probare illam
eſſe legitimè præſcriptam.*
4 *Et debet probari in ſpecie caſus propoſiti.*
5 *Qui fructus percipit,penſionem ſuper beneficio
impoſitam ſoluere tenetur.*
6 *Capitulum propter abſentiam percipiens fru-
ctus tenetur ad penſionis ſuper eo impoſitæ
ſolutionem.*
7 *Impedimentum non poteſt prodeſſe ei, qui illud
procurauit.*

## DECISIO LII.

CApitulum Collegiatæ S. Martini Leo-
dien. Diœceſis ad impediendam vlte-
riorem executionem Literarum Apoſtolica-
rum, quas Lambertus, Theodoricus obti-
nuerat de Canonicatu, & Præbenda, de
quibus agitur, vti vacantibus per reſignatio-
nem factam à Iacobo Dauuia in manibus
ſanctiſſimi, reſeruatâ penſione ſcutorum ſe-
xaginta auri ſolis, tres exceptiones in præ-
ſenti diſputatione præcipuè opponebat;
quod Lambertus recuſauerit præſtare iura-
mentum de obſeruandis ſtatutis, & conſue-
tudinibus huius Eccleſiæ, vt præſtare te-
nebatur iuxta formam earundem Litera-
rum ad eius fauorem emanatarum, quod
renuerit præſtare cautionem de releuando

indemnem fabricam dictæ Eccleſiæ, ipſúmque Capitulum, & Canonicos à ſolutione dictæ penſionis iuxta prætenſam conſuetudinem, vt aſſerebatur, perpetuò obſeruatam; & demum, quod per annum continuum ſuam primam reſidentiam peragere neglexerit in domo Clauſtrali eiuſdem Eccleſiæ, provt mandat ſtatutum Capitulare, quare propoſito à me dubio, an vlteriori executioni Literarum Apoſtolicarum obſtent prædictæ exceptiones, Domini negatiuè reſponderunt; quia cum executor in iiſdem Literis deputatus, reiectis huiuſmodi exceptionibus, eas vti in omnibus iuſtificatas
1 exequendas eſſe pronunciauerit, † & ſignatura iuſtitiæ cauſam appellationis alteri commiſerit cum Clauſula, *ſine præiudicio executionis Literarum Apoſtolicarum*, quæ in ſubſequenti commiſſione Rotali repetita cenſetur Cardin. Caualer. *deciſ.* 11. *num.* 4. & aliis relatis, Rota *in Pacen. Canonicatus* 18. *Martij* 1611. coram Penia, apud Marcheſan. *de commiſſ. parte* 2. *fol.* 427. *num.* 2. *&* 3. & per Mareſcot. *variar. reſolut. cap.* 137.
2 *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. † non poteſt vtique contra reſcripti formam vlterior illorum executio impediri vſque ad completam illius conſummationem per ea quæ dixit Rota coram Cardin. Seraph. *deciſ.* 1484. *numer.* 2. *&* 3. coram Pen. *deciſ.* 80. *num.* 8. coram bonæ mem. Coccin. *deciſ.* 144. *num.* 7. ac conferunt adducta *in Romana Palatij* 4. *Maij* 1648. coram Me, §. *penultimo.*

Eoque magis cum huiuſmodi exceptiones viſæ fuerint irreleuantes. Prima ſiquidem de omiſſo iuramento obſeruandi ſtatuta, & conſuetudines, remouetur ex facto; quia iuſtificatum fuit ex propria confeſſione ipſiuſmet Capituli, & Canonicorum, illud à Lamberto actualiter præſtitum fuiſſe, vt in eius Summ. reſponſionis, num. 3. quod verò ipſe omiſerit iurare, præbendam non eſſe grauatam aliqua penſione, tollitur ob diſpenſationem Apoſtolicam deſuper impetratam.

Secunda ob non præſtitam cautionem releuandi indemnem, expoſcit altiorem inda-
3 ginem, † tum quia allegata conſuetudo non iuſtificatur legitimè præſcripta iuxta diſpoſitionem, *cap. final. vbi gloſſ. verb. legitimè de*
4 *conſuetud.* † neque probatur in ſpecie caſus, de quo agitur, ſcilicet contra prouiſos, & penſionarios Apoſtolica authoritate ſuffultos, vt neceſſarium eſſet per text. *in cap. final. eod. tit. in* 6. tum etiam quia non ſatis liquet, an, probata, releuaret, vel quia in præfatis Literis Apoſtolicis ſubſtantialiter abrogata fuerit, vel quia, vt prætenditur, repugnat
5 iuris communis diſpoſitioni, † quâ attentâ illi tenentur penſionem ſoluere qui fructus percipiunt, Dec. *conſ.* 155. *num.* 1. Gig. *de penſionib. quæſt.* 39. *num.* 6. *&* 7. inter *tractat. magn. tom.* 15. *parte* 1. *fol. mihi* 344. optimè Gonzal. *ſuper regular.* 8. *gloſſ.* 5. §. *num.* 44.
† vbi, quod quando Capitulum propter ab- 6
ſentiam, obitum, vel aliam cauſam recipit fructus, aut diſtributiones, ſuper quibus Apoſtolica authoritate penſio impoſita fuerat, illam ſoluere tenetur, idemque firmant Garſ. *de benef. parte* 1. *cap.* 5. *num.* 215. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 39. *num.* 31. *& ſequentib.* Barboſ. *in praxi exigend. penſionib. lib.* 1. *vot.* 5. *num.* 31. reddens rationem, quia ſcilicet, penſio eſt onus fructuum, & ipſis fructibus inhæret, Rota coram Creſcent. *deciſ.* 3. *num.* 2. *cum ſeqq. de ſolut.* in Romana penſionis 4. *Iunij* 1593. coram Litta, relata per Garſ. *vbi ſupradicto cap.* 5. *num.* 214. coram Cardin. Mantic. *deciſ.* 339. *num.* 3. coram Cardin. Mellin. *deciſ.* 448. *ſub num.* 2. *cum ſeqq. repetit. in recent. deciſ.* 133. *part.* 2. *& deciſ.* 407. *n.* 2. pariter *cum ſeqq. p.* 3.

Tertia denique ob non electam reſidentiam in domo Canonicali, eliditur pariter ex actu electionis domus ſitæ intra Clauſtrum dictæ Eccleſiæ factæ per Lambertum, & Capitulo notificatæ Summar. illius num. 2. quæ quidem electio eò magis illi ſuffragari debet, quia cum Capitulum recuſauerit ipſum ad primam reſidentiam admittere, & ſic domum Canonicalem aſſignare, in illa
vtique eligi non poterat, † ideoque impedi- 7
mentum à Capitulo præſtitum ipſi nocere non debet, *l. ſi cum ipſe*, vbi Barth. *ff. de excuſat. tutor. & curat.* Rota coram ſanct. mem. Gregor. *deciſ.* 341. *numer.* 2. coram Pen. *deciſ.* 323. *num.* 4. coram Buratt. *deciſ.* 896. *n.* 3. *& in Maleuitana Antianitatis*, 1. *Iulij* 1643. coram R. P. D. meo Veroſpio, §. *cum ſequentibus.*

Tandem ſufficit, quod his omnibus reie- 8
ctis fuerit decreta executio Literarum, ac per ſignaturam ſpecialiter præſeruata, vt in hoc iudicio retardari non poſſit, vt fuit dictum in Eugubina penſionis coram Patriarcha Mazanedo, *poſt Modern. peruſ. de manut. deciſ.* 309. *num.* 3. *ſeqq.* Mareſcot. *var. reſolut. cap.* 86. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 1.

Et ita vtraque, &c.





## R. P. D. MELTIO

### Leodien. Decimarum,

Veneris 26. Iunij 1651.

*Ad cap.* 172. *vol.* 2.

### *ARGVMENTVM.*

CApitulum quod habet curam animarum, ſi probauerit locationes per multos annos, & à tempore antiquiſſimo quæ præſumuntur effectuatæ ob temporis diuturnitatem manutenendum eſt in perceptione decimarum, tam maiorum quàm minutarum, & contraria conſuetudo redditur dubia ex locationibus ſic continuatis, maximè ſi non probetur petitionis denegatio, nec ſententiæ deſuper latæ præiudicant Parocho, ſi aduerſus eas intentetur reſtitutio in integrum, ex capite iniuſtitiæ.

### SVMMARIVM.

1 *Locationes continuatæ per longiſſimum tempus probant poſſeſſionem, & præſumuntur effectuatæ.*

2 *Parochus habet pro ſe iuris aſſiſtentiam pro omnium decimarum etiam minutarum integra perceptione.*

3 *Conſuetudo immemorialis eneruatur per locationes contrarias, per longiſſimum tempus continuatas.*

4 *Qui prætendit præſcriptionem conſuètudinis negatiuæ, debet probare petitionem cum denegatione.*

5 *Exceptio concernens titulum requirens altiorem indaginem non eſt admittenda in iudicio ſummariſſimo.*

6 *Manutentio conceditur etiam in gradu reſtitutionis in integrum.*

7 *Quando ſententia trahit ſecum executionem non datur manutentio pendente reſtitutione in integrum, quando agitur de executione facta ab homine, ſecus ſi agatur de executione facta à lege.*

### DECISIO LIII.

1 CApitulo Sancti Materni tantum informante, reſolutum fuit pro manutentione ad eius fauorem in quaſi poſſeſſione percipiendi integram decimam, tam groſſam quàm minutam, quia de eius poſſeſſione ſatis conſtat ex pluribus locationibus de huiuſmodi decimis factis & continuatis ab anno 1527. vſque ad annum 1613. quarum aliquæ ſpecificant Decimas minutas Napus, Lanarum & aliarum rerum ad decimam minutam ſpectantium; & cum hæ locationes ſint numero plures & antiquiſſimæ, præſumuntur etiam effectuatæ. Menoch. *de retinend. Remed.* 3. *n.* 573. Rota *deciſ.* 186. *num.* 19. *& deciſ.* 213. *n.* 24. *part.* 6. *recent.* probantque poſſeſſionem ad tradita per Caroc. *de locat. part.* 6. *tit. de probat. quæſt.* 11. *ſub num.* 13. *cum ſequentib.* Rota *in Mediolanen. Decimarum de variſio* 9. *Iunij* 1610. & in *Roſſanen. Decimarum* 2. *Martij* 1624. coram bonæ memoriæ Piroua-
no *Addent. ad Buratt. deciſ.* 263. *n.* 10. † Acce- 2
dente maximè pro maiori huius poſſeſſionis comprobatione aſſiſtentia iuris quam dictum capitulum (penes quod curam animarum exiſtere non controuertitur) habet pro integra perceptione omnium decimarum minutarum iuxta Textum *in cap. cum contingat.* & *ibi* gloſſ. *in verbo de iure communi & cap. cum in tua* 30. *in fine de Decimis* Rota *deciſ.* 22. *n.* 1. *p.* 7. *in recent. & Hiſpalen. Decimarum* 27. *Ianuarij* 1642. coram Reuerend. Salamantino, *& in Carpentoracten. Decimarum prima Iulij* 1647. coram R. P. D. meo Bichio.

Neque releuans viſa fuit obiecta conſue- 3
tudo immemorialis non ſoluendi ex decimis minutis alias ſpecies quam lanæ, ouium, veruecum, & ſolidorum 13. pro quolibet agno monetæ Leodiencis, Tum quia huiuſmodi conſuetudo excluditur vel ſaltem dubia redditur ex dictis locationibus loquentibus expreſſim de decimis minutis lanæ napus, &
aliarum rerum ſub decimis minutis † com- 4
prehenſarum nec non ex eo quod non docetur de petitione harum decimarum facta per Canonicos & illarum denegatione per homines villarij, cum ſucceſſiua Canonicorum acquieſcentia provt in præſcriptione conſuetudinis negatiuæ requiritur aliiſque rationibus late deductis in alia deciſione coram me emanata ſuper negotio Principali ſub *die* 27. *Ianuarij præteriti* §. *non &* §. *addendum eſt*
*etiam.* † Tum quia hæc exceptio reſpiciens 5
titulum & requirens altiorem indaginem non venit admittenda in hoc ſummariſſimo iudicio manutentionis Rota *deciſ.* 583. *num.* 2. *part.* 1. *& deciſ.* 755. *num.* 3. *recent. & deciſ.* 138. *n.* 5. *deciſ.* 233. *num.* 9. poſt Modern. *de manut. & fuit* reſolutum in *Spoletana beneficiorum* 7. *Februarij* 1648. coram R. P. D. meo Royas *in principio & in Romana officij* 18. *Iunij* 1649. coram R. P. D. meo Otthobono §. *fin. nec non in Toletana Archidiaconatus de Talauera* 4.

*Aprilis* 1650. coram R. P. D. meo Albergato *in principio*.

6 Minus impedire valet manutentionem prætextus rei iudicatæ prouenientis ex tribus ſententiis in partibus latis in quibus homines loci villarij abſoluuntur à præſtatione huiuſmodi decimarum minutarum exceptis ſpeciebus ſuprà narratis, videlicet lanç, ouiũ & veruccum & ſolidorum 13. pro quolibet agno. Nam cum iam deciſum fuerit conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum attentâ dictarum ſententiarum inualiditate & iniuſtitiâ, atque ex prædictis poſſeſſio canonicorum optimè probata remaneat, vtique illis danda eſt manutentio, quia illa etiam in gradu reſtitutionis in integrum conceditur ad tradita per Mareſc.*var.reſol.lib.*2.*cap.*64.*n.*10. Cæſar.de Graſſ. *deciſ.* 4. *in fine de cauſ.poſſeſſ. & propr.*Rota *deciſ.*38.*p.*1.*diuerſ.& deciſ.*111. *num.*8.*part.*1.*recent.*& coram bonæ memoriæ Greg.XV.*deciſ.*458. *num.*8. *& ibi Add.* Nihil refragatur quod dictæ ſententiæ, vt potè abſolutoriæ, trahant ſecum executionem & executione factâ non concedatur manutentio etiam pendente cauſâ reſtitutionis in in-
7 tegrum † Quia concluſio locum ſibi vindicat in executione facta ab homine non autem in ea quæ venit ex diſpoſitione iuris & quam ſecum trahit abſolutoria, provt firmauit Rota coram Buratto *deciſ.*604.*num.*15.*&* 16.& fuit firmatum *in Montis viridis beneficij* 18. *Maij* 1646.coram R.P.D.meo Bichio & in *Sipontina penſionis* 8. *Aprilis* 1647. coram R. P. D. meo Peutingero.

Et ita, &c.

---

## R. P. D. ALBERGATO
### Maioricen. Beneficij,

Lunæ 4. Aprilis 1650.

*Ad part.*2.*cap.*3.§.6.

### *ARGVMENTVM.*

QVomodo probari poſſit modus Vacationis, qualitas præsbiteratus, Pertinentia iuriſpatronatus, valor beneficij, & proximitas ſeu deſcendentia per gradus diſtinctos.

### SVMMARIVM.

1 *Bonum ius impetrantis reſultat ex eo quod omnia narrata in ſuo reſcripto probauit.*

2 *Vacationis modus probatur ex eo quod aduerſarius impetrantis petiit beneficium ſibi conferri tanquam vacans ex eodem genere probationis.*

3 *Præsbiteratus beneficium requiſitus probatur ex publicâ voce, & fama.*

4 *Item ex enunciatiua propr[illegible] Epiſcopi.*

5 *Iuſpatronatus probatur ex p[illegible]ribus præſentationibus effectum ſortitis.*

6 *Item ex ſententia Canonizatoria i[illegible], lata per Epiſcopum.*

7 *Beneficij valor probatur ex confeſſione partis.*

8 *Proximitas, & deſcendentia quomodo probentur.*

9 *Deſcendentiam ſufficit probare prouenientem ab eo qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

10 *Deſcendentia probari debet per gradus diſtinctos.*

13 *Si quis prætendat adeſſe alios proximiores, tenetur illud probare.*

## DECISIO LIV.

DOmini cenſuerunt eſſe locum arbitrio ad effectum reſeruandi vlteriorem purgationem attentatorum in fine litis, quia cõſtat de bono iure Petri ſerræ & de appoſitione ſequeſtri iuxta reſcriptum ſignaturæ.

Bonum ius autem reſultat ex literis proui- 1
ſionis Apoſtolicæ per dictum Serram obtẽtis, cum omnia in eis narrata plenè iuſtificata remaneant cap. *ſi capitulo* vbi gloſ. & DD.*de conceſſ.præb.*in 6.Rota in Nazarena ſeu Montis viridis beneficij 15. decembris 1645. coram R. P. D. meo Veroſpio & in Compoſtellana Parochialis 21. Februarij proximè præteriti, coram Reuerendiſſimo D.meo Decano.

Vacatio ſiquidem beneficij per obitum 2
Michaëlis Benaſſer de menſe Iulij 1638.controuerti non poteſt cum & Bartholomæus Ferrer Aduerſarius ex eadem veniat vacatione.Rota *deciſ.*544.*n.*4.*part.*4.*deciſ.*302.*n.*2. *part.*7.*recent.*In Mutinem Beneficij 27.Martij 1648. §. *vacatio* coram R. P. D. meo Arguelles & in Hidruntina Canonicatus 25. Iunij 1649. §. *vacatio* coram R. P. D. meo Otthobono.

Præsbiteratus autem (quem neceſſarium 3
in præſentato huic beneficio informantes hautumant) eſt notorius & probatur ex publica voce & fama Garz.*de benef.part.*7.*cap.*1. *n.*140.Rota corã ſanctæ memoriæ Greg.XV. *deciſ.*166.*n.*6.*cum* aliis in Placen. Beneficij 7. Febr. proximè elapſi coram R. P. D. meo Corrado ex pluribus in quibus prefatus Serra fuit Præsbiter nuncupatus in præſentatione vltima per hebdomadarios Eccleſiæ Maioricen.



cen. de eo facta, In literis Apoſtolicis deſuper
4 expeditis, † In ſententia quam proprius Epiſcopus in hac cauſa tulit & in cedula appellationis quam ab ea Bartholomeus interpoſuit ex quibus reſultat efficax eiuſdem præsbiteratus probatio.Rota in Pampilonen. Beneficij de Eparza 15. *Decembris* 1649. coram R.P.D.meo Arguelles.

5 Iuſpatronatus & ad illud iuſpræſentandi dictorum hebdomadariorum Eccleſiæ Maioricen. iuſtificatur ex lectura fundationis de qua in teſtamento Petri Guillelmi de Mora, iunctâ partim obſeruantiâ & pluribus præſentationibus effectum ſortitis cap. *cum Eccleſia ſutrina* vbi gloſ. *de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Modern. Piſan. *de iurepatr. lib.*11.*cap.*5.*n.*26. Rota *deciſ.*452.*n.*1. coram Sanctæ memoriæ Greg. XV.*in Pampilonen. Iuriſpatronatus* 16. *Februarij* 1588.*in Ciuitatis Caſtellis Iuriſpatronatus* 28. *Maij* 1594. coram recolendæ memoriæ Cardinali Hieronymo Pamphilio, *& in Sulmonen. Beneficij* 10.*Martij* 1649.§. *quod autem* coram R.P.D. meo Arguelles, concurrente quoque communi reputatione & famâ Caſſador. *deciſ.*2.*num.*4. *& ſequent. de probat.* Achill.*deciſ.*6.*de iurepatr.*Rota *deciſ.*482. *n.*3. *part.*4. *tom.*2. *& deciſ.*290. *n.*4. *part.*5. *recent.*
6 † Nec non ſententia Ordinarij Maioricen. quâ illud fuit canonizatum.Gabriël *conſ.* 198. *n.*4.*vol.*2.Rota coram Cardinali Seraph.*deciſ.* 1141.*& in Florentina Canonicatus* 11. *decembris* 1615. coram bonæ memoriæ Buratto penes Modern. Piſan. de Iurepatr. *deciſ.*41.*n.*12.

7 Valor etiam ducatorum 24. expreſſus in literis per non exceſſum probatur ex aſſignatione dotis librarum 16. regalium Maioricen. & ſolidorum 5. cum libræ non excedant ſcutum vnum monetæ vt patet ex calculo & ex confeſſione partis cuius melior haberi non poteſt probatio *l. cum precum C. de liberali cauſa* Rota coram Buratto *deciſ.* 931. *n.*1. *& deciſ.*595.*n.*2.*p.*3.*recent.*

8 Narrata verò proximitas Petri Guilielmi fũdatoris (quæ ſola ex aduerſo acerrimè impugnabatur) viſa fuit Dominis iuſtificari, ſumptâ deſcendentiâ à Petro Benaſſer qui per ſentẽtiam ordinarij latam de anno 1582. fuit tanquam proximior ipſius fundatoris ad hoc beneficium inſtitutus atque ita conſtitu-
9 tus in quaſi poſſeſſione proximitatis; † ſufficit enim probare deſcendentiam ab eo qui in huiuſmodi quaſi poſſeſſione reperitur, cum exinde reſultet præſumptio vlterioris deſcẽdentiæ à fundatore Modern. Piſan. *de iurepatr.dicto lib.*11.*cap.*5.*n.*101.& penes cũ Rota *deciſ.*95.*deciſ.*74. *vtrobique n.*1. coram Cardinali Seraph.*deciſ.*1384. *in fine* coram Sanctæ memoriæ Greg.XV. *dec.*249.*n.*1.& ibi Add. *n.*16.*deciſ.*452.*num.*17.*in Caurien.* Iuriſpatronatus 13. *Martij* 1645. coram R. P. D. meo Royas *& in Mediolanen.Beneficij* 31. *Ianuarij* 1646.*in fine* coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano.

Cum itaque teſtes relati in Summar. eiuſdem Serræ n.8.deponant quod ipſe ſit natus ex Magdalena & hæc ex Michaële fratre germano prædicti Petri Benaſſer optimamque reddant ſciẽtiæ cauſam quia ſcilicet prænominatos omnes cognouerunt † vtique deſ- 10
cendentiam probant per gradus diſtinctos quemadmodum requiritur quando provt in præſenti caſu eſt vocata deſcendentia in genere, ſed cum prærogatiua proximitatis *cap. licet ex quadam*, ibi & ab vtroque latere ſingulos gradus clarâ computatione diſtinguant de teſtib.Garz.*de benef.p.*7.*cap.*15.*n.*29.*&* 31. Rota coram Cardinali Mantica *deciſ.*88.*n.*2. coram Reuerendiſſ. Vrgellen. *deciſ.*8. *n.*4. *& deciſ.*284.*n.*1.*& ſequent.p.*1.*recent.*ita vt fundata ſit intentio præfati Serræ ſe proximiorẽ aſſerentis abſque eo quod teneatur probare non adeſſe alios proximiores † cum huiuſmo- 11
di probatio non ab ipſis agentibus ſed ab excipientibus exigatur DD. *in l.is poteſt ff.de acquir.hæred.*Molin.*de primogen.lib.*3.*cap.*9.*num.* 21.*& ſequent.*Gratian.*diſcept.*869.*n.*12. Rota coram Cardinali Seraph.*deciſ.*1219.*n.*1.*& deciſ.*693.*n.*2.*p.*2.*deciſ.*134.*n.*2.*p.*5.*recent.*

Non obſtat quod idem Petrus Serra in poſitionibus recenſitis Summario Bartholomei n. 6. faſſus fuerit deſcendentiam eſſe ſumendam per Cippum Petri Benaſſer de ſanctiani.

Quoniam pro reſponſione aduerterunt DD. quod non intellexit de illo Petro; cuius abnepotẽ Bartholomeus ſe probat, ſed de eo ſcilicet qui per ſententiam anni 1582. fuerat vt ſupra ad beneficium inſtitutus; quod patet quia ibi etiam dictam ſententiam narrauit, & admodum inueriſimile eſt quod dum ad probandam ſuam deſcendentiam à fundatore totus erat in deducendis probationibus proximitatis, cum præfato Petro fateri voluerit quod deſcendentia eſſet ſumenda ab altero Petro ſeniori vt ad propoſitum ponderauit Rota *in Hiſpalen. decimarum die Aylmonte* 4. *Iulij* 1644.coram R. P. D. meo Bichio, & ſufficit confeſſionem non eſſe omnino claram ne in præiudicium confitentis valeat interpretari *l. ſi quis intentione ff. de iudic.*Rota coram Buratto *deciſ.*183.*n.*19. *& deciſ.*366.*n.*5. *deciſ.*443.*n.*8.*part.*1.*recent.*

Et ex his cum etiam ſit appoſitum ſequeſtrum fuit reſolutum intrare arbitrium vtraque parte informante, &c.

R.P.D.

# R. P. D. ALBERGATO
## Maioricen. Beneficij,

Veneris 27. Iunij 1653.

*Ad part. 2. cap. 3. §. 6.*

### *ARGVMENTVM.*

DEſcendentia & valor beneficij quomodo probari debeat ad hoc vt releuet Impetrantem.

### SVMMARIVM.

1 *Falſa expreſſio valoris beneficij impedit executionem literarum.*

2 *Deſcendentiam ſufficit probare ab eo patrono qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi ſicuti & proximitatem.*

3 *Deſcendentia à fundatore probanda eſt per gradus diſtinctos.*

4 *Teſtes ad probandum valorem beneficij inducti, quando fidem non faciant.*

### DECISIO LV.

LIteras Apoſtolicas Petri Serræ, quas ad
effectum reijciendi purgationem atten-
tatorum in fine litis eſſe iuſtificatas bis Rota
cenſuit, nempe ſub die 4. Aprilis 1650. & 4.
Decembris 1651. ex duplici potiſſimum fun-
damento, non eſſe exequendas hodie conten-
debat Bartholomeus Ferrer, quia videlicet
proximioritas Petro Guillelmo erectori ex
lege fundationis requiſita & Summo Pontifi-
ci expoſita non verificetur in Aduerſario &
valor in ducatis 24. narratus non ſit iuſtifi-
catus, cum longè hanc quantitatem excedere
deponant teſtes, aliaque probent documenta
1 per ipſum Bartholomeum exhibita, † ex cu-
ius valoris defectu executionem literis aliàs
denegauit, Rota *in Gerunden. Prioratus* 29.
*Ianuarij* 1646. confirmata 29. *Nouembris*. 1647.
*& octaua Martij* 1649. coram R. P. D. meo
Bichio.

Sed his non obſtantibus DD. reſponderunt literas Apoſtolicas eſſe exequendas quia ſunt iuſtificatæ ad text. in cap. *ſi capitulo* vbi gloſſ. & DD. *de conceſſ. præb. in 6. cum concord.* vacatio enim per obitum Michaëlis Bennaſter & iuſpatronatus ac præſentandi ius ad hebdomadarios Eccleſiæ Maioricen. non controuertitur & probatur in deciſionibus præcedenter editis ex quibus etiam narrata Petri Serræ proximitas fundatori iuſtificatur ſumpto ſcilicet deſcendentiæ initio à Petro
Bennaſter, cui tanquam proximiori de anno
1582. beneficium controuerſum per ſenten-
tiam ordinarij adiudicatum fuit; illa enim vt-
pote lata ſuper ſtatu perſonę dicto Petro Ser-
ræ illius pronepoti ſuffragari debet † ex re- 2
gula quod ſufficiat probare deſcendentiam
ab eo qui in quaſi poſſeſſione proximitatis
exiſtit. Rota coram Seraph. *deciſ.* 134. *in fine*
coram Sanctæ Memoriæ Greg. XV. *deciſ.* 34.
*n.* 1. ibique Addent. *n.* 16. cum aliis congeſtis,
*in Imolen. Decanatus* 26. *Nouemb.* 1650. §. *nar-
rauerat & prima Decembris* 1651. §. *ſi quidem
in fine* coram R. P. D. meo Veroſpio quidquid
Bartholomeus ſe proximiorem fundatori eſſe
contendat, † quia deſcendentiam ab eo per 3
gradus diſtinctos non probauit vt neceſſariū
eſt *cap. licet ex quadam de teſtib.* Coccin. *de-
ciſ.* 105. Duran. *deciſ.* 8. *n.* 4. & firmatum fuit *in
Caurien. Iuriſpatronatus* 13. *Martij* 1645. co-
ram Reuerentiſſ. Terraconenſi.

Valor autem in ducatis 24. iuſtificatur ex 4
inſtrumento fundationis in libris ſexdecim
Maioricen. cuius fides ex inſtrumento & te-
ſtibus ex aduerſo exhibitis nō eneruatur, illa
enim cum ſit informis non eſt attendenda
auth. *ſi quis in aliquo C. de edend. cap. primo de
fide inſtrum.* Rota *deciſ.* 286. *p.* 1. *deciſ.* 356. *vtro-
bique n.* 4. *part.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 75. *n.* 13. *p.* 5. *recent.*
Iſti verò vt pote non informati, & de auditu
hic in vrbe nec deductis oneribus deponen-
tes exceſſum non concludunt. Mantic. *deciſ.*
175. *n.* 8. *& ſequent.* Sanctæ Memoriæ Gregor.
*deciſ.* 411. *n.* 3. nec etiam vigore publicæ vocis
& famæ quam aſſerere conantur, quia cum
illa contrarietur dicto fundationis inſtru-
mento & originem à paucis habuerit, quini-
mo ab ipſo Bartholomeo (vt ijdem teſtes pro-
fitentur) habere potuerit, nullius eſt momenti
*l. miles §. fin. vbi DD. ff. de Adult.* Burat. *deciſ.*
570. *n.* 7. Cauall. *deciſ.* 236. *n.* 1.

Non obſtant ea quæ repetuntur de confeſſione eiuſdem Petri Serræ, quod videlicet deſcendentia eſſet ſumenda per Cippum Petri Bennaſſer de Sanctiani, quia Dominis ſatis reſponſum eſſe viſum fuit in præcedentibus deciſionibus in quibus tranſierunt.

Et ita vtraque, &c.

---

# R. P. D. MELTIO
## Maioricen. Canonicatus,

Lunæ 27. Martij 1656.

*Ad part. 2. cap. 3. §. 8. n. 33. & cap. 4. §. 6. num. 23.*

### *ARGVMENTVM.*



AD effectum exequutionis Literarum Apoſtolicarum, quomodo narrata iuſtificanda ſint, Collatio Canonicatuum Eccleſiæ Cathedralis de iure ſpectat ad Epiſcopum ſimul & capitulum, vota electorum dari debent à Canonicis tanquam vniuerſis, & propterea data per ſchedulam extra capitulum non computantur in numero, Epiſcopus vtrum habeat votum in electionibus, & vtrum minor pars capituli poſſit coniungi cum voto Epiſcopi.

### SVMMARIVM.

1 *Literæ Iuſtificatæ per expreſſionem per non exceſſum in ducatis 24. vbi talis eſt conſuetudo habet paratam exequutionem.*

2 *De Iure communi electio in collationibus canonicatuum Eccleſiæ cathedralis eſt ſimultanea inter Epiſcopum & capitulum.*

3 *Quando plura narrantur alternatiuè, ſufficit vnum ex pluribus probare.*

4 *Votum conditionale & datum per ſchedulam extra capitulum non valet.*

5 *Vota debent dari à canonicis vti vniuerſis non vti ſingulis.*

6 *Epiſcopus tanquam Epiſcopus nullam habet vocem deciſiuam in capitulo.*

7 *Epiſcopus conſideratus tanquam canonicus vnam tantum vocem habet ſicut alij canonici,*

8 *Minor pars capituli Epiſcopo adhærens non facit numerum cum Epiſcopo.*

9 *Vtrum poſſeſſio tradita per capitulum habeat vim electionis q. eſt dubia.*

10 *Præſumptio quæ oritur ex tradita poſſeſſione per capitulum non probat conſenſum quando adeſt capituli contradictio.*

11 *Canonici non poſſunt teſtificari quando agitur de ſuſtinenda illorum electione.*

12 *Conſuetudo non probatur niſi probentur requiſita ad illam.*

13 *Per adeptionem incompatibilis vacat primum Beneficium.*

### DECISIO LVI.

CVm de menſe Septembris 1652. vacaſſent in Eccleſia Maioricen. Canonicatus, & Præbenda per obitum Hieronymi Vallperga illorum dum viueret vltimi poſſeſſoris, fuit pro eis prouiden. ſtatuta die congregatum Capitulum, quo Canonicus Theſaurarius cum aliis nouem Canonicis elegerunt Franciſcum Olexam, Canonicus verò Sacriſta cum aliis ſeptem, & Reuerendiſſ. Epiſcopo elegerunt Didacum Deſclapes, qui etiam collationem ab eodem Epiſcopo reportauit; Poſt hæc autem cum dictus Franciſcus alium Canonicatum in eadem Eccleſia Maioricen. de menſe Auguſti 1653. obtinuiſſet, Ioannes Togores ſub narratiua, quod electio, & forſan collatio controuerſi Canonicatus eſſet ſimultanea Epiſcopi cum Capitulo, vel ad Capitulum inſolidum ſpectaret quodque Franciſcus Oleza fuiſſet à maiori parte, vel ſaltem à medietate vocum ad illum præſentatus, Didacus vero à medietate tantum, vel minori parte eundem Canonicatum vti vacantem, vel ex perſona dicti Franciſci Oleza ob aſſecutionem incompatibilis Beneficij, vel vti prius ex perſona prædicti Hieronymi Vallperga attenta inualiditate electionis ob vocum diſcordiam atque diuiſionem à Sede Apoſtolica impetrauit, & ſucceſſiuè commiſſa cauſa in Rota, Dubium An literæ Apoſtolicæ eſſent exequendæ diſputari obtinuit, quo hodie propoſito Domini illas exequen. eſſe reſponderunt.

Apparent enim dictæ literæ in omnibus 1
iuſtificatæ, & per conſequens paratam de
iure habent executionem *cap. ſi Capitulo* vbi
gloſ. *in verb. exequatur de conceſſ. præb. in* 6. *Mo-
hed. deciſion.* 13. *poſt medium vt lit. pend.* *Caual.
deciſ.* 230. *num.* 1. *verſ. quia literæ Apoſtolicæ,
& ſeq. Duran. deciſ.* 60. *num.* 2. *&* 3. *verſ. Iure
autem attento Buratt. deciſion* 435. *num.* 1. Rot.
*in recent. deciſion.* 558. *n.* 2. *part.* 1. *deciſion.* 348.
*num.* 1. *part.* 5. *& deciſion.* 109. *part.* 6. *& fuit di-
ctum in Sorana Beneficij* 26. *Iunij* 1651. coram
Eminentiſſ. D. Card. Otthobono.

Iuſtificatio quod idoneitatem, nobilitatem, & Ioannis præſentiam in Curia non controuertitur.

Valor autem expreſſus in ducatis 24. per non exceſſum, & computatis diſtributionibus quotidianis in 400. probatur ex teſtibus de publica voce, & fama deponentibus Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 3. *num.* 198. Seraphin. *deciſ.* 962. *num.* 2. Rot. *diu. deciſ.* 293. *num.* 1. *part.* 1. *in recent. deciſion.* 583. *num.* 6. *&* 7. *part.* 8. *in Calaguritana Præſtimonij* 10. *Maij* 1649. coram Eminentiſſ. Domino Card. Otthobono §. *probatur etiam valor in fin. & in Vicen. Parochialis* 20. *Iunij* 1650. coram R. P. D. meo Bichio §. *valorem.*

Sic, & narrata pertinentia electionis ſiue 2
collationis ad Epiſcopum, & Capitulum ſi-
multaneè, vel ad Capitulum inſolidum non
eget alia iuſtificatione, cum iuris diſpoſitioni
conforme ſit, vt Epiſcopus habeat ſimulta-
neam cum Capitulo in Collationibus Cano-
nicatuum Cathedralis iuxta gloſſ. *in cap. cum
Eccleſia Vulterana verb. Poſtulauit ibique* Abb.
*num.* 8. *de elect. cap. fin. verſ. communiter de
ſupplen. negligentia Prælat. cap. ea neſcitur, &*
*cap.*

*cap. poſtulaſti de conceſſ. Præb. cap. irrefragabili verb. per Capitulum de offic. Ord.* Mandoſ. *ad reg.* 19. *Cancel. quæſtion.* 14. *num.* 13. *verſic. tertia fuit opinio* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 45. *n.* 45. *verſic ſecundo quia* Garz. *de benef. part.* 5. *cap.* 4. *à num.* 13. *cum ſeq. verſic. Tertia opinio* Caſſador. *deciſion.* 22. *de præbend.* Mantic. *deciſion.* 56. *n.* 2. Seraphin. *deciſion.* 980. *num.* 2. Gregor. XV. *deciſion.* 95. *num.* 1. Caualer. *deciſion.* 97. *num.* 2. Coccin. *deciſion.* 83. *num.* 1. *Et fuit dictum in Oſcen. Archidiaconatus* 10. *Maij in princip. & prima Iulij §. cui alternatiuæ* 1647. coram R.P.D. Peutingerio, *& in Lucana Capellaniæ* 1650. coram R. P. D. meo Bichio §. *collatio*, 3 † & dum narratiua dictæ Collationis fuit per alternatiuam concepta, ſcilicet, quod illa eſſet, vel ſimultanea, vel omnimoda Capituli ſufficit pro Iuſtificatione gratiæ vnum ex alternatis iuſtificari *capit. in alternatiuis* 70. *de regul. iur. in* 6: *l. ſi hæredi plures de condit. Inſtitut. leg. ſi quis ita ſtipulatus de verb. oblig.* Rot. coram Duran. *deciſ.* 265. *num.* 26. coram Penia *deciſ.* 613. *num.* 2. Mantic. *deciſ.* 51. *n.* 4. & coram Merlin. *deciſ.* 178. *num.* 5.

Quod autem Franciſcus Oleza fuerit electus à maiori parte, vel ſaltem à medietate Capituli, Didacus verò Deſclapes à medietate, vel maiori parte, præſente, ac etiam ſuffragium ſuum dante Epiſcopo iuſtificatur ex Inſtrumento ipſius actus electionis, quod facit rem claram, atque manifeſtam, Bald. *in leg. intereſt.* 21. *num.* 2. *Dod. de ſolut.* Rot. coram Greg. XV. *deciſion.* 105. *num.* 1. *& deciſion.* 459. *num.* 3. coram Caualer. *deciſion.* 282. *num.* 4. & coram Merlin. *deciſion.* 449. *num.* 1. *cum ſeqq.* Ex illo namque apparet, quod ex decem, & nouem votis, & computato illo Epiſcopi decem fuerunt ad fauorem Olezæ, alia verò nouem ſteterunt pro Didaco Deſclapes, ſicquè dicta narratiua optimè iuſtificata remanet.

4 Neque vllius releuantiæ habita fuit illa prætenſio quod ex votis præſtitis in fauorem Olezæ demendum ſit illud Canonici Gabriëlis Coll non ſolum tanquam conditionaliter conceptum, & ſic contra diſpoſitionem textus *in capit. ſecundo* vbi gloſſ. *verb. conditionalia de elect. in* 6. Verum etiam quia datum fuit per ſchedulam extra Capitulum ante celebrationem Scrutinij contra formam, *cap. penultim, §. final. de elect. in* 6. Iſto autem dempto vota reducantur ad 18. ex quibus licet quilibet ex electis habeant nouem tamen ex quo inter ea, quæ habuit Didacus adeſt etiam illud Epiſcopi, quod aliis ponderoſius eſſe, & duobus votis æquipollere præſupponitur, ideo ex hac ratione narratiua præſentationis Franciſci à maiori parte, vel ſaltem à medietate Capituli iniuſtificabilis remaneat.

Obiectum enim huiuſmodi duplici reſponſione tollitur. Primo quia admiſſo, quod ex votis ad fauorem Franciſci præſtitis ex computandum veniat illud Canonici Coll ob non ſeruatam formam traditam in *capit. penult. §. final. de elect. in* 6. in quo expreſſe prohibetur traditio voti in ſcriptis ante Scrutinium ex eadem prorſus ratione demenda ſunt alia duo vota data pro Didaco nempe illud Decani, & Canonici Alemany, Nam cum iſti pari modo abſentes reperirentur occaſione infirmitatis, non conſtituerunt Procuratorem vnum ex Capitularibus, qui pro illis in actu electionis votum proferret provt in dicto *capit. final. §. fin. de elect.* 6. diſponitur, ſed eorum vota per Schedulam tranſmiſerunt ante actum electionis, quod à Iure omnino improbatur, † ex quo vota dari debent 5 à Canonicis non vti ſingulis, ſed vti vniuerſis Buratt. *deciſion.* 225. *num.* 3. *&* 4. *& deciſion.* 259. *num.* 5. *deciſion.* 351. *ſub num.* 8. *verſic. quod quidem, & deciſion.* 390. *num.* 3. Vbi quod hac ratione huiuſmodi vota ſic præſtita non connumerantur neque numerum augere poſſunt.

Præterea neque vllam ſubſiſtentiam ha- 6 bere viſum fuit, quod votum Epiſcopi aliis præponderet, ac duobus votis æquipolleat. Nam animaduertendum eſt, quod aut electio ſiue collatio huiuſmodi Canonicatuum ſupponitur omnimoda Capituli, & tunc Epiſcopus vti Epiſcopus nullam habet vocem deciſiuam, Modern. Luſitan. *de offic. & poteſtat. Epiſcop. alleg.* 73. *num.* 17. *verſic. ſi Epiſcopus*, † & 7 conſideratus tanquam Canonicus vnam tantum vocem habet quantam habent ſinguli alij Canonici. Abbas *in cap. poſtulaſtis num.* 14. *de conceſſ. præbend. idem.* Modern. Luſitan. *dicta alleg.* 63. *n.* 18. *verſicul. quando verò, & de iure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 25. Genuen. *in prætticab. quæſtion.* 643. Rota coram Merlin. *deciſion.* 562. *num.* 2. *& in Cæſarauguſtana Canonicatus* 16. *Iunij* 1653. coram R. P. D. Albergato §. *non obſtat duplex ſubreptio ad med. verſicul. ex quibus Adden. ad* Buratt. *deciſion.* 809. *n.* 1. *litera A.*

Aut dicta electio admittitur ſimultanea 8 Epiſcopi cum Capitulo, & tali quoque Caſu Didacus non poteſt dici electus à maiori parte, eſto quod fuerit ab ipſo Epiſcopo, & aliquibus Capitularibus, Quia cum minor pars à maiori abſorbeatur non eſt Conſiderabilis illa minor pars Capituli Epiſcopo adhærens, nec numerum facit cum Epiſcopo, vt reprobata opinione Hoſtienſis tenent Gemin. *in capit. à collatione num.* 2. *de appellat. in* 6. *Franc. ibidem ſub num.* 1. *verſicul. eo tamen Caſu* Abbas. *in capit. cum Eccleſia Vulterana num.* 11. *de elect. in* 6. Felin. *in capit. Paſtoralis num.* 9. *de reſcript.* Federic.



Federic. de Sen. *conſil.* 1. *ſub numer.* 10. *verſic. ſolutio* Ruin. *conſil.* 50. *n.* 8. *lib.* 5. Rebuf. *conſil.* 60. *n.* 12. Garſ. *de benefic. parte* 5. *cap.* 4. *n.* 29. *& ſeq.* qui plures cumulat Rot. deciſiones ad ipſum firmantes, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 45. *numer.* 58. *verſicul. quo fit.* Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 40. *&* 42. & regulare eſt quod vbi maior pars Capituli diſſenſit totum Capitulum diſſentire dicitur, *capite cum inter Canonicos cum gloſſ. de elect.* Rot. *diuer. lib.* 3. *parte* 3. *deciſione* 134. *num.* 3. *& per tot. in recentior. deciſione* 662. *numero* 1. *in fine parte* 3. Buratt. *deciſione* 225. *numero* 2. *& deciſione* 380. *numero* 1. *&* 2.

9 Neque ex eo quod deinde Didacus poſſeſſionem controuerſi Canonicatus ceperit, & ad actus Capitulares admiſſus fuerit inde argui licet reliquos Canonicos electionem ab Epiſcopo factam approbaſſe, quia vltra quod illa opinio, quod poſſeſſio tradita per Capitulum habeat vim electionis ſiue collationis ſatis eſt in iure controuerſa, vt per Achill. de Graſſ. *deciſion.* 4. *de præbend.* Put. *deciſ.* 119. *lib.* 3. *in fin.* Caualer. *deciſ.* 258. *num.* 5. & per Modern. Luſitan. *de Canon. &*
10 *dignitat. cap.* 14. *num.* 11. † obiectum ceſſat ex facto, quia dicta poſſeſſio tradita fuit maiori Parte Capituli contradicente, reclamante, atque appellante ex qua quidem contradictione excluditur quicumque conſenſus, qui ex dicta poſſeſſione elici poſſet. Rota coram Seraph. *deciſione* 708. *numer.* 1. *&* 4.

11 Nullo pacto dici poteſt probata conſuetudo circa illud quod votum Epiſcopi Maioricenſ. ſit qualificatum, ac habeat vim duorum, quia vltra quod ex teſtibus id deponentibus tres ſunt Canonici, qui ſuffragium ſuum dederunt ad fauorem Didaci, & ita tanquam tendentes ad ſuſtinentes eorum electionem non ſunt illorum dicta attendenda Rota *in Meſſanen. Archipresbyteratus* 19. *Ianuarij* 1643. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano, §. *neque contrarium*, conquaſſantur eorum dicta ex contrariis atteſtationibus aliorum Canonicorum Rota *deciſ.* 543. *num.* 7. penes Modern. *de manuten. & in Taurinenſ. Delationis Baldachini* 4. *Iulij* 1646. coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Corrado, §. *Tum ex atte-*
12 *ſtationibus*, † Addito maximè quod cum dicti Teſtes examinati fuerint lite pendente, & non citata parte, nec deponant de requiſitis neceſſariis ad inducendam conſuetudinem nempe de diuturnitate temporis, & actuum frequentia, vt per Bart. *in leg.* 2. *q.* 28. *num.* 32. *Cod. quæ ſi longa conſuetudo* Alexand. *conſil.* 45. *num.* 3. *lib.* 2. Abbas *conſil.* 53. *num.* 4. *lib.* 1. nullum probationis gradum conſtituunt, Rota *dec.* 318. *n.* 4. *&* 5. *p.* 2. *recent.*

Ex his itaque cum iuſtificata remaneat 13 narratiua electionis Franciſci vti à maiori parte Capituli, vel ſaltem à medietate: inde fit vt modus vacationis in Literis expreſſus controuerti non poſſit; quia aut Franciſcus electus fuit à maiori parte, & hoc caſu habuit locum electio ſed vacauit Canonicatus, & præbenda per aſſequutionem alterius Canonicatus cum primo incompatibilis, *capit. dudum il ſecondo de elect. Clem. ſi plures de præbend. Clem. gratis, vbi gloſa verb. renunciare de reſcript.* Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 23. *num.* 40. Buratt. *deciſion.* 19. *num.* 1. *& ſequent.* Aut Franciſcus non fuit electus à maiori parte, ſed à medietate, & tunc verificatur ſecundus vacationis modus per obitum Hieronymi attenta vtriuſque electionis inualiditate, *cap. Eccleſiam il primo cap. in Geneſi*, & ibi Ioann. Andr. *num.* 1. *cap. quia propter* vbi DD. communit. *de elect.* Modern. Luſitan. *de Canon. & dignit. cap.* 14. *num.* 9. *&* 10. cum aliis cumulatis *in Toletana Canonicatus Pænitentiariæ* 22. *Aprilis* 1641. coram R. P. D. meo Cerro.

Et ita vtraque parte, &c.

---

## MELEVITANA
## Beneficij,

Veneris 25 Iunij 1649.

*Ad cap.* 118. *part.* 1.

### *ARGVMENTVM.*

DE certo vacationis modo expreſſo, qui tamen verus non eſt, vacatio non dicitur conſumpta per impetrationem, vitio nullitatis laborantem. Tempus ad præſentandum Patronis aſſignatum incipit à die veræ ſcientiæ vacationis. Numerus vocum Patronorum, computatur duntaxat quoad eos qui realiter præſentarunt. Defectus edictorum, quando reddat prouiſionem de beneficio Iuriſpatronatus nullam. Quomodo executio dicatur vulnerata per ſententiam.

## SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ iuſtificatæ habent paratam executionem.*

2 *Confeſſio implicita vacationis Beneficij ſufficit.*

3 *Duæ vacationes eiuſdem Beneficij, non dantur, quia prima impedit ſecundam.*

4 *Expreſſio vnius modi vacationis continet implicitam negatiuam alterius modi.*

5 *Sed hoc non procedit, quando vacatio oritur ex vnò facto contemporaneo.*

6 *Clauſula*, ſiue præmiſſo, ſiue alio, &c. *oſtendit Papam voluiſſe conferre, quocumque modo Beneficium ſit vacans.*

7 *Per impetrationem Beneficij factam à tertio vacatio dicitur conſumpta, etiam nondum adepta poſſeſſione.*

8 *Intellige dummodo impetratio non laboret vitio nullitatis.*

9 *Impetranti ſufficit quod beneficium ſit vacans de iure, licet non de facto.*

10 *Narratiua exiſtentiæ Iuriſpatronatus, probatur ex reſcripto aduerſarij illud aſſerente.*

11 *Clauſula reſcripti, quod non intendit approbare Iuſpatronatus, non reſpicit partem ſed ipſum Papam.*

12 *Tempus quod datur Patronis ad præſentandum non numeratur ab ipſa vacatione, ſed à tempore veræ ſcientiæ Patronorum.*

13 *Additio hæreditatis probatur ex eo quod quis de bonis hæreditariis diſpoſuerit.*

14 *Per præſentationem effectum ſortitam quis conſtituitur in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

15 *Quæ in aliquo inſtrumento nominantur filiæ alicuius ex eo probatur, quod ſint ſorores.*

16 *Quando ex pluribus Patronis alij non curam præſentare totum Iuſpatronatus defertur tanquam indiuiduum ad alios ſolos præſentantes.*

17 *Maior numerus Patronorum non conſideratur in abſtracto, ſed computatur ſolum inter eos ex pluribus Patronis qui realiter præſentarunt.*

18 *Defectus edictorum affigendorum quoad Beneficia Iuriſpatronatus, quando reddat prouiſionem nullam ſine illa ſolemnitate factam.*

19 *Poſſeſſio capta ex prouiſione obreptitia eſt omnino nulla & diſcolorata.*

20 *Valor Beneficij probatur ex leuiſſimis probationibus.*

21 *Quomodo intelligendum ſit, quod dicitur non poſſe procedi executiuè, quando executio fuit, per ſententiam vulnerata.*

22 *Titulus fundatus in falſa narratiua non ſuffragatur impetranti.*

23 *Clauſula*, dummodo tẽpore datæ præſentium *alicui non fuerit ius quæſitum, ſuffragatur præſentato ad Beneficium Iuriſpatronatus, quamuis non fuerit adhuc ſecuta inſtitutio.*

## DECISIO LVII.

ASſerendo ſe præſentatum à medietate Patronorum beneficium ſimplex, ſub inuocatione Sancti Michaëlis in Parochiali, ſeu alia Eccleſia loci de Gozzo, obtinuit Ioannes Antonius Caſſiarius prouiſionem Apoſtolicam cum derogatione alterius medietatis, ac deſuper expeditis Literis pro illarum executione inſtitit, quàm licet Ordinarius, Meleuiti & ſucceſſiuè A. C. ob Literarum non iuſtificationem denegauerit concedendam eſſe, hodie Rota cenſuit in tertia inſtantia particulari dubio deſuper propoſito, quia euerſum penitus fuit ſuppoſitum
non iuſtificationis, † & Literæ Apoſtolicæ 1
iuſtificatæ habent executionem paratam, *cap. ſi quando de reſcript. cap. ſi Capitulo*, cum gloſſ. *in verbo exequatur de conceſſ. præbendæ in 6.* Rot. *dec.* 45. *n.* 1. *p.* 1. *recent.*

Iuſtificata inquam, ſunt omnia in dictis Literis narrato, ſiquidem vacatio beneficij, ex eo quod Petrus Franciſcus Torres, illius poſſeſſor habitum Clericalem demiſerit, probatur, nedum ex atteſtationibus datis à Caſſiario Summ. *num.* 20. ſed etiam ex confeſſione ipſius aduerſarij, qui idem beneficium impetrauit, tanquam vacans per Matrimonium à præfato Petro Franciſco contra-
ctum, † exinde enim reſultat implicita 2
confeſſio, quod ille habitum Clericalem dimiſerit, quæ ſufficit. Ægid. *deciſion.* 683. *ante numer.* 9. cum aliis allegatis *in Marticen. Iuriſdictionis* 28. *Ianuarij* 1644. §. 1. *admin.* coram Me.

Nec obſtat quod aliud ſit vacare per Ma- 3
trimonium, aliud per dimiſſionem habitus Clericalis, nec ſit poſſibile, & eadem perſona duas vacationes conſtituere cum prima impediat ſequentem, *cap. ſuſceptum de reſcr. in 6.* Sarnenſ. *ſuper reg. de infirmis q.* 35. *n.* 3. *verſic. iſtis tamen non obſtantibas* Lotther. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 15. *num.* 8. Rot. *dec.* 562. *n.* 3.
*parte* 3. *recent.* † & expreſſio certi modi 4
vacandi propter implicitam negatiuam alterius modi habeat vim reſtrictionis ad illum modum expreſſum, proindeq; non poſſit capi vacatio ex diuerſo modo, quin detur contradictio in obiecto, vt elegãter aduertit Abb. *in cap. ſignificaſti* 34. *num.* 6. *de reſcript.* Lot-
5 ter. *dicto lib.* 3. *quæſt.* 8. *numer.* 57. † quia hæc procedunt, quandò vtraque vacatio deſumitur ex factis ſucceſſiuis, & vnius vacationis modus fuit diſpoſitiuè narratus, ſecus ſi facta ſunt contemporanea, ſeu vnicum eſt factum ex quo duplex vacatio inſurgat, pro vt eſt Matrimonium iunctum dimiſſioni ha-
6 bitus, † & in Literis adeſt Clauſula, ſiue permiſſo, ſiue alio quouis modo vacet denotans voluiſſe Papam prouidere ex quocumque capite vacationis Garſ. *de benefic. par.* 11. *cap.* 1. *num.* 19. poſt Franc. *in dict. cap. ſuſceptum* 39. *de reſcript. in* 6. tunc enim ſuſtinetur prouiſio etiam ſi Beneficium vacaſſet per Matrimonium, vt notant omnes *in dict. cap. ſuſceptum*, & tradit Felin. *in cap. in noſtra ſub numer.* 37. *verſic. fallit* 4. *de reſcript.* Lapus *allegat.* 3. *num.* 2. Lotther. *de re beneficiaria lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 60. *& ſeqq.* Rota *deciſ.* 1. *num.* 1. *& ſequentib. de reſcript. in nouiſ.* maximè ob identitatem rationis in vtroque vacationis modo concurrentem, Gloſſ. *in cap. penult. verbo, ſed Capitulum de ſupplenda negligentia prælat. in* 6. *& in Clement. ne Romani verbo moriente de elect.* Garſ. *de benefic. dict. part.* 11. *cap.* 1. *ſub num.* 86.

7 Minus obſtat quod vacatio iam eſſet conſumpta per antecedentem prouiſionem Apoſtolicã obtentam ab alio tertio ex notatis per Gomez, *ſuper regul. de trienn. quæſt.* 30. *ſub num.* 1. Gonzal. *ad Regulam* 8. *gloſſ.* 11. §. 2. *num.* 31. *& ſeqq.* Rot. *dec.* 11. *num.* 4. *p.* 6. *recent.* etiamſi nondum fuiſſet apprehenſa poſſeſſio Rebuff. *conſ.* 48. *num.* 1. Gonzal. ibid. gloſſ. 15. *part. num.* 33. Rot. *dec.* 385. *num.* 10. *part.* 5.
8 *recent.* † Quia hoc intelligitur de prouiſione valida, quæ verò nulla ſeu obreptitia eſt, provt illa aduerſarij quæ emanauit cum falſo ſuppoſito deuolutionis ob non præſentationem factam in tempore non conſumpſit vacationem Rota *deciſ.* 643. *num.* 17. *&* 18. coram Penia *deciſ.* 628. *num.* 7. *part.* 4. *tom.* 3. *recent. deciſ.* 569. *num.* 32. *part.* 5. quamuis prouiſus in beneficij poſſeſſionem fuerit im-
9 miſſus, † quia ſatis eſt quod beneficium vacet de iure licet non de facto, vt Patronus valeat ad illud præſentare Gonzal. *ſub reg.* 8. *gloſſ.* 15. §. 1. *num.* 43. Rota *deciſ.* 9. *de Iuſpatronat.*

10 Altera narratiua aduerſarij in ſuis Literis abundè in eius præiudicium probatur, Mantic. *deciſ.* 318. *num.* 1. *& ſeqq.* Martin. Andr. *deciſ.* 5. *ſub num.* 3. *&* 4. Adden. ad Greg. XV. *deciſ.* 462. *num.* 22. & fuit dictum *in Aquilana Iuriſpatr.* 24. *Iunij* 1646. coram R. P. D. meo Corrado, *in Gerunden. Beneficij* 11. *Maij* 1648. coram Reueren. P. Dom. meo Celſo.

11 † Quamuis in fine earundem Literarum Papa declarauerit non intendere Iuſpatronatus approbare, quia hæc præſeruatiua, reſpicit fauorem Papæ ſeu alterius Ordinarij Collatoris, qui hodie non eſt in cauſa.

Præſentationem Caſſiarij factam fuiſſe in- 12
fra legitima tempora eſt in claris ſi tempus computetur à die notitiæ vacationis, vt docet Lotther. *de re beneficiaria lib.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 23. Rot. *deciſ.* 520. *num.* 4. *parte* 4. *diuerſor. deciſ.* 163. *per totam*, *parte* 2. *deciſ.* 15. *num.* 12. *parte* 5. *deciſ.* 221. *num.* 9. *parte* 7. *recent. & in Mediolanenſ. Beneficij* 7. *Maij* 1646. §. *qui ad præſentationem*, coram Reuerendiſſimo Tarraconen. vbi dicitur ex aduerſo probandum eſſe Patronos habuiſſe prius notitiam vacationis, cum ignorantia præſumatur, atque hinc conuincitur, falſo fuiſſe ex aduerſo narratum Papæ, quod collatio beneficij ob non præſentationem Patronorum, erat deuoluta, provt falſo obiicitur quod præſentatio non fuerit in tempore acceptata à Caſſiario, nec facta corã Ordinario, cum contrarium oculariter legatur in præſentationibus datis, dict. Summ. *num.* 1. pro obtinenda inſtitutione, ad Text. cum *ibi* notat. *in l. Paulus ff. rem ratam haberi*, Put. *deciſ.* 386. *num.* 1. *lib.* 2. Greg. XV. *deciſ.* 331. *num.* 10.

Quod verò Iuſpatronatus pertineat ad Petrum Caſſiarium, Æmilium de Anaſtaſiis, & Argentam Piccardam, qui Ioannem Antonium præſentarunt pendet à ſingulorum ſucceſſione, quæ altius repetenda eſt, ſciendum itaque, quod Petrus Caſſiarius fuit hæres inſtitutus ab Innocentio Cilia eiuſdemq; hæreditatem adiuit, vt probant publica inſtrumenta data in Summario Caſſiarij, *n.* 13. dictus autem Innocentius Vincentiæ de Nicolais ſucceſſerat, ex teſtamento, cuius copia data fuit in eodem Summar. *num.* 14. nec dubitari poteſt, quin hæreditatem Vincentiæ
adiuerit, † cum de bonis hæreditariis nomi- 13
natim vti hæres Vincentiæ poſtmodum diſpoſuerit ad Text. *in l. ſi auia, C. de iur. deliberand.* & in his terminis, Gabriel. *conſ.* 128.
*num.* 36. *lib.* 2. quæ Vincentia, † cum per 14
præſentationem à ſe factam de anno 1617. ſortitam in perſona Petri Franciſci Torres, conſtituta eſſet in quaſi poſſeſſione præſentandi, vt per Rip. *in cap. cum Eccleſ. Sutrina, n.* 91. *& ſeqq. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Rom. *conſ.* 311. *num.* 7. Dec. *conſ.* 117. *num.* 2. Creſc. *deciſ.* 2. *de Iurepatr.* ſufficit ab ea ſucceſſionem deriuaſſe, Rot. coram ſan. mem. Gregor. XV. *dec.* 349. *n.* 1. & ibi Add. *num.* 6. *dec.* 100. *num.* 4. coram R. Vrgellen. *dec.* 274. *n.* 8. *part.* 2. *recent. & in Gerunden. Beneficij* 11. *Martij* 1648. coram R. P. D. meo Celſo.

Æmilio de Anaſtaſiis donauit donatione vniuerſali cauſa mortis omnia bona, & iura illius mater per publicum inſtrumentum datum, dict. Summario *num.* 15. inter quæ iura aderãt etiam hæreditaria Margaritæ matris, quæ in teſtamento dato Summario *ibid.n.*16. filiam hæredem inſtituerat, & eo etiam ac dicta donatione circumſcriptis delata fuiſſent ab inteſtato ad præfatum Æmilium de Anaſtaſiis ipſius ex filia nepotem, §.1. *inſtit. de Senat.conſ. offic.* §. *cum autem, Inſtit. de hæred.quæ ab inteſtat.defer.* adeò quod Æmilius præſentando nuper Caſſiarium in vim Iuriſpatronatus, vna cum hæreditate dictæ Bellæ delati diceretur Bellæ hęreditatem adiuiſſe, quatenus etiam prius illam non adiuiſſet Margarita mater, vt ponderat Reuerend. Vrgellen. *deciſ.* 189. *num.*6. quod autem vna cum hæreditate Bellæ delatum fuerit Iuſpatronatus conuincitur, quia Bella mediante præſentatione quàm fecerat de anno 1577. in perſonam Antonij Ballo, per cuius obitum beneficium vacauit, de anno 1613. vt in dict. Summ. *num.*9. *&* 10. quaſi poſſeſſionem præſentandi nacta fuerit quod ſufficit ex ſupra allegatis.

Argentam Piccardam ſucceſſiſſe Franciſcæ ſorori, quæ pariter per præſentationem à ſe factam de anno 1613. erat in quaſi poſſeſſione præſentandi: probant Teſtes dati in Summario *num.* 17. iuncto antiquiori inſtru-
15 mento, † in quo eadem Franciſca & Argenta enunciantur filiæ Bartholomęi: vnde reſultat quod inter ſe eſſent ſorores Germanæ Tiraquell. *de nobilit. cap.*17. *num.* 3. & per conſequens Franciſcæ prædefunctæ hæres fuerit Argenta, *Authen. ceſſante, C. de legitim. hæredit.* §. *primo authent. de hæret. ab inteſtato,* §.1. *auth. vt filij fratrum.*

16 Non obſtat quod in ſupradicta vacatione anni 1613. præſentauerint octo patroni, atque ita Caſſiarius à tribus tantum præſentatus non habeat medietatem vocum, vt Papæ narrauit, quia dum alij Cõpatroni neminem præſentarunt, vel præſumuntur tacitè adhæſiſſe præſentationi Caſſiarij Achill. *dec.*4.*n.*14. *de præbend.* Caual. *dec.*197. *num.*5. Rot. *dec.*136. *num.*11. *& ſeqq.* apud Modern. Piſan. *de Iurep. & in Maioricen. Beneficij* 27. *Iunij* 1648. §. *adeò* coram Me, vel eorum voces in hac vacatione computandæ non ſunt, habetur quoad Caſſiarium, ac ſi illi qui eum præſentarunt eſſent ſoli patroni, nam Iuſpatronatus cum ſit in ſui proprietate indiuiduum, reſidet penès quemlibet Patronum inſolidum, & diuiſio quæ cadit in illius exercitio ceſſat, quando Compatroni non exercent hoc eſt non præſentant, Federic de Sen. *conſil.* 102. *in fine*, Abbas *conſ.* 54. *num.* 3. *circa med. lib.* 1. Garſ. *de beneſic. part.* 5. *cap.* 1. *ſub. num.* 591. *infrà medium*, cum aliis allegat. per Add. ad Buratt. *deciſ.*547. *num.*9. *&* 10. vnde aut opus non eſt derogatione medietatis Patronorum, aut ſatis iuſtificatum remanet, quod Caſſiarius fuit præſentatus à medietate, dum non probatur quod ex aliis Patronis maior numerus aliorum, alios præſentauerint, † ne- 17
que enim attenditur medietas, ſiue maior numerus Patronorum in abſtracto, ſed eorum tantùm qui realiter præſentarunt Abb. *in cap.* 3. *num.* 1. *de Iuriſpatron.* Gonz. *ſupra regul.*8. *gloſſ.*45. *num.*69. *dec. conſ.*127. *in fine, verſic. in iſta materia*, Rota *deciſ.* 200. *n.* 10. *deciſ.* 230. *numero* 4. *&* 5. coram Reuerend. Vrgellen.

Quatenus replicatur quod præſentatio 18
Caſſiarij non meretur attendi, ex quo non præceſſerant edicta Ordinarij, iuxta diſpoſitionem Text. *in cap. fin. de elect. in* 6. quæ habet locum etiam in præſentatione, vt ibi notat gloſſ. ac tradit Aymo. *conſ.*63. *n.*2. *cap. allegat.*8. *num.*4. Martin. Andr. *deciſ.*108. *num.*3. Reſpondetur non infringi ipſam præſentationem, quæ imò illorum affixionem præcedit, vt in formula relata, à Moderno Piſano *lib.*3. *cap.*2. *ſub n.*2. ſed ſucceſſiuam iuſtificationem Ordinarij ad effectum, vt comparere poſſint, ſi qui adſint Compatroni ſiue compræſentati, vel alij ad opponendum contra præſentantes aut præſentati perſonam, ſiue ipſam præſentationem ius habentes, cumque propterea edicta affigenda ſint fauore, ius huiuſmodi opponendi habentium, poſtquam Papa attento ſolum an præſentatio ſit facta immediatè, & intra legitima tempora ad prouiſionem fauore præſentati proceſſit, non poteſt aduerſarius de edictorum omiſſione excipere quamuis beneficium poſſideat, quia † eius poſſeſſio eſt 19
notoriè diſcolorata, & vitioſa cum capta fuerit prætextu prouiſionis Apoſtolicæ nullæ vti emanatæ ex capite deuolutionis infra tempora à die Notitiæ vacationis competentia Patronis ad præſentandum, vt in puncto Roman. *conſ.*499. *ſub num.*2. quem ſequitur Lambertin. *de Iuriſpatron.*2. *parte* 2. *lib.*6. *quæſt.* 13. *artic. ſub num.* 7. *infrà med. verſic.* ſed ſi poſt factum facit Lap. Abb. *in d. cap. fin. num.*2. *de elect. in* 6.

Valor tandem narratus probatur reſpe- 20
ctu huius beneficij ex ſimili narratiua aduerſarij reſpectu alterius Beneficij prius obtenti ſub titulo Sanctæ Barbaræ, ex fide plurium Teſtium, & in obtentis admittitur etiam leuiſſima probatio, Rota penès Seraphin. *deciſion.* 924. *numero* 2. penès Gregor. XV. *deciſione* 19. *numero* 6. *deciſione* 76. *numero* 34. *deciſione* 89. *numero* 6.





Idoneitatem & Clericatum Caſſiarij probant Literæ patentes Ordinarij, datæ in *Summario num.*12.

21 Non obſtat quod procedi non valeat executiue, ſiue quia Literæ Apoſtolicæ Caſſiarij fuerint vulneratæ per ſententias illis exequutionem denegantes, ſiue quia Abela aduerſarius vti habens parem titulum ſit legitimus contradictor quia ſententiæ, quæ executionẽ Literis negarunt non ſimpliciter, ſed ob earum non iuſtificationem non vulnerarunt viam executiuam quominus facta iuſtificatione in ſecunda inſtãtia, valeat Iudex appellationis executiuè procedere, vt fuit deciſum *in Aſtoricen. Archidiaconatus* 6. *Nouemb.*1602. coram Cardinali Lancelloto, *impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. part.* 1. *fol.* 376. *num.* 9. & coram Card. Caualer. *deciſ.*10. *ſub n.*5. *&* 6.
22 *inter eius impreſſ.* † titulus aduerſarij cum tanquam fundatus in falſa narratiua deuolutionis Notoriæ nullus incontinenti appareat, non releuat ad impediendam executionem à Caſſiario petitam ex allegatis, *in Compoſtellana Parochialis* 1. *Iulij* 1948. coram R.P. meo Otthobono, *Gadiacen. præſtimonij* 2. *Octobris eiuſdem anni*, coram R P. D. meo Arguelles.
23 † Præſertim quia continet in ventre, Clauſulam dummodo tempore datæ alicui non ſit ius quæſitum, ex præcedentibus præſentationibus ex quibus debebat inſtitui, quamuis nondum ſequuta fuiſſet inſtitutio, Seraphin. *deciſ.*1238. *n.*4. Caualer. *dec.*478. *n.*6. Buratt. *dec.* 651. *num.* 4. vbi Add. *num.* 10. allegant concordant.

Et ita deciſum vtraque, &c.

---

## R. P. D. MELTIO
### Meleuitana Bonorum,

Veneris 10. Februarij 1651.

*Ad part.* 2. *cap.* 1. §. 7. *& de Penſionibus cap.* 65.

### *ARGVMENTVM.*

TRanſactio eſt exceptio litis finitæ (non obſtante allegata læſione) quando adeſt dubius litis euentus, maximè ſi durante plurium annorum interuallo fuerit obſeruata. Hoſpitale Laïcum poteſt tranſigere ſine beneplacito Sedis Apoſtolicæ. Dicitur autem Laïcum, ſi non fuerit erectum authoritate Epiſcopi, quamuis Epiſcopus ab illius adminiſtratoribus rationes exegerit.

### SVMMARIVM.

1 *Tranſactio eſt exceptio litis finitæ.*
2 *Læſio non attenditur in tranſactione quando facta fuit ſuper dubio litis euentu.*
3 *Multo magis quando tranſactio fuit per longum tempus obſeruata.*
4 *Hoſpitale quod per Laïcos regitur cenſetur eſſe Laïcale maximè, ſi tale ſoleat nominari.*
5 *Hoſpitale Laïcum contrahens non indiget beneplacito Sedis Apoſtolicæ.*
6 *Hoſpitale non cenſetur Eccleſiaſticum ex eo quod in eo miſſa ſoleat celebrari, & opera pietatis exerceri, ſed probandum eſt illud eſſe erectum authoritate Epiſcopi.*
7 *Viſitatio Epiſcopi, & exactio rationum ab adminiſtratoribus non arguit per neceſſe Hoſpitale eſſe Eccleſiaſticum.*

### DECISIO LVIII.

LItem aliàs de Anno 1580. ad Inſtantiam Venerabilis Hoſpitalis Sancti Spiritus, Ciuitatis Melitæ introductam, ſuper immiſſione in poſſeſſionem bonorum Antonellæ matris Mariettæ, & Angelicæ vigore ſubſtitutionis pupillaris in Teſtamento Nicolai Antonij Xerri earum Patris, ordinatæ ad fauorem præfati Hoſpitalis, & quam poſt diù agitatum in Partibus, & deindè in hoc Sacro Tribunali Iudicium cum diuerſis ſententiis hinc indè deſuper latis, tandem tranſactio compoſuerat, cum idem Hoſpitale hodie inſtaurare prætenderet, Dubitaui, An dicta tranſactio obſtaret, & Domini affirmatiuè reſponderunt.

Quia hæc ſemper litibus, controuerſiis ac prætenſionibus finem imponit, *cap.* 1. *de lit. conteſt. in* 6. *l. Cauſas, l. actione, l. fratris tui, l. ſub prætextu Inſtrumenti, l. tranſactio, Cod. de tranſact.* Alex. *conſ.* 42. *ſuper præmiſſo themate num.* 17. *verſ. nec obſtat lib.*1. & in terminis tranſactionis initæ ſuper remedio, *l. fin. Cod. de edict. Diu. Andr. toll.* Surd. qui plures alios allegat. *conſ.*451. *num.*16. *&* 17. *lib.*3. Rota coram ſan. mem. Gregor. XV, *dec.*286. *num.* 6. *verſ. & tàm à lite futura*, Prohibetque illas inſtaurari, & ad Iudicialem trutinam reduci, *l. cum mota dict. l. cauſas, l. ſi maiores Cod. de tranſact.* Caualer. *deciſ.*550. *num.* 2. *verſ. quia obſtabit*, quinimò ipſi litis ingreſſui reſiſtit ad inſtar rei Iudicatæ, cu-

ius virtutem præſefert, *dict. l. Cauſas*, *l. non minorem C. de tranſact.* Rolan. *conſ.* 28. *num.* 17. *lib.* 4. Surd. *conſ.* 451. *num.* 16. Rota coram Cardin. Caualer. *deciſ.* 276. *num.* 1. *verſ. quæ propterea part.* 1. *& deciſ.* 414. *part.* 2. cum pluribus aliis allegatis *in Romana reſciſſionis concordiæ* 15. *Iunij* 1648. coram R. P. D. meo, §. *Hæc enim litibus.*

1 Idque fortiùs dum tranſactio, de qua hic agitur facta fuit occaſione litis diù agitatæ cum ancipiti diſcrimine vtriuſque partis, & ex cauſa eiuſdem tranſactionis. Hoſpitale conſequutum fuit liberationem omnium Iocalium, pecuniarum, nominum debitorum Antonellæ, quæ aliàs reſtituere tenebatur illis de Caſſar in vim pacti in Inſtrumento Dotali dictæ Antonellæ appoſiti, quod ipſi ſiue eius filiis ſine liberis decedentibus, qui caſus euenit, dos reuerteretur ad dotantes, provt etiam eidem Hoſpitali remiſſi fuerunt fructus Dotis eiuſdem Antonellæ, qui conſiſtebant etiam in bonis ſtabilibus, necnon ſcuta 120. auri de Camera pro expenſis in Iudicio reintegrationis factis, & in dicta ſumma per ſententias Rotales liquidatis, atque ita apparet, quod duo ſubſtatialia requiſita tranſactionis, quæ ſunt, vt illa fiat ſuper re dubia, & inſerta, ſuper qua adſit lis, *l. 1. ff. de tranſact.* vbi DD. Faber *in eius Codic. lib. 2. tit. 4. de tranſact. definit.* 5. *num.* 3. & cum mutua hinc indè compenſatione, *l. tranſactione nullo dato Cod. de tranſact.* Iaſ. *conſ.* 18. *ſub num.* 14. *lib.* 1. Peregrin. *conſil.* 37. *ſub num.* 28. *lib.* 1. Rota *in recent. deciſ.* 447. *num.* 3. *part.* 2. in iſto caſu illa interuenerint, ſicque de validitate tranſactionis dubitari non poſſit.

2 Neque obſtare viſa fuit prætenſa ab Hoſpitali læſio enormiſſima ex eo deducta, quia cum illud duplicem habeat ſubſtitutionem ad ſui fauorem facta in Teſtamento Nicolai Antonij Xerri; vnam ſcilicet in bonis eiuſdem Nicolai Antonij, quæ vt purificata fuerit per obitum Mariettæ, & Angelicæ ſine filiis nulla cadit difficultas. Alteram verò in bonis Antonellæ, quæ pariter reſpectu legitimæ ſuſtinetur, tenuis valdè fuerit compenſatio facta in tranſactione pro remiſſione tot Iurium, quia DD. pro reſponſione animaduertebant, quia tranſactio inita cum illis de Caſſar non fuit facta ſuper Iuribus, quæ Hoſpitali competebant in bonis dicti Nicolai Antonij, hoc enim erat Iudicium prorſus diuerſum intentatum contrà illos de Xerri, cum quibus prætenditur etiam, quia diuerſa facta fuerit tranſactio, ſed iſta, de qua nunc agitur reſpicit tantum alteram prætenſionem, quam habuit Hoſpitale ſuper Immiſſione in poſſeſſionem bonorum Antonellæ vigore ſubſtitutionis pupillariter factæ Mariettæ, & Angelicæ, quæ cum ſuſtineri non poſſit, niſi reſpectu legitimæ dictæ Antonellæ matris, attento pacto reuerſiuo Dotis in Inſtrumento Dotali appoſito, & dicta legitima à Magno Magiſtro liquidata fuerit in ſcut. 350. vtique tranſactio læſiua dici non poteſt. Tantoque minus viſum fuit aliqnod fundamentum fieri poſſe in hac prætenſa læſione, quia non ſolum ex diuturnitate litis, ſed etiam ex diuerſitate ſententiarum hinc inde emanatarum apparet Iura ſubſtitutionum, quæ Hoſpitale ad ſui fauorem allegat, non fuiſſe valdè certa, & clara cum non fuerint ſufficientia ad Victoriam, ſed potius adfuerit probabilis dubietas, ac incertus litis exitus remanſerit, qui regulariter ſufficit ad conualidandam tranſactionem, *leg. in ſumma in princ. verſic.* & quidem ibique gloſſ. *in verb. nulla, & ſeqq. ff. de cond. indeb.* Pariſ. *conſ.* 32. *ſub num.* 17. *verſ. ad id dicendum, & ſeqq. lib.* 1. Decian. *conſ.* 56. *num.* 29. *verſ. nam ſufficit, & ſequent. lib.* 4. Rota *in Bonouien. tranſactioni.* 25. *Februarij* 1639. coram bonæ memor. Melchiorio, *cum pluribus aliis cumulatis in Romana reſciſſionis concordiæ* 15. *Iunij* 1648. coram R. P. D. meo Corrado § *quia contrarium conuincitur.*

Pro prædictorum comprobatione accedit 3
etiam obſeruantia dictæ tranſactionis ſpatio 50. annorum ſubſequuta, quæ operatur, vt illa difficiliùs reſcindi poſſit, Iſta enim tollit omnem dubietatem *l. ſi de interpretatione, & l. ſed ea ff. de legibus cap. cum contingat de tranſact.* Rota *diuerſ. deciſ.* 303. *num.* 2. *& deciſ.* 374. *num.* 3. *part.* 1. Seraph. *deciſ.* 1410. *num.* 3. *&* 16. Caualer. *deciſ.* 407. *num.* 9. *in recent. deciſ.* 715. *in fin. part.* 2. & efficit, vt læſio ſit concludentiſſimè probanda, cum ſola poſſibilitas contraria reſultans ex aliquo Iure in hoc caſu ſufficiat ad excludendam plenam probationem *cap. in præteritum de probat.* Surd. *conſ.* 505. *num.* 6. Rota *deciſ.* 332. *num.* 3. *part.* 4. *recent.* eoque magis dum illa authoriſata fuit à Magno Magiſtro, & à Conſilio Notabilis Ciuitatis Melitæ, quod facit ceſſare omnem læſionis ſuſpicionem Hond. *conſil.* 34. *num.* 59. *& ſeqq. lib.* 2. Menoch. *conſil.* 1164. *num.* 14. *& ſeqq. lib.* 12. Rota *deciſ.* 337. *num.* 17. *part.* 5. *recent.*

Non obſtat prætenſa nullitas tranſactionis 4
ex defectu beneplaciti Apoſtolici, quia cum Hoſpitale, de quo hic agitur à laycis reguletur, & adminiſtretur, cenſetur laycale, & priuatum non autem Eccleſiaſticum Iuxtà diſtinctionem Calder. *conſ.* 4. *verſ. Item Inſtitutio, & reſtitutio de Relig.* Dom. Felin. *in cap. de quarta num.* 11. *verſ. & commiſſio de præſcript.* Bald. *in auth. hoc Ius porrectum. num.* 2. *verſ. ſed*





*huic quero C. de Sacroſ. Eccleſ.* Rom. *conſ.* 477. *num.* 8. *& ſequuta eſt* Rota *deciſ.* 725. *num.* 1. *part.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 268. *num.* 2. *part.* 3. *recent.* vbi dictum fuit ad præſumendam qualitatem laycalitatis multum conferre denominationem Hoſpitalis, & talem etiam de Iure præſumi dixit Rota coram Put. *deciſ.* 255. *num.* 1. *&* 2. Gonzal. gloſ. 5. §. 4. *num.* 24. Mohedan. *deciſ.* 18. *de cauſ. poſſ. & propr.* Rota *deciſ.* 106.
5 *num.* 6. *part.* 2. *diuerſ.* † indequè potuit illud contrahere, ac tranſigere abſque beneplacito Apoſtolico cum aliis ſolemnitatibus *in Extrauag. Ambitioſæ de Eccleſ. bon. non alien.* requiſitis, quia in his non intrat materia *dictæ extrauag.* vt tradunt Bald. *in auth. hoc Ius porrectum num.* 11. *C. de Sacr. Eccleſ.* Rebuff. *in tract. de alien. rer. Eccleſ. num.* 57. Pariſ. *conſ.* 34. *num.* 19. *&* 25. *lib.* 4. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 75. *num.* 33. Martin. Andr. *deciſ.* 6. *num.* 3. Gabr. *de pia cauſ. concl.* 1. *num.* 1. 7. *&* 12.

6 Neque præſumpta qualitas laycalitatis excluditur ex eo, quod probetur in eo exerceri opera pietatis, ac illud habere locum pro Miſſa celebranda. Quia ad hunc effectum probandum eſſet, fuiſſe illud erectum auctoritate ordinarij Abb. *in cap. ad hæc num.* 2. *de relig. Dom.* Bald. *in d. authent. hoc Ius porrectum num.* 11. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Zabarell. *conſ.* 13. *num.* 2. *verſ. contrarium eſt, & verſ.* 2. *ad hoc* Gabr. *de pia cauſ. concl.* 2. *num.* 1. *cum ſeqq.* Barboſ. *de Iur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 11. *ſub num.* 38. *& num.* 80. *& ſeqq.* Caſtill. *deciſ.* 2. *num.* 12. *lib.* 1. Rota *in Mediolaneñ. bonorum* 18. *Martij* 1648. §. *Tandem non obſtat* coram R. P. D. meo Bichio, *& in Leopolieñ cenſurarum* 27. *Ianuarij* 1645. coram R. P. D. meo Cerro.

7 Minuſque præſumere faciunt illud Eccleſiaſticum Decreta Sac. Congregationis Concil. Trid. Interpretum, ex quibus declaratur Epiſcopum habere Ius viſitandi huiuſmodi Hoſpitale, & ab eius Adminiſtratoribus rationem adminiſtrationis exigendi, Nam Epiſcopus quamuis ordinaria auctoritate viſitare non poſſit Hoſpitalia laycalia, poteſt tamen id facere tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus ita diſponente Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 22. cap. 8. idemque tradit Cochier. *de Iuriſd. in exemptos part.* 2. *quæſt.* 45. *num.* 77. & firmauit Rota *deciſ.* 30. *num.* 8. *part.* 2. *recent.* & propterea etiam ex forma eiuſdem Concilij ratio adminiſtrationis teddi debet ipſi ordinario etiam de locis non Eccleſiaſticis, ſed tamen piis, & opera pietatis exercentibus. Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 395. *per tot.* & magis in terminis Federic. *de Sen. conſ.* 111. *num.* 3. Rota *in Leopolieñ adminiſtrationis Hoſpitalis* 15. *Maij* 1645. coram R. P. D. meo Cerro, *& in recent. deciſ.* 33. *num.* 1. *&* 2. *part.* 2. *recent.* Quare ex huiuſmodi actis qui benè ſe compatiuntur cum Hoſpitali laycali non valet inferri ad qualitatem Eccleſiaſticam.

Et ita vtraque Parte, &c.

---

## R. P. D. VEROSPIO

### Meleuitana commendæ,

Veneris 21. Maij 1655.

*Ad cap.* 132.

## *ARGVMENTVM.*

MAndatum ad Beneficia ex quibus eximatur à ſuſpitione voti captandæ mortis, Collatio commendæ Equitum S. Ioannis Hieroſolimitani vtrum fieri poſit extra limites prioratus ex conſtitutionibus dictæ Religiouis Quid dicendum ſit de eo qui mortuus eſt in ciuitate Pariſienſi.

## SVMMARIVM.

1 *Mandatum continens votum captandæ mortis & collatio inde ſequuta nullitate laborant.*

2 *Collatio poſt vacationis notitiam in perſonam nepotis prioris in religione hieroſolomitana eſt valida.*

3 *Prior poteſt conferre Beneficia extra conuentum.*

4 *Qui prius nulliter contulit, non priuatur ſuo iure conferendi.*

5 *Votum captandæ mortis ex quibus circumſtantiis excludatur.*

6 *Equites ſunt immunes ab aperitione oris propter eorum nobilitatem.*

7 *Suſpitio falſitatis & antidatæ excluditur in perſona nobili.*

8 *Explicantur ſtatuta Religionis hieroſolimitanæ volentia priores conferre commendas vacantes, dumtaxat extra conuentum in limitibus linguæ,*

9 *Qui mortuus eſt pariſiis dicitur mortus intra confiues linguæ vbi prioratus continetur.*

10 *Atteſtatio magni magiſtri multum facit in negotiis ad religionem hieroſolimitanam ſpectantibus.*

## DECISIO LIX.

DOmino Equiti Herico Vallettæ Commendam controuerſam iterum adiu-

dicandam fore hodie cenſuit Rota coram
Me, ex eodem deciſionis præteritæ funda-
mento, quod ſe habilem, & à collatore capa-
ci legitimè prouiſum fuiſſe probauerat, vt
alias in his terminis firmauit Rota *deciſ.* 562.
*part.* 5. *recent.*

1 Neque vrgere viſa fuit obiectio denuo re-
petita ex mandato procuræ à M. Priore ante
vacationis aduentum eiuſdem fauore Equitis
expedito, quod dum implicitum votum cap-
tandæ mortis includit, ſubſecutam huius vi-
gore mandati collationem conſequenter ir-
ritat, atque annullat per text. *in c. fin. de conceſſ.
præbend. & in cap. deteſtanda eod. tit. lib. 6.*
2 † Adducta enim obiectio deſtruitur ex colla-
tione poſt vacationis notitiam ſucceſſiuè ha-
bitá à M. Priore in perſona Nepotis, quæ à
DD. legitima reputatur in *c. vlt. de iur. patron.
ibiq.* Hoſtien. *num.* 1. *&* 4. Anania *num.* 3. Ma-
reſcot. *var. lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 21. Rota *deciſ.* 16.
*num.* 3. *infra med. verſ. & ita de renunciat. in*
3 *antiq.* † licet eadem collatio extra Conuen-
tum fuerit expedita, cum idemmet Prior
non prohibeatur extra Territorium volun-
tariæ iuriſdictionis actum exercere, vt de-
clarat Lotter. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 50. *n.* 81.
Calder. *conſ.* 2. *num.* 1. *de offic. Vicar. & conſ.* 2.
*de elect.* Rota *in Treueren. Archidiaconatus* 13.
*Iunij* 1644. *in §. quia cum eidem* coram R.P.D.
4 meo Cerro. † Neque ex antecedenti colla-
tione nullitati forſan obnoxia conferendi fa-
cultate priuatur à iure iux. Text. *in cap.* 3. *de
conceſſ. præbend. ibiq.* Abbas *n.* 3. Ancharan. *n.* 1.
Henric. de Boich. *c.* 2. *num.* 6. *eod. tit.*

5 Præterea literæ mandatum procuræ con-
tinentes, ipſiſmet Procuratoribus clauſæ
tranſmiſſæ fuerant, ac ſub præcepto, ne ante
aduentum vacationis aperirentur, quæ pro-
inde ante aperitionem votum captandæ
mortis præſeferre nequibant, dum interim
nomen perſonæ ibidem contentæ, earum-
que tenor remanebat occultus, vt in terminis
teſtamenti clauſi probat, Text. *in §. ſin autem
quis, inſtitut. de pupillar. ſubſtit. l. qui teſtamento
§. vlt. ff. de teſtam. l. vbi §. vlt. ff. de legat.* 2. *Ro-
lan. conſ.* 36. *num.* 16. *lib.* 1. Rot. *deciſ.* 533. *n.* 19.
*part.* 4. *tom.* 3. *recent.*

6 Hoc verò præceptum fuiſſe fideliter ex-
pletum tacta Cruce teſtantur ijdemmet Pro-
curatores, qui virtute nobilitatis in genitæ à
delicto aperitionis, exinde cenſentur immu-
nes iux. gloſſ. *in cap. illud* 40. *diſtin.* & aduertit
Bar. *in l.* 1. *§. penult. ff. de re militar.* Dec. *conſ.*
175. *num.* 5. Burſatt. *conſ.* 135. *num.* 31. Honded.
*conſ.* 33. *num.* 48. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 378. *n.* 24.
Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 625. *num.* 27. Boër.
7 *deciſ.* 217. *num.* 9. † Necnon etiam ex altero
tranſmiſſionis literarum de recenti, quod pa-
riter excluditur ac penitus remouetur, tum
ex inueriſimili tot nobilium perſonarum
concurſu in huius confectione falſitatis, vt
aduertit Aymon. *conſ.* 75. *n.* 19. Surd. *conſ.* 132.
*num.* 25. Bec. *conſ.* 78. *n.* 21. cum aliis latè dedu-
ctis per Farinac. *quæſt.* 113. *num.* 116. *cum ſeqq.*
Tum etiam ex Inſtrumento ratificatæ colla-
tionis, ſeu iterum habitæ à Priore ſub die 26.
Ianuarij 1646. in quo bis recenſetur tenor
epiſtolæ prohibentis aperitionem ante vaca-
tionis aduentum, atque conſcriptæ ſub die
12. Februarij antecedentis anni, quæ perpe-
ram ex aduerſo: proinde ſupponitur de re-
centi conſcripta, & conſequenter laborare
ſuſpicione falſitatis, ac antidatæ, vt pondera-
uit Rota coram Seraph. *deciſ.* 879. *n.* 3. *& deciſ.*
1221. *n.* 4. *&* 5.

Corruere quoque viſa fuit altera obiectio 8
deducta ex ſtatuto 29. de comen. deferente
M. Priori collationem commendæ vacantis
duntaxat extra Conuentum in limitibus
linguæ, de qua Prioratus exiſtat, cum ſub hu-
iuſmodi diſpoſitione ſtatuti præſens nequeat
contineri vacatio, ſubſecuta per obitum Cõ-
mendatarij, qui Pariſiis occubuit, & conſe-
quenter extra limites Prioratus deceſſit, ſi-
quidem in ſeq. c. 30. antecedenti coherenter
annexo regnum vniuerſum, vbi conſiſtunt
Prioratus, pro eorundem confinibus aſſigna-
tur; ad cuius proinde terminos diſpoſitionis
præcedentis, ac de collatione Commenda-
rum diſponentis, debet per neceſſe referri
ſequentis cap. diſpoſitio cohærenter annexa,
& per viam declarationis adiecta, quæ iuxta
terminos declarati regulariter ſumitur, iuxt.
text. *in l. hæredes palam §. ſi quid poſt factum
ff. de teſtamentis not.* Gloſ. *in cap. per tuas in ver-
bo de nouo de donat.* Dec. *in l. edita num* 47. *C. de
eden.* Rom. *conſ.* 65. *n.* 3. *verſ. ſupradictis tamen.*
Rot. *deciſ.* 453. *n.* 2. *part.* 1. *rec.* Præſertim quia
*in fine cap.* 30. diſponitur Commendatarios
tunc in Conuentu deceſſiſſe, quoties occu-
buerint ſuper mare, & extra limites Priora-
tuum; Qui ſanè Prioratus accipi debent di-
ſtributiuè ad effectum conferendi; provt ad
eundem effectum accipi debent confinia lin-
guæ in antecedenti capitulo recenſita, atque
confinia Prioratuum in ſequenti declaratio-
ne expreſſa, vt huius ſcilicet reſpectu colla-
tionis inſpici debeat, an Commendatarius
diem ſuum extremum clauſerit in Conuen-
tu, vel extra, intra verò clauſiſſe cenſeatur
decedentem extra terminos Prioratuum,
hoc eſt totius Regni confines *iux. ſeq. declara-
tionem ſtatuti c.* 30.

Dum itaque Commendatarius Pariſiis, 9
hoc eſt intra Regni fines occubuit, deceſſiſſe
proinde cenſetur intra limites Prioratus,
ac conſequenter intra linguæ confines vbi
Prioratus continetur, iux. Text. *in l. ſi fines C.*
de



*de euict. l. Patronus §.* 1. *&* 2. *ff. de legat.* 3. Alex.
*conſ.* 54. *in princ. lib.* 3. Aymon. *conſ.* 105. *num.* 1.
Rom. *conſ.* 5. *num.* 1. propè finem, Rota *in Ro-
mana Caſtri Orciani* 18. *Maij* 1590. coram
Orano, *& deciſ.* 683. *n.* 5. *part.* 1. *& deciſ.* 164.
*num.* 20. *cum ſeqq. part.* 6. *rec.* cum aliis latè de-
ductis per Gratian. *c.* 657. *n.* 26.

Cum maximè ex obſeruantia id robur
aſſumat ponderata in deciſione præterita,
quæ ex aliorum depoſitione Teſtium ex
aduerſo deducta, dici nequit eliſa; dum hi
non recenſendo caſus particulares aliquem
nequeunt gradum probationis conſtituere
iux. Text. *in l. de quibus ff. de legib.* & not. Bart.
*in l.* 2. *q.* 27. *in fin. C. quæ ſit longa conſuetudo, ibiq.*
Cyn. *verſ. ſed quæro* Alex. *conſ.* 45. *num.* 1. *lib.* 2.
Rota *in Cæſarauguſtana fructuum* 10. *Iunij*
1600. coram Corduba, *& in deciſ.* 264. *n.* 28.
10 *part.* 6. *recent.* † in concurſu præſertim atte-
ſtationis Eminentiſſ. M. Magiſtri, aliorum
Equitum depoſitiones habentis in conte-
ſtem, & diſpoſitioni ſtatuti conformis, quæ
debet proinde præferri ad Text. *in l. ob carm.
§. fin. in principio,* vbi Bald. *ff. de teſtam.* not. In-
noc. *in c. auditis n.* 4. *verſ. hinc colligunt de præ-
ſcript.* Butr. *in c. licet cauſam num.* 46. *de probat.*
Pariſ. *conſ.* 88. *num.* 23. *vol.* 3. Ruin. *conſ.* 12.
*num.* 2. *&* 3. *vol.* 5. Gozad. *conſ.* 79. *n.* 13. Boër.
*dec.* 23. *num.* 95.

Et ita vtraque, &c.

---

## R. P. D. ZARATE
## Mindonien. Parochialis,

Lunæ 3. Martij 1653.

*Ad cap.* 187. *volum.* 2. *& de Penſionib. cap.* 9.

### *ARGVMENTVM.*

VNito beneficio alicui Capitulo
vnione perpetua, cura habitualis
animarum, pertinet ad Capitulum ſo-
lum vero exercitium curæ ſpectat ad
Vicarium, vnionem effectum fuiſſe ſor-
titam, probatur ex poſſeſſione ſequuta
& congrua portione aſſignata Vicario,
quamuis fructuum perceptio non ſit
ad hoc neceſſaria, ſtante autem dicta
vnione non eſt locus concurſui, ſed
abſque illo beneficium conferendum
eſt ad nominationem Capituli. Et licèt
aliquando factus fuerit concurſus, ta-
men hoc non nocet iuri nominandi
ſpectanti ad Capitulum, etiamſi fuiſſet
datus Vicarius perpetuus, & Vicaria ex
temporali fuiſſet facta perpetua.

### SVMMARIVM.

1 *Vnio probatur ex productione literarum Summi Pontificis.*
2 *Sumptum bullæ probat iunctis adminiculis.*
3 *Bulla præſumitur iuſtificata ex illius obſeruantia per longiſſimum tempus.*
4 *Effectuatio vnionis probatur ex adeptione poſſeſſionis.*
5 *Mandatum illius qui poſſeſſionem accepit probatur per coniecturas.*
6 *Canonicus pro ſuo capitulo ad illius vtilitatem agere poteſt.*
7 *Poſſeſſio dicitur vacua per reſignationem libere & ſine conditione factam.*
8 *Data facultate capiendi poſſeſſionem propria authoritate in literis vnionis non cenſetur ab ea receſſum, ſi executor aditus fuerit extraiudicialiter.*
9 *Effectuatio præſentationis probatur per adeptionem poſſeſſionis.*
10 *Permutatio facta de conſenſu capituli, habet vim nominationis & præſentationis.*
11 *Probatis extremis præſumuntur interueniſſe nominationes medij temporis.*
12 *Iuſpatronatus eccleſiaſticum eſt illud quod cadit ſub regula menſium.*
13 *Aſſignatio congruæ portionis Vicarij eſt ſignum curæ habitualis ſpectantis ad Capitulum.*
14 *Fructuum perceptio non requiritur vt vnio dicatur ſortita effectum.*
15 *Ex quibus arguatur curam habitualem ſpectare ad Capitulum.*
16 *Vnio facta per viam incorporationis cenſetur facta acceſſoriè.*
17 *In beneficiis vnitis non eſt locus concurſui, ſed collatio fieri debet ad nominationem Capituli, cui beneficium eſt vnitum.*
18 *In diſcordia teſtium quibus maior fides adhiberi debeat.*
19 *Quamuis aliquæ collationes factæ fuerint per concurſum non ex eo præiudicatur, iuri nominandi competenti illi, cui beneficium eſt vnitum.*
20 *Vacatio impropria verificari aliquando poteſt in beneficiis vnitis & manualibus.*
21 *Quamuis Epiſcopus beneficium amouibile reducat ad perpetuam Vicariam, non ideo ſit præiudicium iuri nominandi illius cui beneficium eſt vnitum.*

DECI

## DECISIO LX.

VAcante per obitum Petri Fernandez Eccleſia Parochiali Sancti Vincentij de Lagoa Mindonienſis Diœceſis, controuerſia fuit orta inter Ordinarium Mindonien. prætendentem Vicariam dictæ Parochialis in concurſu prouidere, & Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Lucenſis aſſerentem ad ſe ſpectare Vicarij deputationem ad nutum amouibilis, tanquam in Eccleſia ſibi perpetuo vnita; Vnde præuio concurſu prædictus Ordinarius dictam Vicariam contulit Franciſco Mel. Capitulum vero Andream Pardo deſignauit, pro cuius inſtitutione coram Ordinario inſtetit; Qua propter appellationis cauſa commiſſa à Reuerendiſſimo Hiſpaniarum Nuntio cuidam Iudici Synodali Ordinarij ſententia fuit reuocata, & declaratum dictam Parochialem eſſe perpetuò vnitam Menſæ Capitulari Eccleſiæ Lucenſis, quæ poſtea per eundem Reuerendiſſ. Nuntium fuit confirmata, à cuius ſententia, cum mihi cauſa fuiſſet commiſſa, propoſui dubium. An eſſet locus concurſui, & Domini negatiuè reſponderunt.

1 Ex ea nimirum ratione; nam conſtat prædictum Beneficiũ Sancti Vincentij eſſe perpetuò vnitum Capitulo Lucenſi, adeovt penes illud reſideat cura habitualis animarum, & exercitium duntaxat eiuſdem Curæ Vicario incumbat, vt patet ex Bulla fel. record. Leonis X. edita de anno 1618. data in Summario Capituli *n.* 1. ex qua ſufficiens vnionis probatio inducitur Garz. de Benefic. *part.* 12. *cap.* 2. *n.* 226. Barboſ. *de Iur. Eccleſ. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 61. Rota *deciſ.* 9. & 10. *de reb. Eccleſ. non alien. in antiq.* Buratt. *deciſ.* 734. *num.* 1. & *deciſ.* 870. *eod. num.* & *in recent. deciſ.* 174. *n.* 5. *part.* 6. & *deciſ.* 448. *num.* 1. & 2. *part* 4. *tom.* 2. & notant Add. ad ſanct. memor. Gregor. XV.
2 *deciſ.* 196. *num.* 3. *verſ. quando igitur.* † Quod procedit quamuis prædicta Bulla non ſit extracta ab originali, ſed ſit ſumptum de ſumpto accedentibus pluribus adminiculis infra referendis Rota penes Caputaquen. *deciſ.* 234. *num.* 2. *part.* 1. & *in Segobien. Habitus* 28. *Ianuarij* 1613. coram Sacrato, Iuncta etiam obſeruantia (quæ conſtat) Rota *in Vrgellen. Vnionis* 27. *Iunij* 1640. coram Reuerendiſſ. Salamantino, & *in Barchinonen. Parochialis* 15. *Februarij* 1647. coram Reuerendiſſ. Terracinen. & *deciſ.* 482. *num.* 3. *part.* 1. *deciſ.* 18. *n.* 1. *deciſ.* 703. *num.* 8. *part.* 2. *recentior. deciſ.* 469. *n.* 5. coram ſanct. memor. Gregor. XV. *vbi Adden. littera B. deciſ.* 641. *num.* 9. coram Caualer.
3 † Quæ etiam præſumere facit iuſtificationem eiuſdem Bullæ concurrente longiſſimi temporis lapſu, Rota coram Seraphin. *deciſ.* 1432. *num.* 4. & *in recent. deciſ.* 196. *num.* 6. & *ſeqq. part.* 7. *in Barchinonen. Vicariæ* 12. *Decemb.* 1639. & 2. *Martij* 1640. coram Coccino, & 10. *Februarij* 1645. coram Eminentiſſ. Cardinali Corrado. Accedente præterea, quod alias in exequutionem illius tanquam legitimè extractæ emanauit ſententia iuxta Caputaq. *deciſ.* 351. *num.* 5. *part.* 2. Seraph. *deciſ.* 1192. *n.* 3. & *deciſ.* 465. *num.* 3. *ad med. p.* 1. *recent.*

Effectuatio verò prædictæ vnionis adeſt 4
in poſſeſſione capta per Capitulum Lucen in executionem eiuſdem Bullæ de anno ſubſequenti 1519. dicto Summario *num.* 2. Vnde non intrat regula reuocatoria Vnionis Adriani VI. & aliorum Pontificum, vt notat Garz. *de Beneficiis dicta p.* 12. *cap.* 2. *num.* 281. & 290. Barboſ. *in Collect. Concil. ſeſſ.* 7. *de reformat. cap.* 6. *n.* 10. & *de iure Eccleſ. d. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 65. vbi plures allegantur Rota *deciſ.* 402. *in princ. part.* 4. *recentior.* & *deciſ.* 90. *n.* 6. *verſicul. quod autem eadem part.* 4. *tom.* 2. *in Bouen. Abbatiæ* 3. *Iulij* 1645. coram bon. memor. Arguelles, & *in Peruſina Beneficij* 10. *Febr.* 1648. coram R. P. D. meo Bichio.

Contra quam allegari non valet, quod de- 5
ficeret mandatum procuræ in perſona eius, qui nomine Capituli cœpit poſſeſſionem, vel controuerti, quod tunc temporis poſſeſſio eſſet vacans, aut quod valide capta fuiſſet. Nam mandatum enunciatur in ipſo Inſtrumento captæ poſſeſſionis, & præſumitur, tùm ex præcedenti titulo Vnionis, tum ex quo idem Procurator Inſtrumentum vnionis exhibuit Caſſad. *deciſ.* 3. *num.* 4. *de procurat.* Rota *deciſ.* 176. *n.* 8. coram ſanct. memor. Greg. XV. *in Bononien. fideicommiſſi de Glauarinis* 2. *Iunij* 1639. & 18. *Maij* 1640. coram Reuerendiſſ.
Tarraconenſi. † Eoque magis, quia ipſe erat 6
Canonicus eiuſdē Eccleſiæ, qui vti talis, etiam ſine mandato nomine ſuæ Eccleſiæ agere voluit ad illius vtilitatem ex *cap. coram* 34. *de offic. deleg. cap.* 14. *de cenſ. cap.* 4. *de confirmat. vtil. vel inutil. Gloſ. in verb. Portitoribus in cap.* 1. *de procurat.* vbi Panormit. *n.* 8. Hoſtien. *ad tit. de Procur. n.* 13. Valboa *in cap. cauſam.* 9. *n.* 3. *de probat.* Tuſch. *concluſ.* 821. *n.* 8. *cum ſeqq. litera P.* Goliuus *de Procurat. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 17. Bouer. *ſingul.* 26. *n.* 18. Oſuald. *ad Bonell. lib.* 18. *cap.* 12. *Litera K.* Virgil. *de legitimatione perſon. cap.* 19. *n.* 11. Modern. *de manutent. obſeruat.* 55. *num.* 133. Rot. *deciſ.* 630. coram Caualerio, & Capitulum ſucceſſiue de hoc Beneficio tan-
quam vnito diſpoſuit, vt *infra* apparebit. † 7
Vacuam verò fuiſſe poſſeſſionem dubitari nequit, ſtante reſignatione per poſſeſſorem facta, non ad fauorem alterius; vt ſupponitur, ſed libore per quàm propterea ſtatim ac fuit à Pontifice admiſſa vacauit Beneficium, eiuſ-

que



que poſſeſſio fuit abdicata à Reſignante, & vacua remanſit *cap. quod in dubiis de renunc. cap. ſuſceptum de reſcript. in* 6. Zabarell. *conſ.* 210. *num.* 2. Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 5. *n.* 27. Viuian. *de Iurepatr. lib.* 13. *cap.* 10. *à n.* 6. Barboſ. *de iure Eccleſ. dicto lib.* 3. *cap.* 15. *à n.* 16. & *n.* 66. *cum ſeqq.* & *à num.* 148. Rot. *deciſ.* 240. *num.* 3. *part.* 1. *recent. deciſ.* 231. coram Merlin. *n.* 3. & *in Hieracen. Parochialis* 4. *Decembris* 1651. §. *Deinde* coram Me.

8 Validitas autem poſſeſſionis patet, ex facultate in literis Vnionis, conceſſa Capitulo capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, quæ non aderat in caſu ex aduerſo allegato *deciſ.* 7. *ſub n.* 9. *verſ. Poſſeſſio part.* 6. *recent.* & cui non cenſetur renũciatum ex quo aditus fuit Executor, & de eius manibus capta poſſeſſio, dum hæc omnia extraiudicialiter emanarunt Bart. *in l. creditore n.* 26. *C. de pignor.* Iaſ. *in l.* 2. *n.* 113. *verſ. volens tamen C. de Iure Emph.* Cancer. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 19. *n.* 25. Rota coram Seraph. *deciſ.* 1003. *n.* 1. *in Romana ſeu Veliterna reſtitutionis in integrum* 17. *Decembris* 1646. §. *Hæc verò* & *ſeqq.* coram R.P.D. meo Bichio.

Actus verò obſeruantiæ oſtenduntur, Primo ex mandato procuræ ad nominandũ Vicarium, & nominatione eius vigore facta de anno 1556. ſub enunciatiua prædictæ Vnionis. & Bullæ Leonis X. cum facultate amouēdi Capellanum, & alium nominandi, & apponendi, provt ipſe Procurator nominauit Rodericum Diaz approbandum ab Epiſcopo, vt in dicto Sum. *num.* 3.

Deinde ex ſententia Ordinarij Mindonien. ad fauorem Martij Manriquez, vti nominati à Decano, & Capitulo ſub eadē enun-
9 ciatiua Vnionis dicto Summario *n.* 4. † Maximè cum per poſſeſſionem à dicto Manriquez captam etiam probetur præſentationis effectuatio, Cald. *conſ.* 12. *de Iurepatr.* Rota per Buratt. *deciſ.* 111. *n.* 2. Quibus accedit alia nominatio cum conſenſu Capituli in perſonam
10 Petri Fernandez de Rico, † vel potius permutatio facta de anno 1625. quæ habet vim nominationis, & præſentationis Rota *deciſ.* 792. *n.* 7. & 8. *part.* 1. *diuerſ.* & *deciſ.* 196. *n.* 3.
11 *part.* 1. *recent.* † Ex quibus etiam præſumuntur nominationes medij temporis, vt ex Seraph. & aliis *ibi* allegatis ponderauit in puncto Vnionis Rota *in Peruſina Beneficij* 10. *Februarij* 1648. §. *concurrunt* coram R.P.D. meo Bichio.

12 Quæ obſeruantia non poteſt referri ad alium titulum, quam ipſius Bullæ Vnionis; quia prædicti actus apparent explicitè geſti in vim Vnionis. Ac Teſtes deponunt de nominationibus factis à Capitulo etiam in menſibus reſeruatis, quod non licuiſſet, ſi vt prætenditur emanaſſent ex cauſa Iuriſpatronatus quod cum eſſet Eccleſiaſticum cecidiſſet ſub regula reſeruatoria menſium, Rota *in Compoſtellana Parochialis* 17. *Iunij* 1644. coram Eminentiſſ. Card. Cecchino, & 10. *Febr.* 1645. coram R. P. D. meo Veroſpio.

Præterea adſtipulantur tres Teſtes formiter examinati pro parte Capituli Lucen. eius Summario *n.* 10. deponentes de viſu, & certa ſcientia de nominationibus continuo factis à Capitulo recenſendo ſingulares perſonas nominatas, & reddentes optimas, & ſufficiētes rationes, qui propterea benè probant Rota coram Buratt. *deciſ.* 578. *n.* 6. & *deciſ.* 270. *num.* 1. *part.* 7. *recent.*

Et vlterius addunt fructus Beneficij vniti 13
perceptos fuiſſe à Capitulo relicta ſolum pro Vicario certa portione pro congrua ſuſtentatione, vt etiam deponunt Teſtes ex aduerſo examinati pro parte Franciſci, quod quidem eſt ſignum Vnionis, & Curæ habitualis penes Capitulum Lucen. cui vnio facta fuit, Ioann. Andr. *in cap. expoſuiſti, num.* 8. *de præbend.* Rota apud Caputaquen. *dec.* 339. *num.* 3. *part.* 3. Mohed. *deciſ.* 5. *in fin. de decimis deciſ.* 204. *num.* 1. *in fin. part.* 2. *deciſ.* 580. *num.* 8. & 15. & *num.* 19. *in fine part.* 4. *tom.* 3. *recent. in Romana Iurium Parochialium* 4. *Decembris*
1651. coram R P.D. meo Celſo. † Quamuis 14
hæc fructuum perceptio non requiratur, vt dicatur vnionem effectum ſortitam fuiſſe, vt tradit Nicol. Garz. *dict. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 29. Ricc. *in prax. for. Eccleſ. reſol.* 376. *num.* 6. Barboſ. *de Iur. Eccleſ. dicto lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 65.

Nec dubitari poteſt quin cura habitualis 15
reſideat penes Capitulum Lucen̄ Actualis verò penes Presbyterum ab eo nominandum, extantibus ampliſſimis Clauſulis in Bulla contentis: ſcilicet cum omnibus iuribus, & pertinentiis iuxta tradita per Rotam apud Caualer. *dec.* 599. *num.* 2. & 4. Merlin. *dec.* 115. *num.* 6. *verſ. præterea, &c.* & facultatem conceſſam nominandi Presbyterum ad nutum & amouibilem pro exercitio Curæ, Rota *dec.* 102. *num.* 10. *verſ.* & *reſeruatur part.* 1. *recent.* & coram Merlino *dicta dec.* 115. *num.* 4.
& 5. † Atque etiam ex vnione facta per 16
viam incorporationis, vt colligitur ex verbo *incorporamus*, quod efficit, vt vnio dicatur acceſſoriè facta Garſ. *de benef. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 51. & 56. Maſſobr. *in prax. haben. concur. prælud.* 13. *dub.* 2. Barboſ. *cum ibi adductis de offic. Epiſc. alleg.* 60. *à n.* 23. Rota *deciſ.* 352. *n.* 7. *part.* 4. *recent.* & *in Cathacen. prætenſæ* 23. *Maij* 1650. coram R.P.D. meo Bichio.

Ex quibus omnibus inconcuſſa remanente vnione non debet eſſe locus concurſui; ſed abſque eo conferendum eſt Beneficium ad nominationem Capituli, iuxta diſpoſitionem Bullæ Pij V. 47. in ordine §. 4. tradit Gonzal.

in

*in regul.*8.*Cancell. gloſ.*5. §.3.*n.*53. Garz. *de beneſ. part.*9.*cap.*2.*n.*289.*& ſeqq.* plures quos refert Barboſ. *vbi proximè dicto num.*23.*cum ſeqq.* Rota *deciſ.*785.*n.*2.*& ſeqq. p.*3. *recent.* & apud Merlin. *dicta deciſ.*115.*n.*2.*& deciſ.*187.*n.*1. & penes Caual. *deciſ.* 595. *num.*4. *& ſeqq. & in Gerunden. Capellæ* 20. *Martij* 1645. coram R.P.D. meo Bichio.

18 Qua ſtante, non obſtant Teſtes in contrarium adducti deponentes beneficium tanquam Curatum ab Epiſcopis collatum fuiſſe vidente, ſciente, & non contradicente Capitulo Lucẽſi Summario Capituli Mindonien. *n.*1.*&* 4. Nam quamuis eſſent contrarij, cum ſe referant ad ſcripturas non probarent, niſi quatenus apparent in relato *Auth. ſi quis in aliquo. C. de edend.* Rota *in Seguntina præſtimonij* 4.*Decembr.* 1592. coram Orano, *& deciſ.*664. *ſub n.*2.*part.*3.*recent.* Immò cum ex ſententiis & ſcripturis publicis ſupra relatis conſtet de contrario, nempè Capellanos, & Vicarios fuiſſe à Capitulo nominatos, & nũquam prouiſos per concurſum talis probatio præualet probationi reſultanti ex prædictis Teſtibus *l. cenſus* 10.*ff. de probat. gloſſ. in cap.*3.*loco verbo teſtium eodem titul.* Rota *deciſ.*64.*n.*17.*part.*5. *recent. in Placentina Beneficij* 29. *Maij* 1648. coram R. P. D. meo Celſo *in Romana dotis* 5. *Iunij eiuſdem anni* corã eodem. Præcipuè cum concordent cum aliis Teſtibus Capituli Lucen. aliaque adminicula concurrant Crauett. *conſ.*400.*n.*35. Rot. *deciſ.*61. *n.*8. coram Mantic. *& deciſ.*487. *n.*5. *verſ. & habent iuris præſumptionem part.*2.*recent.*

Præterquam dicti Teſtes non excludunt, quod præceſſerint nominationes Capituli Lucen. & ita intelligendi ſunt, cum recenſeãt perſonas ab Epiſcopo prouiſas, quas habuiſſe collationem præuia nominatione Capituli conſtat ex dictis publicis Inſtrumentis, vt accidit in perſonam Martij Manriquez, cuius prouiſione allegari non poteſt prædictam obſeruationem fuiſſe interruptam, eo quod de anno 1611. prouiſus fuiſſet in concurſu & collationem obtinuiſſet ex cauſa ceſſionis illi factæ à quodam Varella; Nam verius eſt, quod Varella, & Manriquez fuerunt inſimul examinati, & Varella fuit reprobatus, Manriquez verò approbatus, qui cum poſtea conſequutus fuiſſet nominationem à Capitulo Lucenſi, cuius vigore etiam reportauit inſtitutionem, vt in dicto Summario *n.*4. Vtique dici non debet, quod illi collata fuiſſet Vicaria ex ceſſione dicti Varellæ.

19 Nec magis refragatur, quod aliquando Vicaria per concurſum fuerit prouiſa, cum ex eo præiudicium dicto Capitulo non inferatur, nam licet id aliquoties conſenſerit plures nominando inter quos fieret concurſus; non ideo ſibi ademit facultatem in futurum vnicum nominandi, cui abſque concurſu, & cum ſolo examine collatio fieri debeat, vt in terminis reſpondit Rota *deciſ.* 443. *n.*7. *verſ. non obſtat, & n.*3.*part.*5.*tom.*2.*recent. vbi num.*9. *verſ. & quatenus, &c.* ſubditur præſumi poſſe concurſus factos fuiſſe per errorem ſequitur Rota *deciſ.*580.*n.*24.*& tribus ſeqq. p.*4. *tom.*3. *deciſ.*16.*n.*15. *verſ. neque obſtare, & n. ſeqq. p.*6. *recent.* vbi redditur ratio, quia ad formam Conſtitutionis Pij V. faciendæ ſunt collationes, & Conſtitutio continet decretum irritans, quod inficit omnem poſſeſſionem contrariam, Rota coram Caualer. *deciſ.*599. *in fine* coram Merlino *deciſ.* 313. *n.*8. *& in dicta Gerunden. Capellæ* 10. *Martij* 1645. §. *non obſtat il primo, &* 27. *Ianuarij eiuſdem anni* §. *quia neceſſitas in fine* coram R.P.D. meo Bichio.

Minus autem obſtat, quod dictum Benefi- 20
cium fuerit collatum tanquam vacans, quod repugnare videtur vnioni, cum vnita non dicantur vacare. Nam huic obiectioni reſponſum fuit vacationem largo modo verificari etiam in Beneficiis vnitis, & manualibus, cum vacare dicantur per remotionem, & per obitum Gloſſ. *in Clemen. vnica.* §. *promiſſa verbo reuocari propè med. verſ. & ſcias de ſupplen. negl. Prælat.* Card. *ibidem num.* 8. Vitalin. *n.* 9. Gonzal. *ſuper reg.*8. *Cancellariæ gloſ.*15. §.2. *ſub num.* 24. & reſpondit Rota *in Peruſina Beneficij* 10. *Februarij* 1648. §. *fin.* coram R. P. D meo Bichio.

Denique non aduerſatur, quod de anno 21
1625. huiuſmodi Parochialis fuerit collata Vicario non ad nutum amouibili, iuxta diſpoſitionem Bullæ, ſed perpetuo, & quod ſententia Ordinarij ſuperius relata loquatur de Vicaria perpetua. Nam licet fuiſſet datus Vicarius perpetuus, & Parochialis in titulum collata, non ex eo alteraretur vnio iam facta, aut tolleretur obſeruantia præcedens quoad exercitium Curæ, & modum prouidendi, vt in terminis firmauit Rota coram Caualer. *deciſ.*595. *num.*2. *verſ. & licet & n. ſeq.* coram Merlino *dicta deciſ.*115. *num.*13. *& in dicta Peruſina Beneficij* §. *finali* coram R.P.D. meo Bichio, ſtante præſertim diſpoſitione Concilij Trident. *ſeſſ.* 7. *cap.*7. *de reform.* quæ arbitrio Epiſcopi remittit reductionem Vicariæ temporalis in perpetuum, vt tradit Garz. *de Beneſic. part.*11.*cap.*2.*n.*9. Barboſ. *in Collect. Concilij dicta ſeſſ.*7.*cap.*7. *num.*15. vbi ait idem procedere, quamuis in literis vnionis eſſet ſtatuta temporalitas, *& de offic. Epiſcopi alleg.*72.*num.* 190. & refert ita fuiſſe declaratum per Sacram Congregationem Concilij, & animaduertit prædictam facultatem Ordinario competere, quando literæ vnionis emanarunt ante Concilium, & tunc requiri iuſtum

arbi



arbitrium & neceſſariam cauſam, quodque in viſitatione fiat alioquin poſſe appellari à prædicta reductione, vt etiam tradit Flores de Mena *var. quæſt.* 10. *num.*47. Garz. *de beneſ. dicta part.*11.*cap.*2.*num.*8. quod ſequitur Barboſ. vbi proximè ſequitur.

Atque ita vtraque parte audita, &c.

---

# R. P. D. BICHIO
## MONTIS CASSINEN. Iuriſdictionis,

Lunæ 27. Martij 1651.

*Ad cap.* 60.

## *ARGVMENTVM.*

COnfeſſarios Monialium Prælatis regularibus ſubiectarum non indigere approbatione Ordinarij, ad audiendas confeſſiones illarum, Exemptionem autem probari ex eo, quod Epiſcopi nullam vnquam in illis monaſteriis iuriſdictionem exercuerunt. Imo ab alienis, & ſibi beneuiſis Epiſcopis Chriſma, Oleum Sanctum & Pontificalia ſuſceperunt, & tanquam de territorio ſeparato habitæ fuerunt. Præſertim ſi Abbates ibidem per plures annos exercuerunt diuerſos actus, ad iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem pertinentes.

## SVMMARIVM.

1 *Rota ſolet recurrenter amplecti declarationes congregationis Cardinalium.*

2 *Confeſſarij monialium exemptarum non indigent approbatione Ordinarij ad audiendas illarum confeſſiones.*

3 *Appellatione Iuriſdictionis continetur tam ciuilis quam criminalis.*

4 *Dictio* aliquid *eſt generalis & omnem ſpeciem comprehendit.*

5 *Si Epiſcopus non poſſit ex priuilegio monaſterij laxare interdictum vel excommunicationem, colligitur ex eo quod nulla ipſi, in illo competit iuriſdictio.*

6 *Si monaſterium à quocunque Epiſcopo ſibi beneuiſo poſſit recipere ea, quæ dependent ab ordine, & dignitate epiſcopali probatur, ex eo Epiſcopum ordinarium non poſſe in illo iuriſdictionem exercere.*



7 *Si quilibet Epiſcopus in aliquo Monaſterio poſſit ad libitum Monaſterij Pontificalia exercere, illud dicitur exemptum à Iuriſdictione Ordinarij.*

8 *Quamuis Eccleſia ſit intra limites alicuius Diæceſeos, tamen poteſt verè & propriè conſtituere territorium ſeparatum.*

9 *Enunciatiuæ antiquiſſimæ & adminiculatæ probant veritatem rei enunciatæ.*

10 *Eccleſia quantumuis exempta debet reuerentiam Epiſcopo ordinario.*

11 *Priuilegium exemptionis Monaſterij ampliſſimis verbis Abbatis fauore conceptum comprehendit exemptionem à iuriſdictione Epiſcopi.*

12 *Confirmatio ſtatutorum Monaſterij facta per Abbatem arguit exemptionem ab Epiſcopi iuriſdictione.*

13 *Confirmatio ſtatutorum eſt actus iuriſdictionis & denotat ſubiectionem erga confirmantem.*

14 *Viſitatio eſt actus Iuriſdictionis.*

15 *Si Abbas viſitandi Monaſterium ius habeat probatur ex eo ſubiectio, præſertim ſi in viſitatione decreta faciat concernentia clauſuram, & alia quæ ad ſolum Epiſcopum pertinere ſolent.*

16 *Abbas ſi confirmationem in Monaſterio exercere ſolitus ſit, ſequitur Monaſterium eſſe illi ſubiectum.*

17 *Qui ſint alij actus ex quibus argui poſſit Iuriſdictionem ſuper monaſterio ſpectare ad Abbatem cum exemptione à iuriſdictione Epiſcopi diœceſani.*

18 *Monaſterium exemptum, dicitur propria diæceſis Abbatis.*

19 *Conſtitutio Gregorij XV. & aliæ ſuper poteſtate Epiſcopi erga Monaſteria non comprehendunt illa, in quibus Abbas habet Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*

## DECISIO LXI.

COnfeſſarius Monialium Monaſterij SS. 1
Coſmi, & Damiani Terræ Talliacotij deputatus per Abbatem Montis Caſini, An indigeat approbatione Ordinarij Marſicani, dubitatum hodie fuit, & negatiuè reſponſum, quia ita aliàs declarauit Sac. Congreg. Eminentiſſimorum Sac. Concilij Tridentini Interpretum, cuius declarationes Rota ſemper ſolet reuerenter amplecti, vt teſtatur Buratt. *deciſ.*479. *num.* 2. & fuit dictum *in Maioricen. parochialis* 13. *Iunij* 1646. coram R. P. D. meo Celſo, *& in Alexandrina Canonicatus* 13. *Februarij proxime præteriti* coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.

Iuſtaque ex abundanti eadem declaratio apparet, nam Confeſſarios Monialium Prælatis

M latis

latis Regularibus ſubiectarum, quales, vt *in-
frà* dicam ſunt iſtæ, approbatione Epiſcopi
non egere, diſponitur in Sacr. Concilio Tri-
dentino *ſeſſ.*25. *de regul. cap.*11. *circa fin. verſ.
atquè aliis Monaſteriis*, & tradit Azor. *inſtit.
moral.part.*1.*lib.*13.*cap.*9.*quæſt.*2. *verſ. quæ res*,
Armend. *in addit. ad recopilat.* Nauarr. *lib.*2.
*titul.* 18. *lib.* 7. *de relig. num.* 98. Barboſ. *de
poteſt. Epiſcop. allegat.* 25. *num.*47. *& in collect.*
ad Concil. Trident. *dicta ſeſſ.* 25. *de regular.
cap.* 10. *num.*4. aliique relati à Moderno Mo-
nacho Vallis-vmbroſæ *de iur. Abbatiſſ. diſp.*16.
*quæſit.*2.*num.*2.

Eſſe autem has Moniales, ac Monaſterium
exemptum prorsùs à poteſtate Epiſcopi
Marſicani, & ſubiectum iuriſdictioni Abba-
tis Montis Caſini, probatur quoad primam
partem ex priuilegiis Apoſtolicis Alexandri
Tertij, Clementis Tertij, Cæleſtini Tertij,
Honorij Tertij, & Alexandri Quarti, relatis
in Summ. Abbatis *num.*4. *& quatuor ſeqq.* quo-
rum aliqua nedum Monaſterium, & Monia-
les, earumquè bona ſuſcipiunt ſub B. Petri,
& Sedis Apoſtolicæ protectione, ſed vltrò
ſtatuunt; Primò, quod nullus Marſorum
Epiſcopus in hanc Eccleſiam, vel eius Mo-
niales, & Clericos illi inſeruientes, aliquid
Iuriſdictionis exerceat, vndè excluditur
prorsùs Epiſcopi Marſicani Iuriſdictio tum
3 Ciuilis, tum Criminalis, † quam appellatione
Iuriſdictionis comprehendi notant Docto-
res *in l.*2.*ff. de iuriſd. omn. iudic.* & in puncto ſi-
milis priuilegij aduertit Maceraten. *var. reſol.
4 lib.*3. *reſol.*4. *num.*2. † ponderata præſertim
dictione, ***aliquid***, quæ vniuerſalis eſt ſecun-
dum ſubiectam materiam, & omnem etiam
minimum Iuriſdictionis actum comprehen-
dit, Cened. *poſt lib. pract. & can. quæſt. ſingul.*5.
*num.*5. Barboſ. *dict.*21. *n.*2. Grat. *diſcept.*509.
*num.* 35. Surd. *deciſ.* 283. *num.* 8. Monachus
5 *deciſ. Florent.* 50. *num.*18. † necnon proxima
ſubſequenti prohibitione, quod nulli Epiſ-
copo fas ſit Moniales, vel Clericos præfatos
excommunicationis, vel interdicti vinculo
innodare, quod licuiſſet Marſicano, ſi aliqua-
lis Iuriſdictio penès ipſum remanſiſſet, *c. cum
Capellæ* 16. *cap. quanto* 26. *de priuil.* Ioan. Andr.
*in tract. de interd. num.*23. Chokier *de iuriſd.
in exemp. part.*2. *quæſt.*41. *num.* 122. Gigas *de
penſion. quæſt.*60.*n.*1. Belincin. *de charit. ſubſid.
quæſt.*24.*num.*2. & in puncto ponderauit Rot.
*in Roſſanen. exemptionis* 20. *Aprilis* 1640. §.
*quod confirmari in fine*, coram Reuerendiſſ.
Salamantino.

6 Secundò, quod Chriſma, Oleum ſanctum,
conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum, or-
dinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordi-
nes fuerint promouendi abſque omni con-
tradictione, & appellatione Moniales ſuſci-
piant à quocunque maluerint Epiſcopo ad
earum Eccleſiam ab ipſis vocato, quæ omnia
cum peti ab Epiſcopo Marſicano debuiſſent,
niſi lex omnis, tàm Iuriſdictionis, quàm Diœ-
ceſis ab eo abdicata eſſet, quia concernunt
Ordinem, & dignitatem Epiſcopalem, ac per-
tinent ad legem Diœceſanam Io. Andr. *in c.*1.
*n.*7. *de priuileg. in* 6. Brunell. *de legat. concl.*10.
*col.*3. Grat. *diſcept.* 212. *ſub num.*49. Lotther.
*de re benef. lib.*1. *quæſt.*25. *ſub num.*6. ſan. mem.
Greg. XV. *dec.* 434. *n.* 13. Textus eſt *in cap.
veniens* §. *Chriſma de præſcr.* cum aliis allegat.
Modern. Carpenſi, *controuerſ. forenſ. cap.*220.
*n.*119. *in fin. & n.*120. exindè clarè dignoſci-
tur ab vtraque lege Epiſcopi Marſicani Mo-
naſteriũ, & Moniales fuiſſe ſolutas, Chokier
*de iuriſd. in exempt. p.*2. *q.*45. *n.*16. *& p.*4. *q.*11.
*n.*2. *&* 3. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.*105. *n.*65.
Lotther. *de re benef. lib.*1. *q.*24. *ſub n.*135. *verſ.
at non ſufficit.*

Eo magis, quia non ſolùm fuit Monialibus 7
conceſſum prædicta petere à quocunque
Epiſcopo maluerint in propria, ſiue alterius
Eccleſia celebrante, ſed etiam ad ipſarum
Monialium Eccleſiam vocato, & ſic permit-
titur alieno Epiſcopo abſque Marſicani con-
ſenſu ad libitum Monialium Pontificalia
exercere in hac Eccleſia, quod non liceret ſi
illa eſſet in Diœceſi, vel de Diœceſi Epiſcopi
Marſicani, Aldan. *in comp. canon. reſ. lib.*1. *tit.*4.
*n.*3. Speculat. *part.*3. *tit. de Cler. peregr. ſub n.*5.
*verſ. licet enim.* Chokier. *de iuriſd. in exempt.
q.*11. *ſub num.*3. *verſ. ſed non tamen*, Barboſ. *in
collect.* ad Concil. Trid. *ſeſſ.*14. *de reform. cap.*2.
*n.*3. *& de poteſt. Epiſc. alleg.*30. *n.*15.

Ex quibus corollariè ſequitur, quod eadem 8
Eccleſia, & Monaſterium conſtituat Terri-
torium ſeparatum non impropriè, & per mo-
dum æquiparationis, & ad certos tantum
effectus, vt de ſimpliciter exempto declarat,
Rot. *deciſ.*207. *num.*3. *verſ. non etiam, & num.*4.
*par.*2. *diuerſ. dec.*324. *n.*7. *part.*1. *recent.* Lotth.
*de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 24. *num.* 124. *& ſeq.*
Chokier. *de iuriſd. in exempt. part.*2. *quæſt.*45.
*n.*121. ſed verè, & propriè, quamuis ſit intra
limites Diœceſis Marſicanæ, Gemin. *in cap.
cum Epiſcopus num.* 4. *de offic. ordin. in* 6. *& in
cap.*2. *num.*19. *de conſtitut. eod. titul.* Rot. *dict.
dec.*207. *num.*5. *in fin. verſ. ſeu taliter p.*2. *diuer.
dec.* 105. *num.* 2. *inter impreſſ. poſt conſ.* Farin.
*lib.*2. *dec.*42. *num.*2. *&* 6. *dec.*65. *num.* 3. apud
Modern. *de iur. Abbat. tom.* 3. *dec.* 635. *num.*2.
*verſ. vnde, parte* 3. *recent. dec.* 54. *num.*2. *verſ.
adeò quod, & num.*5. coram Mart. Andr. cum
aliis allegat. per Adden. ad Buratt. *dec.* 578.
*num.*21. & diſtinguendo inter exemptionem
ſimplicem, & plenam tradit Lotther. *d. lib.*1.
*quæſt.*24. *num.*127. Grat. *diſcept.*212. *num.*33.
Maximè quia nuſquã in ſupracitatis priuile-




giis Monaſterium enunciatur, vt ſolet ſub
alicuius Epiſcopi Diœceſi, quinimò tam in
Epiſtola Cardinalis Medices anno 1499.
Summ. *num.*13. quàm in Literis delegatoriis
Innocentij Octaui directis eodem anno ipſi
Epiſcopo Marſorum Summ. *num.*18. Mona-
ſterium dicitur nullius Diœceſis, quas Lite-
ras, cum idem Epiſcopus executioni de-
mandauerit agnouiſſe videtur veritatem hu-
ius enunciatiuæ, ad Text. *in cap. ex ore verſ. per
hoc de his quæ fiunt à maior. p. cap.* Dec. *con.*206.
9 *ſub num.*7. † Cumque enunciatiuæ ſint duæ,
& antiquiſſimæ, vltra centum annos, ac
adminiculentur, vt infrà longæua poſſeſſione
Abbatis Montis Caſſini valdè conducunt
ad probandam qualitatem enunciatam Put.
*deciſion.* 149. *num.* 2. *lib.* 3. Rota *inter recent.
dec.*91. *num.*2. *in fin. deciſ.*316. *num.*6. *part.*1.
*deciſ.*54. *num.* 10. coram Martin. Andr. *& in
punct. dec.*66. *num.*6. apud Moder. *de iur. Abbat.
tom.* 3. referendo enunciatiuas contrarias,
quæ fortè adeſſent ad tempus ante priuile-
gia Apoſtolica, vt in proximis terminis reſ-
pondit Rot. *dec.*54. *n.*6. *in fin.* cor. Mart. Andr.

Quo vero ad ſecundam partem videlicet
ſubiectionem omnem Monaſterij, ac Mo-
nialium Abbati Montis Caſſini, & in eum
tranſlationem poteſtatis quaſi Epiſcopalis
priuatiue ad Epiſcopum Marſorum probatio
reſultat tum ex Epiſtola Sacræ Congregatio-
nis ſuper negociis Regularium ſcripta de an-
no 1585. ad Abbatem Montis Caſſini, & da-
ta in Summ. *num.* 2. ibi, *ſapendo la Paternità
Voſtra, che da centinara d'anni in quà quel
Monæſterio* ( ſcilicèt Monialium Talliacotij
ſuperius nominatorum ) *è ſtato ſottopoſto à
monte Caſino, e che gl' Abbati pro tempore come
Ordinarij l'hanno viſitato, gouernato, e corretto
le Monache, & i Preti, però con la preſente ordi-
niamo à V.P. che debba mandarui ſubito vn Mo-
naco della Congregatione voſtra, ſi come ſi e fatto
ſempre per il paſſatto &c. ad arbitrio dell' Ab-
bate, il qual Monaco habbia da confeſſare &c.
& hauer cura così del temporale, come dello
ſpirituale &c. e ſe Monſig. di Marſico, e ſuo Vi-
cario deſſe in citò impedimento alcuno, che non
vogliamo crederlo &c. ci procureremo il remedio
conueniente.* Tum ex ipſis ſupra memoratis
priuilegiis Apoſtolicis, in quibus conceditur
exemptio Monialibus ſalua Montis Caſſi-
10 nenſis debita iuſtitia, & reuerentia; † hæc
enim reſeruatio denotat in Abbate Caſſinen-
ſi poteſtatem quaſi Epiſcopalem, cum Epiſ-
copo reuerentia huiuſmodi debeatur. Felin.
*in cap. cum inter num.*3. *&* 4. *de re iud.* Seraph.
*deciſ.*1025. *num.*18. Rota *in Cathacen. prætenſæ
obedientiæ* 23. *Maij* 1650. §. *primo, verſ.
etiam admiſſo iure reuerentiali*, coram Me, &
in puncto huius Monaſterij, & Abbatis *de-
ciſ.*83. *num.*4. *apud Comitulum*, † Tum ex eo- 11
rundem priuilegiorum bis centenaria, & am-
plius obſeruantia, & actibus ſucceſſiuis ab
Abbate geſtis, mox recenſendis, vtramque
legem iuriſdictionis, & Diœceſis reſpicienti-
bus, qui ſenſiſſe Pontifices poteſtatem om-
nem in Abbatem per eadem priuilegia tranſ-
ferre declarant, Gabr. *conſ.*66. *num.*24. *lib.*2.
Seraph. *deciſ.*600. *num.*3. & in proximis ter-
minis Ciriac. *controu.* 141. *num.* 38. relatus à
Moder. Carpenſi *contr. foren. cap.* 110. *n.*10.
Mart. Andr. *deciſ.*54. *num.*16. Rota inter im-
preſſas apud Modern. Peruſinum *de manut.
dec.*71. *num.*1.

Conſtat ſiquidem Abbatem vſque de an- 12
no 1266. confirmaſſe ſtatuta à Monialibus
edita Sum. *n.*9. De anno 1335. vniuiſſe huic
Monaſterio Eccleſiam S. Ioannis de Came-
rata Summ. *num.*11. quod denotat ſubiectio-
nem, & reſpectiuè poteſtatem Epiſcopalem
vnientis Feder. de Sen. *conſ.*111. *num.*8. Oldr.
*conſ.*257. *num.* 5. *& ſeqq.* Rot. *in Meleuitana
Vnionis* 22. *Iunij* 1640. coram Reuerendiſſ.
D. meo Decano. De anno 1537. 1541. 1588.
confirmaſſe electiones Abbatiſſarum cum
aſſertione, quod Monaſterium eſt mem-
brum, & grancia Sacri Monaſterij Caſſinen-
ſis, ipſique immediatè ſubiectum Summar.
*n.*12. † quæ confirmatio eſt actus iuriſdictio- 13
nis, *cap. ex frequentibus de inſtit.* Lotther, *de re
benefic. lib.*2. *quæſt.*18. *num.*27. *&* 28. Seraphin.
*deciſ.*637. *num.*1. Buratt. *deciſ.*578. *num.*8. *&* 9.
Rota *in Marſicen. iuriſdictionis* 18. *Februarij*
1647. coram Me. Indulgentias non ſemel
conceſſiſſe Monialibus, quod pariter Epiſco-
palis poteſtatis eſt, *cap. accedentibus de exceſſ.
Prælat.* Nauarr. *de Indulgen. notab.* 31. Azor.
*inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 55. *quæſt.* 3.
Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.*88. *num.*17. & de-
notat ſubiectionem Monialium concedenti.
Vgolin. *de poteſt. Epiſc. cap.*41. §. 2. *n.*2. *verſic.*2.
Barboſ. *d. alleg.*88. *n.*26.

Inſuper pluries ac pluries incipiendo ab 14
anno 1319. Summ. *num.* 10. & proſequendo
vſque ad annum 1595. Summ. *n.*14. *&* 2. *ſeqq.*
viſitaſſe Monaſterium, & Moniales, quod ab
Ordinaria iuriſdictione pendet, *cap.* 1. *in fine
de cenſib. in* 6. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegat.*
102. *num.*4. *& ſeq.* Grat. *diſcept.*212. *num.*36.
Rot. *dec.* 117. *num.*5. apud Modern. *de iur. Abb.
tom.* 3. † Et hic aduertendum eſt, quod in
viſitationibus huiuſmodi Abbas plurimos
actus exercuit, legem iuriſdictionis, ac Diœ-
ceſanam concernentes; multa enim ſanciuit
circa clauſuram Monialium, quæ ſoli Epiſco-
po demandata eſt etiam in Monaſteriis Re-
gularium ex Concil. Trident. *ſeſ.*25. *de regul.
cap.*5. vt notat Suarez, *de Relig. tom.*4. *tract.*9.
*de variet. Relig. lib.* 1. *cap.* 11. *in fin. fol.* 344.

Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 102. *num.* 3.
*& alleg.* 105. *num.* 31. Cochier. *de iuriſdict.*
*in exemp. part.* 2. *quæſt.* 45. *num.* 5. Piaſeccius
*in prax. Epiſcop. part.* 2. *c.* 3. *art.* 7. *n.* 2. cum aliis
relatis à Sperello *deciſ. for. Eccleſiaſt.* 97. *n.* 19.
16 † Adminiſtrauit Sacramentum Confirma-
tionis, nec adminiſtrare potuiſſet, ſi Mona-
ſterium non eſſet ſeparatum à Diœceſi Epiſ-
copi, & ſibi ſubiectum Emanuel. *quæſt. Regul.*
*tom.* 1. *quæſt.* 18. *art.* 3. Azor. *inſtit. moral. part.* 2.
*lib.* 3. *cap.* 30. *quæſt.* 4. *verſ. in primis*, Couarr.
*var. reſol. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 6. *&* 14. Nauarr.
*conſ.* 14. *num.* 2. *de priuileg.* Barboſ. *de poteſtat.*
17 *Epiſc. alleg.* 30. *num.* 4. *&* 15. † Comminatus
fuit cenſuras Eccleſiaſticas, aliaſque pœnas
pecuniarias Monialibus, & Clericis Eccle-
ſiæ inſeruientibus, eoſdemque ab excom-
municatione incurſa abſoluit. Viſitauit San-
ctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, Olea
ſancta, Fontem ſacri Baptiſmatis, Calices, om-
némque ſacram ſuppellectilem, quod ſanè
ſolius Epiſcopi munus eſt in propria Diœ-
ceſi, Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 74. *ſub n.* 18.
*vbi allegat. concord.* Rot. *in Barchinonen. Iuriſdi-
ctionis* 4. *Iulij* 1646. §. 1. coram Me. Ac tan-
dem aliquando prohibuit Monialibus, & Cle-
ricis, ne in pertinentibus ad Ordinem, ſiue
Iuriſdictionem Epiſcopalem adeant Epiſco-
pum Marſicanum, vt ſignanter legitur in vi-
ſitatione anni 1560. Summ. *num.* 12.

18 Quapropter, cum ex præmiſſis, quæ non
fuerũt deducta in Summariiſſimo poſſeſſorio
tempore deciſionis 83. coram Comitulo, cla-
ra ſit excluſio Epiſcopi Marſorum ab omni
iuriſdictione, & plena iuriſdictio Abbatis in
hoc Monaſterio, illud propterea dicitur pro-
pria Diœceſis Abbatis, Anch. *in c. poſtulaſti*
*n.* 45. *de for. compet.* Grat. *diſceptat.* 212. *n.* 33.
Rot. *dec.* 100. *ſub num.* 3. apud Modern. *de iur.*
Abb. *tom.* 3. facit Cochier. *de iuriſd. in exemp.*
*p.* 1. *q.* 9. *n.* 7. *verſ. ratio eſt*, provt etiam depo-
nunt teſtes dati in Summ. *num.* 16.

19 Et per conſequens non vrget nouiſſima
Conſtitutio ſan. mem. Greg. XV. quæ incipit,
*Inſcrutabili*, relata per Modern. *de iur. Abbat.*
*diſput.* 16. *ſub. quæſt.* 2. ſubiiciens Moniales viſi-
tationi, & correctioni Diœceſani Epiſcopi,
& prohibens, ne Confeſſores tàm Ordinarij,
quàm Extraordinarij ad confeſſiones Monia-
lium, etiam Regularibus ſubiectam audien-
das, deputentur, niſi prius ab Epiſcopo
Diœceſano idonei iudicentur, & approba-
tionem obtineant. Quia loquitur de Epiſco-
po Diœceſano, qualis ex prædictis non eſt in
hoc Monaſterio Epiſcopus Marſorum, nec
militat in locis alterius iuriſdictioni, omnimo-
dè ſubiectis, ac Territorium ſeparatum con-
ſtituentibus, vt declarauit Sacra Congre-
gatio Concilij Interpretum, relat. à Moder.
*de iur. Abbatiſſ. d. diſput.* 16. *poſt quæſit.* 3. *verſ. ad
tertium fol.* 178. & in terminis ſimilium de-
cretorum Concilij Tridentini aduertit Gri-
linzon. *conſ.* 142. *num.* 21. *&* 22. Grat. *diſcept.*
212. *num.* 33. 36. *&* 39. aliique relati à Moder-
no Carpenſi *controu. forenſ. cap.* 67. *n.* 26. *n.* 28.
*& num.* 31. *& cap.* 220. *num.* 112. *&* 113. Rota
apud Modern. *de iur. Abbat. dec.* 117. *n.* 3. *&* 4.
*verſ. præterea tom.* 3.

Atque ita deciſum, vna tantum Parte in-
formante, citato tamen pluries Reuerendiſ-
ſimo Epiſcopo Marſorum.

---

## R. P. D. ZARATE

### Nicien. Prioratus,

Mercurij 1. Iulij 1654.

*Ad part.* 2. *cap.* 3. §. 11.

### *ARGVMENTVM.*

PResbyteratus, vacatio & alia requi-
ſita, quomodo probentur pro iu-
ſtificatione Literarum Apoſtolicarum,
ſicuti idoneitas prouiſi, & Prothono-
tariatus, ad effectum reſeruationis Be-
neficij. Poſſeſſio beneficij quomodo
apprehendenda ſit de manu executo-
ris. Erectio Pœnitentiariæ, ex quibus
nulla reddatur.

### SVMMARIVM.

1 *Executio datur Literis Apoſtolicis iuſtifi-
catis.*

2 *Presbyteratus ex quibus probetur. Item va-
catio per obitum*, num. 3. *Et alia re-
quiſita pro iuſtificatione Literarum*, nu-
mero 4. *Item idoneitas prouiſi*, nume-
ro 5.

6 *Probato Prothonotariatu, illius qui hanc
qualitatem habet, beneficia ſunt reſer-
uata, etſi Ordinarius illa conferat, colla-
tio eſt nulla.*

7 *Prouiſio anterior facta per Vicelegatum
debet præualere poſteriori factæ in vr-
be.*

8 *Veriſimile non eſt quod Vicelegatus bene-
ficium vni collatum, alteri conferre vo-
luerit.*

9 *Executor Literarum Apoſtolicarum, non po-
teſt exequi pendente lite in Rota, cum
omnis iuriſdictio in Rotam transfuſa
fuerit.*





10 *Erectio Pœnitentiariæ non ſubſiſtit ſi fiat
de beneficio non vacante, vel de reſer-
uato.*

11 *Pœnitentiarius, regulariter debet eſſe ætatis
annorum quadraginta.*

## DECISIO LXII.

1 LIteras Apoſtolicas Dom. Gaſparis Cal-
uini eſſe exequendas fuit reſolutum,
quia illæ ſunt in omnibus iuſtificatæ, *cap. ſi
Capitulo, ibi* Gloſſ. *in verbo exequatur de præb.
in* 6. Rot. *dec.* 283. *num.* 1. *part.* 7. *recent. in Leo-
dien. Canonicatus* 7. *Februarij* 1653. coram R.
P. D. meo Veroſpio, *& in Beneuen. Canonicat.*
4. *Maij præteriti in princ.* coram Me.

2 Equidem Presbyteratus Gaſparis iuſtifi-
catur ex Literis patentibus Ordinarij, Rota
coram Caualerio *deciſ.* 533. *num.* 2. *in Barchi-
nonen. Parochialis de Palon* 20. *Iunij* 1650. §.
*Presbyteratus*, coram R. P. D. meo Albergato,
*& in citata Beneuentana Canonicatus*, §. *Quali-
tates.* Ex iiſdémque Literis oſtenditur ipſum
Gaſparem eſſe Diœceſanum Nicien. Felin.
*in cap. poſt ceſſionem num.* 3. *de probat.* Rot. cor.
Buratt. *deciſ.* 888. *num.* 1. *in Ceſenaten. Canoni-
catus* 1. *Iunij* 1651. §. *fin.* coram Eminentiſſ.
Corrado, *& in præcitata Beneuentana Cano-
nicatus*, §. *ortum verò.*

3 Vacatio autem per obitum Balduini vltimi
poſſeſſoris extra Romanam Curiam ſatis
probatur, etiam ad effectum adiudicationis
ex confeſſione D. Ioannis Iacobi Romani ex
eadem vacatione venientis Rot. *dec.* 544. *n.* 4.
*par.* 4. *dec.* 302. *n.* 2. *par.* 7. *recent. in Vicen. Paro-
chialis* 20. *Iunij* 1650. coram R. P. D. meo Bi-
chio, *in Auerſana Iuriſpatronatus* 14. *Martij*
1653. §. *de vacatione* coram Me.

4 Quemadmodum propter eandem confeſ-
ſionem idem Ramoinus in dubium reuocare
non poteſt, quin ſit iuſtificatus valor per non
exceſſum ducat. 80. enarratus, & quin Prio-
ratus ſit Dignitas, non tamen poſt Pontifica-
lem maior, & quod vna cum Canonicatu, &
Præbenda abſque diſpenſatione Apoſtolica
conferri conſueuerit, illiſque annexa ſit Pa-
rochialis S. Michaëlis loci Turbiæ Nicien.
Diœc. cui non niſi per Vicarium perpetuum
exerceri ſolita imminet Cura animarum;
Quod etiam ex prouiſione dicti Balduini
firmata in contradictorio iudicio comproba-
tur Rota *dec.* 708. *n.* 4. coram Buratto.

5 Gaſparem verò idoneum eſſe ex fide Exa-
minatorum Vrbis elicitur, quibus de manda-
to huius noſtri S. Tribunalis commiſſum fuit
examen Rota *dec.* 257. *n.* 7. *par.* 1. *rec. dec.* 540.
*num.* 14. coram Buratto, *in Calaguritana Bene-
ficij de Cornago* 28. *Iunij* 1647. §. *quod autem*
coram Eminentiſſimo Otthobono, *in Bono-
nien. Archipresbyteratus* 23. *Martij* 1648. *verſ.
quæ verò in fine*, coram Eminentiſſimo Corra-
do, *& in præallegata Beneuentana Canonicatus*,
§. *ſufficientia* coram Me.

Demum & Balduinum Prothonotarium 6
fuiſſe (vnde reſeruatio proficiſcitur) benè iu-
ſtificatum fuit ex Literis Apoſtolicis in forma
Breuis per ipſum Balduinum anno 1626. ex-
peditis iuncto illarum vſu, & exercitio, *vt in
Deciſione in hac cauſa ſuper ſequeſtro* 5. *Decem-
bris* 1653. §. *de Prothonotariatu* coram Me;
ex qua profecto reſeruatione corruit obie-
ctum Ramoini deductum ex prouiſione Or-
dinarij cum poſſeſſione ſubſequuta, quippe
quæ ex decreto irritanti, quod ineſt in regu-
lis reſeruatoriis, inficiuntur Argel. *de legitim.
contradict. part.* 15. *art.* 6. Rot. *dec.* 362. *num.* 3.
*part.* 3. *recent.* cum aliis *in Feretrana Parochialis*
1. *Iulij* 1644. coram R. P. D. meo Peutinge-
ro, *& in Pampilonen. Beneficij de Eſparza* 15.
*Decembris* 1649. §. *nec propterea*, coram bon.
mem. Arguelles.

Nec alicuius ponderis viſa eſt Dominis 7
altera Ramoini prouiſio certo modo à Re-
uerendiſſimo V. Legato Auenionen. 24. De-
cembris 1653. obtenta, præcipuè quia eſt
poſterior, nam prouiſio Gaſparis 19. Februa-
rij 1653. emanauit, atque ita iſta vti ante-
rior præferenda eſt, *cap. ſuper ea de offic. deleg.*
Rota *in Gadicen. præſtimonij* 2. *Decembris* 1648.
§. *tum quia eſt poſterior*, coram bon. mem. Ar-
guelles, *in Aſten. Coadiutoriæ* 21. *Iunij* 1652. §.
*Minus facit* coram R. P. D. meo Celſo, vbi
optimè comprobatur non ſatis eſſe, quod ti-
tulus ab eodem fonte originem habeat, ſed
requiri, quod eandem ſpeciem præſeferat;
Illaque nec cenſetur vera prouiſio † ea ra- 8
tione, quia repugnat, quod V. Legatus Be-
neficium iam Gaſpari conceſſum in alium
conferre voluerit contra Text. *in cap.* 1. *&* 2.
*de conceſſ. præb.* & *ibi* Barboſ. *de offic. & poteſt.
Epiſc. allegat.* 72. *n.* 3.

Minuſque eſt habenda in conſideratione 9
poſſeſſio Ramoini, potiſſimè cum non oſten-
datur illam apprehendiſſe de manu Exequu-
toris in Literis Apoſtolicis deputati, ſed in
vim prouiſionis Ordinarij non aptæ ad con-
ſtituendum illum legitimum Contradicto-
rem, vt latè diſcuſſo articulo fuit reſolutum
*in Compoſtell. Parochialis* 1. *Iulij* 1648. §. *quia
Domini, &* §. *poſſidens autem cum* §. *ſeq.* coram
Eminent. Otthobono. Imò nec ille Exequu-
tor ſe ingerere potuiſſet, cum iuriſdictio Exe-
quutoris Literarum Apoſtolicarum lite pen-
dente in hoc Sac. Tribunali in illius Audito-
rem transfuſa cenſeatur, *iuxta Clem. Auditor
de reſcript.* & ſanè attentaſſet, ſi munia Exe-
quutoris geſſiſſet Rota *dec.* 243. *n.* 3. cor. ſan.
mem. Greg. XV. *dec.* 893. *in fin.* cor. Penia.

Perperam autem repetitur prouiſionem Gaſparis ſubreptitiam eſſe ex eo, quod narratum non fuit controuerſo Prioratui annexam eſſe Pœnitentiariam, cuius ratione ob defectum ætatis ipſe Caluinus ſit incapax, quia de tali annexione non conſtat, niſi ex quodam decreto Epiſcopi Maleti informe declarato, *in eadem deciſione ſuper ſequeſtro in*
10 *hac cauſa,§. Nec refragatur.*† Vltra quod erectio huiuſmodi Pœnitentiariæ non ſubſiſteret vti de Beneficio tunc Sedi Apoſtolicæ affecto Garſ. *de benef.part.*5.*c.*4. *num.*128. & de Beneficio pleno, non autem cum vnione Præbendæ proximè vacaturæ, nec de perſona idonea iuxta diſpoſitionem Sacr. Concil. Trid.*ſeſſ.*24.*cap.*8.*de reform.*Barboſ. *in Collect. ibid.num.*6. Idem Barboſ. *de Canon. & Dignit. cap.*26.*in princ. & n.*6. Garſ. *de benef.d.part.*5. *d.cap.*4.*n.*127.vbi plures Sac.Congregationis Concilij reſolutiones, quas Rota libenter ſuſcipit, & veneratur Rota *in Fanen. præcedentiæ,* 1.*Iulij* 1648.*ſub §.Ratio reſolutionis fuit* coram bon.mem. Arguelles. Imò probatur huiuſmodi decretum tanquam nullum nunquam fuiſſe exequutioni demandatum, cum Epiſcopi ſucceſſores de more in annis 1634. & 1644. ſtatum Eccleſiæ recenſendo retulerint in ea Pœnitentiariam deficere, vt ex memorialibus Sanctiſſimo porrectis, præeũtibus legitimis proceſſibus ſuper ſtatu Eccleſiæ fabricatis, plenè probantibus Rot. *in Vicen. portionis* 5.*Decembris* 1652. coram Reuerend. D. meo Decano. Quapropter per Sanctiſſimum Moderno Epiſcopo anno 1644. iuncta fuit illius erectio, quæ de tempore antecedenti carentiam præſupponit, de qua etiam Teſtes hic in Curia examinati deponunt.

11 Additur & inueriſimilitudo, nam Balduinus, cui dicitur iniunctum onus Pœnitentiarij, de tempore erectionis (vt ex fide Parochi) non erat ætatis annorum 40. regulariter in Pœnitentiario requiſitæ, iuxta ſancitum in eodem Sac.Concil.Trid.*d.ſeſſ.*24.*cap.*8.*de reform.*Modern. Auenionen. *quæſt.benef.part.*2. *cap.*3. §.11.*num.*26.

Hinc contrariæ atteſtationes extraiudiciales moderni Epiſcopi, ac duorum Canonicorum redduntur erroneæ, & inueriſimiles, imò contrariæ eiuſdemmet Epiſcopi confeſſioni, & relationi eidem Sanctiſſimo an.1644. factæ, atque ideò non attendendæ, ex allegatis *in Beneuentana iuriſdict.* 13. *Maij* 1652. §.*vltra quod* coram Me.

Neque obſtant aſſertæ publicationes in actu viſitationis de anno 1629. & 1630. factæ, quia in illis dicti decreti tenor non legitur, ſed ſolum fuit ordinatum (neminem eligendum in Pœnitentiarium, niſi eſſet Doctor, & ætatis 40.annorum) quod perneceſſe non infert ad exiſtentiam Pœnitentiariæ, & quatenus legeretur, ex rationibus deductis minimè releuaret.

Atque ita, &c. vtraque, &c.

---

## R. P. D. OTTHOBONO

### Rauenaten. hæreditatis,

Veneris 5. Iunij 1648.

*Ad cap.*30.*part.*1.

### *ARGVMENTVM.*

STatutum Laïcorum excludens fœminas, extantibus maſculis, licet ex plurimorum Doctorum ſententia locum habeat in hæreditate Clerici ab inteſtato morientis, contrarium tamen Rota tenet, iuxta veriorem ſententiam: quia Laïci non habent Iuriſdictionem in Clericos, idque non obſtante declaratione Pontificia eiuſdem ſtatuti facta in forma communi.

### SVMMARIVM.

1 *Sorores in ſucceſſione fratris præferuntur de iure remotioribus in gradu.*

2 *Statutum fœminas excludens ſtantibus maſculis comprehendit hæreditatem Clerici ab inteſtato decedentis, ſecundum multorum ſententiam, contrarium tamen tenet Rot.* num.3.

4 *Laïci non poſſunt directè aut indirectè ſtatuere circa bona Eccleſiaſticorum minus circa perſonas.*

3 *Statutum reſpiciens tempus mortis Clerici non poteſt illius bona afficere.*

6 *Laïci decedentes ab inteſtato cenſentur ſe conformare ſtatuto ſuæ patriæ, Clerici verò ad ius commune.*

7 *Confirmatio Pontificia ſtatutorum non comprehendit Clericos niſi de iis expreſſa fiat mentio in confirmatione.*

8 *Doctori atteſtanti de conſuetudine alicuius Patriæ fides non eſt adhibenda; ſi in illa Patria non ſit verſatus.*

9 *Clericatus probatur ex Literis patentibus Ordinarij.*

10 *Quamuis Clericus aliquando ſoluerit collectas Laïcis non ſibi præiudicat, quoad priuilegium Clericale.*





## DECISIO LXIII.

STatutum Ciuitatis Rauennæ *lib.*3. *rubr.* 11. diſponit, quod poſſeſſiones, iura, hæreditates, & bona quæcumque etiam emphyteotica, ſeu liuellaria tam mobilia, quàm immobilia, quæ proueniunt ex parte, & latere patris, quàm matris cuiuſcunque inteſtati propriè, vel impropriè, ſeu inteſtabilis decedentis deficientibus aſcendentibus, & deſcendentibus deuenire debeant propinquioribus ex parte patris ipſius defuncti, & ſic agnatis proximioribus maſculis, ita quod cognati, & ex latere materno prouenientes, & etiam ſorores vtrinque coniunctæ ipſis defunctis, & quælibet aliæ mulieres ipſis ſororibus perpetuo ſint excluſæ, donec extabunt agnati vſque ad decimum gradum de iure ciuili numerandum, præterquam in ſororibus prædictis, quas agnati non excludunt, niſi ſint in quarto gradu agnationis cum defuncto coniuncti ſecundum ius canonicum computando.

Obijt inteſtatus Petrus Lunardus Clericus Rauennateñ ſuperſtitibus Marina, & Iuſtiniana ſororibus vtrinque coniunctis, quæ vti proximiores omnium bonorum hæreditariorum poſſeſſionem adeptę ſunt. E conuerſo Hieronymus, & Carolus fratres de Lunardis Petri prædefuncti in tertio gradu affinitatis coniuncti prætendentes ipſis vti proximioribus agnatis maſculis de familia delatam eſſe hæreditatem in vim præfati ſtatuti intentarunt iudicium immiſſionis coram Vicario Rauennateñ. à quo ſententiam contrariam reportarunt. Cauſa verò per appellationem ad Curiam deuoluta, mihique commiſſa, propoſui dubium, cui eſſet adiudicanda hæreditas Petri Lunardi, & cum cauſa proponeretur die 15. Iunij 1646. reſolutio fuit dilata ad Kalendas addito inſuper quod omnes Domini viderent; Eam itaque propoſui die 18. Martij præteriti, & fuit iterum dilata reſolutio. Tandem hodie DD. propoſito dubio, eoque maturè diſcuſſo reſponderunt hæreditatem Petri eſſe adiudicandam ſororibus de Lunardis.

1 Nam ad earum fauorem viget diſpoſitio iuris communis deferens ſororibus hæreditatem fratris ab inteſtato defuncti cum ſint proximiores in gradu *l.*2.*§.hæreditas,& §.legitima.ff.de ſuis,& legit.l.*3.*l.defuncti* 6.*& auth. ceſſante. C. de legit. hæred.§.ſi igitur defunctus il* 2. *auth. de hæred. ab inteſt. venien.* Bertazol. *conſ. ciuil.*63. *in princ.* Craſſ.*in §.ſucceſſio ab inteſtato q.*30.

2 Neque Statutum Rauennæ ſupra relatum in caſu propoſito obſtare viſum fuit, quo cauetur ſorores à ſucceſſione fratris inteſtati penitus excludi extantibus agnatis maſculis, quia difficultas verſabatur in eo an huiuſmodi ſtatutum haberet locum in hæreditate Clerici ab inteſtato decedentis, & licet affirmatiuam opinionem in ſpecie Statuti Rauennæ tenuerit Pariſ.*conſ.*40. *num.*17. *&* 21. *lib.*3. & eam tueantur plures Doctores relati ab informantibus nempè Roman. *ſingular.* 446. *incipit habeo caſum*, Gabr. Saraina plenè *in addit. ad Mattheſil. ſingular.*110. Neapod. *in conſuet. Neapol. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. n.*247. *fol. mihi* 147. Barbat. *in cap. quod Clericis n.*129. *de for. compet.* Socin. ſen. *conſ.*230.*num.*8.*lib.*2. Brun. *de ſtatut. excluſ. fœmin. art.*8.*quæſt.*2.*n.*3. Plot.*conſ.*93.*per tot.* præſertim *n.*6. *&* 7. Mandel.*conſ.*761.*num.*60. Burſatt.*conſ.*93. *ſub n.*21. *verſ. contraria tamen, & ſeqq.* Rauden.*conſ.*14. *num.*111. *& ſeqq. lib.*2. *& var. reſolut. reſol.*11. *n.*10. Surd.*conſ.*560.*num.*11. Sfort. Odd. *in conſ. impreſſ. per Tortum ad Statutum Papiæ rubr.* 95. *num.*76.*fol.*538. Mart. *conſ.*118.*n.*14.*& ſeqq.* Theſaur. iun. *q. forenſ. lib.*2.*quæſt.*2.*per tot.* Cotta *in memor. verbo Clerici ligantur in fine. verſ. & ideo in caſu ſtatuti*, Tiraquell. *de primog. quæſt.*45.*verſ. ſed ego tamen.* Carpan. *ad ſtatut.* Mediol. *in prælud. num.*609. *& cap.*278.*n.*21. *& cap.* 311.*num.*10. *tom.*1. Cauagnol. *in obſeruat. ad decreta Montisferrati* 73. §. 1. *quæſt.*7. *fol.*79. Carol. de Graſſ. *de effect. Cleric. effect.*2. *n.*125.*& n.*274.*&* 276. Merlin. *de legit. lib.*3. *tit.*1.*quæſt.*19.*n.*5. *verſ. contraria tamen opinio*, Squillant. *de priuileg. Cleric. cap.*7. *n.*97. Lelius Caput. *ad conſuet. Neapol. in prælud.* §. 3.*n.*22. Borgnin. Caualcan. *deciſ.*9. *num.*81. *part.*2. *& deciſ.*20.*n.*14. *part.*4. Mart. Medices *deciſ. Senen.* 53. *per tot.* Caroc. *deciſ.* 127. *per tot.* Hodiern. ad Surd. *deciſ.*20.*n.*2. & videtur ſenſiſſe Rota apud Put. *deciſ.*191.*num.*2.*lib.*2.

Tamen DD. rationibus, & Doctoribus 3
maturè perpenſis, & diſcuſſis contrariam ſententiam amplexi ſunt videlicet Statutum Rauennæ non habere locum in hæreditare Clerici ab inteſtato decedentis, quia cum Statutum ſit laicale, nullo modo Eccleſiaſticos, aut Clericos, aut illorum bona comprehendit, vt eſt text. expreſſus *in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit.* & hanc opinionem ſecuti ſunt grauiſſimi Doctores, videlicet Imol. *in cap. quod Clericis n.* 4. *de for. compet.* qui dicit ſe ita conſuluiſſe, Gulielm. de Benedict. *in cap. Raynutius verb. duas habens filias num.*145.*de teſtam.* Dec. *in d. cap. Eccleſia S. Mariæ n.*218. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem de conſtit. Salycet. *in auth. Caſſa num.* 14. *C. de ſacroſan. Eccleſ.* vbi ait ita fuiſſe iudicatum per doctiſſimos viros, Alex. *conſ.*44.*n.*13.*& ſeqq. lib.*5. Rimin. ſen. *conſ.* 268. *num.*24. *& ſeqq.* Ruin. *conſ.*195.*num.*8.*lib.*2. Cephal. *conſil.*95.*num.*14.

& 15.lib.1.Rimin.iun.conſ.15.num.91.& ſeqq. Panzirol.conſ.12.n.6. lib.1. Mandell. conſ.513. n.6. qui etiam contrariis reſpondet Roland. conſ.57.num.27. & ſeqq.lib.2.Facchin.controu. iur. lib.12. cap.29. verſ. ego Priorem. vbi hanc opinionem veriſſimam profitetur, eamque vocat communem Bertaz. conſ.ciuil.63.n.23. ſi reſpiciatur ad pondus, & menſuram illam tenentium, Brun. de ſtatut.excluſ.fœmin.d.art. 8. quæſt.2. n.9. Georg. Natt. eod.tract.quæſt.3. n.90.Mart.de ſucceſſ.part.1.quæſt.13. artic.13. num. 17. & ſeqq. & in ſpecie n. 22. Duard.ad Bull.Cœnæ Domini lib.2. can.15.q.19.num. 18. & ſeqq. Bellet. diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de exempt.Cler.à ſtatut.Sæcular.§.4.num.26.Flau. Amendol.ad deciſ.Vinc.de Franch.411.num.3. Surd.deciſ.20.per tot.& præcipuè n.8.vbi refellit contrariam opinionem,& deciſ.160.n.9. Sperell.deciſ.for.Eccleſ.11.n.14.

4 Cuius veriſſimæ concluſionis ea ratio fortiſſima eſt,quod ſub Statuti Rauennateñ diſpoſitione generali,nullo modo comprehendi poteſt illud, de quo in ſpecie ſtatui,atque diſponi non poteſt l.1.ibique Dec.in 1. not. & alij DD.ff de offic.eius, &c. c. in generali de reg. iur. in 6.idem Dec.in d.cap.Eccleſiæ S.Mariæ n.199. de conſtit. ſed Laici non poſſunt in ſpecie ſtatuere de perſonis Eccleſiaſticis, neque de earum bonis directè, aut indirectè, quia illorum iuriſdictioni non ſubſunt, vt ſunt Text. literales in d. cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. cap.decernimus de iudic. cap.fin.de vit.& honeſt. cleric. cap. 1. de Immunit. Eccleſ. in 6. Ideo ſub generalibus verbis Statuti Rauennaten. neque Clerici, neque eorum bona,aut hæreditates vllo modo comprehendi poſſunt.

5 Quæ eo facilius locum habent in caſu Statuti Rauennaten. quia huiuſmodi ſtatutum diſponit de hæreditatibus decedentium ab inteſtato, & ſic principaliter reſpicit,& confert effectum ſuum in tempus,quo quis decedit, & quo tempore Clericus defunctus non erat ſubiectus iuriſdictioni ſtatuentium,ideoque Clericos comprehendere non poteſt, vt declarat Io. Andr. in cap. ſine culpa in fine de reg.iur.in 6. Ruin. conſ.200. n.8. lib.2.Burſatt. conſ.93.n.38. lib.1. Cephal. d.conſ.95. num.15. Roland.d.conſ.57.n.29.lib.2.Rimin.iun.conſil. 15.n.93. & ſeqq.Carol.de Graſſ.de effect.Cler. d.effect.2.ſub n.276.Surd.d.deciſ.20.ſub num.8. qui ait hanc eſſe opinionem Abb. Butr. & Calder.quos citat & ſequitur Alex. conſ.211. n.4.vol.2.

6 Non obſtat, quod Clerici decedentes ab inteſtato cenſeantur ſe conformare ſtatutis propriæ Patriæ, & iuxta ſtatutorum diſpoſitionem propriam hæreditatem tacitè velle deferri, nam concluſio procedit quoad Laicos eorum diſpoſitioni ſubiectos, non autem quoad Clericos, qui cum non ligantur ſtatutis Laicorum, cenſeri non poſſunt ad illa animum, ac voluntatem ſuam intendiſſe, ſed potius ad ius commune Mantic. de conteſt.vltim.volunt.lib.6. tit.7. num.19. & ſeq.& plenè fuit dictum in Spoletana bonorum 13. Aprilis 1646. ſub §. quare ſequitur coram R.P.D.meo Corrado.

Neque ſuffragatur confirmatio Apoſtolica ſtatutorum Rauennæ, quia cum appareat 7
facta in forma communi,nec in ſtatutis facta eſſet expreſſa mentio Clericorum non comprehendit ea ſtatuta, quæ Sacris Canonibus & Eccleſiaſticæ libertati repugnant,vt in terminis Statuti Rauennæ firmat Bero.conſ.107. n.10. & ſeqq.lib.1. nec valet extendere diſpoſitionem eorum ad Clericos, qui alias non erant ſub ea comprehenſi Rota coram ſan. mem.Gregor.deciſ.159. n.4. & poſt Fenzon. ad ſtatut.Vrb.deciſ.5.§. & ita in terminis,& deciſ.58.num.28.part.6.recent. cum pluribus relatis in d.Spoletana bonorum coram R. P. D.meo Corrado in §.nec obſtat quod dicta conſtitutio.

Atteſtatio Pariſij de immemorabili con- 8
ſuetudine Ciuitatis Rauennæ, vt in ſuo conſ. 40.n.17.lib.3.viſa fuit non releuare,quia cum illa conſiſtat in facto non probatur ex atteſtatione Doctorum iuxta ſententiam Rotæ, eoque minus eorum, qui in ipſa Ciuitate,de cuius immemorabili conſuetudine teſtantur non ſunt verſati, Mohed.deciſ.2. & 3.de conſuet.Mantic. deciſ.357.n.6.Seraph.deciſ.1349. n.5.ſanct.memor.Greg. deciſ.274. num.4. ibique add.num.8.

Clericatus Petri defuncti, de cuius hære- 9
ditate agitur apparet ex literis patentibus Ordinarij Rauennateñ, quibus in hac materia plena fides adhibetur cap. poſt ceſſionem, & ibi DD.de probat.Grammat.deciſ.81.n.1.Rot. coram Caualer.deciſ.483.n.2. & deciſ.430.n.2. coram Reuerendiſſ.Vrgellen. & in recent.deciſ.34.n. 3.p. 5. Quod verò non inceſſerit in habitu,& tonſura remouetur ex depoſitionibus Teſtium relatis in ſecunda poſitione ſororum de Lunardis num.3.† Nec refert, quod 10
Petrus ſoluerit collectas Laicis pro ſuis bonis, quia id non præiudicat priuilegio ipſi competenti ratione ordinis, cui neque Clericus volens poteſt renunciare,cap.ſi diligenti de for. compet.& cap. contingit. il primo de ſent.excom. Rot. in Baren. ſeu nullius pecuniaria 26. Maij 1645. in §. nec iuuat replicare coram R. P. D. meo Cerro.

Fuit itaque reſolutum, hæreditatem eſſe adiudicandam Sororibus de Lunardis partibus vtrinquè acerrimè informantibus.

R. P. D.



## R. P. D. BEVILAQVA

### Regien. Beneficij,

Veneris 27. Iunij 1653.

*Ad part. 2. cap. 3. §. 8. num. 10.*

### *ARGVMENTVM.*

PRobatis narratis videlicet vacatione, patronatus pertinentia,præſentatione, habilitate aliiſque neceſſariis, beneficium inſtituto adiudicandum eſt. Menſis mentio fieri non debet perneceſſe in prouiſionibus regulæ menſium non ſubjectis. Conditiones beneuiſæ apponi poſſunt in reſeruatione iuriſpatronatus. Beneficium quando dicatur liberæ collationis litis mentio, quando ſufficienter facta dicatur, in beneficialibus dari multiplicationem titulorum.

### SVMMARIVM.

1 *Probatis narratis beneficium impetranti adiudicandum eſt.*

2 *Vacatio per obitum, & valor beneficij ex quibus probetur.*

3 *Presbyteratus probatur ex literis Ordinarij.*

4 *Sumptum Literarum probat reſeruationem penſionis.*

5 *Tempus ad præſentandum non currit patronis niſi à die veræ ſcientiæ quæ concludenter probari debet.*

9 *Probatio iuriſpatronatus ex inſtrumento fundationis & dotationis factæ authoritate Epiſcopi, eſt omnium optima.*

7 *Pertinentia Iuriſpatronatus probatur multiplicatis præſentationibus effectuatis.*

8 *Menſis Nouember eſt fixus, & perpetuò ſedi Apoſtolicæ reſeruatus.*

9 *Non eſt neceſſe menſem vacationis exprimere in beneficiis regulæ menſium non ſubiectis.*

10 *Conditio quod alius non ſe intromittat appoſita de conſenſu Epiſcopi operatur,vt iuſpatronatus ſit Laicale, nec per conſequens ſubditum regulæ menſium.*

11 *Iuſpatronatus probatur Laicale ex diuturna obſeruantia.*

12 *Archidiaconus præferendus eſt Archipresbytero de iure fauente etiam Eccleſiæ conſuetudine.*

13 *Collatio præſumitur ſimultanea, quo caſu non intrat regula menſium.*

14 *Papa prouidens de beneficio tanquam reſeruato non cenſetur voluiſſe præiudicare veris collationibus, niſi collatio ad Sedem Apoſtolicam vere deuoluta fuerit.*

15 *Prouiſiones antiquiſſimæ, corroboratæ ex obſeruantia plurium annnorum, omiſſis Apoſtolicis collationibus, remotioribus à fundatione ſunt attendendæ.*

16 *Vtrum beneficium ſit Sacerdotale vltimus ſtatus & obſeruantia attendi debet.*

17 *Litis mentio ſufficienter facta dicitur ex clauſulis generalibus.*

18 *In beneficialibus admittitur multiplicatio titulorum.*

### DECISIO LIV.

ERectis de anno 1057. per Comites Arduinum, & Gherardum quatuor Manſionariis in Eccleſia Cathedrali Beatæ Mariæ Regien. quarũ altera vacante de anno 1636. orta fuit controuerſia inter Franciſcum Raimundum Prouiſum Apoſtolicum, & Comitem Guidum Canoſſeum ab Archipresbytero inueſtitum. Binæ ad huius fauorem emanarunt deciſiones coram Reuerendiſſ. Terracinen. prima ſub die 20. Iunij eiuſdem anni impreſſa in part. 7. rec. deciſ. 157. altera verò ſub die 1.Iulij 1637.lite denique concorditer terminata,& defuncto de menſe Nouembris 1650. Proſpero Vaſcouio vltimo eiuſdem Manſionariæ Poſſeſſore, illam à Sede Apoſtolica impetrauit Chriſantes Ferarinus; Archipresbyter verò contulit Sebaſtiano Faroſio, qui poſt primam gratiam ſub narratiua quòd Beneficium controuerſum eſſet Sacerdotale, & de iurepatronatu laicorum;ſecundam vti à Patronis in tempore præſentatus; & tertiam tanquam de deuoluto ob lapſum tempus ad præſentandum à Sanctiſſimo obtinuit. Cauſa demum mihi commiſſa;dubitaui, An Pharoſio eſſet ad iudican. beneficium, & Domini affirmatiuè reſponderunt, † quia 1
probat vacationem Patronatum,pertinentiã, præſentationem, habilitatem, & cuncta alia pro adiudicatione neceſſaria cap. decernimus 32.cap.Monaſterium 33.16.quæſt.7.cap.Bertoldus 18. & ibi Abbas num. 12. de ſentent.& re iudicat. Rota deciſ. 152. & 232. vtrobique num. 1. part.5. rec. & in Piſtorien.Beneficij 19. Aprilis 1652. §. primo coram R. P. D. meo Celſo.

Vacatio enim Manſionariæ per obitum 2
Vaſcouij illiuſque valor in ducatis 24. vna cum incertis 50. per non exceſſum, prout narratum fuit, ſufficienter iuſtificatus remanet per ſimilem narratiuam à Ferrarino collitigante in literis prouiſionis à Papa obtentæ tanquam de reſeruato emiſſam ex reg. 9. Cancell.

*Cancell.Egid.dec.*268. Rot.coram Buratto *deciſ.*300. *num.*7. coram Durano *deciſ.*234. *n.*2. coram Coccino *deciſ.*145.*num.*1. *& in rec. deciſ.*92.*num.*9. *&* 10. *& deciſ.*101.*num.*4.*part.*6. *In Maioricen. Beneficij* 4. *Decembris* 1651. coram R.P.D. meo Albergato *in Firmana Beneficij* 23. *Maij proximi præteriti* §. *valor* coram R.P.D.meo Bichio,*& in Caſſanen.Parochialis* 6.*præſentis menſis* §. *Narrata inquam* coram eodem.

3 Presbyteratus Faroſij inter partes non controuertitur, & liquet ex literis, patentibus Ordinarij in eius Sum.*n.*3.quæ ad hunc effectum optimè ſuffragantur *cap.poſt ceſſionem.*7. *de probat.cap.*1.*&* 2. *de Cleric.* Peregr.*cap.legum.*9.2.*q.*1.Coccin.*deciſ.*305.*num.*4. Merlin. *deciſ.*88.*num.*5.*& dict. deciſ.*92. *num.*5.*&* 101. *n.*2.*part.*6.*rec.*

Quod Presbyteri hanc Manſionariam pro tempore obtinentes,teneantur aſſiſtere Epiſcopo in diebus Natalis D. N. Ieſu Chriſti,& certis aliis anni feſtiuitatibus probant Teſtes examinati coram Reuerendiſſ. Terracinen. dati in Sum.*n.*21.& fuit reſolutum *in alia Regien.Beneficij* 9.*Decembr.*1639.§.*vltimo* coram R. P. D.meo Bichio.

4 De narrata reſeruatione penſionis ducat. 14. ad fauorem Co. Malegutij, conſtat ex ſumpto literarum quod ad hunc effectum probat Rota *deciſ.*1.*n.*1.*de fid.Inſtrum.in antiq.* coram Coccino *deciſ.*31. *num.*2. 299.*eod.num. &* 428.*n.*3.

5 Præſentatio de Faroſio viſa fuit Dominis etiam in tempore facta,quamuis poſt lapſum ſemeſtre à Iure Patronis Eccleſiaſticis ſtatutum ad conferendum, quia prædictum tempus non labitur, Itavt fiat locus deuolutioni niſi à die ſcientiæ veræ Patronorum, & non interpretatiuæ vacationis Beneficij *cap. quia diuerſitatem.*5. *de conceſſ. Præben. cap.licet* 3.*de ſupplend.negligen.Prælat.*Garz.*de Benefic.part.*10.*cap.*2.*num.*32. *& ſeq.* Moder.Piſan.*de iure patron.lib.*14.*c.*6.*num.*9.Mar.Anton. Maceraten. *de comm. opin. lib.*1.*reſol.*29.*num.*20.Rota *deciſ.*221. *num.*9. *part.*7. *rec.* coram Merlino *deciſ.*220.*n.*11.*& in Bononien.Beneficij* 31.*Martij proximi præteriti* coram Me; Super qua ſcientia nullæ adſunt probationes, quæ in omnem euentum plenæ, & concludentes deberent afferri pro parte Ferrarini, Manſionariam vti deuolutam ſubſtinentis Rot. coram Mantic. *dec.* 260. *num.* 2. *& ſeq.* coram Merlino *dicta dec.*220.*num.fin. & in citat.dec.* 221.*n.*10.*p.*7.*rec.*

6 Exiſtentia Iuriſpatronatus, quæ etiam requirebatur pro obtinenda adiudicatione apparet probata ex publicis documentis fundationis,& dotationis auctoritate Epiſcopi confirmatis, de quibus in Sum.*n.*1.2.3.4.*&* 5.qui modus probandi ſuperat omnes alios tanquam directe, & in ſubſtantia fundatus *cap. cum Eccleſia Sutrina* 3. *de cauſ.poſſ.& propriet. cap.filiis vel Nepotibus* 31.16.*q.*7.Abb.*conſ.*54. *num.*1. *lib.*1. Lotter. *de re benefic. lib.*2.*quæſt.*8. *num.*1. Rot.*in dictis deciſ.*152. *num.*2. *&* 232. *n.*4.*part.*5.*recent.*

Pertinentia denique ad Archipresbyterum probatur tã ex dictis Inſtrumentis fundationis, quam diuiſionis iuris præſentandi inter ipſum, & Archidiaconum in eadem fundatione vocatum in Sum.*n.*1.*cum quatuor ſeqq.*Iuncta præcipuè longiſſima obſeruantia præſentationum, quæ oſtenduntur factæ ab Anteceſſoribus Co. Zoboli Moderni Archipresbyteri, vt ex literis eius inſtitutionis in dicto Sum.*num.*6.& effectuatæ per ſucceſſionem vnius Prouiſi in locum alterius Sum.*à n.*15.*vſque ad* 28. iuxta Oldrad. *conſ.*229.paſſim à Rota approbatum, vt coram Seraph. *deciſ.* 337. *num.* 2. *deciſ.*1141. *num.* 2. coram Greg.XV.*deciſ.*215.*n.*1.coram Merlino *dec.*4. *eod.num.*1.*in rec.dec.*95.*n.*5.*deciſ.*152.*num.*2.*&* 232.*num.*4. *part.* 5. *& in eiſdem deciſ. Regien. Beneficij* 1. *in* §. *Præterea*, *&* 2.*in* §.Primo coram Reuerendiſſ.Terracinen. *in d.Maioricen. Beneficij* 4.*Aprilis* 1650.§.*Iuſpatronatus* coram R.P.D.meo Albergato, *& in Bononien. Beneficij* 16. *Aprilis* 1652. §. *exiſtentia* coram eod. 7

Non obſtat quod collatio Manſionariæ,de qua agitur ſpectaret ad Sedem Apoſtolicam, ex quo vacatio contingit de menſe Nouembris,qui eſt fixus,& perpetuo eidem reſeruatus vigore regulæ Cancellariæ, quæ reſiſtit Priuilegiis, & gratiis ab aliis, quam à Papa conceſſis Duran.*dec.*406.*n.*10.Coccin. *d.dec.* 305.Merlin.*dec.*891.*vtrobique num.*1. 8 9 † Quia cum regula de menſe fuerit inducta, vt Papa intelligat an collatio ad eum, vel ad alios pertineat, non eſt neceſſe aliquam de ea fieri mentionem in prouiſione regulæ non ſubiecta, vt aduertit Put. *deciſ.*25. *lib.* 3. *in correct.* Mantic.*deciſ.*61.*num.*4.

Quod autem in propoſito caſu non ſit locus regulę reſeruatoriæ deducitur ex eo,quia Manſionaria fundata, & dotata fuit à laicis reſeruato iure præſentandi ad fauorem Archipresbyteri, & Archidiaconi, ac cum conditione excluſiua collationis, & reſeruationis Sedis Apoſtolicæ manuſque iniectionis alterius perſonæ, ibi,*ſi aduenerit* quod *aliquis Pontifex, vel aliqua magna vel parua perſona hoc meum factum alterare, vel minutare tentauerit, niſi quomodo hoc meum factum declaratum legitur, tunc volo, & in omnibus affirmo, vt præfatis caſibus, & rebus tandiu in mea meorum hæredum, & Prohæredum permaneant poteſtate, quandiu venerit poteſtas, qui prædictis Presbyteris iam ſupradictis caſibus, & rebus eis illibate,*



10 *& quietè permiſerit, &c.* † quam conditionem poſſe in limine fundationis Beneficiorum apponi de conſenſu Epiſcopi, vt hic, ad effectum arguendi Iuſpatronatus laicale, & ad hoc,vt non habeat locum regula fuit in puncto deciſum *in Romana iuriſpatronatus* coram bon. mem. Cardinali Sacrato *impreſſ.* penes eund. Modern.*de iurepatr.lib.*4.*cap.*9.*ſub n.*56. *in d. Regien. Beneficij* § *præterea*, *& ſeq.*coram Reuerendiſſ.Terracinen.*in Spoletana Canonicatus* 3.*Iulij* 1645.coram Archiepiſcopo Tarraconen. quam ſecuta fuit Rota *in Aquilana Iuriſpatronatus* 14.*Martij* 1646.coram Reuerendiſſ.D. meo Decano, *& in Fauentina Cappellaniæ* 22. *Iunij eiuſdem anni* coram eodem Reuerendiſſ.Tarraconen.

11 Et hanc interpretationem libentius Domini amplexi ſunt,quoniam ſpatio 600. ferè annorum huiuſmodi Iuſpatronatus vti laicale habitum fuit à Patronis ipſomet Epiſcopo præſentationes per illos factas approbante,vt bene deducitur in prima deciſ. Regien. Beneficij §. de conſenſu Ordinarij, ex qua tam diuturna obſeruantia ſublatum cenſetur omne ius ſi vnquam adfuiſſet illud tanquam Eccleſiaſticum conferendi *iuxta cap. cum de Beneficio* 6.& gloſ.recept.*in cap.*2.*de præben.in* 6. Lap.*allegat.*96.Simonett. *de reſeruat. quæſt.*9. *per tot.* Rota coram Andrea *deciſ.* 22. *num.* 6. coram Buratto *dec.*702. *num.*7. *& deciſ.* 941. *num.*2.*in recent.deciſ.*541.*n.*3.*part.*2.*deciſ.*633. *n.*6.*part.*4.*tom.*3.*deciſ.*71.*n.*12. *part.*7. *& in dictis Regien.Beneficij.*

Nec releuat, quod tempore vacationis Manſionarij controuerſæ vacaret etiam Archipresbyteratus prima dignitas in dicta Cathedrali Regieñ, cuius primæ dignitatis, & aliorum Beneficiorum, quæ ad illam ſpectãt, & vacant dignitate vacante, collatio competit Sedi Apoſtolicæ ex regula 3.Cancellariæ; quia vltra quod non docetur Archipresbyterum eſſe primam dignitatem poſt Pontificalem, provt ad effectum,de quo agitur propriè,& concludenter talem eſſe apparere de-
12 bet, † attenta iuris communis diſpoſitione Archidiaconum Archipresbytero præferente,cui fauet conſuetudo prædictæ Cathedralis Eccleſiæ ex datis in ſumm. Faroſij *num.* 6. *&* 33. vt bene omnia declarando percurrit Adden. ad ſan. mem. Greg. XV. *deciſ.*411.*à litt.A.vſque ad fin.*

13 Fuit pro reſponſione animaduerſum quod obiectum tunc vrgeret ſi probaretur, Manſionariam ſpectaſſe ad ſolum Archipresbyterum,ſed huiuſmodi probatione deficiente, collatio de iure præſumitur ſimultanea, & ideo eo defuncto prouidet de illa Archidiaconus, non obſtante regula reſeruatoria excipiente Beneficia, quorum diſpoſitio eſt communis cum alio in illis verbis, *non tamen ad collationem cum alio, vel aliis, aut etiam ad alterius præſentationem, vel electionem pertinentia, cap.*1. *ne ſede vacante in* 6. *cap.cum illis* 16.§.*ſi vero de beneficio de præben.eod libr.*Garz. *de Benef.part.*5. *cap.*1. *num.*236.Caſſador.*deciſ.*22.*de præben.* Rot. coram Card.Merlin.*deciſ.*173. 179. *&* 184. *vbique num.*1.*&* 2.& coram ſan. mem. Greg. XV. *deciſ.*95. *num.*2.& *ibi* Add. *litt. A. & in Vicen.Beneficij S.Martini penes Marcheſ. de commiſſ.part.*1.*fol.*345.*n.*3. *verſ.nec viſum fuit*; In nihilo refragante concordia inter Collatores inita de anno 1317. cuius vigore Beneficium fit liberæ collationis illius, qui eſt in turno tempore vacationis, quandoquidem per huiuſmodi concordiam non diuiditur proprietas iuris conferendi,ſed tantummodo exercitium ad euitandas diſſenſiones, quæ oriri poſſunt inter plures ius inſtituendi habentes, ceſſante vero tranſactione per obitum vnius,deficit diuiſio exercitij, & collatio communis remanet, nec per conſequens ſub regula comprehenditur *d. cap.* 1. *ne ſede vacan. in* 6. Gonzal.*ad reg.Cancell.gloſ.*45.§.3.*num.*34.*&* 44.Garz.*in loco mox citato num.* 237. 239. *&* 240. Barboſ. *de Can. cap.* 14. *num.* 14. Caſtropal. *tract. de Benefic. tom.*2.*diſput.*2.*punct.*18.*num.*5.Rot.*in allegata deciſ.*173.*num.*5.*&* 184.*eod.num.& ſeq.*coram Merlino.

Non obſtant prouiſiones Apoſtolicæ annorum 1548.1584.& 1610.datæ in Sum.Ferrarini *num.*2.3.*&* 4. 14 † Quia præterquam quod non verificantur de hac Manſionaria controuerſa cum ſubſecuta effectuatione ad ius ex illis acquirendum neceſſaria Calderin. *conſ.*12.*de iur.patron.*Rot.*in d.deciſ.*71.*num.*18. *part.*7.*rec.* leguntur emanatæ cum ſuppoſito, quod Manſionariæ caderent ſub regula menſium quo non ſubſiſtente corruunt, & ipſæ prouiſiones, nec Papa prouidendo tanquam de reſeruatis cenſetur voluiſſe præiudicare veris collatoribus, niſi collatio ad Sedem Apoſtolicam verè ſit deuoluta, Gemin. *conſ.* 92. *poſt princ. verſ. nam ſi apparet* Calderin. *conſ.* 26. *de præben.* Achill. *deciſ. vnic. de ſtatu benefic.& de iurepatr.*Mantic.*deciſ.*260.*num.*1. Seraph.*deciſ.*799.*num.*3. *deciſ.*1273.*n.*1.*&* 2. *& in d. Aquilana iuriſpatronatus.* §. *non obſtat* coram Reuerendiſſ.D.meo Decano. 15 † Vel in omnem caſum attendendæ magis videntur antecedentes prouiſiones Patronorum vti ex obſeruantia ferè 500. annorum proximiores fundationi, omiſſis Apoſtolicis collationibus tam remotioribus Rota coram Durano *deciſ.*36. *num.*38. *& ſeq. deciſ.*37.*num.*34.*part.*2. *diuerſ.deciſ.*105. *num.*9. *part.*7. *rec.in Leodien. Beneficij* 1.*Februarij* 1645.§.*neque* coram Eminentiſſ.Card.Otthobono, *& in Barchinon. Canonica*

nonicatus 15. Decemb. eiuſdem anni §. nec prædicta coram Reuerendiſſ. Tarraconen.

Non vrget quod gratiæ Pharoſi laborent vitio ſubreptionis, tum ob expreſſionem huius Beneficij in eis factam tanquam Sacerdotalis, licet ex fundatione id deſumi non poſſit, quamuis verba ſint directa in perſonam, cum vltrò requiratur expreſſio, quod Presbyter electus per ſe ipſum celebret ex deductis in d. Regien. Beneficij 9. Decemb. 1639. §. non item coram R.P.D. meo Bichio. Tum ex eo, quia illud aliquando fuit datum Clericis, vt in eod. Summ. Ferrarini n. 3. & 4. quia omiſſo, quod qualitas iſta Sacerdotalis fuit narrata in prima tantum gratia, ſuper qua hodie Pharoſiis non inſiſtit, ſed ex aliis poſterioribus gratiis hac expoſitione carentibus, adiudicationem deducit, & propterea iuſtificatione non eget;
16 † Dum vltimi Rectores, & ferè omnes fuerunt Sacerdotes, Domini exiſtimarunt attendendũ eſſe hunc vltimũ ſtatum, & obſeruantiam, vt concludunt dictæ deciſiones in Regien. Beneficij emiſſæ coram Reuerendiſſ. Terracinen. in §. §. fin. & firmant Pariſ. conſ. 50. num. 19. veſ. item facit lib. 4. Rot. coram Buratt. deciſ. 680. in fin. & coram Merlino deciſ. 803. n. 12. alijque ibi cumulati.

17 Minus putarunt Domini gratias eſſe ſubreptitias ob taciturnitatem litis inter Collitigantes agitatæ; Nam litis mentio ſufficienter facta dicitur ex appoſita clauſula generali, cuius litis & ſtatus, vt gratia ſubreptionis vitio notari non poſſit Greg. dec. 2. num. 6. & ibi Adden. litera C. Andr. deciſ. 20. num. 12. Coccin. deciſ. 305. n. 7. Adden. ad Buratt. deciſ. 74. in fin. & deciſ. 794. num. 4. & in annot. littera A. & deciſ. 605. n. 11. part. 2. recen.

18 Nec tandem obſtare viſum fuit, quod dicebatur gratias pro præſentato in tempore, & deuoluto eſſe incompatibiles, & ad inuicem contrarias, quia cum præſentatio, & deuolutio pendeant à ſcientia, vel ignorantia certa Patronorum de vacatione Beneficij ad præſentationem in tempore præfixo faciendam ceſſat contrarietas, & expediri potuerunt ambæ gratiæ, illa ſcilicet pro præſeruato in tempore ſtante ignorantia vacationis, & alia de deuoluto, probata ſcientia eiuſdem vacationis, & ſubinde in iudicium contemporaneè deduci, quia ſunt contrariæ non in exercitio tantũ, ſed etiam in origine propter diuerſitatem ſupplicationum, Put. deciſ. 18. ante num. 1. lib. 1. in correct. ſicuti, & cumulari poſſunt, vel conditionaliter, vel quando agitur de cauſa Summaria qualis eſt hæc beneficialis Put. ibidem num. 1. & 2. Et præſertim quia tendunt ad eundem finem adiudicationis Beneficij, intrat indubitata iuris concluſio, quod in Beneficialibus datur multiplicatio titulorum, cap. 1. de elect. in 6. cap. poſt electionem 7. vbi Abb. num. 4. de conceſſ. preben. Sylu. de benef. part. 3. quæſt. 19. num. 2. Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 46. num. 9. G[illegible]z. de benef. part. 5. cap. 5. num. 436. Rot. deciſ. 21[illegible] fin. & deciſ. 218. num. 14. part. 6. rec. in Maioric[illegible] beneficij 1. Iulij 1643. §. & quamuis coram Reuerendiſſ. Salamantino, & in Meleuitana Antianitatis 20. Nouemb. 1648. poſt Modern. Auenion. de præuent. iudicial. tom. 2. in fin. fol. 14. num. 6. 8. & 9.

Et ita vtraque, &c.

---

## R. P. D. BEVILAQVA
## Ripana Beneficij,

Mercurij 4. Iunij 1655.

*Ad cap. 156. n. 8. vol. 2.*

### *ARGVMENTVM.*

VNiones non effectuatæ reuocantur per regulas Cancellariæ. Vacatione vltimi poſſeſſoris non probata, non valet beneficij collatio. Expreſſo certo vacationis modo ille probandus eſt per impetrantem. Gratia non iuſtificata executionem non meretur.

### SVMMARIVM.

1 *Clericatus probatur per literas patentes Ordinarij.*

2 *Collationis factum probatur per literas patentes illius qui conferendi poteſtatem habet.*

3 *Vniones non effectuatæ reuocari debent.*

4 *Qui non docet de Beneficij vacatione inſtituendus non eſt.*

5 *Narratiua per impetrantem iuſtificanda eſt quamuis in facto negatiuo conſiſtat.*

6 *Certo modo vacationis expreſſo, illius iuſtificatio requiritur.*

7 *Ex ſolo adeptæ poſſeſſionis inſtrumento non iuſtificatur præcedens allegata permutatio.*

8 *Gratia non Iuſtificata executionem non meretur.*

### DECISIO LXV.

QVamuis Ioſeph Viuianus prouiſus de ſimplici perpetuo beneficio ſub inuocatione Sancti Michaëlis Archangeli, ſito in Caſtro Sancti Benedicti iuſtificet eius habilitatem, ex quo ſuper collatione Clericatus dantur literæ patentes Ordinarij, qui eſt ve-



rus modus concludendi hanc probationem, c. poſt ceſſion. 7. & ibi Felin. n. 3. & 15. de probat. cap. 1. & 2. de Cleric. peregr. c. legum 9. quæſt. 2. Rota dec. 16. de probat. in antiquis, & coram bon. mem. Coccin. dec. 305. num. 4. & in re-
2 centior. dec. 152. num. final. parte 5. † ac quoque doceat de prouiſione ad ſui fauorem facta à Capitulo Sancti Ioannis Lateranenſis, vti habente iuriſdictionem illud conferendi, ex Literis deſuper expeditis, quæ factum collationis probant iuxta notata per Couar. pract. quæſt. cap. 20. in fine. Rota dec. penult. de Iurepatronat. in nouis, & in recent. dec. 190. in principio part. 2. & part. 5. deciſion. 562. num. 1.
3 † non obſtante vnione per confraternitatem ſanctiſſimi Sacramenti, eiuſdem Caſtri ſancti Benedicti collitigantem prætenſa, quæ tanquam non effectuata durante Pontificatu S. M. Sixti V. qui illam ſibi feciſſe dicitur, remanſit reuocata ex regula Cancellariæ vnionem reuocatoria, Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. 5. §. 7. num. 43. Rot. dec. 627. num. 2. p. 3. recent. & indiuidualibus terminis huius beneficij deciſum fuit, coram bon. mem. Merlino dec. 49. num. 27. & 8. inter eius impreſſas.

4 Non indè dixerunt domini eſſe ei adiudicandum beneficium, quia deficit in probando vacationem vltimi poſſeſſoris, quæ cum ſit alterum ex neceſſariis requiſitis ad effectum inſtitutionis, debuit omnino probari, cap. decernimus, & cap. Monaſterium 16. q. 7. cap. cum Bertoldus, & ibi Abbas num. 12. verſic. item poteſt agere, de re iudicata, Rot. coram Cardin. Seraphin. deciſion. 803. num. 1. & Mellin. deciſion. 227. num. 6. Duran. deciſion. 278. num. 1. & in 5. parte recent. dec. 152. & 232. vtrobique, num. 1. & in Piſtorien. Beneficij 19. Aprilis 1652. §. & vacatio, coram R. P. D. meo Celſo, Abſolutum enim eſt, quod onus iuſtificandi omnia in his narrata pertinet ad impetrantem, & præſertim quando in illis poſitum eſt gratiæ fundamentum, Ioann. Andr. in cap. 1. num. 2. de litis conteſt. in 6. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloſſ. 9. in annotat. contra nullitates, & attentata n. 230. & 231. Modern. de re benefic. lib. 2. quæſt. 48. num. 286. Buratt. deciſ. 175. num. 1. & dec. 486. per totam part. 3. & 440. num. 1. parte 4. recent.

5 Etiam ſi narratiua conſiſtat in mera negatiua ad Doctrinam Bartoli, in l. in illa 8. n. 5. de verbor. obligat. Innocent. in cap. ſup. his 16. num. 10. de accuſat. Lotter. vbi ſupra num. 287. & Rota coram Buratto in eadem
6 deciſ. 175. num. 2. † Et eo magis in præſenti caſu, quo beneficium fuit impetratum tanquam certo modo vacans, vnde plena & concludens exigitur probatio, Mandoſ. conſ. 20. num. 19. verſic. tantò magis, Gonzal. ſuper regul. 8. gloſſ. 15. num. 123. & 124. Buratt. dicta dec. 175. num. 5. & 6.

Nec releuat, quod dicebatur Beneficium iſtud à præfato Capitulo, Sancti Ioannis Lateranenſis nuper Agàbito collatum fuiſſe authoritate Apoſtolica ab eo permutatum cum alio per Mathæum de ſeptem panibus poſſeſſo, qui in vim dictæ permutationis de anno 1638. poſſeſſionem apprehendit † quo- 7
niam ex ſolo inſtrumento eiuſdem adeptæ poſſeſſionis ad id iuſtificandum dato, in quo tamen nulla fit de huiuſmodi permutatione mentio, excluditur potius non probatur beneficij vacatio, l. 2. §. vacua poſſeſſio de act. empt. gloſſ. in cap. cum noſtris 6. in verbo non vacaret ad finem, verſic. ſic poſſeſſio, de conceſſ. præbend. Atque ideò fuit meritò reſponſum petitam illius adiudicationem non eſſe Viuiano concedendam, quia gratia ſuæ prouiſionis ex hoc non dicitur verificata, † & in 8
conſequens nomen gratiæ non meretur, nec exequutioni demandanda, cap. 2. de reſcript. Gonzal. dict. gloſſ. 9. num. 232. & 233. Rota apud Duran. dicta deciſion. 278. num. 2. coram Cardinal. Mellino deciſion. 227. num. 6. & 7. & deciſion. 173. num. 5. parte 3. & dicta deciſion. 440. num. 3. parte 4. & deciſion. 87. num. finali part. 7. recent.

Et ita deciſum ipſo Viuiano tantùm informante, &c.

---

## R. P. D. PRIOLO
## Romana Canonicatus,

Veneris 13. Maij 1654.

*Ad partem 2. cap. 4. §. 1,*

### *ARGVMENTVM.*

NOn habenti qualitates ex Eccleſiæ Conſtitutionibus requiſitas beneficium adiudicandum non eſſe, & dum plures qualitates requiruntur, omnes concurrere debere pro executore præſumitur, quando proceſſit extraiudicialiter nullo exiſtente contradictore, ſed quando deuenitur ad iudicium petitorium, omnia requiſita ſunt iuſtificanda. Capitulum quando ſit legitimus contradictor aduerſus prouiſum Apoſtolicum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium obtinere nequit in quem non concurrunt omnia requiſita ex particularibus conſtitutionibus.*

2 *Et quando plures qualitates requiruntur, omnes concurrere debent.*

3 *Si contra decretum continens Clauſulam annullatiuam fiat prouiſio, illa ſubſiſtere non poteſt.*

4 *Quando executor proceſſit abſque contradictore, omnia iuſtificata cenſentur.*

5 *Hoc verum eſt in Iudicio Summario, ſecus in Ordinario.*

6 *Ad quem ſpectet onus probandi inhabilitatem prouiſi.*

7 *Capitulum vel Congregatio quando dicatur legitimus contradictor.*

## DECISIO LXVI.

VAcante per obitum Vincentij Mazole Canonicatu in Eccleſia Collegiata ſancti Hieronymi Illyricorum vrbis, Eminentiſſimus Domin. Cardinalis Montaltus Modernus, & vnicus Patronus ad illum præſentauit, Ioannem Baptiſtam Iampti, qui ab Archipresbytero dictæ Eccleſiæ, ad quem ex fundatione eiuſdem Collegiatæ ius inſtituendi ſpectat ſucceſſiuè inſtitutus fuit. Verùm oppoſita pro parte Congregationis Illyricæ inhabilitate prouiſi ex defectu requiſitorum in Literis, ſan. mem. Sixti V. fundatoris, ac Decretis Sacræ Viſitationis, & cauſa per appellationem ad Rotam deuoluta DD. propoſito hodie dubio reſponderunt, non conſtare de habilitate, nec de aliis requiſitis.

1 Siquidem ex tenore earundem Literarum Apoſtolicarum, & Decretorum Sacræ Viſitationis, duæ qualitates copulatiuè requiruntur, ad obtinendam præſentationem, & reſpectiuè inſtitutionem ad huiuſmodi Canonicatum; Altera quod præſentandus ſit Nationis Illyricæ, ſeu aliàs originarius; Altera quod habeat peritiam Illyrici idiomatis, Summ. Congregationis, *num.* 1. *&* 2. Vtramque verò non probauit ſe habere Ioannes Baptiſta: nam quidquid ſit, quo ad primam, an Ducatus Carniolæ à qua ipſe originem duxit, comprehendatur in Prouincia Illyrica, vt maximè contendebant informantes pro vtraque parte, ſuper quo Doctores nihil pro nunc firmare voluerunt, ſane quoad ſecundam nullam prórſus exhibuit iuſtificationem quod calleat Illyricum Idioma, quinimò pluries citatus tam coram Archipresbytero, quàm coram Domino Viceſgerente ad docendum de peritia eiuſdem idiomatis, ad videndum deputari examinatores, ad effectum ipſum examinandi nunquam comparuit, dicto Summ. *num.* 16. *&* 17. † Quare inutilis remanet illius pro- 2
uiſio, cum vbi plures in præſentato deſiderantur qualitates, vnius tantùm concurſus non ſufficiat, ſed omnes copulatiuè probari debeant, per text. *in l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſtitut. §. penult. inſtitut. de hæred. inſtit.* Pariſ. *conſil.* 48. *num.* 9. *& ſeqq. ac numero* 19. *cum ſequentib. libr.* 4. Gutier. *conſ.* 2. *numer.* 5. *conſ.* 4. *numer.* 1. *& conſ.* 26. *numer.* 4. *& ſequentibus.* Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 3. *numer.* 100. & Gloſſ. 43. *numer.* 94. Lotter. *de re Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 42. Rota *deciſion.* 402. *numer.* 4. *prope fin. verſic. vel etiam cum ſequentib. parte* 2. *recent.* & coram Penia *deciſion.* 760. *numer.* 3. *& in Cracouien. præpoſituræ Sancti Floriani* 28. *Nouembris* 1650. coram R. P. Dom. meo Bichio, §. *non obſtat, &* 28. *Iunij, ac* 24. *Decembris,* coram R.P.D. Veroſpio.

Præſertim quia decretum Sacræ Viſita- 3
tionis confirmatum à ſanct. memor. Vrbano VIII. procedit vlterius annullando prouiſionem ibi, *& ſecus ab Archipresbytero facta prouiſio, nulla ſit*, eodem Summar. *numero* 2. Quæ verba cum formam præſe ferant, Felin. *in cap. cum acceſſiſſent, ſub numero* 8. *verſicul. & vbi apponitur Clauſula, de conſtit. & in cap. cum dilecta ſub numero* 6. *in quinto ſigno formæ de reſcript.* Gabr. *de Clauſul. Clauſul.* 3. *numero* 73. Rota *deciſion.* 277. *numer.* 13. *parte* 6. *recent.* ea non impleta de tempore præſentationis, actus ipſe ſuſtineri non poteſt, vt notant communiter Doctores, *in dicto cap. cum dilecta de reſcript.* Alexandr. *conſ.* 137. *numero* 5. *lib.* 2. Rota coram Cardin. Seraphino, *deciſion.* 1270. *ſub numero* 1. *verſicul. quod magis*, coram Durano, *deciſion.* 25. *numer.* 3. *& in recent. deciſion.* 15. *ſub numero* 3. *verſicul. vnde merito parte* 2. *ac in dictis Cracouien. præpoſituræ Sancti Floriani proximè allegatis.*

Nec obſtat, quod inſtitutio emanauerit 4
extra iudicium nullo comparente legitimo contradictore, ideóque ex Iuris præſumptione cenſeantur iuſtificatæ omnes qualitates à fundatore requiſitæ, vt dixit Rota coram Buratto, *deciſion.* 842. *numero* 2. *& ſequentib.*

Quia huiuſmodi præſumptio admittitur 5
quidem in Iudicio executiuo, vel Summariſſimo poſſeſſorio, non autem quãdo principaliter dubitatur, prout hic, de concurſu requiſitorum: nam hoc caſu per concludentes probationes iuſtificari debent vt diſtinguendo firmatum fuit *in Vicen. Parochialis* 20. *Iunij* 1650. coram R.P.D. meo Bichio §. *non ſuffragari quidem, & in Anglenen. Archipresbyteratus* 24. *Aprilis præteriti* coram R. P. D. meo Albergato. §. *nihilominus verſic. præſertim verò.*

6 Minus obſtat, quod onus probandi inhabilitatem ſpectat ad allegantem, quia modo non excipitur de inhabilitate ſimpliciter, ſed etiam de requiſitis, quorum iuſtificatio, incumbit ipſi præſentato, vt legitur in eodem decreto ſacræ Viſitationis, ibi, *Præſentati ad Archipresbyteratum Canonicatus, & Beneficia non inſtituantur niſi prius approbentur, & coram Archipresbytero doceant de natiuitate ſuæ originis, & peritia idiomatis Illyrici, quod etiam iuri conſonum eſt, quando vt in præſenti qualitates ſunt extrinſecæ, quæ non præſumuntur,* vt in ſpecie probant Gloſ. *in clement.* 1. *verb. reperiant, verſic. ſed ſunt de officio deleg.* Innocent. *in cap. fin. ſub num.* 2. *verſ. alij melius diſtinguunt & ſeq. per tot de præſumpt.* Alexand. *conſ.* 218. *ſub n.* 4. *verſic. ſed in caſu noſtro & ſeq. lib.* 2. Aretin. *conſ.* 83. *n.* 11. *poſt medium, verſic. nec præſumitur iſta qualitas* Crauet. *de antiquit. tempor. in* 2. *particul.* 1. *partis principal. n.* 39. Lambert. *de iurepatronat. lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 10. *artic.* 2. *ſub num.* 11. *verſic. tertio adduco, cum ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 91. *n.* 7. *& ſeqq. ac num.* 16. *& per totum* Rot. *deciſ.* 72. *n.* 3. *tom.* 2. *recent.*

Demum non ſubſiſtit quod illi de Congregatione non ſunt legitimi contradictores ad impediendam huiuſmodi prouiſionem.

7 Quia cum hæc Collegiata fuerit erecta ad commodum nationis Illyricæ, quam ipſi in vrbe repræſentant, eorum intereſt obſeruari literas & decreta *ſupra* relata, nec admitti qui non habeant qualitates requiſitas ex adductis per Argell. *de legit. contradict. q.* 14. *num.* 47. Rot. coram Durano *deciſ.* 55. *num.* 11. *& ſeqq.* quapropter æquum eſt illos audiri præſertim in petitorio, in quo ſufficit apparenter de intereſſe docere iuxta tradita per Felin. *in cap. veniens.* 2. *num.* 13. *de teſtib.* Rota coram Penia *deciſ.* 606. *num.* 2. *& ſeqq.* & latè firmatum fuit, *in dicta deciſ.* 55. *n.* 5. *verſic. ſed nihilominus cum ſeqq.* coram Durano vbi allegantur aliæ concordantes.

Et ita vtraque parte informante.



# R. P. D. BICHIO

## Romanæ Deuolutionis Domus,

Lunæ 4. Decembris 1651.

*Ad cap.* 46. *vol.* 1. *part.* 1.

## *ARGVMENTVM.*

EMphyteuſis Eccleſiaſtica quæ regulariter tranſit ad hæredes ſanguinis, an & quando tranſeat ad extraneos ſucceſſores. Et vtrum poſſit Eccleſia conſentire vt ad manus mortuas tranſeat abſque beneplacito Sedis Apoſtolicæ.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa alicui pro ſe & hæredibus & ſucceſſoribus ſolos hæredes ſanguinis comprehendit.*

2 *Ex clauſulis tamen amplioribus emphyteuſis redditur hæreditaria.*

3 *Maximè concurrentibus coniecturis pro qualitate hæreditaria.*

4 *Quæ ſint illæ coniecturæ ex quibus qualitas hæreditaria in emphyteuſi reſultat.*

5 *Clauſulæ generales cenſentur potius appoſitæ ex ſtylo Notariorum, quam ex conuentione partium.*

6 *Duæ negatiuæ fortius operantur in prohibitione alienandi quam vnica.*

7 *Quæ ſit differentia inter facultatem alienandi emphyteuſim cum conſenſu domini, & prohibitionem alienandi ſine conſenſu illius.*

8 *Vnica diſpoſitio concipi poteſt ſub duplici conditione vna affirmatiua, altera negatiua, quo caſu vtraque ſuam retinet naturam.*

9 *Quæ ſint coniecturæ ex quibus colligitur contractum eſſe emphyteuticum.*

10 *Quid de pacto francandi, vtrum ex eo probetur emphyteuſis.*

11 *Emphyteuſis conceſſio quando noua dicatur.*

12 *Vt conceſſio emphyteuſis noua dicatur ſufficit quod dominus directus caducitatem declarauerit, licet non apprehenderit poſſeſſionem.*

13 *Prohibitio alienationis non probat præciſe*

*emphyteuſim hæreditariam, ſicut nec conuentio ſoluendi laudimium.*

14 *Emphyteuſis non poteſt alienari in Hoſpitale cum ſit manus mortua.*

15 *Moniales recipiendo Laudimium ab Hoſpitali cenſentur illud approbaſſe, quamuis ſit manus mortua.*

16 *Prioriſſa recipiens Canones non præiudicat Monaſterio.*

17 *Eccleſia admittens manum mortuam, tenetur ad id obtinere beneplacitum Apoſtolicum.*

18 *Ex quibus probetur rem ſolitam eſſe concedi in emphyteuſim.*

19 *Præſumptio beneplaciti Apoſtolici ex obſeruantia 30. annorum, ſublata eſt per conſtitutionem Vrbani VIII.*

## DECISIO LXVII.

CONtrouerſæ domus directum dominium penes Monaſterium, & Moniales S.Luciæ in Silice, & finis totius parentelæ inueſtitorum (quæ ſunt extrema Iudicij deuolutionis ex hoc capite à Monialibus moti) eſt in confeſſo apud partes. At quoniam Angela de Calandris vltima de dicta parentela ſibi in teſtamento ſcripſit hæredem Hoſpitale S. Mariæ Oppidi de Carauaggio, diſceptatum acerrimè fuit, an inueſtituræ etiam ad hæredes extraneos porrigantur, affirmatiuam ſententiam tuentibus
1 informantibus pro Hoſpitali; † non quia conceptæ ſint pro hæredibus, & ſucceſſoribus cum eorum appellatione in conceſſionibus bonorum Eccleſiæ venire ſolum hæredes ſanguinis receptius eſſe apud Doctores teſtetur apud Gabr. *conſ.* 84. *num.* 51. *&* 52. *lib.* 2. Rimin.ſen. Mant. Grat. & alij plena manu relati *in deciſ.* 211. *num.* 4. *part.* 6. *recent. & in Caietana Bonorum* 3. *Decembris* 1646. *§. iuſtitia*, coram R.P.D. meo Cerro.

2 Sed propter Clauſulas ad habendam, & in perpetuum in parte diſpoſitiua inueſtiturarum appoſitas, quæ reddunt conceſſionem mere hæreditariam, quia præbent facultatem alienandi in quoſcunque, & perpetuitas à contrahentibus contemplata verificari vix poteſt niſi extranei quoque comprehendantur vt de Clauſula *ad habendum* tradit plenè Laderc. *conſ.* 1. *per tot.* Clar. Becc. Oſaſc. & alij plures quos refert, & ſequitur Rot. *dec.* 87. *n.* 6. cor. Burat. *dec.* 295. *n.* 2. cor. Vrgellen. *dec.* 294. *n.* 3. *p.* 2. *recent.* & de Clauſula *in perpetuum* Ciriac. *contr.* 146. *n.* 10. Soc. Curt. Iun. Crot. cum aliis approbatis à Rota *in Mediolanen. Bonorum de Buſaloria* 7. *Iunij* 1585. coram Bubalo *in dec.* 245. *n.* 2. coram Cardin. Millino *in d. dec.* 294. *n.* 4. *p.* 2. *rec. in dec.* 548. *n.* 9. *p.* 4. *tom.* 3.

Saltem quando in conceſſione pro hæredibus in perpetuum adeſt aliqua coniectura 3 etiam leuis pro comprehenſione extraneorum, vt voluit Ceph. *conſ.* 9. *n.* 17. quam ſequitur Mant. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 19. *n.* 21. *& ſeqq.* Rot. *deciſ.* 381. *num.* 6. *& ſeqq. part.* 5. *recent.* † Multæ autem coniecturæ in caſu noſtro id 4 ſuadere videntur, nempè coæqualitas annui Canonis cum fructibus, qui tempore primæ inueſtituræ editæ de anno 1550. ex re conceſſa percipiebantur Mant. *d. l.* 22. *tit.* 6. *n.* 22. *verſ. ſed aduertendum, & tit.* 19. *num.* 27. Buratt. *deciſ.* 334. *num.* 4. vbi allegat concordantes. Pactum francandi in eadem inueſtitura appoſitum Ceph. *conſ.* 703. *num.* 17. *& ſeqq.* Grat. *diſcept.* 477. *num.* 10. *& ſeqq.* Sterilitas rei de tempore primæ conceſſionis, vt per Rot. *deciſion.* 11. *num.* 5. *part.* 2. *recent.* Obſeruantia ſubſecuta reſultans ex conceſſionibus factis de annis 1597. & 1612. non in perſonas conſanguineorum Ioſephi firmi primi inueſtiti, ſed illorum de Calandris penitus extraneorum; nam obſeruantia declarat primordialem mentem contrahentium, & vbi conceſſio ſemel tranſiit ad extraneos eandem qualitatem ſemper retinet, Ruin. *conſ.* 161. *n.* 33. *&* 34. *lib.* 1. Mant. *dict. tit.* 19. *num.* 33. Rota *dec.* 381. *num.* 12. *part.* 5. *recent. deciſ.* 245. *ſub num.* 2. *verſ. & videbatur* coram Card. Millino. Tandem prohibitio alienationis ſine conſenſu Domini directa nedum ad hæredes, & ſucceſſores, ſed etiam ad alios ab eis cauſam habentes, & conuentio de ſoluendo in caſum alienationis laudemium quæ in neceſſarium antecedens ſupponit ad extraneos bona deuenire poſſe, quia non niſi ab extraneis laudimium debetur Ceph. *conſ.* 27. *n.* 19. *& ſeqq.* Corbul. *de cauſ. priuat. ob alienat. irrequiſ. dom. ampliat.* 27. *n.* 4. Gabr. *conſ.* 84. *n.* 10. *&* 11. *lib.* 1. Ana *alleg.* 106. *n.* 5. Redoan. *de reb. Eccl. non alien. q.* 66. *n.* 25. *& ſeq.*

Contrarium tamen his non obſtantibus 5 deciſum fuit, quia Clauſulæ *ad habendum*, & *in perpetuum*, reſtringuntur iuxta naturam ipſius conceſſionis earumque virtus euacuatur penitus ab expreſſa prohibitione alienationis ſtatim adiecta, quippe quæ cum ad extraneorum excluſionem directo tendat, facultatem alienandi à dictis Clauſulis elicitam reſtringit inter ipſos comprehenſos, eſtque magis attendenda, & plus influit in conceſſionem, quam dictæ Clauſulæ generales vt plurimum ex ſtylo à Notariis appoſitæ vt inquit Dec. *conſ.* 171. *n.* 3. *verſ. quarto, & vltim.* Gabr. *conſ.* 91. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 1. Grat. *diſcep.* 344. *num.* 11. cum aliis quos refert, & ſequitur Rot. *inter recent. in exaduerſo allegata deciſ.* 294. *num.* 8. *verſ. item ibi aderat parte* 2. *dec.* 74. *num.* 15. *deciſ.* 211. *num.* 8. *&* 9. *part.* 6. *&*



*& in ſupracitata Caietana Bonorum §. quod ſine difficultate, & in eadem* 10. *Iunij* 1648. *§. & proindè verſ. loquitur*, vbi ita conciliat deciſiones contrarias coram R P. D. meo Cerro.

Præſertim quia non verſamur in prohibitione concepta per duas dictiones negatiuas, nempe vt non poſſit alienari niſi cum cōſenſu Domini, quam reſolui in permiſſionē alienandi cum conſenſu dixit Rota *in Sarſinaten. Feudi* 22. *Iunij, &* 18. *Octobris* 1645. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & 3. *Iulij proximè præteriti* coram R. P. D. meo Otthobono, ſed vnica adeſt negatiua in originali inueſtitura anni 1550. ibi, *promiſitque ipſum ſolum cum meliorametis non vendere, &c. irrequiſitis, & ſine licentia dictarum Monialium*, & in ſucceſſiuis inueſtituris, ibi, *non poſſint dictam domum, &c. vendere, &c. ſine expreſſo conſenſu, & licentia Abbatiſſæ, & Monialium* Summ. Monialium *num.* 1. *&* 2. *ſeqq.* & quamuis in his poſterioribus inueſtituris addita ſit alia negatiua, ibi, *& niſi eiſdem ſatisfactis de laudemio*, illa vti directa tantum ad ſolutionem laudemij non qualificat conſenſum Domini, de quo paulo ante abſque ſimili dictione negatiua facta fuit mentio iuxta theoricam Bart. *in l. in repetendis col. fin. verſ. contrarium puto ff. leg.* 3. quam ſequitur Iaſ. *in l. cum filiusfamilias num.* 177. *ff. leg.* 1. Cuman. *conſ.* 47. *verſ. quia conditio* Boër. *conſ.* 60. *num.* 53. *in fin. lib.* 2. Fuſar. *de ſubſt. quæſt.* 403. *num.* 30. Barz. *deciſ. Bonon.* 119. *num.* 3. *&* 4.

7 Eo minus quia conditio ſolutiònis laudemij diſtincta prorſus eſt à conditione conſenſus Gabr. *conſ.* 84. *num.* 9. *lib.* 1. nec in illum influit, quin è contra ab illo eſt cōſecutiua, Bart. *in l. fin. num.* 2. *verſ. dic ergo Cod. præd. decur. lib.* 11. Surd. *conſ.* 84. *num.* 6. Rota *in Neapolitana Domus* 28. *Iunij* 1606. coram Ortembergo, vt propterea prohibitio, eſto quod reſpectu laudemij ex vi duplicis negatiuæ reſoluatur in affirmatiuam licentiam alienandi, adhuc manet in rigore præcepti negatiui reſpectu conſenſus à Domino præſtandi, cuius mentio quomodo in inueſtitura fiat attenditur ad dignoſcendam qualitatem inueſtituræ, vt videlicet ſi fiat per modum affirmatiuum explicite, puta quod poſſit alienari cum conſenſu, conceſſio ſit hæreditaria, idemque forſan ſi per modum affirmatiuum implicite ex ſecunda nempe negatiua, poſt negationem poteſtatis alienandi adiecta conſenſui Domini reſultantem, ſecus è conuerſo; & ratio diuerſitatis eſt, quia primo caſu prohibitio forſan reſoluitur, vt aliqui ſentiunt in permiſſionem, & Dominus directus cogi poteſt ad præſtandum conſenſum, qui ex tunc cenſetur promiſſus; Secundo vero caſu, prohibitio ſtat in ſuo robore negatiuo, & Dominus conſentire alienationi non tenetur: vt in puncto prohibitionis alienationis ſine conſenſu Domini ratiocinatur ac diſtinguit Io. Franc. à Ponte *conſ.* 2. *num.* 6. *ac ſeqq. conſ.* 81. *num.* 58. *&* 59. *lib.* 1. Ceſ. Manen. *deciſ.* 2. *num.* 40. *&* 41. Rot. *in dicta Caietana Bonorum* 3. *Decembris* 1646. *§. pro quorum* coram R. P. D. meo Cerro. † Vnde ſatis non eſt quod conditio laude- 8 mij reſolui poſſit in affirmatiuam: dum alia conditio conſenſns negatiuè manet, nec eſt nouum quod vnica diſpoſitio ſub duplici conditione, altera negatiua, altera affirmatiua concipiatur vtraque ſuam naturam retinente, & purificanda *l. ſi hæredi plures ff. condit. inſtit. l. Lucio la* 2. *ff. hæred. inſtit. l. generaliter in princ. Cod. Inſtit. & ſubſtit.* Hond. *conſ.* 78. *num.* 23. *& ſeqq. lib.* 1. Peregr. *conſ.* 119. *num.* 1. *lib.* 5. Fuſar. *conſ.* 64. *num.* 4. *&* 5. Et in omnem euentum vnus ex Dominis ingenioſe animaduertit, quod in eiſdem inueſtituris poſt clauſulam, *niſi ſatisfactis de laudemio* ſtatim adiungitur clauſula *iuxta Iuris diſpoſitionem*, quæ declarat contrahentes intellexiſſe de alienationibus tantummodo permiſſis illis, ſcilicet quæ fiunt inter comprehenſos non autem fauore extraneorum quæ in Emphyteuſi Eccleſiaſtica pro hæredibus, & ſucceſſoribus à Iuris diſpoſitione prohibentur, vt in fortioribus terminis Seraph. *dec.* 1290. *n.* 12.

His poſitis non vrgent coniecturæ in contrarium ponderatæ, quia omnibus præualet 9 quam præbet prohibitio alienationis Rot. *deciſ.* 74. *n.* 15. *deciſ.* 211. *num.* 9. *part.* 6. *recent.* quæ non aderat in caſu Ceph. Card. Mant. *& deciſ.* 381. *num.* 6. *part.* 5. *recent. ex aduerſo alleg.* & ex abbundanti euacuantur ſingulæ; nam coæqualitas Canonis cum fructibus rei conceſſæ, nec aderat de tempore poſteriorum inueſtiturarum, quod tempus quia vt *infra* dicam nouas conceſſiones important, debet attendi Grat. *diſcept.* 379. *num.* 22. *&* 23. Cæſ. de Graſſ. *deciſ.* 4. *per tot. de reb. Eccleſ. non alien.* Rot. *deciſ.* 252. *num.* 16. *part.* 7. *recent.* nec alicuius cōſiderationis eſt, quando ex aliis conceſſionem eſſe Emphyteoticam, & pactionatam vel mixtam apparet, Gabr. *conſ.* 84. *num.* 12. *lib.* 2. Vicen. de Franch. *deciſ.* 191. *num.* 10. Surd. *deciſ.* 198. *num.* 23. *verſ. reſpondetur etiam, & num.* 24. Rot. *in Romana Domus* 22. *Aprilis* 1644. *§. quia omiſſo* coram Eminentiſſ. D. Card. Cecchino, vt in caſu noſtro denotant verba in Emphyteuſim, pactum de meliorando, reſeruatio directi dominij, prohibitio alienationis ſub pœna amiſſionis melioramentorum, & denique conuentio ſoluendi laudemium, illud enim iuxta veriorem opinionem non ſoluitur niſi alienans ſit verè, & propriè Emphyteuta Capic. Latro *deciſ.* 18. *num.* 12. *verſ. quod quando* Buratt. *deciſ.* 601.

num.5.Rot. *deciſ.*14. *num.* 46. *& ſeqq.* vbi reſpondet contrariis *deciſ.*128.*n.*1.*part.*6.*recent.* *& in Romana Deuolutionis Vineæ* 14. *Maij* 1646.§.*quæ ſane effectuatio verſ.pro cuius etiam* coram R. P. D. meo Veroſpio: quapropter non applicatur ex aduerſo allegata deciſio Buratt.334. vbi non aderat conuentio laudemij, ſed bene applicantur tradita à Mareſc. *var.reſol.lib.*2.*cap.*56.*num.*11. *& ſeqq.* Paiterque non meretur attendi, quod res eſſet ſterilis quia imo deſuper domus fructifera ædificata fuerat de tempore ſecundæ, & ſubſequentis inueſtituræ, vt dicebam attendendo; necnon quia ſtante pacto expreſſo de re melioranda, & reſtrictione conceſſionis ad certas perſonas, ſcilicet hæredes ſanguinis educta ex verbis, & prohibitione alienationis, ſterilitas huiuſmodi nullius momenti eſt; nam tunc finita per deficientiam perſonarum vocatarum Emphyteuſi, non excluditur Emphyteuta à fructu ſuorum laborum ex facto Domini, ſed ex pacto Conuento, & proprio conſenſu vt reſpondit Rot. *in eadem Romana Domus* §. *ſecundò quia* coram Domino Card. Cecchino.

10 Ad pactum francandi, ſatis eſt reſpondere quod non fuit effectuatum, & ante effectuationem vbi nõ neceſſarium ſed facultatiuum eſt, nihil operatur Grat. *diſcept.*477.*num.*16. Rot.*deciſ.*359.*num.*31. & 32. vbi ſic reſpon-
11 detur contrariis *part.* 5. *recent.* † Obſeruantia fauore extraneorum educi non valet ex conceſſionibus factis de anno 1597. & 1612. Andreæ, & Angelæ de Calandris, quia non emanarunt in renouationem antiquæ inueſtituræ factæ Ioſepho Firmo, & ob lineam illius finitam quo caſu conceſſionem non eſſe nouam, licet adſint verba, & de nouo concedimus dixit Rot.*deciſ.*176.*num.*35.*&* 36.*part.*5. *recent.* ſed ob culpam Emphyteutæ in alienando abſque conſenſu, & ceſſationem in ſoluendo canonem, in quibus terminis conceſſionem eſſe prorſus nouam diſtinguendo hunc caſum ab antecedenti, tradit Bero. *conſ.* 112.*num.*3.*&* 4.*lib.*1. vbi ait rationem diuerſitatis quia finita Emphyteuſi ob deficiẽtiam lineæ, res non dicitur penitus ad Dominum reuerti, & omnino deuoluta cum remaneant agnatis, & hæredibus primi inueſtiti melioramenta, & ius petendi inueſtituram, quatenus Dominus nolit pro ſe retinere; at ſi finiatur per ceſſationem ſolutionis Canonis, & culpam, res omnino, & penitus dicitur reuerſa nullo iure remanente penes agnatos ſeu hæredes, tam reſpectu impetrandi nouam inueſtituram, quam melioramentorum, ſic etiam Cald.*de renouat. Emphyt. lib.*1. *quæſt.*4. *n.*20. *&* 21. quem ſequitur Rot. *d. deciſ.*176. *n.*35.*verſ.ſecus part.*5.*recent.*

Et quamuis aliqui voluerint requiri ad hũc 12
effectum, quod præceſſerit rei deuolutæ incorporatio fauore Domini directi, hoc eſt quod ille poſſeſſionem apprehenderit, contrariam ſententiam Iſerniæ, videlicet ſufficere quod caducitatem declarauerit tanquam magis communem, ſecuta eſt Rota *in Portuen. Stagni* 10.*Iunij* 1641. §. *nec refragatur* coram bon. mem. Card. Panzirolo; & in caſu noſtro ceſſat difficultas ex facto, quia ante ſecundam inueſtituram factam de anno 1612. Moniales nedum poſſeſſionem apprehenderant, ſed etiam mandatum de manutenendo deſuper obtinuerant, & ante præcedentem conceſſionem anni 1597. reportauerant à Iudice ſuper deuolutione ſententiam quod ſatis, eſſe præſertim vbi vt in caſu noſtro fuit aliquid ſolutum pro obtinenda noua inueſtitura, & adſunt noua pacta dixit Rot. coram Card. Caualer.*deciſ.*398.*ſub num.*8. *verſ.tertio ibi, & verſ. tandem* Burſatt. *conſ.* 251. *num.* 3. *lib.*3.Grat.*diſcept.*913. *num.* 19. Seraph. *deciſ.* 1362.*n.*3. Rot. *diuerſ.deciſ.*160.*num.*9.*part.*2. Præter quod non ſolum in ipſa inueſtitura anni 1597. adſunt verba *de nouo locauerunt*, ſed vltro in ſubſequenti anni 1612. partes aſſeruerunt dictam præcedentem inueſtituram fuiſſe nouam locationem, ibi, *in Emphyteuſim perpetuam conceſſerint, & de nouo locauerint*, & in hac materia attendenda eſt mens concedẽtis ex verbis etiam poſtea prolatis educta, Cald.*de renouat. Emph. lib.*1. *quæſt.*4. *ſub num.* 14.*verſ.in Emphyteuſi.* Adeo quod obſeruantia potius demonſtret in prima inueſtitura non fuiſſe comprehenſos extraneos vt in puncto ponderauit Rota *in ſupracitata Caietana Bonorum* 10. *Iunij* 1648. §. *minus vrget* coram R. P. D. meo Cerro; cum tamen ſufficeret eſſe dubiam, & æquiuocam Rot. *deciſ.* 121. *num.*15.*p.*7.*recent.*

Quod prohibitio alienationis dirigatur 13
quoque contra habentes cauſam à ſucceſſoribus primi acquirentis non facit coniecturam comprehenſionis extraneorum, quia cauſam habere poterant à ſucceſſoribus ipſimet conſanguinei remotiores, mediante nempe alienatione in eos facienda à proximioribus in gradu vel mediante ſubhaſtatione facta ad inſtantiam creditorum, quæ cum ſit alienatio neceſſaria non inducit caducitatem Caualer. *deciſ.*360.*num.* 4. Rot. *in recent.deciſ.*25.*n.*12. *part.* 5. & ſatis eſt ea verba quid minimum operari dum ex aliis apparet inueſtituram non eſſe hæreditariam Menoch.*conſ.*61.*num.* 20. Rot.*deciſ.*74.*n.*10.*part.*6.*recent.* Conuentio pariter ſoluendi laudemium in caſum alienationis verificari poteſt inter ipſos conſanguineos, ſi videlicet poſt quam res quæ diuidua eſt fuiſſet ad plures æquales in gradu





delata vni tantum eorum alio titulo, quam ſucceſſionis vel iuris accreſcendi obueniret Ceph. *conſ.* 195. *num.* 26. Burſatt. *conſ.* 137. *num.*7.*& conſ.*181. *n.*9.*& ſeqq.* Paſecth.*conſ.*2. *num.*9.*conſ.*3.*num.*8. Redoan.*de reb. Eccleſ.non alien. quæſt.* 66. *num.* 53. Amode. *de Laudem. quæſt.* 25. *num.* 4. cum aliis alleg. à Moderno Arcis Hannoni *eod.tract.tom.*1.*quæſt.*12.*art.*1. *num.*30.*& num.*38.*& ſeqq.* & à Moderno Beneuentano *deciſ. Beneuentana* 39. *num.* 3. *& ſeqq.*

14 Ex quibus probata ſatis viſa fuit deuolutio ob deficientiam conſanguineorum Angelæ de Calandris vltimæ inueſtitæ, quæ cum inſtituerit hæredem Hoſpitale, in quod vti manum mortuam obſtante prohibitione alienationis expreſſa tam legis quam hominis ac declaratione, quod nec ipſa Angela ſuccedere poſſit ſi eſſet Monialis, bona neque per viam inſtitutionis deuenire poterant etiam ad effectum aſſequendi æſtimationem, ex hoc capite quoque reſultat clara deuolutio, vt plenè firmatur *in deciſ.* 211. *num.*22. *& ſeqq. part.*6.*recent.in Bononien.Bonorum Emphyteuticorum* 7.*Iunij* 1647.§.*fin.* coram R. P. D. meo Meltio *in dictis Caietana Bonorum* coram R. P. D. meo Cerro, *& in Bononien. Bonorum* 27. *Martij* 1648. coram R. P. D. meo Veroſpio.

15 Non obſtat quod Moniales recipiendo ab Hoſpitali quindennium, & Canones per 30. fere annos cenſeantur eius inſtitutionem approbaſſe Gamm.*deciſ.*283. *num.*3.Rota *in Tiburtina prætenſæ deuolutionis* 13.*Decembr.*1615. coram clar. mem. Card.Fabritio Veroſpio, *& in Romana Domus* 27.*Maij* 1647.coram Reuerendiſſ.D.meo Decano, & approbare potuerint Menoch.*conſ.*216.*num.*43.Surd.*conſ.*521. *n.*10. Add. ad ſan. mem.Greg.XV.*deciſ.*520.
16 *num.* 14. *in fin.* † Tum quia Canones recepti fuerunt à Prioriſſa, & Procuratore qui Monialibus præiudicare non poſſunt *cap.veniens* vbi notant omnes *de tranſact.* Hond.*conſ.* 55. *num.*25. *lib.* 1. Buratt.*deciſ.*601.*num.*9. & fuit dictum *in Piſauren.Manutẽtionis* 4.*Iunij* 1646. § *qua poſſeſſione* coram bon. mem. Arguelles,
17 † Tum etiam quia deficit beneplacitũ Apoſtolicum quod neceſſarium eſſet non obſtante, quod domus alias fuerit in Emphyteuſim conceſſa, & ſic ſolita locari cum enim nuſquam fuerit ſolita locari manui mortuæ, adhuc in hac parte, in qua ſolitum alteratur opus eſt beneplacito Apoſtolico Alex.*conſ.*9. *num.*2.*lib.*3. Cur.Iun. *de feud.part.*2. *quæſt.*6. Redoan.*de reb.Eccleſ. non alien. quæſt.*2.*n.*28. Rot.*deciſ.*176.*num.*43.*part.*5. *recent.* cum aliis allegatis per Moder. Pipernaten. *in ſuis ſingular.tom.*2.*tit.de alienat. rer. Eccleſ.cap.*1.*n.*20. & fuit dictum *in Rauennaten. Domus* 14. *Iunij* 1649.§.*vltra quod* coram R.P.D. meo Rojas.
† Licet verius ſit quod non probetur ſolitum 18
cum nulla detur præcedens locatio ſolemnis, & poſtremæ duæ factæ Calandris, à quibus Hoſpitale cauſam habet non fuerint ſortitæ effectum per quadraginta annos, vt ad inducendum ſolitum requiri tradit Præpoſ.*in cap.*1. *num.*23. *& ſeq. qui feud. dar. poſſ.* Rot.*d. deciſ.*176.*num.*42.*part.*2.*recent.* aliique relati
à d.Moderno *ibidem num.*22.† & præſumptio 19
beneplaciti Apoſtolici ex longa obſeruantia, quam ſubſtulit nouiſſima Conſtitutio ſan. mem. Vrbani VIII. præſeruatiua iurium Eccleſiæ, ceſſat in caſu noſtro, quia non adeſt integer lapſus triginta annorum ad hunc effectum requiſitus; ita vt 29. anni non ſufficiant ex allegatis per Adden. ad ſan. mem. Gregor. XV. *deciſ.* 354. *ſub num.* 18. *verſ. minus.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

---

# R. P. D. MELTIO

## Salisbur genſis Iuriſdictionis,

Veneris 26. Iunij 1654.

*Ad cap.*199.*vol.*2.

### ARGVMENTVM.

Remiſſoria pro examine teſtium concedenda non eſt, quando conſtat de contrario illius facti, quod probari prætenditur per tranſactiones in forma authentica productas: præſertim ſi conſtet de illarum effectuatione, & obſeruantia diuturna. Obſeruantia temporis remoti non iuuat niſi ſit adminiculis ſuffulta. Recognitio actorum quomodo fieri debeat, præſertim ſi ſint antiqua.

### SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non conceditur ad probandum id de cuius contrario conſtat per publica inſtrumenta.*
2 *Probatio per ſcripturas authenticas præualet probationi per teſtes &* n.13.
3 *Extractus inſtrumenti defectuoſus ſuppletur per longam illius obſeruantiam.*
4 *Immo ſufficit inſtrumentum illud fuiſſe in aliqua ſui parte obſeruatum.*
5 *Obſeruantia inſtrumenti ex quibus actibus comprobetur.*

6 *Qui inſtrumento vtitur, illud approbare cenſetur.*

7 *Obſeruantia remoti temporis eſt conſiderabilis ſi cum ea concurrant adminicula.*

8 *Vt obſeruantia dicatur antiqua requiritur lapſus 40.annorum.*

9 *Scripturarum recognitio quomodo fieri debeat.*

10 *In ſcripturis valde antiquis formalis recognitio non requiritur.*

11 *Data ſcripturæ probat illius antiquitatem concurrentibus adminiculis.*

12 *Enunciatiuæ plures à diuerſis perſonis & antiquiſſimæ fidem faciunt.*

14 *Exemptio circa vitam clauſtralem & regularem non includit exemptionem à iuriſdictione, quam habet Epiſcopus ex ſua poteſtate ordinaria.*

15 *Ius viſitandi pendet à iuriſdictione & eſt actus iuriſdictionalis.*

## DECISIO LXVIII.

EX eiſdem rationibus & fundamentis, quibus alias Rota *ſub die prima Iulij* 1643. & 22.*Maij* 1645.coram Reuerendiſſ. Tarraconen. & vltimo loco *ſub* 16. *Iunij* 1653.coram R.P.D.meo Veroſpio, denegata fuit remiſſoria D. Abbati S. Lãberti, viſa fuit etiam hodie deneganda, ſcilicet ob reſiſtentiam tranſactionum inter Reuerendiſſimum Archiepiſcopum Salisburgenſem & D. Abbatem initarum de anno 1420. & 1493. cum ſubſecuta confirmatione Alexandri VI. de anno 1517.in iis namque firmata legitur exiſtentia Monaſterij S. Lamberti intra limites
1 diœceſis Salisburgenſis † & cum hodie contrarium articuletur ab eo, quod in dictis tranſactionibus continetur, non eſt concedenda remiſſoria, namque illa petitur ad probandum id cuius contrarium per ſcripturas eliditur Felin. *in cap.primo ſub num.*7. *de appell.* Seraph. *deciſ.* 1460. *n.*3. *verſ. Præterea* Caualer. *deciſ.*87.*num.*1.Rota coram Duran.*deciſ.*196. *n.*4.*verſ.& in omnem caſum in recent.deciſ.*589.
2 *n.*1.*verſ.vnde cum per dictas ſcripturas.*† Et ratio eſt euidens ac manifeſta quia authentica documenta præualent dictis teſtium atque ita futura probatio redderetur penitus irreleuans & inefficax *l. in exercendo C. de fide inſtrum.*Rota coram Mantica *deciſ.*24.*num.*5. *in recent.d.deciſ.*589.*n.*2.*part.*2.& fuit dictum *in Firmana Penſionis* 12.*Maij* 1642. §.*tertius* coram R.P.D.meo Bichio.

Neque dictæ tranſactiones viſæ fuerunt impugnari amplius poſſe prætextu, quod illæ non ſint in forma probanti, ſub quo fundamento Rota recedendo à prioribus reſolutionibus firmauerat coram Reuerendiſſimo Tarraconen. *ſub diebus* 16. *Iunij* & 16. *Octobris* 1652. dandam eſſe prætenſam ab Abbate remiſſoriam † quia ex iuribus poſtea ad inſtantiam Reuerendiſſimi Archiepiſcopi compulſatis,& in actis productis viſa fuit abunde iuſtificata dictarum tranſactionum obſeruantia, quæ proinde,& quatenus opus eſſet robur illis daret & ſcripturarum etiam informium defectum ſuppleret Aym.*conſ.*101. *n.* 4. *verſ. vis tota conſ.*158.*n.*1. *breuiter puto & conſ.* 279. *num.*7.*verſ.*4. *videndum.* Idem *de antiquitate temporum part.*1. §.4. *limitatur n.*14.*cum ſeqq.* Felin. *in cap.ſicut nobis num.*29. *verſ. fallit tertio de ſent.& re iudic.*Grammat.*deciſ.*106.*n.*9. Rota coram Seraph.*deciſ.*928. *num.*2.*verſ.obſeruantia vero deciſ.*980.*num.*15.*verſ.cum ex ea deciſ.* 1232. *num.* 3. & *in recent.part.* 1. *deciſ.* 349.*num.*5. & coram Penia *deciſ.*837.*num.*7. 3
† Idque etiam procedit, quamuis dictæ tranſactiones in omnibus effectuatæ minimè apparerent: nam ex tali caſu obſeruantia robur tranſactioni tribuit, ex quo in ſimilibus magis vniuerſalis cauſa actus quam ipſius actus exercitium attendi ſolet, Rota *deciſ.*569.*n.*2. *in fine part.*4. *diuerſ.* & coram Gregorio XV. *deciſ.*469.*num.*7.& *deciſ.*557.*ibique* Add.*num. primo.* 4

Talis autem obſeruantia incontrouertibilis redditur ex pluribus actibus in vltima deciſione R. P. D. mei Veroſpij ponderatis, & ſignanter ex ſæpius, petita facultate per Abbates pro tempore Sancti Lamberti à Reuerendiſſ. Archiepiſcopis Salisburgẽſibus abſoluendi à caſibus reſeruatis curamque animarum exercendi: iſtæ namque facultates, ex quo apparent ab Abbatibus pro tempore petitæ atque ab Archiepiſcopis reſpectiuè conceſſæ ad formam, & in executionem præcedentium tranſactionum, ac illæ ſunt plures & continuatæ ab anno ſcilicet 1495. vſque ad annum 1623. † vtique obſeruantiam tranſa- 5
ctionum plene & concludenter probant Cõtard.*de moment.poſſeſſ.in notab.n.*18.Rot.*deciſ.* 478.*n.*10.*in recent. deciſ.*175.*n.*11.*p.*5.Eòque magis contra ipſos Abbates qui dictas tranſactiones expreſsè approbarunt Peregr. *conſ.* 64.*n.*19.*verſ. quarto lib.*1. Approbatio autem clara apparet dum à moderno Abbate breuia producta fuerunt à ſuis anteceſſoribus obtenta in quibus adſunt plures enunciatiuæ & confeſſiones dictorum Abbatum, quo eorum Monaſterium ac Eccleſiæ illi annexæ, ſint Diœceſis Salisburgẽſis ex productione enim
† & vſu aſſertorum breuium deducitur illo- 6
rum approbatio & ratificatio *cap. cum venerabilis de except. vbi* Abb. *n.*8. *verſ.Nota quod* Alex.*conſ.*112.*num.*5.*in fine lib.*5.Bald. *conſ.*14. *num.*4.*lib.*5.

Nihilque refragatur prætenſio illa, quod dicta



dicta obſeruantia tanquam nimis à tempore initæ concordiæ remota non ſit magnifacienda ex firmatis per Rotam coram Greg.XV. *deciſ.*325.*num.*1.& *ibi* Add.*num.*26.quia vltra quod etiam obſeruantia remota ſuffragatur, quando provt hic illa ex concurſu aliorum adminiculorũ iuuatur Rota coram Greg.XV. *dicta deciſ.*325. & *ibi* Add. *n.*26. *in fine* coram Buratt.*deciſ.*10. *n.*35. *verſ.hæc tamen limitatio in recent.deciſ.*482.*num.*10.*part.*1.Ceſſat etiam obiectum ex facto, dum prima facultas exercendi curam animarum & abſoluendo à caſibus reſeruatis petita per Abbatem ad formam concordiæ non diſtat à tempore d. con-
8 cordiæ quam per biennium † quod tempus non ſufficit, vt obſeruantia remota dici poſſit cum ad hunc effectum lapſus quadraginta & amplius annorum requiratur, vt firmauit Rota *in recent.deciſ.*105.*num.*12 *part.*7.& reſolutum fuit *in hac eadem cauſa ſub die* 16. *Iunij* 1653.coram R.P.D.meo Veroſpio.§.*fin.*

9 Minus impugnari poteſt eadem obſeruantia prætextu defectus recognitionis iurium compulſatorum, ex quibus probatio obſeruantiæ deducitur, quia de tali recognitione ſatis conſtat per teſtes deponentes habere notam vel manum vel ſigillum in ſcriptura recognita appoſitum, & licet nonnulli deponant per comparationem de vno ad aliud, qui modus recognoſcendi tanquam ſubſidiarius non admittitur, niſi vbi alius melior modus non ſuppetit,& quando conſtat de certitudine ſcripturæ, cum qua fieri debet comparatio Rota *deciſ.*199.*n.*29.& 30.*p.*5.*recent.*tamen ex
10 quo hic agitur † de ſcripturis antiquis metam centum annorum excedentibus formalis recognitio nõ requiritur ſed proceditur leuiori probatione Rota coram Seraph. *deciſ.* 1481. *n.*2.qui loquitur in inſtrumento 60.annorum tantum: Addent.ad Greg.XV.*deciſ.*3.*ſub n.*8. & fuit late firmatum in *Tiburtina Caſtri S.Angeli* 26.*Iunij* 1641.& 7.*Februarij* 1642.coram R. P. D. meo Peutingerio & vltimo loco *in hac cauſa* coram R.P.D.meo Veroſpio §.*præterea in fine.*

11 Nec antiquitas ſcripturæ excluditur ea ratione quod de ea non conſtet aliunde quam ex ſola data quæ regulariter illam non probat Rota *deciſ.*439. *lib.*1. & *deciſ.*186. *lib.*3. Quia fallit concluſio concurrentibus provt hic pluribus aliarum ſcripturarum obſeruantiæ; & antiquarum enunciatiuarũ adminiculis Rota coram Caualer.*deciſ.*518.*n.*2. *verſ.& quamuis antiquitas & in recent. deciſ.* 114. *num.*4.*in fine part.*4.

12 Cæterum tanto magis fuit viſa deneganda petita ab Abbate remiſſoria, quia ſecluſis etiã dictis tranſactionibus, adhuc prætenſa futura probatio inefficax redderetur ex pluribus enunciatiuis ponderatis, tam in deciſione emiſſa *ſub die prima Iulij* 1643. coram Reuerendiſſ. Tarraconen.*in principio*, quam vltimo loco in deciſione R.P.D. mei Veroſpij *ſub* §. *primo ad medium*, dictæ enim enunciatiuæ cum ſint numero plures emanatæ in diuerſis ſcripturis & à diuerſis perſonis: imo ab ipſiſmet Abbatibus & amplius antiquiſſimam hominum memoriam excedant, vtique vim famæ obtinent & ſituationem tam Monaſterij quam Eccleſiarum illi annexarum intra limites Diœceſis Salisburgenſis optime concludunt Rota *in Beneuentana Iuriſdictionis* 13. *Maij* 1652.coram R.P.D.meo Zarate vbi de more plures cumulantur doctrinæ adeovt mediante petita remiſſoria non poſſit haberi æqualis aut æque potens probatio per teſtes
† cum ſemper illis præualere debeant publi- 13
ca aut authentica documẽta, Cæſar de Graſſ. *deciſ.prima num.*6.*de dilat.*Rota *deciſ.*714.*n.*1. *part.*1.*recent.*& coram Penia *deciſ.*1281.*num.*1. & dictum etiam fuit in *Calaguritana Beneficij de Cornago* 31.*Maij* 1647.coram Eminentiſſ.Cardinali Otthobono.

Denique nullius releuantiæ habitum fuit 14
quod ab informantibus pro Abbate principaliter in præſenti diſputatione ponderabatur ad effectum obtinendi petitam remiſſoriã, ſcilicet datos eſſe articulos additionales, in quibus articulata fuit omnimoda Abbatis exemptio à iuriſdictione Archiepiſcopi Salisburgẽſis in concernentibus regularitatem, & huius reſpectu cum nullus actus contrarius detur, nec minus quicquam contrarium in tranſactionibus conuentum legatur: ideo ex huius articuli releuantia concedenda ſit remiſſoria ſuper omnibus aliis: DD. enim pro reſponſione ponderarunt, quod vel Abbas & Monaſterium intendunt probare illorum exemptionem circa ea quæ concernunt vitam clauſtralem, & perſonas Monachorum, & ſuperflua viſa fuit talis probatio, quia non controuertitur hæc exemptio, imo illa expreſsè reſeruata legitur in ipſamet tranſaſactione, vel prætendunt omnimodam exemptionem à iure viſitandi & aliis Actibus iuriſdictionalibus, quos Archiepiſcopus ſecundum ſuam ordinariam iuriſdictionem habet ac exercere poteſt in Eccleſiis poſitis intra limites ſuæ diœceſis *ad text.in cap.conquerente de offic. Ordin.*& huic prætenſioni obſtant tranſactiones aliaque omnia ſuperius ponderata pro excluſione petitæ remiſſoriæ.

Nihil obſtante quod de huiuſmodi iure 15
viſitandi tranſactio ſpecialiter non meminerit quia adhuc eſt dictum ius ſub ea comprehendi virtualiter, cum ſit effectus reſultans ex iuriſdictione verior eſt ſententia quam tenet Felin. *in cap.ſuper literis num.*20.*de reſcript.*

ſcript. Mandell. conſ. 322. num. 24. & ſequent. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 25. n. 26. & 27. & hoc idem firmauit *prima deciſio huius cauſæ emiſſa* coram Reuerendiſſ. Tarraconen. *ſub prima Iulij* 1643. vbi quod ex præſeruatione authoritatis circa curam animarum facta in tranſactione, intelligatur præſeruatum etiam ius viſitandi tanquam in neceſſario annexum illi parti iuriſdictionis, cui dicta cura animarum ſubiacet.

Et ita vtraque parte, &c.

---

# R. P. D. ROYAS

## Saliſburgenſis Iuriſdictionis ſuper Remiſſoria,

Mercurij 1. Iulij. 1643.

*Ad cap. 60. part. 1. & cap. 104. eadem part.*

## ARGVMENTVM.

DE probatione requiſita ad hoc, vt quis obtinere poſſit ius territorij ſeparati à iuriſdictione Epiſcopi; quodque pro talis ſeparationis probatione nō ſit concedenda Remiſſoria, quando conſtat de contrario per inſtrumenta publica, vel quando factum tale eſt, pro cuius probatione non poſſint reperiri teſtes adeo annoſi vt de eo deponere poſſint, maxime ſi articuli deducti ſint inveriſimiles aut adſit tranſactio in contrarium. Actus geſti ante centum annos vtrum excludant præſcriptionem immemorialem.

## SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non conceditur pro facto, cuius contrarium probatur per ſcripturas authenticas* & n. 14. & 16.

2 *Scripturis informibus vel lite pendente extractis fides eſt adhibenda ſi pro eis concurrant adminicula & obſeruantia.*

3 *Qui habet contra ſe tranſactionem non poteſt obtinere Remiſſoriam* & n. 5.

4 *Quando probatio reſpicit negotium adeo antiquum, vt non poſſint reperiri teſtes adeo ſenes ad illud probandum Remiſſoria deneganda eſt.*

6 *Immemorialis locum non habet quando adeſt certum initium* & n. 18.

7 *Remiſſoria non debet concedi ad probandum articulos inueriſimiles.*

8 *Ius viſitandi annexum eſt curæ iuriſdictionali animarum.*

9 *Tranſactio confirmata à Summo Pontifice ligat ſucceſſores in beneficio.*

11 *Ius ſeparati territorij à diœceſi per ſolum Summum Pontificem concedi poteſt* & num. 20.

12 *Teſtes examinati non citata parte non probant.*

13 *Per teſtes probari non poteſt id cuius contrarium probatur per inſtrumenta publica.*

15 *Remiſſoria non conceditur, quando articuli ſunt irrelevantes.*

17 *Tranſactio in parte effectuata, præſumitur in totum obſeruata.*

18 *Actus geſti ante centum annos non excludunt immemorialem, ſecus ſi poſt centum annos.*

19 *Enunciatiuæ antiquiſſimæ ſi ſint plures probant Eccleſiam eſſe intra fines diœceſeos.*

21 *Qui allegat actus poſſeſſorios exercitij iuriſdictionis, in loco tanquam à diœceſi ſeparato tenetur probare ſcientiam Epiſcopi.*

## DECISIO LXIX.

DEnegarūt hodie Domini Remiſſoriam petitam pro parte Abbatis S. Lamberti ſuper quatuor Articulis exhibitis; in quibus articulatum fuit Eccleſias, de quibus agitur extare in Territorio ſeparato nullius Diœceſis ab immemorabili tempore, & D. Abbatem habere Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem priuatiuè ad Reuerendiſſimum D. Archiepiſcopum Saliſburgen. & ab immemorabili tempore eaſdem Eccleſias viſitaſſe.

Moti ex eo, quia Abbati præfato ſemper 1
obſtant Tranſactiones initæ cum Archiepiſ-
copo Saliſburgen. de anno 1420. & confirma-
tæ ab Alexandro Sexto de anno 1493. in qui-
bus expreſsè diſponitur totum contrarium,
quod modo intenditur probari per Teſtes;
Vnde non venit concedenda Remiſſoria ad
probandum contrarium eius, quod probatur
per ſcripturas, Cæſar. de Graſſ. deciſ. 1. num. 6.
de dilat. Rot. deciſ. 589. num. 1. part. 2. recentior.
& part. 6. deciſ. 212. num. 10. præfatáſque ſcri-
pturas plenam mereri fidem: ſatis compro-
batum fuit in Deciſione in hac cauſa hac ea-
dem die emanata coram Me, ad fauorem D.
Archiepiſcopi ſuper bono Iure, † ſtante præ- 2
ſertim obſeruantia, necnon adminiculis, quæ
operantur, vt veniat fides præſtanda ſcriptu-
ris extractis, lite pendente, & ſine citatione
partis, vel alias informibus; Bald. conſ. 204. n. 7.
lib. 3. Rota deciſ. 198. n. 6. & 310. n. 7. p. 1. recent.

Quibus



3 Quibus tranſactionibus præſuppoſitis; nec-
non confirmatione Apoſtolica, vel immemo-
rabilis modo deducitur ante eas, vel poſt, ſi
ante tranſactiones hoc probare remanet im-
poſſibilis probationis, ex quo neceſſario de-
ſiderarentur Teſtes annorum circiter 200.
Vndè ſicuti impoſſibile eſt reperire Teſtes
tàm annoſos, ità impoſſibile eſt probare per
Teſtes immemorabile præfatum, ex quo ca-
4 pite Rota aliàs denegauit Remiſſoriam, † vt
in deciſione 266. num. 15. & 16. & deciſ. 319.
num. 16. part. 6. recent. & coram Me in Foroſempronien. Bonorum 16. Martij 1640. §. his tamen,
Seraph. deciſ. 1460. n. 2. & in Burgen. Iuriſdictionis 3. Iulij 1595. coram Litta. Duran. deciſ. 196.
5 num. 5. & in recent. deciſ. 271. part. 5. num. 7. † &
quia per dictas tranſactiones eadē Immemorabilis, & quodcumque ius, indè prouenients remanſit ſublatum non ſecus, ac per rem iudicatam, l. non minorem, vbi DD. omnes, C. de tranſact. Cephal. conſ. 210. num. 71. Surd. conſ. 418. num. 12. Rot. deciſ. 402. num. 2. part. 5. recent. dictaquè tranſactio eſt apta impedire litis ingreſſum, cap. 1. de lit. conteſt. in 6. l. cauſas, C. de tranſact. Surd. conſ. 451. n. 16. Duran. deciſ. 121. num. 9. Idcirco ſicut habenti contra ſe rem iudicatam non datur Remiſſoria, Caputaquen. deciſ. 51. part. 3. Rota deciſ. 406. num. 2. circa med. p. 2. recent. ità pariter venit deneganda Abbati habenti contra ſe tranſactionem, cap. 1. extra de tranſact. Rota deciſ. 414. num. 2. in fine part. 2. recentior. Duran. d. deciſ. 121. num. 11.

6 Aut verò immemorabilis deducitur poſt tranſactionem, & excluditur dum datur certum initium, de quo clarè conſtat per eaſdem tranſactiones, Gregor. XV. deciſ. 467. num. 6. Buratt. deciſ. 831. num. 6. Rota deciſ. 56. n. 20. in fin. part. 7. recent.

7 Articuli etiam cōtinent inueriſimilia, quo caſu non eſſe cōcedendā Remiſſoriam eſt ſatis tritum, Greg. XV. deciſ. 414. num. 3. Caual. deciſ. 87. num. 3. par. 5. recent. deciſ. 325. num. 23. & deciſ. 73. num. 7. part. 7. & in Aeſina Bonorum 11. Ianuarij 1636. coram bon. mem. Buccabella, & in dicta Foroſempronien. Bonorum 16. Martij 1640. coram Me, cum non detur fumus materiæ articulatæ, Rota deciſ. 23. de teſtibus in antiq. & deciſ. 99. p. 4. diuerſ. Greg. XV. d. deciſ. 414. num. 4. part. 6. recent. deciſ. 276. num. 9.

Non obſtat quod dicitur dictā tranſactionē
eſſe reſtrictam ad certas, & limitatas res,
nempè, quod Abbas debeat petere, & reci-
pere ab Archiepiſcopo auctoritatem inſti-
tuendi, & curam Animarum committendi,
neque poſſit ſe intromittere in caſibus Epiſ-
copalibus niſi ab Ordinario fuerit hoc ſpe-
cialiter conceſſum, quod inſtituti ab Abbate
ſint priuilegiati quoad perſonas, ſed ratione
populi teneantur parere Ordinario, quia reſ-
ponſum fuit in tranſactione adeſſe verba
apta comprehendere Ius viſitandi, † ex quo 8
illud eſt annexum illi parti iuriſdictionis, cui
ſubiacet cura Animarum, vt per Lotter. de
re benefic. lib. 1. q. 25. n. 26. cum aliis deductis in
dicta deciſione in hac cauſa hac eadem die
emanata; † & dum tranſactio legitur confir- 9
mata à Summo Pontifice ligat ſucceſſores, c.
veniens de tranſact. Ferrett. conſ. 230. n. 2. cum
aliis in dec. 222. n. 29. p. 7. rec.

Nec pariter obſtat vltimus articulus ſuper
reiectione Archiepiſcopi volentis viſitare ab
anno 1618. quia à dicto tempore nondum
fuit elapſum tempus ſufficiens ad præſcribē-
dum toto tit. ff. & C. de præſcript. 30. vel 40. an-
norum. † Vltra quod nec in præiudicium men- 10
ſæ Archiepiſcopalis ſatis eſſet præſcriptio ad
effectum acquirendi Ius Territorij ſeparati,
ac diſtincti, dum ſolùm à Summo Pontifice
poteſt obtineri ex eius ſpeciali Priuilegio,
Hoſtien. in c. cum contingat n. 1. de foro compet.
vbi But. n. 11. verſ. de conſuet. Abb. n. 18. Gra-
tian. diſcept. 212. n. 17. Rota deciſ. 324. n. 2. &
deciſ. 394. n. 4. part. 1. rec.

Nihil obſtant Teſtes deponentes de Iuriſ- 11
dictione Ordinaria Abbatis, necnon quod
loca controuerſa ſint nullius Diœceſis, &
quod enunciatiuæ, quæ faciunt ad fauorem
Archiepiſcopi fuerint emiſſæ in Actibus pri-
uatis Abbatum, inſcio Archiepiſcopo; quia
dicti Teſtes fuerunt examinati ſine citatione
partis, & ſine ſcientia, & patientia Archie-
piſcopi. Vnde quicquid geſtum fuit, nullum
illi attulit præiudicium, Cald. conſ. 13. de iurepatron. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 14. n. 38. Rota
deciſ. 30. n. 8. poſt Viuian. de iurepat. & part. 7.
rec. dec. 18. n. 14.

Demùm non obſtat Planta exhibita, ad 12
quam verificandam Rota alias conceſſit Remiſſoriam, vt in cauſa Brixien. ſiue nullius Iuriſdictionis 19. Aprilis 1638. coram R. P. D. meo Carrillo, & in Nullius, ſeu S. Angeli Lombardorum Iuriſdictionis 10. Februarij 1640. coram D. meo Peutingerio, quia ponderabant Domini in caſu præfatarum deciſionum non adfuiſſe in contrarium concordias à Papa confirmatas, necnon tot enunciatiuas plurium Summorum Pontificum, ex quibus clarè conſtat Eccleſias controuerſas extare intrà limites Diœceſis Saliſburgen. nec propterea poſſe modò probari contrarium per Teſtes, cuius contrarium clarè extat probatum per publica documenta; Ægid. deciſ. 9. num. 2. Seraphin. deciſ. 1460. num. 3. Rot. deciſ. 271. num. 3. part. 5. & part. 6. dec. 212. n. 10. & part. 7. recent. deciſ. 217. num. 1. vt alibi paſſim.

Et

Et ita reſolutum vtraque parte informante, &c.

## In eadem coram eodem,

*Lunæ 22. Maij 1645.*

BInis in hac cauſa deciſionibus emanatis ſub die 1. Iulij 1643. altera ſuper bono Iure Reuerendiſſimi D. Archiepiſcopi Salisburgen. eumquè poſſe viſitare certas Eccleſias Parochiales de quibus in deciſione vti exiſtentes intra limites propriæ Iuriſdictionis; altera verò ſuper denegatione remiſſoriæ petitæ pro parte Abbatis S. Lamberti ſuper articulis continentibus Eccleſias controuerſas extare ſub Territorio ſeparato nullius Diœceſis à tempore immemorabili eundemquè Abbatem habere iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem priuatiuè ad Reuerendiſſimum D. Archiepiſcopum Salisburgen. à tempore immemorabili illumquè Eccleſias controuerſas poſſe viſitare, cui reſolutioni ſuper denegata remiſſoria non acquieſcente Abbate, dubitaui hodie an eſſet à deciſis recedendum, & Domini in dictis perſiſterunt iterum denegando remiſſoriam.

Quia quinque articuli exhibiti, vel continent inueriſimilia, vel res non controuerſas, vel ex ſcripturis conſtat de contrario, quod hodie articulatur, vel obſtat prætenſionibus Abbatis tranſactio cum dicto Archiepiſcopo à Sede Apoſtolica confirmata in qua diſponitur contrarium, quod hodie articulatur, quibus concurrentibus fruſtra petitur remiſſoria cum etiam probatis contentis in articu-
14 lis non releuent, † quia per ſcripturas eliditur contrarium, Felin. *in cap. 1. ſub num. 7. de appell.* Seraph. *deciſ.* 1460. *num.* 3. Caual. *dec.* 84. *num.* 1. *&* *in recen. deciſ.* 589. *num.* 1. *part.* 2. Duran. *deciſ.* 196. *num.* 3. & fuit coram Me reſolutum *in Foroſempronien. bonorum* 16. *Martij* 1640.

15 Ad primum enim articulum quod Monaſterium Sancti Lamberti ſit collocatum in Ducatu Carinthiæ, dictum fuit hoc non controuerti inter partes, idcircò illius probatio non releuat, remiſſoria autem non datur ſuper articulis irreleuantibus. Rota *deciſ.* 217. *num.* 3. *part.* 7. *recent.* Greg. XV. *deciſ.* 81. *num.* 3. 122. *num.* 1. 356. *num.* 1. 461. *num.* 1. *&* 477. *num.* 1. Duran. *deciſ.* 197. *num.* 1. *&* 214. *num.* 1. & latè fuit coram Me dictum *in dicta Foroſempronien. bonorum* 16. *Martij* 1640.

Secundus verò articulus continet inueriſimilia, ac improbabilia dum articulatur immemorabilis facultas Abbatis deputandi Viſitatores priuatiuè quoad D. Archiepiſcopum ſuper quo articulo idem Abbas curauit teſtes examinare ad perpetuam rei memoriam ſuper continuato exercitio Iuriſdictionis eiuſdem Abbatis pro exhibendo fumo materiæ articulatæ, Nam Domini reſpondebant prætenſæ immemorabili obſtare tranſactiones factas ab Abbatibus Sancti Lamberti cum Archiepiſcopis Salisburgeñ. de anno 1420. ſubſecuta in confirmatione Alexandri VI. del 1493. in quibus totum contrarium diſponitur, quod hodie articulatur, vt ex lectura tranſactionum manifeſte li-
quet, † vnde non eſt danda remiſſoria ad ef- 16
fectum probandi contrarium quod in ſcripturis continetur. Rot. *deciſ.* 314. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* *&* *deciſ.* 45. *num.* 2. *&* 589. *num.* 1. *&* 414. *num.* 2. *&* 5. *part.* 2. *recent.* Seraph. *deciſ.* 1460. *num.* 3. Buratt. *deciſ.* 351. *n.* 1. *&* 597. *num.* 8. *&* *in d. Foroſempronien.* coram Me.

Nec dicti teſtes ad perpetuam rei memo- 17
riam examinati deponentes de continuato exercitio Iuriſdictionis D. Abbatis ex quibus idem Abbas intendit probare non fuiſſe effectuatas tranſactiones aliquid faciunt, cum magis veniant attendendæ ſcripturæ prædictæ concordiæ ſeu tranſactionis, *l. cenſus, ff. de probation.* gloſſ. *in cap. 3. loco verb. teſtium eod. tit.* Ludou. Romanus *conſ.* 319. *num.* 1. Caſanat. *conſil.* 16. *num.* 1. Rot. *deciſ.* 64. *num.* 17. *part.* 5. *recent.* quibus tranſactionibus à Sede Apoſtolica confirmatis ſuppoſitis earumquè effectuatione, vt *in* 1. *Summ.* dicti Archiepiſcopi *num.* 6. in quo datæ fuerunt quamplures conceſſiones factæ ab eodem Archiepiſcopo ad inſtantiam D. Abbatis ſuper cura animarum, necnon abſolutiones à caſibus reſeruatis Epiſcopo cum expreſſa relatione ad concordiam, idcircò non eſt dubium circa effectuationem eiuſdem in parte, qua ratione tituli vniuerſalis exinde reſultat effectuatio totius ex congeſtis per Add. ad ſan. mem. Greg. XV. *deciſ.* 557. *num.* 9. *in fin.* Buratt. *deciſ.* 870. *num.* 4. Ideo irreleuans, ſiue improbabilis eſt articulata immemorabilis, quia ſi illa præceſſiſſet vtique remanſit ſublata per dictas tranſactiones pro cuius dumtaxat obſeruantia agi poteſt, *cap. 1. de tranſact.* Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. dub.* 26. *tit.* 7. *ſub n.* 4. Surd. *deciſ.* 266. *n.* 12. Rot. *dec.* 464. *n.* 7. coram Buratto.

Poſt dictam tranſactionem verò dare im- 18
memorabilem eſt impoſſibile, dum conſtat de initio, videlicet poſt tempus tranſactionis Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 64. *&* 66. Valaſq. *conſ.* 93. *n.* 17. cum aliis *in deciſionibus in hac cauſa.*

Nec dicatur quod à die initæ tranſactionis 19
lapſi fuerunt pluſquam anni centum, & actus ante centum annos geſtos non excludere probationem immemorabilis, licèt ſecus





eſſet, ſi fuiſſent geſti infra centum annos, vt diſtinguunt Molin *de primogen. Hiſpan. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 60. *&* 61. & alij quos refert, & ſequitur Add. ad Greg. XV. *deciſ.* 298. *n.* 13. *verſ. aduertendum,* Rot. *deciſ.* 56. *n.* 18. *&* 20. *part.* 7. *recent.*

Quia nos verſamur in ſecundo membro diſtinctionis dum ex actibus Iuriſdictionalibus datis eodem ſum. Archiepiſcopi *num.* 7. quando deciſio emanauit 1. Iulij 1643. Archiepiſcopum vti Ordinarium proceſſiſſe conſtat in vim concordiæ de anno 1588. 1605. 1615. & 1625. idcircò diſtinctio adducta per informantes pro D. Abbate procedit quando ad excluden. inueriſimile dantur ſolum actus contrarij ante centum annos, qui non conuincunt originem præſcriptionis,
18 quia non perimunt præſcriptionem antecedentem dum eſſe valuit, quod poſt eos actus, vel prius iuriſdictio ſpectaret ad Abbatem, in præſenti autem caſu, cum dentur antiquiſſimæ tranſactiones à Sede Apoſtolica confirmatæ habent pro ſe præſumptionem, excluduntquè immemorabilem præcedẽtem, cum omne ius partium tranſactioni contrarium remanſerit per eas ſublatum *l. 1. ff. de tranſact. l. cauſas C. eod. tit.* Caſanat. *conſ.* 167. *num.* 15. *lib.* 2. Rot. *deciſ.* 161. *num.* 2. *&* *deciſ.* 218. *num.* 2. *part.* 7. *recent.* Ita vt nouam præſcriptionem contrariam incipere fuerit neceſſarium quã do autem vltra centum annos datur verum, & indubitatum præſcriptionis initium ceſſat ſubſtantia immemorabilis, quæ ex hoc præſertim pendet, vt de eius initio non conſtet, optimè Rota *deciſ.* 56. *num.* 20. *verſ. hæc reſponſio part.* 7. *rec.* Greg. XV. *deciſ.* 467. *n.* 6. Buratt. *deciſ.* 831. *num.* 6.

Et ceſſat omnis difficultas, quia de anno 1541. & ſic infra centum annos ante motam litem, lis fuit mota à ſex annis, & vltra Abbas, & Conuentus recognouerunt bonam fidem ſuper veritate, & obſeruantia concordiæ, quia cum Inſtrumentum originale eſſet penes ambas partes, & Archiepiſcopus aſſereret Inſtrumentum penès ipſum exiſtens paſſum fuiſſe temporum iniuria detrimentum in ſigillo, idem Abbas, & Conuentus requiſiti tradiderunt Archiepiſcopo tranſumptum hodie in actis productum, promittens contenta in illa obſeruare, qui actus conformis concordiæ probat obſeruantiam, & excludit initium prætenſæ præſcriptionis ex ſupradictis.

Tertius verò articulus continet, quod dictum Monaſterium S. Lamberti habet territorium ſeparatum, ſed hoc ex ſcripturis de falſo conuincitur, tum ex priuilegio Innocentij Tertij producto pro parte dicti Abbatis S. Lamberti in quo dictum Monaſte-



rium enunciatur Diœceſis Salisburgen. † tum 19
etiam ex pluribus enunciatiuis antiquiſſimis relatis in deciſione ſuper bono iure dicti Reuerendiſſimi Archiepiſcopi ſupradicta die 1. Iulij 1643. quibus eſt certè credendum Gloſſ. *in cap. cum olim, verb. inſtrumentis de cenſib.* Felin. *in cap. cum cauſam num.* 5. *de probat.* & in terminis quod enunciatiuæ antiquæ probent terras eſſe intra fines Diœceſis enunciatæ, latè Rot. *in Conſtantien. iuriſdictionis contra eoſdem Monachos in rec. deciſ.* 24. *n.* 1. *part.* 1. Duran. *deciſ.* 226. *n.* 4. *&* 5.

Remanet nunc quartus articulus, qui continet dictum Abbatem S. Lamberti habere Territorium ſeparatum, necnon iuriſdictionem in temporalibus, & ſpiritualibus, quæ probatio eſt fruſtratoria, cum tali probationi obſtent prædictæ tranſactiones effectum ſortitæ, ac antiquiſſimæ enunciatiuæ aduerſus quas non poſſunt admitti probationes per teſtes ex prædicta ratione immemorabili.

Non obſtat deciſio *in cauſa Calaguritana, ſeu nullius iuriſdictionis* 7. *Febr.* 1608. coram Ottembergo impreſſ. per Tambur. *de iure Abbat. tom.* 3. *deciſ.* 48. *ſub n.* 8. *verſ. non obſtat, & per tot.* vbi ait eſſe concedendam remiſſoriam Abbati eam petenti ſuper articulo ibi propoſito exercendi iuriſdictionem Diœceſanam priuatiuè quoad Epiſcopum. Quia Domini animaduertebant dictam deciſionem continere alterum articulum, nempè quod Eccleſia de Nugera, de qua agebatur extiterat iam prius Cathedralis, in præſenti verò ex ſupradictis apparet dictum Monaſterium S. Lamberti eſſe Diœceſis Salisburgen. Ideo deciſionem non poſſe applicari caſui noſtro. Quapropter cum dictum Monaſterium S. Lamberti ſit ſub diœceſi Salisburgen. ex prędictis non poteſt prætendi, aut probari, quod
illud habeat peculiare territorium, † cum ſo- 20
lus Papa valeat aſſignare territoria, & à diœceſi ſeparare, Hoſtien. *in cap. cùm contingat n.* 1. *de for. compet.* vbi DD. ſcribentes *in dicto capitulo,* Rot. *d. deciſ.* 324. *n.* 2. *part.* 1. *rec.*

Nec releuat quintus articulus in quo con- 21
tinetur quod dictus Abbas iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem exercuerit priuatiuè quod dictum Archiepiſcopum, quia non probatur, nec minus articulatur ipſum hoc ſciuiſſe, & ſuccubuiſſe, Cald. *conſ.* 13. *de iurepatron.* Rot. *deciſ.* 30. *num.* 8. poſt Viuian. *de iurepatron.* Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 14. *n.* 38. & comprobauit Rot. *in hac cauſa d.* 1. *Iulij* 1643. ſuper bono iure, ideo DD. ſteterunt in deciſis pro denegatione remiſſoriæ, vtraque parte informante, &c.

## R. P. D. DVNOZET
## Segobricen. Canonicatus,

Veneris 26.Nouembris 1655.

*Ad cap.* 163.*num.*5.*vol.*2. *&* *ad cap.*28. *num.*13.*part.*1.

## *ARGVMENTVM.*

EX quibus dicatur lis introducta ſuper titulo beneficij, quæ tamen neceſſariò procedere debet, ad hoc vt ſubrogationi locus ſit. Notario aſſerenti citationem fuiſſe executioni demandatam, vtrum credatur ſine teſtibus. Regula de annali quomodo obſtet ſubrogationi. Lis calumnioſa non eſt attendenda.

### SVMMARIVM.

1 *Subrogatio remanet ſine effectu ſi lis non præexiſtat ſuper titulo beneficij.*
2 *Lis non dicitur introducta per ſolam commiſſionem, vel decretum de citando, non demandatum executioni.*
3 *Ampliatur vt procedat etiamſi citandus haberet notitiam decreti cum etiam requiratur reproductio citationis.*
4 *Qui impedit ne citetur habetur pro citato.*
5 *Notarij atteſtatio non facit fidem.*
6 *Notarius non poteſt atteſtationem facere de iis quæ ante longum tempus facta ſunt, & ſic re non integra.*
7 *Lis quæ requiritur ad ſubrogationem debet eſſe introducta aduersùs illum met ad cuius locum quis ſubrogari poſtulat.*
8 *Subrogationi obſtat regula de annali.*
9 *Negligentia in exequendo literas citatorias in materia ſubrogationis inexcuſabilis eſt.*
10 *Lis calumnioſa non eſt attendenda.*
11 *Collatio Canonicatus præſumitur de iure ſimultanea inter Epiſcopum & Capitulum.*
12 *Clauſula,* ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo vacet, *nihil operatur quando certus vacationis modus diſpoſitiuè expreſſus eſt.*

## DECISIO LXX.

VAcante per obitum Hieronymi de la
Torre in menſe Septembris 1651.
Canonicatu curato in Eccleſia Segobricen.
Capitulum & Canonici tanquam prætenſi
patroni ad illum præſentarunt, Martinum
de Villorado, idem verò Canonicatus tanquam ad Sedem Apoſtolicam deuolutus impetratus fuit à Pompeio Brioſco qui ſucceſſiuè literis expeditis introduxit litem in Rota
coram R. P. D. Peutingero, & vigore commiſſionis iuxta ſolitum, citationem cum inhibitione expediuit, quæ tamen in partibus non probatur intimata, in hoc ſtatu
deceſſit dictus Martinus & Capitulum iterum præſentauit Bonauenturam Exarnit,
Pompeius verò expediuit gratiam ſubrogationis, quæ, cum controuertatur per Bonauenturam, hodie de ordine Eminent.
Cardinalis Prodatarij, propoſui dubium, an
illa ſuffragetur & Rota negatiuè ex triplici
fundamento reſpondit.

Primò ſiquidem, quia inter dictos Pom-
peium, & quondam Martinum nulla proba- 1
tur adfuiſſe lis ſuper titulo dicti Canonicatus omnino neceſſaria, ad obtinendã dictam
ſubrogationem, gloſſ. *in cap.* 2. *in verbo finita verſic. ſi autem petit ne lite pendente in* 6. Innocent. *in cap. cum M. Ferrarien. num.* 9. *de conſtitut.* Pariſ. *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 3. *num.*5.
Garc. *de benefic. part.* 11. *cap.*6. *num.*76. Lotter. *de re benefic. lib.*2. *quæſt.* 20. *num.* 114. vbi dicit
litem eſſe baſim & fundamentum ſubrogationis cum aliis pluribus relatis, *in Illerdenſi præceptoriæ* 7. *Februarij* 1627. *& in Mutinen. benefic.* 28. *Iunij* 1649. coram Me, *& in Barbargen. præpoſituræ* 23. *Februarij* 1654. coram
R.P.D. meo Celſo.

Nec prædictæ litis ſubſiſtentia deduci po-
teſt, ex eo quod D. Pompeius poſt d. Ca- 2
nonicatus impetrationem litem etiam in
Rota committi curauerit, ac obtinuerit
Decretum citationis, cum ſolita inhibitione, quia ſola cauſa commiſſio vel citationis
Decretum, abſque exequutione non inducit litem, Vital. *in clemen.* 2. *vt lit. penden. num.* 24. *&* 25. Lotter. *quæſt. & num. ſupra citatis.*
Achill. *deciſ.* 10. *de reſcript.* Caſſador. *deciſ.*1. *num.* 14. *ſuper regulas Cancellariæ.* Pute. *deciſ.* 302. *num.* 1. *lib.* 3. Add. ad Buratt. *deciſ.* 109. *litera A.* Coccin. *deciſ.* 431. *num.* 7. *in puncto regulæ de ſubrogandis.* Mandoſ. *ſuper Regul.* 29. *quæſt.* 11. *num.* 9.
& *in Barbargen. præpoſituræ* coram R. P. D.
Celſo *ſupra relata*, † etiam ſi citandus ha- 3
beret ſcientiam citationis & commiſſionis, dummodo deſit exequutio, Cardinal. *in clement. fin. num.* 9. *in fine, vt lite pendente*, Pariſ. *conſ.* 81. *num.* 13. *lib.* 4.
Rot. *deciſ.* 1. *num.* 15. *& ſeqq. part.* 1. *diuerſor.*
Imò quod vltra citationis executionem ſit
neceſſaria illius reproductio, tradunt relati
per Lotter. *d. quæſt.* 20 *num.* 114. *& ſeqq. lib.*2.
& firmauit Rot. coram Buratt. *deciſ.* 289. *n.*4.
Add. ad eund. *deciſ.* 109. *Litera A.* & coram
S. M. Greg. XV. *deciſ.* 27. *num.* 2. *& deciſ.* 94.
*pariter n.* 2.

4 Non obſtat quod dicatur executionem
dictæ Citationis fuiſſe impeditam per regium conſilium ad inſtantiam dictorum Capituli & Villoradi & propterea in illorum
præiudicium habeatur pro exequuta *cap. quoniam frequenter*, §. *porro, vt lite non conteſtata*, Rot. *deciſ.* 11. *num.* 1. *ad medium de dol. & contumac. in nouis.* Creſcen. *deciſ.* 18. *num.* 2.
*de re Iudicata & in recent. deciſ.* 324. *num.* 2.
*part.* 3. & *in Hiſpalen.* coram Vbaldo *poſt ſecund. volum. conſil.* Farinac. *deciſ.* 348. *num.* 3. &
in terminis recurſus Seraphin. *deciſ.* 1094.
5 *num.* 3. *& per totum.* † Quia de huiuſmodi
impedimentis non datur niſi ſimplex atteſtatio Notarij, qui eſto quod in illis partibus
fungatur vice nuntij, & ſic ei ſtari debeat,
attamen hoc forſan procedere poſſet, quando de illis paulò poſt teſtatus fuiſſet re adhuc
integra, in quibus terminis loquuntur allegatæ deciſiones, *in Cæſarauguſtana parochialis de Maella*, 24. *Februar.* 1644. coram R. P. D.
Cerro *& in Leodien. Canonicatus* 10. *Decemb.*
6 1644. coram R. P. D. Veroſpio, † at ſecus eſt
in caſu præſenti in quo dicta atteſtatio emanauit poſt 22. menſes tam à die obitûs Villoradi, quam prætenſæ præſtationis impedimentorum, & poſt nouem menſes à die obtentæ ſubrogationis gratioſæ, prætextu
præexiſtentiæ litis, & ſic poſt longum temporis interuallum, & re non amplius integra,
Alexand. *conſ.*241. *ſub num.* 6. *verſic. quinimo & ſi Notarius lib.* 6. & in terminis relationis
dixit Rot. coram Buratto *deciſ.* 270. *num.* 3.
& in *Bononien. manutent.* 19. *Iunij* 1647. §.
*primo circa finem*, coram R. P. D. Bichio, vbi
hoc ampliatur, quando atteſtatio (provt iſta)
caret teſtibus.

7 Nec vis fieri poteſt in citatione exequuta 15. *Septembris* 1653. ad inſtantiam
Pompeij contra Galcerandum Perez tanquam intruſum in Canonicatu controuerſo
per obitum Villoradi, & contra Capitulum,
quia cum dictæ citationes fuerint exequutæ
poſtquam Villoradus die 8. Septembris
obierat non efficiunt quod lis dicatur introducta cum ipſo Villorado, ad cuius ius
petitur ſubrogatio, ex allegatis per Addent.
*ad Regul.* 29. *Cancellariæ* editam à Gregorio XV. *in verbo collitigans & in aliis ſupra relatis.*

Secundo verò quia prædictæ ſubroga- 8
tionis conceſſionem obſtat regula de annali, quæ in recentioribus regulis Cancellariæ, eſt in ordine 35. his verbis, *Ne ad illam obtinendam ſuffragetur, prouiſio Apoſtolica antecedens obtenta de tempore, quo alius idem Beneficium pacificè poſſederat per annum, niſi infra ſex menſes impetrans ipſum poſſeſſorem ad iudicium euocari fecerit*, Quapropter cum iuſtificetur Villoradum Canonicatum controuerſum pacificè per annum poſſediſſe nec probetur dictum Pompeium illum infra ſex menſes ad iudicium
euocari feciſſe, vtique ex clara diſpoſitione
dictæ regulæ impetratio dicti canonicatus
ac ſubſequuta ſubrogatio, nullius firmitatis
remanſerunt ex defectu litis, Gomeſ. *ad dictam Regul. de Annali quæſt.* 80. Garſ. *de benefic. part.* 6. *cap.* 2. *num.* 213. Lotter. *de re benefic. quæſt.* 52. *num.* 69. *lib.* 2. S. M. Gregor. XV. *deciſ.* 532. *in principio*, & fuit dictum *in Mediolan. beneficij* 14. *Maij* 1655.
coram R. P. D. Celſo. † eóque magis in 9
præſenti, ex quo Pompeij notabilis negligentia in expediendis literis citatoriis: eſt
inexcuſabilis cum illas non niſi poſt quinque
menſes & quindecim dies à die impetrati
beneficij expedire curauerit, quas propterea exequì & reproducere potuiſſe infra
ſexdecim dies reſtantes pro complendis dictis ſex menſibus in dicta regula aſſignatis,
redditur inveriſſimile ſtante diſtantia Regni
Valentiæ ab vrbe.

Tertiò denique, quia dicta lis à Pompeio 10
vt prætenditur mota eſt euidentiſſimè calumnioſa, cum prouiſus fuerit, tanquam de
deuoluto ob non præſentationem patronorum in tempore, & tamen conſtat quod
patroni præſentarunt infra menſem, vnde
reſultat clara prouiſionis obreptio, Penia
*deciſ.* 643. *num.* 17. *&* 18. *& in recent. deciſ.* 569. *num.* 32. *part.* 5. *tom.* 2. & in his propriis terminis reſpondit Rota *in Meleuitana beneficij* 25. *Iunij* 1649. coram R. P.
D. Bichio, §. *minus obſtat, verſic. quæ verò.*

Nec momenti eſt quod prætendatur di- 11
ctum Canonicatum eſſe liberæ collationis, quia præterquam quod Canonicatuum
collatio in Cathedralibus præſumitur ſimultanea Epiſcopi, & Capituli, Gloſ. *in cap. cum Eccleſia Vulterana in verbo per Capitulum ad medium verſic. dico quod de iure communi de officio Ordinarij.* Seraphin. *deciſ.* 980.
*num.* 2. S. M. Gregor. XV. *deciſ.* 95. *num.* 1.
cum Pompeius illum impetrauerit, tanquam

deuolutum ob non præſentationem patronorum, in tempore vtique gratia ſuſtineri non poteſt niſi ex capite vacationis narratæ, quam proinde probare tenetur, vt in puncto dicit Rota *in Treueren. Archidiaconatus* 13. *Iunij* 1644. coram R. P. D. meo Cerro §. *minus*, & *in Regien. benef.* 29. *Ianuarij* 1654. coram R. P. D. Beuilaqua, vbi in terminis narratæ deuolutionis iuxta Concil Lateranen. vt in caſu noſtro, dicitur probandam eſſe deuolutionem per gradus, hoc eſt à patronis ad Epiſcopum ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum, & ab iſto ab Papam, † non obſtante clauſula *in fine* poſita, ibi: *ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis*
12 *modo vacet*, illa non operatur, quando modus vacationis diſpoſitiuè expreſſus eſt omnino falſus, tunc enim ne proprius dolus impetranti opituletur, tota gratia corruit. Cæſar. de Graſſ. *deciſ.* 14. *num.* 8. *de præbend.* poſt Caſſador. *deciſ.* 5. *eod. tit.* quæ deciſ. *ſub num.* 3. loquitur in puncto prouiſionis & firmat prius concluſiuè, quod dicta clauſula ſuffragetur, illam tamen limitando quando adeſt aliqua clauſula, quæ ad deuolutionem ſe reſtringat, provt quando deuolutio datur in literis diſpoſitiuè, ea adducta ratione quia cum limitata ſit prouiſio, non comprehendit alium modum vacationis, ſic etiam tradunt relati per Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 63. 66. *& ſeqq.* Barboſ. *clauſ.* 172. *n.* 13.

Alia quæ deducebantur per informantes pro Pompeio non fuerunt habita in conſideratione, quia non faciunt ad præſentem diſputationem quæ reſtringitur an gratia ſubrogationis gratioſæ Pompeio ſuffragetur, quam non ſuffragari ex ſupradictis rationibus fuit reſolutum, vtraque parte informante.

---

# R. P. D. PRIOLO

## Segobricen. Canonicatus,

Mercurij 22. Martij 1646.

*Ad cap.* 87. *&* 59. *part.* 1.

## *ARGVMENTVM.*

QVomodo probentur narrata in literis ad effectum vt illæ poſſint mādari executioni, & nominatim quomodo probari poſſit ius patronatus. Attentatis locus non eſt, vbi nulla lis adeſt. Concurſus non requiritur in Canonicatibus, & dignitatibus habentibus curam animarum. Regula de Annali prodeſt poſſeſſori niſi impetrans litem intentauerit intra ſex menſes.

## SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ habent executionem paratam iuſtificatis narratis.*

2 *Qualitas beneficij, & valor narratus probatur ex confeſſione aduerſarij in ſua ſupplicatione.*

3 *Atteſtatio Ordinarij probat quem eſſe de eius diœceſi.*

4 *Idoneitas & præſentia alicuius in curia quomodo probetur.*

5 *Præſentatio patroni infra tempus quomodo probetur.*

6 *Collatio ſortita effectum ad præſentationem patroni probat quaſi poſſeſſionem iuriſpatronatus.*

7 *Epiſcopus permittens collationem Beneficij tanquam patronati dat magnam præſumptionem Iuriſpatronatus.*

8 *Præſentationes multæ continuatæ, & effectum ſortitæ, probant Iuſpatronatus.*

9 *Vicarius non præiudicat Epiſcopo niſi tamen Epiſcopus illud factum approbauerit.*

10 *Sententia lata ſuper ſtatu beneficij & executioni demandata probat illius ſtatum.*

11 *Sententia antiqua probat, licèt non iuſtificetur ex actis.*

12 *Præſentatio patroni facta & executioni demandata ante motam litem eſt attendenda.*

13 *Iuſpatronatus ſufficienter probatur ex centenariis præſentationibus quando agitur de perſonis in quibus non cadit præſumptio vſurpationis, etiam poſt diſpoſitionem Concilij Tridentini, maximè quando agitur inter prouiſos, & non contra Ordinarium.*

14 *Iuſpatronatus Eccleſiaſticum ſubiacet reſeruationibus, & Regulis Cancellariæ.*

15 *Conſtitutiones præiudicantes authoritati ſedis Apoſtolicæ non ſubſiſtunt.*

16 *Succeſſor in officio poteſt extrahere ſcripturas ſui Anteceſſoris.*

17 *Obſeruantia dat fidem ſcripturis informiter extractis.*

18 *Citatio non inducit litiſpendentiam niſi fuerit executioni demandata contra perſonam legitimam.*

19 *Citatio contra defunctum non inducit litiſpendentiam.*

20 *Vbi nulla eſt lis non eſt tractandum de attentatis.*

21 *Falſus vacationis modus reddit impetrationem nullam.*





22 *Concurſus requiritur in beneficiis curatis etiamſi ſint de iure patronatus Eccleſiaſtico.*

23 *Impetrans beneficium tanquam deuolutum ob Lateranenſis ſtatuta Concilij non poteſt opponere de defectu concurſus etiamſi in ſua impetratione curauerit apponi Clauſulam* ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo.

24 *In Dignitatibus & Canonicatibus Eccleſiarum Cathedralium, vel Collegiatarum curam animarum habentibus non requiritur concurſus ſed ſimplex examen ſufficit.*

25 *Contra Annalem poſſeſſorem impetrans litem mouere debet intra ſex menſes, aliàs non auditur, iuxta Regulas Cancellariæ.*

## DECISIO LXXI.

VAcante per obitum Hieronymi de la Torre in menſe Septembris 1651. Canonicatu Curato in Eccleſia Segobricen. Capitulum, de cuius patronatu aſſeritur, ad illum præſentauit Martinum Villorado qui ſub die 12. Octobris eiuſdem anni poſſeſſionem adeptus fuit, de menſe autem Decembris 1652. Pompeius Brioſcus narrata deuolutione eiuſdem Canonicatus iuxta Lateranen. ſtatuta Concilij obtinuit à Sede Apoſtolica de eo prouideri cauſamquè deſuper in Rota commiſit, ac citationem cum inhibitione expediuit qua tamen non executa vita functo d. Martino in menſe Septembris 1653. Capitulum præſentauit Bonauenturam Exarnit, Pompeius verò impetrauit literas gratioſæ ſubrogationis in iuribus Martini defuncti, quam cùm ei non ſuffragari Rota reſponderit ſub die 26. Nouembris præteriti coram R. D. meo Decano, iurauit Bonauentura expediri literas Apoſtolicas pro præſentato, hincquè orta inter eos controuerſia ſuper iuribus vtriuſque prouiſionis, dubitatū hodie, An, & cui danda ſit immiſſio, & Bonauenturæ dandam eſſe DD. cenſuerunt.

1 Ratio reſolutionis fuit quia ipſe concludenter iuſtificauit omnia in eius Literis narrata quæ proinde paratam habent exequutionem pro qua datur prouiſo immiſſio adinſtar *l. fin. C. de edict. Diui Adriani tollen.* vt dixit Rot. *in rec. dec.* 133. *num.* 1. *p.* 6. coram bon. mem. Merlino *dec.* 538. *ſub n.* 9. *verſ. quibus poſitis*, ac in aliis relatis *in Camerinen. Canonicatus* 19. *Ianuarij* 1654. coram Me, *in fine.*

2 Siquidem ea quæ concernunt qualitatem beneficij, & valorem, & modum vacationis illius probantur ex propria confeſſione Pompeij qui eadem prorſus in eius ſupplicatione narrauit Summario Bonauenturæ *num.* 2. Bellam. *dec.* 268. & *dec.* 595. Card. Caualer. *dec.* 33. *num.* 1. *& dec.* 608. *ſub num.* 3. *verſ. & apparebat etiam cum ſeqq.* Buratt. *dec.* 708. *ſub n.* 4. *verſ. nec aliqua cum ſeq.* Reuerendiſſimus Vrgellen. *dec.* 237. *n.* 6. *& in recent. dec.* 10. *n.* 2. *p.* 2. & *dec.* 101. *n.* 4 *p.* 6.

Quæ verò reſpiciunt illius perſonam 3
quod nempe ſit Sacerdos oriūdus ex diœceſi Valentin. iuſtificatur ex fide baptiſmatis ac literis Ordinarij qui tanquam diœceſano ſacrum præsbiteratus ordinem contulit d. Summario *n.* 13. iuxta text. *in cap.* 2. vbi gloſſ. *in verbo literas de Probationib.* Rota *in recent. dec.* 455. *num.* 7. *part.* 2. & *dec.* 205. *num.* 5. *part.* 4. ac *d. deciſ.* 107. *n.* 2. *p.* 6. & coram Reuerend. Vrgellen. *dec.* 87. *n.* 3.

Idoneitas verò ac illius præſentia in curia 4
probatur ex relatione examinatorum qui illum in vrbe examinarunt, ac Idoneum ad obtinendum huiuſmodi beneficium atteſtati ſunt, gloſſ. *in clem.* 1. *verb. reputamus de conceſſ. præbend.* Mantic. *dec.* 208. *num.* 4. Caualer. *dec.* 299. *n.* 3. Buratt. *dec.* 540. *n.* 14. *& dec.* 613. *n.* 6.

Quod autem fuerit præſentatus à Capi- 5
tulo infra tempus legitimum apparet ex Inſtrumento relationis in eodem Summario *num.* 14. iuxta Text. *in cap. cum propter extra de Iurepatronatus.* Rot. *dec.* 238. *num.* 8. *p.* 5. & *d. dec.* 107. *num.* 3. *p.* 6. & *dec.* 302. *ſub n.* 4. *verſ. & quod denique p.* 7. *rec.*

Poſtremo Iuſpatronatus ad fauorem Capituli præſentantis viſum fuit DD. ad effectum de quo agitur ſatis iuſtificari ex ſeqq.

Primò ex quadam permutatione facta de 6
eodem Canonicatu anno 1529. & per Ordinarium admiſſa de conſenſu Capituli & Canonicorum explicitè aſſerentium ſe illum præſentare tanquam patronos, dicto Summario *num.* 6. qui tales cenſentur, cum probetur effectuatio per ſubſequutam poſſeſſionem quæ habet vim præſentationis & operatur perinde ac ſi in vacatione per obitum interueniſſet vt dixit Rota penès Creſc. *dec.* 2. *de Iurepatronatus dec.* 534. *n.* 4. *p.* 1. *diuerſ. in Gerunden. permutationis* 17. *Maij* 1593. coram Litta apud Garz. *de benef part.* 12. *c.* 2. *n.* 277. *in fine. verſ. dantur etiam in rec. dec.* 172. *num.* 4. *in fine part.* 3. & *dec.* 197. *num.* 2. *& ſeq. part.* 4. *ac dec.* 101. *num.* 9. *part.* 6. penès Vrgellen. *dec.* 163. *n.* 13.

Secundò ex particulari conſtitutione ſeu
ſtatuto condito à Capitulo cum præſentia 7
Epiſcopi de anno 1557. in quo præuia narratiua quod iſte & alter Canonicatus erant vicariæ perpetuæ ex bonis menſæ capitularis erectæ diſponitur quod præſentatio reſpectu illorum in omnibus, & per omnia libera

remaneat vt prius erat ad fauorem ipſius Capituli d. Summario *num.*5. quod ſtatutum cum vlterius fuerit abEpiſcopo confirmatum, vt apparet *ſub d.n.*5.plurimum attendi debet: nam Epiſcopus illud profectò non confirmaſſet, & niſi ſciuiſſet qualitates beneficiorum, cum in hac materia Ordinarij ſoleant cautè procedere,nec de facili annuere ob præiudicium eorum collationis. Rot. *dec.* 11. *n.*1. *de Iurepatronat. in nou.* & *dec.* 800. *n.*2.*p.*4.*diu. in Tudenſi Parochialis* 21. *Maij* 1610. coram Sacrato apud Marcheſan. *de commiſſion. p.* 1. *fol.* 477. *ſub num.*1. *verſ.tanto magis*,& coram bon. mem. Merlino *dec.*563. *n.*12.ac *in Bononien. Archipræsbiteratus* 23. *Martij* 1648.coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Corrado §.*neque repugnant in fine*.

8 Tertiò ex præſentatione factâ de perſona Laurentij Lopez anno 1571.cum ſecuta poſſeſſione vſque ad obitum continuata eodem Summario *n.*7.quem vtique Ordinarius non inſtituiſſet niſi clarè ſibi de exiſtentia Iuriſpatronatus conſtitiſſet, vt fuit ponderatum penès Put. *dec.*237.*lib.*2. *in correct.* Card.Seraph. *dec.*1232. *n.*2.ac *in recent.dec.*674. *ſub num.*2.*verſ.cum Enunciatiuæ*,& apud Marcheſ. *de commiſſ. d.p.* 1.*fol.* 477.*ſub n.* 1. *verſ. tanto magis.*

9 Nec dicatur quod inſtitutio non fuit facta ab Epiſcopo ſed à Vicario qui eius iuribus præiudicare non potuit: quia cum habita de ea notitia vt præſumitur non contradixerit, nec illam vti erroneam, ac ſuo iuri præiudicialem impugnauerit, vel retractauerit, vt facere poterat,vtique reputari debet ac ſi ab Epiſcopo facta fuiſſet, vt in ſpecie aliis relatis reſpondit Rot coram bon.mem.Merlino *dec.* 641. *ſub num.* 3. *verſ. præſumiturque Epiſcopum, &c.*

10 Quartò ex ſententiâ latâ à Delegato Apoſtolico de anno 1591. poſt obitum præd. Lopez occaſione præſentationis factæ à Capitulo de perſona Michaëlis Martinez,& Collationis Ordinarij in perſonam Ioannis Balero, quâ pronunciatum fuit Canonicatum eſſe de Iurepatronatus eiudem Capituli,non autem Collationis Epiſcopi , & Martinez præſentatum fore liberandum à vexationibus ei illatis à promotore fiſcali Curiæ Epiſcopalis provt cum effectu liberatus fuit, poſſidendo Canonicatum vſque ad annum 1610. quo deceſſit Summario Bonauenturæ *n.*8. Et Pompeij *n.* 1. quæ ſententia tanquam lata ſuper ſtatu Beneficij, & executioni demandata facit ius quoad omnes,& maximè comprobat exiſtentiam Iuriſpatronatus,vt dixit Rot. penès Achillem *dec.*5.*de ſententia & re Iudicat.in rec.dec.*172.*n.*2.*p.*3.& *d. dec.*197. *ſub n.*9. *verſ.defuncto poſtmodum p.*6. *ac in d. Tuden. Parochialis* apud Marcheſ. *p.*1. *fol.*477.*ſub n.*2.*verſ.*4.& *in Aretina Plebaniæ* 6. *Febr.* 1654. coram R.P. D. meo Cerro,§.*exiſtentia demum.*

Licèt non iuſtificetur ex actis( nam præter quod eſt antiqua excedens annos 60. quæ probat etiam ſine actis ex latè adductis per Rot.coram bon.mem.Buratt.*dec.*376.*ſub n.*2. *verſ. & maximè cum pluribus ſeqq.*& per Add. ad eundem *dec.* 76 *num.* 26. & *dec.* 94. *litera A.*ſatis ex præmiſſis remanet iuſtificata,iuxta *dec.* Putei *dec.*391.*in fin.lib.*1.Seraph.*dec.*701. *num.* 3. Buratt.*dec.*251. *num.*10.*& ſeqq.* & in his terminis fuit dictum *in allegata Bononien. Archipræsbiteratus* coram Eminentiſſimo D. Cardinali Corrado, §. *Quinto accedunt* §. *vel quia ſatis, &c.* præſertim verò ad effectum adminiculandi vt dixit Rot. coram Mantic. *dec.*350. *num.*9. cum aliis relatis *in d.Bononien. Archipræsbyteratus d.* §. *quinto accedunt verſ. præſertim, &c.* 11

Quintò demum ex præſentatione vltimo loco facta de perſona d. Martini Villoradi per Ordinarium admiſſa præuia iuſtificatione Iuriſpatronatus citato Procuratore fiſcali, quæ pariter habuit effectum per ſubſecutam poſſeſſionem ab eodem Martino retentam vſque ad eius mortẽ,Summario Bonauenturę *num.*1. nec dedit vt prætenditur cauſam liti quia *in d. dec.* R. mei Decani nullam adfuiſſe litem à Pompeio introductam pleniſſimè firmatum fuit. 12

Quæ ſanè præſentationes à ſententiâ ac ſtatuto prædictis comprobatæ & ſupra centum annos continuatæ, effectumquè ſortitæ mediantibus prouiſionibus per obitum, vel reſignationem eorundem qui primo loco fuerunt præſentati, iuxta *conſ.* Oldrad. 229. *num.* 2. ſæpius in Rota receptum ſufficienter probant titulum Iuriſpatronatus, iuxta præſcriptum S.C.Trident.*ſeſſ.*25.*de reform.cap.*9. in iis patronis in quibus non cadit vſurpationis ſuſpicio vt poſt reſolutiones S. Congregationis Eminentiſſimorum DD. Cardinalium eiuſdem S. C. Interpretum tenuit Rot. *in dec. relatis in d. Tuden. Parochialis*, coram Sacrato,apud Marcheſ. *de commiſſ.part.*1. *fol.*477.*num.*2. *& in rec.d.dec.*172.*num.*4.*&* 8. *part.*3.ac *d.dec.*101.*num.*5. *cum ſeqq.part.*6.coram Buratt. *dec.*142.*num.*1. *& ſeqq.* Comitul. *dec.*127.*num.*1.*& ſeqq.*Gonz.*ad reg.*8.*gloſ.*18. *num.* 54.maximè quia modo non agitur contra Ordinarium, ſed inter prouiſos de iuſtificanda narratiuâ in literis Apoſtolicis contenta ad quem effectum leuiores probationes admittuntur, vt per Caſſad.*dec.*1.*in fin.de probat.dec.*803.*n.*2.*part.*1. *diuerſ.*coram Mantic. *dec.*244.*n.*5. Vrgellen.*d.dec.*87.*n.*7.*& dec.*163. *num.*14. 13

Nec



Nec turbant prouiſiones Apoſtolicæ tanquam de libero factæ ab anno 1610. vſque ad annum 1644.

14 Quia cum Iuſpatronatus de quo agitur ſit Eccleſiaſticum quod ſubiacet Regulis Cancellariæ , ac reſeruationibus Apoſtolicis, prouiſiones Papæ benè cum illo compatiuntur, quia emanarunt ob vacationem in menſibus reſeruatis , & reſignationem factam in eius manibus, vt conſtat ex iuribus relatis in Summario Pompeij *n.* 1. *cum ſeqq.*Caſſad. *dec.*4.*num.*2. *de Iurepatron.* Greg. *dec.* 48. *n.*4. Caualer.*dec.*547. *num.*2. Buratt. *dec.*103.*n.*4. cum aliis per Gonzal. *ad reg.* 8.*gloſſ.* 18. *n.*6. *& ſeqq.*

15 Parum obſtante quod in dict.Conſtitutione ſeu ſtatuto Capitulari fuerit prohibitum dd. Canonicatus commendari dimitti , & reſignari,quia huiuſmodi prohibitio abſque Summi Pontificis confirmatione non ſuſtinetur in præiudicium iuris Sedi Apoſtolicæ competentis , cui non potuit per inferiores detrahi aut in aliquo derogari , *cap. inferior diſtinct.* 21. *cap.cum inferior. de maior. & obed.* Clem.*ne Romani in princ.*vbi gloſſ. *verbo inferiorem de elect.* cum aliis per Rotam coram Merlino , *dec.*698. *ſub num.*3. *& ſequentib.* ac in aliis.

Deinde non releuat quod iura exhibita ad probandum Iuſpatronatus non ſint in forma probanti ex quo fuerunt extracta non citato Pompeio.

Vel quia fuit citatus eius Procurator qui licèt à Principio reſponderit ſe habere duntaxat mandatum ad lites, nihilominus poſteà comparuit & contradixit , vt conſtat ex datis in Summario reſponſionis pro Bonauentura, *num.*1.

16 Vel quia dicta iura fuerunt extracta per Archiuiſtas qui tanquam ſucceſſores in officio potuerunt ſcripturas prædeceſſorum extrahere abſque alia citatione, & ſolemnitate, ac fidem merentur tanquam authenticæ,ſecundum Bart. *in l. ſi quis ex argentariis* §. *cogantur num.* 3. *ff. de edendo.*Dec. *in authent. ſi quis in aliquo num.* 26. vbi etiam Iaſon *num.*5. *in fin. verſ. decimo fallit, &c. Cod. eod.*Couarr. *pract.quæſt.cap.*21.*num.*3.*verſ.hoc ipſum.*Veral. *dec.*246.*num.*3. *& dec.* 354. *num.* 3. *cum ſeqq. ac in Gerunden. Beneficij de Ceruiano* 4. *Iunij*
17 1604. coram Litta , † præſertim concurrente obſeruantiâ, ac tot præſentationibus effectum ſortitis , quæ negari non poſſunt. Vnde fidem aſſumunt Scripturæ etiam informes, ac minus authenticæ , vt in terminis dixit Rot.coram Cardin.Seraphino *dec.* 1232.*n.*3. coram Comitul.*dec.*127.*num.*13. *& ſeqq. ac in recent.dec.*492.*n.*3.*& in aliis.*

18 Neque ſubſiſtit quod præſentatio Bonauenturæ fuerit attentata,vtpotè facta poſt introductam litem , in Rota cum Villorado ac executam inhibitionem Rotalem , quia ſola cauſæ commiſſio, vel citationis decretum viuente Villorado obtentum abſque executione litem non induxit , vt latè firmatum fuit *in dict. deciſ.* Reuerend. Dom. mei Decani, §. *neque prædictæ litis , &c. & in Comen. Iuriſpatronatus* 9. *Iunij* 1655. coram Me , §.*fin.*
† Executio verò quæ prætenditur facta poſt 19
illius obitum præter quod minus legitimè facta fuit, non ſuffragatur ad litem inducendam cum perſona defuncta in cuius iuribus petitur ſubrogari ex alleg.per Add.*ad reg.*29. *Cancell. editam* à ſan. mem. Gregor. XV. *in verbo collitigans* , aliiſque relatis *in dict. dec.* Reuerend. Dom. mei Decani , §. *nec vis fieri poteſt, &c.*

Lite autem non exiſtente fruſtra attentata prætenduntur. Caſſad. *dec.* 6. *ſub num.* 2. *verſ.ergo lis, &c.* ſuper Reg.Cancellariæ.Rot. *dec.*1.*num.*2.14.*& ſeqq.part.*2.*diuerſorum,& in Ianuen.pecuniariæ ſeu attentatorum* 20. *Aprilis* 1640. coram Reuerend. D. meo Decano, §. *nam quoad ſequeſtrum , & in dict. Comen. Iuriſpatronatus* coram Me, *in fine.* 20

Iuſtificatâ igitur ex prædictis gratiâ Bonauenturæ non officit prouiſio obtenta à Pompeio tanquam de deuoluto,iuxta Lateranen. ſtatuta Conc.

Quoniam ex inſtrumento relato in Summario Bonauenturæ *num.*1.conſtat,quod Ordinarius infra menſem à die vacationis per obitum Hieronymi de la Torre contulit Canonicatum ad præſentationem Capituli Martino Villorado; Vnde cùm vacatio fuerit conſumpta , ac per conſequens deuolutio ceſſauerit obreptitia remanſit eadem prouiſio , tanquam impetrata ſub falſa narratiuâ contra facti veritatem, vt in ſpecie dixit Rot. coram Put. *dec.* 390. *in princ. lib.* 1. *&* 267. *num.*7. *lib.*3. *in correct. & in rec. dec.*569.*n.*32. *cum ſeq.part.*5.*in Florent. Parochialis* , 26. *Iunij* 1647. coram R.P.D. meo Cerro,*& in Meleuitana Beneficij* 25. *Iunij* 1649.coram R.P.D. meo Bichio , §.*minus obſtat, &c.* 21

Nec releuat , quòd collatio Villoradi fuerit nulla ex defectu concurſus requiſiti etiam in beneficiis curatis de Iurepatronatu Eccleſiaſtico iuxta diſpoſitionem S. C. Triden. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.*18. *& conſtit.* ſan. mem. Pij V. *la* 33. *bullar. nou. tom.*2. Ideoquè non conſumpſerit vacationem , nec deuolutionem impediuerit. 22

Tum quia Pompeius non impetrauit Canonicatum tanquam deuolutum ob non factum concurſum , ſed ob non factam collationem iuxta Lateranen. ſtatuta Conc. quo caſu ſuſtineri non poteſt niſi ex capite vaca- 23



tionis

tionis narratæ, vt dixit Rot. *in Treuiren. Archidiaconatus 3. Iunij* 1644. coram R.P. D. meo Cerro, *& in Regien. beneficij 29. Ianuar.* 1654. coram R.P.D. meo Beuilacqua, etiamſi in Literis fuerit appoſita Clauſula, *ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo vacet, &c.* nam illa non ſuffragatur quando modus vacationis diſpoſitiuè poſitus ( vt in præſenti ) eſt omnino falſus, tunc enim ne proprius dolus impetranti opituletur tota gratia corruit, & cum ea omnes Clauſulæ in Literis inſertæ euaneſcunt, vt declarauit Rot. penès Caſſad. *dec.* 5. *de probat.* Mohed. *dec.* 17. *eod. tit.* Put. *dec.* 390. *lib.* 1. *& dec.* 267. *ſub num.* 6. *verſ. non obſtat clauſula, lib.* 3. *in correct.* Cæſar. de Graſſ. *dec.* 14. *num.* 6. *& ſeqq. de probat.* Lotter. *de re beneficiaria, lib.* 3. *q.* 8. *n.* 63. *cum pluribus ſeqq. & in dict. dec.* Reuerend. D. mei Decani, §. *nec momenti, &c.*

24 Tum quia obiecta S. Concilij ac Pianæ Conſtitutionis diſpoſitio non procedit in Dignit. & Canonicatibus habentibus curam animarum annexam, ſiue in Cathedrali, ſiue in Collegiata exiſtant, in quibus non requiritur concurſus, ſed duntaxat examen, & approbatio Epiſcopi, quæ hic præceſſiſſe apparent ex lectura Inſtitutionis Villorad. in Summario Bonauenturæ relatæ *ſub num.* 1. vt pluries declaraſſe S. Congreg. eiuſdem S.C. Interpretum referunt Garſ. *de benef. p.* 9. *cap.* 2. *n.* 181. *&* 195. Gonz. *ad reg.* 8. *dict. gl.* 6. *n.* 158. *& ſeqq.* Barboſ. *de Epiſc. alleg.* 60. *n.* 25. 28. *& ſeqq.* & ad Conc. *d. ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *num.* 20. & fuit dictum *in Gerunden. Capellaniæ* 27. *Ianuarij* 1645. coram R. P. D. meo Bichio §. *quia neceſſitas, &c.*

25 Ceſſatquè penitus difficultas, *ex regul. de annal.* quæ in reg. Cancellariæ, editis per S. D. N. eſt in ordine 35. diſponente non ſuffragari prouiſionem Apoſtolicam obtentam de tempore quo alius idem beneficium pacificè per annum poſſedit niſi impetrans ipſum poſſeſſorem, infrà ſex menſes ad iudicium euocauerit, quare cum conſtet Villoradum pacificè Canonicatum per annum poſſediſſe, nec doceatur Pompeium, infra ſex menſes ipſum ad Iudicium euocaſſe profectò inefficax remanſit eius prouiſio, ex clara diſpoſitione, *dict. reg.* iuxta tradita per Gomez. *ad reg. de annal. q.* 80. *cum ſeq.* Garz. *de beneficiis, p.* 6. *cap.* 2. *n.* 213. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 52. *n.* 69. & fuit dictum *in Mediolanen. beneficiorum* 14. *Maij* 1655. coram R. P. D. meo Celſo, *ac in dict. dec.* R. D. mei Decani, §. *ſecundo verò, &c.*

Et ita vtraque, &c.

## R. P. D. CELSO

Sulmonen. Beneficij,

Mercurij 13. Martij 1650.

*Ad cap.* 157. *num.* 65.

### *ARGVMENTVM.*

DE præſentatione facta à maiori parte Patronorum, & de eo qui falsò narrauit ſe habere medietatem vocum. Præſcriptio inter Compatronos quando locum habeat. Aditio hæreditatis inducitur ex præſentatione facta per aliquem tanquam hæredem. Numerus Canonicorũ quoad voces computatur, quoad præſentes, ſi tamen abſentes non fuerint vocati, valet præſentatio, licèt abſentes poſſint agere de contemptu. Iuſpatronatus fit hæreditarium ex gentilitio.

### SVMMARIVM.

1 *Præſentatus à maiori parte Patronorum inſtituendus eſt.*

2 *Qui falsò narrauit ſe habere medietatem Patronorum pro ſe non eſt audiendus.*

3 *Præſcriptio inter Compatronos inducitur ſpatio quadraginta annorum.*

4 *Præſentatio facta per Legatarium cui ius quæſitum eſt intra quadrimeſtre eſt valida.*

5 *Qui eſt in poſſeſſione præſentandi in ea manutenendus eſt.*

6 *Qui præſentauit tanquam hæres cenſetur ex eo hæreditatem adiuiſſe.*

7 *Qui ſemel hæreditatem adiuit non deſinit eſſe hæres per repudiationem.*

8 *Qui per repudiationem hæreditatis præſentauit cenſetur receſſiſſe ab illa repudiatione.*

9 *In præſentatione facta per Capitulum maior pars attendi debet, non reſpectu totius corporis Capituli, ſed reſpectu Canonicorum, qui fuerunt præſentes in Capitulo.*

10 *Præſentatio facta à Canonicis præſentibus aliis non vocatis eſt valida, ſed tamen, non vocati poſſunt dare de contemptu.*

11 *Conſuetudo non vocandi abſentes in Capitulo attendenda eſt.*

12 *Iuſpatronatus gentilitium fit hæreditarium linea deficiente.*

DECI



## DECISIO LXXII.

POſt ſententiam Rotalem, in qua pronunciatum fuit Fabium de Sanitate eſſe inſtituendum emanauit Deciſio *ſub die* 10. *Martij* 1649. coram bon. mem. Arguelles, pro illius confirmatione, & hodie repropoſita cauſa, iterum DD. perſtiterunt in reſo-
1 lutis, moti ex eo, † quia Fabius præſentatus fuit à maiore parte Patronorum, itavt meritò concedenda ſit illi inſtitutio, iuxt. text. *in cap. quoniam*, & *ibi* Gl. *verb. qui maioribus, de iurepatr.* Lambert. *eod. tract. part.* 3. *lib.* 2. *q.* 4. *art.* 1. *per tot.* Garz. *de benefic. part.* 9. *cap.* 2. *num.* 257. Gutthier. *canonic. quæſt. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 20. Rot. *in Lucana Iuriſpatronatus* 25. *Iunij* 1638. coram Reuerend. Salamantino, *in Neapolitana Iuriſpatronatus* 27. *Ianuarij* 1644. coram Eminentiſſ. Card. Otthobono, *in Comen. Capellæ* 27. *April.* 1648. *&* 26. *Febr.* 1649. coram R.D. meo Decano, *in Piſcien. beneficij* 26. *Nouembris* 1650. cor. Me, 21. *Aprilis* 1651. coram R.P. D. meo Rojas, *&* 20. *Nouembris eiuſdem anni*, coram R.P.D. meo Zarate, *& in Cracouien. præpoſituræ Sancti Floriani* 28. *Iunij* 1651. coram R.P.D. meo Veroſpio.

2 Quod autem huiuſmodi fundamentum ſubſiſtat, patet manifeſtè; quia ex quatuor partibus ſpectantibus olim ad Catharinam de Ariſtotile, quod ex aduerſo non controuertitur, & deſumitur ex ſententia Ordinarij lata de anno 1552. ipſe habet duas peruentas in Ioannem Carolum de Nigris, & eius hæredes, & quartam partem totius Iuriſpatronatus competentem Capitulo Cathedralis Sulmonenſ. ita vt Tabaſſius, qui ſolùm habet duas pertinentes ad Margaritam, & alias duas prætenſas à Cæleſtinis non poſſit cum eo concurrere, & falsò narrauerit Papæ, ſe habere medietatem vocum, iux. tex. *in cap. ſi motu proprio* 23. *de præbend. in* 6. Rot. poſt Garz. *de benef. part.* 10. *cap.* 3. *num.* 12. *verſ. narratiuam quoque*, ſan. mem. Greg. *dec.* 452. *ſub num.* 3. Buratt. *dec.* 316. *num.* 13. Duran. *dec.* 100. *num.* 6. & firmatum fuit *in Aquilana Iuriſpatronatus* 24. *Ianuarij*, *&* 4. *Iunij* 1646. coram R.P.D. meo Corrado.

3 Maximè, quia vox Cæleſtinorum, quos ab anno 1552. non apparet vnquam præſentaſſe, ſublata fuit per præſcriptionem, quæ inter Compatronos inducitur etiam per ſpatium 40. ann. vt notat Bald. *in l.* 2. *num.* 10. *C. de ſeruit. & aqua*, Rot. *diu. deciſ.* 229. *à n.* 1. *part.* 1. coram Duran. *dec.* 125. *n.* 6. *& in recent. dec.* 146. *ſub n.* 5. *verſ. vndè poſſent. p.* 2. *& dec.* 191. *n.* 13. *part.* 5. & latè *in Mutinen. beneficij* 27. *Martij* 1648. coram bon. mem. Arguelles.

4 Nec facit, quod Hercules legatarius præfati Ioannis Caroli præſentauerit antè confirmationem obtentam ab Ordinario, quæ licèt poſtmodum ſuperuenerit, non poſſit tamen retrotrahi ad diem præſentationis in præiudicium Tabaſſij, cui medio tempore fuit ius quæſitum; Nam aut talis præſentatio, eſt attendenda, etiam ſi confirmatio poſteà ſuperuenerit, cum emanauerit intrà quadrimeſtre, & agatur de legato, & fauore vltimæ voluntatis, vt probat Rocch. *de Iurepatr. verb. pro eo ſub num.* 9. *verſ. in contrarium*, Sanchez *conſ. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 77. *num.* 6. & firmauit Rot. coram Duran. *deciſ. vlt. num.* 10. *&* 11.

Aut verò non eſt attendenda, & adhuc 5 ſuffragatur Fabio præſentatio obtenta à Gubernatoribus, & Officialibus Sanctiſſimæ Annunciatæ hæredis Ioannis Caroli de Nigris exiſtentis in quaſi poſſeſſione præſentandi, penès quos hæredes remanſit dictum Iuſpatronatus, & præſentandi facultas, iuxt. doctrinam Abb. *in cap. cum ſæculum in fin. de iurepat.* Rocch. *eod. tract. verb. ipſe, vel is q.* 7. *num.* 15. *verſ. hinc dicunt*, *& num.* 16. Rot. coram Put. *dec.* 18. *per tot. lib.* 2. Pen. *dec.* 31. *n.* 4. *& in recent. dec.* 337. *n.* 7. *part.* 2.

Obiectum verò, quod Officiales præfati 6 non adiuerunt illius hæreditatem ceſſat ex facto, & ex Summ. dato in calce reſponſionis *num.* 2. & dum ipſi vti tales præſentarunt, cenſentur hæreditatem eiuſdem Ioannis Caroli adiuiſſe, *l. pro hærede* 20. *& l. gerit* 77. *ff. de acq. hæred.* & in his terminis Rot. *in Auerſana Iuriſpatronatus*, 23. *Iunij* 1603. coram Litta, *& dec.* 359. *num.* 8. *in fine*, coram Merlino, *& in recent. dec.* 265. *n.* 2. *part.* 3. *& dec.* 77. *eod. num. part.* 4.

Nec obſtat prætenſa repudiatio deducta 7 ex quadam comparitione, & declaratione facta coram Commiſſario Fabricæ; Nam cùm hæreditas iam eſſet adita, amplius repudiari non valuit, *l. ſicut*, *C. de repud. hæredit.* Dec. *conſ.* 14. *ſub num.* 6. *verſ. & retenta*, Rot. *dec.* 495. *n.* 7. *in fine p.* 1. *recent.* & ſemel hæres per repudiationem non deſinit eſſe hæres, Rot. coram Buratt. *dec.* 847. *num.* 10. *& in Romana hæredit. de Gabrielibus* 20. *Febr. &* 1. *Decembr.* 1617. coram S.D.N. Innocentio X.

Præſertim cum talis declaratio fuerit ſim- 8 plex ſubterfugium ad euitandas moleſtias, quæ inferebantur ab eodem Commiſſario Fabricæ, & emanauerit abſque beneplacito Apoſtolico, & aliis ſolemnitatibus omnino requiſitis, vt tradit Bald. *in l. pupillorum n.* 2. *Cod. de repud. hæred.* Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. verb. pariter repudiatio, col.* 2. *num.* 10. *in fine, & num. ſeq. fol. mihi* 14. Surd. *conſ.* 501. *num.* 11. & plenè firmatum fuit *in Callien. hæreditatis* 1. *Febr.* 1638. coram R. D. meo Veroſpio, Imò dum poſtea ijdem Officiales vti

hæredes

hæredes præſentarunt, cenſentur præfatam repudiationem reuocaſſe, Rot. *dec.* 265. *n.*2. *p.*1. *recent.* & *dec.*96. *num.*10. & *ſeq.p.*6. & coram Merlino, *dec.*539. *ſub num.* 8. *verſ. vltra quod,* & *n.ſeqq.* & *dec.*798. *n.*18. & 19.

9 Minus releuat, quod ex vndecim Canonicis dictæ Cathedralis Sulmoneñ. quinque tantùm Fabium præſentauerint, qui non conſtituunt maiorem partem, vt eſt neceſſe ex adductis per Rot. *dec.* 809. coram Buratt. Nam cùm in Capitulo habito pro huiuſmodi præſentatione, & legitimè congregato, non interuenerint niſi nouem Canonici, dicti quinque faciunt maiorem partem; cùm maior pars attendatur habito reſpectu ad præſentes, non autem ad abſentes, ac omnes de Capitulo, iux.not.per Abb. *in cap.licèt* 6. *n.*14. & *in cap.Cumana* 50. *n.*9. *verſ. pro declaratione,* & *in cap.Eccleſia veſtra* 57. *n.*6. *de elect.* Feder. de Senis *conſ.*65. *num.*1. *verſ.ad id,quod dicitur,* Lap.*alleg.*131. *n.*3. Lambert. *de Iurepat. lib.*2. *p.*3. *q.*4. *art.*2. *n.*8. Rot.*in rec.dec.*20. *n.*5. & *ſeq. part.*6. coram Buratt.*dec.*225. *n.*2. *cum aliis* per Adden.*ad eundem dec.*572. *n.*22.

10 Nec dicatur, quod ſaltem duo abſentes erant vocandi, quia nihilominus valet præſentatio facta à præſentibus; quamuis non vocati poſſint dare de contemptu, Innocen.*in cap.in Geneſi* 55. *n.*8. *verſ.iſtis computatis,ibique* Abb.*n.*10. *de elect.* Calder.*conſ.*11. *de Iurepatr.* Lambert.*eod.tract.lib.*2. *par.*2. *art.*19. *n.*15. *poſt med.* & *n.ſeq.*Gonz.*ſuper reg.*8. *gl.*56. *n.*79.

11 Quæ concluſio eo facilius procedit in præſenti caſu, quia conſtat de conſuetudine non vocandi abſentes, de qua teſtantur omnes Canonici eiuſdem Eccleſiæ, illa enim in hac materia plurimum attendi debet, vt eſt text. *in cap.cùm in Eccleſiis* 33. *de præben.* & explicat gl.*in cap.coram dilect.*35. *verb.in prouincia,verſ. in talibus,* & *in dict.c. in Geneſi,*55. *verb. de conſuetudine de elect.* & vltra adductos per Barboſ. *de iur. Eccl. vniuerſ.cap.*19. *n.*89. firmauit Rot.coram Put.*dec.*15. *ſub n.*5. *lib.*2.

12 Demùm non obſtat, quod Iuſpatronatus, de quo agitur, ſit Gentilitium, quia defecta linea de Ariſtotile, fuit effectum hæreditarium, iux.*conſ.*Anchar.81. *n.*1. & *per tot.* Pariſ. *conſ.*48. *n.*21. *lib.*4. Rot.*diu.dec.*385. *n.*1. & *per tot. part.*1. & coram Merlino *dec.*450. *n.*14. & *dec.*798. *num.*25.

Et ex his, & aliis deductis in Deciſionibus huius cauſæ ita reſolutum fuit, informante vtraque parte coram bon. mem. Arguelles in cuius locum ego ſubrogatus de Ordine, Reuerend. D. mei Decani Deciſionem extendi, &c.

---

# R. P. D. MELTIO

## Tudertina Succeſſionis,

Mercurij 29. Maij 1652.

*Ad cap.* 30. *part.* 1.

## *ARGVMENTVM.*

STatutum Laïcorum non afficit Clericos, nec illorum familiares, quamuis confirmatum fuerit *in forma communi*, quamuis etiam conditum fuerit ad publicam vtilitatem, & fauorem agnationis reſpiciat, præſertim ſi illius diſpoſitio reſpiciat tempus delatæ ſucceſſionis, & eo tempore iam quis fuiſſet aſſumptus ad Clericatum.

## SVMMARIVM.

1 *In ſucceſſione Patrui ſeu Auunculi, Nepos ſuccedit æqualiter.*

2 *Statutum præferens agnatos cognatis non habet effectum quoad bona ſita extra territorium ſtatuentium.*

3 *Item ſtatutum illud non procedit in præiudicium illius, qui iam erat Clericus tempore delatæ ſucceſſionis.*

4 *Statuta Laïcorum, non ſolùm, non comprehendunt Clericos, ſed nec etiam illorum familiares.*

5 *Statuta confirmata à Papa dicuntur ſtatuta Papalia.*

6 *Verba in confirmatione ſtatuti appoſita*, obſeruari volumus, & mandamus, *nouam conceſſionem præſeferre videntur.*

7 *Vt confirmatio Apoſtolica Clericos afficiat, neceſſe eſt, vt in ea Clericorum ſpecialis mentio facta ſit.*

8 *Confirmatio* in forma communi *ſi ſit fauorabilis ſufficit ſi agatur de Laïcis, ſecùs ſi ſit præiudicialis Eccleſiaſticis.*

9 *Laïcis non datur iuriſdictio, vel poteſtas ſtatuendi aduerſus Clericos, ideò non ſufficit ſimplex ſtatuti confirmatio, in præiudicium Clericorum, etiam ſi ſtatutum publicam vtilitatem reſpiciat.*

10 *Quando agitur de capacitate ad ſuccedendum diſpoſitio ſtatuti ad tempus delatæ ſucceſſionis referenda eſt.*

DECI



## DECISIO LXXIII.

1 PEr obitum Ioan.Ludouici de Actis, qui inteſtatus deceſſit orta fuit controuerſia inter Ioannem, & q. Carolum de Oddis nepotes dicti Ioannis Ludouici ex Lucretia ſorore ex vna parte, ac Franciſcam de Actis pariter ſororem ex altera, ſuper ſucceſſione in hæreditate eiuſdem Ioan. Ludouici. Vnde delata cauſa ad Rotam, ac mihi commiſſa, dubitaui, An, & cui debeatur talis ſucceſſio, Qua hodie propoſita, vtrique parti pro medietate eam deberi per Dominos fuit reſponſum, attenta diſpoſitione iuris communis, cuius vigore in ſucceſſione patrui, ſiue auunculi nepos vti repræſentans perſonam matris prædefunctæ ſuccedit cum amita pro æquali, *Auth. ceſſante,* & *Auth. poſt fratres, C. de legitim. hæred. §. ſi igitur defunctus, Auth. de hæred. ab inteſt. venien.* Gabr. *de ſucceſſ. ab inteſt. concluſ.*1. *num.*13. Mart.*de ſucceſſ.quæſt.*23. *art.*1. *num.*9. *p.*1. Rota coram Buratt.*dec.*309. *num.*1. & *dec.*930. *n.*14.

2 Non obſtat, quod ex diſpoſitione ſtatuti Tuderti de ſucceſſionibus ab inteſtato, *rubric.*56. *diſtinct.*2. præferantur agnati cognatis, & ſic Franciſca de Actis vti agnata prætendat excludere Ioannem nepotem cognatum, quia huiuſmodi ſtatutum quoad bona exiſtentia extra Territorium ſtatuentium non intrat, iuxta doctrinam Bart. *in l. cunctos populos quæſt.*7. *num.* 33. & *ibi* Bald. *num.*9. & cæteri *C. de ſum. Trinit.* & *fid. Cathol.* Alex. *conſ.*16. & *conſ.*128. *num.*1. *lib.*1. Put. *dec.*351. *lib.*1. Rota *dec.*177. *num.*2. & 3. *part.*5. *recent.* & coram Buratt. *dec.*188. *num.*2. & *ibi Annot.* *n.* 14. Greg. XV. *dec.* 255. *num.*1. & *ibi* Add.
3 *n.*7. † Minuſquè locum habere poteſt reſpectu aliorum bonorum, quæ ſita reperiuntur in eodem Territorio Tudertino; Nam cum Ioannes valdè ante tempus, quo ſequutus fuit obitus dict. Ioan. Ludouici auunculi clericali charactere initiatus reperiretur, vt in eius Summ. *num.*1. non potuit ligari à dicto ſtatuto tanquam condito à Laïcis nullam prorſus poteſtatem habentibus reſpectu perſonarum Eccleſiaſticarum, iuxta vulg. text. *in cap.cum Eccleſia S. Mariæ,* vbi notant omnes Doct.*de conſtitut.* Salic. *in auth. caſſa num.* 24. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Rolan. à Valle *conſ.*57. *ſub num.*29. *lib.*2. Cephal. *conſ.* 95. *num.* 15. Surd. *deciſ.*20. *num.*8. latè Sperell. *deciſ.*11. *num.*20. & *ſeqq.* cum aliis per Rotam copioſiſſimè congeſtis *in Spoletana bonorum* 13. *Apr.* 1646. *§. viſa fuit, verſ.* & *in hac materia,* coram Eminent. D. Card. Corrado, & *in Rauennaten. hæreditatis* 5. *Iunij* 1648. *§. tamen Domini,* coram Eminent. D. Card. Otthobono. & *in Eugubina hæreditatis* 2. *Iunij* 1651. coram R. P. D. meo Bichio, *§. contraria nihilominus;*
† Imò fortius vt nec etiam ſtatuta Laïcorum 4
comprehendere poſſint familiares ipſorum Eccleſiaſticorum, firmauit Rot. *in Meleuitana hæreditatis* 4. *Iulij,* & 7. *Nouembris* 1618. coram bon. mem. Card. Fabritio Veroſpio, & coram Caualer.*dec.*657. *n.*1.

Nihil etiam facit, vt huiuſmodi ſtatutum 5
confirmatum fuerit à Papa, & propterea de eo indicandum veniat, vti de ſtatutis Papalibus, Abb. *in cap. dilecta num.*14. *de præbend.* Felin.*in cap.cum acceſſiſſent n.*4. & 7. vbi etiam Dec. *num.*19. *de conſtit.* Gabr. *de clauſ.concl.*3. *num.*20. & dixit Rot. *in Meleuitana Preæminentiarum* 28. *Ianuar.* 1628. coram bon.mem. Pirouano, & ſæpè aliàs, & ſic omnino ſeruari debeat etiam à Clericis, maximè quia confirmatio Apoſtolica potius videtur facta in
forma ſpecifica, quam communi, † vt de- 6
monſtrant verba in ea appoſita, *obſeruari volumus,* & *mandamus,* quæ non videntur inducere ſolam ſimplicem confirmationem, ſed facere nouam conceſſionem, atque diſpoſitionem, iuxta *deciſ.* Rot.438. *num.*55. & 59.
*part.*4. *recent.tom.*2. † Quia obiectum vigere 7
poſſet quidem, ſi in ſtatuto facta fuiſſet expreſſio Clericorum, vel ſaltem illi venirent ſub aliquibus verbis generalibus aptis ad illorum comprehenſionem, tali enim caſu adeſſet ſolum defectus poteſtatis ſtatuentium, quem ſupplere potuiſſet prædicta confirmatio Apoſtolica. At cum nulla in dict. ſtatuto facta fuerit expreſſio Clericorum, imò nec etiam ex omnibus illius verbis aliqua virtualis eorum comprehenſio deduci poſſit, nedum deeſt defectus poteſtatis, ſed etiam voluntatis ſtatuentium, maximè quia eorum intentio à poteſtate regulari ſolet, ideò quæcunque eorum generalis diſpoſitio ſtatutaria trahi non poteſt ad illud, quod in ſpecie fieri prohibetur, vt notat Barboſ. inferendo ad propoſitum de Clericis, *in l. ſi quis ſub condit. in fin.ff. de cond.inſtit.* Bald. *in l.fin. §. in computatione, C. de iur. delib.* Et propterea cenſendum eſt dictos ſtatuentes noluiſſe comprehendere Clericos tanquam ab eorum poteſtate omnino exemptos, ac ſeparatos, huiuſmodi autem voluntatis defectum, vt confirmatio Apoſtolica ſupplere non valeat, quamuis ea in forma ſpecifica conceſſa fuerit, in puncto firmauit Rot. *in Vrbeuetana legati* 4. *Iulij* 1646. *§. quamuis,* coram R. P. D. meo Bichio, & *in Romana dotis* 11. *Februarij* 1647. *§. addebant,* coram eodem, & *in dict.Spoletana bonorum* 13. *Aprilis* 1646. *§. quia cum in ea,* coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado, & *in dict.Rauennaten. hæreditatis* 5. *Iunij* 1648. *ſub §. neque ſuffragatur confirmatio,* coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono.

Prædictis

8 Prædictis neque aduerſatur deciſ.438.*ſub num.*47.*& ſeqq.part.*4. *recent. tom.*2. Quia ibi firmatur ſolummodo, quod ſtatutum excludens matrem propter patruum, cùm ſit conditum fauore agnationis indiſtinctè haberi debeat pro fauorabili, quamuis ſit iuris communis correctorium, & quod ideò ſufficit etiam confirmatio in forma communi, quare loquitur tantummodo de perſonis Laïcis ad ſucceſſionem contendentibus, neque vllatenus attingit qualitatem perſonæ Eccleſiaſticæ, de qua eſt præſens controuerſia, propterea dicta Deciſio tanquam loquens de perſonis Laïcis non poteſt extendi ad perſonas Eccleſiaſticas, cùm extenſio de perſona ad perſonam in iure non admittatur, Rolan. *conſ.*56.*n.*24.*lib.*3. Gabr. *conſ.*111.*n.*13. *lib.*1. *& conſ.*69.*n.*28.*lib.*2. Menoch.*conſ.*220.*n.*128. *& ſeqq.* Rot.coram Pen.*dec.*639.*n.*14.

9 Prout etiam non refragatur, quod huiuſmodi ſtatutum prætendatur conditum ad publicam vtilitatem, ſeu quietem, atque tranquillitatem Tudertinorum & ex hac cauſa comprehendat etiam Clericos ſecundum doctrinam Canc.*variar.reſol.p.*3.*cap.*11. *num.*191. Nam hæc opinio communiter reprobatur cùm ſemper vrgeat defectus poteſtatis ſtatuentium Laïcorum, qui Eccleſiaſticis præiudicare non potuerunt per ea quæ habentur *in d. auth.caſſa, C. de ſacr. Eccleſ.* & per Innoc. *in cap. nouerint, de ſent. excom.* & idem etiam benè ponderat Alex. Monet. *in conſ. impreſſ.* penès Modern. Dominican. *in Caten. aurea pro Immunitate Eccleſiaſtica vol.* 2. *fol.* 575. *num.* 19. *verſ. neque.* Cuman. *conſ.*85. *num.*4. *in fin.* quod etiam comprobat latiſſimè deciſio iam allegata *in Spoletana bonorum ſub* §. *viſa fuit*, coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado, vbi firmatur iſtam ſententiam tanquam veriorem tenendam eſſe, quidquid alij ſenſerint cum earum rationes verè non ſubſiſtant, & à Doctoribus plenè confutetur.

10 Neque pro releuanti habuerunt Domini, quod de ſtatuto dicebatur, vt ſtatim atq; quis naſcitur, illud reddat eum habilem, vel inhabilem ad ſuccedendum, & ideò Clericatus ſuperueniẽs cum non eximat à iure ſtatutario, quo à principio fuit ligatus, nec alterare poſſit vinculum iam à dict. ſtatuto iniectum, aliàs enim remaneret aperta via fraudibus, cum cuilibet liceret eludere circa hoc diſpoſitionem ſtatutariam aſſumendo Clericatum, ad traditam per Caſtr. *conſ.* 304. *n.* 4. *verſ. ſed in omnem euentum, & verſ. nam ſequeretur, lib.*1. *cum pluribus aliis alleg.* per Craſſ.*de effect. Cleric. effect.*2. *num.*269. *& ſeqq.* Modern. Pedemont. *diſquiſ. Clerical. part.* 1. *tit. de exempt. Cleric. à ſtat.* §.5. *ſub num.*22. *& ſeqq.* Moder. Neapol. *de Immun. Eccleſ. tom.*1.*cap.*8. *dubit.*11. *ſect.*4. *num.*4.*&* 5. *fol.*338. Moder. Piſauren. *de imput. quæſt.*58. *num.* 33. Quia non venit attendendum tempus, quo ſtatutum fuit conditum, ſed illud, in quod eius effectus cõfertur, & ſic tempus delatæ ſucceſſionis de quo tempore cum Ioannes iam Clericus reperiretur, dici non poteſt, quod ei fuerit iniectum vinculum ſtatuti, & quod eius perſona illi ſubiecta remanſerit, ad tradita per Salic. *in d. auth.caſſa n.*14. *C. de ſacroſ. Eccl.* Abb. *in d. cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit. num.* 25. vbi etiam Dec. *n.*207. *&* 212. qui ponderat quod alias Clerici ſemper ſubiecti remanerent ſtatutis præiudicialibus Laïcorum. Anchar. *conſ.*107. *n.*2.*& conſ.*108.*n.*1. Ruin.*conſ.*200.*n.*8. *lib.*2. Rolan.*conſ.*57.*ſub n.*28. *lib.*2. qui declarat attendendũ eſſe ſolum, An Clericatus obtentus fuerit ante, vel poſt delatã hæreditatem, quia ſi poſt dubitari poteſt, quod hoc fuiſſet factum in fraudem, Cephal.*conſ.*95.*n.*14. *&* 15. hoc idem comprobatur ab Alex. Monet. *in præalleg. conſ.n.*18. & ab Aret.*in c. quod Cleric. in fin. de for. compet.* vbi habetur, quod dum agitur de ſucceſſione nunquam dici poteſt iniectum à ſtatuto aliquod vinculum, niſi de tempore delatæ ſucceſſionis, & per conſequens mortis illius, cui ſuccedi debet. Sperell. *d.dec.*11.*n.*21. Surd. latiſſimè *dec.*20. *n.*8. vbi quod capacitas, vel incapacitas conſideratur ſecundùm tempus delatæ ſucceſſionis, & de eo tempore ſolum ſtatutum dicitur perficere ſuum effectum, quare ante non poteſt conſiderari aliqua vinculi iniectio, & reprobatur contraria ſententia vti non vera; Et quod ſufficiat vt aliquis reperiatur in Statu Eccleſiaſtico, ne comprehendatur vllo pacto ſub diſpoſitione ſtatuti à Laïcis conditi, licèt illud emanauerit non ſolùm ante illius Clericatum, ſed etiam ante illius natiuitatem, firmauit Rota *in terminis ſtatut. Vrb. dec.*58. *num.*28. *& ſeqq. p.*6. *recent.* vbi pariter nihil referre dicitur, quod dict. ſtatutum dicatur Papale tanquam continens confirmationem Apoſtolicam cum ſufficiat, vt in illo de Clericis nulla appareat facta mentio.

Accedit etiam vt ex tenore ipſius ſtatuti dignoſcitur illius verba directa eſſe in tempus delatæ ſucceſſionis, vt ſignanter ex illis colligitur *ſuccedat deceſſerit, ſuperſtes fuerit*, vel aliis ſimilibus quæ remouent quamcunque difficultatem: nam de eo tempore, vt dictum eſt, Ioannes Clericus reperiebatur, qui non potuit excludi per ſtatutum Laïcorum, vt egregiè ponderat Ruin. *conſ.* 200. *num.* 8. qui teſtatur ita fuiſſe iudicatum per celeberrimos Doctores Cæphal. *conſil.*95. *num.*15. *in fin.* & ad hunc effectum valdè conſiderabilis eſt etiam Clauſala, *eo caſu*, quæ non poteſt



teſt dubitari, quin importet reſtrictionem ad dictum tempus delatæ ſucceſſionis, vt benè animaduertit Surd.*conſ.*344.*num.*3.*& conſil.*347.*pariter num.*3. Menoch.*conſ.*177.*n.*20. Barboſ.*dict.*105.*n.*1.*&* 2.

Et ita reſolutum fuit vtraque parte informante.

---

# R. P. D. CERRO

## Viterbien. Canonicatus,

Mercurij 26. Iunij 1652.

*Ad part.* 2.*cap.*4.§.1.

## *ARGVMENTVM.*

Quando commiſſio appellationis fuit ſimpliciter facta, illa retrotrahitur, & geſta poſt appellationem reuocari debent in primis tanquam attentata, niſi de bono iure attentantis ita notoriè conſtet, vt nullus relictus ſit dubitandi locus.

## SVMMARIVM.

1 *Quando adeſt contradictor, Iudex procedere debet in forma iudicij, & cum cauſæ cognitione.*

2 *Quamuis appellatio non eſſet recipienda, tamen ſi illius commiſſio ſimpliciter data fuerit, omnia poſt appellationem geſta ſunt attentatoria; quia commiſſio retrotrahitur ad diem appellationis.*

3 *Exceptio commiſſionis ſubreptitiæ non admittitur in Curia propter facilem recurſum ad ſuperiorem pro illius moderatione.*

4 *Quando conſtat incontinenti de bono iure non eſt locus reuocationi attentatorum.*

5 *Intellige, vt hoc procedat ſi illud bonum ius nullo prorſus velamine offuſcari poſſit, aliàs ſecus.*

## DECISIO LXXIV.

Cvm Antonius Farinacius eademmet die, qua inſtitutionem obtinuit ad Canonicatum, de quo agitur, illius actualem poſſeſſionem apprehenderit, ideò ad inſtantiam Fuluij Serantonij, & litis conſortium, dubitaui, An conſtet de attentatis, quæ veniant reuocanda, & fuit per DD. affirmatiuè reſponſum, quia pendente tempore ad appellandum nihil eſt innouandum, *vulg. cap. non ſolum de appell. in* 6.

Non obſtat, quod ad dictam inſtitutionem



extraiudicialiter proceſſum fuerit, & ſic non eſſet locus appellationi, ac per conſequens
ceſſent attentata. † Quia præter quod com- 1
parente contradictore, eoquè ſe opponente aliter procedi non poteſt, niſi in forma Iudicij, & cum cauſæ cognitione. Felin. *in cap. final. ſub num.* 27. *verſ.* 5. Fallit. *de præſumpt.* Lambertin. *de Iurepatr. part.* 2. *lib.* 2. *quæſt.*11. *artic.*4. *num.* 4. Garz. *de benefic. part.*5. *cap.*4. *num.*214. Rot. *in Cremonen. Præpoſituræ* 27. *Iunij* 1644. coram Eminentiſſ. D. Cardinali Corrado, *ſub* §.1. *in Calaguritana beneficij* 23. *Iunij* 1645. coram bon.mem. Arguelles, *pariter* §. 1. *in Auerſana Iuriſpatronatus* 26. *Iunij* 1651. coram R. P. D. meo Zarate, *& prius in Toletana Canonicatus Pœnitentiariæ* 19. *Iunij* 1643. coram Me, §. *nec quicquam releuat.*

† Ceſſat omnis hæſitatio ex ſubſequenti 2
commiſſione appellationis per ſignaturam ſignata ſimpliciter, quæ retrotrahitur ad diem ſententiæ, ſeu actus, à quo appellatur, & efficit, vt omnia interim geſta dicantur attentata, quamuis aliàs appellatio non eſſet recipienda, vt firmatum fuit *in dicta Cremonen. Præpoſituræ* §. *quod equidem, in dicta Calaguritana beneficij ſub* §. *Idcirco in dicta Auerſana Iuriſpatronatus*, §. *Quæ attentata in Maceraten. attentatorum* 26. *Iunij* 1648. coram R. P. D. meo Veroſpio, §. *cum verò, ac prius in Verulana beneficij* 31. *Ianuarij* 1646. coram Me, §. *non obſtat, verſ. eoque magis, & alibi paſſim.*

† Exceptio autem, quod huiuſmodi commiſ- 3
ſio ſubreptitiè impetrata fuerit, nempè ſub narratiua, quod pronunciatum fuiſſet per diffinitiuam non admittitur in Curia ob facilem recurſum ad Principem pro illius moderatione, vt dixit Rot. coram ſan.mem. Gregor. *dec.*435.*num.*5. coram bon.mem. Coccin. *dec.*74.*num.*4. *in Perusina attentatorum*, coram Manzanedo apud Zacch.*de oblig. Cam. dec.*87. *num.* 8. *& in Ianuen. ſeparationis Thori* 24. *Ianuarij* 1646. coram R. P. D. meo Meltio, §. *Quia dato etiam.*

Nec obſtat, quod Capitulum, & Canoni- 4
ci Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Andreæ Terræ Vetrallæ, ad quorum præſentationẽ emanauit Inſtitutio Farinacij, prætendant conſtare de ipſorum bono iure ex codicillis poſtea conditis ab Antonio de Pacchis fundatore Iuriſpatronatus controuerſi, Ideoquè non ſit locus reuocationi attentatorum, vt reſponſum fuit *in Lucana Canonic.* 1. *Iul.*1647. coram R.P.D. meo Rojas, §. *Vlterius quia.*

Quoniam concluſio procedit, quando adeò 5
notoriè conſtat de bono Iure attentantis, ac de malo attentata paſſi, vt nullo prorſus velamine offuſcari poſſit, in quibus terminis loquitur Rota *in allegata Lucana. Canonicatus*, Aliàs autem ſi huiuſmodi exceptio indigeat

geat diſcuſſione non retardat reuocationem attentatorum, ſed reijcitur ad iudicium petitorium, vt optimè probat Lancellot. *de attent. part.* 3. *cap.* 24. *quæſt.* 1. *num.*62. quem ſequuta fuit Rota coram ſan. mem. Gregor. *dec.*465.*n.*9.coram bon.mem.Buratto *dec.*13. *num.*9. *repetita in recent. dec.*503.*num.*6.*par.*1. coram ſan. mem. Coccino *dec.* 397. *ſub n.*2. coram Martino Andrea *deciſion.* 37. *num.* 5. *deciſ.* 82. *num.* 13. idemquè comprobatur *in Meleuitana Parochialis* 26. *Maij* 1651.coram Me, §. *final.* In propoſito autem prætenſio Capituli redditur admodum dubia ex deductis ab informantibus pro Fuluio, & præſertim ex eo, An Inſtitutio Federici Anſelmi, qui præſentauit eundem Fuluium, per codicillos reuocari potuerit, præſertim dum iam ipſe vigore Teſtamenti ſententiam immiſſionis ab A. C. reportauit, ac exiſtit in quaſi poſſeſſione præſentandi,& An Capitulum legitimè potuerit præſentare, dum adſunt hæredes Hieronymæ cohæredis Antonij, qui pariter eundem Fuluium præſentarunt, Ideoquè exactiorem diſcuſſionem expoſcit,& conſequenter interim impediri non valet commiſſorum attentatorum reuocatio.

Et ita vtraque,&c.

---

# R. P. D. BICHIO

## Valentina Rectoriæ,

Veneris 17.Martij 1651.

*Adpartem* 1. *cap.*85.

## *ARGVMENTVM.*

EXceptio intruſionis admittenda eſt ad impediendam executionem Literarum Apoſtolicarum, & quæ intruſio requiratur, vt locus non ſit Regulæ de ſubrogandis,propriè tamen requiritur vera intruſio, cùm quis propria authoritate, vel ſine titulo ab eo obtento qui habet ius conferendi, poſſeſſionem accepit,ita vt poſſeſſio à ſubrogato capta, lite pendente ex eo ſolo non dicatur intruſiua, quamuis in alia materia nomen intruſi latius pateat, ſub eadem gratia poteſt obtineri alia pro cõfirmatione primæ,quamuis prima ſit defectiua vel obreptitia. Intruſio in Regula de ſubrogandis illa tantum damnatur, quæ adeſt tempore ſubrogationis. Quando in prouiſionibus adſunt Clauſulæ conſuetæ ſubrogatio conceſſa cenſetur.

## SVMMARIVM.

1 *Quæ ſit vis Clauſulæ*, dummodo intruſus non ſis.

2 *Papa non cenſetur remiſiſſe intruſionem, niſi fuerit expreſsè narrata.*

3 *Exceptio quæ oritur ex ventre Literarum retardat executionem.*

4 *Intruſus dicitur qui capit poſſeſſionem Literis non expeditis.*

5 *Poſſeſſio capta lite pendente eſt intruſiua.*

6 *In materia Regulæ de ſubrogandis videtur comprehendi omnis ſpecies intruſionis.*

7 *Sed contrarium verius eſt,nempe, vt requiratur vera & propria intruſio, videlicet poſſeſſio ſine titulo habito ab eo qui poteſt conferre, vel capta propria authoritate.*

8 *Intruſus non dicitur ad effectum Regulæ de ſubrogandis qui poſſeſſionem accepit vigore Literarum Apoſtolicarum.*

9 *Ampliatur etiam ſi poſſeſſio capta fuerit lite pendente.*

10 *Ille cuius poſſeſſio præcedens fuit attentata, & improba non eſt attendenda, etiam ad effectum quod citari non debeat.*

11 *Poſſeſſio ad effectum Regulæ de ſubrogandis ſufficit quòd non ſit violenta, & poſſeſſor habeat titulum.*

12 *Ad euitandam intruſionem requiritur titulus validus.*

13 *Sub eadem data ſignari poſſunt plures gratiæ inter ſe compatibiles quarum vna tendit ad maiorem corroborationem alterius.*

14 *Titulus obtentus ab habente poteſtatem dicitur coloratus quamuis habeat aliquos defectus.*

15 *Regula de ſubrogandis non excludit futuram intruſionem.*

16 *Subrogatio Literis non expeditis, nihil tribuit.*

17 *Quod habetur ſub eadem data, cenſetur eodem tempore conceſſum.*

18 *Ex ſtylo ſubrogatio concedi ſolet, ſub eadem gratia principali.*

19 *De iure communi ceſſantibus bullis in contrarium poſſeſſio capi poteſt in vim ſimplicis ſignaturæ.*

20 *Gratia eſt perfecta ab ipſo die ſupplicationis ſignatæ.*

21 *Exceptio ſubreptionis non retardat executionem ſubrogationis.*

22 *Subrogato datur immiſſio abſque alia iuſtificatione, quando defunctus prædeceſſor poſſidebat.*

DECI



# DECISIO LXXV.

1 HAbent Literę Apoſtolicæ ſubrogationis gratioſæ conceſſæ Lauditio Pedro expreſſam conditionem ex ipſa Regula Cancellariæ de ſubrogandis deſumptam,dummodo intruſus non ſis, quæ operatur vt gratia non ſuffragetur conſtito de intruſione, Rebuff.*in prax.benefic.tit.de ſubrogat. gloſ.*4 .*num.*2. Rot. *dec.*306.*ſub num.*3.*verſ. quia remanet dec.*343. *num.*9.*p.*1.*rec.*Tùm ex natura conditionis negatiuè implicantis contrariam voluntatem concedentis in caſu contrario,*l.aliquãdo* 106. *ff.condit.& demonſtr.* Seraph. *dec.* 838. *num.*8.
2 Mantic. *dec.* 27. *num.*3. † Tùm in odium intruſionis quam Papa non cenſetur remiſiſſe niſi fuerit expreſsè narrata, Franc.*in cap.eum qui,num.*8.*de præben.in* 6.Felin.*in cap.poſtulaſti ante fin. verſ. ſecundus caſus,de reſcript.* Pariſ. *in terminis ſubrogationis conſ.*47.*num.*47. *lib.*4. Gigas *in tract. de intruſ. impreſſ. poſt eius conſ. n.*49. Garz. *de benefic. part.*11.*cap. vlt. n.*225.
3 † Cumquè exceptio hæc oriatur ex ventre ipſarum Literarum ſubrogationis admittenda eſt ad earum executionem retardandam, iuxta theor.Felin. *in cap.ex parte il* 2.*num.*12. *verſ.decimo fallit de offic. deleg.* quam ſequuta eſt Rot. coram Seraph. *dec.*980. *n.*13. coram Buratt.*dec.*122.*n.*2. *vbi allegantur concord.*

4 Intruſio autem Lauditij deducitur ex duplici capite. Primò quia ante expeditionem ſubrogationis gratioſæ poſſeſſionem Rectoriæ cæpit vigore Literarum Apoſtolicarum gratiæ principalis expeditarum ſub ſupplicatione ſubreptitia ob non expreſſionem veri valoris,ac nominis prædeceſſoris,& quamuis ſub eadem data ſignata fuiſſet altera ſupplicatio cum veri valoris,& dicti nominis expreſſione, ex ea tamen Literis deſuper non expeditis,capi non potuit poſſeſſio ſtante extrauag. Iulij III. quicquid fuerit antiquitùs, vt declarat Lotter. *de re benefic.lib.*3.*quæſt.*13. *n.*30.*& q.*19. *num.*56. poſt Lancell. *de attent. lit.pend.part.*2.*in præfat.num.*378. Azor.*inſtit. moral.tom.*2. *lib.*7.*cap.*35. *q.*10. *verſ. tertio in-*
5 *truſus.* † Secundò, quia tempore captæ poſſeſſionis pendebat lis cæpta cum Cabrejas Lauditij prædeceſſore, quod enim poſſeſſio ſic capta ſit intruſiua probatur ex allegatis à Creſcent. *dec.* 19. *num.*4. *& dec.* 120. *verſ. ſecundo quia de ſent. & re iudic.* Flores de Mena *var.quæſt.lib.*1.*q.*4.*ſub num.* 46.*verſ. & intruſus.* Caſſador. *dec* 9. *de cauſ. poſſ. & propriet.*
6 † Quodquè præfata conditio Regulæ de ſubrogandis comprehendat omnem intruſionis ſpeciem, tradit Mandoſ. *in reg. de ſubrog. quæſt.*4.*ſub num.*2. *verſ.eo tamen.*Rebuff. *in prax. benef. tit. de ſubrogat. gloſ.*4. *num.* 4. *& ſeqq.* Filliuc. *oper. moral. tom.* 3. *tractat.*41. *num.*79. & in terminis intruſi lite pendente, Garz.*de benef.p.*11.*cap.*10.*n.*266.

Cæterùm contrariam ſententiam videli- 7
cet, quod Regula de ſubrogandis non comprehendat omnem intruſionis ſpeciem, ſed intelligenda ſit de vera,& propria intruſione, cum ſcilicet quis, vel propria auctoritate,vel ſine titulo eius,qui poteſt conferre poſſeſſionem inuaſit,tradit Lott.*de re benef.lib.*2.*q.*20. *num.* 82. Rot. *dec.* 21. *ſub n.*4. *in fine verſ. quia reſpondetur, & num.*5.*p.*2.*diuerſ.* itavt qui poſ- 8
ſeſſionem cæpit de manu Executoris vigore Literarum Apoſtolicarum non dicatur ad hunc effectum intruſus. Sarnen. *in regul. de ſubrogan. q.* 4. *ſub n.*1. *verſ. quia ille.* Gigas *de intruſ. num.*78. *& ſeqq.* Rot. *dec.* 343. *num.* 9. *part.*1.*recent.dec.*344.*num.*16. *part.*5. *dec.* 137. *n.*16.coram bon.mem. Vrgellen. *& in Ianuen. Parochialis* 12.*Decembr.*1632.coram Eminen. D.Card.Hieronym. Veroſpio, *in Piſtorien.ſeu nullius beneficij* 19.*Iun.*1634. coram Reueren. D.meo Decano, *impreſſ. apud* Moder. Peruſ. *de manutent. dec.*633.*num.*11. & in proximis terminis de Clauſula, *dummodo in beneficiis huiuſmodi ſe non intruſerint*, appoſita *in reg. Cancell. de Triennali*, tradit Sarnen. *ſuper eadem reg.q.*47.*num.*3. vbi *in fin.* dicit rationem, quia vbi conſtitutio eſt pœnalis non includit omnes ſpecies intruſionis, ſed ſolùm verè,& propriè intruſos, & aliàs nuſquam daretur caſus, quod vitium poſſeſſionis antea captæ purgaretur per ſubſequentem ſubrogationẽ gratioſam, & ſic deſtrueretur receptiſſima concluſio pluribus comprobata, & firmata apud Card.Mantic.*dec.*71.*n.*10. *& in deciſione huius cauſæ* coram Me, *edita ſuper attentatis* 3.*Decembr.*1646.§.*non obſtat*, † & generaliter 9
quod poſſeſſio lite pendente capta à ſubrogato in ius, & poſſeſſionem defuncti non dicatur intruſiua Lancell.*de attent.p.*2.*cap.*3.*n.*87. *& cap.*4.*in præfat.n.*349.*& ſeq.*

Cæperat autem Lauditius poſſeſſionem de manu Executoris vigore Literarum Apoſtolicarum,quas vt infra demonſtrabo gratis dicitur fuiſſe expeditas ſuper ſupplicatione ſubreptitia,& quãuis tunc lis penderet, & citatus non fuerit Aſtiria aduerſarius,qui in capienda poſſeſſione præuenerat, vt citari debuiſſe ad effectum euitandi pœnas contra intruſum *in cap. auaritiæ de elect. in* 6. decretas videtur ſenſiſſe,Rot.*in ſup.cit.dec.*21.*n.*6.*&* 7. vbi diſtinguit an poſſeſſio eſſet plena, vel vacua *p.*2.*diuerſ.*præter quod hæc deciſio loquitur in eo, qui propria auctoritate poſſeſſionem cæpit, ceſſat omnis difficultas in caſu noſtro, † quia præcedens poſſeſſio Aſtiriæ, 10
cum fuerit attentata,& improba,vt firmatum fuit *in dicta prima deciſione huius cauſæ*, iuxta ſtylum ſupponenda nullius momenti eſt



 vt

vt in terminis ad fauorem ſubrogati gratioſè
reſpondit Rot.*dec.*313.*n.*5.apud Modern. Pe-
ruſ.*de manut.*quin vti infecta à decreto irritā-
ti regulæ reſeruatoriæ menſium, *& cap.primi
vt lit.pendent.in* 6.habetur pro non poſſeſſio-
ne etiam ad effectum quod abſque citatione
Aſtiriæ Lauditius capere potuerit poſſeſſio-
nem, vt firmatum fuit *in* 2. *deciſ. huius cauſæ*
24.*Maÿ* 1647.*ſed pro reſponſione*, *& §.igitur*,
coram Me,pariter iuxta ſtylum ſupponenda,
11 † ſatiſquè in omnem euentum eſſet quod
poſſeſſio Lauditij, eſto quod iuris ordine ſer-
uato ab executore tradita non fuiſſet,non ſit
violenta ne ex quo habet Titulum Apoſtoli-
cum dicatur intruſus ea ſpecie intruſionis
quam regula de ſubrogandis repellit, vt de-
clarat Mandoſ. *in eadem regul. q.*4. *ſub num.*7.
vbi ait ità intelligendam eſſe doctrinam Sar-
nenſis *in eandem regulam q.*4.*in fine*, dicentis
non haberi pro intruſo eum qui abſque in-
timatione executorialium poſſeſſionem ap-
prehendit, Caſſad. *dec.*6. *num.*6. *&* 7.*de cauſ.
poſſ. & propr.* Gigas *de intruſ.num.* 79. qui lo-
quitur in ſpecie de apprehendente poſſeſ-
ſionem ſine citatione partis.Cardin. Mantic.
*dec.*71.*ſub num* 5.*verſ. nam ſimiliter*,vbi quod
licèt poſſeſſio ſit attentata,tamen ad effectum
ſubrogationis gratioſæ poſſeſſor non habetur
pro intruſo.

12 Non obſtat quod Titulus Apoſtolicus
Lauditij non ſit validus, vt ad euitandam in-
truſionem requiritur, Rot. *d. dec.*21. *n.*6.*p.*2.
*diuerſ.* Siquidem laborat vitio ſubreptionis
ob non expreſſionem veri valoris, & diuerſi-
tatem nominis vltimi poſſeſſoris, & in bene-
ficialibus quælibet minima ſubreptio totam
gratiam vitiat,Put.*dec.*126.*per tot.lib.*1.*in cor-
rect.* nam reſpondetur ſub eadem data qua
fuerunt expeditæ Literæ Apoſtolicæ per
executorem executæ duas fuiſſet ſignatas
Supplicationes, in quarum altera expreſſus
fuit verus valor, & nomen prædeceſſoris,
13 † nec dubitari poteſt quin ſub eadem data ſi-
gnari potuerint plures gratiæ inter ſe compa-
tibiles, & quarum vna tendit ad maiorem
corroboratione͂ alterius, vt dixit Rot.*dec.*82.
*n.*2.apud Farin.*poſt conſ.& in Colonien. Canoni-
catus,ſeu ferculi* 16.*Decemb.*1647. coram R. P.
D. meo Meltio, *& Vercellen. Canonicatus* 19.
*Iun.*1648.coram Me, & magis in ſpecie quod
vbi prima ſupplicatio erat defectiua,vel obre-
ptitia potuerit pro illius ſanatione, & confir-
matione ſignari alia ſub eadem data tradit
Lotter.*de re beneſ.lib.*2.*q.*23.*n.*17. *& duob.ſeq.*
Rot.*dec.*514.*n.*2.*& ſeqq.p.*3.*diuerſ.& in d.Ver-
cellen.Canonicatus* coram Me, vnde affirmari
non poteſt quod Literæ Apoſtolicæ fuerint
expeditæ in vim ſupplicationis ſubreptitiæ
quin potius militat pręſumptio contraria pro
validitate actus, Feder.de Sen.*conſ.*259.*col.*2.
*verſ.item in dubio.* Cæſ.de Graſ.*dec.*19.*n.*5.*de
probat.*Rot.*dec.*285.*n.*3.*p.*1. *rec.* & ſufficit de
hoc poſſe dubitari ad euitandum obiectum
intruſionis ex nullitate tituli reſultans Pariſ.
*conſ.*125.*n.*25.*verſ.non enim lib.*4.Guttier.*conſ.*
10.*n.*11.Flores de Mena *var. q.lib.* 1. *q.*4.*n.*47.
Gigas *de intruſ.n.*81.† nam dummodo titulus 14
ſit ob poteſtatem habente poteſtatem confe-
rendi ſuffragatur,quamuis ſit ſolū coloratus;
Pariſ. *d. conſ.*125. *n.* 28. vbi quod negari non
poteſt coloratum eſſe titulum obtentum au-
ctoritate Apoſtolica ſine mendacio,*lib.*4.Rot.
*dec.*741.*ſub n.*8.*p.*2.*rec.dec.*137.*n.*16. cor. bon.
mem. Vrgellen.imò ſuffragari etiam titulum
nullum fuit decisum apud Seraph. *dec.*1238.
*n.*10.*& inter rec.dec.*344.*n.*16.*p.*5.ex ſententia
gloſ.*in cap.fin. verb. inanes de elect. in* 6. quam
ſequitur Aym.*conſ.*18.*n.*9. licèt ſecus ſit quā-
do Titulus emanauit à non habente poteſta-
tem conferendi, quia tunc non habet Cano-
nicum colorem, vt benè declarat, Pariſ. *conſ.*
47.*num.*40. *lib.* 4. deciſio autem 21.*parte* 2.
*diuerſ.* exaduerſo allegata loquitur in ſecun-
do caſu,vt apparet *ſub n.*4 *in fine*, ibi, *abſque
auctoritate Superioris.*

Manet itaque ex prædictis probatum quā-
do poſſeſſio Lauditij non laborat intruſione
de qua regula loquitur, ſed vlterius aduerte-
runt Domini quod eadem regula damnat
duntaxat intruſionem exiſtentem de tempo-
re petitæ ſubrogationis, quia qualitas adiecta
verbo intelligēda eſt ſecundùm tempus ver-
bi;*l.ex facto ff.vulgar. & pupill.* cumquè ratio
motiua regulæ, ne ſcilicet quis in intruſione
perpetuò ſe confoueat, ne ſic intruſus qui
pœnam meretur conſequatur gratiam, non
militet in eo qui tempore ſubrogationis non
eſt intruſus, ceſſare quoque debet diſpoſitio
regulæ,vt benè ratiocinatur, Sarnen. *in hanc
regulam q.*18.*n.*3. Chokier. *ibid.n.*51. Lotter.
*de re benefic.lib.*2.*q.*20.*n.*86.Seraph.*dec.*1165.
*num.*6.*in fin.* Rot. *inter recent. dec.* 431. *num.*2.
*par.*2.Neque vrget ſimile abſolutionis à cen-
ſuris ob recurſum ad Iudices Laïcos quæ
non prodeſt ſi poſt eam obtentam iterum ad
Laïcos fiat recurſus; Rot. *dec.*173.*n.*16.*& ſeq.
part.*6.*recent.*vel diſpenſationis ſuper inceſtu
quam ſi ante eius conſummationem nouus
inceſtus committatur non ſuffragari tradit,
Sanch.*de matrim.lib.*8. *diſp.*25.*ſub num.*8. vbi
dicit rationem quia adiunctus eſt caſus qui
erat neceſſariò explicandus Pontifici; Gutt.
*canon.q.lib.*2.*cap.*15.*num.*133. nam his caſibus
militat diuerſa ratio cum ſacri Canones dam-
nent recurſus, aut inceſtus quovis tempore
committantur;Bonac.*oper.moral. tom.*3. *tit.de
cenſur.in Bulla Cœnæ diſp.* 1. *quæſt.*17. *punct.*1.
*n.* 23. ac toties incurratur excommunicatio,
vel



vel impedimentum matrimonij contrahatur
quoties ad Iudices Laïcos recurritur, Bonac.
*ibid. num.*29.vel inceſtus committitur minuſ-
què ſit venia dignus,qui poſt crimen in idem
crimen relabitur, *l. nemo Cod. Epiſc. audien.*
15 Rot. *d. dec.* 173. *n.* 18. † Regula verò noſtra
non excludit in verbis futuram intruſionem,
neque in caſu noſtro agitur de diſpenſatione
ab intruſione ſemel incurſa, ſed de iuſtifi-
catione Clauſulæ dummodo intruſus non ſis
in Regula de ſubrogandis,& in Literis ſubro-
gationis, adiectæ,quam Clauſulam ſatis eſt
iuſtificaſſe de tempore ſignatæ ſupplicationis
quia gratia iuſtificanda eſt de tempore datæ,
*cap.eam te.*vbi Felin.*n.*18. *de reſcript.* Franc. *in
cap.cum in illis ſub num.*8.*de præben. in* 6. Alex.
*conſ.*42.*num.*8. *lib.*4. Rot. *dec.*443. *num.*2. *p.*2.
*rec.dec.*867.*n.*5.coram bon.mem.Buratt. non
attento quid acciderit medio tempore inter
ſupplicationem ſignatam, & Literarum de-
ſuper expeditionem; Rot.*in Nuſcana Canoni-
catus* 11.*Martij* 1647.§.*quia Breue*, *& §.ſeq.*
coram bon.mem.Arguelles,*& in puncto ſubro-
gationis dec.*472.*n.*4.*p.*3.*diuerſ.* vbi dicitur ra-
tio quia effectus ſubrogationis incipit à die
datæ,& ſemper viget in perſona ſubrogati.

Videndum ergo eſt Lauditius poſſeſſio-
nem apprehendiſſet tempore petitæ ſubro-
gationis, & quidem non ambigitur in facto
quod apprehendit poſt duos menſes à die
datæ ſupplicationis gratiæ principalis ex cu-
ius Clauſulis fuit deſumpta ſubrogatio, ſed
quia re vera ſubrogatio non fuit expedita ni-
ſi de menſe Octobris, & ſic per duos ferè
mēſes poſt captam poſſeſſionem tempus hoc
expeditionis attendendum eſſe aſſerebant
informantes pro Aſtiria eo quod Clauſulæ
principalis gratiæ continent duntaxat facul-
tatem expediendi ſubrogationem gratioſam,
ibi, *Ità quod literæ deſuper in forma ſimplicis
prouiſionis gratioſæ ſubrogationis, &c. expediri
poſſint*, & propterea ante huiuſmodi expedi-
tionem ſubrogatio aderat ſolum in potentia
quæ eſt quid diuerſum ab ipſa diſpoſitione,
*l.non quicquid ff.Iudic.*gloſ.*in cap.noſſe verbo ne-
ceſſe diſtinct.*76.Rot.*dec.*535.*ſub n.*3.*p.*3.*recent.*
ac petita, & conceſſa tunc demùm videtur
cum expeditur.Lotter. *de re beneſ. lib.*3.*q.*53.
16 *n.*28.*&* 29. Seraph. *dec.*236. *n.*2. † vbi quod
Literis non expeditis ſubrogatio nihil tribuit,
cum aliis allegatis *in Zamoren. Archidiacon.* 2.
*Decembris* 1647.§.*caſum*, coram R. P.D. meo
Otthobono.

Viſum fuit nihilominus quicquid ſit ad
alios effectus de quibus loquuntur mox alle-
gati ad effectum dignoſcendi quando pro Iu-
ſtificatione Clauſulæ *dummodo intruſus non ſis*,
ſubrogatio petita, & conceſſa dicatur atten-
dendum eſſe tempus gratiæ principalis, quia
ſub eadem data expediuntur Literæ ſubro-
gationis, † & quod habetur ſub eadem data 17
cenſetur ſub eodem tempore petitum,& cō-
ceſſum.Rot.*dec.*514.*n.*8.*p.*3.*diuerſ.dec.*68.*n.*6.
*&* 7. *dec.*231.*n.*10.*p.*5. *recent.* Gabr.*conſ.*193.
*n.*5.*lib.*2.licèt Literæ ex interuallo expedian-
tur,Rot.in terminis ſubrogationis *deciſ.*472.
*n.*4.*p.* 3. *diuerſ.* & in puncto gratiæ ſi neutri
quæ pariter deſumitur ex Clauſulis genera-
libus facultatiuis in gratia principali appoſitis
attendi datam non autem expeditionis tem-
pus fuit deciſum apud Seraph.*dec.*318.*n.*1.

Ponderando præſertim Primò quod cum 18
in prouiſionibus beneficiorum Clauſulæ ſu-
brogationis ſoleant ſemper apponi in ſuppli-
catione gratiæ principalis, ipſa petitio gratiæ,
principalis includit ex tunc petitionem ſu-
brogationis tanquam de ſtylo ad illam con-
ſecutiuè eiquè ſolitæ annecti iuxtà theori-
cam quam *in cap.licèt Heli* 31.*de Simon.* tradit
Io.de Anan.*ſub n.*38. *verſ. & eodem modo*, *&
verſ.ſi illud venit.*Felin.*n.*23.*&* 25.Chriſtoph.
de Paz *in Schol.ad leg.Regias ſtili*, *l.*1.*num.*28.
*fol.*48.Oſaſc. *dec.*1. *n.*24. Secundò quod con-
ceſſio facultatis expediendi ſubrogationem
in dictis Clauſulis contentæ ſupponit perne-
ceſſe præexiſtentiam gratiæ ſubrogationis
cum expediri non poſſet niſi ab initio con-
ceſſa fuiſſet, & alia ſpecialis ſupplicatio pro
ſubrogatione non ſignetur,vt in puncto rece-
dendo à priori deciſione contraria fuiſſe de-
ciſum conſtat in margine *dec.*423. Put. *lib.*1.
*in correct.*nec vſquam fuit in poſterum ab hac
opinione receſſum, licèt receſſum fuerit ab
illatione ibidem *in fine*, poſita quod ſcilicet
vigore ſolius ſupplicationis poſſit ſubrogatus
capere poſſeſſionem abſque vitio intruſionis
idque ob conſtitutionem Iulij Tertij; † quia 19
de iure communi licitum erat etiam Literis
non expeditis poſſeſſionem capere in vim
ſolius ſupplicationis, Gabr.*conſ.*190.*num.*11.
*lib.*1.Caldas *quæſt.foren.lib.*1.*quæſt.*22.*ſub n.*33.
*verſ.ſed contrarium vbi allegat. concord.*

Non obſtat quod facultas ſeù potentia
agēdi ſit diuerſa ab ipſo actu,tum quia Clau-
ſulis generalibus ſupplicationis non concedi-
tur facultas petendi, & obtinendi gratiam
ſubrogationis,ſed illam expediendi, & ſic ſo-
lùm inferri poſſet,quod ea facultas ſit diuerſa
ab ipſa expeditione, non autem quod ſit di-
uerſa à gratia ſubrogationis, † quæ ab ipſa 20
die ſupplicationis ſignatæ fuit perfecta etiam
antequam expediretur; Gabr. *conſ.*192.*n.*6.
*lib.*1.*conſ.*193. *num.*7.*lib.*2. Caſſad. *deciſion.*4.
*num.*2.*de cauſ.poſſ. & propr.* Rot. *dec.*418.*n.*2.
*&* 3.*par.*1.*diuerſ. dec.*356.*n.*11.*part.*1.*recent.*
& in proximis terminis *dec.*158.*num.*7.*eadem
part.*1.*recent.* Tum etiam quia cùm nihil re-
pugnaret quin ab initio expedirentur etiam
Literæ

Literæ ſubrogationis gratioſæ ipſa permiſſio, & facultas vim habet actualis diſpoſitionis, & gratiæ, vt per Sarnen. *ſuper regula de annal. quæſt.*47. *num.*6. Gabr. *conſ.*154. *n.*33. *lib.*1. Card. Mant. *de tacit. & ambig. lib.*4. *tit.*3. *n.*14. adeò quod expeditio Literarum cùm ſolùm reſpiciat perfectionem executiuam ſeù in actu ſecundo gratiæ ſubrogationis ab inſtanti ſupplicationis ſignatæ ſuam habentis in actu primo perfectionem, non operatur vt tunc dicatur petita, & conceſſa ſubrogatio, ſed petitio tribui debeat ſoli ſupplicationi, eaquè tãquam principium actus conſiderari, ad notata per Dec. *in cap. licèt cauſam n.* 138. *verſ. non obſtat de probat.* Iaſ. *in l. ſi quis in fundi vocabul. num.*5. *& ſeqq. ff. leg.* 1. & in proximis terminis Rot. *dec.*100. *n.*27. *p.*5. *recent.*

21 Non obſtat quod Literæ ſubrogationis ſint expeditæ ſuper ſupplicatione ſubreptitia, quia vt *ſuprà* dictum fuit, duæ fuerunt ſignatæ ſupplicationes ſuper gratia principali, & exceptio ſubreptionis retardare non valet executionem ſubrogationis, vt in puncto reſpondit Rot. coram Card. Mantic. *deciſ.*71. *num.*9. *vbi allegantur concord.* Mohed. *dec.* 11. *ante num.* 1. *vt lit. pend.*

22 Quapropter cùm de cætero ex deductis *in vltima deciſione ſub die* 22. *Iunij* 1650. coram Me conſtet, de Clericatu ſubrogati, de reſeruatione, ac lite, ac de poſſeſſione defuncti, ad quam fuit Lauditius ſubrogatus ei abſque alia iuſtificatione denegari non poteſt immiſſio, quicquid dicendum eſſet, niſi prædeceſſor poſſediſſet, & in eius poſſeſſionem Lauditius fuiſſet ſubrogatus, vt diſtinguendo latè declarat Mareſc. *variar. reſol. lib.*2. *cap.*1. *num.*52. *&* 4. *ſeqq.* Neque Aſtiria aduerſarius allegare poteſt ſe eſſe legitimum contradictorem vti habentem parem titulum, hoc eſt à Papa mediante collatione ſibi facta à Commendatore Hieroſolymitano in vim Indulti Pontificij Religioni conceſſi, quia non dicitur habere parem titulum, qui non habet ſimilem gratiam ſubrogationis, & ſola poſſeſſio ad hunc effectum non releuat niſi capta fuerit de manu executoris, vt aliis allegatis vtrumque firmatum fuit *in Compoſtellana Parochialis* 1. *Iulij* 1648. *&* 29. *Iun.* 1649. coram R.P.D. meo Otthobono, vbi ſubditur alia limitatio caſui noſtro applicabilis quando ſcilicet titulus contradictoris eſt notoriè nullus, qualem eſſe titulum Aſtiriæ, oſtendit vltima ſupracitata deciſio anni 1650.

Et ità deciſum vtraque parte his informante, &c.

## R. P. D. BICHIO

### Valentina Rectoriæ,

Lunæ 31. Iunij 1651.

*Ad partem* 2. *cap.* 3. *num.* 14.

### *ARGVMENTVM.*

EXceptio obreptionis retardat omne iudicium executiuum. Omiſſionem nominis Impetrantis non nocere, ſi conſtet de idẽtitate perſonæ. De nullitate impetrationis ob non expreſſum verum valorem. Negatiua expeditionis Literarum, quomodo probari poſſit. Subrogatus quando ſit fundatus in poſſeſſione. Poſſeſſio poſſeſſioni quomodo, & quando cumulari queat.

### SVMMARIVM.

1 *Quomodo obreptionis vitium nullam reddat prouiſionem.*

2 *Obreptio retardat executionem cuiuſcumque prouiſionis.*

3 *Quamuis ſit defectus in expreſſione nominis, ſufficit quod aliundè perſona ſit certa.*

4 *Quæ ſit differentia inter expreſſionem valoris per aſcenſum & per non exceſſum.*

5 *In exprimendo valore beneficij deducenda ſunt onera Eccleſiæ.*

6 *In probando valore probatio debet percutere tempus gratiæ.*

7 *Ad executionem ſubrogationis gratioſæ procedi poteſt etiam ſine productione Literarum prouiſionis principalis.*

8 *Negatiua expeditionis Literarum debet concludenter probari.*

9 *Productio facta in vno iudicio non nocet in alio diuerſo etiam inter eaſdem perſonas.*

10 *Sufficit poſſibilitas in contrarium, vt excludatur probatio negatiuæ.*

11 *Aſſertio Summi Pontificis multum facit ſaltem dum agitur tantum de retardanda executione.*

12 *Subrogato licèt non concedatur manutentio ex poſſeſſione defuncti datur tamen ex propria poſſeſſione ipſius.*

13 *Data poſſibilitate alterius tituli conceditur manutentio ſubrogato.*

14 *Subrogato dari poteſt manutentio loco immiſſionis.*

15 *Poſſeſſio poſſeſſioni cumulari poteſt nempe manutentio & immiſſio.*

DECI



### DECISIO LXXVI.

1 MOrdicus inhærentibus informantibus pro Aſtiria exceptioni obreptionis ob falſam expreſſionem nominis defuncti & valoris, ex quarum prima licèt non vitietur acceptatio, vitiari prouiſionem videtur ſenſiſſe, Rot. *deciſ.* 19. *num.*1. *de conceſſ. præben. in antiq.* & *deciſ.* 43. *de reſcr. in nou.* ex ſecunda gratiam annullat *in verbis Reg.*55. *Cancell.* ſuſpenſa fuit expeditio cauſæ petita à Lauditio in vltima Rota memorialium habita ſua die 5. currentis; cùm enim in vtroque capite obreptio aſſereretur probata ex confeſſione ipſius Lauditij emiſſa in ſecunda ſupplicatione
2 † apta videbatur ad retardandam executionem ſubrogationis gratioſæ, & quodcunque aliud iudicium executiuum, Giouagn. *conſ.*8. *n.*114. *lib.*1. Seraph. *deciſ.*810. *n.*4. Rot. coram ſanct. mem. Greg. XV. *deciſ.*425. *num.*3. *&* 4. & apud Moder. Peruſ. *de manutent. deciſ.*642. *num.* 2.

3 Verùm hodie in relationibus cauſarum vtraque parte informante, re melius perpenſa, Domini mandarunt mihi vt ad expeditionem petitam procedam reiecta obreptionis exceptione quæ euaneſcit, tum reſpectu erroris in nomine, quia ex appoſitione cognominis, & altera qualitate adiecta vacationis huius beneficij per obitum perſonæ nominatæ, iuncto maximè quod defunctus quandoque duobus nominibus quorum alterum fuit in prima ſupplicatione expreſſum nuncupabatur; ſatis redditur certa perſona defuncti quod ſufficit, iuxta Theor. Bart. *in l. demonſtratio num.*14. *ff. cond. & demonſtr.* quam in his terminis ſequitur Pariſ. *conſ.*15. *ſub n.*8. *verſ. tamen, & verſ. eo magis lib.*4. Lotter. *de re benef. lib.*3. *quæſt.*34. *num.*10. *&* 11. Rot. *deciſ.*16. *in princ. de reſcr. in nou. & facit deciſ.* 124. *n.*8. *part.*1. *recent.* Quo magis quia vtrumque nomen fuit deinde expoſitum in ſecunda ſupplicatione, quam ſuffragari dicam infra.

4 Tum reſpectu valoris. Primò quia mala illius expreſſio non bene conuincitur ex quo Lauditius in prima ſupplicatione valorem narrauerit in ſcutis 175. in ſecunda verò in ſcutis 460. nam obiectum procederet ſi narraſſet per aſcenſum; cum verò vtrobique narrauerit per non exceſſum, non reſultat perneceſſe ex ſecunda narratiua quod valor excedat ſcut. 175. narrata in prima ſupplicatione, nam qui dicit non excedere ſcut. 460. affirmare etiam poteſt non excedere 175. vt ad propoſitum ponderauit Rot. coram clar. mem. Coccino *deciſ.*145. *num.*1. *deciſ.*164. *n.*2. coram bon. mem. Buratt. *deciſ.*931. *num.*1. *& in Bouen. Abbatiæ* 3. *Iulij* 1647. *§. valor* coram bon. mem. Arguelles *in Bonon. Archipresbyteratus* 23. *Martij* 1648. *§. valor*, coram R.P.D. meo Corrado, & ſufficit confeſſionem non eſſe omnino claram nè noceat confitenti, Mohed. *deciſ.* 2. *de reſt. ſpoliat.* Buratt. *deciſ.* 183. *num.* 19. Rot. *deciſ.* 443. *num.* 8. *part.* 1. *recent.*

Quatenus verò ad probandum maiorem 5
valorem affertur teſtis, vel locatio, reſpondetur quod teſtis vnicus eſt, & vnica locatio, & ambo inter ſe valde diſcordes, cum locatio loquatur de penſione librarum 600. dumtaxat è quibus onera Eccleſiæ deducenda ſunt. Seraph. *deciſ.*1030. *num.*1. cum aliis allegatis *in Romana penſionis* 25. *Maij* 1646. coram Me,
† & neutra probatio percutit tempus gratiæ, 6
de qua agitur obtenta de anno 1645. vt oportet ad conuincendam obreptionem; Buratt. *deciſ.* 18. *num.*9. *deciſ.* 383. *num.*3. *deciſ.* 409. *num.* 8.

Secunda quia ſubrogatio gratioſa de cuius executione agitur deſumpta fuit ex clauſulis ſecundæ ſupplicationis, vt conſtat ex oculari lectura, & etiam pars aduerſa admittit, negat tamen fuiſſe ſuper ſecunda ſupplicatione expeditas literas gratiæ principalis; indequè infert obſtare Conſtitutionem Iulij III. prohibentem dari executionem gratiæ literis deſuper non expeditis. Quod nullatenus applicatur caſui noſtro, quia hodie non agitur de executione gratiæ principalis, ſed ipſius ſubrogationis gratioſæ ſuper qua literæ fuerunt expeditæ,
† & ad cuius executio- 7
nem procedi poteſt etiam ſine productione literarum prouiſionis principalis vt in puncto fuit deciſum *in Conchen. parochialis* 3. *Decembris* 1601. coram bon. mem. Penia *inter eius impreſſ. deciſ.*490. *num.*11. *part.*2. vbi dicitur ratio, quia gratia ſubrogationis licèt deſumatur ex clauſulis gratiæ principalis, eſt tamen gratia de per ſe, & confert *deciſ. eiuſdem* Peniæ 669. *n.*7. *p.*1.

Præſertim quia negatiua expeditionis li- 8
terarum gratiæ principalis ſuper ſecunda ſupplicatione, non probatur ex aduerſo plenè, & concludenter, vt debet; Lotther. *de re benef. lib.*3. *quæſt.*19. *num.*33. Rot. *in Virdunen. parochialis* 23. *Iunij* 1586. coram Gipſio *in Hiſpalen. iuriſdictionis* 26. *Iunij* 1591. coram Orano *impreſſ. poſt conſ.* Farinac. *lib.*1. *deciſ.*82. *num.* 1. *&* 2. ad quem effectum ſatis non eſt probare fuiſſe expeditas literas ſuper prima ſupplicatione eaſque ab actore productas, quia cum productio facta non fuerit in hoc iudicio executiuo ſubrogationis gratioſæ, ſed in alio præcedenti ſuper executione ipſius gratiæ principalis, aſſertæ negatiuæ probationem in hodierno iudicio non facit; nam
productio facta in vno iudicio non nocet 9

P 4 in

in alio diuerſo etiam inter eaſdem perſonas, Ceph. *conſ.* 377. *num.* 86. Rimin. iun. *conſ.* 213. *num.* 20. Achill. *deciſ.* 2. *de confeſſ.* Rot. coram ſan. mem. Gregor. XV. *deciſion.* 432. *numer.* 5. *& in Lucana capellaniæ* 4. *Apri-*
10 *lis* 1650. §. *non obſtat*, coram Me, † & potuit actor poſt expeditionem literarum ſuper prima ſupplicatione, expedire alias etiam ſuper ſecunda, Rot. *deciſ.* 59. *in princ. & deciſ.* 63. *de reſcript. in antiq. deciſ.* 514. *numer.* 4. *part.* 3. *lib.* 3. *diuerſ. deciſ.* 302. *num.* 11 *part.* 4. *tom.* 2. *recent. & in Colonien. Canonicatus ſeu ferculi* 16. *Decembris* 1647. coram R. P. D. meo Meltio, ſufficitquè hæc poſſibilitas, ne ex dicta productione probetur negatiua quod aliæ literæ expeditæ non fuerint ſub eadem data, Rota *d. deciſion.* 82. *numer.* 2. apud Farin. *poſt conſ. lib.* 1. *cum aliis mox allegatis.*

11 Fortius quia in ipſis literis ſubrogationis gratioſæ expeditæ ſuper ſecunda ſupplicatione Papa aſſeruit alias literas prouiſionis principalis ſuper eadem ſupplicatione fuiſſe expeditas; quæ aſſertio multum facit ad tex. *in clem.* 1. *de probat.* Oldr. *conſ.* 258. *ſub numer.* 2. Feder. de Senis *conſ.* 117. *numer.* 2. Rot. *in Melcuitana optionis* 7. *Maij* 1640. coram bon. mem. Merlino, quæ loquitur de aſſertione Papæ in gratia emanata ad inſtantiam partis, *& in Monopolitana penſionis* 2. *Iunij* 1645. coram Me, ſaltem ad effectum, vt ex ea aliiſque omnibus ſupra deductis ſimul iunctis turbida aliquo modo reddatur allegata exceptio obreptionis, ac propterea ad retardandam executionem ſubrogationis gratioſæ non releuet, Mantic. *deciſ.* 71. *numer.* 9. cum aliis allegatis ab Argel. *de acquir. poſſeſſ. quæſt.* 18. *numer.* 31. *& in Firmana capellaniæ* 28. *Aprilis prox. præt.* coram Me.

12 Multò minus releuat aduerſus manutentionem à Lauditio petitam, quæ licèt ſubrogato non detur ex poſſeſſione defuncti iuxta opinionem quam amplexa eſt Rota *in S. Marci penſionis* 30. *Ianuarij* 1612. coram Card. Sacrato *impreſſ.* apud Marcheſ. *tom.* 2. *fol.* 486. *numer.* 1. *&* 2. *& in deciſion.* 177. *numer.* 9. apud Moder. Peruſin. *de manutent. & aliàs ſæpè*; datur vtique ex propria ſubrogati poſſeſſione, quando ſcilicet eam actualiter cæpit, non ſecus, ac datur cuicunque ſucceſſori vt legitur *in d. Sancti Marci penſionis num.* 1. ibi niſi doceatur de actuali appræhenſione, & dixit Rot. *dec.* 200. *n.* 19. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.*

Qui eſt caſus noſter quia ex deductis in duabus deciſionibus huius cauſæ ſuper articulo attentatorum, Lauditius ſubrogatus actualem poſſeſſionem cæpit, eiuſque vitium purgatum fuit per ſubſequentem ſubrogationem. Neque vrget quod cæperit vigore literarum expeditarum ſuper prima ſupplicatione vt aſſeritur ſubreptitia, quia vt ſupra dicebam non probatur ſubreptio. Et in omnem euentum quamuis tunc in actu ingreſſus in poſſeſſionem exhibitæ fuiſſent
literæ ſubreptitiæ, † nihilominus propter 13
poſſibilitatem, quod alius titulus ſuperuenerit, & literæ ſuper ſecunda quoque ſupplicatione expeditæ fuerint, danda eſt interim manutentio, vt in puncto fuit deciſum *in Cæſarauguſtana parochialis de Maella* 8. *Nouembris* 1599. coram clar. mem. Card. Hieronymo Pamphilio, *& in ſupracitata Lucana capellaniæ* coram Me.

Hinc Rota cenſuit expediendam eſſe cauſam tàm per viam decreti in ſummariſſimo poſſeſſorio manutentionis, quam ſententiæ diffinitiuæ per cedulam in iudicio execu-
tiuo literarum ſubrogationis gratioſæ, † qua- 14
rum vigore concedi poteſt manutentio loco immiſſionis ad confirmandam priorem poſſeſſionem à ſubrogato vt ſupra captam, vt in his terminis fuit deciſum *in Compoſtellana parochialis* 25. *Iunij* 1649. §. *nec multum in-*
*tereſt*, coram R. P. D. meo Otthobono, † & 15
etiam per viam immiſſionis cumulari poſſeſſio poſſeſſioni quando contextualiter petitur manutentio, & immiſſio ex allegatis *in deciſ.* 57. *num.* 14. apud Moder. Peruſin. *de manutent. & in Peruſina bonorum de Baptiſtis* 12. *Nouembris* 1625. §. *quia quantum* coram bon. mem. Pirouano, *&* ab Adden. ad Buratt. *deciſ.* 115. *num.* 14.

Et ita, &c. vtraque, &c.

---

# R. P. D. BICHIO

## Vicentina Parochialis,

Lunæ 20. Martij 1651.

*Ad cap.* 141. *n.* 13. *& cap.* 166. *n.* 6.

## *ARGVMENTVM.*

PEr ſæculariſationem Eccleſiæ cum ampliſſima ſuppreſſione menſæ Abbatialis, extinguitur vnio, non obſtante reſeruatione Iuriſpatronatus Regi competentis, neque declaratio de non præiudicando iuribus Eccleſiarum referri poteſt ad alias Eccleſias ad quarum fauorem non emanauit. Vltimum ſtatum circa prouiſiones beneficiorum attendendum eſſe quando diſceptatur inter prouiſos, ſecùs ſi agatur de pertinentia collationis inter collatores. Concurſum in parochialibus eſſe neceſſarium quando poſſidens obiit in menſe reſeruato.



## SVMMARIVM.

1 *Qui narrauit in Literis vnionem præſentis temporis tenetur illam probare iuxta tempus præſens.*

2 *Per ſæculariſationem Eccleſiæ cum ſuppreſſione menſæ Abbatialis extinguitur vnio præcedens.*

3 *Extinctio fieri poteſt ſine aliquo poſitiuo ſi interueniat priuatio termini relationis, veluti in matrimonio per obitum vnius ex coniugibus, vel in patronatu per obitum patroni.*

4 *Reſeruatio Iuriſpatronatus non extenditur ad beneficia libera poſtea vnita.*

5 *Per ſuppreſſionem & nouam erectionem Eccleſiæ, noua forma illi imprimitur.*

6 *Vltimus ſtatus Beneficij attendendus eſt quando agitur inter prouiſos & non agitur principaliter de pertinentia collationis inter collatores.*

7 *Concurſus neceſſarius eſt in Beneficiis quæ conferuntur vti vacantia per obitum menſe reſeruato ſi ſint Parochialia.*

## DECISIO LXXVII.

MVlta hodie Laurentius Torrent prouiſus de hac Parochiali tanquam vnita Archipresbyteratui Eccleſiæ S. Ioannis de Abbatiſſis congeſſit, vt documentis quibus Rota ſub die 20. Iunij proximi præteriti non probari eandem Parochialem fuiſſe vnitam dictæ Eccleſiæ olim regulari reſpondit, adderet fidem; Vnde Domini non amplius antiquam vnionem negarunt, ſed illam extiterit nec ne, non ſuffragari Laurentio cenſuerunt ad purificandam conditionem dummodo Parochialis verè Archipresbyteratui S. Ioannis vnita exiſtat in literis ſuæ prouiſionis ap-
1 poſitam; † quia cùm ſit concepta per verba præſentis temporis, non ſatis eſt probaſſe vnionem de præterito; niſi etiam probetur de tempore impetrationis. Gonz *ſuper reg.* 8. *gloſ.* 11. *num.* 14. Rota *deciſ.* 379. *num.* 8. *part.* 1. *recent.*

2 De quo tempore nec recens vnio probatur, nec antiqua aderat; nam per ſæculariʒationem præfatæ Eccleſiæ S. Ioannis cum ampliſſima ſuppreſſione menſæ Abbatialis, Dignitatum, officiorum, &c. factam de anno 1592. à fel. rec. Clemente VIII. fuerat extincta, iuxta gloſſ. *fin. in cap. Abbate de verb. ſignific.* & alios alleg. *in prima deciſ.* §. *tum quia*, quibus additur nuperrima deciſio *in Vicen. Iuriſdictionis* 9. *Decemb. proximi præteriti* §. *tum etiam* coram R. P. D. meo Cerro.

Nec obſtat quod Eccleſia S. Quirici de qua agitur, quia ſemper fuit ſæcularis compræhendi non valeat in Bulla ſæculariʒationis loquente ſolùm de Eccleſiis, & beneficiis Regularibus. Non enim dicimus Eccleſiam S. Quirici per Bullam ſæculariʒationis fuiſſe ſuppreſſam vel aſſecutam vlteriorem ſæcularitatem; ſed mediante ſuppreſſione omnium iurium Eccleſiæ S. Ioannis cui vnita erat competentium, ipſam vnionem expiraſſe, vt propterea ſoluto exinde vinculo vnionis, Eccleſia S. Quirici vindicauerit priſtinam li-
bertatem, † non ſecus ac extincto vno ex con- 3
iugibus ſoluitur matrimonium carnale, ac ſuperſtes liber euadit, non quia poſitiuum aliquid in eius perſona acciderit, ſed per priuationem termini relationis ex matrimonio reſultantis, Ledeſma *de matrim. quæſt.* 44. *art.* 3. *fol.* 137. & in ſimili Eccleſia ſubiecta Patrono eo extincto libertatem recuperat; Lambert. *de Iurepatr. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 2. *art.* 40. *fol.* 304. Abbas *in cap.* 1. *num.* 10. *de elect.* Monet. *de Commut. vltim. vol. cap.* 11. *num.* 148. *& ſeq.* Rot. *in Regien. Iuriſpatr.* 27. *Aprilis* 1640. coram Reuerendiſſ. Terracinenſi, *& in Gerunden. Beneficij* 30. *Aprilis eiuſdem anni* coram R. P. D. meo Rojas.

Minus releuat quod Bulla ſæculariʒationis præſeruet Iuſpatronatus Regium, cui ſubeſſe Eccleſiam S. Ioannis probatum ſupponitur ex datis in Summ. Laurentij *n.* 34. quia hæc præſeruatiua non reſpicit vnionem aut iura Eccleſiæ S. Ioannis, ſed dumtaxat Iuſpatronatus in eadem Eccleſia competens Sereniſſ. Regi Catholico, de quo hodie non agi-
tur; † quodque non extenditur ad beneficia 4
in ſui erectione libera, quamuis poſtea fuiſſent præfatæ Eccleſiæ vnita, Speculat. *de Iurepatr. num.* 17. Rocch. de Curt. *eod. tract. verb. honorificum ſub num.* 12. *verſ. pone quod vnio.* Lambert. *lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 5. *num.* 1. *&* 2. Rota *in Compoſtellana Parochialis* 10. *Februarij* 1645. coram R. P. D. meo Veroſpio.

Tandem nil faciunt declarationes Summorum Pontificum poſt ſæculariʒationem æditæ de non præiudicando antiquæ Iuriſdictioni, & priuilegiis Eccleſiarum ſuppreſſarum, Quia reſtringi debent ad illas Eccleſias
quarum fauore emanarunt, † neque extendi- 5
tur ad hanc S. Ioannis, in qua per ſuppreſſionem & nouam erectionem noua forma fuit impreſſa,

impreſſa, vt in puncto bis reſpondit Rota *in Vicen. Iuriſdictionis 2. Maij* 1650. §. *penul. & 9. Decembris eiuſdem anni §. tum etiam* coram R.P.D. meo Cerro, facit Aret. *in cap. 1. ſub num. 25. & 26. de reſcript.* Hipol. Riminal. *Inſt. de teſtam. in princ. ſub n.* 309.

Animaduertendo præterea, quod eaſdem declarationes non ſuffragari quod ad ius nominandi vel conferendi, niſi in beneficiis ibi nominatis inter quæ beneficium S. Quirici non legitur, deciſum & comprobatum fuit *in Gerunden. Prioratus 29. Ianuarij* 1646. *§. præſertim & §. ſequenti* coram Me; provt etiam declarauit obſeruantia, quia nuſquam poſt Bullam ſæcularizationis, ac dictas declarationes, idem Beneficium prouiſum fuit tanquam vnitum ad Archipresbyteri S. Ioannis, vel alterius cuiuſque nominationem ſeu præſentationem; quinimò vltimus ſtatus eſt pro libertate beneficij, & prouiſionis tanquam de
6 libero præuio concurſu, † qui ſtatus cum ex prædictis contrarius vnionis de tempore prouiſionis Apoſtolicæ ex aduerſo obtentæ, negari non poſſit quin ſaltem reddatur turbidus attendi debet, tam ad inducendam reſeruationem per obitum prædeceſſoris in menſe Apoſtolico, quam ad excludendam iuſtificationem gratiæ Aduerſarij, vnionis videlicet narratæ; maxime quia non agitur principaliter de qualitate beneficij inter Collatores, ſed incidenter inter prouiſos, vt pluribus cõprobauit Rota *in Valentina Rectoriæ 24. Maij* 1647. *§. præter quod, & 22. Iunij* 1650. *§. firmato ex his*, coram Me.

Atque hinc gratis redarguitur gratia Rocchafiguere de obreptione eo quod narrauerit beneficium eſſe liberæ Collationis & prouideri per concurſum, qui tamen non requiritur in Beneficiis per Bullam ſæcularizationis reſeruatis, vt dixit Rota *in alia Viceñ. Parochialis* coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo *impreſſ. inter recent. deciſ. 323. num. 7. in fin. p. 2.* Quia obreptio euitatur ex vltimo ſtatu, & reſeruatio huius beneficij educitur præcipuè ex obitu prædeceſſoris in menſe reſeruato, quo caſu neceſſarius eſt concurſus, vt diſponitur in Sacro Concilio Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap.* 18. ibi; *Etiam ſi ipſa Parochialis Eccleſia reſeruata, vel affecta fuerit*, & declarauit Sac. Cong. Concilij, vt refert Pariſ. *de reſignat. lib. 8. q. 9. n.* 103. Gonz. *ſuper reg. 8. gloſſ. 6. n. 111. & ſeqq.*

Atque ita prima Deciſio confirmata fuit vtraque parte informante.

---

# R. P. D. MELTIO

## Vrbinaten. Canonicatus,

Veneris 25. Iunij 1655.

*Ad cap. 157. vol. 2.*

## *ARGVMENTVM.*

QVi habet pro ſe voluntatem fundatoris, alios omnes excludere debet à beneficio patronato, quod procedit etiam ſi patronus in ſua fundatione vſus fuerit verbis precariis, quæ adinſtar fideicommiſſorum habent hoc caſu, vim præciſam dandi formam. Facultas in erectionibus beneficiorum ſpectat ad Ordinarium authoritatem præſtantem, vt formam ſibi beneviſam apponat.

## SVMMARIVM.

1 *Qui ex lege fundationis nominandus eſt, aliis eſt præferendus.*

2 *Imò illi qui à fundatore nominatus eſt, beneficium debetur abſque aliqua nominatione.*

3 *Si fundator certum genus perſonarum aliis præferri mandet & patroni huic voluntati contraueniant, nominati à fundatore non indigent alia nominatione, ſed ipſo iure inſtituendi ſunt.*

4 *Verba præcaria fundatoris habent vim coactionis adinſtar fideicommiſſorum.*

5 *Forma à fundatore demandata, expreſsè ſeruari debet, maximè ſi cum clauſula*, & non alias.

6 *Relatio non habet locum, quoad ea quæ in diſpoſitione ſunt expreſſa.*

7 *Clauſula* ſingula ſingulis referendo *quid operetur.*

8 *Formam apponere erectioni beneficij non ſpectat ad ſucceſſorem fundatoris, ſed ad ipſum Ordinarium, authorizantem.*

9 *Quando nullus alius ex nominatis à fundatore concurrit, ille qui in defectum aliorum nominatus eſt debet inſtitui.*

## DECISIO LXXVIII.

PRæuia auctoritate Ordinarij, & conſenſu Capituli Canonicatum in Eccleſia Cathedrali Vrbinaten. erexit, atque congruenter



gruenter dotauit de anno 1646. Io. Baptiſta Vrbinellus reſeruato ſibi iure præſentandi donec vixerit, & poſt eius obitum fauore prædicti Capituli, *Rogans Canonicos, quatenus in electione noui Canonici poſt mortem ipſius dotantis placeret eis præferre omnibus aliis D. Io. Bernardinum Amatorium eius nepotem, ac filios, & deſcendentes vſque ad quartum gradum D. Io. Antonij Amatorij ipſius D. Io. Bernardini fratris, & deinde Io. Paulum Coruinum, ac filios, & deſcendentes vſque in quartum gradum Clementis Coruini de Vrbino alterius eius nepotis.*

Nominauit fundator in primum Canonicum Antonium Vrbinellum, quæ nominatio ſuum etiam ſortita fuit effectum mediante inſtitutione, & poſſeſſione per eum acquiſita de dicto Canonicatu. Defuncto poſtmodum Fundatore provt etiam dicto Antonio Præſentato Io. Paulus Coruinus infra legitima tempora ſemel, biſquè inſtetit apud Canonicos capitulariter congregatos pro nominatione ſuæ perſonæ ad dictum Canonicatum iuxta mentem Fundatoris; Verùm cum Capitulum illum admittere ſemper recuſauerit, atque præſentauerit Gabrielem Ricciolum; ideò interpoſita pro parte eiuſdem Coruini appellatione, eaquè in Rota mihi commiſſa, dubitaui cuinam adiudicandus eſſet Canonicatus, & DD. Coruino adiudicandum eſſe
1 reſponderunt, † quia ex lege in fundatione expreſsè appoſita ipſe aliis præferri debebat, vnde Capitulum dictam legem ſeruare tenebatur; *cap. decernimus 16. quæſt. 6. cap. illud in fin.* & *ibi* Abb. *de iurepatr.* Rocch. de Curt. *de iurepatr. in verb. pro eo, quæſt.* 12. Lambert *in eodem tractat. lib. 1. part. 1. quæſt. 9. in fin. n.* 109.
2 † Huiuſmodi autem legi, & formæ, quia contrauenit Capitulum nominando Gabrielem Ricciolum, meritò dicta nominatio fuit pro nulla habita, & conſequenter iuſtè reſolutum controuerſum Canonicatum adiudicandum prædicto Coruino tanquam illi debitum abſque alia nominatione Capituli, Gonzal. *gloſ. 9. §. 1. num. 94. verſ. pariter quoque.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quæſt. 38. n. 26. & ſeqq. & quæſt. 51. num. 39. & ſeqq.* Rot. coram Put. *deciſ.* 252. *num. 2. & 3. lib. 3. in correct. & in recent. deciſ. 97.*
3 *num. 3. part. 3.* † Ratio eſt, quia vbi Fundator in nominationibus fiendis per Patronos voluit præferri certum perſonarum genus, ſi Patroni illas præferre negligant, habentur pro prælatis, & præſentatis, ita quod ad inſtitutionem deueniri poſſit abſque alia præſentatione, ſiue nominatione Lotter. *de re benef. d. lib. 2. quæſt. 38. n. 26. & ſeq.* Put. *d. deciſ.* 252. *ſub num. 2. lib. 3.* & ita firmauit Rota *in Gerunden. Beneficij 17. Iunij* 1644. coram R.P.D. meo Bichio *§. non obſtat, quod Raymundus, & in Feſulana Beneficij, ſiue Oratorij 27. Iunij* 1646. §. *final.* coram eodem, *& in alia Gerunden. Beneficij 1. Iulij* 1648. *§. final. & 17. Maij* 1649. *ſimiliter, §. final.* coram Me.

Non obſtat, quod Fundator in ea parte, in 4
qua mandat Capitulo prælationem Coruini aliis perſonis verbis deprecatiuis vtatur, ibi, *Rogans Canonicos*, & paulò inferius, *placeat eis præferre.* Quia verba huiuſmodi indicant quidem quandam vrbanitatem loquendi, qua Fundator vti voluit cum Capitulo tanquam Superiori, cæterùm demonſtrant etiam deliberatam eius voluntatem, quæ proinde illud obligat, & cogit ad implementum, & obſeruantiam eorum omnium, quæ per ipſum ordinata fuerunt, ad text. *in l. 2. C. comm. de legat. l. etiam hoc modo* 118. *& l & eo modo* 121. *ff de legat.* 1. Surd. *conſ.* 275. *num.* 8. Peregr. *de fideicommiſſ. art. 1. num.* 46. & hoc idem benè declarauit Rot. *deciſ. 640. num. 1. & n. 27. part. 1. diuerſorum.* Quæ auctoritates licèt loquantur in vltimis voluntatibus, nihilominus valdè conferunt etiam ad materiam Iuriſpatronatus, quæ ad inſtar fideicommiſſariæ regulatur cum & in illa mens, & intentio Fundatoris potiſſimum attendatur; Lambert. *de Iurepatronat. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 27. num.* 10. Rota coram Buratt. *deciſ. 21. num. 6. & in Gerunden. Beneficij 5. Maij* 1649. coram Me, §. *final.* vltra quod etiam in contractibus verbum *Rogo*, aliquando mandatum, ſeu præceptum importat, *vt in l. 1. ff. mandati, & l. ſi ſerui mei la 44. ff. de negot. geſt.*

Neque refragatur vt ex eo, quod erectio huiuſmodi Canonicatus facta fuit cum expreſſa relatione ad aliam præcedentem factam de alio ſimili Canonicatu per quendam Venturam Beuerardum, & in ea duæ tantum nominationes contineantur, in reliquis ius liberum præſentandi Capitulo relinquatur, inde inferatur non potuiſſe dictum Io. Baptiſtam Vrbinellum dictam formam excedendo plures nominationes ſibi reſeruare, nec ius præſentandi poſt eius mortem Capitulo relictum ad certum perſonarum genus
limitare. † De facili enim obiectum huiuſ- 5
modi tollitur aduertendo, quod Fundator in principio fundationis expreſsè proteſtatus fuit velle diſponere de bonis ſuis cum pactis, conditionibus, & reſeruationibus infrà exprimendis, & non alias, ideoque cum inter alias diſpoſitiones expreſsè demandauerit Capitulo prælationem Coruini, Vtique hæc forma, & non alia ſeruari debuit *cap. illud in fin. de iurepatronat.* Modern. Piſan. *eodem tractat. part. 2. lib. 2. cap. 9. num. 9.* † Nihil obſtante 6
dicta relatione, quia illa non habet locum reſpectu eorum, quæ ſpecialiter fuerunt expreſſa, & prouiſa, Dec. *in l. toto iure num. 19. ff. de reg. iur.* Din. *in cap. generi in fin. eodem tit. in 6.*

Menoch.

Menoch. *de præſumption. præſumpt.* 181. *num.* 6. *lib.* 4. Et regulariter relatio non fit ad id, ex quo reſultaret effectus contrarius intentioni diſponentis, Oldrad. *conſ.* 152. *num.* 2. *in fin.* Bald. *conſ.* 107. *columm. final. verſ. ſed contra hoc opponitur lib.* 2. Socc. iun. *conſ.* 81. *num.* 21. *lib.* 3. Rota coram ſanct. memor. Gregor. XV. *de-*
7 *ciſ.* 495. *numer.* 11. † Quod tantò magis procedere debet ſtantibus verbis illis appoſitis in eodem Inſtrumento fundationis, *Singula ſingulis congruè referendo*, quæ operantur vt relatio non ſit facienda ad omnia præcedentia, ſed ad ea tantum, quæ ſe compatiuntur cum ſubſequēnti diſpoſitione, Rota coram ſanct. memor. Greg. XV. *deciſ.* 433. *num.* 9. *deciſ.* 384. *n.* 4. *& dec.* 495. *n.* 10.

Minus releuat, quod ſaltem Capitulum dederit limitatum conſenſum acceptādi dictam erectionem, ſcilicet iuxta formam prioris factæ per dictum Beuerardum, & non alias, vnde ſemper ſit ſeruanda dicta forma, aliàs cen-
8 ſeatur ademptus conſenſus Capituli. † Quia eſto, quod cōſenſus Capituli deficeret, adhuc nihil releuaret, quia dare formam erectionibus Beneficiorum ſpectat ad Ordinarium, & non ad Capitulum, Zabarell. *in cap. illud in* 4. *oppoſition. de iurepatronat.* Rocch. de Curt. *eodem tractat verb. pro eo n.* 23. Lambertin. *de Iurepatronat. lib.* 1. *part.* 1. *q.* 2. *art.* 15. & Fundatores poſſunt ſibi ius reſeruare etiam inuitis Rectoribus Eccleſiarum; Imò, & ipſe Epiſcopus ſi vellet ſine cauſa contradicere cogi poſſet, *cap. nullus* 17. *de Iurepat.* Lambertin. *eodem tract. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 1. *art.* 20. *n.* 22. *fol.* 284.

Præterea conſiderabant etiam DD. pro omnimoda huius obiecti irreleuantia, quod admiſſa, non tamen conceſſa prætenſione Capituli, vt ſcilicet erectio reſtringenda ſit ad duas nominationes, adhuc ex quo vna tantum nominatio facta fuit ab ipſo Fundatore hæc, de qua in præſenti agitur ad fauorem Coruini ſubſtinenda eſſet in vim ſecundæ nominationis, quæ vſque adhuc minimè conſumpta fuit.

Non obſtat, quod Coruinus ſit à Fundatore nominatus poſt Ioannem Bernardinum Amatorium, & deſcendentes vſque ad quartum gradum Io. Antonij Amatorij.
9 † Quia cùm nullus ex illis concurrat, neque compareat ad obtinendum huiuſmodi Beneficium factus eſt locus ſecundo vocato ad tradit. per Menoch. *conſ.* 215. *n.* 3. Fuſar. *conſil.* 5. *n.* 25. & ita iure merito Coruino controuerſum Canonicatum adiudicandum eſſe firmatum fuit, iuxta doctrinam Garz. *de benef. p.* 7. *cap.* 15. *n.* 8. *ad med. verſ.* 2. *non obſtat.* Rot. *in d. Gerunden. Beneficij* 5. *Maij* 1649. *§. final.* coram Me.

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. DVNOZET

Toletana Penſionis,

Lunæ 15. Ianuarij 1646.

## *ARGVMENTVM.*

De penſionibus fiduciariis Summi Pontificis authoritate in Beneficiis Hiſpaniæ in fauorem Italorum ſub Hiſpanorum nomine conſtitutis. Quomodo probetur huiuſmodi fiducia; Et quot ad illam ſufficiant coniecturæ. Quis ſit illius effectus, quando data eſt facultas transferendi penſionem ſub nomine Hiſpani ad commodum Itali conceſſam.

## SVMMARIVM.

1 *Penſiones ſæpè ſub nomine Hiſpanorum reſeruantur quas tamen Papa vult cedere ad Italorum commodum.*
2 *Intentio Pontificis reſeruandi penſiones ſub nomine vnius ad commodum tamen alterius probatur ex coniecturis.*
3 *Retentio facultatis reſignandi quid operetur in penſionibus fiduciariis.*
4 *Per obitum nominati non expirat penſio in odium illius ad quem ex mente Papæ commodum penſionis ſpectat.*
5 *Actuum cohærentia correſpectiuitatem arguit.*
6 *Ampliatur vt procedat etiamſi actus geſti fuerint inter diuerſas perſonas.*
7 *Ex tractatu præcedenti colligitur intentio partium quoad concluſionem.*
8 *Teſtis mediator & expeditor Literarum quantum probet.*
9 *Probationes imperfectæ faciunt adminiculum.*
10 *Obſeruantia ſubſecuta declarat mentem Pontificis & partium.*
11 *Penſio cenſetur confidentialis quando in ea apponuntur ea quæ non niſi in confidentialibus ſolent adhiberi.*
12 *Scientia Papæ colligitur ex ſcientia ſubdatarij.*
13 *Non reijcitur probatio penſionis fiduciariæ ſi illius qualitates probetur aliunde quàm ex libro Datarij.*
14 *Negligentia Officialis partibus nocere non debet.*
15 *Regiſtratio in chirographis Pontificiis neceſſaria eſt ex ſpeciali conſtitutione, non autem in penſionibus fiduciariis.*



16 *Solutio componendæ vtrum ſit incompatibilis cum penſione confidentiali.*
17 *Clauſula*, vitæ & morum honeſtas *appoſita in penſionibus fiduciariis quomodo intelligenda.*
18 *Qualitas penſionis confidentialis non excluditur, licèt ille qui nomen accommodat non fecerit mandatum irreuocabile.*
19 *Fideiuſſiones datæ in penſionibus fiduciariis cedunt ad vtilitatem illius ad quem penſionis commodum ſpectat.*
20 *Epiſcopo tranſlato vtrum d urent fideiuſſiones datæ pro ſolutione penſionum fiducialium.*
21 *Nomen dimiſſionis vtrum comprehendat tranſlationem Epiſcopi ad aliam Eccleſiam.*
22 *Clauſula* Quouis modo *cuius ſit efficaciæ.*
23 *Fideiuſſio verbis ampliſſimis concepta ſuffragatur etiam tertio, ſeu ſucceſſori.*

## DECISIO LXXIX.

Agenti D. Abbati Ioanni Antonio Coſta pro ſolutione penſionis ſcutorum 200. reſeruatæ vſque ſub Calendis Aprilis 1626. ſuper Archidiaconatu Toleti per Eminentiſſimum Cardinalem Borgia tunc poſſeſſo contra D. Paulum Iordanum vti fideiuſſorem qui acceſſerat huic reſeruationi, cum opponeretur de dictæ penſionis extinctione per obitum Didaci de Cardenas ſub cuius nomine apparebat facta reſeruatio, ſed tamen allegabatur à D. Abbate, nudum tantummodo nomen illum præſtitiſſe, commodum verò & vtilitatem ſpectare ad D. Abbatem, ſicut ipſe Cardenas tanquam Hiſpanus (vulgariter nuncupatus *Teſta di ferro*) habebat etiam alias penſiones ſuper ſuo capite reſeruatas ad commodum & vtilitatem Italorum, ita vt inde iuuetur D. Abbas ſubrogatione quam fecit bonæ mem. Vrbanus octauus Ioannis Gonzales Lagunes pariter Hiſpani transferendo in iſtum omnes penſiones quæ aderant authoritate Apoſtolica reſeruatæ ſuper capite dicti Cardenas.

Contigit dubitariam penſio ſit reſeruata ad commodum & vtilitatem ipſius D. Abbatis, & D. Paulus Iordanus pro ea teneatur. Quo dubio propoſito DD. vtrumque illius caput affirmatiuè reſoluerunt.

1 Etenim reſpectu vtilitatis & commoditatis pro D. Abbate animaduertebatur non eſſe nouum vt reſeruationes penſionum concipiantur in perſonam Hiſpani & nihilominus commoditas ſpectet ad Italum provt fieri conſueuiſſe referunt Garz. *de benefic. parte* 1. *cap.* 5. *numer.* 261. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 36. *numer.* 90. Caſtro Pal. *quæſtion. moral. tractat.* 13. *diſput.* 1. *puncto* 15. §. 10. *numer.* 2. Rota *diuerſor. deciſion.* 400. *num.* 2. *parte* 1. *& in Nolana penſionis* 10. *Ianuarij* 1610. *impreſſa penès* Marcheſan. *de commiſſ. parte* 1. *fol.* 622. *numer.* 8. coram Burat. *deciſ.* 835. *numer.* 6. & coram Reuerendiſſimo D. Durano *deciſion.* 183.
*numer.* 8. † ſuper quo ſi directa probatio non 2
poſſet haberi, non dubitabatur ſufficere præſumptiones & coniecturas; Lotter. *dicta quæſt.* 36. *num.* 105. Caput. *deciſ.* 200. *numer.* 6. *parte* 1. Rota *diuerſ. deciſion.* 401. *num.* 12 *part.* 1. coram Seraphino *deciſ.* 1088. *numer.* 1. *& deciſ.* 1108. *numer.* 1. *&* coram Burat. *deciſion.* 724. *numer.* 3. *& deciſion.* 791. *num.* 2.

Ita verò Papam voluiſſe in præſenti reſeruare ad commodum & vtilitatem D. Abbatis vt partes hoc etiam ita intellexiſſe apparet conſiderando non minus textum totius ſupplicationis, quàm ſeriem deſuper geſtorum ipſa die ſupplicationis & ſignaturæ illius, ac demum ante vel poſt ſupplicationem: ſupplicatio enim continebat inſimul reſeruationem penſionis cui Eminentiſſ. Cardinalis Borgia conſenſit & reſignationem etiam D. Abbatis Coſtæ de Canonicatu in Eccleſia collegiata Beatæ Virginis MARIÆ in via lata vrbis ad fauorem D. Iordani familiaris eiuſdem Cardinalis ac facultatem pro reſeruatario penſionis, transferendi & reſpectiuo Eminentiſſimi D. Cardinalis Titularis ordine illam ſoluendi etiam tranſlatam ſatis detegit contempla-
tionem habitam à Papa vtilitatis illius † alio- 3
quin fruſtratoria fuiſſet retentio reſignationis factæ à D. Abbate Coſta, vt bene ad rem ponderat Card. Seraphin. *deciſ.* 1108. *num.* 3. necnon etiam quia ſimiles facultates non conſueuerunt inſeri literis reſeruationum penſionum continentium indifferenter penſionarij nominationem cum illius commodo, ſed bene quando vnus nominatur, & alter debet habere commoditatem, vt in iſtis penſionibus Hiſpanis quorum commodum
Papa vult ſpectare ad Italum, † ne tunc 4
Italus per obitum Hiſpani in cuius perſona penſio concipitur remaneat priuatus commoditate penſionis. Lotter. *dicta quæſt.* 36. *num.* 100. Caſtro Pal. *dict.* §. *decimo quæſt. moral. num.* 2. *verſic. quapropter.*

Provt eadem contemplatio elicitur à cor-
reſpectiuitate penſionis ad reſignationem
quatenus eadem die ſignatæ ſupplicationis
Eminent. Card. conſenſit dictæ reſeruationi
ſic gratificans ſuo familiari cui Canonicatus
reſignatus conferebatur ac damnum reſar-
ciens reſignantis, iuxta modum in reſigna-
tionibus receptum, de quo Pariſ. *de reſignat.*
*lib.6.quæſt.2.num.2.*

Atque D. Iordanus acceſſit obligationi,
D. Cardinalis vti principalis, principaliter
& in ſolidum promittens, vltrò releuare in-
demnem D. Cardinalem, & loco Cedulæ
bancariæ demandatæ in ſupplicatione, hu-
meris ſuis impoſuit nominatim fauore D.
Abbatis Coſtæ, loca vndecim Montis fidei
cum expreſſione etiam quod ipſa remane-
rent obligata donec penſio durauerit etiamſi
5 Archidiaconatus in alios transferretur,† quæ
actuum cohærentia cum omnino veriſimi-
lem inferat correſpectiuitatem, vt inde vnus
actus intelligatur, ad tradita per DD. *in l.*
*petens C. de pactis*, Menoch. *conſil.* 1. *n.* 345.
Surd. *conſil.* 17. *num.*9. Gabriel. *de præſumpt.*
*concluſ.* 13. *num.* 45. Cardin. Mantic. *de tacit.*
*& ambig. lib.*2. *tit.* 3. *num.*2. Pariſ. *de reſignat.*
*libr.* 3. *quæſtion.* 2. *num.*25. *& lib.*1 4. *quæſt.* 7.
*numer.* 45. Giurba *deciſ.* 85. *num.*18. vbi poſt
6 alios affirmat, *num.* 20. † id procedere, ſiue
actus geſti fuerint inter eaſdem, ſiue diuer-
ſas perſonas; Rota *recent. deciſ.* 12. *num.* 40.
*parte* 5. coram Buratt. *deciſion.* 361. *numer.*4.
& coram Reuerend. Durano, *deciſ.*11. *n.*12.
vtique ſuadet perſonam D. Abbatis nomi-
natam in prima parte ſupplicationis ſubin-
telligi etiam in ſecunda, quoniam in cor-
reſpectiuis, vnum alteri ineſſe cenſetur: *l.*
*lecta ff. ſi cert. pet. l. ſi ventri*, §. *in bonis de pri-*
*uil. credit.* Bald. *conſ.*3.17. *per totum lib.*3. Alba
*conſil.*240. *num.*31. Ioann. Franciſc. à Ponte,
*conſil.*69. *num.* 19. Rota *recent. deciſ.*428. *n.6.*
*p.*1. *dec.*108. *n.*5. *p.*5. *& dec.*323. *num.*86. *p.*6.
7 Et id ipſum denique conuincunt, tum
præcedens tractatus reſeruandæ penſionis ad
commodum, & vtilitatem Domini Abbatis
reſignantis, vnde rectè ſumitur interpreta-
tio concluſionis; Surd. *conſil.* 202. *num.*19. *&*
*ſeq. & dec.*295. *num.*10. *& dec.*238. *num.*30. *&*
*ſeq.* Addentes ad ſanctæ mem. Gregor. XV.
8 *dec.* 169. *num.*7. † vt probatur per teſtem me-
diatorem, ſeu expeditorem Literarum reſi-
gnationis & penſionis, cui licèt vnico de-
fertur ita deponenti de facto proprio ſaltem
concurrentibus adminiculis, Crauet. *con-*
*ſil.* 178. *num.* 7. Caput. *deciſ.* 271. *numer.*1.
*& 3. parte* 3. Rota *diuerſ. deciſ.* 220. *num.* 4.
*parte* 2. coram ſanctæ mem. Gregor. XV.
*deciſ.*247. *num.* 6. *& recent. deciſ.* 162. *num.*3.
*& dec.*201. *num.*9. *part.*5. *& dec.*87. *n.*9. *part.*6.

Nimirum contemporanea & conformi ad-
notatione in libro ipſius expeditoris, ac de-
poſitione alterius teſtis quoad ordinem da-
tum Hiſpano de Cardenas per D. ſubdata-
rium ſeſe gerendi in iſta penſione ad inſtar
reliquarum ſui nomine cantantium in Hiſ-
pania, cuius libri, ſeu depoſitionis efficacia,
licèt non careat aliquali dubitatione reſpe-
ctu integræ fidei, ex traditis per Buratt.
*deciſ.* 835. *num.*14. † tamen eſt conſiderabi- 9
lis ad effectum ita adminiculandi, ſicut dici-
tur de ſcripturis, & cæteris probationibus
informibus, vt aduertunt Bald. *conſil.*204. *n.*7.
*lib.*3. Rota *recent. dec.* 210. *num.*3. *& dec.*508.
*num.6. parte* 1.

Tum etiam qualitas eiuſdem Hiſpani ha-
bentis ſimiles penſiones ad commodum, &
vtilitatem Italorum cum obſeruantia ſecu-
tarum ſolutionum ad commodum, & vtilita-
tem D. Abbatis, tam de ordine dictorum
Cardenas & Lagunes quàm etiam ſine eo,
ſed per ipſum exigendo, vt ex quietanciis &
depoſitionibus teſtium, † quæ etiam obſer- 10
uantia declarat & demonſtrat ſic Papam, &
partes ab initio intellexiſſe, ex adductis *in*
*dec.*261. *num.*4. *&* 301. *num.*8. *& dec.* 419. *n.*6.
*parte* 1. *recent.*

Et ex his de ſcientia Papæ DD. non dubi-
tarunt ſiue illa reſultet ex actuum correſpe-
ctiuitate, vt dictum eſt ratione reſignationis,
& reſeruationis reſpectiuæ quaſi hoc ante
oculos ponat ſupplicantes nihil aliud inten-
diſſe, quàm ex quadam veluti permutatione,
penſionem ſuccedere loco Canonicatus, ad
reparandum cum menſura iuſtitiæ incom-
modum, quod ob dimiſſionem propriæ vtili-
tatis ad inuicem ſuſtinebatur, ſiue ex inſer-
ta in eademmet ſerie reſeruationis penſionis
ipſa facultate eam transferendi, quando nun-
quam alias in eodem contextu reſeruationis
ſolita à Papa reſpectu aliarum penſionum
denotat id agi, vt in illis confidentialibus
penſionibus obuietur poſſibilitati extinctio-
nis earundem ſi fortè contingeret prædece-
dere Hiſpanum qui nomen accommodauit,
indequè emergat declaratiua expreſſio quod
non debeat commenſurari duratio penſionis
ad vitam nominati reſeruatarij, ſed hoc etiam
extincto hoc curari, vt ſuperſtes exiſtat pen-
ſio, ne pereat illius commoditas, cui verè
gratia reſeruatæ penſionis dirigebatur, ſiue
in decreto contento in ſupplicatione abſolu-
torio Hiſpani, & Tranſlatarij à ſolutione ter-
minorum exactorum penſionis in omnem
caſum repetitionis à Titulari, quod propriè
& præciſè conuenit naturæ penſionis con-
fidentialis cum tali caſu ſatis ſit emergere
ſcientiam, & poſſe eam excitari in Pa-
pa ex toto tenore ſupplicationis ſibi
porrectæ



porrectæ, & ex rebus ac verbis in ea con-
11 tentis, † præcipuè ex ſimili confidentiali
penſioni tantummodo conuenientibus, quæ
proinde benè excludunt præſumptionem
ignorantiæ, ad probationem ſcientiæ inde
reſultantis, Riminald. Iun. *conſil.*324. *n.*328.
Bero *conſil.*1. *num.*10. *volum.*3. Pariſ. *de confi-*
*dent. quæſt.* 40. *num.*10. *& ſequent. & num.*19.
21. *&* 31. *& de reſignat. quæſt.* 2. *num.* 67. *&*
*ſequentib. lib.*2. *& lib.*10. *quæſt.*2. *num.* 15. *&*
*ſequentib.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.*36.
*num.*92.97.100. *& ſequentib. & lib.*3. *quæſt.*9.
*num.*49. Rota *deciſ.*271. *lib.*2. *parte* 3. *diuerſ.*
12 Et hoc ita voluiſſe & intellexiſſe Papam
expromere ſupradictum ordinem datum
eidem Cardenas à Domino ſubdatario per
quem vti per organum defertur nobis vox
& intentio Papæ, & ex illius ſcientia de
ipſiuſmet Principis ſcientia certioramur;
Riminald. Iun. *conſil.* 640. *numer.* 20. *&* 29.
Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 26.
*&* 27. Rota *dec.*387. *ſub num.6. verſic. Vnde in-*
*ferebatur part.* 3. *recent.*
13 Non obſtat quod hæc penſio non repe-
riatur deſcripta in libro Datariæ, vbi adno-
tantur ſimiles penſiones confidentiales,
quidquid enim aliis duntaxat probationem
haberi poſſe dixerint, Garſ. *de benefic. part.*1.
*cap.* 5. *numer.* 270. Cardin. Seraphin. *deci-*
*ſion.* 1088. *ſub numer.* 4. Buratt. *deciſion.*835.
*numer.* 9. loquuntur in caſu in quo ex teno-
re ſupplicationis, & ſubiecta materia ve-
ritas non percipiebatur, nec excludunt
quin ex ipſa ſupplicatione & Literis proba-
tio valeat deſumi, cùm imò Literæ & ſup-
plicatio plenè probent; Rota *deciſion.* 28.
*de probationib. in antiquis*, *deciſion.*265. *num.*6.
*part.* 5. *recent. & in propoſito dec.* 599. *num.* 2.
*part.* 1. *diuerſ.*
14 Neque incuria Officialis ad quem ſpe-
ctabat munus ita deſcribendi, nocere de-
bet Italo habenti fundatam intentionem in
aliis probationibus, vt in ſimili de Nota-
rio omittente deſcribere inſtrumentum in
ſuo protocollo, dixit Rota coram Cardin.
Caualer. *deciſion.* 122. *numer.* 11. & coram
Buratt. *deciſion.* 10. *num.* 6. *&* 7.
15 Aliud autem ſimile contrarium de Chi-
rographis ex defectu regiſtrationis ineffi-
cacibus, diluitur; quia in illis adeſt pe-
culiaris conſtitutio fel. record. Pij V. *de*
*Regiſtrandis.* At gratia penſionis perfectio-
nem recipit à ſola ſignatura ſupplicatio-
nis; Caſſador. *deciſ.*4. *num.*2. *de conſ. poſſeſſ.*
*& propriet.* Rota *diuerſ. deciſion.*418. *num.*3.
*parte* 1.
16 Minus refert Literas penſionis fuiſſe
expeditas cum ſolutione compoſitionis quæ
non ſolet ſolui in penſionibus Hiſpanis
confidentialibus, quia hoc ita contingit
quoad reſeruatas in beneficiorum proui-
ſionibus, nec in reſignationibus in fauo-
rem, nec quidem ratione qualitatis pen-
ſionis ſed perſonarum, cùm plerumque
concedantur familiaribus, & aliis charis
Summo Pontifici eximi ſolitis à ſolutione
compoſitionum, vt *in dec.*40. *num.* 10. *verſ.*7.
*quia, in fine part.*1. *diuerſ.*

Et quia ſolutio componendæ potius re-
torqueri poteſt pro D. Abbate, qui illam
impendit ad coadiuuandum aliunde proba-
tam ipſius contemplationem, elicitur *ex*
*deciſione* Buratt. 724. *numero* 3. *&* 791. *nu-*
*mero* 2.

Nec eſt conſiderabilis ratio per Papam 17
deducta in Literis reſeruatoriis vitæ & ho-
neſtatis morum dicti Hiſpani, vel attento
quod illa verificari poſſit reſpectu proprie-
tatis remanentis penès Hiſpanum, in quo
propterea requiritur morum honeſtas &
character clericalis, *Ex opere morali tom.* 3.
*tractat.* 42. *cap.* 9. *num.* 19. Vel etiam quia
effectus conceptorum verborum erga Hiſ-
panum proprietate, ſeu nomine fruentem
magis dirigatur ad Italum contemplatum
reſpectu commodi, iuxta regulam, *Plus va-*
*lere quod agitur, quàm quod fictè concipitur:*
*l.* 1. *& toto titul. Cod. plus valere quod agitur*,
cum aliis quos in ſpecie penſionis retulit,
& ſequuta eſt Rota *impreſſa penès*, Pacif. de
Saluiano *dec.*129. *n.*3.

Nec releuat traditum non fuiſſe ab Hiſ- 18
pano conſuetum in penſionibus confiden-
tiariis dari mandatum irreuocabile ad exi-
gendum, de quo *in deciſion.* Buratti 835.
*numero* 8. illud enim ſæpiſſimè conſueuit
omitti, vt *in deciſ.* Cardin. Seraphini 1088.
*numer.* 9. Cui in omnem caſum vel alteri
defectui etiamſi adeſſent alicuius momenti,
præualerent ſolida fundamenta comprobatæ
contemplationis commodi, & vtilitatis pro
D. Abbate ex ſuprà allegatis.

Hinc firmato antecedenti contemplatio- 19
nis prædictæ, reſultat neceſſaria conſequen-
tia, vt D. Iordanus vigore ſuæ acceſſionis,
ſeu fideiuſſionis teneatur ſoluere D. Abbati
Coſtæ, cum omnes penſiones reſeruatæ
Hiſpano de Cardenas fuerint per bonæ me-
moriæ Vrbanum VIII. tranſlatæ, habita ge-
nerali, & indifferenti relatione, provt in
diuerſis ſupplicationibus, ſeu ſcedulis mo-
tus proprij deſuper ſignatis continebatur,
in perſonam Ioannis Gonzales Lagunes, qui
adhuc viuit atque vis obligationum, ſeu fi-
deiuſſionum tali caſu tendat ad Itali com-
modum, non autem ad Hiſpani vtilitatem,
Gratian. *diſcept.*131. *num.*20. Rota *in impreſſ.*
apud Pacif. *d. dec.*129. *n.*3.

20 Nec tranſlatione ſecuta Eminentiſſ. Card. Borgiæ ad Eccleſiam Hiſpalenſem, ac deinde ad Toletanam poteſt dici acceſſionem D. Iordani expiraſſe; quia nedum in reſeruatione penſionis, iuxta quam & iuxta omnia decreta in ea contenta ſe obligauit D. Iordanus, cauetur expreſsè quod omnes obligationes, & acceſſiones conſiſtant in ſuo robore etiam poſtquam idem Cardinalis dimiſiſſet Archidiaconatum niſi ſucceſſor fecerit ſimilem obligationem, & teneri præcisè ſe ac ſuos ſucceſſores, & fideiuſſores velle declarauit idem Eminentiſſ. D. Cardinalis ad formam omnium decretorum reſeruationis ipſa penſione durante, etiam quod quacunque authoritate aut motu proprio Papæ fieret de dicto Archidiaconatu aliqua prouiſio donec prouiſi ſe taliter obligarent, & cœteras cautelas, hi in vrbe præſtarent pro dictæ penſionis ſecuritate ac dimittere intelligatur, qui conſenſit incompatibili aſſecutioni; Paril. *lib.* 1. *de reſignat. q.* 1. *n.* 40. vbi ex Mandoſ. *ſuper reg. de infirm. q.* 13. *n.* 8. *&* 9.

21 Aut quod verbum *Dimiſſio* eſt loco generis, & complectitur quemcunque actum per quem quis abdicat ius proprium eoquè magis vbi tranſlatio (vt in præſenti) ſucceſſit propter meritum tranſlati; tunc enim effecta intelligitur ex parte eiuſdem tranſlati à proprio conſenſu & acceptatione, Abb. *in cap. vlt. n.* 13. *de poſtulat. Prælat.* Calderin. *conſ.* 1. *de tranſlat. Prælat.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 28. *num.* 77. *&* 79. & fuit dictum *in Bononien. beneficiorum* 29. *Maij* 1645. coram R.P. D. meo Bichio. Teneaturquè ad intereſſe, & ſic ad ſolutionem Eminent. D. Cardinalis, & ipſe D. Iordanus principalis fideiuſſor, donec integrum factum alienæ futuræ obligationis ab ipſis omnino præſtetur, ex Rota coram S.M. Gregor. XV. *dec.* 241.

22 Sed & vlterius obligatio D. Iordani emanauit de ſoluendo abſolutè donec penſio durauerit cùm ſpecificatione, etiamſi Archidiaconatus huiuſmodi quouis modo vacando ad alios tertios poſſeſſores transferatur: nam verba, *Quouis modo* adiecta vacationi important irrefragabiliter omnem eius modum conſiderabilem; Gabr. *conſ.* 187. *n.* 9. *lib.* 1. Roland. *conſ.* 4. *n.* 48. *lib.* 1. Laurent. *dec. Aueniononenſi* 110. *n.* 1. cum aliis per Modern. Luſit. *dec.* 399. *n.* 1. *& ſequentib.* Rot. *diuerſ. dec.* 705. *num.* 19. *parte* 1.

23 Ac ſine dubio potuit idem Iordanus velle manere ſuam obligationem poſtquam Archidiaconatus quomodocunque in aliam perſonam tranſiiſſet, quia non prohibetur quis fideiubere pro alio, & ſe obligare pro re aliena, vt deciſum fuiſſe in vna Præneſtina, & Senenſi penſionis 10. Ianuarij 1558. coram Quiroga referunt, & ſequuntur Pariſ. *de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 16. *&* 17. Garſ. *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *n.* 180.

Et ita vtraque parte informante, &c.

---

Coram R. P. D.

## IOANNE CHECCONIO Auditore Gen. Legat. Auenionen̄.

*IN CAVSA*

### Caualliceñ. Spolij.

Lunæ 14. Auguſti 1659.

## *ARGVMENTVM.*

VTrum Capitulum Sede Vacante habeat ius deſtituendi Officiarios menſæ ad exercitium iuriſdictionis temporalis ab Epiſcopatu dependentis deputatos, & cui danda ſit manutentio, nempe an graffario Curiæ temporalis deputato per Capitulum, Sede Vacante, an verò deputato per Epiſcopum defunctum.

## SVMMARIVM.

1 *Ius Regaliæ non habet locum in Comitatu Venaiſſino.*

2 *Ciuitas Auenionenſis, & Comitatus Venaiſſinus ſub Gallo prouincia collocantur. Et ſubiiciuntur Pontificiæ iuriſdictioni*, numer. 3.

4 *Locus aliquis poteſt eſſe in Diæceſi, & tamen non eſſe de Diæceſi.*

5 *In ciuitate Auenionenſi, & Comitatu non eſt locus ſpolio, niſi agatur de Archiepiſcopis & Epiſcopis.*

6 *Conſuetudines Galliæ locum non habent apud nos qui ſumus ſubditi Papæ in ſpiritualibus & temporalibus*, num. 7.

8 *Manutentio concedenda eſt graffario non obſtante deputatione Capituli, quæ altiorem requirit indaginem*, & n. 9. & 10.

11 *Inſtantia nullitatis non impedit manutentionem.*

12 *Capitulum Sede Vacante non poteſt reuocare locationes factas per Epiſcopum defunctum, poteſt tamen ſi tempus locationis ſit finitum nouam facere locationem*, & n. 13. & 33.





14 *Capitulum Sede Vacante nihil poteſt innouare cùm ſolam habeat adminiſtrationem iure cuſtodiæ & fiduciæ.*

15 *Capitulum Sede Vacante non poteſt Officiarios Epiſcopi defuncti deſtituere, ſed debet omnia relinquere in eodem ſtatu*, n. 16. & 27. 28. 29. 30. *& ita declarauit Congreg.* n. 31.

17 *Locationes bonorum Eccleſiæ, vltra triennium ſunt in totum nullæ, fallit ſtante conſuetudine in contrarium*, num. 18.

19 *Officium Actuarij Curiæ Epiſcopalis poteſt, locari mediante pecunia*, & n. 20.

21 *Locatio bonorum Eccleſiæ ad quadriennium eſt valida quando fructus alternis annis percipiuntur.*

22 *Conceſſio Epiſcopi facta de aliquo officio, reſoluitur per illius mortem eodemquè modo reſoluitur locatio*, n. 23. *Intellige volente Epiſcopo ſucceſſore*, n. 24. & 32.

25 *Actus nullitatem continens non dicitur nullus niſi is cuius fauore nullitas inducitur, hoc velit.*

26 *Clauſula decreti irritantis non operatur niſi volente parte.*

28 *Officiales remanent in exercitio donec ſucceſſor aduenerit.*

34 *R. Camera quæ ſuccedit iure ſpolij cùm habeat ius limitatum non poteſt reuocare locationes factas per Epiſcopus defunctum*, & num. 36.

35 *Obtinens ſequeſtrationem fructuum in manibus coloni cenſetur approbaſſe locationem.*

37 *Actus clandeſtini, vel qui dederunt cauſam liti non ſunt manutenibiles.*

38 *Capitulum Sede Vacante ſuccedit in iuriſdictione Epiſcopi. Intellige quoad ea quæ ſunt neceſſaria, non quæ dependent ex voluntate & liberalitate*, & n. 39. 40. & 41.

42 *Adminiſtrator non poteſt exercere ea quæ ſunt liberalitatis, quod non ſolùm habet locum quoad beneficia, ſed etiam quoad officia*, num. 43.

44 *Capitulum Sede Vacante poteſt Parochiales vacantes ad tempus commendare, vel ad tempus vrgente neceſſitate officij exercitium concedere*, num. 45. *Non tamen colonos ſine cauſæ cognitione expellere*, n. 46.

47 *Camera in caſibus in quibus locus eſt ſpolio, eſt loco Capituli Sede Vacante, ſicut Oeconomi qui in Gallia deputantur*, n. 48.

49 *Quæ ſit ratio diuerſitatis inter deputationem Vicarij Sede Vacante & aliorum Officialium*, & n. 50. 51. 52. & 53. *vbi refertur caſus deciſus per Sacram Congregationem Concilij.*

54 *Capitulum Officiales in officio delinquentes cum cauſæ cognitione officio priuare poteſt, non tamen illos ſine cauſa deſtituere*, num. 55. & 56.

57 *Conſuetudo cui ius reſiſtit, requirit probationem temporis immemorialis.*

58 *Sede Vacante non poteſt induci conſuetudo contra Eccleſiam.*

59 *Ex eo quod Capitulum Officiales inſtituit, ex eo non infertur poteſtas illos ſine cauſa deſtituendi.*

60 *Collatio officij eſt actus liberalitatis, confirmatio verò neceſſitatis.*

61 *Immemorialis excluditur ex vnico actu geſto in contrarium.*

62 *Qui venit ex nouo titulo tenetur probare ſuam habilitatem.*

63 *In dubio iudicandum eſt contra Capitulum Sede Vacante.*

## DECISIO, SEV VOTVM Deciſiuum LXXX.

PEr obitum Illuſtriſſ. Franciſci d'Hallier
Epiſcopi Cauallicen. deuolutum fuit Ius
Spolij ad R. Cameram Eminentiſſimi Cardi-
nalis Legati vigore Literarum Fœl. rec. Vr-
bani VIII. ſub 15. Decembris 1624. aliarum-
què Legationis huiuſce facultatum. † Eſto 1
enim quod Ius Regaliæ ſpeciem ſpolij in
Galliâ præſeferens non habeat locum in
Gallo-Prouincia, teſte Lud. Bell. *conſ.* 75. *n.* 4.
*&* 5. in qua ſitam eſſe Auenionem, † & Co- 2
mitatum Venaiſſinum teſtantur, Plin. *lib.* 3.
*cap.* 4. Cæſ. de Bell. Gall. *in Catalog. Priſcor.*
Gall. Populor. Bertrand. *conſ.* 237. *num.* 1. *lib.* 6.
Lud. Bell. *conſ.* 4. *num.* 1. *& conſ.* 57. *n.* 42. † & in 3
temporalibus ſubiici Summo Pontifici vti
Comiti. Modern. Auen. Sanleger. *var. reſol.*
*lib.* 2. *quæſt. Ciuil.* 34. *num.* 10. † & ſic eſſe in 4
Galliâ, licèt non ſit de Galliâ adinſtar loci
exiſtentis in Diœceſi, licèt non ſit de Diœ-
ceſi, Koch. *de Iuriſd. in exemp. lib.* 4. *q.* 54. *n.* 2.
Rot. *dec.* 324. *n.* 3. *&* 4. *p.* 1. *rec.*

Attamen intrare hic Spolium quoad Epiſ- 5
copos, & Archiepiſcopos † licèt non intret
quoad ſæculares Clericos non fuit dubitatum
etiam ex obſeruantiâ harum partium, de qua
teſtatur Modern. Auen. *q. Beneſ. p.* 1. *c.* 96. *n.* 22.
Et generaliter † in materiâ ſpolij ſequendam 6
fore conſuetudinem tradit Noguerol. *Alle-*
*gat.* 26. *n.* 31. Nos enim propria vineta cædi-
mus, vt ait Rot. Auen. apud Hier. à Laurent.
*dec.* 55. *verſic. Nos propria vineta*, nec Galliæ
conſuetudines attendimus, quando iuri Ec-
cleſiaſtico, vel aliis Conſtitutionibus Pontifi-
ciis aduerſantur, Lud. Bell. *conſ.* 57. *num.* 42.
*verſic. Reſpondebatur*, cum Auenio & Co- 7
mitatus Venaiſſinus duo ſint ſtatus imme-
diatè ſubditi in ſpiritualibus, & temporalibus
ſoli Summo Pontifici, ille quidem ex vendi-
tione Ioannæ Reginæ Neapolis, 1348. 9. Iu-
nij, & conceſſione Caroli IV. Imperatoris;

Hic verò ex inſtrumento Pacis Pariſienſis
1238. Menſe April. vt latè proſequitur Lud.
Bell.*conſ*.57.*n*.7.*& ſeqq.ac n*.42.*& ſeqq*.

8 Vndè cùm ad menſam Epiſcopalem Ca-
uallicen. ſpectaret officium Actuarij † Cu-
riæ ſpiritualis, & in eius exercitio reperire-
tur Ioannes Rey ab Epiſcopo dum viueret
prouiſus; Prætenderet verò Capitulum Se-
de Vacante ſibi competere ius deſtituendi
Officiarios menſæ à ſpirituali Iuriſdictione
dependentes. Promota fuit coram Me con-
trouerſia inter prouiſum ab Epiſcopo de
Actuariatu dictæ Curiæ, & prouiſum à Capi-
tulo, diuquè tum voce tum ſcriptis diſcepta-
ta manutentio in poſſeſſione exercendi dict.
Actuariatus Officium. Tandē libratis vtriuſ-
que meritis, viſum fuit concedendam fore
prouiſo per Epiſcopum, & denegandam
prouiſo per Capitulum.

9 Fundamentum primæ partis fuit. Quia
cum appareat euidenter ex manualibus di-
ctæ Curiæ ſpiritualis mihi exhibitis de poſ-
ſeſſione, ſiue quaſi dict. Ioannis Rey conti-
nuata vſque ad obitum Epiſcopi, qui cau-
ſam dedit huic liti, ſine dubio manutentio
ei debetur ad ſtatum ſuæ poſſeſſionis iuxta,
*vulgat*. §. *retinendæ Inſtitut. de Interdict*.
10 † Non obſtante aſſ. deſtitutione tacitè re-
ſultanti ex prouiſione alteriûs factâ per Ca-
pitulum Sede Vacante, quæ dùm ex pluri-
bus redditur turbida, eſtque altiori inda-
gine digna, debuit de eâ maturiùs in pe-
titorio agitari, data interim manutentione
Ioanni, qui reperitur de tempore motæ litis
in exercitio officij, vt in fortioribus terminis
remotionis eius qui erat ad nutum amouibi-
lis reſpondere, Ann. Seni. *allegat*. 103.*p*.2.
vbi *de officio Notarij* Poſth. *de Manuten. Ob-
ſeruat*. 10.*num*.48. Gratian. *diſcept.for*. 590.
*num*.14. Garſ. *de Benefic.p*.5.*cap*.7.*n*.22.*verſic.
& cum requiratur fol*. 128. Rot. *poſt tractat.
Poſth. de manutenend. dec*. 283.*per tot*. & latè
*in Romana Subcollectoriæ* 17. *Mart*.1645. §.*quæ
omnia*, coram bon. mem. Bichio, *& in eadem*
2.*Iun*.1645. §.*quod verò* coram Eod.

11 Et generale eſt reuocationem diſpoſitio-
nis factæ vel reſciſſionem contractus inten-
tatam † non impedire interim manutentio-
nem, Ant. Fab. *in Cod. lib*.7. *tit*. 7. *definit*.38.
*num*. 2. Vincent. de Franc. *dec*. 373. *per tot*.
Rota coram Buratt. *dec*. 149. *num*. 9. *& poſt
tractat*. Poſth. *de manutenend. dec*.300.*num*.2.
*& in recent.part*.1.*dec*. 270.*num*.3. *&* 4. *& in
dict. Romana Subcollectoriæ* 17. *Martij* 1645.
coram bon.mem.Bichio, *in Romana officij* 18.
*Iun*.1649. §.*fin*. coram Eminentiſſ. D. Card.
Otthobono, *& in Romana renunciationis* 21.
*Maij* 1651. §. *nonobſtante quod*, coram Re-
uerend.D.Cerro Decano.

Quò magis dum hæc poſſeſſio videtur titu- 12
lata † ex prouiſione ab Epiſcopo viuente re-
portata mediante contractu locationis qui
eſto quod poſſit à ſucceſſore reuocari vti ge-
ſtus nomine proprio, quidquid aliud, ſi no-
mine Eccleſiæ, Grat. *dec*. March.99.*num*.12.
Lud.Bell. *conſ*.166.*n*.3. *& per tot*. Non tamen
à Capitulo Sede Vacante id poteſt. Licèt
enim locatione finitâ poſſet Capitulum bo-
na locare † ex præciſâ neceſſitate, ne defe- 13
ctu coloni pateretur Menſa præiudicium,
Cald. Pereir. *de empt. & vendit. cap*.26.*n*.14.
Barboſ. *de Iur.Eccleſiaſt.lib*.1. *cap*.32.*num*.135.
Carol.Feuret. *tract. de Appellat. lib*.3.*cap*.4.
*n*. 37. *verſic. autre choſe ſeroit*, cum aliis *infra
citand.ſub* §.*non tamen*,*n*.46.

Attamen ſi priùs bona locuta ſint, & duret 14
locationis tempus † non poteſt Capitulum
locationem adhuc pendentem reuocare, nec
iura Epiſcopalia ad libitum adminiſtrare, vel
aliud innouare, ſed illa manutenere debet in
eo ſtatu in quo ſunt de tempore mortis Epiſ-
copi, vſque ad ſucceſſoris aduentum iure po-
tiùs fiduciæ & cuſtodiæ, quàm liberæ admi-
niſtrationis, vt declarat idem Barboſ. *de pot.
Epiſc.p*.3. *Allegat*.132.*num*.21.*&* 22.*verſic.qui
tanquam talis ſola neceſſaria miniſtraret*. Am-
broſ. Legaufræus *in Synopſ decretal. tit. ne
Sede Vacante in fin*. Azeued. *conſ*. 11.*num*. 14.
*&* 15. *verſic. neceſſarius*. Ant.Fabrit.Bleinian.
*in prax.benefic. titul. de officior. & adminiſtrat.
num*.29.*in Addit.ſub liter.N. verſic. quam colo-
nos expellere fol*.297. vbi in puncto quod Ca-
pitulum † Sede Vacante non poteſt colonos 15
expellere, vel Officiarios deſtituere ad in-
ſtar tutoris, Loyſeau *de offic. lib*.5. *cap*.5.*n*.44.
*& cap*.6.*num*. 46. vbi in indiuiduo Graffarij
Sede Vacante, Bacquet *tractat. de iurib.
inſtit. cap*. 17. *num*. 14. vbi de tutore, *& nu-
mero* 15. vbi in indiuiduo Oeconomi menſæ
Epiſcopalis deciſum refert † non poſſe Graf-
farium, & alios officiales Sede Vacante de-
ſtituere, Carol.Feuret. *tractat. de Appellat.
lib*. 3. *cap*.4. *num*. 37. vbi Capitulum vocat
ſucceſſorem momentaneum, & inſtar Cu-
ratoris manutenere † contractus factos à de-
functo, *per l. in venditione* 8. §. 1. ibi locare
debet, ſed hoc ita demum ſi ante neque lo-
catus fuerit, *ff. de bon. authorit. Iud. poſſidend*.
Lebret. *lib*.4. *deciſ*.4.*verſic. au contraire*, ibi;
*il ſaudra entendre cela ſeulement titulo fidu-
ciæ*. Nauarr. *de Spol. Eccleſ. quæſt*. 5.*numer*. 1.
vbi quod Sede Vacante † debent omnia fi- 16
deliter conſeruari iure cuſtodiæ & in ſtatu
quo tempore obitus reperta ſunt futuro ſuc-
ceſſori reſeruari, iuxta gloſſ. *in can. illud &
can. non liceat*. 12. *quæſt*.2. *& cap. quia ſæpè
extr. de elect.in* 6.

In nihilo refragante aſſ. nullitate præfatæ 17
locationis



locationis ad quadriennium factæ contra for-
mam Paulinæ, locationes vltra triennium ir-
17 ritantis † itavt nequidem intra triennium ob
indiuiduitatem formæ ſuſtineantur, ſecun-
dùm Lud.Bell. Auen. *conſ*.166. *num*.15. Ant.
de Marin.*var.tom*.1.*controuerſ*.6.*num*.7. Pelli-
cion.*qu.Iur.Illuſtr*.41.*cap*.6.*verſic.an autem lo-
catio fol*.306. Ciarlin. *controu*.8.*num*.34. *&* 35.
*& controu*.93.*n*.79. Rot.coram Merlino Pam-
philio & Penia apud Marcheſan. *part*. 1. *de
ſignat.grat. deciſ*.11.*num*.4. *deciſ*.12.*num*.1.*&
dec*.13.*num*.2.*fol*.107.*&* 103.*& in recent.part*.
1.*dec*.30.*n*.2.

18 Quia Paulina non intrat conſtito de con-
ſuetudine Eccleſiæ ſic locandi vltra trien-
nium, de qua ſufficienter hic apparuit ex plu-
ribus locationum inſtrumentis, de bonis
menſæ Epiſcopalis etiam vltra quinquenniũ
locatis, † Vnde non intrare Paulinam nota-
runt in ſpecie Ricc. *collect*.2164.*verſ*.4.*part*.6.
Vrſil.ad Afflict.*dec*.101.*num*.5.Gamm.*dec*.390.
*num*.1.& ſaltem probato, provt hic, vſu con-
trario, vt admittit, Lud.Bell. *d.conſ*.166.*n*.16.
Rot.coram Penia apud Marcheſan.*part*. 1. *de
Signatura Gratiæ.dec*.13.*n*.4.*fol*.108.

Præterquam quod dum officium ſpiritua-
le Actuarij Epiſcopatus nec vendi, nec locari
19 mediante pecunia poteſt † ſecundum Aze-
ued.*conſ*.8.*per tot*. conſequens eſt quod illius
reſpectu, vel non intret Paulina quæ ad loca-
tiones mediante pecunia factas videtur reſ-
pexiſſe. Vel quod d. locatio in caſu de quo
agitur vti veniens in conſequentiam, & ac-
ceſſoriè vnita ad locationem tabulatus tem-
poralis principaliter contemplatam non ſit
20 attendenda † ſed ſola Curiæ temporalis
Actuariatus locatio primò & per ſe intenta,
*cap.ex literis* 7. *& cap. cum ſæculum* 13. & *ibi*
DD.*extr.de Iurepatr.l*.1.*ff. de author.tutor*.&
in deputatione ſimilis officij Vinc.de Franch.
*dec*.16.*n*.10.*verſic.tranſireque exemplo* Gamm.
*dec*.390.*n*.5. Ac exinde æſtimando ſolum hu-
ius actuariatus temporalis locationem, cen-
21 ſetur ea ſolum ad Biennium facta † vt potè
cum ad quodlibet biennium (ob diuiſam al-
ternis annis cum Apoſtolica Camera tempo-
ralem iuriſdictionem) fiat vniformis fru-
ctuum perceptio quo caſu biennium, pro
vnico anno computatur, Gabriel.*conſ*.68.*per
tot.vol*.1. Couarr. *var.lib*.2. *cap*.26. *n*.6.Grat.
*diſc.for*.606. *num*.19. Surd.*dec*.52. *num*.32. &
dixit Rot. *in Tiburtina Affictus* 19. *Iunij* 1648.
§.*quia dictæ* coram Eminentiſſ. D.meo Card.
Corrado.

22 Nec obſtare viſum eſt fundamentum par-
tis, quod per mortem Epiſcopi † vacent ipſo
iura officia ab Epiſcopo conceſſa tanquam
reſoluto iure datoris reſoluatur illud accepto-
ris, *l. lex veſtigali* 31. *ff. de pignor*. Maſtrill. *de
Magiſtrat.lib*.4.*cap*.17.*num*.22.*& ſeqq*. Molin.
*de primogen.lib*.1.*cap*.25.*n*.9.*&* 17. Cabed.*dec*.
21.*per tot. part*.2. & in ſpecie Scribaniatus ab
Epiſcopo conceſſi. Molin. *d.lib*.1.*cap*.25.*n*.17.
Afflict.*dec*.101.*per tot*.Gamm.*dec*.353.*num*.3.
*&* 4. Non ſecus ac locatio ab Epiſcopo facta
† ſucceſſorem non ligat iuxt.Concil.Trident. 23
*ſeſſ*.25.*de reform.cap*.11. ſed morte Epiſcopi re-
ſoluitur Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienand.
qu*.57.*per tot*.Pacific.*de Saluian.inſpect*.4.*cap*.3.
*num*.40. Gutier. *lib*. 2.*practic.quæſt. cap*. 112.
*num*.4.*& ſeqq*.Pariſ. *de reſignat.lib*.1.*quæſt*.16.
*num*.47.*&* 48. Rot. poſt Pacif. *de Saluian.dec*.
210.*num*.3.

Quia concluſio in obiecto relata ſano mo- 24
do debet intelligi, itavt ad fauorem ſucceſſo-
ris vacare dicantur ipſo iure officia † quate-
nus à ſucceſſore fiat officialis mutatio, non
autem ad eiuſdem onus, aut præiudicium, &
antequam ab Epiſcopo ſucceſſore fiat noui
officialis creatio; Quoniam vbi lex aliquid
inducit ipſo iure, hanc ſemper interpretatio-
nem admittit parte volente † & ita ſe velle 25
declarante, vt pluribus comprobat Peregrin.
*de fideic.art*.2.*n*. 64. Cancer.*var.p*.2.*cap*.14.*n*.
165.*& p*.3.*cap*.17.*n*.253.& in fortioribus ter-
minis decreti irritantis † quod nullitatem 26
actus inducit ipſo iure, quatenus ſcilicet ille
ad cuius fauorem inductum eſt, eo vti velit
Gonzal. *ad Regul. Cancell. gloſ*.56. *n*.65.Grat.
*diſc.for*.516.*n*.8.Rot.coram Caputaquen. *dec*.
249.*part*.1. *& in Romana Legati* 18. *Februarij*
1650. §. *minuſve* coram Reuerendiſſimo D.
Cerro Decano. Vnde cum Officialium de-
ſtitutio † Sede Vacante videatur ipſi menſæ 27
pręiudicialis ceſſante deſtituendi neceſſitate;
Loyſeau *tractat. de offic. lib*. 5. *n*.44. Fabric.
Bleinian.*in prax.benefic.tit.de offic.n*.29.*in Ad-
dit ſub liter.N.fol*.297. Lebret.*lib*.4. *dec*.4.*ver-
ſic.Mais outre les ſuſdites raiſons*,*& verſic.Que
bien ſouuent*, *cum ſeqq*. Sequitur antiquos offi-
ciales tanquam habentes adminiſtrationem
cum titulo, remanere in exercitio officij 28
† donec alius à ſucceſſore prouiſus, adue-
nerit, vt in terminis Conſulis, Præſidis,
aliorumquè officialium poſt finitum officij
tempus, textus ſunt *in l. meminiſſe & in l. ob-
ſeruare ff.de offic.Pro conſul.& l.vnic*.§.*admini-
ſtratione Cod. vt omnes tam ciuiles quam milita-
res*, & docent Innocent. *in cap. cum acceſſiſſent
extr. de conſtitut*. Benedict. *in cap. Reynutius
verbo duas habens filias p*.1.*n*.39.*verſic.quo caſu
fol*.18. Molin. *de primogen.lib*.1. *cap*.25.*n*.9.*&*
11.*Grat.diſ.for*.184.*num*.46.Fontanell.*de pact.
dotal.clauſ*.4.*gloſ*.10.*p*.1.*n*.99. Guid Pap. *deciſ*.
501.& *ibi* Addent.

Et in puncto actuarij Curiæ Epiſcopalis 29
† quod Sède Vacante remanere debeat in of-
ficio donec ab Epiſcopo ſucceſſore reuocetur

Q 4 tradunt

tradunt Loyſeau *tract.de offic.lib.*5.*cap.*6.*n.*46. Bacquet *de Iurib.iuſtit.cap.*17.*num.*15.Loüet. *liter.O.Arreſt.*2.& *ibi* Brodeus *ſub liter.B.verſic.Donc pour concluſion*, *& verſic.Et d'ailleurs fol.*115.Fabric. Bleinian. *in prax. benef.tit. de offic.n.*27.*in addit.ſub lit. L.verſ.donec expreſsè ab eorum ſucceſſoribus reuocentur fol.* 296. & ratio eſt quia, vt ait Loyſeau *loc. citat.* licèt Epiſcopi dominium ſit ad vitam limitatum
30 † Officiarij tamen ab illo deputati ſunt Ordinarij & perpetui, donec à ſucceſſore reuocentur, *arg. leg. Præſidis ff. ſi cert. pet.* Ad quod notabilis eſt Theoria Ioan.Fab.*in §.item ſi adhuc n.*3.*verſ.quando quis ex mandato. Inſtitut.*
31 *de mandat.*† Atque ita in hac facti ſpecie declarauit ſacra Cong. Cardinalium relata per Card. Bellarmin.*in not.* ad Concil. Trident. *ſeſſ.*24.*cap.*16. in hæc verba; *Item Capitulum, Sede Vacante non poteſt eligere alium Officialem præter Vicarium niſi quos poterat in ſede plena.* Clarum autem eſt ſede plena Capitulum non poſſe in Actuarij deputatione ſe immiſcere, ergo neque poterit Sede Vacante; Bellarm.*loc.citat.*

32 Pariter ea quæ de locatione per mortem Epiſcopi reſoluta opponebantur, ſimili reſponſione tolluntur, vt nimirum procedant ipſo ſucceſſore petente, † & locationi ſui prædeceſſoris ſtare nolente ex ſupra deductis; Quia certum eſt ſucceſſorem facto ſui præceſſoris ſtare poſſe ſi velit; gloſ.*in cap.*1. *extr.ne ſede vacante* & in fortioribus terminis alienationis dixit Rot. *dec.*179.*num.*6. *& dec.*318.*n.*39.*&* 40.*p.*5.*rec. & in Romana Legati* 18.*Febr.*1650.*§.minuſque obſtat* coram Reuerendiſſ.D.Cerro Decano,
33 † Indequè locationem Epiſcopi ad ſucceſſoris aduentum vſque durare, dixere Grat.*diſc.for.*37.*n.*17.*verſic.ad onus ſucceſſoris & diſc.*606.*n.*1.ibi, *per ſuperuenientiam ſucceſſoris extinguitur locatio facta ab anteceſſore.* Lud.Bell.*conſ.*166. *n.*5.*verſic.ex ſuperuenientia enim ſucceſſoris.* Ant. de Marin. *tom.*2.*controuerſ.*181.*n.*4.*verſic.per ſucceſſorem reuocari.iunct.n.*7.

34 Proinde R. Camera quæ ſuccedit Epiſcopo, non iure pleno † ſed limitato donec nimirum ſucceſſor aduenerit, & quandiu ſedes vacauerit, Blein. *d.tit. de offic.n.*29.*in Addition.ſub Liter.N.* tenetur omnino ſtare locationi ab Epiſcopo viuente factæ, iuxt. Theor. Angel. *in l. emptorem, num.*2.*Cod.locati.* Grat. *diſc.for.*37.*n.*12.*&* 13.Surd. *dec.*225.*num.*60. *&* 77.*ac deciſ.*164.*num.* 24. & in puncto conferunt ea quæ ſuperius in terminis Oeconomi tutoris & Capituli firmata ſunt † non poſſe ab illis Sede Vacante colonos expelli, ex Bleinian. Bacquet, Loyſeau, & Feuret aliiſque ſupra citatis *ſub §.Attamen.num.*14.

35 Vlterius ponderatum eſt R. Cameram ex ſequeſtratione fructuum in manibus conductorum facta † videri contractus locationum approbaſſe, ita vt ab illis amplius reſilire non poſſit ex notat. in his terminis à Grat. *diſc.for.*37.*num.*27. Imò cum fructus inexacti aliique, Sede Vacante obuenientes dicantur R. Cameræ reſeruati, in locis & caſibus in quibus intrat ſpolium *ex conſtitut.* Fel. *rec.Iul.*111. de quâ latè Nauarr. *tractat. de ſpol.qu.* 5. *per tot.*
† Sequitur à Camera, Sede Vacante colonos 36
expelli non poſſe, per text. *in l.arbores §.*1.*verſic.ſpecialiter exceptæ ff. de vſufruct.* Grat. *diſc.for.*37. *n.*30. Surd. *dec.*264. *num.*6.*&* 15.& in indiuiduo Carol. Feuret. *de appellat.lib.*3.*cap.*4.*num.*37.*verſic. Entretient les beaux faicts par le defunct fol.*311.*cum aliis ſupra citatis.*

Reſolutio verò ſecundæ partis quæ denegatam prouiſo per Capitulum manutentionem reſpicit, reſultare viſa eſt ex iiſdem
fundamentis in priori parte firmatis, † Si- 37
quidem non docuit de vlla poſſeſſione ſiue quaſi ſcribendi in d. Actuarij officio, ſtante quod aſſ. actus, vigore deputationis à Capitulo Sede Vacāte reportatæ, geſti vti clandeſtini non ſunt de iure manutenibiles, & faciliùs dum iidem cauſam liti dedere, Rot. *in Vicentina adminiſtrationis Epiſcopatus, poſt tract.* Poſth.*dec.* 194.*n.* 5. & coram Gregorio *dec.*4. *n.*2.*cum aliis in Romana legati* 29. *Iuniȳ* 1652. *§.minus habitus cum §. ſequenti* coram R.P.D. meo Zarate.

Multóque minus docuit de vllo iure Ca-
pituli † ſiue ſacrorum Canonum diſpoſitio, 38
vel Concilij Tridentini attendatur, ſiue Capituli poſſeſſio deputandi Sede Vacante offi-
ciarios allegetur, † Siquidem inſpecto iure 39
communi licèt Capitulum Sede Vacāte ſuccedat in omni Iuriſdictione ordinaria Epiſcopi, ſpirituali vel temporali, neceſſaria aut voluntaria, contentioſa vel gratioſa, præterquam in caſibus à iure expreſſis, vel qui ex aliquâ ratione concludente pro expreſſis habentur, vt plenè per Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc.p.*3.*allegat.*132.*num.*21.*verſic.vel qui ex aliqua ratione concludenti.* Garc. *de benefic.p.*5. *cap.*7.*n.*4. *& ſeqq.* Lotter.*de re benef.lib.*2.*qu.*2. *n.*24.*& ſeqq.* Azor.*inſtitut.moral.p.*2. *lib.*3.*cap.*37.*verſ.ſexto.* Dian. *reſolut. moral.p.*6.*tract.*4. *reſol.*1.*per tot.* Carol. Feuret *de appellat.lib.*3. *cap.*4.*n.*27. Brodeus ad Loüet.*liter.O.Arreſt.*2. Lebret.*lib.*4.*dec.*4. Sperell. *dec.*111.*num.*39.*& ſeqq.* Rot. *dec.*166.*n.*5.*p.*3.*rec. & in Vicentina adminiſtrationis Epiſcopatus poſt tract.* Poſth. *de manut.dec.*194. *n.* 2. *Acernen. Vicariȳ* 1650. 30.*Maȳ* coram Eminentiſſ.Card. Otthobono *inter eius impreſſas dec.*230.*n.*2. *confirmata* 13. *Ianuar.*1651. coram R.P.D. meo Meltio, *& in Ampurien.ſeu Ciuitaten.deputationis Vicariȳ* 19. *Ianuar.*1646. coram eod. R.P.D. Meltio.

Hæc



40 Hæc tamen concluſio cum grano ſalis intelligitur procedere, vt nempè Capitulum Sede Vacante ſuccedat in Iuriſdictionalibus, † quoad ea ſolùm quæ ſunt meræ neceſſitatis, non quæ liberalitatis, atque hic eſt vnus ex caſibus à Iure expreſſis in quibus Capitulum vicibus Epiſcopi Sede Vacante non fungitur, quippè quæ tanquam fructus paſtoralis officij reſeruari debeant futuro ſucceſſori, iuxt.gloſ.*in Clement.*1.*verb.Capituli, verſ. item Capitulum eſt neceſſarius non voluntarius adminiſtrator.de Hæret.* latè Panormit. *in cap.his quæ n.*3.*in fin. verſ. quod in his quæ ſunt neceſſitatis. extr.de maiorit.& obedient.* Felin.*ibid.* Azeued. *conſ.*11.*n.*14. ibi; *in iuriſdictione tali quod ſit neceſſarium vt exerceatur, & num.* 15. *verſ. & ſic vbi imminet periculum, ac n.* 26. ibi, *Capitulum enim Sede Vacante tantum eſt adminiſtrator neceſſarius non voluntarius.* Lambertin. *De Iurepatron.l.*1.*q.principal.*2.*part.*9. *n.*4.5.*&* 13.*in magnis fol.*14. vbi ante *n.* 13. ait Capitulum ſuccedere in iuriſdictione neceſſaria quoad actus neceſſarios, non quoad voluntarios Rebuff.*in prax. benef.tit.de deuolut.nu.*78. *&* 86. *fol.*253. Garc.*de benef.p.*5.*cap.*7.*num.*51.*&* 54. *iuncto n.*60. *&* 69. Lotter.*de re benef.lib.*2.*q.*2. *n.* 25. *verſic. intelligitur modo vrgeat neceſſitas, & patiatur defectum miniſtrorum.* Brodeus ad Loüet.*liter.O. Arreſt.*2.*in Annotat.ſub liter.B. verſic. Et d'ailleurs, fol.* 116. Carol. Feuret. *de Appellat.lib.*3.*cap.*4.*n.*37.*verſic. Autre choſe ſeroit s'il n'y en auoit point, fol.* 311. † & latè declarat Barboſ.*de Epiſcop.p.*3.*allegat.*132.*n.*22. ibi niſi quatenus exercitium Iuriſdictionis Epiſcopalis ordinariæ neceſſarium fuerit ad vitandum Epiſcopatus præiudicium & periculum ex Epiſcopi defectu ſeu abſentia alioqui imminens, ceſſante autem huiuſmodi neceſſitate non poterit vti prædicta Iuriſdictione neque enim ius canonicum eam illi indulſit vt eſſet adminiſtrator voluntarius, ſed ſolummodo neceſſarius, qui tanquam talis ſola neceſſaria miniſtraret. Rot. *dec.*289.*n.*82. *& ſeqq.p.*6.*rec.*

Ad iura autem in contrarium adducta firmantia Sede Vacante Iuriſdictionem omnem tam voluntariam quam neceſſariam
41 tranſire in Capitulum † Reſpondetur illa ludere in verbo voluntariæ Iuriſdictionis quæ prædicari poteſt tàm de actu merè neceſſario, quàm de merè gratioſo vt de primo, Lambertin. *de Iurepatron.lib.*1.*p.*1.*princ.art.*9. *ante num.*13.*fol.*14. Azeued.*d.conſ.*11.*n.*14.*&* 15. Lotter.*de re benefic. lib.*2.*cap.*2.*n.*25.& de ſecundo, Azeued.*conſ.*9.*n.*2.3.*&* 11. Garc.*de benef.p.*5.*cap.*7.*n.*60.*&* 69. *& aliȳ ſupra citati.* Semper enim remanet certum † quod neque Capitulum, neque Camera Sede Vacante ſunt adminiſtratores liberi, ſed limitati ad ſolos actus neceſſarios *ex ſupra deductis.*

Vnde dum collatio libera & gratioſa of- 42
ficiorum quædam eſt donatio † & ſpecies liberalitatis, cum poſſe conferre cui velit excludat actum neceſſitatis; noluêre iura vt iſtæ liberalitates tranſirent in Capitulum, Sede Vacante, ſed vt Epiſcopo ſucceſſori reſeruarentur, prout in his terminis ratiocinatur, Panormit.*in cap. cum olim n.*2. *verſic.quia collatio eſt quædam donatio extr.de maiorit. & obedient. fol.*129. Felin.*in cap.his quæ n.*2.*extr.eod.* Azeued.*d.conſ.*9.*n.*3.4.*&* 5. vbi donare prohibetur quilibet adminiſtrator † etſi habeat ea quæ iuriſdictionis ſunt, Corraſ. *de Sacerdot. p.*2.*cap.*7.*num.*3. Lotter.*de re benefic.lib.*2.*q.*2. *n.* 25. *verſic.intelligitur modo vrgeat neceſſitas.* Garc. *de benefic.p.*3. *cap.*7.*n.*51. *&* 54.*& n.*60. *ac* 69. Carol. Feuret. *de appellat. lib.*3. *cap.*4.
*nu.*30. Qui omnes etſi loquantur in terminis 43
beneficiorum, † eadem tamen eſt ratio officiorum; Giurb. *obſeruat.*102.*n.*17. Et de vtroque arguit Loyſeau *tractat de offic.lib.*5.*cap.*5. *n.*44.*& cap.*6.*n.*46. Fabric. Bleinian. *de benefic. tit.de offic.n.*29.*in Addit.liter.N.fol.*297. ibi eo quod non maior videatur eſſe ratio quare Capitulum Sede Vacante officiarios deſtituat, vel inſtituat potius quàm conferat beneficia, Tum vel maximè cum ad inſtar cuſtodis & curatoris bonis dati eſſe, & conſequenter nihil innouare poſſe, ſed omnia futuro ſucceſſori reſeruare intacta debere dicatur *in cap.*1.*extr.ne Sede Vacante & in cap. cum vos extr.de offic.ordinar.*

Quo fit vt licèt Capitulum Sede Vacante 44
poſſit † Eccleſias vacantes ob neceſſitatem ad tempus commendare donec fuerit de Paſtore prouiſum, vel eligendus Epiſcopus miniſtrum præfecerit, vel alias ſuperior prouiderit, Rebuff. *in prax.tit.de deuolut.n.*78. Pauin. *de Capitul. Sede Vacante p.* 2. *quæſt.*3. Azeued. *conſ.*9.*n.*26.*verſic.donec ſuperior prouideat,* Bar-
boſ. *de Iur.Eccleſiaſt. lib.*1.*cap.*32.*n.*94. † Rur- 45
ſus licèt in caſum vacationis officij per obitum vel finiti temporis locationis, poſſet Capitulum vrgente neceſſitate imminentis periculi defectu miniſtrorum ad tempus prouidere, donec ſuperior aliter prouiderit. Barboſ. *de Iur.Eccleſiaſt.lib.*1.*cap.*32.*num.*135.*& de pot. Epiſcop.p.*3.*allegat.*132.*num.*21.*&* 22.

Non tamen exinde licet inferre id poſſe 46
ante finitam locationem, hoc eſt colonos expellere, vel officiarios ab exercitio ſine cauſa, & cauſæ cognitione remouere, † vt in puncto diſtinguendo arguunt; Loyſeau, *lib.*5.*cap.*5. *n.*44. *& cap.*6.*n.*46. Brodeus ad Loüet. *liter.O. Arreſt.*2.*verſ.Et d'ailleurs fol.*116. Carol. Feuret.*d.lib.*3.*cap.*4.*n.*27. Lotter. *de re benef.lib.*2. *q.*2.*n.*25.*verſ. & patiatur defectū miniſtrorum,* & bene Lebret.*lib.*4.*dec.*4.*per tot.* vbi ita Ar-

reſto

reſto ſupremi Senatus Pariſien.deciſum.

Imò etiam in hoc caſu ſuperuentæ vaca-
tionis per obitum,vel locationis expiratæ non
deuolueretur ius prouidendi ad Capitulum,
47 † Sede Vacante, ſed ad R. Cameræ Mini-
ſtros, qui in locis, & caſibus in quibus intrat
ſpolium ſunt inſtar Capitulorũ Sede Vacan-
te, quaſi bonis Curatores dati, Lotter. *de re
benef.lib.2.q.2.n.*40.& latè Nauarr.*de ſpol.q.*5.
48 *n.2.& per tot.*† Non ſecus ac in Gallia Oeco-
nomi à Rege dati poſt aperturam Regaliæ
per mortem Epiſcopi, vt notant Addit. ad
Bleinian.*tit.de offic.num.*29. *liter.N.fol.*297. &
Franc.Marc. *dec.*92. *p.*2. Ricc. *Collect.*880. *li-
mit.*5.*fol.*451. Vnde quoquo ſe vertat Capitu-
lum omni iure deſtitutum videtur ad effe-
ctum de quo agitur *ex prædictis.*

Neque verò poterit deficiente iuris com-
munis auxilio, conuolare ad diſpoſitionem
49 Concilij Tridentini † *ſub ſeſſ.*24. *cap.*16.con-
cedentis Capitulo facultatem deputandi Vi-
carium Sede Vacante.

Quoniam longè diuerſa ratio eſt Vicarij
50 Epiſcopi † ab aliis officiariis ab eodem Epiſ-
copo creatis,ſiquidem cum ille ſit quaſi pro-
curator Epiſcopi,vnum cum eo tribunal con-
ſtituens, expirat mortuo Epiſcopo eius de-
mandata poteſtas, hi verò nomine proprio
officia tanquam ordinaria exercentes,durant
donec à ſucceſſore reuocentur iuxta diſtin-
ctionem Ioan. Fabr. *in §. item ſi adhuc num.* 3.
*verſic. quando quis ex mandato inſtituitur in of-
ficio quod ordinarium reputatur & num.*4.*vbi de
Vicario*.Bleinian.*de benefic. tit. de offic. n.*27. *in
Addit.liter.L.verſ.Vicarij ſunt inſtar procurato-
rum.*Loyſeau *de offic.lib.*5.*cap.*6.*num.*43.*&* 46.
Carol.Feuret.*de appellat.lib.*3. *cap.*4. *num.*22.
Vnde Concilij diſpoſitio ad ſolum Capitula-
51 rem Vicarium reſtricta † ſolum comprehen-
dit caſum inſtitutionis aliorum officialium
ſi nulli extent, ſeu per obitum ſuperuenien-
tem vacent, nullatenus verò deſtitutionem
exiſtentium, vt in indiuiduo d.Concilij Tri-
dentini obſeruarunt diſtinguendo, Brodeus
ad Loüet *liter. O. Arreſt.* 2. *verſic. Et d'ailleurs,
fol.*116.Carol. Feuret. *de Appellat.lib.*3.*cap.*4.
*num.*37.*verſic. Autre choſe ſeroit s'il n'y en auoit
point d'inſtituez, ou que les pourueus vinſſent à*
52 *deceder, Sede Vacante fol.* 311. † Et magis in
ſpecie ita reſoluit ſacra Congregatio Cardi-
nalium teſte Cardinale Bellarmino in Notis
ad d.Concil.Trident.*ſeſſ.*24. *cap.*16.*verſic.non
poteſt eligere alium Officialem præter Vicarium.*
53 † Et cum aliàs ſimilis deſtitutio facta fuiſſet à
Capitulo Eccleſiæ Auen. Sede per obitum
Illuſtriſſimi Pinelli vacante medio deputatio-
nis D. Ludouici Garcini in Promotorem Fiſ-
calem, remoto D. Petro Ioſepho de Salua-
dor per defunctum Archiepiſcopum proui-
ſo; fuit hic ad priſtinum officium reſtitutus,
ex decreto ſacræ Congregationis negotiis
Epiſcoporum præpoſitæ iuxta Epiſtolam
Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti ſub 16.
Martij 1646.ad d. Capitulum tranſmiſſam &
in actis exhibitam.

Demùm allegata Capituli poſſeſſio Sede
Vacante deſtituendi Actuarios † alioſque 54
Menſæ Epiſcopalis officiarios, nec fuit pro-
bata, nec probata releuaret in caſu de quo
agitur † licet enim Capitulum ſeu Vicarius
Capitularis poſſit per viam Iuriſdictionis,
cum causâ & cauſæ cognitione delinquentes
in officio priuare,Lebret.*d.lib.*4.*dec.*4.& Pro-
motorem Fiſcalem Sede Vacante ſyndicare,
Rot. *rec.p.*3.*dec.*166.*per tot.* Non tamen po-
tuit ius illos deſtituendi ſine cauſa † Sede Va- 55
cante, acquiſiuiſſe aliter quam per poſſeſ-
ſionem immemorialem cum requiſitis gloſ.*in
cap.*1. *extr. de præſcript. in* 6.vt in ſpecie notat
Loüet.*liter.O. Arreſt.N.in Annotat. ſub liter. B.
verſic. Doncques par concluſion fol.* 115. & deci-
ſum teſtatur Lebret. *d. lib.*2. *deciſion.*4.*per tot.*
† Quia deſtitutio ſine cauſa manifeſtam ha- 56
bet iuris reſiſtentiam ad tradita per Garc. *de
benefic.p.*5.*cap.*7.*n.*22.*verſic. & cum requiratur
cauſa.*Cancer.*var.part.*1.*cap.*12.*n.*190.Ioan.à
Ponte *de pot.Proreg.tit.*3.*de Elect. Official.n.*5.
Fontanell *de pact.clauſ.*4.*gloſ.*10.*p.*1.*num.*159.
Grat.*diſ.for.*167.*num.*16.41.*&* 46.*& diſc.for.*
590. *n.*12. *&* 13. & dixit Rot. *Poſth.dec.*283.
*num.*3. *& in Romana ſubcollectoriæ* 17. *Martij*
1645. coram bon. mem. Bichio *confirmata* 2.
*Iunij eiuſdem anni* coram eod.& ideo requirit
probationem † immemorialis,quæ priuilegio 57
æquipollet,gloſ.*in d.cap.*1.*extr.de præſcrip.n.*6.
Poſth.*de manut.obſer.*44.*n.*20. *&* 48. Præſer-
tim cum officialium deſtitutio ſit menſæ præ-
iudicialis † vt ſupradictum eſt *n.*27. ex Loy- 58
ſeau, Blein. & Lebret. *loc.citat.*Indequè non
poteſt Sede Vacante induci conſuetudo, ve-
luti à ſacris Canonibus expreſsè reprobata.
Azeued.*conſ.*9.*num.*24. Barboſ. *de Iure Eccleſ.
lib.*1.*cap.*32.*num.* 135. Mareſc. *var. lib.*1.*cap.*
11.*num.*60.*&* 61. Rot. *in nou.deciſion.*7.*de rer.
permut.*

Tantum autem abeſt quod pro parte Ca-
pituli † doctum fuerit de requiſitis ad imme- 59
morialem ex productione aliquarum confir-
mationum à Capitulo factarum de Actuariis,
& Fiſcalibus in exercitio officij Sede Vacan-
te; Quoniam ab inſtitutione vel confirmatio-
ne non valet illatio ad deſtitutionem officia-
riorum, vt notant Loüet. *liter.O. Arreſt.*2. &
*ibi* Brode.*in Annotat.liter.B.verſ.Et d'ailleurs
fol.*116.Carol.Feuret.*de appellat. lib.*3.*cap.*4.
*n.*22. vbi ait in inſtitutione beneficium eſſe,
contumeliam in deſtitutione. Lebret. *lib.* 4.
*dec.*4. *verſ.*..... vbi ſubdit authoritate Saluiani
in



in inſtitutione beneficium eſſe in deſtitutio-
ne Iudicium.Loyſeau *de offic.lib.*5.*cap.*5.*n.*24.
vbi ait inſtitutionem de officio vacante ſem-
per eſſe neceſſariam, deſtitutionem vero
ſemper voluntariam & plerumque iniurio-
60 ſam, ipſique Eccleſiæ damnoſam,† ſiquidem
confirmatio eſt actus neceſſitatis, collatio li-
beralitatis,arg.*leg.cum pater* 54.ibi;*facultatem
neceſſariæ electionis propriæ liberalitatis benefi-
cium non eſſe,quid enim de ſuo videtur reliquiſſe,
qui quod relinquit, omnino reddere debuit ff. ad
leg.Falcid.& in l.vnum ex familia* 57.*§.ſi falci-
dia ff. de leg.* 2.& docet Panormit. *in cap.cum
olim n.*2.*verſic.vnde cum confirmatio extr.de ma-
iorit.& obedient.* Azeued.*d.conſ.*9.*num.*10.11.
*&* 12.Garc.& Lotter.*loc.citat.ſupr.n.*42.quos
actus liberalitatis Sede Vacante neque Ca-
pitulum,neque Cameram exercere poſſe fuit
ſupra demonſtratum.

61 Quinimò redditur penitus improbabilis
aſſ. poſſeſſio † immemorialis ex actu ſecuto
de anno 1610. per quem Eminentiſſ.Cardin.
Philonardus tunc Prolegatus Auen. deputa-
tionem noui Actuarij & Fiſcalis à Capitulo
Sede Vacante factam infirmauit,cum imme-
morialis excludatur etiam ex vnico actu in
contrarium geſto *gloſ.in d.cap.*1. *verb.memoria
extr.de priuil.in* 6. & dixit Rot. *in Pampilonen.
iuris nominandi Vicarium* 14. *Decembris* 1648.
§.*Imò* coram Eminentiſſ.D.Cardinali Ottho-
bono.

62 Tandem adducebatur prouiſum à Capi-
tulo multis defectibus † de quibus in actis,
laboraſſe. Non refragante quod per plures
annos idem officium adminiſtrârit. Quia dum
à d. officio fuerat priùs ab Epiſcopo remotus,
& hodie veniat ex nouo titulo vt aſſerit ac-
quiſito, denuò debuit eius habilitas demon-
ſtrari, ex Oldrado *conſ.* 18. Gratian. *diſc. for.*
167.*n.*54.

Ex his ſatis ſuperque viſum eſt conſtare
63 de non iure Capituli ad effectum de quo agi-
tur,† & tamen ſi quæ dubietas ſupereſſet ad-
huc pro Ioanne Rey contra prouiſum à Ca-
pitulo foret in dubio reſpondendum ex
Theoria Panormit. *in cap.*2. *Notab.* 2. *extr.ne
Sede Vacante* firmantis ſemper in dubio con-
tra Capitulum Sede Vacante pronuncian-
dum eſſe,quod latius exornat Azeued.*d.conſ.*
11.*n.*17.*verſic.ſemperque interpretandum in ca-
ſibus dubiis*,& Lambert.*de Iure patron.lib.*1.*p.*1.
*princ.art.*9.*n.*5.*fol.*14.*in magnis.*

Et ita vtraque parte ſæpius informante fuit
reſolutum.

## R. P. D. CELSO
### Alexandrina Penſionis,

Veneris 19.Iunij 1648.

### *ARGVMENTVM.*

MAnutentio in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem conceditur probata ſolutione annorum præcedentium, etiam per confeſſionem partis,& vnicam ſolutionem etiam partialem ad hoc ſufficere. Quamuis de nullitate indulti Pontificij pro retentione penſionis non obſtante matrimonio apponeretur, quia exceptiones huiuſmodi ſint, ad petitorium reijciuntur.

### SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem probatur per confeſſionem partis.*
2 *Item per probationem actualis ſolutionis etiamſi ſit vnica.*
3 *Item per probationem partis vnius termini penſionis.*
4 *Quando poſſeſſio exigendi penſionem eſt titulata eo magis eſt manutenibilis.*
5 *Miles reſignans poſt dimiſſam militiam, non poteſt vti priuilegio retinendi penſionem ſtante matrimonio, niſi nouum indultum obtinuerit à Summo Pontifice.*
6 *Exceptiones contra indultum ſi ſint turbidæ ſunt ad petitorium reijciendæ.*
7 *Manutentio lite pendente concedenda eſt dum diſcutitur veritas exceptionum.*
8 *Manutentio non pendet ab Indulto, ſed à poſſeſſione.*
9 *Sententia per appellationem ſuſpenſa non nocet.*

## DECISIO LXXXI.

DIxerunt Domini dandum eſſe manda-
tum de manutenendo D.Marcello Ar-
nutio,quia vltra exactiones factas ab Archi-
diacono anteceſſore,conſtat de quaſi poſſeſ-
ſione illius exigendi penſionem etiam à D.
Michaële Collio ſucceſſore in eodem Archi-
diaconatu † Tam ex confeſſione iudiciali 1
eiuſdem Michaëlis ſub die 11. Aprilis 1647.
*ſumm.* Marcelli *num.* 6. quæ ſufficit ad hunc
effectum, Rota *in Cæſaraugustana penſionum*
5. *Iunij*

5. *Iunij* 1608. coram Manzanedo *& dec.*429. *numer.*4. *& deciſ.*460. *num.*1. *& per tot.part.*3. *recent.*

2 Quam etiam ex ſolutione actuali facta ſub die 13. Iunij 1619. de duplis duodecim cum dimidia, quæ licèt vnica, conſtituit penſionarium in quaſi poſſeſſione exigendi, vt notat Rip.*in cap. cum Eccleſia ſutrinæ num.*53.ibiquè Abb *num.*23.*de cauſ.poſſeſſ.& propriet.*quos in terminis penſionis ſequitur Roman.*conſ.*311. *n.*7.Rot.coram Seraph.*deciſ.*436.*n.*1.*& deciſ.* 1411.*num.*2.& coram Buratt.*deciſ.*542.*num.*1. *Regien.penſionis* apud Marcheſ.*part.*1.*fol.*563. *num.*2. *& penès* Poſth. *de manutent. deciſ.*143. *num.*1.*deciſ.*163. *num.*12. *& deciſ.*318.*num.*1. *& in recent. deciſ.*538. *cod. num.part.*4.

3 Et quamuis penſio reſeruata fuerit in ſcutis 50. auri in auro; ſolutio verò non doceatur facta niſi pro medietate; nihilominus non attenditur actus exactionis particularis, ſed cauſa exigendi, quæ cùm ſit vniuerſalis per illam penſionarius dicitur conſtitutus in quaſi poſſeſſione exigendi totam penſionem; licèt partem tantum habuerit: *l.ſi cui res* 60.*ibique* Bart.*de leg.*1. & optimè firmauit Rot. *in his terminis in Calaguritana penſionis* 17. *Iunij* 1624. coram Manzanedo *apud* Poſth. *deciſ.*188. *num.* 4. *& ſeqq. & in recent. deciſ.*460.*num.*6. *part.*3.*& in Sipontina penſionis* 8. *Aprilis* 1647.coram R.P.D.meo Peutingero, cum pluribus adductis per Lotter. *de re benefic.lib.*1. *quæſt.* 38. *num.*123. *& ſeqq.& per addit.ad Greg.dec.*557.*n.*11.

4 Quæ concluſio eo facilius procedit in præſenti caſu ex quo conſtat de reſeruatione penſionis & ſic poſſeſſio eſt titulata. *cap.licèt cauſam de probatio.* Bart.*in l.ſi duo num.*4. *verſ. ſed ſi vterque ff.vti poſſidet.* Bald. *conſil.*420.*n.*8. *lib.*1. Menoch. *de retinend. remed.*3. *num.*733. & in terminis penſionis Rot. *d.deciſ.*460.*n.*6. *part.*3.*rec.*

5 Non obſtat quod Marcellus reſignauerit officium Militis Lauretani cuius vigore etiam ſi vxoratus eſſet, poterat retinere penſionem, quia attentato alio indulto S. mem. Vrbani ceſſat huiuſmodi defectus; vt dixit Rota coram Buratto *deciſ.*791.*num.*1. *& in Ferrarien.penſionis* 14. *Iunij* 1624.coram Remboldo & ipſe remanſit habilis, perinde ac ſi nunquam duxiſſet vxorem, Ancharan. *conſil.* 404.*num.*4. *verſ. diſpenſatio enim.* Dec. *conſil.* 542.*eod.num.verſ.vnde ſatis.*Rot.*deciſ.*50.*n.*11. *& ſeqq.p.*5.*rec.*

6 Exceptio verò quod dictum Indultum nõ ſit merè gratioſum illudquè indigeat iuſtificatione quæ deficit in præſenti caſu viſa fuit Dominis adeo turbida vt reiicienda veniat ad petitorium. Rota *apud* Poſth. *de manutent. deciſion.* 113. *numer.* 17. *& ſeqq.deciſion.* 157.*numer.*5.*& deciſion.*482.*numer.*3.

7 Et dum diſcutitur de validitate vel inualiditate tituli, debet interim penſionarius manuteneri in ſua poſſeſſione, ex adductis per Garz. *de benef.part.*1. *cap.*5.*num.*549.*& ſeqq.* Modern.Roman.*diſcept. forenſ.cap.*113.*n.*28. Caputaq.*deciſ.*321.*part.*1.*& deciſ.*317.*part.*2. & dictum fuit *in Romana ſubcollectoria* 17. *Martij* 1645.coram R.P.D.meo Bichio.

8 Manutentio enim pendet à poſſeſſione non autem ab Indulto. Bald. *in l. ordinarij num.* 7. *verſ.in poſſeſſorio.C. de rei vendicat.* Innocent. *in cap.bonæ memoriæ num.* 4. *de poſtulat.prælat.* vltra plures adductos *in Hiſpalen. Decimarum* 27. *Iunij* 1644.coram R. P. D. meo Corrado.

9 Nec releuat ſententia lata à Vicario Mediolanen. quia illa fuit ſuſpenſa per appellationem: *cap.cum teneamur, ibique* DD.*de appellation.*Scapuccin. *de ſalu. lib.*3. *quæſt.*7.*num.*4. *&* 5.Garz. *de benef.part.* 1. *cap.*5.*num.*551.*& ſeqq.*vbi quod non dicitur iudicatum quando fuit appellatum, Rota coram Gregor. *deciſ.* 313.*num.* 4. *& in Calaguritana penſionis apud* Marcheſ.*de comm.fol.*521.*n.*1.*&* 2.

Et ita vtraque parte infomante reſolutum fuit, &c.

---

## R. P. D. GHISLERIO
## Alboren. Penſionis,

Lunæ 1. Ianuarij 1647.

## *ARGVMENTVM.*

Manutentio concedenda eſt exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem quamuis opponeretur gratiam penſionis continere clauſulam, *Dummodo centum remaneant pro Rectore*, & probaretur illa non remanere niſi talis probatio fiat per confeſſionem partis vel per rem iudicatam, vel per publicum inſtrumentum.

### SVMMARIVM.

1 *Vnica etiam partialis ſolutio probat quaſi poſſeſſionem exigendi quia non attenditur actus particularis ſed cauſa vniuerſalis.*

2 *Exceptiones concernentes petitorium non impediunt manutentionem niſi probentur per confeſſionem partis vel per rem iudicatam, aut per inſtrumentum publicum.*





## DECISIO LXXXII.

Recuſante P. Marcello ſoluere annuam penſionem ſcut. 160. monetæ ad rationem regalium decem pro quolibet ſcuto reſeruatam Michaëli Oroſeo ſuper rectoria S. Barbaræ, ex cauſa reſignationis ab eodem Michaële factæ Petro; fuit dubitatum in Rot. an dicto Michaëli eſſet dandum mandatum de manutenendo, & cùm penſio probetur ſoluta per Petrum ad fauorem Michaëlis fuit reſolutum.

Dantur enim plures ſolutiones, vna pro libris 275.ſub die 10.Martij 1643. altera pro libris 265.ſub die 14.Febr.1644.ex quibus ſolutionibus eſt danda manutentio Michaëli,

1 †cum quaſi poſſeſſio exigendi integram penſionem acquiratur ex ſolutione, quãuis vnica & non integra, quinimò ex ſolutione minutę partis vnius ſemeſtris, quia magis attenditur cauſa vniuerſalis, ex qua fit ſolutio, ſcilicet reſeruatio, & obligatio totius penſionis; quam actus ipſe particularis ſolutionis provt in ſimili habetur, *in l.*3. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Bart.*in l.*1.*§.ſi quis hoc interdicto verſ.nam probata hac poſſeſſione, ff.de itin.& act.priuat.* nam per ſolutionem partis pẽſionis, titularis dicitur agnouiſſe totam penſionem; ex quo qui agnoſcit partem, videtur totum agnoſcere, *l.ſi cui res,* vbi Bart.*ff.de leg.*2.& ille qui petit dilationem ad ſoluendum condemnationem, videtur acquieſcere ſententiæ, & contrauenire non poteſt, *cap. ad conſultationem de re iud.* à fortiori idem dicendum eſt per ſolutionem, *argum. l.final.C.ad leg.falcid.* & plus eſt aliquid facto & re ipſa facere quàm verbis, *cap. dilect. de appell. l. ſi tamen §.ei, ff.de edilit.edict.l.Paulus reſpondit, ff.rem rat.haber.*

Petrus non negat ſe ſoluiſſe Michaëli penſionario penſiones, ſed ſtante Clauſula, *dummodo remaneant centum pro rectore*, appoſita in Literis reſeruationis, prætẽdit, non eſſe prius terminandum poſſeſſorium manutentionis, etiamſi priuilegiatum, ſed illud abſorberi à petitorio, ſtantibus probationibus factis, quod non ſolùm non remanent centum pro rectore, ſed quod pẽſiones excedunt valorem fructuum in ſcut. 50. quas prætendit reſultare; primo ex cõfeſſione eiuſdem Michaëlis emanata in fide ab eo producta in dataria, pro expedienda prouiſione, in qua clarè patet, fructus & prouentus rectoriæ ad rationem decem regalium pro ſcuto abſque emolumẽtis incertis, aſcendere ad ſcuta 150. quæ incerta, ſummam 50.ſcutorum non excedunt, computato anno fertili cum ſterili ex alia fide producta ab anteceſſore pro expediendis pariter Literis in dataria, omnino conformi ex altera confeſſione iudiciali eiuſdem Michaëlis emanata in articulis productis in partibus coram iudice delegato, ex articulis, ſuper quibus fuerunt examinati in partibus 15. teſtes omnia articulata deponentes, & demum ex relatione peritorũ electorũ à iudice delegato.



2 Hæc autem Dominis ad effectum manutentionis denegãdæ, viſa fuerunt non releuare: quia reſpectu confeſſionis Michaëlis, illa nõ probatur ex fide extraiudiciali Ordinarij, quòd beneficium cõputatis etiã incertis non excedit ſcuta ducenta, quando Michaëli cõtulit beneficium de an.1634.cùm ſit fides Ordinarij, non cõfeſſio Michaëlis qui talem expreſſionem in ſuis Literis feciſſe non probatur, nec talis fides Ordinarij continet probationem valoris per decennium, vt probandus eſt à titulari impugnante reſeruationẽ penſionis, propter obreptitiam valoris, per ea quę tradit Lotter.*de re benef.lib.*1.*q.*43.*n.*23.*&* 31. *cum aliis allegatis* per Rot. *in Caſertana penſionis* 31. *Martij* 1645. coram R. P. D. meo Bichio. Vbi dicitur aliud eſſe quando valor probandus eſt ad ſuſtinendam gratiã; quoad articulos, articulans non dicitur fateri, niſi articuli ſint dati medio iuramento, Rot. coram ſan.mem.Greg.XV.*dec.*143.*& dec.*247.*n.*15. coram Mantic.*dec.*198.*n.*3.& coram Seraph. *dec.*1054.*n.*2. quando autem ſunt dati medio iuramento confeſſio in illis emanata etiam contra articulantem plenè probat, Rot.coram Caput. *dec.*145. *lib.*1. *in manuſcript.* & coram ſan.mem.Greg.XV. *dec.*215.*n.*2. vltra quod Articuli non probantur dati à Michaële, quinimò præſumuntur dati à Petro, qui reſeruationem penſionis impugnat, & qui deſuper examinauit teſtes, ſemota autem confeſſione, non releuant relationes peritorum, cum probentur ex illorum lectura, fundatæ ſuper notulis exhibitis, & productis ab eodẽ Petro, & ſuper relationtbus teſtium, quæ requirunt indaginem, nec quidquam facit ſententia lata ad fauorem Petri ſuper reductione penſionis, vti ſuſpenſa per appellationem, ita quod cum Michaël probauerit ſuam poſſeſſionem ex pluribus ſolutionibus, in facto iuſtificatis; & hanc poſſeſſionem admittat Petrus, ſed prætendat penſionem nullam, ex quo rectoria non habeat fructus ſufficientes, talis exceptio reſpiciens petitorium non eſt apta retardare manutentionem petitam per Michaëlem, cum ad hunc effectum requiratur, quod exceptiones reſpicientes petitorium ſint probatæ, vel per confeſſionem partis, vel per rem iudicatam, vel per publicum inſtrumentum, ex allegatis per Moder. *de manut.obſeru.*42.*ſub n.*28.*&* 61.

Et ita vtraque parte, &c.

# R. P. D. ZARATE

## Hieracen. Parochialis,

Veneris 24. Ianuarij 1653.

*Ad cap. 52. de Penſionib.*

### *ARGVMENTVM.*

QVibus in caſibus poſſeſſio inſtrumentalis ſufficit ad manutentionem. Adeptus beneficium incompatibile, ſi illius poſſeſſionem obtinere impediatur, retinet ſaltem animo poſſeſſionem primi. Executor Apoſtolicus procedens non citato poſſeſſore, nulliter agit, & illum ſua poſſeſſione non priuat.

### SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis alio non exiſtente in poſſeſſione eſt manutenibilis.*

2 *Teſtis deponens quod talis poſſidet, probat detentationem.*

3 *Ex fructuum perceptione probatur poſſeſſio.*

4 *Incompatibile beneficium acquirens donec ſecundi adeptus fuerit poſſeſſionem retinet poſſeſſionem primi, ſaltem ciuilem, non obſtante decreto de dimittendo.*

5 *Adeptus beneficium incompatibile, & eo animo volens dimittere primum, iſto non priuatur, ſi ſecundum aſſequi fuerit impeditus.*

6 *Poſterior poſſeſſio vti turbatiua, & clandeſtina non eſt manutenibilis.*

7 *Executor Apoſtolicus non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione niſi proceſſerit illo citato.*

### DECISIO LXXXIII.

VIrgilius Galluccius ob non cõſequutionem poſſeſſionis Eccleſiæ Parochialis S.Catherinæ à Sede Apoſtolica obtentæ prætendebat continuationem ſuæ prioris poſſeſſionis in Parochiali Eccleſia S. Mariæ Veteris, ſeu S. Blaſij quam Carolus Cæſareus etiã prouiſus Apoſtolicus, & poſſeſſor contendebat, idcirco per dict. Virgilium pro iſtius continuatæ poſſeſſionis iuſtificatione, remiſſoria obtenta, vt in Deciſ. 4. Decemb. 1651. coram Me emanata, illiuſquè vigore factis probationibus eiſdemquè in actis exhibitis, & dato dubio cui ſit dandũ mãdatũ de manutenẽdo; Virgilio dandum eſſe Dom. reſponderunt.

1 Conſtat enim de iſtius anteriori poſſeſſione
ex publico inſtrumento illius apprehẽſionis
vſque de an. 1628. Quæ poſſeſſio inſtrumen-
talis, alio tunc temporis non poſſidente redditur manutenibilis: *l. prædia 48. ff. de acq. poſſeſſ. l. non idcircò 12. C. de fid. inſtrum.* Rot. *dec. 506. n. 1. p. 1. diuerſ. & alibi paſsim.*

Maximè quia illius continuatio vſq; ad an.
1650. quo Carolus Cæſareus poſſeſſionẽ eiuſ-
dem Parochialis S. Mariæ Veteris, ſeu S. Bla-
ſij occupauit oſtenditur ex pluribus teſtibus
mediante dicta remiſſoria examinatis depo-
nentibus prænominatum Virgiliũ poſſediſſe
prædictã Parochialem S. Mariæ Veteris, ſeu
S. Blaſij vſque ad an. 1650. † Quod certè ſuf- 2
ficit ad probandam huiuſmodi poſſeſſionem,
cùm poſſeſſio ſit actus cadens ſub cenſu corporis, & teſtis dicens quod talis poſſidet omnino detentationem, probat Abb. *in cap. cum cauſam de teſt.* Rot. *in Vladiſlauien. manutentionis 5. Iun. 1648. §. quia vltra deducta*, cor. Reuer. Terracinen. & regulare eſt poſſeſſionem ex detentatione probari. Innoc. *in c. cum olim de priuileg. & in dict. Vladiſlauien.*

Potiſſimè verò cùm dicti teſtes deponant 3
eundem Virgilium ſemper fructus exegiſſe
omniaquè alia ad eius curam ſpectantia peregiſſe præcipua argumenta poſſeſſionis. Modern. *de manut. obſeru. 23. per tot.* Rot. *dec. 131. n. 3. p. 1. rec.* & coram Buratt. *dec. 730. n. 4. & in præallegata Vladiſlauien.*

Eiuſdemquè poſſeſſionis amiſſio induci 4
non poteſt ex dimiſſione primæ Parochialis
propter conſequutionem ſecundæ ſub inuocatione S.Catherinæ. Quoniam cùm dimiſſio hæc facta fuerit in vim decreti de dimittendo inſerti in ſecunda prouiſione Parochialis S.Catherinæ ob illius incompatibilitatem cum prima, inde ſequitur quod dimiſſio primæ ſit correſpectiua ad acquiſitionem ſecundæ, vnde cum ex teſtium depoſitionibus conſtet acquiſitionem iſtam ſuum non habuiſſe effectum animus amittendi poſſeſſionem primæ Parochialis in Virgilio dimittente ceſſauit, vt propterea poſſeſſionem ſaltem ciuilem non amiſerit; *l. 3. in princip. & in §. in amittenda*, vbi DD. *ff. de acq. poſſeſſ.* Rota per ſan. mem. Greg. XV. *dec. 252. n. 4.* & ex natura correſpectiuorum eſt, vt vno ſublato corruat & alterum: *l. etiam ſi patre 30. §. ex cauſa, ff. de min. 25. ann.* Grat. *diſcept. forenſ. cap. 14. num. 4.* Rot. *in Romana Cambij 14. Februarij* 1648. §. *cum igitur*, coram R. P. D. meo Peutingero, *& in deciſione huius cauſæ ſuper remiſſoria edita 4. Decembris* 1651. coram Me, §. *releuantia.*
† Et in terminis quod dimittens beneficium 5
animo aliud conſequendi, & non conſequatur primum illud non amittat firmauit Rota *dec. 313. n. 5. verſ. in correſpectiuis*, coram Merl. quæ eſt etiam *dec. 225.* poſt Moder. *de manut.*

Ex his itaque ſequitur quod poſſeſſio Vir- 6
gilij vndequaque probata ſit manutenibilis,
§. *retinendæ, inſtit. de interdict.* & illa Caroli vti poſterior, & ſic clandeſtina & turbatiua allegari nequeat: *cap. licèt cauſam 9. de probat.* Modern. *de manut. obſeruat. 71. num. 2. & ſeqq.* Rot. *in Romana prætenſi fideicommiſſi 15. Ianuarij 1646. §. hinc dicebant*, coram bon. mem.
8 Arguelles. † Nihil etiam refragante, quod
Carolus immiſſus fuerit in poſſeſſionem mediante executione Literarum Apoſtolicarũ; nam cùm exequutor proceſſerit non citato Virgilio poſſeſſore omnino citando, Felin. *in cap. dilectus il. 1. ſub num. 1. verſic. fallit 2. de reſcript.* Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. *dec. 46. n. 9. & in dec. ſuper Remiſſoria, §. nec obſtat*, vtique nulliter proceſſit, & non priuauit Virgilium ſua anteriori poſſeſſione. Rota penès ſan. mem. Greg. XV. *dec. 69. n. 3.* cor. Buratt. *dec. 185. n. 6. in Colonien. præpoſituræ 1. Iun. 1648. §. nec obſtat quod Anna*, coram R. P. D. meo Meltio. Quia tunc dicitur agere vti priuatus. Modern. Peruſin. *de ſubhaſt. inſpect. 50. n. 13.* Rot. *in Elboren. beneficij 18. Februar. 1647. §. non attento*, coram bon. mem. Arguelles.

Atque ita pro informante, &c.

---

Coram R. P. D.

# PEVTINGERO.

## In cauſa Sipontina penſionis.

Lunæ 8. Aprilis 1647.

### *ARGVMENTVM.*

DE manutentione illius qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, & quando ſolutio facta per tertiũ præſumatur facta de mandato Titularis, qui eſt oneratus penſione. Quæ ſint neceſſaria, vt quis dicatur animo deſtitiſſe à ſua poſſeſſione. De effectu reſtitutionis in integrum aduerſus rem iudicatam. Et quod iudicio illius pendente poſſeſſor manutenendus ſit. Quid ſi reſtitutio conceſſa ſit cum Clauſula, *manutento quem de iure*, vel cum Clauſula, *Provt de iure.*

### SVMMARIVM.

1 *Confeſſio ſolutionis penſionis facta in precibus probat ad effectum manutentionis.*

2 *Mandatum illius qui penſionem pro alio ſoluit ex quibus coniecturis præſumatur.*

3 *Solutio partis penſionis producit manutentionem totalem.*





4 *Quaſi poſſeſſio exigendi ſuffragatur etiam contra ſucceſſorem in beneficio.*

5 *Valor expreſſus narratiuè, & non conditionaliter non indiget iuſtificatione in iudicio manutentionis.*

6 *Ad manutentionem ſufficit vnica ſolutio penſionis, quamuis non fuerint ſolutiones continuatæ.* 1

7 *Ad probandam amiſſionem poſſeſſionis probanda eſt petitio cum denegatione.*

8 *Sola opinio erronea excludit amiſſionem animi poſſidendi.*

9 *Res iudicata opponi non poteſt quando introducta fuit cauſa reſtitutionis in integrum.*

10 *Ampliatur etiamſi reſtitutio fuit conceſſa cum Clauſula*, Provt de iure.

11 *Manutentio concedenda eſt etiam pendente reſtitutione in integrum.*

12 *Quid ſi reſtitutio conceſſa fuerit cum facultate manutenendi quem de iure.*

13 *Quomodo intelligendum ſit quod dicitur reſtitutionem in integrum non ſuſpendere executionem quando iam antea erat inchoata.*

### DECISIO LXXXIV.

EXcellentiſſ. Dom. Princeps Octauianus Medices, olim Abbatiæ S.Mariæ de Pulſano Sipontinæ Diœceſis Commendatarius, reſeruata ſibi annua penſione ſcutorum mille ducentorum ſexaginta monetæ Romanæ, 9. Septembr. de an. 1614. eam in manibus felicis record. Pauli Papæ V. ad fauorem D. Franciſci Vrſini reſignauit, quæ poſtea per ipſius Franciſci in Societatem Ieſu ingreſſum à fel. record. Papa Vrbano VIII. D. Petro Columnæ collata fuit, qui contracto interim à Principe Matrimonio, dictam penſionem extinctam fuiſſe prætendens, coram A. C. ſuper penſionis nullitate iudicium mouit; & de voto Rotæ iuxta ſignaturæ, quam pendente iudicio adiuerat, reſcriptum, appellatione remota, cum Clauſula, quod D. Petrus non teneatur de bonis propriis, & quoad perſonam, habito voto, coram bon. mem. Cocc. ſententiam obtinuit, penſionem non ſubſtineri, nec deberi: attamen anno 1645. adita per Principem ſignatura, ſanctiſſimi, commiſſaquè mihi cauſa reſtitutionis in integrum, provt de iure, reiecta præcedente Clauſula, quod dictus D.Petrus non teneatur de proprio quod fructus perceptos, & quòd in alia commiſſione, dubitaui, an ei ſit dandum mandatum de manutenẽdo, & Dom. affirmatiuè reſponderũt.

Quia D. Princeps ſuam quaſi poſſeſſionem exigendi hanc penſionem probat ex inſtrumento, realis, & actualis ſolutionis ſcutorum 1485. de an. 1629. inter ipſum & Dominum Franciſcum Vrſinum reſignatarium celebrato; necnon ex confeſſione eiuſdem

Dom. Petri Colomnæ emanata in commiſ-
ſione,aliàs ab ipſo porrecta, dum in ea enun-
ciauit inſtrumẽtum locationis fructuum Ab-
batiæ aliàs factæ ipſi Principi,cuius vigore fa-
tetur ipſum percepiſſe fructus in cauſam pẽ-
1 ſionis, ſibi reſeruatæ, † quam confeſſionem
poſſeſſionis, à parte factam in precibus, ad
manutentionem ſufficere,dixit Rota *in Colo-
nienſi præcedentiæ*, coram bon. mem. Cardin.
Vbaldo,*impreſſa la* 32. *n.* 3. *poſt* Moder. Peruſ.
*de manutent. & in eadem cauſa* 14. *Maij anno
præterito,poſt principium* coram Me, *& in Bene-
uentana Canon.*14. *Maij* 1646. coram D. meo
Bichio, *& prius in Spiren. Monaſt.* 1. *Iul.*1643.
coram D. Carillo, Vbi reſpondetur ad obie-
ctum,fieri ſolitum,quòd verbum, *dicitur*, ab
oratore prolatum, à confeſſione ipſum non
excuſat, quando præſumptio iuris vrget con-
tra ipſum confitentem. Imò legendo verba
libelli ſupplicis contra Principem ſanctiſſimo
porrecti,patet verbum *dicitur*, nó ad captio-
nẽ poſſeſſionis; ſed eius cõtinuationẽ referri.

Deinde ex inſtrumento publico rogato de
ann. 1619. dato in Summ. Principis *n.*8.con-
ſtat,ipſi fuiſſe ſoluta manualiter,&, vt vulgò
aiunt,in contanti ſcuta 585. in cauſam termi-
norum penſionis ad eius fauorem reſeruatæ
ſuper fructibus Abbatiæ de qua agitur, tunc
poſſeſſæ à Dom. Franciſco Vrſino,& nunc à
D.Petro Columna,decurſorum, & quamuis
hæc ſolutio non fuerit ab ipſo titulari, ſed à
Roberto de Vecchiis eius nomine, facta, ibi,
(& pro eo ab illuſtriſſimo Roberto de Vec-
2 chiis,&c.)† quia tamen,non ſolùm ex magna
quantitate Summæ ſolutæ, verum etiam ex
præcedenti reſeruatione pẽſionis,& conſen-
ſu à titulari præſtito, rectè præſumi poteſt
mandatum in ſoluente, iuxta Caſſad.*deciſ.*3.
*n.*4.*de procurat.* & Rot.*dec.*196.*n.*3.*p.*1.*diuer-
ſorum; & dec.*241.*n.*5.*p.*1.*recentiorum*, provt in
terminis fuit dictum coram bon. mem. Card.
Sacrato,*in ſancti Marci penſionis* 30. *Ian.*1612.
*& in Toletana penſionum* 23.*Iunij* 1617.coram
ſanctiſſ.D. Innocentio X. tunc S. Tribunalis
auditore;quæ ſolutio vtique Principem con-
ſtituit in quaſi poſſeſſionem exigendi hanc
penſionem: *vt in d. Toletana penſionum* dictũ
fuit,*& in deciſ.*275.coram fel.rec. Papa Gre-
gor. XV. Rota *in Spoletana penſionis* 21. *Iunij*
1619. coram bon. mem. Franciſco Vbaldo,
3 *& paſſim in aliis*, † nec refert an ſolutus fue-
rit integer terminus penſionis, ſiue aliqua
eius portio; nam ex ſolutione etiam partis
penſionis,propter titulum vniuerſalem Prin-
ceps conſtitutus fuit, in quaſi poſſeſſione to-
tius, ad tradita per Lott. *de re benef. lib.*1.*q.*38.
*n.*123.Caual.*dec.*379.*n.*3. & 4.Rot.*in Pampi-
lonen.penſionis* 16.*Ianuarij* 1613.coram Reue-
rend. Damaſceno: *in Auerſana penſionis* 24.
*April.* 1626.coram bon.mem.Pirouano,*& in
Anagnina penſionis* 18. *Martij* 1630. coram
Eminent. Card. Veroſpio: † quæ quaſi poſ- 4
ſeſſio optimè ad obtinendam manutentionẽ,
ſuffragatur Dom.Principi,etiam contra Do-
minum Petrum in Abbatia ſucceſſorem, ex
deciſionibus *ſuprà* allegatis: ius enim ex per-
ſona actoris,metiendum eſt.Guido Papa *dec.*
629. *per totam*, & tradit Gigas *de penſionibus
q.*47.*n.*10.Greg.*d.dec.*275.*num.*2.Rota penès
Cenc.de Cenſibus *dec.*242.*n.*4. Cocc. *dec.*31.
*n.*5.*& in campſana penſionis* 4. *Iulij anno præte-
rito*, coram R. P. D. meo Royas *in princip.*
† maximè quia reſeruatio huius penſionis 5
non eſt conditionalis,ſub Clauſula, *dummodo,
&c.* quo caſu ad obtinendam manutentionẽ
neceſſariam eſſe probationem valoris: tradit
Grat.*diſcept.*113.*n.*73.*& ſeqq. & diſcept.*363.
*n.*40.ſed eſt pura, quo caſu probationem va-
loris non requirit. Rot. *in Cremonen. penſionis*
25.*Februarij* 1622. coram bon. mem.Cardin.
Vbaldo,*relata* per Gratian. *diſcept.*948.*n.*13.
vbi plures concordantes allegantur,hæc enim
reſeruatio, ſimplicem ſolum narratiuam va-
loris continens, gratiam nullo modo condi-
tionalem reddit,Rot.*dec.*519.*n.*4.*p.*4.*recent.*

Non obſtat Dom. Principem videri à ſua 6
poſſeſſione cecidiſſe cum multo tempore pẽ-
ſiones decurſas nec petiiſſe neque exegiſſe
doceat,vel quia ſententiæ ad fauorem D. Pe-
tri moderni Abbatis ſuper nullitate,& extin-
ctione penſionis,de anno 1638. latæ acquie-
uerit, quia ad manutentionem obtinendam
vnica exactio ſufficit: vt docet Rip. *in cap.
cum Eccleſia Sutrina num.* 53. *de cauſ. poſſeſſ.
& propr.*Seraph. *deciſ.*436. *num.*1. *& dec.*149.
*n.*2.& habetur *in ſupradicta Anagnina penſio-
nis*,coram bon.mem.Card.Veroſpio *in Roma-
na ſubcollect.* 17. *Martij* 1645. *verſ. aduerſus*,
coram D.meo Bichio, *ac in aliis ſuperius alle-
gatis.* Pẽſionario enim de ſucceſſiuis exactio-
nibus docendi onus non incumbit, † cum ti- 7
tulari eius aduerſario cuius exceptio in nega-
tiua fundatur, ideoquè terminos ſucceſſiuos
non fuiſſe petitos,& vltro ipſo petente, ſolu-
tionem eorum fuiſſe denegatam, probare te-
netur; nam in incorporalibus ad admittendã
quaſi poſſeſſionem,ſemel quæſitã, denegatio
ſolutionis cum acquieſcentia petentis requi-
ritur, vt eleganter docet Innoc. *in c. querelam
n.*3.& *ibi* Abb.*n.*2.*de elect.*Grat.*d.diſcept.*113.
*num.*21.*& ſeqq.* Mant. *dec.*172. *num.*5. Burat.
*deciſ.*823.*num.*5. Rot. *in Romana fructuum* 11.
*April.*1605.cor. bon. mem. Corduba *impreſſ.
apud* Moder. Peruſin. *tract. de manut. dec.*86.
*n.*8. vbi deciditur quod ad perdendam quaſi
poſſeſſ. exigendi penſionem, vltra denega-
tionem ſolutionis requiritur quod poſtea
penſionarius per decennium tacuerit; & ſi-





militer fuit dictum *in Cuſentana penſionis* 22.
*Iunij* 1618.coram bon.mem.Franciſco Vbal-
do,ex ea ratione, quia in incorporalibus poſ-
ſeſſio,niſi per denegationem debitoris dicitur
interrupta, & ſolo animo retinetur: *l.* 3. §. *in
amittendo,ff.de acq.poſſeſ.* Rip. *in d.cap.cum Ec-
cleſia Sutrina, n.*11.*in fin.de cauſ.poſſeſſ.& propr.*
Grat.*diſcept.*519.*num.*68. *&* 69.Rota *dec.*569.
*num.*12.*p.* 5.*recent.*& Principis acquieſcentia
ſententiæ de anno 1638. contra ipſum latæ,
cum ab ea appellauerit ei non nocet,nec ante
reſtitutionem in integrum de anno 1645. ab
eo obtentam lapſum eſt decennium: imò
tanto minus ipſi officit, quia appellationem
proſequi ex cauſa affinitatis dicti Dom. Petri
cum nepote fel. record. Vrbani VIII. omiſit.
Innoc.*in ſuprad.cap.cum querelam n.*3.*de elect.*
Rot.*in ciuit. Pleb. Penſ.*5.*Maij* 1645. coram D.
meo Bichio, quæ cauſa licèt ab ipſo Principe
tantùm opinata fuerit, neque enim ſub-
iectus etiam Pontificis imperio iuſtitia ali-
quod paſſa fuiſſet,ſi Princeps experiri voluiſ-
ſet,nihilominus ad effectum, de quo agitur,
ſatis eſt, quod hæc cauſa à penſionario fuerit
8 opinata, † nam hæc ipſa opinio animum eius
dimittendi poſſeſſionem excludit, vt in pro-
ximis terminis tradit Gratian. *diſcept.* 318.
*n.*26.Rot.*in Volaterrana Prioratus* 16. *Martij
de anno præterito*, cor. eodem D. meo Bichio,
quam vulgaris etiam illa regula confirmat,
quæ ait, quod ad animum alicuius eliciendũ,
magis eius opinio,quàm veritas attenditur: *l.
regula,ff.de iur.& fact.ignor.*Soc.Sen.*conſ.*124.
*n.*2.*lib.*4.Mantic.*de coniectur.lib.*3.*tit.*10.*n.*2.
9 Nec refert quòd ob non proſecutionem
appellationis ſententia annullationis penſio-
nis tranſierit in rem iudicatam poſtquã ma-
nutentio ceſſat maximè quando ſententia
executioni fuit demandata. Cauall. *dec.* 390.
*n.*6.*verſ.nec viſa fuit obſtare.* Rota *dec.*44.*n.*5.
*p.*4.*rec.*obiectum enim ſi reſtitutio in integrũ
conceſſa non fuiſſet procederet: ſecus verò
dum ea fuit conceſſa, nam per hanc lis reui-
uiſcit, Seraph. *dec.*945.*n.*3. Rot.*dec.*135.*n.*6.
*p.*4. *tom.* 2.*rec.* & omnia in priſtinum ſtatum
reponuntur: *l. quod ſi minor*, §. *reſtitutio ff. de
mino.* Gloſſ.*in cap.audito de reſtit. in integrum,*
10 Valenz.*conſ.*44.*num.*34. † quamuis reſtitutio
commiſſa ſit,cum Clauſula,*provt de iure.*Rot.
*in Placentina Parochialis de Malpartida, prima
Iulij* 1602.coram Litta impreſſa apud March.
*de commiſſ.p.*3.*fol.*24.*ſub n.*2. *& in Romana do-
morum* 25.*Iunij* 1646.coram D.meo Bichio.

Vlterius ponderarunt Domini optimam
rationem quod quemadmodum ſi ſententia
in iudicatum non tranſiuiſſet penſionario in
gradu appellationis danda eſſet manutentio,
11 † ita pariter ei dari debeat in gradu reſtitu-
tionis in integrum. Rot. *dec.*350. *in fin. p.*1.*&*
*dec.*436.*n.*2.*p.*4.*diuerſ.*& cor. Papa Greg.XV.
*dec.*458.*n.*8.& coram Burat.*dec.*604.*n.*14.ac
fuit dictum *in ſupra allegata Anagnina penſio-
nis*,coram Dom.Card.Veroſpio,§.*non etenim;
verſic.quia præterquam*, *vbi plures concordantes
allegantur, & in montis alti beneficij* 18. *Maij
anno præterito*, coram eodem D. meo Bichio;
ad quem effectum nulla eſt facienda diſtin-
ctio inter reſtitutionem in integrum gratio-
ſam,& commiſſam provt de iure,quia eædẽ-
met deciſiones hîc allegatæ loquuntur in ter-
minis reſtitutionis,provt de iure,quę ſemper
vel exprimitur in huiuſmodi reſtitutionibus
aduerſus rem iudicatam, vel ſubintelligitur,
& vt ſupra dictum fuit,Clauſula,*provt de iure*,
non impedit, quia per reſtitutionem in inte-
grum, omnia in priſtinum repoſita eſſe cen-
ſeantur,ac ſi res iudicata non emanaſſet.

Neque dici poteſt eſſe prius de cauſis re- 12
ſtitutionis in integrum cognoſcendum ante-
quam manutentio concedatur; quando vt in
caſu præſenti, adeſt in commiſſione reſtitu-
tionis in integrum Clauſula,*cum facultate ma-
nutenendi*, quia tunc commiſſio etiam Sum-
mariſſimum poſſeſſorium comprehendit;
quod ante omnia terminari debet, *cap.paſto-
ralis de cauſa poſſeſſ.& propriet.l.ordinarij,Cod.
de rei vendic.l.ſi de rei.ff.de iudic.* Rot. *dec.*365.
*n.*9.*p.*1.*recentiorum*, ad quem effectum lis per
ſolam commiſſionem reſtitutionis in inte-
grum, provt de iure introducta eſſe dicitur;
quamuis ſecus ſit,quod ad effectum reuocan-
di ſententiam latam, quæ ſcilicet reuocari
non poteſt, niſi poſtquam de iniuſtitia, vel
nullitate ſententiæ, & ſic de cauſis reſtitutio-
nis in integrum plenè cognitum fuerit, vt
benè diſtinguendo tradit Burat.*dec.*323.*n.*4.
Rot. *dec.*351.*n.*5.*p.*1. *dec.*307. *dec.*672. *& de-
ciſ.*731.*vbique n.*1.*p.*2.*recent.* & ita fuit ſerua-
tum *in Romana ſubcollectoriæ* 17.*Martij* 1645.
coram Domino Bichio: vbi pariter cauſa re-
ſtitutionis in integrum commiſſa fuerat cum
facultate manutenendi quem de iure quæ
Clauſula eodem modo refertur ad iuſtitiam
manutentionis,veluti Clauſula, *provt de iure*;
& quatenus referretur ad ordinem iudicij,
iſte poſtulat, vt prius Summariſſimum poſ-
ſeſſorium terminetur, & deinde de meritis
negotij principalis inquiratur: maximè de
ſtylo Rotæ, quæ cauſas reſtitutionis in inte-
grum nõ leuiter attingere,ſed plenè cognoſ-
cere, & ſub vnica illarum diſcuſſione termi-
nare, negotium principale in petitorio ſolet,
vt fuit Seruarum *in cauſa Mediolanen. Cimi-
liariatus anno* 1645. coram Me.

Accedit quod eo ipſo, quod de quaſi poſ-
ſeſſione Dom.Principis rei tunc conuenti cõ-
ſtabat,& ſentẽtia ei petitã manutentionẽ, de
qua expreſsè proteſtatus eſt,nõ cõceſſit,ſatis

reſpectu Summariſſimi poſſeſſorij de cauſis reſtitutionis in integrum conſtare dici debet, vnde quemadmodum, cognito de cauſis reſtitutionis in integrum circa negotium principale, in petitorio ſententia ferenda eſſet, ſic eodem modo in Summariſſimo poſſeſſorio pronunciandum eſt, dum circa illud ſententia contra Dominum Principem lata, apparet iniuſta, ex quo ipſi poſſeſſori manutentionem non conceſſit, ad text. *in l. de ipſa re 74. ff. de iudic. cap. cum ſuper, de cauſa poſſeſſ. & propr.* Chriſtoph. de Paz. *ad leg. reg. l.* 158. *num.* 1. Rota *in Marian. Paroch.* 3. *Aprilis* 1646. coram Reuerendiſſimo meo Decano, quæ iniuſtitia ſententiæ non tollitur, per fundamenta contracti à Principe Matrimonij: habet enim indultum Apoſtolicum ſibi conceſſum retinendi hanc penſionem, non obſtante matrimonio cum quacunque vxore, ſibi benè viſa contrahendo cuius indulti ius non eliditur per exceptionem conditionis in eo appoſitæ non ſeruatæ, per quam iubebatur, intra annum proximum, habitum alicuius regularis militiæ ſuſcipere, quod tamen neque intra dictum terminum, neque intra alios ſex menſes ad quos fuit prorogatus adimpleuit, ita enim ipſa dubietas, an tempus ſuſcipiendi habitum, à die conceſſi indulti, vel contracti matrimonij ſumere incipere debeat, oſtendit Principi interim non auferendam eſſe manutentionem in quaſi poſſeſſione exigendi dictam penſionem, in qua exiſtebat, §. *reſtituendæ inſtit. de interdict.* Greg. *dec.* 461. *num.* 1.

13 Neque executio iam facta, quæ aliàs, in gradu reſtitutionis in integrum detur manutentio operari ſolet, hic effectum hunc producit; quia intelligenda eſt de executione facta ab homine, non verò de executione, quæ venit ex diſpoſitione iuris, & quam ſecum traxit ſententia abſolutoria, vt in puncto, ſic diſtinguendo declarauit Rota coram bon. mem. Buratto *dec.* 604. *num.* 16. *&* 17. & prius fuit firmatum *in Ferrarien. bonorum de Zaualus* 26. *Iunij* 1614. coram ſanctiſſimo Domino noſtro, *& in Romana cenſus* 9. *Nouembr.* 1606. coram Penia, vnde deciſio Romana de Bombellis 13. Maij 1613. coram Cardinali Sacrato, in contrarium allegata nihil facit, quia loquitur in terminis executionis factæ ab homine in vim ſententiæ condemnatoriæ, nec petebatur ibi manutentio, neque cauſa reſtitutionis erat commiſſa cum facultate manutenendi quod etiam reſpondetur ad aliam deciſionem ex aduerſo allegatam; coram Cæſar de Graſſ. *dec.* 10. *de ſent. & re iud.* Quare Domini omiſſis pro parte Domini Petri adductis, quæ iuſtitiam ſeu validitatem ſententiæ concernunt, quæ ſatis magnam etiam pati difficultatem videntur, dum Auditor Cameræ neglecto reſcripto cum Clauſula, *non retardata ſolutione penſionis*, &c. parte contradicente in petitorio pronunciauit; Domini reſpondendo ad dubium propoſitum cenſuerunt D. Principi eſſe dandum mandatum de manutenendo. Vtraque parte informante.

---

# R. P. D. CELSO

## Viterbien. Beneficiorum,

Lunæ 23. Iunij 1653.

*Ad cap. 5. & 12. De penſionibus.*

## *ARGVMENTVM.*

DE reſignatione nulla ob non publicationem, & quod eo caſu collatio ſit Sedi Apoſtolicæ reſeruata. Quomodo intelligendum ſit ius non abdicari à reſignante in fauorem, donec reſignatarius beneficium adeptus fuerit. Publicationis neceſſitas non inducit conditionem ſuſpenſiuam, ſed puram, attamen reſolubilem; ſecundam reſignationem non valere ſi prima admiſſa fuerit.

## SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficiorum vacantium ob non publicationem eſt Sedi Apoſtolicæ reſeruata.*

2 *Excuſatio defectus publicatæ reſignationis non eſt admittenda quando impedimentum eſt tale vt remoueri potuerit.*

3 *Reſignatio facta in fauorem non abdicat ius à reſignante ſi reſignatarius non potuerit conſequi beneficium reſignatum, intellige, vt* num. 4.

5 *Si reſignatio corruat ob non expreſſum verum valorem non abdicatur ius à reſignante in fauorem.*

6 *Idem locum habet in quacunque reſignatione nulla ex defectu conſenſus.*

7 *Reſignans in fauorem ſtatim vbi Papa reſignationem admiſit, habetur pro mortuo in illo beneficio.*

8 *Si reſignans in fauorem decedat poſt admiſſam reſignationem, Beneficium non vacat per illius obitum.*

9 *Onus faciendæ publicationis non infert conditionem ſuſpenſiuam, ſed tantum reſolutiuã.*

10 *Renuncianti non datur regreſſus ad iura quibus renunciauit.*

11 *Conſenſus in parua data non reddit gratiam perfectã, ſed requiritur conſenſus formalis.*





12 *Ex ſtylo hodierno conſenſus non extenditur niſi poſt gratiam perfectam.*

13 *Atteſtatio Officialium Cancellariæ fidem facit.*

14 *Poſt primam reſignationem admiſſam ſecunda non ſubſiſtit quia iam ius abdicatum fuerat à reſignante.*

15 *Poſſeſſio iunior & clandeſtina non eſt manutenibilis.*

## DECISIO LXXXV.

REſignauit Petrus Paulus Guazzinus in fauorem Iacobi Paltonerij tria beneficia ſimplicia quæ ob non factam publicationem iuxta formam conſtitutionis Fel. rec. Gregor. XIII. Fuluius Serantonius à Sanctiſſimo impetrauit, illorumquè poſſeſſionem adeptus fuit. Quia verò idem Iacobus nouam reſignationem à Guazzino obtinuit & expeditis deſuper literis poſſeſſionem eorundem beneficiorum accepit orta fuit quæſtio inter reſignatarium & impetrantem ſuper manutentione; vnde propoſito dubio ſub die 17. Februar. præteriti reſponſum fuit vt videretur de bono iure quod hodie ad fauorem Fuluij fuit reſolutum.

1 Ipſe enim prouiſus fuit de huiuſmodi beneficiis vti vacantibus ob non publicationem reſignationis quo caſu illorum collatio ſpectat ad ſedem Apoſtolicam, vt diſponit eadem conſtitutio Greg. XIII. *in bullar. nouo tom.* 2. *in ord.* 85. & notat Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 7. *num.* 34. *& ſeqq.* Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 3. *n.* 274. *in fin. & ſeqq.* Rot. coram Merlino *deciſ.* 422. *n.* 8. *& in rec. dec.* 539. *n.* 15. *p.* 4. *tom.* 3.

Defectus verò non ſecutæ publicationis non controuertitur, & allegatum impedimentum carcerationis non videtur releuare, cum reſignatio emanauerit de menſe Decembris 1650. & carceratio ſecuta fuerit 17. Maij 1651. & ſic poſt quinque menſes à die reſignationis admiſſæ per Sanctiſſimum & conſenſus præſtiti per Reſignantem quo tempore commodè poterat publicationem
2 procurare imo † cum poſtea nullas adhibuerit diligentias, nec alia fecerit iuxta præſcriptum eiuſdem Conſtitutionis impedimentum non eſt habendum in conſideratione, vt aduertit Pariſ. *de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 13. *n.* 109. *& ſeqq.* & firmauit Rota coram Merlino *dec.* 329. *num.* 15. & latius *in Tridentina Parochialis* 5. *Decembris* 1646. coram R. P. D. meo Cerro *cum notatis per* Add. ad Quarant. *in Summ. Bullar. verbo Beneficiorum reſignatorum publicatio verſ.* 3. *limita fol. mihi* 115. & per Barboſ. *de Iure Eccleſ. vniu. lib.* 3. *part.* 15. *ſub n.* 193.

3 Non obſtat quod reſignatio facta in fauorem Paltonerij tanquam non ſortita effectum, non abdicauerit ius à Reſignante vt dixit Rota *in Neapolitana Parochialis* 15. *Martij* 1647. coram Eminentiſſ. Card. Otthobono ex quo in huiuſmodi reſignationibus quæ ad fauorem certæ perſonæ fiunt, tacita ſemper ineſt conditio, quatenus beneficium perfectè acquiratur Reſignatario; ita vt ante nec ius nec poſſeſſio abdicetur à Reſignante, vt notat idem Pariſ. *de reſign. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 8. *&* 47. *& quæſt.* 7. *num.* 9. *& ſeqq.* Rota *in Lunen. Sarzanen. beneficij* 4. *Iunij* 1631. coram Coccino penès Poſt. *de manut. deciſ.* 354. *num.* 5. *&* 6. vbi quod donec conditio purificetur & Reſignatario plenè & perfectè ius & poſſeſſio acquiratur, poſſeſſio remanet in pendenti penès Reſignantem *& in rec. deciſ.* 635. *num.* 8. *& 9. part.* 3. *cum aliis in Imolen. beneficij* 23. *Iunij* 1645. coram Eminentiſſimo Card. Corrado.

Etenim prædicta procedunt quando reſi- 4
gnatio non habuit effectum ſuum, vel ex defectu conſenſus partis, quia conditiones non fuerint impletæ vel ex defectu conſenſus Papæ quia narrata non fuerint iuſtificata vel ex alio impedimento perſonali; tunc enim non poteſt dici quod quæratur ius Reſignatario, quodque Reſignans habuerit animum dimittendi poſſeſſionem ſine quo poſſeſſio nunquam amittitur; *l.* 3. §. *non amittenda ff. de acq. poſſeſſ.* Rip. *in cap. cum Eccleſia Sutrina n.* 11. *ante fin. de cauſ. poſſ. & propriet.* Rot. coram Merlin. *deciſ.* 299. *num.* 9.

Provt de reſignatione ob malam expreſ- 5
ſionem valoris quod non abdicet ius à reſignante dixit Rot. *deciſ.* 417. *num.* 1. *& deciſ.* 419. *num.* 1. *&* 2. *part.* 1. *diuerſ.* Et de reſignatione ob conditiones & pacta non ſeruata firmatum fuit *in deciſ.* 48. *num.* 8. *&* 9. *& deciſ.* 830. *num.* 3. *&* 4. coram Buratto *in deciſ.* 214. *n.* 3. coram Merlino *& in Valentina Parochialis* 13.
*Ianuarij* 1645. coram R. P. D. Cerro. † Et ge- 6
neraliter de reſignatione nulla ex defectu conſenſus probat Garz. *de benef. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 277. *& ſeqq.* Rota *in Vercellen. Canonicatus* coram Corduba *apud eundem, vbi ſupra num.* 278.

At in præſenti caſu reſignatio habuit ef- 7
fectum ſuum & ceſſauit ius reſignantis illudquè in Reſignatarium tranſlatum fuit eo ipſo quod Papa reſignationem admiſit & gratiam prouiſiuam purè & ſimpliciter ei conceſſit, vt aduertit Mareſc. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 51. *num.* 9. *&* 27. Boër. *deciſ.* 348. *num.* 4. *verſ. in contrarium & num. ſeq.* Caſſador. *deciſ.* 1. *num.* 1. *de renunc.* Merlin. *deciſ.* 3. *eod. num. verſ. nec anterior*, & dictum fuit *in Papien. Archipresbyteratus* 11. *Maij* 1648. coram R. P. D. Cerro, vbi quod reſignans in fauorem alicuius

reſignatione admiſſa habetur pro mortuo *iuxta conſ*. Pariſ. 93.*num*.25.*lib*.4.*& deciſ*. Caualer. 104. *num*. 8. Et cum hac diſtinctione tranſiuit, Rota *in Tridentina Parochialis* 15. *Iunij* 1648. coram R.P.D.Bichio, ac in his terminis procedunt & intelligenda veniunt *deciſ*.175.*num*.2. *lib*.3. coram Puteo *deciſ*. 92. *eod. num. part*. 1. *rec. & dec. Crotonen. Parochialis* 17. *Decembris* 1621. coram Vbaldo, aliæque plures quæ in contrarium fuerunt allegatæ.

8 Quod adeò verum eſt vt ſi interim admiſſa reſignatione contingat reſignantem decedere, beneficium non vacet per illius obitum; Rot. apud Garz. *de benefic. part*. 2. *cap*. 1. *num*. 130. *& part*. 11. *cap*. 3. *num*. 305. *&* 307. *& in rec. deciſ*. 539. *num*. 15. *part*. 4. *tom*. 3. vbi quod tali caſu reſignatio non publicatur beneficium vacat ob omiſſam publicationē, non autem per obitum reſignantis, & *in Legionen. Canonicatus* 23. *Ianuarij &* 27. *Aprilis* 1640. coram Reuerendiſſimo Tarraconen.

9 Nec onus faciendæ publicationis eiuſquè incertitudo efficit quod interim prouiſio dicatur conditionalis, ſed ſolum quod ſit reſolubilis quatenus publicatio non ſequatur vt ponderat Caldaſ. *conſil*. 31. *ſub num*. 20. *verſ. item poſt acceptationem*. Mareſcot. *var. reſol. dict. lib*. 1. *cap*. 51. *num*. 26. Lotter. *de re benef. lib*. 3. *quæſt*. 21. *num*. 26. vbi notat quod conſtitutio Gregoriana reſoluit ſimpliciter ius iam quæſitum Reſignatario, Pariſ. *de reſignat. lib*. 11. *quæſt*. 7. *num*. 34. 44. *& ſeqq*. Caſſador. *deciſ*. 24. *num*. 6. *ſuper reg*. & ita apertè firmatum fuit *in d. Tridentina Parochialis* 15. *Iunij* 1648. coram R.P.D. meo Bichio.

10 Cùm igitur à principio ius fuerit acquiſitum Reſignatario illudquè abdicatum à Reſignante, ſi deinde ius Reſignatarij reſoluitur; non propterea ad Reſignantem reuolat. Nam regula eſt ſatis trita quod *renuncianti non datur regreſſus ad iura renunciata* : *l. quæritur §. ſi venditor ff. de ædil. edict*. Rota *dec*. 433. *numer*. 10. *part*. 1. *recent. & deciſ*. 12. *numer*. 3. *part*. 6.

11 Non obſtat quod reſignatio non dicatur perfecta niſi quando eſt præſtitus formalis conſenſus in Camera vel Cancellaria & extenditur à Notario, vt inquit Pariſ. *de reſignat. lib*. 8. *quæſt*. 8. *num*. 40. *&* 43. Caputaq. *deciſ*. 217. *num*. 8. *&* 9. *part*. 1. cum relatis per Barboſ. *de Iur. Eccleſ. lib*. 3. *cap*. 15. *num*. 24. & per Add. ad Buratt. *deciſ*. 787. *num*. 3. *&* 4. Ita vt non releuet conſenſus qui præſtatur in parua data quia ille non facit actum perfectum cum etiam poſt paruam datam res dicatur integra & reſignans poſſit à reſignatione recedere; idem Pariſ. *lib*. 1. *quæſt*. 12. *num*. 37. *&* 42. Gratian. *diſcept. forenſ. cap*. 191. *num*. 5. *& ſeqq*. Lotter. *de re benefic. lib*. 3. *quæſtion*. 16. *num*. 18. *&* 19. Rot. *deciſion*. 458. *per tot. lib*. 3. *part*. 3. *diuerſ*.

Nam prædicta procedunt de ſtylo antiquo ſed poſtea inoleuit praxis quod non adiiciatur conſenſus à tergo ſupplicationis niſi ille fuerit prius extenſus in Camera, vt aduertit Lotter. *de re benef. lib*. 3. *quæſt*. 16. *num*. 59. Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniuerſ. lib*. 3. *cap*. 15. *num*. 24. *verſ*. 2. *colligitur*. Imò hodie ex nouiſſimo ſtylo idem conſenſus non recipitur niſi poſt ſignatam ſupplicationem, & poſt gratiam perfectam qui conſenſus poſtea retrotrahitur ad diem ſupplicationis; Pariſ. *lib*. 1. *quæſt*. 12. *n*. 18. *& ſeqq*. Et de hoc ſtylo teſtantur quamplures practici & Officiales Datariæ, quibus in hac materia ſtandum eſſe firmauit Rota coram Seraphin. *deciſ*. 792. *num*. 3. Comitul. *dec*. 119. *num*. 5, 12

Quod autem de eo tempore nempe de menſe Decembris 1650. ſupplicatio iam eſſet ſignata conſtat ex annotatione paruæ datæ quæ nunquam apponitur niſi ſupplicationes prius manu Papæ ſignatæ fuerint vt deponunt iidem Officiales quorum fidem attenden. eſſe vltra deductas firmauit Rota coram Coccino *deciſ*. 88. *num*. 2. *& in Aſten. Coadiutoriæ* 14. *Februar. præter*. coram Me. 13

14 Nec quidquam releuat ſecunda reſignatio reportata per Iacobum ab eodem Guazzino de menſe Iunij 1652. Quia cum prima perfecta fuerit & ipſe abdicauerit à ſe omne ius non habebat quid poſſet in Iacobum transferre. Rebuff. *conſ*. 4. *num*. 5. *& conſ*. 185. *num*. 6. Pariſ. *de reſignat. lib*. 1. *quæſt*. 15. *n*. 16. *& ſeqq*. & faciunt adducta per Caſſador. *deciſ*. 9. *ſub numer*. 1. *verſ. ſed maior pars de conceſſ. præb*.

Firmato bono iure Fuluij illi manutentio concedenda venit cùm doceat de ſua poſſeſſione capta ſub die 2. Nouembris 1651. quæ in concurſu alterius apprehenſæ per Iacobum præferenda venit, cum iſta ſit poſterior, & capta non citate Fuluio; ita vt dicatur clandeſtina & non manutenibilis. Rota coram ſan. mem. Greg. *deciſ*. 6. *num*. 3. *in rec. deciſ*. 139. *num*. 5. *p*. 7. & fuit dictum *in Salernitana beneficij* 1. *Februar*. 1651. coram Me. 15

Et ita, &c. vtraque, &c.

R.P.D.



## R. P. D. DVNOZET Decano,

### IN CAVSA Ferrarienſi Penſionis,

Veneris 2. Martij 1646.

## ARGVMENTVM.

PEnſio ſemel tranſlata poteſt iterum tranferri vigore Indulti Pontificij continentis clauſulas ampliſſimas, præſertim ſi conceſſum fuerit motu proprio Pontificis & in fauorem Nepotis vel alterius perſonæ dilectæ. Gratia tranſlationis penſionis non eſt odioſa ſaltem odio irrationabili. Conſtitutio Vrbani Octaui circa penſionum iteratam tranſlationem locum non habet quando illi Papa derogare voluit.

## SVMMARIVM.

1 *Aduerſus ſententiam in iudicatum tranſlactam datur in integrum reſtitutio. Si de illius iniuſtitia conſtet.*

2 *Penſio ſemel tranſlata poteſt iterum transferri vigore Indulti.*

3 *Ex quibus verbis & clauſulis colligatur mentem Summi Pontificis fuiſſe vt penſiones iam tranſlatæ, iterum transferre poſſint.*

4 *Clauſula quod* omnes defectus habeantur pro expreſſis, *quantum operetur in materia tranſlationis penſionis repetitæ.*

5 *Milites Lauretani penſiones iam ſemel tranſlatas iterum transferre poſſunt.*

6 *Confeſſiones factæ motu proprio Pontificis fauorabilem & amplam recipiunt interpretationem, maximè ſi agatur de Nepote Papæ.*

7 *Conceſſis difficilioribus & maioribus, minora quoque conceſſa cenſeri debent.*

8 *Gratia transferendi penſionem non eſt odioſa, odio irrationabili.*

9 *Penſio tranſlata eſt eadem cum prima, & ſolum continet ſubrogationem vnius perſonæ in locum alterius*, n. 10.

11 *Obſeruata ad maiorem cautelam non ſunt trahenda in conſequentiam.*

12 *Conſtitutio Vrbani VIII. ſuper iterata penſionis tranſlatione ceſſat ſtante declaratione Pontificis illi derogantis.*

## DECISIO LXXXVI.

SIxtus Felic. record. Papa V. conceſſit indultum præclaræ mem. Principi Michaëli Perreto facultatis transferendi penſiones fauore illius reſeruatas & reſeruandas cuius indulti vigore cùm idem tranſtuliſſet Eminent. Cardinalibus Montalto Iuniori & Vrſino, penſionem quam habebat ſcutorum auri trium millium ſibi reſeruatam mediante tranſlatione præclaræ memoriæ Alexandri Cardinalis Montalti ſuper menſa Epiſcopali Ferrarienſi, & Reuerendiſſ. D. Auditor Cameræ ab anno 1631. ſententiam protuliſſet cum voto Dominorum eius in ciuilibus locum tenentium ſuper nullitate tranſlationis factæ per dictum Principem commiſſa mihi cauſa in gradu reſtitutionis in integrum à Sanctiſſimo, propoſui dubium An conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum.

Et Domini reſponderunt conſtare attenta 1
ſententiæ iniuſtitia cum inde læſio reſultet, propter quam datur paſſim ſine difficultate in integrum reſtitutio, Rota *deciſ*. 1. *de reſtit. in integ. in nouis & Recent. deciſ*. 532. *num*. 2. *part*. 1. *deciſ*. 329. *num*. 1. *part*. 2. *deciſ*. 609. *n*. 11. *part*. 5. *deciſ*. 50. *n*. 1. *p*. 7. *& in Sarſinatenſi feudi* 22. *Iunij* 1645. coram Me.

Iniuſtitiam verò deducebant quia ſic fue- 2
rat pronunciatum habita ratione, quod penſio iſta vti ſemel tranſlata non fuerit amplius transferibilis. Quam tamen viſum eſt D D. vti in indulto comprehenſam ex conceſſa in eo facultate transferendi, potuiſſe iterum transferri, ſicut de ſimilibus indultis quod cenſeantur comprehendere penſiones etiam ſemel iam tranſlatas quas omnino transferre liceat vigore huiuſmodi indulti fuit deciſum *in Papienſi penſionis* 19. *Martij* 1607. coram Ortembergo. *In Lucana penſionis* 28. *Iunij* 1617. coram R. D. Bonæ memoriæ Archiepiſcopo Seleucienſi. *In impreſſis* coram Burat. *deciſ*. 638. *num*. 2. *& ſequent. In Ferrarienſi penſionis* 14. *Iunij* 1624. coram Remboldo. *quæ eſt in recent. deciſ*. 450. *num*. 41. *verſic. de indulto transferendi Partes*. & ſequitur Lotter. *de re benefic. lib*. 1. *cap*. 40. *n*. 95. *& ſeq*.

Eoquè facilius ita licuiſſe ſuadebatur ex 3
clara mente Pontificis quatenus in prima parte indulti diſpenſauit & habilitauit generaliter Principem Perretum ad acquirendas, & retinendas quaſcunque penſiones hactenus ſibi reſeruatas, aut reſeruandas in futurum, non obſtantibus defectibus profeſſionis in religione militari aut matrimonij etiam reiterandi, Ibi : *etiamſi contigerit vel non contigerit in qualemcunque militiam cuiuſuis ordinis aut profeſſionis*; *&c. Aut ad ſecunda vel etiam*

plura

*plura laicalia vota, aut ſecundas vel plures nuptias tranſire eſt. Quaſcunque penſiones annuas* &c. *recipere, retinere conſequi*, &c. Ac conſequenter in ſecunda parte facultatem conceſſit indefinitam, & indifferentem, omnimodè transferendi eaſdem penſiones vigore ipſius indulti retentas vel acquiſitas, Ibi: *necnon tibi omnia & ſingula, penſiones, reditus, prouentus, iura, obuentiones & emolumenta ſibi reſeruata & reſeruanda huiuſmodi, &c. transferendi plenam, liberam, & omnimodam facultatem dicta authoritate cõcedimus & impartimur, &c.* cùm enim dubio careat in vim dictæ primæ partis reſpicientis facultatem retinendi & acquirendi licuiſſe Principi retinere & acquirere penſiones ex tranſlatione prouenientes. Rota *deciſ.* 7. *num.* 15. *& deciſ.* 50. *n.* 31. *part.* 5. *recent.* & coram S. M. Greg. XV. *dec.* 18. *num.* 3. vtique reſultat eàſdem, ſi retentas & acquiſitas neceſſariò ex vi repetitionis intelligi comprehenſas in ſecunda parte indulti reſpiciente ius transferendi perpendendo efficaciam tum dictionis *necnon* adiectæ in principio ipſius ſecundæ partis, quæ reſoluiturin copulatiuam, gloſſ. *in Clement.* 1. *in verbo Necnon de offic. deleg.* Rota *diuerſ. deciſ.* 791. *num.* 2. *part.* 1. & coram Card. Caualer. *deciſ.* 343. *n.* 2. Repetitquè omnes qualitates præcedentes. Bald. *in l. ſeio §. Caio ff. de fide inſtrum.* Neuiz. *conſil.* 172. *num.* 14. Rota *rec. deciſ.* 38. *num.* 11. *part.* 7. Tum etiam dictionis *Huiuſmodi* præcedentium relatiuæ cum omnibus qualitatibus ſuis, gloſſ. *in cap. Abbate & in cap. nemo in verbo Huiuſmodi, de elect. in* 6 Rebuff. *in comment. ad l.* 1. *in verbo huiuſmodi ſtipulationes ff. de verb. ſignificat.* Mareſcot. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 77. *num.* 27. Rota *recent. dec.* 373. *num.* 6. *part.* 2. vel etiam vltra repetitionis effectum eſſet etiam de per ſe conſiderabilis prægnantia & generalitas dictæ ſecundæ partis tanquam fulcita verbis illis *Omnia & ſingula, &c.* quæ ſunt adeo generalia & effrenata, vt nullam reſtrictionem patiantur, Et propterea bene reputentur apta comprehendere penſiones etiam alioquin ſub ſimplici diſpoſitione non comprehenſas & quę indigerent ſpeciali expreſſione, iuxta gloſſ. *in Clement.* 2. *de vita & honeſt. Cleric. & in Clement.* 1. *in verbo vbicunque de Iudic.* Surd. *conſil.* 308. *n.* 41. *cum aliis in Cæſarauguſtana penſionis* 18. *Iunij* 1610. coram Cardinali Lancellotto *quæ eſt* 2. *penès* Picum *ad ſtatutum vrbis num.* 5. *& in Romana penſionis* 15. *Februarij* 1636. coram bon. mem. Pirouano, ac ſi eſſent explicitæ & in indiuiduo ſpecificatæ; gloſ. *in cap. vt circa. In verbo omnia & ſingula. De elect. in* 6. Socin. *Conſil.* 3. *n.* 17. *lib.* 3. Surd. *conſil.* 331. *num.* 7. Rota *recent. deciſ.* 130. *num.* 3. *part.* 2. Enixam deſignante ſuper tali ſpecificatione voluntatem diſponentis, Alexand. *conſil.* 216. *num.* 27. *lib.* 2. Barboſ. plures referens *clauſ.* 96. *num.* 3. Provt in idem conſonat verbum *Quaſcunque, &c.* ex ſui proprietate omnia includens nullo excluſo *cap. ſolitæ De maiorit. & obedient.* gloſ. *in cap. quicunque, In verbo quicunque, De ſent. excommun. in* 6. Iaſon *in l. quodcunque num.* 1. *ff. de verb. obligat.* Mar. Anton. *var. reſolut. lib.* 2. *reſolut.* 40. *num.* 2. In omni enim materia quantumuis odioſa nullatenus receditur à proprietate verborum, ſed lata fieri debet interpretatio quatenus patiatur illorum proprietas: *l. cum lege* & *ibi* Aretin. *ff. de teſtam.* Menoch. *conſil.* 429. *num.* 9. Calderin. *conſil.* 24. *in primo dubio, de præb.* Cardin. Mantic. *de coniect.* 516. 8. *tit.* 18. *n.* 35. S. M. Gregorius XV. *deciſ. lib. num.* 3.

Neque imò aliter iſta qualitas reiterandæ tranſlationis opus habuiſſet vlteriori expreſſione, ſed ſatis haberetur pro expreſſa per mandatum Papæ quod omnes & quicunque defectus valentes impedire conceſſam gratiam vel eius effectum, taciti vel omiſſi habeantur pro expreſſis, perinde ac ſi de iis expreſſa mentio facta fuiſſet, Ibi: *Neque ex eo quod præſens gratia, &c. vel quicunque defectus, &c. præſentem gratiam, eiuſquè effectum, quandocunque & ex quibuſuis cauſis etiam de neceſſitate exprimendis impediri vel annullari valentes hic, &c. taciti vel omiſſi fuerint, &c. ſed omnino ſubſiſtant tibiquè ſuffragentur in omnibus & per omnia perinde ac ſi in illis de præſentibus necnon defectibus & impedimentis prædictis expreſſa mentio facta fuiſſet*, cùm ſine dubio potuerit Papa huiuſmodi expreſſionem ſupplere, *ad l. omnes, de præſcript.* & fuit dictum *in Placentina penſionis* 27. *Iunij* 1605. coram Litta *impreſſa penès* Marcheſ. *de commiſſ. part.* 1. *pag.* 557. *num.* 2. *ante finem* vt inde dicta gratia ſuffragetur in omnibus & per omnia nonobſtante alias exprimendorum omiſſione. Abb. *in cap. ad hæc, columm. fin de reſcript.* Dec. *conſil.* 191. *num.* 3. *& ſeq. & conſil.* 341. *num.* 31. *in fine*, Pariſ. *conſil.* 46. *n.* 43. *lib.* 3. Mareſcot. *var. reſolut. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 46. Rota *recent. deciſ.* 464. *n.* 12. *part.* 5. *& in allegata Placentina penſionis dicto nu.* 2. *verſic. Præterea fuit reſponſum.* 4

Eandemquè ex præmiſſis detectam comprehenſionem comprobat conformis declaratio eiuſdem Sixti Papæ V. circa facultates conceſſas militibus Lauretanis transferendi pariter de quibuſcunque penſionibus ac iiſdem quas indulſerat nonobſtante matrimonio poſſe per milites Lauretanos acquiri & retineri ad Summam ſcutorum 200. vt nimirum intelligeretur de penſionibus etiam alias tranſlatis, à qua declaratione mens potiſſimum elicitur ipſius Pontificis concedentis; gloſ. *in cap. ſi propter, in verbo Intentionis, de reſcript. in* 6. Alexand. *conſil.* 52. *num.* 25. *lib.* 4. Surd. *conſil.* 481. *n.* 13. Burat. *deciſ.* 228. *num.* 2. Cardin. Cauaſer. *deciſ.* 611. *n.* 52. ſicut Papam ita declaraſſe ius competens dictis militibus vigore antecedẽtium facultatum, non autem proceſſiſſe per viam qualis opponebatur nouæ legis, conuincunt clara verba, Ibi, *Declarantes, &c.* ex ſui proprietate nullatenus importantia nouam diſpoſitionem ſed ſimplicem declarationem, ex traditis per Barboſ. *dictione* 80. *n.* 1. *& ſequentib.* Ita vt proinde nullum ius de nouo à Pontifice collatum intelligatur, ſed tantummodo quod erat manifeſtatum, *l. adeo §. cum quis ff. de acquir. rer. domin. l. ait Prætor §. ſi Iudex ff. de re iudic.* Oldrad. *conſ.* 224. *n.* 10. & 20. *verſic. Nec verbum declaramus* Caſtrenſ. *conſil.* 341. *in principio lib.* 1. Socin. *conſil.* 156. *n.* 17. *lib.* 2. Rota *recent. dec.* 281. *n.* 8. *part.* 1. Hoc idem conuincit effectus dum ibidem ſubditur licere illas penſiones transferre vigore facultatum & priuilegiorum per prius conceſſorum quod vtique facere non potuiſſent ſi in eiſdem facultatibus penſiones tranſlatæ non fuiſſent comprehenſæ; Geminian. *conſil.* 72. *num.* 1. *ad medium, verſic. contrarium credo.* 5

6 Provt quoque mens Pontificis omnino comprehendendi, ſuadetur perſpectis facti circunſtantiis, nimirum reſpectu modi conceſſæ huius facultatis *motu proprio*, inde pleniſſimam facile recipientis interpretationem, *cap. ſi motu proprio de præb. in* 6. Roman. *conſil.* 388. *num.* 6. Surd. *conſil.* 140. *num.* 6. Rota *rec. dec.* 12. *num.* 22. *p.* 5. & coram Reuerendiſſ. Durano *deciſ.* 67. *nu.* 5. necnon reſpectu perſonæ cum gratia emanauerit fauore Magnatis qui erat Nepos & dilectus Pontificis concedentis, Vnde pariter, illi intelligitur voluiſſe omni meliori & vberiori modo gratificari. Bald. *conſil.* 309. *per totum lib.* 3. Rota *diuerſ. dec.* 401. *n.* 1. *& ſeqq. p.* 1. *& recent. deciſ.* 12. *num.* 41. *deciſ.* 452. *n.* 28. *deciſ.* 464. *num.* 13. *p.* 5. *& dicta deciſ.* 67. coram Durano *n.* 5. & 21.

7 Ac demùm quia conceſſis in eodem indulto grauioribus quoad facultatem retinendi penſiones non obſtantibus impedimentis profeſſionis in religione militari ac matrimonij etiam reiterati vt ſupra quæ indigebant ſpeciali diſpenſatione tanquam contra Canones & diſpoſitionem iuris, oritur concludens illatio Papam conceſſiſſe quod erat minus an nullibi prohibitum, ſcilicet facultatem transferendi etiam de penſionibus alias tranſlatis; *cap. cui licet de reg. iur. in* 6. *cap. ex part.* 3. *de decim. cap. per venerabilem qui fil. ſint legit.* Ancharan. *conſil.* 295. *n.* 8. Menoch. *conſ.* 210. *num.* 11.

8 Ex quibus omnibus ſubſiſtente ad fauorem Eminentiſſimorum Cardinalium tranſlatariorum fundamento indubitatæ ac omnimodæ voluntatis Summi Pontificis ita cõprehendendi penſiones tranſlatas, velut innixæ lecturæ ipſius Indulti, & exuberanter probato per deductas facti circunſtantias DD. viſum fuit ſuperfluum diſcutere deducta circa gratiæ fauorabilitatem quæ faciat illam extendi vel odioſibilitatem quæ obiiciebatur ex parte Eminentiſſ. D. Cardinalis Muchiauelli Epiſcopi & litis conſortium quæ potius deberet reſtringere, & nihilominus animaduerterunt huiuſmodi gratiam transferendi non eſſe odioſam ſaltem odio irrationabili, vt ratiocinando & pluribus adductis firmauit dicta deciſio Durani 67. *num.* 1. *& ſequent. & dicta deciſ.* 452. *num.* 33. *& ſequent. p.* 5. *recent.*

Quia penſio tranſlata, vti verè & realiter penſio ex traditis per Vitalin. *in clement.* 1. *§. eadem nu.* 3. *de ſupplenda neglig. Prælat.* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 36. *num.* 64. *& ſequent. & q.* 40. *num.* 95. *&* 96. nihil differt à reſeruata, S. M. Greg. XV. *deciſ.* 18. *n.* 3. & reuera eſt eadem penſio cum prima, non autem nouum grauamen. Anton. Auguſt. *in Epitome de tranſlatione penſionum verſ. In tranſlatione penſionis num.* 6. Garſ. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 256. Creſcent. *deciſ.* 1. *nu.* 1. *de rebus Eccleſ. non alien.* vbi propterea infert non eſſe neceſſarias derogationes Concilij Lateranenſis. Rota *recent. deciſ.* 307. *n.* 1. *part.* 3. coram Burat. *deciſ.* 12. *n.* 2. *in Segobien. penſionis* 1598. coram Corduba *impreſſa penès* Pacif. *de Saluiano interd. deciſ.* 129. *num.* 1. *in Laudenſi penſionis* 20. *Ianuarij* 1601. coram Penia *in Bononienſi tranſlationis penſionis* 20. *Iunij eiuſdem anni*, coram Cardinali Millino *& in Romana penſionis* 29. *Maij* 1628. coram Me. 9

Et quamuis in tranſlatione penſionis extinguatur prima, & noua reſeruetur, talis extinctio eſt adeo momentanea, vt non habeatur in aliqua conſideratione cum ſit potius mutatio perſonæ & vitæ transferentis in perſonam & actum tranſlatarij ſeu delegatio ſolutionis alteri faciendæ, & quædam ſubrogatio vnius in locum alterius; Pariſ. *conſil.* 5. *n.* 86. *lib.* 4. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 424. *num.* 14. *&* 15. Rota *recent. deciſ.* 122. *n.* 9. 327. *num.* 4. *& ſeqq.* & *deciſ.* 505. *num.* 4. *part.* 1. *& deciſ.* 119. *n.* 2. *&* 3. *part.* 4. Addent. ad S. M. Gregor. XV. *deciſ.* 18. *nu.* 11. Et hæc opinio quidquid Rota ſenſerit antiquitùs, eſt hodie receptiſſima, vt per Burat. *deciſ.* 638. *num.* 3. vbi *num.* 5. dicit cauendam eſſe à deciſionibus *in lugubina penſionis* coram Rubeo, *& in Aretina ſenenſi penſionis*, coram Accorambono *& nu.* 7. expreſsè reprobat deciſionem *in Florentina penſionis ſub* 17. *Maij* 1617. coram Vbaldo, in qua nec quidem 10

quidem pes figebatur ſuper motiuo odioſitatis ſed inualiditas fundabatur ſuper aliis, vt ex lectura, & alias perpenſas rationes diluendo fortioribus, in contrarium etiam in caſu emanatæ translationis in mortis articulo, fuit deciſum in allegata *dec.24.num.11.& ſeq.p.5. recent.*

11 Nec refragari cenſuerunt exempta nonnullarum facultatum transferendi continentium explicitam mentionem de penſionibus etiam translatis; Non enim verſantur in caſu indulti habentis alias circunſtantias demonſtratiuas comprehenſionis earundem, vt in præſenti, ex ſuperiùs adductis: nec deſunt plures ſimiles facultates abſque tali expreſſione cum reſolutionibus, vt dictum eſt in Rota emanatis pro validitate ſecutarum inde translationum de ſic translatis elicitur mentionem illam fuiſſe magis habitam ad effugiendas lites, ad tradita per Caſſador. *dec. 3.num.4.& 5.de conceſſ. præb.* Gonzal. *in reg.8. gloſſ.6.n.26.*

Nec ab aliquibus facta expreſſio inducit conſequentiam expreſſionis faciendæ ab aliis: Calderin. *conſil. 1. numer. 2. verſic. Et ſi dicatur. de Cleric. non reſident.* Lotter. *de re benef.lib.1.q.45.n.11.* Cardin.Seraph. *deciſ.514. num. 5.*

Sicut pariter nec breue Pauli V. reualidatorium translationis penſionis antea ſemel translatæ; potuit enim obtineri ad abundantiorem cautelam. Nec proinde valuit inferri quod fuiſſet neceſſarium, iuxta adducta *in Romana reſciſſionis contractus* 28. *Nouembris* 1580. coram S.M. Clement. VIII.

12 Ac denique translationis odioſitas firmata *in Romana penſionis* 23. *Maij* 1644. coram R. P. D. Meltio procedit in terminis conſtitutionis Vrbanæ plures transferri prohibentis an tunc temporis vigenti in ſuo totali robore opus erat inhærere, ſed in caſu de quo agitur, dicta conſtitutio remanet nullius efficaciæ, nec conſequenter deciſio afficit ob ſuperuentum reſcriptum Sanctiſſimi D. N. in plena ſignatura, quod procedatur ac ſi conſtitutio iſta non emanaſſet, *vt in deciſ.* 104. *numer.* 8. *parte* 6. *recent.* vbi alia allegantur.

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D.

## R. P. D. MELTIO

### Corduben. dimidiæ portionis,

Veneris 20. Iunij 1653.

*Ad part.2.reſolut.cap.1.§.4.n.17.*

### ARGVMENTVM.

Literis Apoſtolicis iuſtificatis concedenda eſt executio & explicatur quomodo verificatæ cenſeantur qualitates narratæ, videlicet ſacerdotium, prouiſio obtenta à Sede Apoſtolica, obitus vltimi poſſeſſoris, valor narratus, tam beneficij collati quàm aliorum obtentorum. Sanguinis puritas vel impuritas per quem probari debeat. De expoſitis an præſumantur legitimi & ex puro ſanguine. Statuta iuri communi contraria indigere confirmatione Apoſtolica.

### SVMMARIVM.

1 *Literæ iuſtificatæ habent paratam executionem ſi ſint Apoſtolicæ.*

2 *Ex quibus probetur ſacerdotium* & num. 6. *Prouiſio apoſtolica data alicui*, num. 3. *obitus vltimi poſſeſſoris.* num. 4. *Prouiſio ex cauſa obitus*, num. 5. *Valor beneficij narratus*, numer. 7. *valor obtentorum*, num. 8.

9 *Puritas ſanguinis per quem probanda. Quid ſtante ſtatuto Eccleſiæ*, n.10.& 11.

12 *Expoſiti vtrum habeantur pro legitimis & puris*, n.13.

14 *Explicatur ſenſus* deciſ.185.num.3.part.1. recent.

15 *Expoſitus diſpenſari poteſt ad beneficia & ordines.*

16 *Expoſiti ad ordines Eccleſiaſticos ſine diſpenſatione ex multorum ſententia promoueri poſſunt.*

17 *Statuta contraria iure communi exigunt confirmationem Apoſtolicam.*

18 *Quod nullum eſt, confirmabile non eſt*, & num.19.

10 *Vnus ſolus actus contrarius deſtruit omnem obſeruantiam.*

21 *Capitulum non poteſt introducere obſeruantiam contra ius commune.*

DECI



## DECISIO LXXXVII.

VAcante dimidia portione in Eccleſia Cathedrali Cordub. per obitum Ioannis Sanch. Romero, ſiue per obitum Hieron. de Leyua & Rueda, ſiue per ceſſionem Didaci de Nauas Solano, vel per reſignationem Alphonſi Nauarro de ea à Dataria fuit prouiſus Dominus Didacus Yranzio del Pino, qui ſubrogationem gratioſam obtinuit in omni iure quod præfatis omnibus competebat, & præſertim in poſſeſſione, in qua D. Ioannes Sanchez Romero exiſtebat, expeditiſquè Literis Apoſtolicis illas præſentari curauit Capitulo à quo petita poſſeſſione illud mandauit, quod prius reuiderentur Literæ dictæ, pro habenda certitudine quod in illis narrata vera eſſent, & deinde reſpondit quod erat paratum ad executionem dict. Literarum, ſatisfacto tamen prius per eundem Didacum ſtatuto puritatis ſanguinis, quod habet Eccleſia Corduben. ad ſui fauorem auctoritate Apoſtolica confirmatum, vt in Sum. Capituli *n.1.* Cùm autem de nouo facta fuiſſet inſtantia per eundem Didacum, pro obtinenda tali poſſeſſione illa ei denegata fuit, eo ſub prætextu quod minimè fuiſſet adimpletum dictum ſtatutum. Commiſſa igitur appellationis cauſa in Rota dubitatum fuit an Literę Apoſtolicæ ſint iuſtificatæ, ita vt D. Didaco danda ſit immiſſio, & propoſito per me ſub hac die huiuſmodi dubio quoad vtramque illius partem DD. affirmatiuè reſponderunt,
1 † data enim iuſtificatione Literarum Apoſtolicarum, vt prouiſo danda ſit immiſſio adinſtar, *l.final.C.de edict. Diu.Adr.toll.declarat.* Vitalin. *in Clem.1.n.68.de cauſ.poſſeſſ. & propr.* Bald. *in l.2.n.65.C.de ſeruit.& aqua*, Menoch. *de adipiſcen.rem.6.n.35.* Rot.coram Seraphin. *dec.357.n.1.* Greg.XV. *dec.335.n.15. & deciſ. 338.& 699.vtrobiq; n.1.p.2.rec.* & cor. Buratt. *dec.433.n.1.& alibi ſæpius fuit dictum.*

2 De iuſtificatione autem dict. Literarum dubitari non poſſe viſum fuit, quia de vacatione iſtius beneficij, ſiue dimidiæ portionis ſecuta per obitum Ioann. Sanchez Romero, extra Romanam Curiam de menſe reſeruato, vt narratum fuit in Literis conſtat ex depoſitionibus teſtium ſer. ſer. examinatorum ex quibus colligitur dict. Ioannem Sanchez obiiſſe in poſſeſſione huius dimidię portionis de dict. menſe Febr. 1646. Summ. Didaci *n.4.* qui menſis Epiſcopo non gaudente alternatiua, vel vbi collatio eſt ſimultanea, provt ea gaudet Capitulum Cordub. iuxta probationes datas eod. Sum. Didaci *n.5.* eſt reſeruatus ex Regula Cancellariæ octaua hodie nona, Rot.cor. Greg.XV. *dec.103.n.4.* vbi quod alternatiua intrat ſolummodo reſpectu beneficiorum ad liberam Epiſcopi collationem ſpectantium, non autem in illis ſimultaneæ collationis; dicti autem Teſtes probant concludenter obitum Ioan. Sanchez de dict. menſe Febr. licèt deponant de ſolo auditu, ac de publica voce & fama; quia non datur concurſus alterius prouiſionis. Rot.cor. Greg.XV. *dict. dec.103.n.6.* & fuit reſolutum *in Maioricen. beneficij 27.Febr.1643.* coram Me, ſed contradicit tantummodo Capitulum quod habet collationem ſimultaneam cum Epiſcopo.

Prouiſio Didaci de Nauas Solano obtenta 3
à Sede Apoſtolica per obitum dict. Ioan. Sanchez, ac libera ceſſio dict. Didaci in manibus Papæ necnon noua prouiſio, ſeu mandatum de prouidendo ad fauorē Hieron. de Leyua y Rueda, probatur ex aſſertione facta à Papa in Literis expeditis ad fauorem Didaci, quæ maiorem non requirit probationem, cum atteſtatio Papæ præciſa de actu coram ſe geſto de per ſe cōcluderet probet ac ſufficiat abſq; alia probatione, ad text. *in c. ex parte Decani de reſcr.* vbi Imola *n.15.clem.1.de probat.* Oldr. *conſ.252.n.2.* Rot.cor. Mart. Andr. *dec.57.n.3.* & coram Merlino *dec.407.num.6. & dec.838. ſub num.1.& 3.*

Obitum dict. Hieron. de Leyua y Rueda, 4
ſequutū fuiſſe de menſe Iul.1649. ſeu alterius verioris anni probatur etiā ex depoſitionibus Teſtium datis in eod. Sum. Didaci *n.7.* qui licèt deponant de auditu, ac de publica voce, & fama tantum; ad iſtum tamen effectū ſufficiunt. Rot.cor.Greg.XV. *dec.176.n.7.* ex eadē ratione quia hic non agitur de concurſu prouiſionis, & licèt Capitulū Cordub. cōtradicat, animaduerti tamen debet illud omnia in Literis narrata tacitè admiſiſſe dum requiſiuit à Did. ſolū adimplementū ſtatuti ſancientis ſuper puritate ſanguinis, ſi enim quoad reliqua narrata Literæ illi viſæ non fuiſſent ſufficienter iuſtificatæ, eas quoque impugnaſſet ex aliis rationibus. Vnde bene hic videtur adaptari concluſio quod, incluſio vnius eſt excluſio alterius, *l.cum Prætor, ff.de iud.* Gloſ. *in l. maritus verb.præcripſerit.C.de Procurat.* Grat. *conſ.53.n.54.lib.1.* Rot. *dec.152.n.14.p.6.recen.*

Prouiſio verò Alphonſi Nauarro ſiue ex cauſa obitus dicti Ioannis Sanchez, ſiue obitus Hieronymi de Leyua, ſiue ceſſionis Didaci de Nauas probatur, & ipſa ex atteſtatione Pontificis emiſſa in Literis, provt etiam ex eadem probatur ceſſio ſiue reſignatio liberè facta ab eodem Alphonſo in manibus Papæ,
† quæ cum etiam ſit præciſa ac loquatur de 5
actu, coram eodem Pontifice geſto ſatis probat, ac liberat ab onere maioris probationis, vt præter ſupra allegatos firmauit Rota *in Tudertina Iuriſpatronatus 9.Iulij 1623.* coram Manzanedo, & coram Merlino *dec.407.n.6. & ſeqq.*

*& ſeqq.* cum igitur idem Alphonſus ceſſerit
& reſignauerit,& ipſe in manibus Papæ hanc
dimidiam portionem, per talem reſignatio-
nem liberè factam fuit ab eo abdicatum om-
ne ius,& quæcumque poſſeſſio,ad tradita per
Pariſ. *de reſignat.lib.*1.*queſt.*9.*n.*1.*& ſeqq.* vbi
quod tanquam vacans liberè potuit impetra-
ri,*& lib.*7.*q.*1.*n.*11.*verſic.declarat primo.*Rota
coram Merlino *dec.*231.*num.*3.

6 Reliqua in dictis Literis narrata remanent
quoque iuſtificata. Nam quod Didacus ſit
Sacerdos probatur ex Literis patẽtibus Emi-
nentiſſ. Card. Vicarij Vrbis quæ ad iſtum
effectum ſufficiunt, *gloſſ. in cap.inter quatuor
de Cleric. Peregr.*Felin.*in cap.per ceſſionem n.*3.
*de probat.*Rot.*dec.*16.*eod tit. in antiquis.* Rota
*dec.*705.*n.*3.*in fin.p.*1.*& dec.*455.*n.*7.*p.*2.*rec.*

7 Controuerti neque poteſt valor narratus
in Ducatis auri de Camera 300. per non ex-
ceſſum; quia ex quatuor Teſtium depoſitio-
nibus datis in eodem Summ. Didaci *num.*9.
conſtat dimidias portiones eſſe annui reditus
ſcutorum 550.aut 600. ad ſummum monetæ
Corduben.nuncupatæ de Vellon,quæ vt non
excedant ducatos auri de Camera 300. con-
cludunt iidem Teſtes, qui cum deponendo
ſuper valore percutiant tempus gratiæ ob-
tentæ per Didacum valor dicitur optimè iu-
ſtificatus, Rot.coram Greg.XV. *dec.*357.*n.*4.
& coram Buratto *dec.*18.*n.*9.pro huiuſmodi
enim iuſtificatione valoris ſatis etiam fuiſſet
vnicus Teſtis iunctis adminiculis,vt per eun-
dem Greg.XV.*dec.*163.*n.*2.

8 Remanet etiam abundè iuſtificata gratia
circa narratiua trium beneficiorum obtento-
rum à Didaco, atque illorum valorem ex
eorundem quatuor teſtium depoſitionibus
quorum duo teſtantur quodlibet illorum non
excedere valorem ducatorum auri de Came-
ra 24.eod. Sum. Didaci *n.*11. ad obtentorum
enim valorem probandum quæcumque ad-
mittuntur leuiores probationes, Ægid.*deciſ.*
674.*&* 680. Cotta *dec.*198. Put. *dec.*29. *lib.*1.
Imò etiam ſola ſemiplena, & minor probatio
ſufficit ex pluribus allegat. per Burat. *dec.*121.
*n.*5.*dec.*493.*n.*6.*& dec.*797.*n.*2.

9 Non obſtat ſtatutum Eccleſiæ Corduben.
confirmatum à Paulo IV. fel. record. requi-
rens in prouiſis puritatem ſanguinis ad cuius
probationem prætendit Capitulum Cordu-
ben. teneri Didacum pro iuſtificatione ſuæ
gratiæ, quæ vſque adhuc per eum non facta
Beneficij,ſeu dimidiç portionis poſſeſſionem
10 illi tradere recuſat, † quia licèt ſtatutum per
hæc verba diſponat. *Quod nullus ex Iudæorum,
ſeu conuerſorum genere deſcendens ad aliquod
beneficium in Eccleſia Cordub. admittatur, quod-
que præterea quotieſcumque alicui prouiſo tra-
detur poſſeſſio is ſe ex Iudæorum ſeu conuerſorum
genere non eſſe iuramẽtum præſtare, & de eo ſuf-
ficientem informationem dare teneatur.* Vnde
ex vi illius verbi *teneatur* Prouiſis videatur
impoſita neceſſitas probationem puritatis
ſanguinis faciendi, ad text. *in l.*1.*ff.quod quiſ-
que iuris cum alijs* per Iaſ.*in §.curare n.*3.*inſtit.
de action.*Surd. *conſil.*81.*num.*14. Tamen quia
idem ſtatutum continet etiam ſubſequentia
verba. *Etſi id non fecerit quod Capitulum illam
accipiat, & ſi per eam de contrario conſtiterit
talis Prouiſus admitti non debeat, & ſi iam
fuiſſet admiſſus pro priuato habeatur, & ad re-
ſtitutionem fructuum teneatur.*

Ex his exiſtimauit Rota in ſimilibus cau- 11
ſis Capitulo obiicienti impuritatem, & or-
tum à parentibus infidelibus, vel alio modo
impuris incumbere onus hoc probandi &
concludenter, cum vnuſquiſque purus præ-
ſumatur dum non probatur contrarium, *cap.
vlt.de præſumptionib.& l.ab ea parte, ff. de pro-
bation.* maximè quando natus eſt in regione
Chriſtianorum, vt probatur de Didaco,iux-
ta gloſſ.*in cap. Presbyteris, diſtinct.*8.*& in cap.
ſi eos* 148.*de conſecrat. diſtinct.* 4. Rot. coram
Mantic. *dec.*274.*n.*1. coram Coccino *dec.*68.
*num. pariter* 1.*& in recent.deciſ.*167.*num.*31.
*&* 32.*& dec.*182.*n.*4.*par.*1.& coram Merlino
*dec.*368.*n.*1.*&* 2. Vbi habetur in terminis hu-
iuſmodi ſtatutorum, ita Rota ſemper ſeruare
fuiſſe ſolitã, & multas refert alias deciſiones.

Nihilquè refert quod illa verba ſtatuti,
*ſufficientem informationem dare teneatur*, vi-
deantur ſtare præceptiuè,quia illa intelligun-
tur, quatenus ex abundanti ipſe prouiſus
vellet ſuam puritatem deducere, & ſic hoc
relinquit in eius arbitrio, vnde in defectum
adimplementi non procedit illud ad priua-
tionem contra prouiſum, aut illum arcet à
poſſeſſione, ſed vt ſupra demonſtratum fuit
grauat Capitulum ad faciendam huiuſmodi
probationem, & quatenus ab eo probetur
impuritas, tunc denegat admiſſionem pro-
uiſo, vt benè declarat, *dicta dec.* 368. coram
Merlin. *ſub num.* 6. *cum duobus ſeqq.* Lotter.
*de re benefic.lib.*2. *quæſt.*43.*n.*68.*& ſeqq.*

Minus aduerſatur quod Didacus ex pro- 12
pria confeſſione ſit Expoſitus quare æquipa-
randus ſit vulgò quæſitis, vt per Bart. *in l.*1.
*in fine, ff.de municip.* qui vulgò quæſiti legiti-
mari non poſſunt ob incertitudinem Paren-
tum, Put.*dec.*425.*lib.*1.*num.*1.*&* 2. Seraphin.
*dec.*1081.*num.* 1. vnde ſtante incertitudine
etiam reſpectu parentum ipſius Didaci im-
poſſibile reddatur Capitulo capere informa-
tionem ſuper puritate, vel impuritate illius
ſanguinis; Nam licèt vulgò quæſiti non poſ-
ſint legitimari, hoc tamen procedit,quia nul-
la haberi poteſt præſumptio de eorum Pa-
tribus. Si autem ab aliquo vti à Patre agni-



ti ſint legitimantur iuxta text. *in l. ſi qua Illu-
ſtris circa finem, C.ad Orfician.* & ratio eſt quia
tunc intrat præſumptio quod ſint illius à
13 quo legitimantur.† Cum autem Expoſiti pro
ſe habeant præſumptionem, quod non ſint
impuri ac ſanguine infecti,ex text.*in l.ſancim.
C. de infant. expoſit.* & tenuerunt multi DD.
magni nominis relati per Dian.*reſol.*96 *p.*10.
hæc ſola præſumptio ſufficit ipſi Didaco, vt
per Menoch. *de arbitrar.caſ.*396.*n.*15. Grat.
*diſc.forenſ.cap.*135.*num.*31.*& cap.*267.*n.*22.
Barboſ. *in rubr. de Infantib. &c. num.*3.*verſic.
verum DD. magis, & in addit. tom.*6.*collect.ad
eandem Rubr. num.* 2.*& de officio & poteſtat.
Epiſcop.par.*3.*allegat.*51.*num.*150. *latè* Caſtro
Pal. *tom.*2.*tract.*13.*diſp.*4.*punct.*1.*n.*8.*& ſeqq.*
adeò vt Capitulo Cordubenſi dum intelligit
illum excludere ex capite impuritatis ſan-
guinis non ſufficiat illam præſumptiuè pro-
bare, ſed requirantur plenæ ac concluden-
tes probationes, vt *in dicta dec.* Merlin.368.
*n.*1.*&* 2.quæ hic prorſus deficiunt.

14 Nec obſtat *deciſ.*185.*num.*3.*part.*1.*recent.*
quia ibi non affirmat Rot.quod expoſiti non
poſſint admitti in Eccleſia Toletana, ſed tan-
tum incidenter inſinuat illos non poſſe ſatis-
facere ſtatuto puritatis, quod quidem mani-
feſtum eſt. Nam ſi ipſi tenerentur informa-
tiones dare,nullatenus ſatisfacere poſſent ſta-
tuto. At verò in huiuſmodi ſtatutis, vt ſupra
oſtenſum fuit, Prouiſi non tenentur proba-
tiones facere,ſed hoc onus incumbit Capitu-
lo;ideoquè benè poteſt ſtare abſque implica-
tione quod expoſiti non poſſint ſatisfacere
ſtatuto,& tamen poſſunt admitti: Vltra quod
ſtatutum Eccleſiæ Corduben.diuerſum eſt à
ſtatuto Toletan.

15 Suffragatur etiam eidem Didaco quod vti
Expoſitus obtinuit diſpenſationem vſque de
an.1624.à ſan.mem.Vrb.VIII. non ſolum ad
ſuſcipiendum Ordines Eccleſiaſt. ſed etiam
ad obtinendum quæcumq; & qualiacumque
beneficia Eccleſiaſtica, tam ſine cura quam
cum cura,vt in eius Sum.*n.*14.vnde quæcun-
que incapacitas, quæ in eo conſiderari pote-
rat vti Expoſito cenſetur ſublata ex pleniſſi-
ma habilitate, & reſtitutione illi conceſſa à
16 Pontifice,Rot.cor.Penia *dec.*315.*n.*9. † Licèt
etiam non deſint DD. qui teneant Expoſitos
ad Sacros Ordines promoueri poſſe abſque
vlla diſpenſatione,& eſſe capaces ſucceſſionũ,
Ordinum,& Dignitatum.Felin.*in c.cum depu-
tati,n.*13.*de iud.*Menoch. *de arbitrar.caſ.*396.
*num.*16.*in fin.* Gratian.*diſcept.forenſ.cap.*135.
*num.*31.*& cap.*267.*num.*22.

Nihilquè faciunt alia prætenſa ſtatuta Ec-
cleſiç Cordub.diſponentia modum ſeruandũ
circa traditionem poſſeſſionis,& in ſpecie dũ
mandant quod Prouiſus iuret,& det Memo-
riale cum explicatione Patris Auorum,& loci
natiuitatis quod impoſſibile omnino redditur
ipſi Didaco ſtante quod ille fuit expoſitus.
Nam huiuſmodi ſtatuta tanquam confirma-
tione Sedis Apoſtolicæ carentia non veniunt
attendenda. Cum condi, non potuerint vti
iuri communi cõtraria, † quæ propterea pro 17
eorum validitate tali confirmatione indige-
bant, ex multis relatis per Adden. ad Burat.
*dec.*758.*n.*13.vbi habetur ſtatutum diſponens
quod deſcendentes ex genere infecto,nempe
Iudæorum,Mauzorum, vel Hæreticorũ non
admittantur ad beneficia Eccleſiaſtica eſſe
contra ius commune, iuxt.text.*in c. eam te de
reſcript.* & propterea reſtringendum eſſe de-
clarat Bart.*in l.omnes populi n.*56.*de iuſt.& iur.*
ita vt nullam recipere poſſit extenſionem,
vltra illud quod in eo exprimitur,iuxt.text.*in
l.ſi verò §.de viro,ff.ſolut.matrim.* Vnde cum in
Didaco vti Expoſito non reperiatur macula
quam ſtatutum excludit ille admitti debet,vt
per Grat.*diſcept.forenſ.d.cap.*267.*n.*26.

Neque obſtat quod ex parte Capituli di-
catur dicta ſtatuta facta fuiſſe pro maiori de-
claratione,& faciliori executione primi,& ſic
confirmationem Apoſtolicam illa quoque
comprehẽdere, quia confirmatio primi ema-
nauit à Paulo IV.de an.1555.vltimo verò ſta-
tuta initium habuerunt poſt publicationem
Sacri Concil. Trid. quod fuit perfectum ſub
Pio IV. de ann.1563.Vnde agitur de impoſ-
ſibili quod dicta confirmatio Apoſtolica ad
præfata ſtatuta poſt tam longum tempus fa-
cta extendi poſſet, quia daretur caſus quod
confirmatio fuiſſet facta ſine confirmabili,
quod non eſt admittendum † cum confirma- 18
ri non poſſit, quod non eſt ex doctrina Bald.
*in cap.ex Literis n.*5.*verſ.& eſt ratio diuerſitatis
de fid.inſtrum.& conſil.*161.*n.*1.*in fin.verſ.nam
confirmatio non poteſt eſſe,lib.*5. Tiraq. *de legib.
connub.gloſſ.*4.*n.*26.*in fin.* Vincent. de Franch.
*dec.*204.*n.*24. Vltra quod ſufficit,vt in eadem
confirmatione non legantur dicta prætenſa
ſtatuta,ſed inſertus tantummodo fuerit tenor
primi ſtatuti, quia † confirmatio reſtringitur 19
ad limites confirmati, & illius naturæ eſt non
aliquid de nouo tribuere,ſed quod iam tribu-
tum eſt ſolum roborare, *l. aurelius §. teſta-
mento.ff.de liber.legat.*gloſ.*in cap.*1.*verb. confir-
mat.de confirmat.vtil.vel inutil.* Rota *in recent.
dec.* 269. *n.*44.*p.*4.*recent.tom.*2. alias non eſſet
confirmatio, ſed noua conceſſio quæ duo
valde inter ſe differunt: *cap. inter dilectos, §.
cæterum de fid.inſtrument. l. & quia ff. de iuriſd.
omn. Iudicum.* Abb. *conſil.* 57. *column.fin. lib.*2.
Dec.*in rubr.de confirmat.vtil.vel inutil.num.*1.
*verſ. ad idem.*

Nec aliqua confirmatio deſumi poteſt ex 20
obſeruantia;quia vltra quod ex abundanti di-

citur quod ex parte Didaci per Teſtium depoſitiones probatur Aluarum Pizano de Palacios alias fuiſſe receptum in Canonicum ſcripturalem à Capitulo Cordubenſi, non obſtante quod iſte fuiſſet Expoſitus, vt in eius Summ. *num.* 16. qui ſolus actus aptus eſt ad deſtruendam quamcunque prætenſam obſeruantiam, etiamſi pro ea mille darentur. Ciriac. *controuerſ.* 460. *n.* 31. *&* 32. Rot. coram Greg. XV. *dec.* 162. *n.* 9. *vbi* Addent. *num.* 15. & fuit reſolutum *in Toletana Decimarum de Soluna* 22. *Aprilis* 1641. coram R. P. D. meo Bichio, & coram Merlino *deciſ.* 554. *num.* 31. *& in Beneuentana iuriſdictionis* 27. *Ianuarij præteriti*, coram R.P.D. Zarate, *ſub §. immemorabilis circ. finem*, dicitur etiam quod refugium præſumptæ confirmationis remanet hodie ſublatum ex Conſtitutione Vrbana ædita de anno 1641. ſub die 5. Iunij qua quæcumque præſumptæ confirmationes, & obſeruantiæ ac beneplacita Apoſtolica ex temporis curſu deducta, iure optimo fuerunt reiecta, & reprobata, provt ita firmatur *in Tiburtina affict.*
21 19. *Iunij* 1648. *in Leodien. dominiorum* 25. *Iunij §. præter quod oppoſitiones*, coram Eminent. D. Card. Corrad. † Accedit quod verſamur in obſeruantia voluntaria, & contra ius quæ proindè non eſt attendenda & quemadmodum Capitulum non poteſt cōdere ſtatutum contra ius, ita nec inducere obſeruantiam. Nam quod non poteſt fieri expreſsè, nec tacitè licitum eſſe debet, vt cōcludit. Oinotom. *ſuper inſtit. §. ex non ſcripto de iure natur.* & ibidem poſt, eandem concluſionem tuetur ac in terminis firmauit Rot. *in recent dec.* 577. *n.* 55. *cum ſequent. part.* 5.

Demùm prætenſa obſeruantia reſpectu vltimorum ſtatutorum, nec poteſt dici probata per Teſtes, vt in Summ. Capituli *n.* 5. quia cum illi deponant, aut de auditu, aut de credulitate, aut in genere extare ſtatutum ſuper conditionibus, & qualitatibus admittendorum iſtæ verificari poſſunt, in primo ſtatuto à Sede Apoſtolica confirmato, & quamuis talis obſeruantia benè probaretur adhuc nullius eſſet releuantiæ ex ſupradictis.

Et ita reſolutum fuit vtraque parte informante, &c.

---

## R. P. D. BICHIO

Mediolanen. Penſionis,

Mercurij 31. Ianuarij 1646.

*ARGVMENTVM.*

DE validitate ſententiæ latæ in vim citationis per contradictas. Fructus & penſiones decurſæ vtrum debeantur à die litis, aut etiam ab initio & ante litem ſtante mala fide. Penſiones ante litem motam ſi petitæ non fuerint, nec de eis in ſententia facta mentio, vtrum nouo iudicio peti poſſint. Bonæ fidei poſſeſſor quibus caſibus ad fructuum reſtitutionem ſit condemnandus.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſint ad ſententiæ validitatem requiſita.*
2 *Sententia quando ſit valida præuia citatione per contradictas.*
3 *Fructus regulariter non debentur niſi à die litis motæ.*
4 *Fructus quando debentur tanquam ſors principalis debentur etiam ante litem motam.*
5 *Fructus ante litem motam decurſi non cenſentur remiſſi, quamuis non fuerint petiti.*
6 *Idem locum habet quamuis in prima ſententia omiſſa fuerit illorum condemnatio.*
7 *Fructus ante litem motam decurſi, & non petiti, in primo iudicio peti poſſunt ſi mala fide fuerint percepti.*
8 *Idem quando fructus extant, vel poſſeſſor ex illis factus eſt locupletior.*

### DECISIO LXXXVIII.

COntra Capitulum & Canonicos Metropolitanæ Eccleſiæ Mediolanenſis, egerunt beneficiati eiuſdem Eccleſiæ pro annua penſione ſcutorum mille auri, quam ad eorum fauorem reſeruauerat glorioſæ mem. Sanctus Carolus tunc Archiepiſcopus Mediolani, & obtinuerunt ſententias fauorabiles, tam ſuper iure exigendi penſiones in futurum, quàm ſuper ſolutione terminorum à die litis motæ decurſorum. Moto deinde alio iudicio pro terminis ante litem motam decurſis incipientibus ab ann. 1388. quo expirauit aſſignatio dictæ penſionis per ſanctum Carolum facta fabricæ ad quinquennium, & ſecundi quinquennij prorogatio, obtinuerunt pariter ad illorum ſolutionem condemnari Capitulum & Canonicos, per ſententiam Rotalem coram bonæ memoriæ Merlino, quam hodie coram Me, in gradu appellationis ex aduerſo interpoſitæ confirmandam eſſe Domini dixerunt.

Quia de eius validitate dubitari non po- 1
teſt cum habeat omnia requiſita, de quibus Caputaq. *deciſ.* 260. *parte* 2. Rota *deciſ.* 295. *parte* 5. *recent.*





2 Nec obſtat quòd ſententia fuerit lata præuia citatione per contradictas. Quia cùm procurator Capituli qui mandatum acceptauerat diſceſſiſſet à Curia, vt fuit probatum per teſtes abſque ſubſtitutione alterius procuratoris, potuit procedi per audientiam contradictarum iuxta notorium ſtylum Curiæ, de quo Saluſt. *in praxi Audit. Cam. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 14. Rot. *dec.* 5. *de iudic. in nouis*, Caput. *dec.* 261. *n.* 2. *p.* 2. Add. ad ſan. mem. Greg. XV. *dec.* 110. *lit. A.* & fuit dictum *in Vrbeuetana bonorum* 26. *Ianuar.* 1624. coram bon. mem. Vbaldo Seniore, *& in Meleuitana hæreditatis* 6. *Febr.* 1640. coram Eminent. Card. Veroſpio Iuniore.

3 Iuſtitia verò ſententiæ apparet ex duabus deciſionibus editis cor. bon. men. Merlino, 6. *Iunij* 1643. *&* 19. *Ianuar.* 1635. *impreſſa p.* 7. *recent. dec.* 3. *& dec.* 381. in quibus poſita regula, quod fructus tanquam acceſſorij, & appendices non debentur niſi à die litis motæ, iux. text. *in l.* 2. *C. de fructib. & lit. expenſ. l. certum C. de rei vendic. l. ſed etſi leg. §. ſi ante*, vbi gloſ. & Bartol. *n.* 2. *ff. de petit. hæred.* afferuntur duæ
4 limitationes caſui noſtro applicabiles. † Altera quando fructus non petuntur vt acceſſorij, & appendices rei, ſeu capitalis in iudicium deducti, ſed tanquam ſors principalis, & principaliter debiti. Et ratio diuerſitatis eſt, quia hoc ſecundo caſu fructus non debentur ex cauſa malæ fidei, aut mora rei conuenti, ſed iure dominij ipſius actoris cui niſi ſoluerentur fructus, ſeu annuæ præſtationes & penſiones decurſæ ante litem motam, non diceretur ipſi integrè reſtituta res ipſa principalis, cum illa conſiſtat in annuis præſtationibus quæ deberi cœperunt ex die contractæ, ſeu purificatæ obligationis, vt pluribus comprobant dictæ deciſiones, & vltra *ibi* allegatos, tradunt Ruyn. *conſ.* 193. *num.* 4. *lib.* 1. Gabriel. *conſil.* 35. *num.* 10. *lib.* 2. Surd. *conſil.* 293. *n.* 23. Gratian. *diſcept.* 206. *num.* 18. *& ſequentibus*, Cenſius *de cenſib. quæſt.* 91. *num.* 15. *ſecundum nouam impreſſionem.* Boër. *deciſ.* 18. *num.* 2. Rota *deciſ.* 807. *num.* 6. & alij relati à Moder. *de manutent. obſeruat.* 74. *ſub num.* 11.

Rectè itaque Canonici condemnati fuerunt ad ſoluendas penſiones poſt tempus conceſſionis exactas, cum fuerint petitæ principaliter ac debeantur independenter ab omni alio ſubiecto debito petenti, licèt illarum onus inhæreat materialiter fructibus beneficij grauati qui ſunt in obligatione, Put. *dec.* 10. *num.* 6. *lib.* 1. Seraphin. *dec.* 149. *n.* 5. Rot. *rec. dec.* 99. *num.* 2. *part.* 1. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 35. *num.* 53.

5 Nec obſtat quod in primo iudicio non fuerunt petiti termini decurſi ante litem motam, quia non ideo cenſentur remiſſi; gloſ. *in §. ſi minus inſtitut. de actionib.* Bart. *in l. ſi cum dos num.* 2. *ff. de actionib. rer. amot.* Bart. *in l. Lucius §. finali num.* 1. *ff. ad Trebell.* Surd. *conſil.* 224. *num.* 4.

Provt neque obſtat quod in prima ſenten- 6
tia Iudex non condemnauerit ad terminos ante litem decurſos: quia vt benè reſpondet prima deciſio *in §. non obſtat*, & ſecunda *in §. finali*, ſententia reſeruauit terminos de quibus agitur. Cumquè debeantur principaliter, & iure actionis, ex Gamb. *de offic. & poteſt. leg. lib.* 6. *n.* 453. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 39. *n.* 28. *& ſeq.* Peti poſſunt etiamſi in ſententia fuiſſent amiſſi, *ex allegatis ibid.* Quibus addi poteſt, Guid. Papæ *dec.* 55. *in addit.* Rota *in Romana expenſarum* 26. *Maij* 1614. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo.

Altera limitatio eſt quando fructus fuerunt 7
percepti mala fide. Bart. *in l.* 3. *verſ. Tu dic quod hæc regula, ff. de interd. ſab. in §. retinendæ, n.* 12. *verſ. ſed à quo tempore, inſtit. eodem*, Menoch. *de retin. remed.* 3. *n.* 289. Rota *dec.* 317. *num.* 2. *p.* 1. *rec. & in Senogallienſi Iuris paſcendi* 12. *Iunij* 1620. coram bon. mem. Remboldo; Quæ ſatis probatur ex deductis in deciſione huius
cauſæ cor. bon. mem. Merlino, † in quarum 8
vltima additur ex abundanti tertia limitatio, quia etiam bonæ fidei poſſeſſor tenetur ad reſtitutionem fructuū quando non ſunt conſumpti, vel ſi ex eis factus fuerit locupletior.

Et ita deciſum informantibus ſolum beneficiatis, pluries tamen citatis & expectatis per nonnullos menſes Canonicis, qui nouas ſemper dilationes prætexuêre.

---

## R. P. D. MELTIO

Pampilonen. Vicariæ,

Lunæ 26. Maij 1653.

*Ad partem* 2. *Reſolut. cap.* 187.

*ARGVMENTVM.*

FAcultas præſentandi Vicarium ſpectat ad eum cuius dignitati Eccleſia Parochialis eſt vnita. Quod ſi in contrarium probetur immemorialis conſuetudo ex parte Capituli quæ ad huiuſmodi probationem requirantur, diſtinctè exponitur. Concordia à Sede Apoſtolica non confirmata ſubſiſtere non poteſt, maximè in præiudicium Eccleſiæ & ſucceſſorum. Præſumptio beneplaciti Apoſtolici ex curſu diuturni temporis ex quibus locum non habeat:

## SVMMARIVM.

1 *Ius præſentandi Vicarium Parochialem ſpectat ad illum cuius dignitati vnita eſt Parochia.*

2 *Teſtes inter alios examinati, nullam fidem faciunt.*

3 *Probatio immemorialis non concludit niſi in ea concurrant requiſita iuris.*

4 *Teſtes qui non poſſunt deponere de 40. annis ante motam litem, non probant immemorialem.*

5 *Quando conſtat de initio per productionem tituli probatio immemorialis excluditur.*

6 *Solus rumor contrarius excludit probationem immemorialis.*

7 *Concordia non confirmata à Summo Pontifice non nocet Eccleſiæ, nec ſucceſſoribus in beneficio.*

8 *Ex conſtitutione Vrbani VIII. ceſſat præſumptio beneplaciti Apoſtolici.*

9 *Præſumptio beneplaciti Apoſtolici locum non habet niſi probetur contractum fuiſſe longo tempore obſeruatum.*

10 *Pactum reſolutiuum reddit concordiam nullam in caſum contrauentionis.*

11 *Deciſiones factæ in iudicio poſſeſſorio non nocent in petitorio.*

12 *Præſentationes permiſſæ ex vrbanitate non nocent illi cuius dignitati Eccleſia Parochialis eſt vnita.*

13 *Actus facti lite pendente non ſunt conſiderandi.*

14 *In Eccleſia regulari nemo poteſt habere Iuſpatronatus niſi habeat priuilegium Apoſtolicum.*

## DECISIO LXXXIX.

Controuerſia quæ vertit inter Abbatem
& Monaſterium S. Mariæ de Yrache, ex
vna & Economos ac Parochianos Eccleſiæ
S. Ioannis de Eſtella ex altera, ſuper iure
nominandi Vicarium dictæ Eccleſiæ ſancti
Ioannis fuit per duas ſententias Rotales de-
ciſa ad fauorem præfati Abbatis ac Monaſte-
rij, ſed non acquieſcen. adhuc præfatis Pa-
rochianis, & commiſſa mihi appellationis
cauſa in tertia inſtantia. Dubitaui an dictæ
ſententiæ Rotales eſſent confirmandæ, vel
infirmandæ, & DD. cauſa pluries propoſita
ac vltimo loco reſoluta illas confirmandas
eſſe cenſuerunt. Omiſſa enim validitate di-
ctarum ſententiarum, quæ nec etiam ab
ipſis Parochianis fuit impugnata, illarum iu-
ſtitia ſatis clara ex eo viſa fuit, quia firmata
vnione dict. Eccleſiæ S. Ioannis facta ad fauo-
rem Monaſterij S. Mariæ Yrache, de qua du-
bitari hodie non poteſt cum illa fuerit iam
per tres ſententias nempe bon. mem. Coccin.
Peniæ, & Lancelloti, Canonizata venit in ne-
ceſſarium conſequens, † quod ius nominan- 1
di Vicarium Eccleſiæ vnitæ ſpectet ad Ab-
batem Eccleſiæ cui vnio facta reperitur, ad
text. *in cap. ſuper ea*, iuncta gloſ. *in verb. annexa
de præbend. in 6. & cap. 1. de Capell. Monach. &
cap. de Monach. de præbend.* Rot. *in rec. dec. 112.
n. 1. verſ. quia quando part. 1. dec. 579. n. 4. verſ.
minus etiam releuat dec. 710. n. 2. verſ. nam dice-
bant part. 2. dec. 16. num. 12. & 15. parte 6.*
vbi dicit hoc eſſe de mente Sac. Congrega-
tionis Concilij Tiraſonen. iuris præſentandi
23. Maij 1588. coram Bubalo, *& in Barchi-
non. beneficij 9. Februarij 1624. confirmata 19.
Maij eiuſdem anni*, coram bon. mem. Merli-
no, & ita cenſuit etiam S. Congregatio Con-
cilij, vt pluribus declarationibus relatis fir-
mat, Garſ. *de benefic. part. 9. cap. 2. num. 294.
& ſeqq.*

Neque releuare viſum fuit repetitum ob-
iectum immemorabilis conſuetudinis cuius
vigore deputati Parochianorum eiuſdem Ec-
cleſiæ S. Ioannis de Eſtella prætendunt poſſe
præſentare.

Primò, quia Teſtes de ea deponentes fue- 2
runt examinati in diuerſa cauſa, & inter di-
uerſas perſonas, id eſt contra quendam Pe-
trum Diaz. Vnde contra Abbatem & Mo-
nachos non citatos nullum probationis gra-
dum facere poſſunt: *cap. 2.* & *ibi* gloſſ. *verſic.
admonen.* & *ibi* DD. *de Teſtib. l. ſi quan. §. ſed
cum oportet in fin. C. eo tit.* Ruin. *conſil. 14. n. 1.
lib. 2.* Put. *dec. 166. lib. 2.* Seraphin. *dec. 967. n. 7.*
Mantic. *dec. 105. num. 8. verſ. præterea*, Rot. *in
rec. dec. 123. n. 3. verſ. tum quia hoc non probatur
par. 3. dec. 162. num. 2. verſ. & primo quod Teſtes
p. 4. dec. 323. num. 22. verſ. nec obſtat allegata
conſuetudo part. 4. tom. 2. & dec. 678. num. 2.
verſic. nec viſa eſt ſufficiens probatio p. 4. tom. 3.*

Præterea admiſſo etiam quod dicti teſtes 3
probationem aliquam facere poſſent adhuc
non concludunt immemoriabilem dum non
deponunt cum requiſitis, de quibus per gl.
*in cap. 1. in verb. memoria de præſcript. in 6.*
nempe de 40. annis ante motam litem quod
non adſit initij memoria, & quod nihil vide-
rint, aut audiuerint in contrarium quam gl.
communiter ſequuntur ibi ſcriben. & ſignan-
ter. Lap. & Franc. *num. 16.* & eſt ab omnibus
recepta, vt tradit Gabriel. *pluribus relatis,
lib. 5. tit. de præſumpt. concluſ. 1. num. 81.* Couar.
*in reg. poſſeſſor. part. 2. §. 3. num. 7.* Rebuff.
*de decimis quæſt. 13. numer. 99.* Fontanell. *de
pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 17. part. 4. num. 51.*
illamquè paſſim etiam ſequitur Rota & ſi-
gnanter *in recent. dec. 248. n. 2. verſic. & Domino
Epiſcopo deciſ. 405. num. 1. part. 4.* coram Penia
*deciſ. 508. num. 1. verſ. nam primum, & fuit reſo-
lutum in Pampilonen. decimarum de Vſurbil.* 1.
*Iulij* 1648. coram R. P. D. meo Celſo §. *imme-
moriabilis & in Placen. ſeu Abulen. decimarum*
28. *Iunij* 1649. coram R. P. D. meo Peutin-
gero §. 1. *in fin.* prout idem quoque compro-
bat vtraque deciſio emanata in hac cauſa,
vna *ſub die 3. Iunij* 1643. coram R. P. D. meo
Cerro §. *attamen contrarium*, & altera *ſub die*
14. *Decembris* 1648. coram Eminentiſſ. D.
Card. Otthobono *ſub §. neque obſtat immemo-
riabilis.*

4 Repugnat inquam ac impoſſibile omni-
no redditur quod in propoſito caſu Teſtes
deponere poſſint de 40. annis ante motam li-
tem & ſic de primo requiſito. Quia cum di-
cta lis cæpta fuerit vſque de anno 1582. ne-
ceſſe eſſet quod Teſtes tempore examinis
quod fuit de anno 1632. excederent centeſi-
mum annum, ad probandum dictam imme-
moriabilem, quam tamen ætatem pro inue-
riſimili omnino reputauit Rot. *in deciſione in
hac cauſa emanata* coram R. P. D. meo Cer-
ro *ſub §. ſed ceſſat difficultas*, & quotidiana ex-
perientia docet ex hominibus pauciſſimos
admodum & fere nullos dictam ætatem at-
tingere.

Neque valet replicatio quod lis tunc cæpta
cum beneficiatis verteretur ſuper iure viſi-
tandi, deputandi Concionatorem, aſſiſtentia
præſtanda Abbati quando accedit ad Eccle-
ſiam celebrandi cauſa Miſſam ſolemnem; &
ita ſub iuribus omnino diuerſis à iure depu-
tandi Vicarium quod longè poſt in iudicium
deductum fuiſſe præſupponitur. Quia con-
trarium omnino conuincitur ex verbis ex-
preſſis tam in ſententia lata per Serranum de
d. anno 1582. ſumm. Abbatis *num. 6.* quàm in
commiſſione executoriali in vim trium con-
formium ſuper vnione d. Eccleſiæ S. Ioannis
eodem ſumm. *num.* 10. ex iis namquè cum
clarè colligatur litem extitiſſe inter d. Abba-
tem & Parochianos ſuper iure deputandi
Vicarium fruſtra allegatur cauſarum diuer-
ſitas. Rota coram Merlino, *dec. 745. n. 7. verſ.
ceſſatque motiuum.*

5 Deficit etiam ſecundum requiſitum im-
memoriabilis. Quia conſtat de fundatione &
dotatione huius Eccleſiæ facta à Rege Na-
uarræ Sanctio illiuſquè ſucceſſiua donatione
ad fauorem Abbatis & Monaſterij S. Mariæ
de Yrache, & ſic de certo initio quo ſtante
ceſſat & excluditur immemoriabilis cum
hæc pro ſui eſſentia requirat quod initij me-
moria non adſit. Molin. *de primogen. Hiſp. lib. 2.
cap. 6. num. 64. verſ. in ſecunda ſpecie.* Rot. coram
Buratt. *deciſ. 831. num. 6. verſ. nec aliqua præ-
ſcriptio in recent. deciſ. 14. num. 2. part. 1. & dec.
56. num. 18. verſ. quare cum conſtet part. 7. & fuit
dictum in Toletan. decimarum de Capilla 4. Iulij*
1640. coram R. P. D. meo Bichio.

Redditur etiam impoſſibilis probatio im- 6
memoriabilis ex defectu tertij requiſiti;
Quia ſtantibus tot oppoſitionibus litibus &
controuerſiis inter partes excitatis occaſione
præſenti iuris præſentandi ab Æconomis &
Deputatis Parochianorum dictæ Eccleſiæ
S. Io. inueriſimile omnino redditur Teſtes ni-
hil vidiſſe aut audiuiſſe in contrarium cum
tamen ad hunc effectum, vel ſolus rumor
contrarius ſufficiat, Addent. ad ſan. mem.
Greg. XV. *deciſ. 298. num. 13.* vbi plures aliæ
Deciſiones cumulantur & comprobat ſæpius
allegata Deciſio Eminentiſſ. D. Card. Ottho-
boni, *ſub §. imo quod fortius.*

Concordia autem inita ſub die 15. Martij 7
1638. quod eſt ſecundum fundamentum cui
Parochiani nituntur, & cuius virtute præten-
dunt ſibi ius competere circa nominationem
Vicarij minus ſuffragari viſa fuit, quia caret
beneplacito Apoſtolico omninò neceſſario
in tranſactione ſiue in ea agatur de alienatio-
ne bonorum Eccleſiaſticorum ſiue de ſimpli-
ci remiſſione iuris Eccleſiaſtici, *iuxta extra-
uagan. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* Bar.
*in l. nulli ff. de tranſact.* Quarant. *in compend.
Bullar. verb. alienatio rer. Eccleſ. num. 22.* vbi de
ceſſione iurium & actionum *& n. 26.* vbi de
iuribus, Molin. *de contract. tract. 2. diſput. 465.
n. 2.* Redoan. *de reb. Eccleſ. non alienan. cap. 10.
num. 12. & 18. Praxis Archiep. Neapol. cap. 75.
n. 19. & 20.* Federic. de Sen. *conſ. 94.* Aymon.
*conſ. 323. ſub num. 1. verſic. dico quod Prælatus.*
Rebuff. *de alienat. rer. Eccleſ. num. 66.* Rota *in
rec. dec. 241. num. 10. verſ. & ideo prodeſſe non po-
teſt, part. 4. tom. 2. & dec. 304. num. 10. part. 7.* &
conſequenter dicta concordia tanquam nulla
ligare non potuit Eccleſiam prout nec etiam
ſucceſſores in ea: *cap. veniens de tranſact.* gloſſ.
*in cap. ex multiplici in verb. eandem de Decimis.*
Abb. *conſ. 56. num. 2. lib. 1.* Rota coram Martino
Andræa *dec. 48. num. 15. & in Marciſen. Iuriſ-
dictionis* 11. *Decembris* 1647. coram R. P. D.
meo Bichio.

Nihil refragan. præſumpto beneplacito 8
Apoſtolico deſumpto ex lapſu temporis quia
vltra quod talis præſumptio remanet hodie
ſublata ex conſtitutione San. mem. Vrba-
ni VIII. edita de anno 1641. de qua Rota *in
Barchinonen. exemptionis* 13. *Iunij* 1646. §. *tum
quia verſ. & demum, & in Tiburtina affictus* 19.
*Iunij* 1648. *& in Leodien. dominiorum* 25. *Iunij*
1649. §. *præter quod oppoſitiones* coram Corra-
do *Rauennaten. domus* 14. *Iunij* 1649. coram
Reuerendiſſ. Tarraconen. *& in Cracouien. diſ-
membrationis decimarum* 3. *Iunij* 1650. coram
R. P. D. meo Veroſpio † ceſſat etiam ex alia 9
ratione quæ eſt quod ad dictam præſumptio-

nem inducendam vltra lapſum temporis re-
quireretur probatio obſeruantię indiuidualis
reſpectu pacti contenti in dicta tranſactione
videlicet quod præſentationes fieri deberent
à Parochianis coram Abbate. Alex. *in l. qui
aliena num.* 11. *ff. de acquir. hæredit.* Anchar.
*conſil.*136. Rot. *in recent.deciſ.*694.*num.*1.*p.*1.
Addit.ad Greg.*deciſ.*354.*num.*18.*verſ.aduer-
tendum.*coram Merlino *deciſ.*638.*num.*4.*verſ.
neque lapſus & in rec.*176.*num.*45.*part.*5.*verſ.
neque hoc caſu*, & plena circa hoc requiritur
probatio cùm non ſufficiat præſumptiua &
coniecturata; Mareſcot.*var.reſolut.lib.*1.*cap.*
14.*num.*13. & 14. Rota *in Burgen.ſeu nullius
iuris viſitan.*14. *Iunij* 1647. coram Reueren-
diſſ. Tarraconen. §. *nec pariter obſtat in fin.&
in Cracouien. diſmembrationis decimarum.* 3.
*Iunij* 1650.coram R.P.D. meo Veroſpio.

Huiuſmodi autem obſeruantia nedum
probata non fuit vt imò illa potius excluda-
tur ex litibus, appellationibus,& controuer-
ſiis quæ inter ipſaſmet partes extiterunt &
ex actibus difformibus de quibus deponunt
etiam proprij teſtes examinati ad inſtantiam
Parochianorum ipſi enim teſtantur Vicarios
à Parochianis pro tempore nominatos de
conſenſu ſolius Epiſcopi abſque vlla Abbatis
S. Mariæ de Yrache, approbatione admiſſos
fuiſſe atque adminiſtraſſe quod omnino re-
pugnat diſpoſitioni concordiæ quæ ex ex-
preſſo & ſpeciali pacto in ea appoſito appro-
bationem & examen Abbatis requirit. Vltra
quod de inobſeruantia imò contrauentione
expreſsè etiam conſtat ex inſtrumentis con-
uentionum & mandatorum procuræ facto-
rum à Parochianis pro ſuſtinenda huiuſmodi
lite tandiu agitata ſuper iſto iure præſentan-
di; ex qua etiam contrauentione rectè infer-
tur ad priuationem commodi dictæ concor-
diæ, tam inſpecto iure communi, ſecundùm
quod quis non debet iuuari ea re, quam ex-
preſsè impugnat, *l. ſi quis maior* vbi gloſſ. *in*
10 *verb. priuatus C. de tranſact.* † quam attento
pacto ſpeciali reſolutiuo in caſum contrauen-
tionis contento in eodem inſtrumento con-
cordiæ, cuius vigore illa reddita fuit prorſus
inefficax,*l. voluntate ff. quib mod.pign.vel hy-
pot.ſolu.* Menoch. *conſ.*26. *num.*4. & 33.*lib.*1.
Peregr.*conſil.*77.*n.*7. Eugen.*conſ.*29. *ſub n.*32.
*verſ.*2.*mouet.lib.*1. Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*
308.*ſub n.*4.*verſ.maximè ſtante.*

11 Non obſtant Deciſiones editæ coram
R. P. D. meo Peutingero ad fauorem Paro-
chianorum ſuper manutentione iuris pręſen-
tandi quia illæ emanauerũt in iudicio poſſeſ-
ſorio in quo mera facti aſſiſtentia attenditur,
Rot.*in Cartacen. hæreditatis* §.*& ex huiuſmodi
inſiſtentia*,coram R. P. D. meo Cerro, at hîc
agitur in iudicio petitorio in quo ius & non
factum diſcutitur, & petitorium nihil com-
mune habet cum poſſeſſorio, *l. naturaliter.
§.nihil commune, l.per minorem ff.de acquir.poſſ.
l.* 1. §. *huius autem ff. vti poſſid.* Rot.*deciſ.*313.
*num.*10.*part.*4.*recen.*Put.*deciſ.*166.*num.*3.*lib.*1.
& probationes quæ ſufficiunt pro manuten-
tione nõ ſatisfaciunt ad obtinendũ in petito-
rio cùm longè leuiores probationes requi-
rantur in poſſeſſorio quàm in petitorio, ex
pluribus cumulatis per Modern.*de manut.ob-
ſeruat.*38.*num.*1.*& ſeqq.*

Vlla neque vis fieri poteſt in præſentatio- 12
nibus factis per Parochianos ante concor-
diam;quia cum illæ appareant factæ per viam
ſimplicis petitionis & admiſſæ fuerint ab Ab-
batibus ad præces & ſupplicationem Paro-
chianorum non concludunt ius aliquod coa-
ctiuum & obligatorium,ſed perſuaſiuum tan-
tum & ſimplicem quandam honerantiam &
prærogatiuam nominandi Vicarium gratum
& beneuolum. Archid.*in cap.hortamur* 71.*di-
ſtinction.*Abb.*in cap.quod Dei timorem de ſtatu
Monach. & in cap. venerabilis de except.* Ge-
min.*conſ.*45. *num.*4.Dec.*conſ.*134.*num.*3.*verſ.
poſtremo.*Rota coram Caualer. *deciſ.*419.*n.*3.
*verſ.& licet*,& firmauit Rota *in* 2.*deciſ.in hac
cauſa emanata*,coram R. P. D. meo Cerro,§.
*nec refragantur multæ nominationes.*

Neque aliæ præſentationes factæ à Paro- 13
chianis de annis 1597. & 1607.atque ita poſt
initam concordiam habitæ fuerunt in aliqua
conſideratione tanquam factæ poſtquam lis
præcedenter iam introducta fuerat ſuper iu-
re præſentandi, quæ conteſtata demonſtra-
tur vſque de anno 1582. Rota *in Meleuitan.
parochialis* 26. *Maij* 1651.coram R.P.D.meo
Cerro, §. *non obſtat & in Aquilana iuriſpatro-
natus* 18. *Iunij* 1649. §. *pendentia autem* co-
ram Me.

Et tanto magis DD. inclinarunt pro con-
firmatione præcedentiarum ſententiarum
ad fauorem Abbatis & Monaſterij quia vt
ſupra dicebatur d. Eccleſia S. Io. de Eſtella
fuit mediante donatione liberè & abſque re-
ſeruatione alicuius ſeruitutis facta à Rege
Sanctio qui eam fundauerat vnita Monaſte-
rio S. Mariæ de Yrache atque ita cum hodie
agatur de Eccleſia pro regulari habita,præſẽ-
tationes factæ à Parochianis remanent deſti-
tutæ omni titulo † cum prætenſum iuſpatro- 14
natus non poſſit habere locum in Eccleſia
Regulari, niſi quatenus doceatur de priuile-
gio Apoſtolico ſine quo illud non acquiri-
tur, iuxta text. *in cap. nobis de iurepatronatus.*
Mohedan.*dec.*10.*n.*5.*verſ.ratio eſt eod.tit.*Rota
*in rec.dec.*29.*n.*9.*verſ.quod tanto magis p.*7.

Et ita vtraque parte informante reſolutum
fuit, &c.

R.P.D.



---

CORAM R. P. D. ROIAS,
In cauſa Melphien. Penſionis.

Lunæ 28. Ianuarij 1647.

## *ARGVMENTVM.*

Reſeruatarius omnium fructuum
cum facultate transferendi fru-
ctus vel penſiones vſque ad certam
ſummam poteſt transferre penſio-
nem in fauorem perſonæ ſibi beneui-
ſæ non obſtante conſtitutione 69. Vr-
bani VIII. quæ hoc in caſu locum non
habet, cum nullum nouum Eccleſiæ
onus imponatur.

## SVMMARIVM.

1 *Papa omnimodam in beneficialibus authorita-
tem habet.*
2 *Tranſlatio penſionis eſt valida ſi fiat authori-
tate Papæ.*
3 *Fructuum reſeruatio ſeu tranſlatio eſt magis
odioſa quàm penſionis aſſignatio.*
4 *Magna eſt differentia inter reſeruationem
fructuum in fauorem reſignantis,& penſio-
nis aſſignationem.*
5 *Conſtitutio 69. Vrbani VIII. quomodo intelli-
gatur,& in quibus caſibus procedat.*

## DECISIO XC.

Bonæ memoriæ Cardinalis Sealea tan-
quam reſeruatarius omnium fructuum
menſæ Epiſcopalis Melphien. & vigore ſpe-
cialis indulti S. mem. Greg. XV. reſeruandi
loco dictæ reſeruationis fructuum vſque ad
ſummam ſcutorum mille, vnam, vel plures
penſiones pro perſonis ſibi beneuiſis, vel
etiam fructus ipſos vſque ad dictam ratam
tranferendi, cuius vigore dictam reſeruatio-
nem fructuum pro rata ſcut. trecẽtorum ex-
tinxit, & ſimilem penſionem ſcutorum tre-
centorum auri de anno 1639.organo execu-
toris reſeruauit ad fauorem Hyacinthi Sca-
liæ pronepotis, quam penſionem recuſante
ſoluere moderno Epiſcopo, dubitaui hodie
an penſio deberetur, & fuit affirmatiuè reſ-
ponſum, cum Cardinalis reſeruauerit ſiue
aſſignauerit dictam penſionem in vim facul-
1 tatis reportatæ à Summo Pontifice † de cuius
poteſtate non eſt dubitandum in beneficiali-
bus,ac eorum fructibus omnimodam ac libe-
ram habet facultatem ac authoritatem: *cap.* 2.
*de probat.in* 6.*cap.potuit de conceſſ.præb.clem.*1.
*in fin.*vbi Card.*in* 10.*notab.vt lite pend.*Gonz.
*ad regul.*8.§.1.*proœm.num.*31.Nam Papa ſolus
dicitur dominus beneficiorũ Æneas de Fal-
con *in tract.de reſeruat.prælud.*2.*n.*2. Pariſ. *de
reſignat. lib.*2. *quæſt.*4. *num.*34. Gonz. *dicto* §.
*primo proœm. n.*33.† qua facultate transferẽdi 2
ſtante & translatione ſubſecuta penſionem
deberi non eſt dubium;Rota *deciſ.*689.*num.*1.
*part.*4. *diu. Et in venul. penſionis*,coram bonæ
memoriæ Card. Fabricio Veroſpio *penès*
Marcheſ. *de commiſſ. part.*2.*fol.*555.*& in Pa-
duana penſionis* 3. *Decemb.*1627.coram Reue-
rendiſſ.Decano, *& in Mileuitana ſeu Trauen.
penſionis* 9. *Decembris* 1644. coram R. P. D.
meo Otthobono.

Nec obſtat *Conſtitutio* 69. *San. mem. Vrba-* 3
*ni VIII. bullar. tom.* 4. reuocatoria omnium &
quarumcumque facultatum & indultorum
imponendi quaſcumque penſiones etiam
Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus con-
ceſſarum;quia cum dicta Cõſtitutio 69.idem
tantum intenderit ne beneficia nouo onere
grauentur per nouas penſionum impoſitio-
nes, vt deſumitur ex illis verbis proœmiali-
bus ibi; *& quod in antiquorum onerum modera-
tione præcauit, multo fortius in nouorum impoſi-
tione auertere cupiens, &c.* à quibus verbis con-
ſtitutio præfata regulatur & Legiſlatoris mẽs
declarationem recipit; ad text.*in l.*1.*in princ.
ff.ad Macedon.lege vltima*,vbi Bart.*ff.de hæred.
inſtit.*Rot.*deciſ.*174.*num.*7. *& dec.*185.*num.*4.
*&* 403.*num.*3.*part.*1.*recent.* Idcirco non va-
luit dicta conſtitutio Vrbani comprehendere
hanc reſeruationem penſionis in ſubſtantia
non importantem nouum onus dum talis
penſio ſubrogata fuit loco reſeruationis fru-
ctuum eiuſquè propriam naturam aſſumat,
text.*in l.ſi eum.§.iniuriarum ff.ſi quis caut.*Bur-
ſatt.*conſ.*178.*num.*27.Rota *deciſ.*508.*n.*5.*verſ.
primo p.*2.*rec.*

Vnde dicebant DD. quod ſicuti Cardina-
lis Scalia ipſam fructuum reſeruationem pro
dicta rata ſcutorum trecentorum tranſtuliſ-
ſet provt vigore d. Indulti Gregoriani tran-
ſlatio ſubſiſtebat; nec cadebat ſub dicta
conſtitutione Vrbani, multo minus ſub ea-
dem conſtitutione poſſe cadere hanc pen-
ſionem loco reſeruationis fructuum aſſigna-
tam,† quia magis reputatur odioſa tranſlatio, 3
ſeu fructuum reſeruatio maiuſquè dicitur
continere grauamen, quàm penſionis aſſig-
natio in certa quantitate, vt in caſu noſtro
Fel. *in cap. ad audientiam ad* 2. *verſ.*2. *de reſ-
cript.*Rot. *deciſ.*458.*num.*1.*verſ.maximè part.*1.
*diu. & in Romana penſionis* 28. *Ianuarij* 1641.
coram Eminentiſſ. Cardinali Hieronymo
Veroſpio §.1. *in fin.*

Quapropter non fuit in præſenti actum
de diſcri

de diſcrimine intercedente inter reſeruationem fructuum, & reſeruationem penſionis, quas eſſe omnino diuerſas tradit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſtion.* 35. *num.* 55. *& ſeqq.* & alios refert Rot. *in dicta Romana penſionis* 28. *Ianuarij* 1641. coram Eminentiſſimo Veroſpio, nec fuit dubitatum quin Cardinalis Scaglia haberet indultum etiam aſſignandi penſionem loco reſeruationis fructuum de quo articulo loquitur dicta deciſio Romana penſionis coram Eminentiſſimo Veroſpio, cum de indulto claro & indubitato doctum fuerit, ſolum enim fuit inſpectum, an per aſſignationem penſionis ſubſecutam ſequatur effectus noui grauaminis à dicta conſtitutione Vrbana contemplatus non habita aliqua ratione facti per Cardinalem Scaleam geſti nempe ſiue actum fuerit mediante fructuum tranſlatione, ſiue mediante aſſignatione penſionis, cum conſtitutio magis reſpiciat effectum, quàm factum, inde fit quod non veniat attendendum, quid geſtum fuerit, ſed potius an ex facto proueniat effectus, quem Lex reſpexit ac præponderauit theoricam Bart. *in l. quid ergo §. cum autem factum ff. de his qui notam infam.* Roman. *conſ.* 199. *n.* 2. *&* 3. Surd. *conſ.* 3. *n.* 20.

5 Quibus ſtantibus prohibita facultate reſeruandi penſiones vel ſuſcitandi extinctas, non dicitur prohibita tranſlatio, dum in effectu penſio tranſlata non eſt, nec dicitur nouum onus aut grauamen ſed ſubrogatio ſeu prorogatio præcedentis. Pariſ. *conſ.* 5. *num.* 86. *lib.* 4. Rota *deciſ.* 733. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* Buratt. *deciſ.* 688. *numer.* 3. *cum pluribus egregiè relatis in Ferrarienſi Penſionis* 2. *Martij* 1646. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.

Hæcquè fortius ſtringunt in præſenti caſu in quo tam Summus Pontifex Greg. XV. in indulto ad fauorem Cardinalis Scaleæ aſſignationem loco reſeruationis fructuum ſubrogauit & æquè conceſſit facultatem aſſignandi penſionem, vel transferendi fructus ad libitum eiuſdem Cardinalis indultarij, quam etiam idem Cardinalis relatiuè, ad indultum voluit eam penſionem quam aſſignabat ſubrogatam eſſe loco fructuum ibi; *vt ex reſeruatione omnium fructuum aſſignetur annua penſio, &c.* & infra, *vt aliam ſimilem penſionem reſeruet*, ponderando illam dictionem (*ſimilem*) necnon illam dictionem (*ex*) denotantes creationem penſionis ex ſubſtantia reſeruationis fructuum; ipſamquè reſeruationem eſſe cauſam immediatam & ſubſtantialem reſeruationis penſionis, Signorol. *conſ.* 170. *num.* 11. Barb. *dict.* 115. *num.* 2. *&* 3. quibus omnibus additum fuit, quod Cardinalis Scalia penſionem aſſignauit omni meliori modo eamquè voluit ſubrogare in locum reſeruationis fructuum, eiuſquè onus continuando, ad hoc vt penſio ſubſtineretur vt per tot. *deciſ.* 733. *num.* 9 *part.* 2. *& deciſ.* 30. *n.* 33. *part.* 5. *recent.*

Nec aduerſatur quod licèt D. Cardinalis Scaglia valuerit penſionem aſſignare, & fructus transferre, dum tamen proceſſit per viā aſſignationis prohibitæ à dicta conſtitutione Vrbana, non autem tranſlationis penſionis intrat regula, *quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui: cap. cum ſuper de off. de leg.* nam ſat eſt dicere quod ex ſupradictis apparet præfatam aſſignationem non eſſe aliquo modo comprehenſam in dicta conſtitutione Vrbana 69. & prædicta regula *quod potui*, &c. procedit quando quis ita intendebat velle facere & non alias, at quando, provt in præſenti caſu, voluit quis facere omni meliori modo, &c. locum potius ſibi vendicat alia regula, *ſi non valet, quod ago, vt ago, valeat vt valere poteſt*, & operatur vtilitatem actus vltra modos expreſſos; Achill. *deciſ.* 1. *de verb. ſignif.* Put. *deciſ.* 334. *n.* 5. *&* 6. *lib.* 2. *in correct.* Buratt. *deciſ.* 316. *num.* 16. *&* 332. *in fin. &* 362. *num.* 7.

Præſertim dum id totum expreſſit, ſtantibus illis dictionibus *omni meliori modo*, ac aliis verbis ſupra ponderatis, de quibus in aſſignatione, ideò penſionem deberi dictum fuit, vtraque parte informante.

---

# R. P. D. BICHIO

## Mediolanenſi Penſionis,

Mercurij 27. Iunij 1646.

## ARGVMENTVM.

PRorogatio dilationis non protenditur longius quàm prima dilatio; ſi autem commiſſa fuerit arbitrio alicuius expirat per obitum arbitrari debentis, penſiones decurſæ ante litem motam debentur etiam ſi illarum condemnatio omiſſa fuerit in primo Iudicio. Tranſactio præiudicat tantum Canonicis qui illi conſenſerunt non autem Capitulo aut Canonicis poſtea aduenientibus quando fructuum applicatio fit in fauorem menſæ Capitularis.

SVMMA



## SVMMARIVM.

1 *Prorogatio non debet eſſe longior termino primo prorogato.*

2 *Arbitrium expirat morte illius qui arbitrandi commiſſionem habet.*

3 *Deciſiones Rotæ vim habent rei iudicatæ inter eaſdem partes ex ſtylo Rotæ Romanæ.*

4 *Penſiones præteritæ & ante litem motam decurſæ debentur; quia non petuntur vti acceſſoriæ, ſed principaliter.*

5 *Ampliatur vt hoc procedat quando tales termini petuntur contra tertium qui illos poſſedit ſine titulo.*

6 *Petitio penſionum præteritarum datur contra tertium, non quia eſt obligatus, ſed quia retinet.*

7 *Sed hoc non procedit in tertio qui habet titulum & bonam fidem, veluti ex deliberatione Iudiciali.*

8 *Mala fides inducitur ex ſcientia iuris quod competit aduerſario.*

9 *Mala fides omnem titulum decolorat.*

10 *Quæ ex iuris diſpoſitione dependent præſumuntur ſciri à viris peritis & ingenio præſtantibus.*

11 *In tranſactionibus & aliis actibus voluntariis omnium conſenſus requiritur.*

12 *Quando titulus eſt ipſo iure nullus non probat bonam fidem, ſecus ſi habeat implicitum ſtatum validitatis, & explicatur* deciſio 206. *apud Cenſium* in tractat. de Cenſib.

13 *Actus voluntarius in quo requiritur conſenſus omnium de Capitulo nocet ſaltem illis qui conſenſerunt.*

14 *Diſtributiones quotidianæ non exactæ pertinent ad eos qui ſeruitium præſtiterunt vel ad hæredes illorum.*

15 *Sed hoc non habet locum in reditibus qui applicantur maſſæ capitulari non autem ſingulis de Capitulo.*

16 *Diſtributio illorum quæ applicantur Capitulo pertinet ad Canonicos qui ſunt ex tempore quo fit diſtributio, non ad hæredes Canonicorum defunctorum.*

17 *Quæ ſit hac in re differentia inter groſſas & minutas fructuum bonorum Capituli diſtributiones.*

## DECISIO XCI.

QVæ lata fuit ſententia Rotalis ad fauorem beneficiatorum contra Capitulum & Canonicos Metropolitanæ Eccleſiæ Mediolanenſis pro reſtitutione annuæ penſionis ſcutorum mille ad beneficiatos ſpectantis, & per Dominos Canonicos exactæ ab anno 1588. atque in proprios caſus conuerſæ confirmanda, an eſſet diſcutiendum propoſui ſub die 31. Ianuarij proximè præteriti, & Rota affirmatiuè reſpondit eidemquè reſolutioni adhæſit hodie reaſſumpta ſuper eiſdem diſputatione, quod enim ab anno 1588. penſio ſpectaret ad Dominos beneficiatos conſtat ex aſſignatione eorum menſæ facta à Glorioſæ mem. S. Carolo tunc Archiepiſcopo Mediolanenſi ante annum 1577. & licèt idem S. Carolus dictam penſionem applicaſſet Fabricæ ædium Canonicalium de anno 1577. atque iterum de anno 1588. cum S. Carolus non fuerit vſus poteſtate ſibi à S. M. Pio V. tributa applicandi arbitrio ſuo vſque ad totalem perfectionem Fabricæ, ſed primo aſſignauerit ad quinquennium, & poſtea dubitans an vigore huius facultatis Terminum prorogare poſſet ſupplicauerit Felic. recordat. Greg. XIII. pro ſimili facultate, quam ad aliud quinquennium obtinuerit, & ad tantum tempus primam applicationem prorogauerit, nec poteſt ſecunda hæc prorogatio intelligi de longiori tempore ſiue voluntatem applicantis metiamur à poteſtate vt ſupra conceſſa à Gregorio decimo Tertio ſiue à ſolito, † & natura ipſius 1
prorogationis, quæ longior eſſe non ſolet primo termino, vt in his terminis, conſiderauit Rota *in deciſ.* 696. *num.* 2. *& ſeqq. part.* 1. *& deciſ.* 651. *per totam, &* 755. *n.* 1. *part.* 2. *deciſ.* 761. *num.* 3. *& ſeqq. part.* 3. *deciſ.* 3. *n.* 37. *part.* 7. *recent.*

In quibus deciſionibus additur non eſſe veriſſimile quod Sanctus Carolus voluerit pro conſtitutione ædium Canonicalium grauare ſolos beneficiatos, vnde ſicut Canonici fructus prioratus Caluenzani, vniti menſes Capitulari quos Sanctus Carolus vnà cum penſione Beneficiatorum dictæ Fabricæ applicauerat de anno 1583. recuperarunt poſt pretioſam Sancti Caroli mortem, ita beneficiali recuperare debent penſionem præſertim eſto quod applicationes intelligerentur, factæ indefinitæ arbitrio Sancti Caroli † eius 2
arbitrium eius glorioſa morte expiraſſet, vt per illum textum notant DD. *in cap. & ſi gratioſæ de reſcript. in* 6. Couar. *Variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 2. Sanch. *de matrimonio lib.* 8. *diſput.* 28. *n.* 49. *& ſeqq.*

Fuiſſe autem ab anno 1588. citra exactam penſionem & conuerſam in commodum Canonicorum, videlicet pro conſtructione ædium Canonicalium apparet ex deductis *in deciſ.* 633. *& deciſ.* 662. *part.* 4. *recent. deciſ.* 207. *in principio deciſ.* 266. *num.* 5. coram Reuerendiſſ. Vrgellenſi, quæ reſpondent omnibus contrariis † & cum emanauerint inter has ipſas partes in Iudicio executiuo ſuper immiſſione

miſſione in quaſi poſſeſſione exigendi pen-
ſionem terminata per rem Iudicatam,ſuppo-
nendæ ſunt iuxta laudabilem ſtylum huius
Tribunalis de quo teſtatur *deciſ.* 354. *num.*3.
*& 8. part.4.rec.*Burat.*deciſ.*596.*n.*1.*deciſ.*857.
*num.*4.

Et ſicuti in dicto Iudicio in quo penſiones
veniebant acceſſoriè ad Immiſſionem, Ca-
nonici condemnati fuerunt ad illarum reſti-
tutionem à die motæ litis, inchoato deinde
alio iudicio principaliter ſuper penſionibus
ante dictam litem decurſis & in commodum
Canonicorum vt ſupra conuerſis,ad illas pa-
riter reſtituendas Canonici meritò condem-
nati fuerunt, tum propter malam fidem,
tum quia dictæ penſiones petuntur tanquam
ſors principalis & principaliter debitæ inde-
4 pendenter à quocumque alio ſubiecto,† quo
caſu ſunt reſtituendæ etiam decurſæ ante
motam litem, quia non debentur, ratione
moræ aut malæ fidei, ſed iure dominij ipſius
actoris non conſequeretur integrè rem ſuam
niſi terminos ante litem decurſos, recupera-
ret, ex allegatis, *in deciſione* coram Me,*edita*
31. *Ianuarÿ proximè præteriti*, & latius ac me-
lius *deciſ.*3.*n.*7.*& ſeqq.& dec.*281.*n* 4.*& ſeqq.*
*part.*7.*recent.*

5 Idque procedit ſiue termini ab initio de-
curſi petantur ab ipſo titulari qui ad penſio-
nes ſoluendas eſt obligatus,ſiue à Tertio qui
abſque legitimo titulo illos exegit, quia hoc
caſu etiam tertius re ipſa hoc eſt,ex receptio-
ne rei alienæ remanſit obligatus ad reſtitu-
tionem, & in iudicio vendicationis, rei pro-
priæ ab ipſa poſſeſſæ & retentæ nulla fit di-
ſtinctio an reus conuentus ſit obligatus nec
ne, cum actio huiuſmodi non oriatur ex illius
6 obligatione ſed ex dominio actoris,† & de-
tur contra poſſidentem;quia retinet non quia
eſt obligatus, vt ex textu *in* §. 1. *Inſtit. de*
*action.* notat Ferdinand. Arias de Meſa.*var.*
*reſolut. lib.*3.*cap.*50. *num.* 25.*in fine*,Modern.
Saminiatenſis *conſ.*90.*num.* 27. Anton.Faber.
*in l.*3.*§.hæres ff. commod. verſic. nec enim naſci-*
*tur*,quem ſequitur idem Arias de Meſa *lib.*2.
*var.reſol.cap.*38.*mem.*9.*& ſeqq.*& probatur *in*
*dicto §.hæres & ex l. ſi poſſeſſor* 56.*ff. de rei ven-*
*dicat.*

Atque hinc non applicatur diſtinctio Bald.
*in authentica* & qui iurat *num.* 47. *verſic. ſed*
*quid ſi fuit proceſſum C. de bonis authorit. Iudic.*
*poſſident. recepta* à Vincentio de Franch. *de-*
*ciſ.* 120. *ſub num.* 8. *& deciſ.* 660. *ſub num.* 1.
inter debitorem & tertium poſſeſſorem,
7 † quia procedit in tertio poſſeſſore, cum
bona fide & titulo ſolemni proueniente ex
ſententia & deliberatione iudiciali ne tanta
ſolemnitas deliberationis vitietur, vt etiam
ponderauit Rota *in Romana cenſuum* 27.
*Aprilis* 1644. coram R. P. D. meo Rojas.

At in caſu noſtro Canonici nullum ha-
bent titulum huiuſmodi & quem habebant
à S. Carolo expirauit de anno 1588. vt ſupra
oſtenſum fuit.

Mala fides pariter Canonicorum ob quam 8
reſtituendi ſunt fructus ab initio percepti,
nulla habita diſtinctione inter debitorem &
tertium ex allegatis, *in dicta Romana cenſuum*
16. *Martÿ* 1646.coram R. P. D. meo Rojas,
ſatis probatur quia negare non poſſunt ſcien-
tiam aſſignationis originaliter factæ menſæ
beneficiatorum, quodque applicationes hu-
iuſmodi penſionis ad fauorem Fabricæ
ædium Canonicalium de anno 1577. &
1583. reſtrictæ erant ad duo quinquennia
cum inſtrumenta dictarum applicationum
retinuerint in Archiuio & ad menſam Ca-
nonicalem reuocauerint Prioratum Cal-
ueniani in eiſdem inſtrumentis temporali-
ter vt ſupra pro Fabrica applicatum,† vnde 9
extremus dies ſecundi quinquennij, deco-
lorauit omnem titulum Dominorum Cano-
nicorum & malam fidem induxit, vt pluri-
bus comprobat *deciſio* 3. *ſub num.* 24. *verſic.*
*qua mala fides & ſeqq. vſque ad num.* 31. *&*
*deciſion.* 281.*num.* 11. *& ſequent. vſque ad* 15.
*part.*7.*recent.* quorum fundamenta DD. pla-
cuerunt.

Nec mala fides euitari poteſt ex eo quod
applicationes factas per Sanctum Carolum
Capitulum opinari potuerit eſſe perpetuas
vſque ad totalem perfectionem Fabricæ,quia
imo in verbis, ſunt reſtrictæ ad duo quin-
quennia, & ipſi nec expectato lapſu ſecundi
quinquennij auocarunt dictum Prioratum
ſpectantem ad dictum Capitulum, & in om-
nem euentum quatenus applicationes factæ
fuiſſent ſine temporis præfinitione arbitrio
Sancti Caroli, negare non poſſunt ſciuiſſe
illius mortem ob quam dictum Arbitrium
expirauit, præter quod cum Capitulum ſem-
per conſtiterit viris ingenio & Doctrina præ-
ditis nedum quæ à facto † ſed etiam quæ à 10
iuris diſpoſitione pendent, ſciuiſſe præſu-
muntur, gloſ. *in l. profeſſio C. de munerib. pa-*
*trimon. lib.* 10. Alexand. *in l. ciuitas num.* 13.
*ff. ſi cert. petat.*Portius Imolen.*conſil.*70.*n.*22.
Odd.*de reſtit.in integr.quæſt.*23.*num.*24.*&* 25.
& in his terminis Rot.*d.deciſ.*3.*num.*35.*&* 36.
*lib.*7.

Minus malam fidem excludunt plures
tranſactiones initæ cum beneficiatis, quia
omnes ſunt nullæ ob defectum beneplaciti
Apoſtolici, & conſenſum omnium benefi-
ciatorum, ſiquidem tunc num. 32. & tran-
ſactionibus 13. tantum interuenerunt † & 11
tamen in huiuſmodi actibus voluntariis,om-
nium conſenſus eſt neceſſarius,iuxta notata,
*in cap. humilis*, vbi Innocent.*numer.*2.*verſic.*
*& maximè de maiorit. & obedientia.* Burſat.
*conſ.* 159. *num.*8. *lib.* 2. Seraphin. *deciſ.*708.
*numer.* 3. Rot. *deciſ.* 270. *numer.* 2. *part.*4.*re-*
*cent.* & in puncto præfatas tranſactiones
nullas eſſe fuit deciſum, coram bon. mem.
Vbaldo *anno* 1615. *vt in deciſion.* 755. *num.* 2.
12 *& ſeqq. part.* 2. *recent.*† & quando titulus eſt
ipſo iure nullus, non probat bonam fidem,
Surd. *deciſion.*45. *numer.*17.*deciſ.*179.*num.*20.
*conſil.* 115. *ſub numer.* 16. Alexand. *conſil.* 54.
*num.* 10. *lib.*6. Oſaſc. *deciſ.*160.*num.*2.*&* 14.
quidquid ſit quando habet implicitum ſta-
tum validitatis donec nullitas declaretur in
quibus terminis loquitur *deciſio* 206. *n.*5.*&* 7.
impreſſa apud Cenſ.*de Cenſib.*

Nec obſtat exceſſus ſententiæ Rotalis ex
eo quod condemnat ad reſtitutionem om-
nium penſionum ab initio perceptarum,
debuiſſent autem detrahi portiones ſpe-
ctantes, ad tredecim illos beneficiatos qui
13 tranſegerunt, † quia etiam actus voluntarij
expediti ſine conſenſu omnium nocet illis
qui conſenſerunt, vt ad literam probat tex-
tus *in l. Ciuitas* 27. Ibi; *Alioquin ipſi ſolum qui*
*contraxerunt non ciuitas tenebuntur*, & notat
Bald.*in l.* 1. *numer.* 2. *ff. de magiſtr. conueniend.*
quem refert & ſequitur Felin. *in cap. cum*
*omnes numer.* 17. *infra medium verſic. & iſtis de*
*conſtitut.*

14 Cumque dictæ penſiones aſſignatæ fue-
rint dictis beneficiatis pro diſtributionibus
quotidianis, pro ratis ſpectantibus ad ipſos
tranſigentes, tranſmiſſæ fuerunt ad eorum
hæredes, quamuis in vita tranſigentium
exactæ non fuerint, vt in terminis diſtribu-
tionum quotidianarum non exactarum re-
probàto, Decij *conſ.* 281.*num.*1.*& per totum.*
tradit Pariſ.*conſil.* 33. *num.*22. *lib.*4. vbi dicit
rationem quia diſtributiones quotidianæ
ſunt ſtipendium diurni laboris nec dilatio
in exigendo ſuſtulit obligationem contra-
ctam ex die præſtiti ſeruitij, vnde paria ſunt
quod fuerint ſolutæ, vel quòd debeant ſo-
lui, Gigas *conſ.*144. *num.*21. latiſſimè Monet.
*de diſtribut.quotidian. part.*3. *quæſt.*3. *num.* 20.
*& ſeqq.* Rota *in Cæſarauguſtana diſtributionum*
27.*Iunÿ* 1642.coram Me.

15 Nam reſpondetur quod non agitur de
præiudicio tranſigentium ſed modernorum
beneficiorum ad quos ſpectant penſiones
omnes ab initio decurſæ, non autem ad hæ-
redes defunctorum, cum vt legitur oculari-
ter in inſtrumento aſſignationis anni 1577.
aſſignatæ fuerint, non diſtributionibus quo-
tidianis ſed maſſæ beneficiatorum & ex
conſtitutionibus beneficiatorum *part.* 2. *tit.*
*de communi maſſa*, appareat quod vltra diur-
nas diſtributiones adſunt alij fructus maſ-
ſæ communis, Quando enim fructus ſunt
aſſignati menſæ ſeu maſſæ groſſæ, licèt
diſtribui debeant inter ſingulos antequam
diſtribuantur, non ſpectant ad ſingulos
ſed ad ipſam maſſam, quæ nunquam de-
fuit & repreſentatur per beneficiatos ho-
die viuentes, & per conſequens deben-
tur illis qui ſunt de Collegio tempore exa-
ctionis, cùm tunc diſtribui debeant, quam-
uis annis præcedentibus maturauerint, vt
originaliter voluit, Calderin. *conſ.* 21. *de*
*præbend.* quem ſequitur Felin. *in cap. eam te*
*numer.* 13. *verſic. per iſtam differentiam Pri-*
*mo de reſcript.& in cap. Iacobus num.*1. *de ſimon.*
Mandoſ. *in regul.* 34. *cancell.quæſt.*51.*ſub num.*
3. Gonzal. *ſuper regula* 37. *num.* 26. *verſic.*
*propterea & numer.* 37. Garſ. *de benefic. part.*
3. *cap.*2. *numer.* 428. *&* 429. † vbi in ſpecie 16
ait quod reſtitutio fructuum ablatorum
ſeu male perceptorum, non debet fieri
Canonicis illius temporis ſed Capitulo, &
in puncto conſiderauit, Rot. *deciſion.* 3.
*numer.* 66. *parte* 2. *recent.* vnde non appli-
cantur allegata in obiectione loquentes de
diſtributionibus quotidianis quas minutas
appellamus & differunt à maſſa groſſa
diſtributionum, vt latè tradit Moneta *de*
*diſtribut. quotidian. part.* 1. *quæſtion.* 9. *numer.*
34.*&* 35.

Et ita deciſum, vtraque parte infor-
mante.

---

# R. P. D. CERRO

## Romana Penſionis,

Veneris 19. Ianuarij 1646.

## *ARGVMENTVM.*

Longa poſſeſſio exigendi penſionem
ſuffragatur vt titulus ex ea præſu-
matur. Et licèt aliàs requiratur poſſeſ-
ſio exigendi per triginta annos, ta-
men concurrentibus pluribus admini-
culis quæ recenſentur, debet ſuffragari,
veluti ſi producti fuerint teſtes depo-
nentes de fama, ſi concurrat veriſimi-
litudo, & plures probationes imperfe-
ctæ coniungantur. In Inſtantia reſtitu-
tionis in integrum aduerſus rem iudi-
catam noui teſtes produci poſſunt.

## SVMMARIVM.

1 *Longa poſſeſſio exigendi penſionem tituli validitatem præſumi facit.*

2 *Et non ſolùm ex ea oritur præſumptio tituli ſed etiam iuſtificationis illius.*

3 *Probatio quaſi poſſeſſionis & valoris beneficij dicitur ſufficiens ſi adſit vnus teſtis de ſcientia, & alter de fama.*

4 *Probatio quæ oritur ex veriſſimilitudine eſt potens ad inducendam coniecturam.*

5 *Probatio valoris temporis præteriti inducit coniecturam ad tempus præſens.*

6 *Qui libros Capituli habet penès ſe cogitur illos exhibere probata exiſtentia & intereſſe.*

7 *Actor occultans probationes rei punitur amiſſione cauſæ ſicut ſurripiens.*

8 *Teſtes deponentes de fama probant iunctis adminiculis.*

9 *Obſeruantia quoad ſolutionem penſionis quamuis minor 30. annis ſufficit iunctis adminiculis.*

10 *Dum de nullitate penſionis agitur requiritur probatio concludentiſſima.*

11 *Probatio valoris expreſſi per modum affirmatiuum plena requiritur.*

12 *Clauſula* vt aſſeris *conditionem importat.*

13 *Probationes leuiores admittuntur in antiquis.*

14 *Ex multis probationibus imperfectis plena probatio oritur ſi ſimul iungantur.*

15 *Ampliatur vt procedat quamuis ageretur de probando valore beneficij conditionaliter expreſſi.*

16 *Ex valore beneficij annorum præcedentium non probatur valor temporis ſequentis.*

17 *In computando valore fructuum beneficij ſolùm debet haberi ratio eorum quæ iure canonico non quæ ab extra percipiuntur.*

18 *Verbum* circiter *expreſſum in valore penſionis verificatur etiam in decima parte.*

19 *In cauſa reſtitutionis in integrum teſtes de nouo produci poſſunt.*

## DECISIO XCII.

IAcobus Pergamenus tunc viuens Canonicus Sancti Angeli in foro piſcium conſenſit anno 1615. reſeruationi annuæ penſionis 24. ducatorum auri de Camera fauore Franciſc Grilli à S. M. Paulo V. reſeruatæ ſuper fructibus ipſius Canonicatus in Summario Grilli *n.1.*

Ioannes Baptiſta Marus vltimus ſucceſſor in Canonicatu ægrè ferens ſolutionem dictæ penſionis introduxit iudicium coram A. C. ſuper illius nullitate, ex eo præcipuè fundamento, quod valor narratus per aſcenſum ad ſimiles ducatos centum non eſſet iuſtificatus, & obtinuit ſententiam fauorabilem, quæ cum feciſſet tranſitum in iudicatum fuit mihi ad inſtantiam Grilli commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum, & propoſito hodie dubio, an conſtaret de re iudicata aut potius de cauſis reſtitutionis in integrum domini quoad ſecundam partem affirmatiuè reſponderunt, ob euidentem iniuſtitiam ſententiæ.

Etenim A. C. abſoluit Marum, eo quia Grillus intentionem ſuam non iuſtificauit, & tamen euidentiſſimè apparet iuſtificata ex ſubſecuta poſſeſſione exigendi hanc penſionem, tam à Pergameno quàm ab omnibus illius ſucceſſoribus & ab eodemmet Maro in Summario *num.* 9. continuata per 29. annos & vltra, † quæ operatur vt gratia à princi- 1 pio præſumatur iuſtificata, nec alia iuſtificatione indigeat; Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 478. *& ſeqq.* Rota *diuerſ. deciſ.* 534. *num.* 2. *part.* 1. Cardinal. Seraphin. *deciſ.* 642. *num.* 3. Cardinal. Mantic. *deciſ.* 356. *num.* 1. Cardinal. Caualer. *deciſ.* 15. *num.* 3. S. M. Gregor. XV. *deciſion.* 431. *num.* 10. *& ibi additio litera B.*

Sicut enim ex poſſeſſione tanti † tempo- 2 ris præſumitur titulus Felin. *in cap. licet. n.* 10. *de ſimonia*, ita eo magis iuſtificatio ipſius tituli præſumi debet, vt ad noſtrum propoſitum reſpondit Rot. *deciſ.* 534. *num.* 2. *part.* 1. *diuerſ. deciſ.* 122. *num.* 5. *part.* 1. *recent.* & poſtremò *in piſcienſi penſionis 6. Februarij* 1645. coram R. P. D. meo Otthobono.

Et hanc obſeruantiam dixerunt DD. ex pluribus coadiuuare, primò ex teſtibus pro Grillo examinatis qui deponunt huiuſmodi Canonicatum computato anno ſterili cum fertili ab anno 1614. vſque ad præſens fuiſſe ſolitum annuatim reddere ſcuta 130. non comprehenſis penſionibus domorum & manſionum, qui cum ſint numero plures & aliqui de fama, alij verò de certa ſcientia deponant bene probant; † quia ad hunc effectum 3 ſufficit vnus teſtis de certa ſcientia, ſi alij de fama deponant, ex notatis per gloſſ. *in cap.* 1. *in verbo famam de appellat.* Alex. *in l. gallus §. fin. num.* 13. poſt Bald. *ibid. in §. eſſe caſus ſub num.* 3. *ff. de liber. & poſthum.* Pariſ. *conſ.* 57. *num.* 23. *&* 24. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 44. *num.* 5. *lib* 4. Gabriel. *de probat. concluſ.* 1. *num.* 8. Carol. de Graſſ. *deciſion.* 1. *numer.* 2. *de ſponſalib. & matrim.* Cardin. Seraphin. *deciſion.* 1199. *numer.* 4. S. M. Gregor. XV. *deciſion.* 245. *num.* 1. *& deciſ.* 273. *pariter numer.* 1. Rot. *recent. deciſ.* 340. *num.* 3. *part.* 3.

Secundò ex veriſſimilitudine, cum ve- 4 riſſimile ſit titulares & ſucceſſores pro tempore penſionem non perſoluiſſent niſi



niſi valor narratus verus & iuſtificatus fuiſſet, argum. text. *in l. cum de indebito ff. de probat.* Rota coram bon. memor. Buratto *deciſion.* 265. *verſic. quam ipſe*, & coram S. M. Greg. *deciſ.* 245. *n.* 6.

Tertiò ex partitis libri camerariatus Eccleſiæ de qua agitur ab anno 1625. vſque ad præſens, vt in Summario *num.* 10. ex quibus conſtat à dicto tempore citra fructus dictorum Canonicatuum non computatis dictis penſionibus domorum cuilibet Canonico contingentium aſcendiſſe ad annua ſcu-
5 ta 137. † hinc enim euidentiſſima oritur præſumptio quod de tempore antecedenti reditus dictorum Canonicatuum ad illam ſummam aſcendiſſent, niſi probetur illos diminutos fuiſſe, Caſtrenſ. *in l.* 2. *num.* 4. *C. de reſcind. vendit.* Natta *conſil.* 352. *numer.* 2. Rota coram S. M. Gregor. XV. *deciſion.* 553. *num.* 4. *ibiquè* Addent. *numer.* 15. Idquè etiam ſi dictæ partitæ non percutiant tempus reſeruatæ penſionis cum melior probatio fieri non potuerit culpa ipſius Mari, eo quod libri anni 1610. vſque ad annum 1625. reperiuntur amiſſi culpa illius à tempore quo fuit Archiuiſta: probatur enim quod iſti libri ſemper, & de anno 1639. extiterunt in Archiuio dictæ Eccleſiæ de qua agitur, quodquè Marus effectus Archiuiſta deferri fecit omnes libros ad propriam domum qui erant in dicto Archiuio & inſuper quod libros anni 1610. & ſequentium penès ſe retinuit illoſquè Teſtibus oſtendit, vt in dicto Sum-
6 mario *numer.* 12. 13. *&* 14. † Itaque ſicut probatis intereſſe & exiſtentia potuerat Marus cogi ad exhibendos libros, *l.* 4. *ff. ad exhibend. l.* 1. *C. de edend.* Rot. *deciſ.* 5. *de probat. in nouis.* Cardinal. Seraphin. *deciſ.* 1224. *n.* 4. bon. memor. Burat. *deciſ.* 278. *num.* 11. & niſi non exhibuerit præſumendum ſit illos occultaſſe ne Grillus gratiam concludenter iuſtificare potuiſſet, *l. hæredes §. fin. ff. ad l. Falcidiam.* Bald. *conſ.* 80. *numer.* 2. *part.* 2. *&* 3.
7 *lib.* 3. † vbi quod occultans tales rationes tenetur perinde ac ſi de Archiuio illas ſubtraxiſſet, Honded. *conſ.* 13. *numer.* 19. *lib.* 1. Ibi; & ſi reſtituere recuſat, quia ipſe eſt actor, puniri debet in amiſſione cauſæ, provt punitur ille qui probationes alterius partis occultat ſiue ſubtrahit, Giurb. *deciſion.* 29. *numer.* 10. Rot. *deciſion.* 418. *numer.* 15. *part.* 2. *recentior.* Ita hæc præſumptio iunctis ſupradictis, ſufficit Grillo ad hunc effectum ne Marus ex propria culpa vtilitatem reportet in illius præiudicium; *l. ne ex dolo ff. de dolo*, *l. itaque ff. de furt. l.* 1. *§.* 1. *ff. de except. doli*, *cap. ſedes de reſcript.* Aymon. *conſ.* 100. *n.* 6.

Quartò ex quo alij Canonicatus eiuſ- 8 dem Collegiatæ ſunt onerati grauiori penſione nec vllus de nullitate opponit, vt probant Teſtes *in dicto Summario numer.* 19. qui etſi deponant de fama & publica voce, plenè probant cum iunctis adminiculis ad hunc effectum plenam faciant probationem & ſufficientem. Alexand. *conſil.* 4. *numer.* 4. *lib.* 6. S. M. Gregor. *deciſion.* 277. *num.* 4.

Ex quidus ceſſat quod ab altera parte 9 dicitur obſeruantiam huiuſmodi requiri per 30. annos completos; quia id procederet in ſimplici & nuda obſeruantia, ſecùs verò quando provt hîc ex tot adminiculis & veriſſimilitudine coadiuuatur, vt ſæpiſſimè reſpondit, Rot. *in Gerundenſi vnionis* 14. *Nouembris* 1600. coram Sacrato, *& in Gerundenſi prioratus* 10. *Decembris* 1614. coram bon. memor. Cardinali Fabritio Veroſpio & Card. Mantic. *deciſion.* 340. *numer.* 6. *&* 8. & ſanæ memoriæ. Greg. XV. *deciſion.* 245. *numer.* 6. *& ſequentibus & dicta deciſion.* 273. *numer.* 3. *ad finem & ſequentibus.*

Non obſtat quod vbi tractatur de nulli- 10 tate penſionis in petitorio non ſuffragetur quaſi poſſeſſio exigendi plurium annorum, ſed requiratur concludens probatio & concludentiſſima, Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 25. Rota coram Seraphino *deciſion.* 1122. *numer.* 2. † eoquè magis in penſione reſeruata intuitu expreſſionis valoris factæ condi- 11 tionaliter *vt aſſerit* cùm valor narratus ad aſcenſum per modum affirmatiuum plenam probationem requirat, vt dixit, Rot. coram Seraphin. *deciſion.* 1109. *numer.* 2. bon. mem. Buratto *deciſion.* 437. *numer.* 9. *in peruſina parochialis ſeu penſionum* 1. *Iunij* 1641. coram R. P. D. meo Decano † & de 12 clauſula *vt aſſeris* quæ importat expreſſam conditionem, adeo vt ea non iuſtificata gratia corruat; Barboſ. *in prax. exigendi penſiones, parte* 1. *quæſtion.* 2. *ſub numer.* 5. *verſic. ſimiliter conditionalis*, & fuit dictum *in Troiana penſionis* 14. *Maij* 1629. coram Queipo *impreſſa poſt tractatum* Poſtij *de manutent. deciſ.* 316.

Placuit enim DD. reſponſio quod licèt 13 dicta obſeruantia & probatio per teſtes aliquam difficultatem paterentur, tamen coadiuuantur ex tot adminiculis & præſertim ex dicta veriſſimilitudine reſultante ex ſolutione tanti temporis per omnes ſucceſſores, quæ operantur vt admittantur etiam leuiores probationes, & ea probent quæ alias nullum gradum probationis facerent, Alexand. *in l. edita in fine*, *C. de edend.*

edend. Tiraquell. *in l. ſi vnquam in verbo donatione largitus numer.* 100. *& ſequent. C. de reuocand. donationib.* Surd. *deciſion.* 325. ſanctæ memoriæ Gregor. XV. *deciſion.* 245. *numer.* 7. *&* 8. *deciſ.* 273. *numer.* 4. *&* 5. † In materia enim probationum quæ non proſunt ſingula, vnita iuuant,
14 *l. inſtrumenta C. de probat.* Abb. *in cap. cum cauſam numer.* 2. *de probat.* Dec. *conſil.* 146. *ſub numer.* 4. *verſic. ſexto & vltimo lib.* 1. S. M. Gregor. XV. *deciſion.* 245. *numer.* 2. & ex multis imperfectis ſimul iunctis probationibus perfecta probatio reſultat, gloſſ. *in dicto cap. cum cauſam in verbo adminicula de probat.* Barthol. *in l. admonendi numer.* 48. *ff. de iureiurand. cum aliis relatis* per Gabriel. *de probat. concluſ.* 1. *num.* 1. Gregor. *deciſ.* 245. *num.* 5. † etiam ad probandum valorem beneficij in conditione poſi-
15 tum, Greg. *dec.* 277. *n.* 6.

Provt non obſtat quod ex libris Capituli ab anno 1598. vſque ad annum 1610. appareat huiuſmodi reditus non exceſſiſſe ſcuta 98. Summario Mari *num.* 4. quia cum medio tempore inter dictum annum 1610. & annum 1615. ſuperuenerit noua aſſignatio fructuum facta ab Eminentiſſimo Cardinali Perreto & conſtet ab inde citra ad maiorem Summam aſcendiſſe ex ſupra deductis, † non bene trahitur conſequentia à valore anni 1610. ad valorem anni 1615.
16 & ſequentium. Rip. *in l. rem quæ nobis num.* 59. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Alciat. *de præſumpt. Reg.* 2. *præſumpt.* 21. *numer.* 16. Menoch. *eod. tract. quæſt.* 24. *num.* 17. *& ſeq. lib.* 1. Rota *in Roſſanenſi decimarum* 28. *Nouemb.* 1639. coram R.P.D. meo Bichio.

Nec releuat quod prædicti reditus aſcendunt ad illam Summam computatis penſionibus domorum & manſionum quæ cum ſubiaceant optioni iuxta Ancianitatem Canonicorum & ſint membra penitùs à Canonicatu diſtincta, non debeant computari † cum ea tantum emolumenta ad hunc effectum computentur quæ percipiuntur iure
17 Canoniæ, non ea quæ veniunt ab extra, vt fuit dictum *in Romana penſionis* 17. *Martij* 1638. coram Eminentiſſimo Cardin. Veroſpio *& in eadem* 19. *Nouembris* 1640. coram Me, *& in Cæſarauguſtana emolumentorum* 24. *Iunij* 1644. coram R.P.D. meo Bichio.

Quia licèt DD. in hanc ſententiam inclinarent quia Pontifex grauando Canonicatus, reſpicit dumtaxat ad reditus ipſius Eccleſiæ tranſmiſſibiles ad ſucceſſores iure Canoniæ, Attamen dixerunt ex facto ceſſare difficultatem, quia probatur dictis penſionibus non calculatis, reditus huiuſmodi computato anno fertili cum ſterili aſcendiſſe ad ſcuta 130. & propterea cum valor fuerit narratus in ducatis centum vel circiter qui tunc conſtituebant ſcuta 140. ſatis conſtat de veritate narratiua † verbum enim *circiter*, verificatur etiam in decima parte, minus, Corn. *conſ.* 59. *numer.* 5. *lib.* 4. Rot. *deciſ.* 18
128. *n.* 6. coram ſanctæ memoriæ Greg. XV. & hæc modica quantitas licèt Pontifici narrata illum non retraxiſſet à gratia concedenda, vt ad noſtrum propoſitum conſiderauit Rota *in Burgenſ. penſionis* 4. *Nouemb.* 1585. coram Gyptio.

Demùm minus obſtat quod teſtes fuerint per Grillum examinati poſt ſententiam A. C. in iudicatum tranſactam, quia cùm 19
fuerit commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum, licuit eidem nouas probationes facere, Lancellot. *de attent. quæſt.* 18. *num.* 133. Veral. *deciſ.* 258. *num.* 5. *part.* 1. *& deciſion.* 67. *num.* 1. *part.* 3. Caualer. *dec.* 170. *n.* 2. Rot. *in rec. deciſ.* 125. *n.* 35. *p.* 5.

Et ita reſolutum vtraque, &c.

---

Coram R. P. D.

## GHISLERIO.

### In cauſa acerrarum Penſionis,

Lunæ 14. Ianuarij 1647.

### ARGVMENTVM.

SEntentia lata abſque citatione ſpecifica ad audiendam ſententiam, non meretur executionem. Clauſula *Dummodo penſio non excedat tertiam fructuum partem*, ſiue modum ſiue conditionem importet eſt omnino verificanda, non obſtante conſenſu præſtito per titularem.

### SVMMARIVM.

1 *Sententia non valet niſi prauia citatione ſpecifica ad audiendam ſententiam, nec ſufficiunt verba æquipollentia.*

2 *Clauſula*, Dummodo penſio tertiam fructium partem non excedat, *eſt conditionalis.*

3 *Sed ſiue conditionalis ſiue modalis cenſeatur ſemper eſt verificanda & totam gratiam qualificat.*

4 *Conſentiens penſioni cenſetur conſentire ſub iiſdem conditionibus in gratia contentis.*

DECI



## DECISIO XCV.

INter alias penſiones reſeruatas à Felicis recordationis Vrbano VIII. ſuper fructus Epiſcopatus Acerrarum fuit reſeruata annua penſio pro rata ducatorum trecentorum ad fauorem Franciſci Mariæ Iordani Vrſini cum clauſula, *dummodo omnes penſiones huiuſmodi tertiam partem fructuũ, redituum & prouentuum non excederent*, dictus Vrſinus non verificata conditione in Literis expreſſa ſub citatione ad comparendum, & audiendã prouiſionem obtinuit à Vicario generali Auerſano commiſſario, & executore in literis Apoſtolicis deputato, decerni quod non obſtantibus oppoſitis per Dominũ Epiſcopum Acerrarum in biduo ſolueret ducatos centum quinquaginta monetę maturatos pro termino natiuitatis D.N.I.Chriſti, anni 1644. Alias d. Termino duorum dierum elapſo comminatus fuit eidem interdictum, & ſuſpenſionem ad præſcriptum Literarum Apoſtolicarum. Ab his grauaminibus Epiſcopus interpoſuit appellationem & cùm obtinuerit cauſam committi in hoc Sacro Tribunali cum clauſula, *ſi quid exequendum*, ad eius formam, diſputato dubio tam ex capite nullitatis quàm iniuſtitiæ fuit reſolutum, mandatum relaxatum à dicto Vicario non eſſe exequendum.

Nullitas reſultat ex defectu citationis ad
1 ſententiam *clement. paſtoralis de re iudic.* Cæſar de Graſſ. *dec.* 11. *n.* 2. *eod. tit.* quæ debebat eſſe ſpecifica ad audiendam ſententiam, gloſſ. *in clemen. ſæpè in verb. ad id de verb. ſignif.* Rota *dec.* 17. *eod. tit. in nou.* Ita vt non fuerit, ſatisfactum per citationem ad audiendam prouiſionem in cauſa diffinitiua faciendam cum non ſufficiant verba æquipollentia. Rom. *ſing.* 372. *& conſ.* 379. *n.* 8. Rot. *dec.* 18. *n.* 2. *p.* 1. *recent. dec.* 486. *n.* 7. *deciſ.* 141. *n.* 3. *part.* 2. *rec.* coram Card. Caual. *deciſ.* 376. *num.* 2. & coram Sanct. mem. Greg. XV. *dec.* 209. *n.* 4. reſultat etiam ex parte monitorij requiſiti, vbi agitur de executione Literarum penſionis. Garſ. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 535. Tib. *in prax. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 3. vnde mandatum fuit nullum.

2 Iniuſtitia verò reſultat ex eo quod non verificata conditione in Literis appoſita, dũmodo omnes penſiones huiuſmodi tertiam partem fructuũ non excederent non poterat decerni mandatum, cum clauſula, *dummodo, ſiue conditionem, ſiue modum importet*, cum ſit adiecta reſeruationi penſionis, eandem qualificat, ita vt non mereatur executionem, antequã à penſionario iuſtificatus fuerit non exceſſus tertiæ partis; vt diſtinguendo declarauit Rota corã R.P.D. meo Bichio *in Monopolitana penſionis* 2. *Iulij* 1645. *in §. Nos vero.* † vbi quod,
3 clauſula, *dummodo, ſiue conditionẽ, ſiue modũ importet*, ita qualificat totam gratiam, vt nihil conceſſum cenſeatur, donec plene ſit iuſtificata, Rota antea idem firmauerat *in Salamantina penſionis* 25. *Iunij* 1582. coram Lancelloto; *in Mileuitana penſionum* 25. *Nouemb.* 1597. coram Litta, *& in lauden. penſionis* coram Penia, *quæ eſt dec.* 55. *n.* 3. *inter impreſ.* per Marcheſ. *p.* 1. *fol.* 560. Quæ procedunt etiam ſi Epiſcopus conſenſerit penſioni, quia conſenſus habet in 4
ventre eandem conditionem quã habet gratia, cui accedit, conſenſus nempe dummodo omnes penſiones tertiam partem fructuum non excedant. Rot. *dec.* 547. *num.* 3. *p.* 2. *rec.* Vbi aliæ plures in iſtis terminis referuntur, ad hoc faciunt tradita per Garz. vbi ſupra *dicto cap.* 5. *n.* 464. ex ibi allegatis, & per Rotam *in dicta Monopolitana penſionis in §. quæ concluſio.*

Non poteſt Vrſinus cùm non ſit in quaſi poſſeſſione exigendi penſionẽ, allegare quod ſupradicta non habeant locum, & quod ſub prætextu quod minimè ſit, probatum, omnes penſiones non excedere tertiam partem fructuum, retardetur ſolutio, cùm non controuertatur quod non ſit in quaſi poſſeſſione exigendi.

Et ita informante tantum D. Epiſcopo, &c.

---

Coram R. P. D.

## PEVTINGERO.

### In cauſa Sipontina Penſionis,

Lunæ 1. Iunij 1647.

### ARGVMENTVM.

DE manutẽtione in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem etiam aduerſus ſucceſſorem in beneficio quamuis præcedat ſententia condemnatoria aduerſus quam fuit intentatum iudicium reſtitutionis in integrum, & quomodo amittatur poſſeſſio iurium incorporalium.

### SVMMARIVM.

1 *Executio facta à lege non impedit manutentionem ſicut executio facta ab homine.*

2 *Pro penſione datur etiam actio perſonalis ſuper bonis propriis penſionarij.*

3 *Poſſeſſio rei corporalis non infert poſſeſſionem iuris incorporalis quod illi non eſt annexum.*

4 *Penſio non reſeruatur in fructibus ſed ſuper fructibus.*

5 *Poſſeſſio diuerſæ ſpeciei non ſuffragatur.*

6 *A perceptione fructuum nihil infertur ad denegationem penſionis.*

7 *Exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi manutenendus eſt etiam contra ſucceſſorem in beneficio*

*neficio pro ſolutione penſionis.*

8 *Sola ſententia non priuat poſſeſſione.*

9 *Ad amittendam poſſeſſionem requiritur factum hominis.*

10 *Si ius incorporale ſit annexum rei, non amittitur per ſolam ſententiam.*

11 *Etiam in gradu reſtitutionis in integrum concedi poteſt manutentio.*

## DECISIO XCIV.

IMpugnante D. Petro Columna Abbate S. Mariæ de Pulſano Sipontinæ Diœceſis reſolutionem, coram Me in hac cauſa ſub die 8. Aprilis præteriti emanatam, in qua mandatum de manutenendo in gradu reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam A. C. & rem iudicatam, conceſſum fuerat D. Principi Octauiano Medices, exigendi annuam penſionem ſcut. 1260. monetæ Romanæ ſuper d. Abbatia authoritate Apoſtolica ad eius fauorem, ex cauſa reſignationis impoſitam,
1 ea inter alias rationes † quia executio facta à lege non impedit manutentionem, quemadmodum eam impedit executio facta ab homine, iuxta diſtinctionem, quam ſecuta eſt, Rota coram Buratt. *deciſ.* 104. *num.* 16. *& in montis alti beneficij* 18. *Maij* 1646. coram R.P.D.mco Bichio §. *& ceſſat in fine*, ex eodem fundamento Domini hodie ſteterunt in deciſis.

2 Quia primum fundamentum pro Domino Abbate quod nimirum executio in præſenti caſu in vim ſententiæ ad eius fauorem ab A.C. latæ facta fuerit ab homine, tanquam facta ſuper fructibus beneficij grauati penſione, tollitur; aduertendum eſt enim quid ius exigendi penſionem, tanquam incorporale, licèt ipſis fructibus adhæreat, ob id tamen non fit, vt illis annexum priuatiuè ad alia bona titularis, contra quem penſionarius, vltra fructus habet actionem perſonalem, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 35. *num.* 88. Rota *deciſ.* 176. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* ideoquè à penſionario poſſeſſore non abdicatur ab hoc quaſi poſſeſſio iuris exigendi penſionem, quod fructus beneficij ab alio median-
3 te executione ſententiæ percipiantur, † quemadmodum è conuerſo, ex apprehenſione rei corporalis, non acquiritur poſſeſſio iuris incorporalis, niſi rei corporali adhæreat, vt illi annexum, vt poſt Innocent. *in cap. in literis num* 12. *verſ. illud autem de reſtit. ſpol.* Butr. *ibidem num.* 3. *verſ. in alia parte*, Ancharan. *numer.* 4. *verſ. alij dicunt & numer.* 5. dixit Rota apud Burat. *deciſ.* 434. *numer.* 11. quia aliud ſunt fructus beneficij, & aliud penſio ſuper illis impoſita, quæ quamuis ſuper fructibus imponantur, iſti tamen ſunt in ſimplici obligatione, non autem in ſolutione
† neque penſio eſt reſeruata de fructibus; ſed 4
de certa quantitate pecuniæ, vt rectè aduertit Lotter. *de re benef. lib.* 1. *dicta quæſt.* 35. *numer.* 52. *& duobus ſeqq.* poſt Seraph. *deciſion.* 1429. *numer.* 5. Rota *in recent. deciſion.* 99. *numer.* 2. *part.* 1. *& alios in fine allegat.* vnde apprehenſio fructuum nihil habet commune, cum poſſeſſione penſionis; † Et intrat 5
vera concluſio, quod poſſeſſio diuerſæ ſpeciei non ſuffragatur; Rota *deciſ.* 17. *num.* 3. *&* 4. *part.* 2. *diuerſ. ac inter impreſſ.* apud Modern. *de manut. deciſ.* 635. *n.* 3. *& deciſ.* 647. *n.* 58. Buratt. *dec.* 876. *num.* 8.

Itaque parum refert quod D. Abbas in exe- 6
cutionem ſententiæ abſolutoriæ, obtinuerit præceptum contra œconomum adminiſtrationi Abbatiæ deputatum, quod ſibi fructus conſignaret, provt ſibi fuerunt conſignati; nam à perceptione fructuum non infertur ad denegationem penſionis; maximè quia tunc penſio non petebatur, vt præter ſupra allegatos, tradit ad propoſ. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 45. *num.* 17. *&* 18. & in fortioribus terminis ſimilis præcepti, Rota *in mediolan. parochialis* 16. *Martij* 1588. coram Platto *impreſſ.* apud Marcheſan. *de commiſſ. part.* 1. *fol.* 310. *num.* 3. *cum pluribus allegatis* per Modern. *de manuten. obſeruat* 59. *n.* 24. eo minus, quia Princeps ſuper dictis fructibus ſequeſtrum aliquod non fecerat, ſed œconomus fuerat deputatus ad inſtantiam Abbatis ne fructus perirent; quod oſtendit penſionarium principem non curaſſe de fructibus; qui Abbati ideo, tanquam Abbatiæ domino conſignari debuerunt, cum fructus ad dominum ſpectent; *l. Fructus l. ex diuerſo C. de rei vendic. Matthien. lib.* 5. *recop. tit.* 4. *part.* 1. *pub.* 14. *numer.* 29. Rota *deciſion.* 451. *numer.* 4. *part.* 1. *recent.*

Similiter non obſtat quod de anno 1617. fructus Abbatiæ fuerint Principi, pro ſoluendis ſibi penſionibus decurrendis aſſignati quia hæc aſſignatio, vſque de anno 1627. per lapſum temporis ad quod facta erat, expirauerat, quemadmodum, nec D. Abbatem à ſolutione penſionis liberat, quod Pontifex in commiſſione rotali, à D. Abbate 1638. obtenta declarauerat, ipſum non teneri ſoluere penſionem de proprio, & quod penſionarius illam ex fructibus exigere poſſit, quia illud verbum, *poſſit*, affirmatiue prolatum, tanquam facultatiuum non importabat neceſſitatem, exigendi penſionem, ex fructibus *l. ſæpe, cum ibi notat. ff. de offic. præſidis gloſſ. in cap.* 1. *verbo poſſit de regul. iuris in* 6. Rota *deciſ.* 329. *ſub num.* 3. *part.* 2. *recent.* vbi quod hoc procedit, tam in reſcriptis, quàm in Legibus ac contractibus Gregor. XV. *deciſion.* 85. *num.* 7. & bene ſimul ſtare poſſunt, quod Abbas



Abbas de proprio non teneatur, & nihilominus fructus Abbatiæ percipere poſſit, vt ex illis deinde penſionem ſolueret, ad quam ſoluendam poterat, vt ſupradictum eſt, actione perſonali conueniri, adeoquè ſemper verum eſt dicere, quod Abbas fructus percepit tanquam Dominus, taliſquè perceptio facta etiam in executionem ſententiæ abſolutoriæ, non eſt actus de directo contrarius quaſi poſſeſſioni Principis, exigendi penſionem, maximè quia in hac quaſi poſſeſſione conſtitutus fuit, mediantibus ſolutionibus factis in pecunia numerata, vt comprobat deciſio
7 quæ reuidetur, §. *deinde ex inſtrumento*: † vnde in hac quaſi poſſeſſione exigendi in pecunia manuteneri debet etiam aduerſus D. Abbatem in Abbatia ſucceſſorem, cum ius poſſeſſoris penſionis ex mutatione pecuniæ titularis non mutetur. Guidop. *dec.* 629. Gigas *de Penſionib. quæſt.* 97. *num.* 10. Rota *deciſ.* 562. *num.* 1. *part.* 1. *recent.* Adden. ad Gregor. XV. *dec.* 313. *ſub num.* 6.

Euitatur quoque ſecundum obiectum contra deciſionem allatum, quod videlicet ſententia ſine alia executione D. Principem penſionarium ſua quaſi poſſeſſione priuauerit, eo quod fuerit abſolutoria ſuper iure incorporali, nempe ſuper annua præſtatione penſionis; vt voluit Butrius *in cap. cum noſtris, ſub num.* 19. *de conceſſ. præbend.* vbi ait, quod ſi fertur ſententia contra debitorem quaſi poſſidentem ius percipiendi annuos redditus, tunc perditur illius iuris quaſi poſſeſſio, ex ſola ſententia, quia reſpondetur, primo aduertendum eſſe quod Butrius, & qui eum ſecuti ſunt, hoc, non ſimpliciter, vt affertur ab informantibus pro D. Abbate firmant, ſed ad effectum, vt is qui ſententiam abſolutoriã obtinuit, poſſit abſque alio Iudicis iuſſu poſſeſſionem in eo iure percipiendi perturbare, repellendo eum videlicet quatenus imposterum peteret, exceptione iudicati; quæ abſoluto per ſententiam competit: *l.* 1. §. *debitore, ff. vt in poſſeſſ. leg. l.* 1. *ff. ſi reus, ff. eo per quem fact. eſt*, & in his terminis benè declarat idem Butrius *ibidem verſ. idem* Imol. *num.* 33. *verſ. & ideò*, attamen niſi ad huiuſmodi exceptionem & poſſeſſionis repulſam deuentum
8 fuerit, † ſola ſententia abſolutoria ipſum non priuat, vt in terminis ſententiæ abſolutoriæ latæ ſuper iure incorporali, dixit Rota coram Buratt. *dict. dec.* 604. *num.* 16 vbi agebatur de quaſi poſſeſſione deferendi flores annuatim in feſto ſanctiſſimi corporis Chriſti D. N. & prius fuerat deciſum in terminis quaſi poſſeſſionis exigendi annuos cenſus, *in Venetiarum cenſus* 22. *Martij* 1596. coram Cardinali Arigonio *impreſſ.* apud Cenc. *de Cenſibus deciſ.* 244. *num.* 3. *&* 4. *& in Romana cenſus* 6. *Nouembris* 1606. coram bonæ mem. Penia, *impreſſ. ibidem, deciſ.* 245. *in fine, & in ferrarien. bonorum de Zauæleiis* 26. *Iunij* 1614. coram S.D.N. tunc huius S. Tribunalis auditore, ex optima illa ratione, quia cum ſententia ſit actus iuris, ea ſola non poteſt poſſeſſione priuare, vt eſt text. *in l.* 1. §. *ſi iur. ff. de acquirenda poſſeſſ.* & tradit Oldrad. *conſ.* 227. *ſub n.* 5. *verſ. ſed ad illud.* Rota *deciſ.* 207. *ſub num.* 6. *inter impreſſ.* apud Modern. *de manut.* atque effectus abſolutoriæ ſolus eſt imponere finem liti contra reum motæ, & nullum aliud ius parat abſoluto. Ludouic. à Peguer. *dec.* 259. *ſub num.* 1. *& num.* 2. ſed vt in incorporalibus amittatur quaſi poſſeſſio, quemadmodum ad illam acquirendam, non ſufficit actus iuris, ſed requiritur factum hominis, veluti ſolutio & receptio reſpectiuè: *l. poſſideri in principio, l. quemadmodum, ff. de acquir. poſſeſſ. l. licèt, C. eodem cum aliis allegat.* per Modern. *de manut. obſeruat.* 17. *num.* 17. † ita 9
ad illam amittendam, ſi animo retinetur, etiam requiritur factum hominis directo contrarium ſolutioni. Rota *deciſ.* 109. *num.* 9. *parte* 2. *diuerſ. & deciſ.* 217. *num.* 61. poſt Modern. *de manuten.* & ſic in terminis de quibus agitur opus eſſet, vt Dominus Princeps penſionem petiiſſet, & Dominus Abbas illam ſoluere recuſaſſet, cum acquieſcentia Principis creditoris; vt tradit Innocent. *in cap. querelam, num.* 3. *verſ. ſed quando de electión.* Abb. *ibidem ſub num.* 2. *verſ. & nota quod eo ipſo.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *q.* 38. *num.* 214. *verſic. nec propterea.* Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 7. *parte* 9. *num.* 55. *verſ. cumque cum pluribus aliis allegat.* à Modern. *de manut. obſeruat.* 58. *num.* 9. *& ſeqq.* & per Adden. ad Buratt. *dict. dec.* 604. *num.* 21. *&* 22.

Secundò reſpondetur, ponderandum eſſe quod Butrius, & omnes alij ex aduerſo allegati loquuntur in caſu, quo iudicium fuerat motum ad inſtantiam poſſeſſoris, & lata fuit ſententia abſolutoria, ad fauorem rei conuenti contra actorem, quo caſu concurrit petitio poſſeſſoris, & denegatio debitoris, cui ſi ſuperueniat acquieſcentia petitoris ſententiæ abſolutoriæ, vtique reſultat amiſſio poſſeſſionis in incorporalibus, vt ſupra dictum eſt; at in præſenti caſu Iudicium fuit motum, ad inſtantiam Domini Abbatis debitoris, & ſic deeſt extremum petitionis ex parte poſſeſſoris, neque Dominus Princeps contra quem lata fuit ſententia abſolutoria, huic acquieſcit, quamuis aliquo tempore, ex cauſis, *in deciſione quæ reuidetur*, §. *non obſtat*, expreſſis petere diſtulerit, ſed quam primum, ſibi proficuum tempus aduenit, ſtatim aduerſus ſententiam, reſtitutionem in integrum, cum facultate ſe manutenendi obtinuit, ex quo

actu eius acquieſcentia excluditur, vt dixit Rota *in Veronen. contribut. Lunæ* 17.*Iun.*1624. coram bonæ mem. Seleucien. *impreſſ.* apud Modern. *de manut. deciſ.*42.*num.*4. vnde doctrina Butrij huic caſui non applicatur, cum in eius caſu reſtitutio in integrum petita non
10 fuerit. † Et idem Butrius diſtinguendo inter ius incorporale non cohærens, vel cohærens rei, dicit, quod ſi ius incorporale cohæret rei, veluti in ſeruitutibus realibus, tunc ſola ſententia abſolutoria, non priuat poſſeſſorem, quod rectè videtur poſſe applicari ſolutioni penſionis, quæ eſt ſeruitus quodammodo realis, vt ait Lotter. *de re benefic.lib.*1.*d.q.*38. *num.*219.Seraph. *dec.*299.*ſub num.*8.

11 Quare Domini in deciſis permanſerunt, & eo libentius quia ex allatis in deciſione quæ reuidetur, & ab informantibus pro Domino Principe deductis, magna ſaltem oriri poteſt ſuſpicio contra validitatem ſententiæ, A.C. quo caſu idem ſemper conſueuit facilius in gradu reſtitutionis in integrum dare manutentionem; vt habetur *in deciſ.*458. *num.*2. coram Gregor. XV. & coram Buratt. *deciſ.*823.*ſub num.*8. *ac fuit in Romana ſubcollectoriæ* 17.*Martij* 1645. coram R. P. Dom. Bichio.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

---

# R. P. D. ZARATE

## Reatina Penſionis,

Lunæ 4. Maij 1652.

*Vide Deciſ. 239. aput Otthobonum Cardinalem.*

## *ARGVMENTVM.*

INdultum transferendi penſionem eſt ſubreptitium, & inualidum quando in eo non fit mentio de Decreto appoſito in reſeruatione penſionis, quod illa non poſſit transferri, & hoc Decretum ex conſenſu præſtito per reſignantem, & reſignatarium ad formam Literarum tranſit in naturam pacti propter acceptationem, & illi Papa non cenſetur derogare voluiſſe niſi ſpecialem illius notitiam habuerit.

## SVMMARIVM.

1 *Quid operetur Clauſula*, Quod de ſubreptione vel nullitate dici non poſſit.

2 *Quid ſi cum illa* **Clauſula iuncta** *ſit Clauſula*, ſublata.

3 *Quæ ſit vis illius Clauſulæ*, ſublata.

4 *Quid operetur Clauſula*, irritum, &c. *appoſita in reſcripto.*

5 *Pactum reſultans ex acceptatione prohibitæ tranſlationis penſionis appoſitæ in reſcripto reddit tranſlationem nullam, niſi Papa ſciuerit, & ex certa ſcientia derogauerit.*

6 *Maximè ſi adiectum fuit iuramentum.*

7 *Aliàs tamen ceſſante huiuſmodi pacto valet tranſlatio.*

8 *Quomodo Papa cenſeatur ſupplere conſenſum, titularis dum concedit tranſlationem penſionis.*

9 *Papa cenſetur voluiſſe derogare conſenſui futuro titularis dum concedit tranſlationem penſionis, ſed non præterito.*

## DECISIO XCV.

PEnſiones de quibus agitur non deberi Ioanni Auguſtino Vincentino tranſlatario, nec magis Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Hieracenſi transferenti, ſub die 13.Februarij 1652. coram Eminentiſſimo Cardinali Otthobono fuit reſolutum ex duplici fundamento quoad tranſlatarium; quia non fuit narratum Summo Pontifici Decretum in Literis reſeruationis penſionis appoſitum, quod penſio centum ducatorum in toto, vel in parte transferri non poſſit, & ex pacto reſultante ex acceptatione talis Decreti, cui Pontifex abſque ſpeciali mentione derogaſſe non cenſetur; quæ reſolutio cùm hodie coram Me, in eius locum ſubrogato reuideretur, ſtandum eſſe in deciſis Domini reſponderunt, quandoquidem non obſtant obiecta de nouo deducta.

Non enim primo releuat, quod de ſubreptione opponi non poſſit abſque oris aperitione ſtantibus ampliſſimis Clauſulis in indulto transferendi appoſitis, videlicet, *Quod de ſubreptione aut obreptione, vel nullitatis vitio impugnari non poſſit.* Nam illa Clauſula, tunc impugnandi facultatem auferret, ſi vna cum Clauſula *ſublata*, vel alia æquipollenti fuiſſet appoſita; non verò quando de per ſe ſolum extat, vt fuit deciſum *in Hiſpalenſi beneficij de Xeres*, 9.*Nouembris* 1602. coram Litta, *& deciſ.*621.*num.*3. *parte* 3.*recent.* Buratt.*dec.*337. *num.* 9. ſequuntur Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.*66. *num.* 22. *&* 52. Mareſcot. *lib.* 2.*var. reſolut.cap.*37.*num.*58. 1
2 † Ad hunc enim effectum dictæ Clauſulæ ſimul iunctæ adeſſe debent. Put. *dec.* 208.*lib.* 2. Garſ. qui alios cumulat, *de benefic.parte* 6.*cap.*3.*n.*88. Nec poteſt dici Clauſulæ *ſublata*, æquipollere aliam in dicto reſcripto appoſitam, videlicet, *ſicque in præmiſſis, &c. per quoſcumque iudices iudicari, & definiri debere.* Nam Doctores ad id allegati nempe, Gonzal. *dict. gloſſ.* 66. *n.* 18. & Barboſ.*clauſ.*175.*n.*25. loquuntur quando vltro prohibitum eſt Iudici ne aliter iudicet, ſcilicet motu proprio, non autem quando gratia fuit conceſſa (vt in præſenti) ad poſtulationem partis. Tunc enim, intelligitur veris exiſtentibus narratis, vt optimè diſtinguit Mareſcot.*var. reſol.dict. lib.*2.*cap.*1.*num.* 89.*& cap.*37.*n.*58.Gabriel.*conſ.*26.*n.*13.*lib.*2.
3 Put.*dec.*208.*lib.*2. Caputaq. *dec.*128. *ſub n.*3. *parte* 1.† Et quamuis adeſſet Clauſula *ſublata*, non tolleret exceptionem quod caſus iſte non eſſet comprehenſus ſub indulto, de quo Rota poterit cognoſcere, nam Iudex de comprehenſione aut excluſione, etiam extante dicta Clauſula cognitionem habet Mareſcot. *dicto cap.*37. *num.*29. Rota *in Cæſarauguſtana exemptionis* 27. *Ianuarij* 1601. coram Ortembergo, *& in Barenſi, ſeu nullius Priora-*
4 *tus* 20.*Iunij* 1614.

Nec magis ſuſtineri debet ex Clauſula, *Irritum, &c.* & decreto irritanti in gratia tranſlationis appoſito, quod tunc robur addit quando gratia ſuſtinetur; Vnde corruente indulto ex defectu ſubreptionis, decretum pariter, vti acceſſorium corruere debet, vt firmat Gabriel. *de clauſul. concluſ.* 3. *num.* 82. Caſſador.*deciſ.*10. *num.*4. *ſuper regul. Cancell.* Rota *deciſ.*44. *num.*5.*part.*3.*recent. & part.*6. *deciſ.*32. *num.*11. *&* 12. Nam cum decretum ſtet acceſſoriè ad gratiam, ſecundùm eius naturam debet regulari, & eaſdem conditiones recipere, Mareſcot. *dicto cap.*37.*num.*30. *& cap.*38.*num.*27. Barboſa *clauſ.*175.*num.*30. Marta *de clauſ.cap.*176.*num.*17. *verſic. & ideò.* Modern.Mediolan.*de commut. vltim. volunt. cap.*7.*num.*229. Quod magis procedit quando eſt detecta indulti ſubreptio, Mareſcot. *var. reſol. dicto lib.*2.*cap.*1.*num.*92. Marta *de clauſ.*176.*num.*21.Modern. Mediolanen.*dicto c.*7.*n.*229.*limit.*11.Barboſ. *de clauſ.*175.*n.*40.

5 Secundò affirmari nihil intereſt quod nulla adeſſet ſubreptio in eo quod Pontifici maximo narratum non fuit in Literis reſeruationis penſionis fuiſſe expreſsè prohibitum ne penſio etiam vigore indulti Apoſtolici poſſet transferri, ſiquidē huic indulto ſemper reſiſtit prohibitio in limine reſeruationis appoſita ne penſio transferretur ſub pœna nullitatis, & pactum ex dictæ prohibitionis acceptatione inter penſionarium & titularem reſultans, vt optimè probatur in deciſione quæ reuidetur in §.*ſubreptio*, & in §.*vlterius.* De quibus cum nulla mentio in indulto habeatur, vtique nulla derogatio poteſt induci etiam ex Clauſulis prægnantiſſimis, quæ tantùm ad expreſſa debent reſtringi. Rota apud Peniam *deciſ.*997.*num.*8.*& deciſ.*1742.*num.*7. *cum aliis adductis* à Modern. Mediol. *dict.c.*7. *de commut.vltim. volunt. num.*109. Mareſcot. *var.reſol. lib.*2.*cap.*40.*num.*13.23. *&* 24.

Quapropter remoueri non poteſt obie- 6
ctum talis pacti quod præter propriam vim, etiam iuriſiurandi ſacramento fuit roboratum, vt ponderauit Rota coram Durano *deciſ.*5. *num.*4. *& ſequentib.* ad cuius derogationem ſemper ſpecifica mentio requiritur, vt in prima deciſione firmatur, adeò vt facultas transferendi non ſuffragetur, quando ex pacto in reſeruatione penſionis appoſito prohibita erat tranſlatio, vt benè probant Rota *deciſ.*689.*num.*1.*parte* 4.*diuerſ.quæ etiam inuenitur apud* Zachiam *de obligat. Camer. deciſ.*138.*num.*1.*& dec.*153.*n.*1.

Quarum vim non effugiunt reſponden- 7
tes, quod in dicta *dec.*689. *num.*2. *& ſequent.* dicatur Pontificem abſque conſenſu alicuius poſſe ex mera liberalitate penſiones transferre: quia non ex eo ibi reiecta fuit pacti oppoſitio, ſed quia pactum non verificabatur in facto, & penſio fuerat ſimpliciter reſeruata, vt ex eius lectura manifeſtè conſtat.

Nec magis ſatisfit dictæ *deciſioni* 153.*par.*5. 8
*recent.* dicendo quod eius *num.* 1. *&* 2. deducuntur motiua pro ratione dubitandi, *& n.*15. *cum ſequentibus*, obiectis reſpondendo dicitur quod licèt Titularis conſentiat ad vitam penſionarij tàntum nihilominus poſſe Papam concedere facultatem transferendi cum priuatorum conſenſus non poſſit alterare naturam reſeruationis penſionis.

Nam hæc reſponſio in nihilo tranſlatarium releuat, cùm non dubitetur de poteſtate Pontificis, ſed ſolum de ipſius ſcientia & voluntate, nec doctrina *dicto num.*15. tradita, quod ſemper penſio reſeruata cenſeatur ad vitam tranſlatarij poſſit applicari ad ſpeciem propoſitam decreti prohibentis tranſlationem, & pacti initi inter transferentem, & trãſlatarium de qua Pontificem notitiam habuiſſe non conſtat, nec quod ei derogare voluiſſet, vt præter allegatos in prima deciſione comprobant, Gonzal.*ad reg.*8.*gloſſ.*36.*n.*36. Moder.Mediol.*dict.cap.*7.*n.*213.

Nec poteſt dici Pontificem derogaſſe pacto, & ſuppleuiſſe conſenſum titularis in indulto tranſlationis dum conceſſit facultatem transferendi penſionem perinde, ac ſi ipſemet Titularis conſenſiſſet.

Nam prædicta facultas ſolum reſpicit con- 9
ſenſum requiſitum Titularis ad tranſlationem penſionis, iuxta regulam Cancellariæ cui Papa derogare voluit, & ſic conſenſum futurum, non verò præteritum ex pacto præcedenti, quod valde diuerſum eſt, ſiquidem primus conſenſus eſt ſimplex vnius, iſte verò

verò reciprocus vtriuſque partis, per quem ius Titulari quæſitum fuit, & cui Papa non cenſetur derogare voluiſſe, quamuis derogaſſet ſimplici conſenſui titularis. Rota *deciſ.* 347.*num.*4.*verſic. ex quibus, & num.*5. *& ſeqq.* vbi ſubditur quod derogatio tanquam odioſa non debet extendi ad alios caſus, *& deciſ.* 484.*num.*4.*parte* 4. *tom.*2.*recent.* coram Penia *dec.*1582.*num.*10.*& ſeqq.* Mareſcot. *dict.lib.*2. *variar.reſol.d.cap.*37.*n.*35.

Quod verò Reuerend. D. Epiſcopo transferenti penſio non debeatur amplius non controuertitur, & ſatis in deciſione quæ reuidetur, §. *ſed nec minus*, fuit comprobatum adeò, vt noua confirmatione non indigeat.

Et ita vtraque parte, &c. vide Otthobon. *deciſ.*239.

---

## R. P. D. CORRADO

### Mediolanenſis Penſionis,

Mercurij 11. Decembris 1647.

*Vide lib.*1.*quæſt.benef.cap.*68.*num.*20.

### *ARGVMENTVM.*

PEnſiones decurſæ Capitulo debitæ, vtrùm pertineant ad hæredes Canonicorum antiquorum, an verò ad ſolos Canonicos exiſtentes tempore ſolutionis. Et quæ ſit differentia inter ea quæ applicantur maſſæ Capitulari, & quæ Canonicis, & ex quibus ſtatutorum verbis hæc differentia colligatur. Quid hac in re poſſit obſeruantia, & quomodo attendenda.

### SVMMARIVM.

1 *Penſio aſſignata loco diſtributionum quotidianarum debetur illis qui erant Canonici tempore quo illa fuit maturata; ſecus eſt, ſi agatur de reditibus qui maſſæ groſſæ applicantur.*

2 *Verbum* reſidentiæ, *quid inferat ad quotidianas diſtributiones*, & num.4.

3 *Vſus loquendi quantum operetur in interpretandis diſpoſitionibus.*

5 *Quamuis diſtributio non ſtatim fiat, ſed ad finem anni differatur, vtrum ex eo inferatur iſtas ſolutiones comprehendi in numero diſtributionum quotidianarum.*

6 *Quid contineatur ſub nomine diſtributionum.*

7 *Obſeruantia non ſuffragatur quoad actus factos lite pendente.*

8 *Obſeruantia debet eſſe præciſa, quoad negotium de quo tractatur, & non nocet abſentibus, & ignorantibus de Capitulo exiſtentibus.*

## DECISIO XCVI.

SEntentiæ rotales quibus Capitulum Eccleſiæ Metropolitan. Mediolanen. fuit condemnatum, ad ſoluendam ſeu reſtituendam penſionem, aureorum mille eius nomine exactam, ab anno 1588. vſque ad annum 1613. Officialibus & beneficiatis ipſius Eccleſiæ, quorum maſſæ diſtributionum quotidianarum, ſeu reſidentiæ Apoſtolica authoritate fuerat aſſignata, impugnantur pro parte eiuſdem Capituli ob prætenſum exceſſum ex eo deductum, quod non fuerint detractæ portiones pro eo tempore reſpectiuè ſpectantes ad treſdecim beneficiatos, qui in tranſactionibus initis, de annis 1585. 19. Octobris, & 1591. 28. Septembris ac 1602. 28. Auguſti conſenſerunt exactioni, atque erogationi illius in opus fabricæ capitularis; verum quia informantes pro beneficiatis negant ius aliquod particularibus illis fuiſſe acquiſitum, ſed tantum maſſæ communi (quam groſſam ſeu reſidentiam appellant) cuius redditus ex æquo diuidi debent inter ipſos ſuperſtites, ac reſidentes tempore actualis exactionis, ac diſtributionis; idque Rota probauit coram R. P. D. meo Bichio 27. *Iunij* 1646. *in* §. *non obſtat exceſſus ſententiæ rotalis & ſeq.* ideò fuerunt pro Capitulo exhibiti Articuli ad probandum dictam penſionem fuiſſe applicatam maſſæ diſtributionum quotidianarum, licèt eo reſidentiali nomine promiſcuè ibidem nuncupatæ, ac ad eorum duntaxat commodum, & beneficium qui diuinis officiis perſonaliter intereſſent, petitæquè ad effectum prædictum Literæ remiſſoriales ad partes, quas hodie Domini concedendas eſſe cenſuerunt.

Quia materia articulata viſa fuit releuans: 1
nam ſi penſio verè fuit aſſignata maſſæ diſtributionum quotidianarum, debetur illis, qui Eccleſiæ pro tempore inſeruierunt, ac diuinis officiis interfuerunt, tanquam merces laboris impenſi, atque ideò potuiſſe videntur de ipſorum portione pro arbitrio diſponere, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate, eamquè ad hæredes quoſcumque tranſmittere, etiamſi eius ſolutio fuerit diutius dilata, vel impedita ob litem actam cum Capitulo, quippe difficultas exactionis, non derogauit obligationi ac iuri eis acquiſito: *ad l. continuus*, §. *illud ff. de verb. obligat.* Pariſ. *conſ.* 33. *à num.*8. *verſ. & licèt, ac ſeqq. lib.*4. Hieron. Gig. *conſ.* 144.*num.*21.*verſ. & quia*



*Clericus, & num.*34. *verſ. decimo quæro, ac ſeqq.* Burſat. *conſ.*226. *num.*49. *verſ. ſexto ſi quæramus.* Didac. *in cap. cum in officiis, ſub num.*4. *verſ.* 5. *&c. deteſtam.* Rota penès bon. mem. Cardin. Seraphin. *deciſ.*594.*num.*6. *verſ. exceptis tamen, & c. & in Cæſarauguſtana diſtribut.*26. *Iunij* 1642. *in* §. *eaſdemquè diſtributiones*, coram Eodem R.P.D. meo Bichio. Mareſcot. *reſolut.*2.*num.*11.*verſ. exceptis diſtributionibus*, *lib.*2. Azor. *inſtitut. moral. parte* 2. *lib.*7.*cap.*9.*quæſt.*10.*verſ. cæterùm, & ſeq.* & alij relati per Modern. Roman. *diſcept.* 381. *ſub numer.*11. *verſ. maximè, quia &c.* & Monet. *de diſtribut. quotid. parte* 3. *quæſt.* 2. *à num.* 7. *verſ. ſecunda concluſio cum ſeq. & num.*13. *verſ. tertia, & poſtrema concluſio, &c. & quæſt.* 4. *à num.*12. *verſ. ſecunda concluſio cum ſeqq. & numer.* 18. *verſ. tertia concluſio.* Quod etiam in eadem Eccleſia vſu receptum eſt, vt apparet ex pluribus atteſtationibus per ipſos beneficiatos exhibitis, ac proindè licuiſſe illam, pro eorum intereſſe Capitulo cedere, atque remittere mediantibus tranſactionibus, & conuentionibus prædictis; quamuis ſecus dicendum eſſet, de aliis diſtributionibus maſſæ groſſæ præſentibus, & reſidentibus in loco præſtari ſolitis, non habita huiuſmodi intereſſentiæ ratione, quæ diuerſo iure cenſentur, vt habetur *in extrauag. poſtulaſti*, §. *licet autem & in extrauag. cum nonnullæ, l. prima* §. *præterea de præbend. in communit.* & penès Calderin. *conſ.*21. *de præbend.* & fuit benè diſtinctum *in eadem deciſione*, coram R. P. D. meo Bichio, *in* §. *nam reſpondetur.*

Neque aduerſantur verba breuis ſanct. mem. Gregor. XIII. in quo narratur & confirmatur applicatio, & aſſignatio eiuſdem penſionis, facta prius à ſanct. mem. Pio V. eius prædeceſſore dictæ maſſæ diſtributionum quotidianarum, ſeu reſidentiæ, vt in eo legitur ſub die 25. Maij 1572. ibi penſionem verò mille ſcutorum auri prædictam menſæ diſtributionum quotidianarum, ſeu reſidentiæ iam conſtitutæ, ſeu denuo conſtituendæ Officialium eiuſdem Eccleſiæ Mediolanen. iuxta ordinationem à prædicto Carolo Cardinali, ac eius arbitrio, tam circa modum adminiſtrandi maſſam dictarũ diſtributionum, & eius adminiſtratores conſtituendi, & quoad onera ipſis Canonicis, Ordinariis, & Officialibus reſpectiuè imponenda deſuper faciendam perpetuò applicauit, appropriauit, & aſſignauit, &c. quibus concinunt verba decreti ipſius ſancti Caroli, ſub die 13. Februarij 1573. ibi, quæ penſio applicata olim fuerat Collegio in ciuitate Papiæ erigendo, & Borromæo nuncupando, nunc verò menſæ reſidentiali, ſiue diſtributionibus quotidianis Officialium noſtræ Mediolanenſis Eccleſiæ perpetuo eſt vnita & applicata, &c. & alterius ſub die 5. Iunij 1577. ibi, nunc verò menſæ reſidẽtiali, ſeu maſſæ Officialium Eccleſiæ Mediolanen. vnita & applicata fuit, ab eodem illuſtriſſimo Domino modis, & formis, & cum eorum qualitatibus in applicatione expreſſis, &c.

Nam licèt verbum illud (*reſidentiæ*) la- 2
tius pateat quam diſtributionum quotidianarum poſtulat ratio, quæ non niſi ab ipſis intereſſentibus diuinis officiis, vel legitimè excuſatis percipi debent: *cap. licet, ibique* gloſ. & Add. *extr. de præbend.* non eſt tamen nouum quod Summi Pontificis eodem etiam intereſſentiam ſignificauerint, vt habetur *in cap. vnico*, ibi, *diſtributiones quotidianas*, (quæ alias manualia beneficia) ſeu victualia nuncupantur, (& tantum reſidentibus tribuuntur) qualitercumque in ciuitatibus, ſeu aliis locis (in quibus ipſæ conſiſtunt Eccleſiæ) ſint præſentes, licèt diuinis officiis non interſint, ex integro percipiunt, ac ſi continuè ipſis Eccleſiis in eiſdem inſeruirent, &c. ſtatuimus, vt diſtributiones ipſæ quotidianæ, in quibuſcumque rebus conſiſtant, Canonicis ac aliis beneficiatis, & Clericis Eccleſiarum, qui eiſdem officiis in ipſis Eccleſiis adfuerint tribuantur, &c. *de Cleric. non reſidentib. in* 6. *ibique*, gloſſ. *in verb. præſentes* & DD. † quare 3
facilius admitti poſſe videtur, ſtante vſu loquendi in locis ipſis recepto, (quatenus iuſtificetur) cum ex eo congrua deduci ſoleat verborum interpretatio, quæ propriæ ac naturali eorum ſignificationi etiam præfertur: *cap. ex litt. in primo*, vbi gloſſ. *in verb. intelligentiam, extr. de ſponſalib. l. librorum*, §. *quod autem Caſſius verſ. nam & in vſu, ibiquè* gloſſ. *in verb. non continebuntur, ff. de leg.* 3. *l. Labeo* §. *id Tubero, verſ. vt maximè, ibiquè* Bart. *ſub num.*5. *verſ. alias ſi tale ſtatutum, ff. de ſupellect. legat.* idem Bart. *in l. omnes populi, ſub num.* 58. *in fin. verſ. hic enim vſus, &c.* dicens, huiuſmodi vſum loquendi omni regulæ ac omni conſtitutioni, in exaudiendis examinandiſquè ſermonibus derogare, *ff. de iuſt. & iure*: Ancharan. *in cap. canonum ſtatuta, ſub num.* 338. *verſ. item ſi communis vſus loquendi, & ſub n.* 346. *verſ. quod Litera, &c. de conſtit.* Alexand. *conſ.* 211. *ponderatis verbis ſtatuti, ſub num.* 1. *verſ. nam* (*vt verbo fertur*) *ac ſequent. lib.* 6. & poſt Abbatem & alios, Felin. *in proœm. decretal. à num.* 3. *verſ. ex quibus & ſeqq.* Didac. *reſolut.*5. *ſub num.*1. *verſ. in his etenim lib.*3. Menoch. *conſ.*390. *ſub num.*20. *verſ. & præterea*, Rota penès Cardinal. Mantic. *deciſ.*59. *num.*8. *verſ. quia in qualibet materia, & deciſ.* 574. *n.* 3. *verſ. quo caſu part.*1. *diuerſ. ac in recent.* 293. *ſub num.*1. *verſ. tamen, ac deciſ.*390.*num.*7. *verſ. nec obſtat part.*2. *ac* penès ſanct.

ſanct.mem.Greg.*deciſ.*123.*num.*1.*verſ.attento præſertim.*

Interea verò ſatis fouetur ( ad effectum de quo agitur in præſentia ) præcedentibus verbis relati breuis *in verſ.vnde interdum eueniebat*, *&c.* quibus præcipua exponitur præfata applicationis , & aſſignationis ratio diuini cultus , & dictæ Eccleſiæ ſeruitium , ac ſubſequentibus ſtatutis & conſtitutionibus ibidem reſeruatis, *in d.verſ.*penſionem verò, ac per Archiepiſcopum ipſius Sancti Caroli ſucceſſorem , ex ſpeciali indulto Sixti V. conditis & promulgatis anno 1586. 3. Iunij, & per alios Summos Pontifices confirmatis, in quibus non ſolum verbum illud , (*reſidentia* ) pluries vſurpatur pro intereſſentia ; verum hæc ipſa penſio incorporata videtur maſſæ diſtributionum inter ipſos diuinis officiis intereſſentes fiendarum , vt legitur *parte* 2. *cap.*1.*de communi maſſa,&c.*vbi vnica maſſa communis inter dictos Officiales inſtituitur,ex pluribus expreſſis redditibus(detractis tamen oneribus ) & ſignanter ex penſione mille ſcutorum auri , quæ ab Hoſpitalis magni curatoribus, & deputatis ſuper bonis Abbatiæ Miramundi perſoluitur, diſmembrata à Collegio Borromæo & huic maſſæ vnita ab eodem Illuſtriſſimo Cardinali , authoritate vt ſupra , &c. Et ſtatim additur in hanc eandem maſſam *ad fin.*ex quibus omnibus vtrum corpus cenſus communis conſtituimus , quod æquè inter eos diuidatur pro ratione ſeruitij , & reſidentiæ quam quiſque ſuam fecerit, &c. & paulò infra ; *in verſ.* porrò huius maſſæ ſic conſtitutæ , omnes huius Capituli viri , æqualiter participes ſint , ac proinde æqualiter omnibus diſtribuatur,pro ratione dierum & officiorum , quibus ſinguli interfuerunt , &c. & *in cap.* 2.*ſub rubr. certa portio, &c.* ibi:omnis reſidentiæ cenſus, hac infra notata diſtribuatur , vt qui miſſæ,ſacro conuentuali , vel Canonicis horis interfuerunt,de eo ſingulis horis in emolumentis ſinguli conſequantur,&c.

Et *in cap.* 5.*ſub rubr. qui abſentes*, ibi;nemo quoad quotidianas , ſtataſquè alias diſtributiones capiendas attinet , in choro reſidens adeſſe intelligatur,niſi qui reuera ſtatutis horis & diuinis officiis interfuerunt,exceptis tamen illis caſibus in quibus abſentes , vel Sacrorum Canonum iure vel harum conſtitutionum,ratione,pro præſentibus habentur,in diſtributionibus capiendis,&c.

Ex quibus ſane verbis videtur , quod reſidentiæ & reſidentium expreſſio ſumpta fuerit, in propoſito caſu pro intereſſentia,atque intereſſentibus diuinis officiis , inter quos tantum redditus illius maſſæ diſtribui debent;ac ideò magis eadem admittenda interpretatio , quæ congruit etiam verbis & ſenſu ipſorum ſtatutorum : *l.vtrum in princ.ff.de petit. hæred.* Bart. *in d.l.omnes populi,ſub num.*58. *verſ.fallit ſi de mente ff.de iuſt.& iure*, Anchar. *in repet. d. cap. Canonum ſtatuta , ſub num.*338. *verſ.fallit & num.*339.*verſ. dicit Bald.extr.de conſtit.* Rot.*penès* Card. Seraph. *deciſion.* 788. *numer.*2.*verſ.& huiuſmodi interpretatio,&c.*

Nec obſtat quod dicti Officiales ſeu beneficiati nullas alias habeant præbendas præter redditus maſſæ prædictæ, quæ ex variis prouentibus nempe cenſibus , penſionibus , bonis immobilibus & aliis cumulantur , neque dietim ſed in fine anni eiſdem ſoluuntur.
5 † Quoniam hæc non immutant diſtributionum quotidianarum eſſentiam in eo conſtitutam , quod pro ſeruitio ſingulis diebus , ac horis in diuinis officiis Eccleſiæ præſtito dantur ac recipiuntur , ( eſto quod alios non habeant beneficiati prouentus ) & in quibuſcumque rebus conſiſtant , ac quouis tempore ſoluantur , nam verum eſt ſemper , quod ratione diuini ſeruitij ſingulis quibuſque diebus in Eccleſia præſtiti, non autem menſtrui,vel hebdomadalis aſſignantur, & adſcribuntur , licèt ad finem anni differatur exactio , vt bene probatur ex text. *in d.cap. vnic. de cler.non reſid.in* 6. Rot. *penès* Achil.*deciſ.*12. *de præbend.* & Cæſ. de Graſſ. *deciſ. vnic. ſub num.*8. *verſ.dicebant etiam, de cler.non reſid.*& Card.Seraph.*deciſ.* 1140.*n.*2.*verſ.neque obſtare*, Mandoſ. *in prax. ſignatur. gratiæ ſub rubr. de penſionib.verſ.diſtributiones quotidianæ etiam dicuntur,fol.mihi* 63.*col.*3.*& conſ.*15.*ſub num.*2. *verſ.& licet non ſoluantur ſtatim, &c.* Azor. *dict.lib.*7. *cap.*9. *quæſt.*10.*verſ.nec impedit, &c.* & comprobat poſt alios Monet. *de diſtributionibus quotidian.part.*1.*quæſt.*9.*ſub num.*35.*verſ. verum quod hæc vere, &c. ac ſeqq.* vbi explicat text. *in dict. extrau.cum nonnullæ,la prima præbend.& part.*2. *q.*5.*ſub num.*20.*verſ.ampliatur hæc concluſio ſecundo , &c. & part.* 3. *quæſt.*3. *numer.* 22. *ad primam igitur Decij rationem & ſeq.ac quæſt.* 4. *ſub numer.*17. *verſ.ampliatur verò,&c.*

Minus obſtat quod aliæ quoque præſtationes annuæ grauiores ex eadem maſſa ſoluantur , nempe aurei ducenti pro oſtiariis, aurei centum pro minoribus pœnitentiariis nuncupatis , & aurei centum pro Sacrarum cæremoniarum Magiſtro ac eius coadiutore, vt apparet ex dictis ſtatutis *p.*1.*ſub princip. in* §.*decreuit. & decernit quod ex eiſdem omnibus redditibus, &c. ac ſeq.& part.*2.*cap.*1.*ſub d.rub. de commun. maſſa in* §. *præter ſtatutas quotidianas diſtributiones ex penſione mille aureorum , &c.* & infra ac aliæ quoque non quotidianæ , vt legitur *in d.cap.*1.*in* §.*in feſtis vero ac ſeq. & in* §. *quibus diebus addentur dies pontificales,*



*tificales,& §.verum præter ordinariam diſtributionem,&c.& alibi.*

6 Quia priores illæ deducũtur tanquam onera, vel ab ipſo Sancto Carolo, vel ab eius ſucceſſore ex facultate Apoſtolica , ſuper redditibus ipſis ſpecialiter impoſita,quę fuerunt in conſtituenda eadem maſſa expreſsè reſeruata, vt legitur *in d.part.*2.*cap.* 1.*in principio* ibi; vnam tantum maſſam communem cuius omnes officiales æquè participes ſint,conſtituimus & erigimus , quam ex his omnibus conſtare,(detractis tamen oneribus)volumus ſcilicet ex legato , &c. & ideo non alterant ſubſtantiam maſſæ ipſarum diſtributionum, vt fuit reſponſum *in Mediolanen. Cimiliareatus* 11.*Maij* 1643. coram R. P. D. meo Peutingerio *in* §. *non releuare* ; poſteriores verò ſoluuntur ratione intereſſentiæ , ac ſeruitij Eccleſiæ præſtiti,in diebus feſtiuis ac maioribus ſolemnitatibus , ſimilibuſque functionibus,in quibus augetur taxa ipſarum diſtributionum , vt habetur *in dict.*§. *verum præter ordinariam diſtributionem*; ibi;*quæ inter eos qui in ipſis diebus ſtatis officiis præſentes lucrati fuerint æque diuidantur , &c.* & propterea non amittunt nomẽ diſtributionum,quæ bene poſſunt reſpectu alicuius officij,diei vel horæ augeri, ac multiplicari,vt fuit dictum *in illa,Segobien. reſeruat.fruct.penès* Put.*deciſ.*365.*ſub n.*6.*verſ. & ideo non obſtat lib.*2.*in correct.*

Præterea non obſtat quod præfati beneficiati, qui cum Capitulo tranſegerunt fuerint integrè conſecuti diſtributiones eis obuenientes , pro ſeruitio Eccleſiæ præſtito iuxta taxam in dictis conſtitutionibus præſcriptam , ideoquè nullum haberent particulare ius ſuper dicta penſione hactenus non exacta,quod cedere vel remittere poſſent.

Quia non fuit adhuc ſatis probata pro parte beneficiatorum aſſerta huiuſmodi ſatisfactio , quæ dubia etiam ex eo reddi videtur, quod cum eiuſmodi diſtributionum quantitas , taxari ſoleat habita ratione redditũum, ex quibus maſſa conflatur , non potuerint propterea eo tempore quo penſio hæc notabilem eius partem conſtituens,non fuit ſoluta, integre præſtari,cum nec reliquos prouẽtus,ad id ſufficere,vel alios ſuperadditos, nec æs alienum ideo contractum fuiſſe probetur, quinimmo eo ipſo quod dicti Officiales tranſigentes certa penſionis parte contenti , reſiduum ceſſerunt , ac remiſerunt Capitulo in opus prædictum erogandum , videntur ex tunc integram portionem ipſis pro rata ſeruitij iam præſtiti , vſque ad illa tempora ex ea debitam mediante actu prædicto,exegiſſe ac recepiſſe & ſatisfacti fuiſſe , iuxta text. *in l. ſi rem la prima* §.*omnis* §. *de pign.act.& in l.ſolutionis verbum , ff.de ſolut.l.ſolutionis verbo ff.de verb.ſignific. cum vtrobique not.* per DD.

7 Obiecta demùm obſeruantia diſtribuendi prouentus extraordinarios æqualiter inter præſentes non habita ratione ſeruitij in officiis diuinis Eccleſiæ per ſingulos præſtiti quatenus deducitur ex actibus lite pendente factis nullius videtur momenti , vt fuit dictum *in Valentin. iuris ſedendi* 12.*Iunij* 1634. coram bon.mem.Merlin. *in recent.deciſ.*288. *n.*1.*verſ.actus autem,&c.*

8 Quatenus verò ex nullis antecedentibus non videtur planè iuſtificari , reſpectu penſionis controuerſæ ac diſtributionum quotidianarum propriam habentium naturam, iuxta text. *in d. cap. vnic. de cler.non reſid.in* 6. & tamẽ debet eſſe præciſa in terminis caſus, de quo agitur,Surd. *conſ.*354.*num.*26.*verſ.reſpondeo tertio* , Rot. *penès* bon. mem. Burat. *deciſ.* 129. *numer.* 6. *verſ. cum obſeruantia* & Reuerendiſſ. Vrgellen. *deciſ.* 285.*numer.*21. *verſ. & in omnem caſum* nec forte Capitulo aliiſque intereſſe habentibus non vocatis præiudicium inferre potuiſſe , vt reſpondit Rota *penès* Sanct.mem.Gregor.*deciſ.*154. *ſub numer.*1. *verſ. non potuit Capitulum , &c.*

Quare ex prædictis(quæ tamẽ Domini intendunt in propoſitione negotij principalis denuo diſcutere ) viſum fuit ſatis modo conſtare(ad effectum concedendi petitam in hac tertia inſtantia remiſſoriam ) de probabili releuantia materiæ articulatæ , quæ calumniæ ſuſpicionem excludit. Rota *penès* Ægid. *dec.* 624.*in fine verſ.de primo caſu,&c.*& Caſſador. *deciſion.*3.*ſub numer.*1. *verſ.quæ remiſſio,&c. de dilat.* Verall. *deciſ.*56.*num.*3.*verſ.præſertim & deciſion.* 61.*ſub num.*3. *verſ.ſed hoc iudicari debet & ſeq.part.* 3. & ſanct. memor. Gregor. *deciſ.*124.*ſub numer.*3.*verſ.quamuis autem* Burat.*deciſ.*555.*num.*11.*verſ. quæ calumnia ceſſat & in recent. deciſ.*720.*ſub numer.*3.*verſ.ad prædicta enim part.*2. concurrentę præſertim aliquo veritatis fumo pro qualitate & circumſtantiis caſus arbitrio iudicis penſandis ; *l.iudices cap.de fid.inſtrum.*Rot. *penès* Card. Mantic. *deciſ.*312.*num.* 10. *verſ.vnde remiſſoria* & ſanct.mem.Gregor.*deciſ.*191.*& deciſ.*523.*& in recent.deciſion.*277.*ſub num.*3. *verſ.propterea non placuit Dominis, & deciſ.* 693.*ſub numer.*4. *verſ.fuit enim reſponſum & deciſ.* 694.*num.* 5. *verſ. vltimo neque obſtat part.* 3. *& deciſ.* 557. *ſub numer.*4. *verſ. & ad hanc prætenſam calumniam excludendam part.*4.

Atque ita fuit reſolutum vtraque partę informante,&c.

Ad hanc deciſionem vide quæ copioſè & eruditè tradit vir inſignis & cui me deuinctum profiteor D.Paulus Rubeus I.C.Romanus *ad deciſ.*576.*part.*4.*recent.tom.*3.

## R. P. D. ALBERGATO

Acerrarum Penſionis,

Mercurij 26. Iunij 1652.

### ARGVMENTVM.

DE requiſitis antequam deueniatur ad executionem literarum Apoſtolicarum, & nominatim quando in penſionis reſeruatione adiecta fuit clauſula, *Dummodo omnes penſiones tertiam fructuum partem non excedant.* Conſenſum præſtitum reſeruationi penſionis regulandum eſſe ſecundum conditiones in gratia reſeruationis contentas. Quomodo probetur valor fructuum beneficij per teſtes, & quomodo deponere debeant, vt illorum depoſitioni fides adhibeatur.

### SVMMARIVM.

1 *Si executor procedat nulliter, non eſt locus procedendi ad executionem literarum Apoſtolicarum.*

2 *Executio penſionis nulla eſt non præcedente monitorio.*

3 *Clauſula* Dummodo remaneant, &c. *debet in primis iuſtificari.*

4 *Conſenſus Titularis intelligitur præſtitus ſecundùm conditiones reſcripti reſeruationis penſionis,*

5 *Quando cauſa eſt commiſſa cum clauſula* ſi quid ſit exequendum, *iudicari debet ex iiſdem actis.*

6 *Teſtes qui non habent ſpecialem notitiam bonorum Epiſcopatus, nec onerum, valorem non probant.*

7 *Teſtes deponentes de reditibus beneficij debent compenſare fructus anni fertilis cum ſterili.*

8 *Adminicula quæ conſiderari debeant in probando valore beneficij.*

9 *Diœceſanus aut alius ſubditus vtrum ſit idoneus teſtis in cauſa Epiſcopi ſui vel alterius domini.*

DECI

## DECISIO XCVII.

DOmini ſteterunt in deciſis ſub die 14. 1
Ianuarij 1647. coram Reuerendiſſimo Terracinenſi, & ſic iterum dixerunt mandatum contra D. Epiſcopum Acerrarum relaxatum à Vicario generali Auerſano executore in literis Apoſtolicis Franciſci Mariæ Iordani Vrſini deputato non eſſe exequendas, tam ex capite nullitatis quam iniuſtitiæ, ex traditis per Surd. *conſil.* 324. *in princip.* Gratian. *diſcep.* 686. *num.* 14. Mareſcot. *lib.* 1. *reſolut. cap.* 86. *num.* 1. *& in Peruſina penſionis* 28. *Maij* 1649. *&* 9. *Decemb.* 1650. coram R.P.D. Peutingero.

Nullitas eſt euidens ex defectu monito- 2
rij quod ad executionem literarum penſionis omnino requiritur, Tiber. *in praxi lib.* 3. *cap.* 1. *numer.* 3. Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 535. Tum ex defectu citationis ad ſententiam quæ debet eſſe ſpecifica, nec verbis æquipollentibus ſuppleri poteſt. Felin. *in cap. conſuluit numer.* 16. *de offic. deleg.* Rota coram S.M. Gregor. XV. *deciſ.* 209. *num.* 4. *ibique addent. num.* 7. coram Caualer. *deciſ.* 376. *num.* 2. *in recentior. deciſion.* 141. *numer.* 3. *part.* 2. *deciſ.* 429. *numer.* 1. *part.* 3. *& in Leodicenſi decimarum* 27. *Ianuarij* 1651. §. *grauior hæc nullitas* coram R.P.D. Meltio.

Iniuſtitia verò ex eo reſultat quia cum inter alias penſiones hæc de qua agitur ſcutorum 300. ad fauorem Franciſci Mariæ reſeruata eſſet cum clauſula *Dummodo omnes penſiones huiuſmodi tertiam partem fructuum non excedant*, decerni non poterat man- 3
datum, niſi dicta clauſula à Penſionario prius verificata, ſiue illa conditionem, ſiue modum importet; vt diſtinguendo declarauit Rota *in Monopolitana penſionis* 2. *Iulij* 1645. *nos verò* coram R. P. D. meo Bichio & præter adductos in deciſione quæ non videtur, firmat Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 38. *numer.* 40. *& ſequentibus* Rota coram Seraphino *deciſion.* 1017. *numer.* 4. coram S. M. Gregorio XV. *deciſion.* 57. *numer.* 2. *ibique* Addent. *numer.* 12. *& in Peruſina penſionis* 28. *Maij* 1651. §. *deinde* coram R. P. D. Peutingero.

Quod procedit etiamſi huiuſmodi re- 4
ſeruationi penſionis conſenſus Titularis acceſſerit, quia ſub eadem conditione quam habet gratia cui annexa eſt, præſtitus intelligitur, eaque proinde non purificata nihil operatur. Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 464. *verſic. quia ille conſenſus* Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſtion.* 38. *numer.* 45. Rota coram Caualer. *deciſion.* 133. *num.* 1. *&* 2. *& in recentior. dec.* 519.



*dec.* 519. *num.* 4. *part.* 2. *& in Hipporegienſi penſionis* 28. *Iunij* 1651. §. *Iuſtitia* coram R. P. D. meo Meltio.

5 Non obſtant teſtes in hac ſecunda inſtantia examinati ad inſtantiam D. Marchioniſſæ à Tertia, ſororis & hæredis Franciſci Mariæ lite pendente è vita prædefuncti Quia præter quod vt aduertebant nonnulli ex DD. dicta cauſa appellationis cum ſit commiſſa in Rota cum clauſula *ſi quid ſit exequendum* huiuſmodi mandatum debuiſſet iuſtificari ex antea deductis non autem ex nouis probationibus Caualer. *dec.* 165. *num.* 4. *dec.* 264. *dec.* 414. *vtrobique num.* 1. Rota *deciſ.* 287. *n.* 6. *p.* 2. *rec. & in Romana cenſus* 4. *Decembris* 1595. coram R. P. D. Hieronymo Pamphilio *penes* Zach. *de obligat.* Camer. *deciſ.* 136. *n.* 1.

6 Adhuc reſponſum fuit quod ex eorum depoſitionibus aliqua quæ releuet elici non poteſt probatio, quia ipſi fatentur ſe particularem notitiam bonorum Epiſcopatus non habere; Rota coram Caualer. *dec.* 383. *num.* 3. coram Cardinali Millino *deciſ.* 122. *num.* 1. *in recent. deciſ.* 550. *num.* 3. *verſic. Alij verò duo part.* 1. *& dec.* 544. *n.* 3. *part.* 5. *in Peruſina penſionum* 22. *May &* 1. *Iunij* 1643. coram R.P.D. Royas.

Nec deponunt deductis oneribus vt ad hunc effectum eſt neceſſarium, Campanil. *in diuerſor. iuris canonici Rub.* 11. *cap.* 13. *n.* 89. Rot. coram Caualer. *dec.* 462. *num.* 1. *in recent. dec.* 640. *n.* 2. *&* 3. cum aliis adductis per Addent. ad Greg. XV. *dec.* 245. *n.* 12. *& in Romana penſionis* 17. *Martij* 1638. coram Cardinali Veroſpio Iuniori. Quinimo ignorant quantitatem corporum illorumque confinia & expenſas Epiſcopatus, vnde concludentes valorem vt requiritur non probant Garſ. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 473. Rota *deciſ.* 684. *per totam part.* 4. *diuerſ. deciſ.* 444. *num.* 3. *p.* 2. *deciſ.* 144. *num.* 1. *deciſ.* 500. *num.* 2. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* cum aliis per Seraphin. *dec.* 1122. *num.* 2. *& in Oppidenſi penſionis* 3. *Iunij* 1585. coram clar. mem. Card. Pamphilio penès Garſ. *loco ſuperius citato*, & apud Marcheſ. *de commiſſ. part.* 1. *fol.* 545. *num.* 1.

7 Eoquè magis, quia eorum dicta penitùs eliduntur ex aliis teſtibus pro Epiſcopo examinatis, qui deponunt computato anno ſextili cum ſterili, vt debet ex Sarnenſ. *de valore quæſt. vltima*, & habita ratione onerum & expenſarum, procedentes cum diſtinctione ſingulorum corporum, reditus Epiſcopatus non excedere ſcuta 775. quos in totum penè abſorbentur ab hac penſione ſcutorum 300.
8 & alia ſcutorum 450. deſuper reſeruata † His autem teſtibus idcirco maior fides venit adhibenda; quia etiam adminiculantur ex

Deciſ. Rot. Rom.

atteſtationibus aliorum hominum dictæ ciuitatis, & ex relatione Cappellani Regij tempore non ſuſpecto ac ante motam litem conferta, & ex aliis teſtibus tunc per eum examinatis: *cap. licet cauſam de probatio.* gloſſ. magna *in cap. ſi teſtes* 4. *quæſt.* 3. *& in l. ob carmen* §. *ſi teſtes ff. de teſtibus* cum cæteris allegatis *in Romana ſucceſſionis* 21. *Iunij* 1641. coram Reuerendiſſ. Salamantino.

Præſertim quia concurrunt quoque inſtrumenta affictuum quæ ita adminiculata, horum teſtium depoſitiones coadiuuant & plenè valorem probant. Rota *deciſ.* 213. *num.* 21. *part.* 6. *recent. & in Veronenſi penſionis* 23. *Maij* 1607. coram Sacrato *& in Camerinenſi penſionis* 12. *Maij* 1642. *verſ. moti potiſſimum* coram R.P.D. Royas.

Nec dicatur quòd illi ſunt Dioceſani Epiſ- 9
copi; Quia non ideo prohibentur pro eo teſtimonium ferre, Felin. *in cap. in literis num.* 3. *de teſtib.* Specul. *in eodem tit.* §. 1. *nu.* 18. & declarando textum *in l. idonei ff. de teſtib.* quod intelligatur in habente particularem & priuatam iuriſdictionem, qualem habet pater in filium, dominus in ſeruum: non autem in habente iuriſdictionem vniuerſalem, vt eſt ea Principis erga ſubditos, & Epiſcopi in Dioceſanos tradit Farinac. *de teſtib. quæſtion.* 55. *num.* 203.

Et ita vtraque, &c.

## R. P. D. ROYAS

Neapolitana Penſionis,

Lunæ 2. Martij 1643.

### ARGVMENTVM.

DE manutentione concedenda exiſtenti in quaſi poſſeſſione exigendi etiam aduerſus ſucceſſorem in beneficio, etiam fauore tranſlatarij. De exceptione compenſationis oppoſita aduerſus ſolutionem penſionis ſi ſit illiquida vel fundata in inſtrumento ſumpto per Notarium non habentem legitimam poteſtatem.

### SVMMARIVM.

1 *Exiſtens in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, non tenetur iuſtificare ſuum titulum, quamuis agat contra ſucceſſorem in beneficio.*

V 2 2 *Tran*

2 *Tranſlatario penſionis datur via executiua.*
3 *Exceptio compenſationis æquiparatur exceptioni ſolutionis*,& n.4.
5 *Inſtrumentum ſumptum per Notarium non habentem legitimam facultatem,non facit fidem*,& n.7.& 8.
6 *De inſtrumentis ſumptis per Notarios Baronum.*
9 *Inſtrumento ſublato vis iuramenti in eo appoſiti tollitur.*
10 *Iudex non poteſt ſupplere incapacitatem Notarij ſed ſpectat ad Principem. Quid de Actuario.*
11 *Actuarij & Notarij quæ ſit differentia.*
12 *Obſeruantia quando proſit & ex quibus probetur*,& n.14.15.& 16.
13 *Atteſtationes priuatæ fidem non faciunt.*
17 *Obligatio quæ naſcitur ex poſſeſſione non plus extendi poteſt quàm ipſa poſſeſſio.*
18 *Compenſatio illiquida non retardat.*

## DECISIO XCVIII.

REportato mandato de manutenendo,
necnon etiam executiuo ab A. C. per
Excellentiſſ. D. Aloyſium Sanſeuerinum
Principem Biſignani pro terminis decurſi,&
non ſolutis ratæ penſionis annuæ ducat.500.
de Regno ei debitæ per Eminentiſſ.D.Card.
Brancaccium modernum Reſeruatarium
fructuum Abbatiæ S. Angeli de Rapario fuit
in limine executionis oppoſitum de com-
penſatione; vnde diſcuſſo Articulo coram
R.P.D. meo Bichio Iudice deputato in ſtatu,
& terminis fuit bis reſolutum compenſa-
tionem non intrare, vt latè in deciſionibus
ſub diebus 30. Aprilis 1640. & 13. Iunij
1642.cauſa poſtmodum mihi per ſignaturam
commiſſa, cum clauſula, *ſiquid exequendum*,
dubitaui hodie; an dictum mandatum eſſet
exequendum, & DD. affirmatiuè reſolue-
runt,ſtante illius validitate & iuſtitia.

Validitas non fuit à partibus controuerſa.
Iuſtitia verò reſultat ex reſeruatione pen-
ſionis ſecuta authoritate Apoſt. de anno
1603. ad fauorem Fel. rec. Card.S. Seuerini,
qui vigore indulti Apoſt. præfatam penſio-
nem tranſtulit dicto D. Principi, cuius vigo-
re plures penſionis terminos exegit à Fran-
1 ciſco Rouito anteceſſore D.Cardinalis,† nec
inde tenetur in hoc Iudicio quicquam aliud
iuſtificare; quamuis agatur contrà ſucceſſo-
rem Beneficij. Rot. *deciſ.* 1. *de reſt.ſpol.in nou.*
Greg.XV.*dec.*246.*n.*1.& latè Add.*num.*2.*&*
438.*num.*3.*& part.*1.*recent.deciſ.*326.*&* 623.
*num.*2.*part.*2.*& dec.*62.*n.*27.*p.*7.*& alibi paſſim*
Ita vt benè D. Principi competat via execu-
tiua pro executione dictæ penſionis tranſla-
tæ, † provt daretur Cardinali penſionario ſi
viueret. Caſſad. *deciſ.*10.*de reſcr.*Buratt.*deciſ.*
638.*n.* 12.*& in firmana penſionis* 26. *Februarij*
1625.coram Duran.*dec.*60.*n.*3.*&* 4.

Nec obſtat repetitum obiectum prætenſæ 3
compenſationis oppoſitæ à D. Card.de duo-
bus creditis, quorum alterum prouenit ex in-
ſtrumentis tranſactionum anni 1475.& 1517.
in quibus ab anteceſſoribus moderni Princi-
pis Biſignani promittitur traditio in perpe-
tuum annuorum tumulorum 250. frumenti
Eccleſiæ S. Adriani hodie poſſeſſæ per d.
Eminentiſſ. Brancaccium; aliud verò ex in-
ſtrumẽto tranſactionis pariter de anno 1475.
initæ, in quo ab eodem Principe anteceſſore
promittitur annua ſolutio tumulorum 190.
frumenti, à cuius Abbate ceſſionem iurium
reportauit dicto D.Card. quæ cum dicantur
prouenire ex publicis inſtrumentis tranſa-
ctionum,faciunt probationem probatam, &
æquiparantur rei iudicatæ habenti paratam
executionẽ.Duran.*deciſ.*216.*n.*6.*&* 7.† & ta- 4
lis compenſatio iudicialiter oppoſita habet
vim ſolutionis. Afflict.*deciſ.*121.*n.*1.*&* 2.cum
aliis per informantes.

Nam fuit per DD. reſpõſum præfatũ ob- 5
iectum iterũ hodie ex integro repeti, & fuiſ-
ſe plenè ſublatum in duabus deciſionibus
R.P.D.mei Bichij,cum dicta credita D.Card.
deducantur ex inſtrumentis rogatis à Nota-
riis vaſſallis D. Principis Biſignani, quibus
omnis fides ſublata eſt per Conſtitut. Regis
Ladiſlai,& propterea ſemper remanet verum
ex eis non iuſtificari.Franc. *dec.*218.*n.*2. vbi
Add.Gait.*de cred.p.*3.*tit.*1.*n.* 322.*&* 326.*cum*
*ſeqq.*Rot.*in Rom.de Cribellis* 18.*Iunij* 1638.co-
ram R.P.D.meo Ghiſilerio, cum aliis pluri-
bus congeſtis *in præfatis deciſionibus in hac*
*cauſa.*† Quę conſtitutio locum habet,ſiue in- 6
ſtrumẽtum fuerit celebratum cum laico,ſiue
cum Eccleſia, & ad illius fauorem contra Ba-
ronem ex quo Eccleſia nullũ ſentire videtur
præiudicium, cùm poſſit contrahere per No-
tarios Baroni non ſubditos ex rationibus de-
ductis in præfatis deciſionibus quæ hodie
DD.placuerunt.

Et ceſſat omnis difficultas,quia dum Con- 7
ſtitutio præfata inhabilitat Notarium ſubdi-
tum Domino loci,cũ quo contrahitur,& tol-
lit fidem ſcripturis, & inſtrumentis,indequè
non poteſt dici probatus contractus, neque
rogitus inſtrumenti.Quia ſicuti dictus Nota-
rius non habet aptitudinem ad rogandum,
& probandum contractum, ita nec inſtru-
mentum ab eo confectum, Abb. *in cap. cum*
*contingat numer.*26. *verſicul. dicit ſtatutum de*
*iur.iur.*Soc.*conſ.*97.*n.*5.*&* 120.*n.*19.*lib.*1.Corn.
*conſ.*64.*n.*7.*propè fin.lib.*3. Ruin.*conſ.*201.*n.*14.
*lib.*1.Rot.*dec.*104.*n.*2.*p.*2.*diu.* Nec dicta Con-
ſtitutio dicitur lædere libertatem Eccleſiæ.
Ea



Ea enim non habet Priuilegium,vt eius con-
tractus probentur per ſcripturas priuatæ per-
ſonæ, qualis remanet Notarius à dicta Con-
ſtitutione inhabilitatus, ac ſi ab initio eſſet
creatus Notarius ad certam ſpeciem inſtru-
mentorum quod potuiſſe fieri à laico non eſt
dubium, cùm dicatur diſponere de ſpectan-
tibus ad ius merè poſitiuum,& de perſona lai-
ca Regi ſubdita, Felin.*in cap.Eccleſia S. Mariæ*
*n.*85.*cum ſeqq.*vbi Dec.*num.*175.*de Conſt.* Ca-
rol. de Graſſ. *de eff. cler. effect.* 2.*num.* 331.
Rot.*d.dec.*104.*n.*2.*p.*2.*diu.cum aliis allegatis in*
*dicta vltima deciſ.in hac cauſa*,§.*provt*,*&c.*

8 Et quamuis debeat remanere Eccleſiæ li-
bera facultas contrahendi per quamcumque
perſonã,vt dicebant informãtes pro D.Card.
id tamen venit intelligendũ dummodo per-
ſona,quæ perficit Contractum ſit habilis, &
non prohibita, vt in hoc caſu,Surd.poſt alios
*conſ.*2.*n.*4.Carol.de Graſſ *d. effect.*2. *num.*191.
*cum ſeqq.*

9 Minus obſtat,quod trãſactiones factæ fue-
rint præuia licentia PP.pro exoneratione cõ-
ſcientiæ palã,& bona fide in præſentia, & cũ
decreto Epiſcopi Delegati Apoſt. ad duplici
iuramento,ſicquè tanquam caſus mixtus non
comprehenditur ſub dicta Conſtitutione La-
diſlai, quæ emanauit ad cohibẽdam effrena-
tam licentiam Notariorum. Nam vltrà quod
in tranſactionibus nullibi fit mentio de cauſa
exonerationis conſcientię,ſed narratur factas
fuiſſe ad euitandas lites,altercationes eſt con-
trouerſias motas,in omnẽ caſum negari non
poteſt quin hæc omnia eliciantur ex præfatis
inſtrumentis,quibus omnis fides adempta re-
manet ex dicta Conſtitutione, & propterea
ſublato inſtrumento deficit prorſus omnis
probatio iuramenti contractus, decreti, &
aliorum quorumcumque, quæ ex eo deduci
poſſunt ex ſuprà allegatis.

10 Nec venit dicendum potuiſſe Iudicẽ ſup-
plere defectum Notarij inhabilitati à conſti-
tutione,ex quo hoc ſpectat ad Principem,ſe-
cundùm Bald.*conſ.*137.*l.*3.Ang.Aret.*conſ.*51.
*n.*33.*vſque ad* 37.*cum aliis latè deductis in præ-*
*dicta dec.in hac cauſa*,& dicta licentia PP.non
confirmauit tranſactionem, ſed tantummo-
do conceſſit facultatẽ Epiſcopo tranſigendi
cum Eccleſia, quæ intelligitur præſuppoſitis
terminis habilibus,ſcilicet quod conficiantur
per Notarios habiles ad rogandum per text.
*in cap. cauſam quæ de reſer. c. licet de præben.*
Bertrand.*conſ.*181.*n.*6.*lib.*3.

11 Nec venit præſumendum Notarium præ-
fatum fuiſſe actuarium Epiſcopi, quia in in-
ſtrumentis ſẽper denominatur publicus No-
tarius Regius,& tãquam talis vocatus fuit ab
Epiſcopo ad rogandum tranſactiones ſeruata
in omnibus forma requiſita in contractibus
ex Conſtitutione Regni,& ideo præſumptio
cedit veritati.Gail.*obſer.*144.*n.*6. Greg. XV.
*dec.*416.*n.*6. necnon etiã quia Actuarius ſolet
tantummodo ſe rogare de decretis.Notarius
verò poteſt ſe rogare de inſtrumentis,cum
interuentu Iudicis ad cõtractus, non tamẽ de
decretis,& actibus iudicialibus, vt conſtat ex
atteſtatione Magiſtri actorum, ac aliorum
Actuariorum quibus eſſe deferendum, dixit
Oſaſch.*dec.*22.*num.*15. *cum tribus ſeqq.*Rot.*in*
*Arimin.ſpolij* 9. *Febr.*1629. coram bon. mem
Merlino,*& in Reginen.tutelæ* 28.*Martij* 1639.
coram Me.

Demùm non obſtat prætenſa obſeruantia 12
trãſactionum,& adminicula deducta ad pro-
bandum contractum; nam huic obiecto fuit
multipliciter ſatisfactum in præfatis duabus
deciſionibus R.P.D.Bichij, quas DD.iterum
hodie amplecti voluerunt,& vlterius ponde-
rarunt ſingula adminicula deducta per infor-
mantes D.Cardinalis non ſuffragari. Nã bre-
ue Apoſtolicũ ſuper licentia tranſigendi non
probat inſtrumentum, nec contractum,cum
imò nulla in eo facta ſit mentio de pactis, &
conuentionibus, ſeu forma tranſactionis, &
tractatus non inducat probationẽ contractus
ſubſecuti, longè enim differunt tractatus ab
inſtrumento, & contractu, quia multa tra-
ctantur,quæ poſteà non perficiuntur,vt benè
Rot.*d.dec.*104.*n.*8.*verſ.non obſtat part.*2.*diuerſ.*

Atteſtationes priuatæ,& ordines,Conſer- 13
uatorum,& Rationalis patrimonij Biſignani
ſuper conſignatione facta de frumẽto præfa-
tis Abbatibus S.Mariæ & S.Adriani,& conſi-
gnationes ſubſecutæ per dictos Conſeruato-
res, ac confeſſiones aſſerti Procuratoris, &
Curatoris D. Principis nihil releuant. Tum
quia ſunt atteſtationes,& ſcripturæ priuatæ,
quæ etiamſi iuſtificarentur, non releuaret,
cùm non licuerit illis perſonis dare robur in-
ſtrumento inualido tanquam rogato per No-
tarium inhabilitatum, vt ex Afflict. *in Conſt.*
*Regn.lib.*1.*rub.*77.*n.*15. *circa medium,verſ.nec*
*potuit.*firmat vtraque deciſio R. P. D. mei Bi- 14
chij; tũ etiam, quia non potuerunt præiudi-
care dicto Principi in actibus voluntariis ſol-
uendo debitum controuerſum & litigioſum:
*l.fin. C.de acquir.poſſ.*Alex.*conſ.*130.*n.*6. *lib.*4.
Pariſ.*conſ.*115.*n.*11.*l.*1.Greg.XV.*dec.*375.*n.*5.
*&* 460.*n.*4.Tum,& tertiò quia dictæ ſolutio-
nes emanarunt, vt prætenditur,pro cenſu S.
Mariæ, ſuntquè difformes ab inſtrumento,
quod loquitur de præſtatione annuorum tu-
mulor 150.partitæ verò conſignationum fru-
menti cantant de annuis tumulis 190. Vnde 1
tanquam difformes,& factæ poſt centum an-
nos, non poſſunt ſuffragari pro obſeruantia
contractus, quæ debet eſſe proxima,& con-
formis.Socin.*conſ.*6.*n.*2.*&* 3.*lib.*1.Rot.*dec.*37.

*n.*34.*&* 35.*part.*2.*diu.& deciſ.*170.*n.*4.*p.*2.*rec.* Greg.XV.*deciſ.*325.*n.*2. vbi Adden.*num.*26. *& in d. vltima deciſione* D. mei Bichij *comprobatum fuit.*

16 Præcepta, ſeu mandata Iudicum de ſoluendo frumentum iuxta ordinem datum à Procuratore D. Principis, nihil faciunt, quia vltra dictam reſponſionem, quod non potuit Procurator præiudicare in actibus voluntariis, fuit etiam animaduerſum illa non habuiſſe effectum, & per plures annos fuiſſe agitatum ſuper dicta ſolutione in Curia Neapolitana, vbi d. Princeps obtinuit executionẽ mandati ab A.C. obtenti reiecta prætenſa compenſatione ex aduerſo oppoſita.

17 Et quamuis etiam d. creditum D. Cardinalis haberet aliquam ſubſtantiam, tamen quia promiſſio facta per antiquum Principem Biſignani in dictis tranſactionibus eſt correſpectiua ad tenimenta terrarum, & locorum eiuſdem Principis quæ in maiori parte fuerunt alienata, vnà cum feudis per Regem Catholicum ante ceſſionem hæreditatis Iuliæ Vrſinæ. Ideò onus ſoluendi Eccleſiis annuos tumulos frumenti tranſiuit in Emptores, & poſſeſſores, remanſit penès D. Principem, etiam reſpectu actionis perſonalis cum verſemur in cenſu reſeruatiuo, in quo obligatio perſonalis ſolum inducta eſt ex neceſſitate poſſeſſionis, & oneris cohærentis rei poſſeſſæ, ſicquè in plus non afficit quoad ſubſtantiam obligationis, quam virtus poſſeſſionis rei obnoxiæ cenſui reſeruatiuo; Dec.*conſ.*164.*col.*3. *circa med.*Caſtr.*conſ.*334. *lib.* 1. Aym. *in terminis Cenſus reſeruatiui conſ.* 217.*n.*4.*cum ſeqq.*

18 Nec ex eo, quod in tranſactione inita cum Rege Catholico fuit ceſſum dicto moderno Principi reliquum dictæ hæreditatis cum debitis oneribus, prætendi poteſt ad ipſum ſpectare onus ſoluendi dictos annuos tumulos præfatis Abbatibus, quia, vt benè reſpondet vltima deciſio R. P. D. mei Bichij §. *quamuis, &c.* Rex Catholicus longè ante ceſſionem alienauerat dictas terras cum feudis in Principem Tarſiæ, Auguſtinum Salutium, & alios, in quos propterea tranſiuerat d. onus pro rata proportionabiliter, tanquam inhærens terris alienatis, adeò vt reſiduum tantum debitorum remanentium in hæreditate de tempore ceſſionis, cenſeatur iniunctum moderno Principi, iuxta text. *in l. ſi certarũ* §. *Iulianus, ff. de milit. teſtam.* Rom. *conſ.*417.*n.*7. Abb.*conſ.*30.*col.*2.*lib.*2. Crauett. *conſ.*217.*num.*5. Gratian. *diſcept.*273.*num.*22.

19 In omnem caſum negari non poteſt, quin ex præfatis, & ex lite diu agitata Neapoli credita D. Cardinalis remaneant adeò illiquida, vt nullo modo apta ſint ad obtinendam compenſationem, ſeu retentionem, cum ad hunc effectum ſit neceſſaria ſententia ſuper liquidatione crediti vel probatio tam clara & liquida, vt nulla exceptione, ſeu velamine offuſcari, aut adumbrari queat, vt fuit reſolutum *in Romana, ſeu Ianuen. locorum montium* 31. *Maij* 1638. coram bon. mem. Buccabella, *& in eadem* corã Me, 16. *Martij* 1641. poſteà confirmata coram R.P.D. meo Meltio *ſub die* 26. *Ianuarij proximi præteriti, & in Romana retentionis domorum* 23. *Maij* 1642. *approbata hac eadem die* coram R. P. D. meo Ghiſilerio.

Et ita reſolutum vtraque parte informante, &c.

---

## R. P. D. GHISILERIO
## Ferrarien. Penſionis,

Veneris 7. Februarij 1648.

### *ARGVMENTVM.*

QVando & quibus in caſibus Iudex poſſit cogere partes ad tranſportationem librorum & ſcripturarum exiſtentium in remotiſſimis locis; & an ſit committendum peritis de referendo antequam Iudex ipſe libros viderit & partitas illorum examinauerit. Quid ſi agatur de libris ad tertium non exiſtentem in lite ſpectantibus. Liber Archiuij quantum probet. Et an inter perſonas non ſubditas. Et de probatione deſumpta ex libro Archiuij Epiſcopalis quando agitur de intereſſe Epiſcopi.

### SVMMARIVM.

1 *Ad electionem peritorum quod eſt remedium ſubſidiarium deueniri non debet quando valor probari poteſt per exhibitionem librorum Capituli quod eſt remedium ordinarium.*

2 *Exhibitio librorum debet fieri in loco iudicij & coram oculis Iudicis.*

3 *Electio peritorũ ſuper libris requirit præuium Iudicis diſcuſſionem librorũ. Contra,* num. 5.

4 *Calculus præſupponit partitas veras.*

6 *Quæ ſit differentia inter libros ſcriptos à priuata & ſcriptos à publica perſona.*

7 *Archiuium non dat robur ſcripturæ informi.*

8 *Archiuium non probat contra non ſubditos.*

9 *Libri adminiſtratoris quibus in caſibus portandi ſint extra locum adminiſtrationis, quando verò Iudex debeat committere verificationem librorum in loco vbi repe riuntur.*

10 *Quid ſi dominus ſcripturarum ſe opponat.*

11 *Quid ſi agatur de libro tertij qui non eſt in lite.*

12 *Quis ſi nulla ſit ſuſpicio falſitatis.*



### DECISIO XCIX.

1 FVit confirmata deciſio in hac cauſa coram Me, facta ſub die 12. Martij 1647. quia cum Eminentiſſ. Card. Macchiauellus, & D. Magalottus habeant ſua remedia Ordinaria, provt eſt exhibitio librorum, non poſſunt conuolare ad extraordinarium, & ſubſidiarium, nempe ſubdelegationis Iudicis in partibus ad effectum eligendi peritos, qui ex libris menſæ Epiſcopalis Eccleſiæ Ferrarienſis conficiant calculum de ſingulis redditibus, & oneribus Eccleſię per decem vel quindecim annos ante tranſlationem Penſionis tranſlatæ per bon. mem. Principem Perettum in Eminentiſſ. Cardinales Montaltum filium, & Vrſinum Nepotem, vt præter Deciſiones adductas *in Deciſione quæ reuidetur in* §. *quo verò ad ſecundam partem* dixit Rot. *in peruſina dotis, veneris* 30. *Octobris* 1615. coram bon. mem. Coccino, *in Nouarien. bonorum* 26. *Iunij* 1628. coram Eodem, *quæ eſt deciſio* 199.*n.*21. *p.*5.*recent.*

Nam quoties competit remedium ordinarium, non eſt locus extraordinario. Bartol. *in l. etiam la* 2.*n.*1.*verſ. oppone. C. ſi tut. vel curat.* Veſtr. *in prax. lib.*8.*cap.*4.*n.*2. Rot. *deciſ.*34.*n.*2. *& ibi* Adden. *litera A, de appellat. in nou.* vnde cum ordinarium remedium ſit exhibitio librorum, ceſſat extraordinarium electionis Peritorum, vt fuit firmatum in alia deciſione.

2 Quia eatenus, quatenus ſupradictis Eminentiſſ. Macchiauellus & Magalottus volunt vti Libris, tali caſu eos in loco Iudicij exhibere tenentur, & propriis oculis DD. ſubiicere; ex text. *in l. prætor ait in fin. ff. de edend.* vbi Iaſ. & cæteri communiter. Rot. coram Caual. *deciſ.*580.*n.*1.*verſ. non enim apparebat, & n.*3. *& in Toletana iuriſdictionis* 10.*Decembr.* 1620. *&* 14.*Decemb.* 1621. coram bon. mem. Pirouano, *& in Tiburtina Caſtri S. Angeli* 18. *Iunij* 1646. coram R.P.D. meo Meltio, ad effectum vt poſſent inſpici, an ſint legales & benè tenti, cùm multa deducantur, quæ illos reddunt ſuſpectos, & ponderari quænam partitæ, & quomodo ſint calculandæ, quia cum ad probandum valorem menſæ poſſit dubitari, an ſint admittendæ omnes partitæ, provt iacent in libris antequam deueniatur ad calculum, ſunt diſcutiendæ, & firmandæ plures partitæ, ſuper quibus poſteà erit faciendus calcu-
lus, † Cum non omnes ſpectent ad iudicium 3
Peritorum, ſed Iudicis, ex allegatis in deciſione, & dum calculus Peritorum fieri debet ſuper dictis libris, argum. text. *in l.*1.§.*rationes ff. de edend.* gloſſ. *fin. in l. furti* §.*fin. ff. de iis qui not. infam.* nè ordo præuertatur, debent prius exhiberi libri ſine quibus deſuit materia præexiſtens ſuper qua Periti ſint eligendi, & poſtea eligi Periti. Monac. *deciſ. Bonon.* 12. *num.* 100. Rot. *in Ariminen. adminiſtrationis tutelæ* 20. *Februarij* 1628. coram bon. mem. Pirouano, nam ſi libri non ſunt legales, fruſtra ſuper illis petitur electio Peritorum, quia ſicut ipſi non probarent; ita multò minùs calculus, & bilancium ex eis deſumptum, ex traditis per Rot. *deciſ.*189.*n.*1.*p.*1. *diuerſ. & deciſ.*186.*part.*1.*recent.num.*2.*&* 4.*deciſ.*34. *num.*25.*deciſ.*421.*num.* 8. *part.*4.*tom.*2. coram bon. mem. Burat. *deciſ.*409.*n.* 5. *& in Brixien. parochialis* 15.*Decembris* 1623. coram Franciſ-
co Vbaldo † calculus enim præſupponit par- 4
titas veras, cui nunquam eſt locus quando dubitatur de ipſis partitis. Rot. *dec.*672.*num.*4. *lib.*3.*p.*3. *diu.* & quando Doctores loquuntur de libris; intelliguntur de legalibus, ac de illis, quibus fides eſt præſtanda; vt habemus de tutore, qui ſi vult ſuas rationes reddere ex Inuentario, & libris oportet illud, & illos fuiſſe legaliter factos & tentos, aliàs relatio peritorum corruit, deficiente reali fundamento illius, ſicuti de ſententia quæ intelligitur de valida, & iuſta ex vulgatis.

Quibus non obſtat, quod cùm agatur de 5
partitis incidenter, nec ſuper eis ſit ferenda ſententia, ſed ſuper negotio principali, nec petatur electio Peritorum, vt ab illis fiat diſcuſſio, & detur eorum Iudicium ſuper partitis, ac releuantia Librorum; ſed tantummodo ad calculandum, & in vnam ſummam coaceruandum plures partitas diuerſi generis, ſubiicien. poſtmodum Iudicio DD. vt per eos poſſint conſiderari qualitates, & cauſæ adnotatæ in partitis, & ſuum poſſint interponere Iudicium, Rota ſoleat inclinare ad electionẽ ſimilium Peritorum, ſeu potius calculatorum, vt redigantur in calculum, & partes non grauentur inutilibus expenſis, vt in terminis dixit Rot. *deciſ.*247.*num.*2. coram bon. mem. Coccino *part.*2.*recent. de inueterato ſtylo,* Rot. quam reſolutionem ſequuta fuit Rot. *deciſ.* 115.*ſub num.*7.*verſ. ad primam cum ſeqq.* coram eodem bon. mem. Coccino *part.*6.*recent. quia d. deciſ.* 247. *part.* 2. firmat de ſtylo Rot. non fieri de actis integros libros exhibitos, ne partes ſuperfluis impenſis grauentur in conficiendo regiſtro, & propterea non obſtare in

illo caſu, in quo agebatur de libris mercatoris; qui etiam fuerât exhibiti penès Iudicem cauſæ, *vt in princip.* ibi; *exhibitis libris* per d. Guilelmum tentis, & ſcriptis coram Iudice, *& n.2. ante med.* ibi; *& propterea ad hunc effectum ſufficit quod libri fuerint exhibiti penès Iudicem*, ideò cum in præſenti quæſtio non ſit ſuper confectione regeſtri, ſed ſuper exhibitione facienda coram Iudice, *d. dec.* 247. *ſub eodem n.2. vt ſuprà*, ibi; *& propterea ad iſtum effectum ſufficit quod libri fuerint exhibiti penès Iudicem*, fundat intentionem DD. Cardinalium Montalti, & Vrſini, dum replicant exhibitionem apud ipſum Iudicem fieri debuiſſe, qui Eminentiſſimi non inſtant, libros in actis produci, ſicut in caſu *d. deciſ.* 247. vbi perpendebatur notabile accreſcens diſpendium regeſtri, ſed inſtant exhiberi ad effectum ſubiiciẽdi oculis, & iudicio DD. vt in caſu eiuſdem deciſionis fuerat quoque ſuppoſitum libros fuiſſe Iudici exhibitos integraliter, *d.n.* 2. quare cum libri ſint in partibus, ceſſat principale requiſitum in hac materia, vt priùs libri inſpiciantur, & conſiderentur, antequam eligantur Periti pro calculo faciendo.

*In allegata dec.* 115. *p.6. rec.* quemadmodum fuit dictum in fine deciſionis, quæ reuidetur, non dubitabatur de legalitate librorum, cum illi fuiſſent fabricati à communi, & approbato Officiali litigantium, ageretur de cauſa Cæſarauguſtana diſtributionum, & ſic in partibus Hiſpaniæ, nõ dubitabatur, an eſſent exhibendi libri Capituli; ſed an Peritus ſine contradictione portionariorum electus benè retulerit introitum & exitum Capituli ab an. 1605. vſque ad ann. 1626. & non ab an. 1611. vt patet ex lectura eiuſdem Deciſionis, *ſub d. n.7. verſ. & ad primã.* & ſic quæſtio erat ſuper eo an forma electionis eſſet benè ſeruata.

Hinc Rot. cor. ſan. mem. Greg. XV. *dec.* 372. *in princ.* cum latius Vitellius ad docendum Alphonſum eius patrem fuiſſe ciuem Citernenſem, & ſoluiſſe Datia, & onera à ſolis Ciuibus debita, produxiſſet plures partitas compulſatas, ex variis libris in terra Citernæ exiſtentibus DD. ordinarunt quod libri ipſi exhiberẽtur, vt eorum qualitas inſpiceretur, & fuit inter alios exhibitus liber æſtimi præcipuus inter libros communitatum, & à quo alij omnes regulantur, vt innuit eadem deciſio *in princip.* Rot. coram Creſc. *dec.3. n.3. de fid. inſtrum.* retardata executione voluit quod mitteretur in Hiſpaniã pro Protocollo, quia pars illud petens non petebat cauſa dilatãdæ ſolutionis penſionis, *in Meleuitana hæreditatis 9. Decembr.* 1619. coram Seleucien. *quæ eſt dec.* 154. *tom. 2. p.4. rec.* cùm prætenderetur inſtrumentum eſſe imperfectum & non facere fidem indubitatam, mandauit Rota Protocollum adduci ad Curiam, provt ſeruatum fuiſſe dicitur, *in dec.9.* coram Cardin. Caual. *dec.*176. *n.2.* Domini denuò mandarunt produci ſcripturas, licèt iam in actis regiſtratas, quia pars in iudicio ciuili excipiendo intendebat illas redarguere de falſo, & oſtendere quod eſſent defectuoſæ, & mutilatæ, & quod adeſſet diuerſitas, & diſcrepantia inter originalia, & inter ſcripturas regiſtratas; vnde idẽ eſt dicendum de iſtis libris omninò deferendis ad Curiã, vt videri poſſint an defectus habeant, & quam fidem mereantur, an ſint regulati, & benè tenti, quæ omnia dependent ex oculari inſpectione.

6 Non obſtat, quod libri, de quibus agitur, reperiantur in Archiuio Epiſcopali, & ſemper pro legalibus habiti fuerint; quia teſtes inducti pro parte ſupradictorum Eminentiſſimi Macchiauelli, & Magalotti id non concludunt, quinimò deponunt, illos exiſtere in computiſtaria, quæ eſt quid diuerſum ab ipſo Archiuio, & ab eo omninò ſeparatum, ac eſſe deſcriptos à miniſtro priuato, vt deponit primus teſtis iuxta 77. interrogat. ibi; *Auanti che s'arriui all' Archiuio, ſi paſſa per vna ſtanza, la quale ſi dice la computiſtaria del Veſcouado, nella quale ſono due armary, nel quale il computiſta tiene ſotto chiaue li libri dé conti, & Entrata, & Vſcita di detto Veſcouado*; cum quo concordant ſecundus, tertius, quartus, & quintus teſtis, quo caſu non probarent Put. *dec.*136. *lib.*1 Andr. *dec.65. n.1. & dec.90. n.2.* Rot. *dec.189. n.3. dec.803. n.8. p.1. diuerſ. & in Conuerſana Iuriſdictionis* 3. *Iuny* 1643. coram R.P.D. meo Rojas, ſed quatenus etiam verè reperirentur in Archiuio, nec releuarent, † cum Archiuium non det robur ſcri- 7 pturæ alioquin informi, nec tollat defectus, quibus ſubiacet ſcriptura. Corn. *conſ.*142. *n.6. vol.1.* Rot. coram Caput. *dec.41. n.3. p.1.* vltra quòd aliud eſt, quod illis fuerit præſtita fides erga debitores ibidem deſcriptos, aliud verò quod probent in præiudicium tertij, provt ſunt dicti Eminentiſſimi tranſlatarij, & licèt ſcripturæ extractæ ab Archiuio Epiſcopali dicantur extractæ ab Archiuio publico, & regulariter plenè probent: *c.2. de fid. inſtrum.* Rot. *dec.45. n.2. p.5. rec.* multum tamen dubitari poteſt, an hoc procedat quando agitur de intereſſe ipſius menſæ Epiſcopalis, & contra tertium, qui non ſit ſubiectus Epiſcopo; 8 † Nam Archiuium publicum ſolùm probat contra perſonas illius territorio ſubiectas, ex alleg. *in Marſicen. Iuriſdictionis 5. Marty* 1646. coram R. P. D. meo Bichio, *& anteà* coram bon. mem. Cocc. *dec.128. n.2. & Romana hæreditat. 31. Maÿ* 1626. cor. bon. mem. Pirouano.

9 Neque obſtant ea, quæ fuerunt deducta circa periculum amiſſionis librorum, & expenſas



penſas in illis tranſmittendis ad vrbem, quia cùm libri non ſint in remotis partibus Mundi; ſed intra ſtatum Eccleſiæ, & ſic per loca tuta ſint tranſportandi, nec maris periculo ſubiici debeant, & dicti Eminentiſſ. Tranſlatarij offerant ſe paratos ſubire periculum, expenſas, & incommoda quæcumque, ideò ceſſat omnis difficultas, vt notat Caſtrenſ. *in leg. prætor ait, §. fin. n.2. ff. de edend.* firmans adminiſtratorem poſſe compelli ad exhibendum librum extra locũ adminiſtrationis periculo & expenſis, petentis, quem ſequuntur Dec. *in c.1. n.319. de prob.* Soc. *conſ.149. n.4. lib.1. ſol. ad conſtit. Sabaud. tit. de minor. & ration. diſtrahend. gloſſ.4. ſub n.2.* Sim. de Præt. *conſ.*154. *n.1. & ſeq. lib.1.* & firmauit Rot. *in Anconitana Mannæ* 31. *Iun.* 1647. cor. R.P.D. meo Corrad. *ex ibi alleg.* Nec ſubſiſtit quod doctrina Caſtr. ſit ſpecialis in libro adminiſtrationis, quia, eſt communis; nam ratio ab eo adducta eſt quia perſona eſt obligata, & poteſt conueniri in loco iudicij, & ſic ceſſat doctrina Bartol. *in d. l. prætor ait d. §. fin.* quod ſi eſſet periculum itineris aſportandi librũ rationũ de vna Prouincia ad aliam, vel ſi portari non poſſet originale, quia fortè eſſet in Archiuio publico, vnde non poſſet extrahi, Iudex mittere debet ad locum ſufficiẽtes perſonas, quæ videant illud originale, & de eius effectu, & ſubſtantia fidẽ referant Iudici, *vt extr. de fid. inſtrum. c. accepimus*, eo enim ipſo quod tranſlatarij intẽdunt ſubire periculum ceſſat fundamentum, & ratio ipſius, provt etiam ceſſat diſpoſitio, d. text. *in c. accepimus de fid. inſtrum.* quia fundatur in periculis viarum ab Anglia ad vrbem, vt *ibid.* aduertit Hoſtien. *n.1. ad med.* Ioan. Andr. *n.2.* & Bellam. *n.1.* quæ pericula ceſſant in hoc caſu, cum per ſtatum Eccleſiæ non adſint talia pericula, & ea intendunt in ſe aſſumere dicti Eminent. D. D. tranſlatarij & tamen in fortioribus terminis Rot. paſſim mandauit originalia tranſportari etiam ex remotiſſimis partibus Hiſpaniarum, *vt in Burgen. Maioricatus* cor. Comitulo 18. *Decembr.* 1588. *dec.43. n.4. & 10. & in fin. deciſ. ex Gallia in Pariſien. pecuniaria 5. Julÿ* 1610. cor. Card. Lancellot. & ex Inſula Melitæ, in qua pariter maris imminet periculum, *in d. Meleuitana hæreditatis 9. Decembris* 1619. coram Seleucien.

10 Nec facit replicatio, quod doctrina Caſtr. debeat intelligi, volente & conſentiente Domino ſcripturarum, ex traditis per *deciſ. in d. c.1. n.322. de probat.* quia Decius hoc non firmat ſimpliciter, & abſolutè, ſed dicit quod ſi Domin. ſcripturarum inſtat ſuper periculo, non ſufficit quod alter offerat expenſas, niſi etiam ſubeat periculum, *vt in d. n.322. ad fin.* ibi; *quia ſi inſtat periculum non ſufficit præbere expenſas, ſed etiam debet periculum ſubire*, & ſic admittit opinionem Caſtr. quando concurrit vtrumque vt hic, & ſemper verum eſt dicere contra Decium facere opinionem Pauli de Caſtr. Socc. Sol. Sim. de Præt. & Rot. *in d. Anconitana Mannæ*, neque contra hanc opinionem Rot. facit Magon. *dec. Lucen. 5. n.14.* † vbi 11 quod mercator non cogitur ædere in alio loco, vel ad alium locum ad petentis inſtantiam tranſportare, etiamſi petens offerat ſuo periculo, & ſuis expenſis deferri, & cautiones offerat, quia loquitur in mero tertio mercatore, qui conueniebatur pro æditione facienda, dũ lis inter alios duos litigantes vertebatur, vt apparet, *ſub n.2.* ibi; *quod tertius teneatur, &c.*

12 Minus facit quod Rot. non ſit ſolita iniungere tranſportationem, niſi quando ſubeſt ſuſpicio falſitatis, & alterationis propter quã omninò ſit neceſſarium ſcripturam originalẽ ſubiicere oculis Dominorum, ad quem effectũ non ſufficit ſuſpicio partis; ſed dari debet ſufficiens fumus, quia Caſtr. & alij non loquũtur de huiuſmodi requiſito, & Rot. cor. ſan. mem. Greg. XV. *d. dec.* 372. loquitur in libro æſtimi, in quo nec vmbra falſitatis poterat ſuſpicari. Creſc. *dec.3. de fid. inſtrum.* non reſoluit rationem falſitatis; ſed quia pars non petebat tranſportationem cauſa protrahendi litem, & differendi ſolutionem penſionis.

Ex quibus cum Eminent. Tranſlatarij non inſtent, quod libri producantur in actis, ſed quod exhibeantur ad effectum ſubiiciendi oculis, & iudicio Dominorum, quatenus illis aliquo modo vti velint ſupradict. Emin. Macchiauellus & D. Magallottus, placuit Dominis vtraq; parte audita confirmare deciſ. cor. Me factam, ſub die 12. Martij præteriti.

---

## R. P. D. PEVTINGERO
### Sipontina Penſionis,
Lunæ 8. Iunij 1648.

### ARGVMENTVM.

EXecutio ſententiæ quando dicatur facta ab homine ad effectum impediendi intentantem remedium reſtitutionis in integrum aduerſus rem iudicatam. Quæ ſit natura actioris negatoriæ. Qua requirantur vt executio reuocetur per viam manutentionis. Et de petitorij ſuſpenſione propoſita in iudicio retinendæ, ſi aduerſarius petitorium prius intentauerit.

### SVMMARIVM.

1 *Ex quibus circunſtantiis colligatur executionẽ ſentẽtiæ factã fuiſſe ab hominè, & nõ à lege.*

2 *Exe*

2 *Executio ex quibus perfecta dicatur quando agitur de impediendo eum qui vult in integrum reſtitui.*

3 *Ex quibus verbis ſententia dicatur concepta in iudicio actionis negatoriæ, vt beneficium acquirat libertatem à ſolutione penſionis.*

4 *Sententia continet virtualiter libertatem fructuum beneficij quando continet declarationem nullitatis penſionis.*

5 *Sententia lata in actione negatoria trahit ſecum executionem, non ex facto legis, ſed ex facto Iudicis ſententiam pronunciantis.*

6 *Deputatio ſequeſtri facta authoritate Iudicis dicitur actus iudicialis.*

7 *Depoſitum non poteſt recuperari ab ipſo deponente quando adſunt tertij opponentes.*

8 *Actio negatoria duos habet effectus, primum quod aduerſario ius non competat, ſecundũ quod res mea ſit libera à ſeruitute.*

9 *Quãdo actio realis & perſonalis procedunt ab eodem fonte ſi vna fuerit annullata per ſententiam annullatur & altera.*

10 *Poſſeſſio ex cauſa vniuerſali influit in actus particulares.*

11 *Per executionem ſententiæ amittitur poſſeſſio.*

12 *Ex iure percipiendi fructus quando inferatur exemptio à penſionis ſolutione.*

13 *Ad reuocandam executionem factam per viã manutentionis debet conſtare de euidenti nullitate ſeu iniuſtitia ſententiæ, de qua agitur.*

14 *Suſpenſio petitorij in iudicio retinendæ non impedit proſecutionem petitorij ab altera parte intentati.*

## DECISIO C.

CONceſſio D. Principi Octauiano Medices ſub diebus 8. Aprilis & 1. Iulij anni præteriti, mandato de manutenenda in gradu reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiã A. C. & rem iudicatam in quaſi poſſeſſione exigendi annuã penſionem ſcut. 1260. monetæ Romanæ ſuper Abbatia S. Mariæ de Pulſano Sipontinæ Diœceſis, nunc à D. Petro Columna poſſeſſa, ad eius inſtantiam hodie cauſa repropoſita Dom. receſſerunt à deciſis.

Quia cum potiſſima ratio dictarũ deciſionum fundetur in hoc quod executio facta à lege non impediat manutentionem, provt eã impedit executio facta ab homine, iuxta deciſionem Burat. 604. *n.* 16. *cum aliis allegatis.* Ideò dum hodie examinaretur, an in hoc caſu ſententia contra D. Principem Penſionariũ ab Auditore Cameræ de an. 1636. ad fauorẽ D. Abbatis Petri Columnæ titularis cũ voto Rotæ lata declarans dictam Penſionem eſſe nullam, inualidam, & Literas Apoſtolicas deſuper non ſuffragari Principi, abſoluendo in futurum D. Abbatem à ſolutione penſionis, fuerit facto hominis executioni demandata, quæ manutentionem ex allegatis in deciſionibus, quæ reuidentur impediat; Plures circunſtantiæ ponderatæ fuerunt, quæ facto hominis executioni dictam ſententiam demandatam fuiſſe comprobant.

In primis quod ſpecificè, & nominatim 1
fuit à parte petita, & à Iudice conceſſa executio ſententiæ, vt ex actis iudicialibus relatis, in Summ. D. Abbatis *n.* 5. ex quibus apparet, quod ſub diebus 11. & 15. Octobris 1638. ad inſtantiã ipſius fuit citatus D. Princeps Octauianus ad videndum mandari, exequi ſentẽtiam, & pro illius executione conſignari omnes, & ſingulos fructus recollectos, ſeu recolligendos ex omnibus bonis, & iuribus Abbatiæ penès Affictuarios, cuſtodes, & alios quoſcumque à D. Principe cauſam habentes, exiſtentes, & mandatũ de conſignando decerni, & relaxari, quod fuit decretum & relaxatum, & ſucceſſiuè expeditum, vt in Summ. *n.* 6. & ſubinde executum mediante actuali conſignatione penès Colonos, quàm aliorum depoſitatorum penès Regiam Dohanam, vt probatur *ibid. n.* 7. ita vt dubitari non poſſit de voluntate nec partis exequendi nec Iudicis committendi executionem, cum vtriuſque voluntas ſit expreſſa in citatione, & decretis iuxta petita emanatis, *l. ille aut ille de legat.* 3. & in noſtris terminis Bald. *in l. conſentaneum n.* 43. *verſ. aut fuit facta ex ſententia C. quomod. & quand. iud.* Bero. *conſ.* 32. *n.* 9. *lib.* 3. Rot. *in rec. dec.* 471. *n.* 10. *verſ. accedit p.* 4. *tom.* 2. neq; minus de ipſa executione † cum fuerit perfecta, 2
& conſummata mediante ſubſequuta conſignatione fructuum facta per Iudicem pro executione dictæ ſententiæ, quæ cùm non habeat certam formam de ſui natura determinatam, ſed nunc fiat vno modo, nunc alio ſufficit aliquid eſſe peractũ de exequutione ſententiæ, vt exequutio dicatur facta, Theor. Bart. *in l. is qui Reipublicæ* 39. *ſub n.* 3. *verſ. ad propoſitũ ff. quib. ex cauſ. maior.* Surd. poſt Bald. & alios, *conſ.* 168. *num.* 46. Rouit. *dec.* 91. *num.* 9. Maſtrill. *dec.* 30. *n.* 6. *&* 7.

Secundò conſiderabãt Domini, quod dicta 3
executio, & conſignatio fructuũ cadit ſuper iuribus ipſius Penſionarij, & adhęret nullitati Penſionis, vt ſupra declaratæ per ſententiã in actione negotiatoria intẽtata per D. Abbatẽ, qui petiit & obtinuit declarari penſionẽ eſſe nullam & beneficiũ remanere liberũ ab illius onere, & ſeruitute, nec amplius teneri pẽſionem ſoluere, quæ verba in ſubſtantia concludunt negatoriam, dum continent libertatem beneficij à pẽſione ex aduerſo prætẽſa, iuxta Gloſ. communiter receptam *in l.* 2. *in verb. qui negat verſ. ſed magis ſenſu inſpecto, ff. ſi ſeru. vẽd.* Iaſ. *in l. ſi prius n.* 33. *circ. med. ff. de oper. nou. nunc.* Miſinger.



Miſing. *in §. æquè n.* 22. Oinotim. *n.* 29. *in fin. verſ. nec refert etiamſi verbis affirmatiuis proponatur, & n.* 47. Gomeſ. *n.* 20. Picc. *n.* 19. Ioan. Arperth. *n.* 2. *inſtit. de act.* Idem Miſinger. *conſ.* 11. *n.* 4. *decad.* 2. Roffud. *de libell. p.* 2. *rubr. de act. negat. n.* 5. *& ſeq. & n.* 22. Forcatul. *in Dialog.* 16. *n.* 4. *& ſeq. & præſertim n.* 6. *in fin.* Olib. *de act. p.* 1. *lib.* 2. *n.* 54. *fol.* 109. qui firmant in actionę negatoria elici tunc prolatam ſententiam, quando pronunciatur res libera reſpectu alicuius prætendentis in illa re ius aliquod incorporale ſibi competere, quibuſcumq; tamen verbis id petitũ fuerit, vnde ſequitur quod, dum in vim dictæ ſententiæ conſignati fuerunt D. Abbati fructus Abbatiæ, & quidem liberi à penſione, vt conſignatio dicatur conformis ſententiæ latæ ſuper libertate beneficij, & ſuper non ſolutione penſionis. Aymon. *conſ.* 135. *n.* 13. *verſ. ſed ipſa*, & dixit Rota cor. Reuer. Vrgell. *dec.* 285. *n.* 48. *& in Bononien. legati de Mareſcottis* 22. *Martij* 1627. cor. Merl. vtiq; talis cõſignatio dicitur executio ſentẽtiæ, tanquã facta ſuper iuribus penſionarij, ex cauſa eiuſdem ſententiæ, & ob eius executionem, vt benè in his terminis Aym. *conſ.* 10. *n.* 9. Cancer. *var. reſol. p.* 3. *cap.* 17. *num.* 422.

Non obſtat quod in dicta ſententia dictorum fructuum conſignatio non ſit, nec legatur cõprehenſa, & D. Abb. ad libitũ ſuum eos fructus abſq; alicuius Iudicis miniſterio percipere potuerit, ſeu ab Oeconomo deputato recuperare, vt aſſerunt informantes pro D. Principe.

4 Quia licèt in ſententia de fructibus expreſſa mentio facta non fuerit, nihilominus ſine dubio in ea virtualiter, & ſubſtantialiter fuerunt cõprehenſi in verbis declarantibus nullitatẽ penſionis, & in abſolutione D. Abbatis ab eius pręſtatione, cuius effectus in eo conſiſtebat, quod dictæ Abbatiæ fructus liberè ad Abbatem ſpectarent, & eidẽ tanquã Titulari conſignarẽtur, nec aliter per eum recuperari poterant, quã ex cauſa finita, & in executionẽ dictæ ſententiæ, ac de Iudicis mandato. Tum quia illi reſcriptũ S. M. Vrbani octaui, lite pendente ſuper nullitate penſionis emanatũ obſtabat, volentis vt ex fructibus dicto Principi ſatisfieret, & Abb. non teneretur de proprio ad penſionem Sum. illius *n.* 1. & cũ citata parte deputatus fuerit Oeconomus penès quẽ fructus depoſitati fuerũt, à quo penſio quatenus ſoluenda eſſet, ſolui debebat ex dict. fructibus, vt in terminis Burat. *dec.* 669. *per tot.* vtiq; pro executione ſententiæ factum hominis recuperationis fructuũ requirebatur, & ſic iudicialis illorũ conſignatio pro ſententiæ exequutione, vt fuit ſeruatũ iuxt. Theor. Bart. *in l. miles* 5. *§. qui iudicati ſub n.* 4. *verſ. nam aut ad vſum ff. de re iud. & ſub n.* 9. *in fin.* vbi ait, † quod quando ad vſum libertatis factum hominis non requiritur, tunc ſentẽtia lata in actione negatoria dicitur trahere ſecũ exequutionẽ, quia ſtatim ceſſat vſus ſeruitutis. Si verò factũ hominis requiritur, veluti ſi tigna immiſſa haberet in domũ alterius, & iudicatum fuiſſet illi ius non eſſe habere immiſſum, tũc requiritur executio Iudicis, & benè etiam ad propoſitũ Fab. *in d. §. æquè n.* 38. *inſt. de act.* Moder. Peruſ. *de manuten. obſeru.* 106. *n.* 22. & Rot. *in calce operis dec.* 476. *in vltima editione.*

Tum quia D. Abbatẽ præcedens ſequeſtrũ, 6
& depoſitum impediebat, *l. ſi oleum* ibiq; notant Bart. & Bald. *ff. de dolo malo*, Foian. *de ſequeſtr. reg.* 3. *ſub n.* 14. *verſ. an verò*; & tanquam factum authoritate Iudicis, deputato etiam ad hunc effectũ Oeconomo, citato Principe, tale depoſitum erat contentioſum, & iudiciale Coler. *de proceſſ. execut. p.* 1. *c.* 2. *n.* 71. *& ſeq. & n.* 135. Caroc. *de ſequeſtr. p.* 1. *q.* 4. *princ. n.* 2. proindeque nec D. Abbas fructus prætẽdere, neque Oeconomus, ſeu depoſitarius illos conſignare poterat abſq; mãdato; Caſtr. *in l. acceptam n.* 5. *in fin. C. de vſur.* Rom. *conſ.* 287. *n.* 1. *verſ. vnde ſequitur.* Rebuff. *ad conſtit. reg. p.* 3. *tit. de ſequeſtr. art.* 7. Gloſ. vnic. *n.* 1. Tiraq. *de retract. conuent.* §. 4. *gloſſ.* 9. *n.* 2. *ad med. verſ. quin idem.* Caroc. *de ſequeſtr. p.* 4. *q.* 7. & etiã quia Abbas ex contradictione colonorũ, & cõductorũ per contradictiones in partitis depoſitorũ per eos penès Regiã Dohanã appoſitas, impediebatur proteſtando dictos fructus non relaxari, niſi citatis & auditis D. Principe, omnibuſq; aliis intereſſe habentibus, *vt in d. Sum. n.* 3. *& ſeq. & ſub n.* 10. † quo caſu depoſitum etiam 7
reſpiciens intereſſe Principis non poterat ab Abbate propria authoritate recuperari, vt per Caſtr. *conſ.* 433. *n.* 2. *in fin. lib.* 1. Tiraq. *de retract. conuent.* §. 4. *gl.* 9. *n.* 2. *verſ. nam & aliàs.* Denique quia dũ Abb. viam iudiciariã elegerit, voluitq; in executionẽ ſententiæ ſibi fructus cõſignari, hæc conſignatio ad ſententiã referenda eſt, licèt fructus etiã propria auctoritate recuperare potuiſſet. Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 22. *n.* 15. *& dec.* 33. *n.* 16. Neguſ. *de pign.* 4. *p. princ. n.* 23. *&* 25. & fuit dictũ *in Romana, ſen Veliterna affictus* 26. *Iun. &* 17. *Decemb.* 1646. cor. R.P.D. meo Bich.

Nec huiuſmodi conſignatio fructuũ repug- 8
nabat, vt ex aduerſo prætẽditur, naturæ Iudicij intentati ſuper nullitate pẽſionis, quia imò natura eiuſdem Iudicij conſignationẽ dictorum fructuũ requirebat, cùm duplex detur effectus negatorię, vnus reſpiciens videlicet denegationem ſeruitutis contra actorẽ pro vſu ſeruitutis inſtantem, & alter effectus reſpiciens liberam fruitionem, & conſequutionem damni & intereſſe, quæ officio Iudicis in actione negatoria veniunt, vt probat text. *in l. loci corpus* §. 1. *verſ. ſed & in negatoria, ff. ſi ſeruitus vendicetur*, Bald. *in l. ſi quid* 5. *n.* 2. *C. de ſeru. & aqu.* & tradit Ioan. Faber *in §. æquè n.* 35. *&* 38. *ff. de act.* Oliban. *eod. tit. de act. p.* 1. *lib.* 2. *d. §. æquè n.* 59. *in fin. & part.* 2. *c.* 12. *n.* 31. Miſing. *d. conſ.* 11. *n.* 8. *decad.* 2. qui duo

effectus

effectus cum ſint de natura Iudicis negatorij,
vtique ſententia rectè ad, eos etiamſi de iis nõ
faciat mentionem, porrigitur vt per Bartol. &
plures allegatos firmatur apud Reuerendiſſi-
mum Vrgellen. *dec.266.n.27.& 28.*

9 Neque refert,quod Princeps etiam habebat
actionem perſonalem contra Abbatẽ, ideò dũ
contrà hanc actionem nulla dicatur facta exe-
cutio,eius vigore manutentionem prætendere
poſſit,quia cum tam realis,quã perſonalis actio
procedant ex eodem iure reſeruationis penſio-
nis,eo ipſo quod per ſententiam fuit declaratũ,
penſionem eſſe nullã & non deberi, remanſit
illud ius eradicatũ per ſententiã,quæ extinguit
tam perſonalem, quàm realem,provt vtraque
penſionario competit,nempe perſonalis contra
titularem, & hypothecaria ſuper fructibus, vt
tradit Lotter. *de re beneſ.lib.*1. *q.*39.*n.*44.*& ſeq.*
adeò vt cum ſentẽtia in aliquo fuerit exequuta
dicitur in totum executio facta, ſecũdùm Bart.
& alios alleg.*ſuprà*,provt etiã in ſimili dicimus,
10 † quod ſtante cauſa vniuerſali poſſeſſio vnius
rei ſub vniuerſitate comprehenſa trahit ſecum
poſſeſſionem omnium aliarum. Felin.*in c.audi-
tis ſub n.*19.*col.*12.*de præſcript.*Butr.*in c.fin.n.*47.
*de cauſ.poſſ.& propr.*Bald.*in l.*2.*n.*57.*verſ.ſed con-
tra C.de ſeruit. & aqu.cum aliis in Romana hære-
ditatis de Fabiis* 29.*April.*1641.cor.R.P.D.meo
11 Bichio, † & ſtante dicta executione ſententiæ,
omnis poſſeſſio etiam dicitur amiſſa. Innoc. *in
c.cum noſtris n.*3.*poſt med.verſ.etſi quis vellet* But.
latiſſimè *n.*19.*verſ.quandocunq; fertur ſententia,*
Imol.*n.*33.*verſ.ſecundo caſu de conceſſ.præb.* Rot.
*diuerſ.dec.*70.*n.*2.*p.*2.Seraph.*dec.*1484.*n.*7.Gre-
12 gor.*dec.*582.*n.*5.*&* 8. Vnde colligitur, † quod
quamuis ius percipiendi penſionem ſit realiter
diſtinctum à iure percipiendi fructus, neque
proinde à poſſeſſione vnius ad aliud illatio fieri
poſſit in aliis caſibus,vbi ſequentes circunſtãtię
non interuenerunt, hic tamen non procedere
ſtante reſcripto Papæ,quod penſio ſoluatur de
fructibus, & fructus fuerunt depoſitati citata
parte emanauit ſententia ſuper nullitate pen-
ſionis, & in executionẽ ſententiæ fructus fue-
runt cõſignati Titulari liberi à penſione decla-
rata nulla,quæ conſignatio dicitur actus libera-
tus beneficij antecedenti quaſi poſſeſſioni, &
ſeruituti de directo contrarius:*l.hæc autem*, vbi
Florian.*n.*3.*ff.de ſeru.præd. vrb.* Coraſ.*in l.ſerui-
tutes la* 4.*n.*41.*verſ.requiritur ſecundo,ff. de ſeru.*
Rot.*diuerſ.dec.*109.*n.*9.*&* 10.*p.*2. & coram Re-
uerendiſſ.Vrgellen.*dec.*74.*n.*59.

13 Minus D.Princeps pro obtinenda manutẽ-
tione allegare poteſt iniuſtitiam ſententiæ A.
C. quia hæc tollitur ex duabus prioribus deci-
ſionibus, *in hac cauſa* cor. bon. mem. Coccino
emanatis, pro quibus ſtat præſumptio, vt per
Greg.XV.*dec.*524.*n.*4.*verſ.& pro bono iure*,& ad
effectum eius executionem in iudicatum tran-
ſactam retractandi per viam manutentionis,nõ
ſufficit ſuſpicio iniuſtitiæ, vel nullitas; ſed eui-
dens,& notoria eius probatio requiritur;maxi-
mè dum agitur de ſententia lata de voto Rotę:
nam aliàs omnis Iudiciorum ordo ſubuertere-
tur,vt egregiè fuit comprobatũ, *in illa Romana
de Bombellis* 31. *May* 1613. cor. Card. Sacrato,
apud Moder. *de manut.dec.*9.*per tot.*quam Rot.
poſtea ſequuta fuit,*& in Cæſarauguſtana penſio-
nis* 11. *Martij* 1619. coram bon. mem. Coccin.
apud Fenzon. *ad ſtatut.vrb.dec.*171. & aliàs ſæ-
piſſimè.

Denique nec ſuſpenſio petitorij facta à D.
Principe,nec Clauſula commiſſionis cauſæ(*non
retardata ſolutione penſionis*) vim dictæ ſenten-
tiæ infringit, quia Clauſulæ huius obiecti ple-
nè fuit reſponſum *in dec.*4. *Iulij* 1638. cor.bon.
mem. Coccino, & eſt notandum, quod hæc
Clauſula, non retardata eſt modificata ab alia
immediatè annexa, ibi.*Ita tamen quod Titularis
non teneatur de proprio, nec quoad eius perſonam,
ſed penſionarius ex fructibus Abbatiæ penſionem
conſequi valeat*;vt ponderauit, Rot.coram bon.
mem.Coccino *in hac cauſa* 8. *Iunij* 1638. † ſuſ- 14
penſio verò petitorij in hoc iudicio retinendæ
non impedit proſecutionem petitorij intentati
ab altera parte,quæ ſe poſſidere prætendit.Nec
ideò ſententiã ſuper petitorio latã nullã reddit
vt reſpondet Rot.*dec.*349.*n.*2. *verſ.nam licèt de
iure ſit p.*1.*diuerſ.*& Seraph.*dec.*1433.*verſ.*3.*non
videtur*, & penès Burat. *dec.*337. *n.*11. *verſ.hoc
enim interdictum & ſeq.& in Aquilana penſionis,*
5.*Decembris* 1642.cor.Reuerend. Salamantino,
*§.nec dicatur Iudicem non potuiſſe*, imò cum non
appareat ſuſpenſionem petitorij ante ſententiã
A.C.emanaſſe, quæ ipſo die citationis ad ſen-
tentiam facta fuit, ſententia præceſſiſſe præſu-
mitur.Achil.*dec.*37.*de appell.* Seraph.*dec.*1115.
*n.*1. & in omnem euentum cum penſionarius
prius dediſſet articulos in petitorio, nec Titu-
laris de eius poſſeſſione contenderet,ſuſpenſio
ſententiam in petitorio non retardabat, vt fuit
dictum *in mox allegata Aquilana.*

Quæ dicebantur de ſubreptione & obrep-
tione commiſſionis Vrbani reſpectu dict.Clau-
ſulæ, *ita quod Abbas non teneatur de proprio, &c.*
non ſubſiſtunt, neq;in curia id admittitur pro-
pter facilem recurſum ad Principem pro mo-
deratione, & declaratione reſcripti. Ægid.
*deciſ.*280. Seraph. *deciſ.* 594. *ex num.*1. & dicta
Clauſula per Papam conceſſa non videtur re-
ſtricta per ſignaturam Regentis,*Iuſtitiam faciat
iuxta dec.*Seraph.932.

Ex quibus motiuis Domini receſſerunt à
deciſis vtraque parte informante.



INDEX EORVM

# QVÆ IN DECISIONIBVS Rotæ Romanæ continentur.


A

*Abbas.*

COLLATIO minorum ordinum ad ſolos Epiſcopos ſpectat excluſis Abbatibus. Deciſ. 31.num.1. 71

Fallit in Abbatibus habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, qui minores ordines conferre poſſunt. deciſ.31.n.2. ibid.

Abbatem monaſterij habere ius territorij à Diœceſi Epiſcopi ſeparati, ex quibus arguatur. deciſ.31. num.3. 72

Abbas qui eſt in quaſi poſſeſſione ſeparati territorij, in ea manutenendus eſt. deciſ.31.num.7. 73

Abbas ſi habeat ius viſitandi Monaſterium ex eo probatur ſubiectio, maximè ſi ſolitus ſit facere decreta quæ per ſolos Epiſcopos fieri conſueuerunt. deciſ.61.num.15. 136

Idem ſi confirmationem in Monaſterio exercere ſolitus ſit. num.16. ibid.

*Acceſſus.*

Quando acceſſus non eſt tutus non eſt neceſſe quod declaratoria cenſurarum intimetur perſonaliter. deciſ.48.num.6. 107

Et quomodo probetur acceſſum non eſſe tutum eadem. deciſ.48.num.7. 107

*Aditio.*

Vide Hæreditas.

*Ætas.*

Ætas ingraueſcens dicitur 60. annorum. deciſ.6. num.4. 13

Ætas probatur ex fide baptiſmi deciſ.6. n.2. ibid.

*Aggrauatoria.*

Quæ ſit praxis procedendi ad aggrauatoriam contra inobedientes.deciſ.50.n.2. 110

*Agnatio.*

Agnationis ratio habita cenſetur quando fundator vocauit illos de domo ſua.deciſ.3.n.3. 7

Idem ſi fœminæ vocatæ fuerint ad patronatum in defectum maſculorum.n.4. ibid.

*Annalis.*

Impetrans contra annalem poſſeſſorem debet litem mouere intra ſex menſes, aliàs non auditur ſecundum regulas Cancellariæ .deciſion. 71. numer.25. 164

*Anteceſſor.*

Geſta per anteceſſorem non nocent ſucceſſori in beneficio niſi interuenerit authoritas Summi Pontificis. deciſ.36.n.7. 83

Maxime ſi ſint erronea,deciſ.10.n.15.22. & dec.11. num.13. 25

Anteceſſorum confeſſiones multiplicatæ dant adminiculum ad probandam ſituationem Eccleſiæ. deciſ.10. num.3. 20

*Antiquitas.*

In ſcripturis valde antiquis formalis recognitio non requiritur deciſ.68.n.10. 153

Antiquitas ſcripturæ probatur ex data illius concurrentibus adminiculis. eadem deciſion. 68. numer.11. ibid.

*Appellatio.*

Cauſa eſt appellabilis quando ſignatura iuſtitiæ illam ſimpliciter commiſit.dec.18.n.3. 44

Quando examinatores procedunt iudicialiter cauſa eſt appellabilis quoad vtrumque effectum. deciſ.18.n.2. ibid.

Si cauſa ſit appellabilis, omnia geſta intra decem dies ad appellandum ſunt attentata.deciſion. 18. num.4. ibid.

Quamuis appellatio non eſſet admittenda, tamen ſi commiſſio ſimpliciter ſignata fuerit geſta poſt appellationem ſunt attentata quia commiſſio retrotrahitur ad diem appellationis. deciſion.74. num.2. 169

*Approbatio.*

Approbatus ab examinatoribus excludit eum qui fuit reprobatus.deciſ.19.n.5. 45

Approbatio ſuperueniens non præiudicat iuri alteri quæſito per præcedentem reprobationem numer.6. ibid.

Qui ſemel aut bis fuit approbatus ad alia beneficia regulariter non indiget nouo examine.deciſ. 21. num.6. 48

Approbatus ab Ordinario, præferri debet non approbato.dec.23.n.7. 51

*Archiuium.*

Scripturæ extractæ ex Archiuio publico ſeruatis ſeruandis fidem faciunt.deciſ.11. n.10.24. v.dec. 99.num.7.& 8.

*Articuli.*

Articuli irreleuantes non admittuntur etiam in Romana Curia.deciſ.19.n.4. 45

*Attentata.*

Quando cauſa eſt commiſſa cum clauſula *reuocatis attentatis* importatur neceſſitas illa reuocandi.dec. 30.n.3. 70

Geſta poſt inhibitionem ſunt attentata.deciſ. 51. num.2. 112

De attentatis non eſt tractandum vbi nulla adeſt lis deciſ.71.n.20. 163

Attentatorum reuocationi locus non eſt quando conſtat incontinenti de bono iure.deciſio n.74 num.4. 169

Intellige vt hoc procedat ſi illud bonum ius nullo velamine offuſcari poſſit,alias ſecus.deciſion.74. num.5. ibid.

*Atteſtatio.*

Atteſtatio extraiudicialis facta lite pendente non probat.deciſ.43.num.4. 95

Atteſtatio ſimplex per Notarium facta, fidem non facit.deciſion.51.numer.11.113. & deciſion.70 numer. 5. 159

# Index Rerum, & Verborum.


Atteſtatio magni Magiſtri Ordinis Hieroſolymitani multum facit in negotiis illius Religionis. dec.59.n.10. 129

Atteſtatio Ordinarij probat aliquem eſſe de ſua diœceſi.deciſ.71.n.3. 161

*Archidiaconus.*

De iure Archidiaconus præcedit Archipræsbyterum, multò magis ſi ſit talis Eccleſiæ conſuetudo.dec.64.n.12. 143

B

*Beneficium.*

Simplex & ſine cura beneficium præſumitur niſi contrarium probetur.dec.6.n.8. 13

Maxime ſi ſoleat conferri tanquam ſimplex. numer. n.9. ibid.

*Beneplacitum.*

Præſumptio beneplaciti Apoſtolici ceſſat ſi non concurrat obſeruantia inſtrumenti per ſpatium triginta annorum.dec.1.n.9. 2

Et talis obſeruantia debet eſſe continua & ſucceſſiua. ibid.n.10. 3

Sed iſta præſumptio ex lapſu 30. annorum eſt hodie ſublata per conſtitutionem S.M.Vrbani VIII. dec.67.n.19. 151

C

*Canonici, Canonicatus.*

Communio ſepulturæ inter Canonicos ſignum eſt fraternitatis inter ipſos. deciſion. 16. num.7. 39

Canonicus pro ſuo Capitulo, ad illius vtilitatem agere poteſt. dec.60.n.6. 130

De iure communi, electio eſt ſimultanea inter Epiſcopum & Capitulum in Canonicatibus Eccleſiæ Cathedralis. deciſ.56.num.2.119.& deciſion.70. num.11. 159

Canonici non ſunt idonei teſtes quando agitur de ſuſtinenda illorum electione.deciſ.56.n.11. 121

*Capitulum.*

Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, ſede Epiſcopali vacante, ſuccedit in iura Epiſcopi in iis quæ ſpectant ad iuriſdictionem.dec.1.n.1. 1

Capitulum obijciens Sanguinis impuritatem tenetur illam probare.dec.34.num.2.79. & deciſ.87. num.9. 206

Et an poſſit Sede Vacante deſtituere alios Officiales Curiæ iuriſdictionis temporalis ſpectantis ad menſam Epiſcopalem.deciſ.80. 185

Diſtributionum arreragia an debeantur Capitulo & ita ſint diuidenda inter Canonicos nunc exiſtentes, an verò ſingularibus Canonicis ſeu illorum hæredibus, dec.96.

Valida eſt conſuetudo non vocandi abſentes ad congregationes capitulares.dec.72.n.11. 166

Epiſcopus tanquam Epiſcopus nullam habet vocem in Capitulo.dec.56.n.6. 120

Epiſcopus conſideratus tanquam Canonicus, vnam tantum vocem habet ſicut alij Canonici.dec.56. num.7. ibid.

Capituli minor pars adhærens Epiſcopo non facit majorem numerum cum Epiſcopo, deciſion.56. num.8. ibid.

Capituli conſenſus in permutatione habet vim nominationis & præſentationis.dec.60.n.10. 131

Capitulum præſumitur habere curam habitualem animarum quando ſolet Vicario congruam portionem aſſignare.dec.60.n.13. ibid.

Quæ probent curam ad Capitulum habitualem ſpectare.dec.60.n.15. ibid.

Quamuis Epiſcopus Vicariam temporalem reducat ad perpetuam non ſit præiudicium iuri nominandi quod competit Capitulo in Eccleſia parochiali illi vnita.dec.60.n.21. 132

*Cathedralis.*

Ex quibus arguatur Eccleſiam eſſe Cathedralem. dec.15.n.1. 36

Ex diuerſis alicuius Eccleſiæ præeminentiis oritur coniectura Cathedralitatis.dec.15.n.2.ibid.& deciſ.16.n.5.& 11. 39

Eccleſia Metropolitana habet pro ſe præſumptionem Cathedralitatis.dec.16.n.2. 38

Non eſt inconueniens duas adeſſe Eccleſias Cathedrales cumulatiue.dec.16.n.3. ibid.

Cathedralitatis retentio arguitur ex vnico actu. deciſ.16.n.12. 39

Ius cathedralitatis ex quibus argumentis tollatur. dec.16.n.15. 40

Cathedrales omnes Eccleſiæ debent Epiſcopo obedire. dec.16.n.18. ibid.

Cathedralitati Eccleſiæ non repugnat erectio in Collegiatam.dec.16.n.20. ibid.

*Ceſſio.*

Ceſſio facta ab eo qui per ſententiam priuatus erat illi nocet, etiamſi facta fuerit ſine authoritate ſuperioris.dec.29.n.11. 68

*Citatio.*

Sententia eſt nulla ſi pars ad eam expreſſe non fuerit citata.dec.12.n.11. 27

Qui impedit ne citetur: habetur pro citato.dec.70. num.4. 159

Citari non debet ille cuius poſſeſſio præcedens eſt improba & attentata.dec.75.n.10. 171

*Clauſula.*

Per clauſulam *ſublata* & decretum irritans, omnis contrarius vſus ſublatus cenſetur.dec.4.n.1. 9

Adeo vt etiam contrarius vſus in futurum ſublatus cenſeatur.ibid.n.2.& deciſ.66.n.3. 146

Impedit allegationem priuilegij exemptionis. dec. 36.num.3. 83

Clauſula *Arbitrio* non impedit executionem literarum iuſtificatarum.dec.6.n.1. 13

Clauſulæ generales cenſentur potius appoſitæ ex ſtylo Notariorum quam ex conuentione partium. dec.67.n.5. 148

Clauſula *ſingula ſingulis congruè referendo*, quid operetur.dec.78.n.7. 180

Clauſula *non aliter nec alio modo* remouet conſenſum ab actu.dec.32.n.1. 73

Clauſula *dummodo centum ducati remaneant Rectori* ineſt ipſo iure in penſione impoſita ſuper Eccleſia Parochiali licet non exprimatur.dec.32.n.2. 74

De hac clauſula, vide.dec.82. 193

De clauſula *Dummodo non excedant tertiam partem fructuum*. dec.93.

Clauſula *cum incidentibus*, operatur vt lis ſuper titulo beneficij commiſſa cenſeatur. deciſ. 45. num.1. 100

Clauſula *vt aſſeris* æquiualet Clauſulæ *ſi ita eſt* & per conſequens continet conditionem. deciſ. 43. num.3. 95

Clauſula *ſine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum* appoſita in prima commiſſione cenſetur in ſequentibus commiſſionibus repetita. dec. 52.num.1. 114

Clauſula *ſine præmiſſo ſine alio quouis modo vacet* oſtendit Papam voluiſſe conferre beneficium quacunque ratione ſit vacans. deciſione 57. num.6. 123

Clauſula *Dummodo tempore datæ præſentium non fuerit alicui ius quæſitum*, ſuffragatur illi qui fuit præſentatus ad beneficium patronatum, quamuis nondum ſecuta fuerit inſtitutio.deciſion. 57. num.23. 125

Clauſulæ, *Dummodo intruſus non ſis* quæ ſit efficacia.dec.75.n.1. 171

*Clericatus.*

Clericatus probatur ex atteſtatione Ordinarij, illiuſque aſſertione.dec.7. num.2. 15.deciſ.63.n.9. 140.dec.65.n.1.144.deciſ.42.n.1.92.deciſion.49. num.2. 108

Clericatus poſtea ſuperueniens non conualidat reſignationem factam in fauorem incapacis, ſed requiritur nouus conſenſus.dec.26.n.2. 57

*Coadiutor.*

Titulus non poteſt dici par aduerſus Coadiutorem niſi proueniat à Papa.dec.6.n.11. 14

Qualitates narratæ in gratia coadiutoriæ quomodo probentur. dec.33.n.1. 77

Quid de infirmitate Coadiuti.num.1.ibid.& de aliis probationibus.n.4.ibid.& dec.84. 195

Ad ſuſtinendam gratiam coadiutoriæ, in dubio omnis interpretatio capienda eſt. dec. 33. n.5. 77

Penſio reſeruari non poteſt in fauorem filij naturalis coadiuti.dec.33.n.6. 78

Non tamen ideo retardari poteſt executio gratiæ coadiutoriæ cum ſit diſtincta gratia.n.7. ibid.

*Collatio.*

Collator ſi prius nulliter contulit, non priuatur ſuo iure conferendi.dec.59.n.4. 128

Collatio ſimultanea præſumitur vt ſupra in verbo *Canonicatus*, ſed hoc caſu non intrat regula menſium.dec.64.n.13. 143

Collationis factum probatur per literas patentes illius qui habet ius conferendi.dec.65.n.2. 145

*Collectæ.*

Quamuis Clericus aliquando ſoluerit collectas Laicis, non ideo ſibi præiudicat quoad priuilegium Clericale.dec.63.n.10. 140

*Collegiata.*

Erectio in Collegiatam non repugnat Eccleſiæ Cathedralitati.dec.16.n.20. 40

*Collitigans.*

Si collitigans iuris ſui ceſſionem fecerit alteri collitiganti, cenſetur illius bonum ius agnouiſſe. deciſ.29.n.7. 68

*Commiſſarius. Commiſſio.*

Commiſſarius cuius conſcientiæ negotium remittitur, ſatis eſt quod ſe informet extraiudicialiter. dec.3.n.6. 8

Sola commiſſio non facit præuentionem niſi citatio fuerit ſubſecuta. deciſ.11.n.6.24.& deciſ.51. num.3. 112

Qui commiſſionem obtinuit, illi renunciare cenſetur ſi coram Iudice Ordinario comparuerit, illam non allegando.dicta.dec.51.n.4. ibid.

*Compenſatio.*

Aduerſus penſionem non opponitur compenſatio ad retardandum ſi ſit illiquida vel fundata in inſtrumento ſumpto à Notario non habente facultatem rogandi inſtrumenta.dec.98.

*Comparens.*

Qui ſimpliciter comparet pro reuocatione grauaminis ſibi illati non cenſetur illius iuriſdictionem prorogare.dec.51.n.5. 112

*Compulſoria.*

Compulſoria non debet concedi ad probandum illud quod probatum non releuaret. deciſione 4. num.3. 9

Quando adeſt ſuſpicio calumniæ Iudex debet eſſe difficilis in concedenda compulſoria. deciſion.4. num.8. 10

*Concordia.*

Concordia eſt ſtricti iuris & ad futura regulariter non extenditur.dec.28.n.16. 65

*Concurſus.*

Impetrans ob deuolutionem non poteſt opponere defectum concurſus.dec.71.n.23. 163

Totam materiam concurſus in Parochialibus vnitis Dignitati vel Capitulo, vide diſcuſſam ſed non plene reſolutam.in dec.25. 54

In parochialibus vnitis non eſt locus concurſui dec.60.n.17. 131

Quamuis aliquando factus fuerit concurſus. ibid. num.19. 132

Quamuis beneficia ſint ſuſpoſita iuripatronatus Eccleſiaſtico, in illis tamen concurſus requiritur ſi ſint Parochialia. deciſion.71. numer. 22. 23.24. 163.164

Concurſus requiritur in vacantibus per obitum in menſe reſeruato.dec.77.n.7. 178

*Condemnatus.*

Quamuis aliquis ſit abſolutus per ſententiam in iudicio criminali, tamen ſi condemnatus fuerit in expenſis reſultat contra illum ſiniſtra ſuſpicio. dec.21.n.11. 48

*Confeſſio, Confeſſarius.*

Confeſſio etiam implicita, ſufficit in præiudicium confitentis.dec.29.n.10. 68

Narrata in impetratione beneficij probantur ex confeſſione aduerſarij in ſua ſupplicatione. deciſ. 71.n.2. 161

Confeſſarij Monialium exemptarum non indigent approbatione Ordinarij ad audiendas illarum confeſſiones.dec.61.n.2. 134

*Confidentia.*

Penſionis fiduciariæ materiam habet. deciſ. 79. per totam. 181

*Confirmatio.*

Confirmatio facta relatiuè reſtringenda eſt ad terminos ſcripturæ relatæ. deciſion. 16. numer. 16. 40

Et non debet attendi ſi inſtrumentum relatum non exhibetur.dec.28.n.19. 65

Confirmatio in forma communi ſi agatur de materia fauorabili eſt ſufficiens niſi agatur de præiudicio perſonarum Eccleſiaſticarum. deciſ. 73. num.8. 168

Vt confirmatio Apoſtolica clericos afficiat neceſſe eſt vt illorum ſpecifica fiat mentio. deciſ. 73. num.7. 167

*Confraternitas.*

Ex quibus arguatur vnam confraternitatem eſſe alia antiquiorem.dec.2.n.3. 3

Confraternitas quæ iuſſit alteri vt expectaret donec ipſa tranſiiſſet, habet pro ſe argumentum præcedentiæ ſi alia acquieuerit. deciſ. 2. num. 4. & 16.4.& 6. 4

Confraternitas alia dignior dicitur quæ digniori modo conuocatur, veluti cum maiori campana, & alia cum minori.dec.2.n.5. 4

Teſtes de confraternitate probant in quæſtione præcedentiæ.dec.2.n.7. 4

Maximè ſi illorum fides adiuuetur adminiculis.ibidem num.8.

*Congregatio Concilij.*

Rota ſemper amplectitur reuerenter declarationes Sacræ Congregationis Cardinalium Concilij Tridentini interpretum.deciſ.1.n.4. 2

Per commiſſionem appellationis non derogatur

authoritati & executioni decretorum dictæ Sacræ.Congregationis.deciſ.1.n.5. ibid.

*Conſanguinei.*

Conſanguineorum habilium prælatio in fundatione beneficij non eſt contra ius,dummodo alij capaces non excludantur.dec.5.n.6. 12

Quando in aliquo inſtrumento duæ mulieres vocantur filiæ alicuius,ex eo probatur quod ſint ſorores.deciſ.57.n.15. 124

*Conſenſus.*

Conſenſum legitimè præſtitum fuiſſe præſumitur poſt expeditionem literarum. deciſione 32. num.10. 75

*Conſeruator.*

Conſeruator priuilegiorum vniuerſitatis, tenetur obedire mandatis Rotæ Romanæ, nec eius proceſſura poteſt impedire aggrauatoriam contra inobedientes.deciſ.50.n.3. 110

*Conſtitutio.*

Nouis conſtitutionibus reiectis redeundum eſt ad antiquas.dec.10.n.14. 22

Conſtitutio non ſortitur effectum quoad actus futuros niſi ſe referat ad actum poſtea conſummatum dec.49.n.8. 109

Conſtitutio facta per viam legis generalis ligat ignorantes ſtatim vbi fuit publicata in Curia. deciſio.49.num.14. 110. & deciſ.51.numero 12. & 13. 113

Conſtitutiones præiudicantes ſedi Apoſtolicæ non ſubſiſtunt.dec.71.n.15. 163

*Conſuetudo.*

Conſuetudinem aut præſcriptionem allegans, debet illam probare cum ſuis requiſitis.dec.28.n.7. & 9.63.& dec.56.n.12. 121

Ad probandam conſuetudinem non ſoluendi verificanda eſt petitio cum ſubſecuta denegatione. dec.28.n.12. 64

Conſuetudo deſtruitur per vnicum actum contrarium. dec.38.n.2. 86

Conſuetudinem allegans debet probare illam eſſe legitimè præſcriptam. dec.52.n.3. 114

& debet conſuetudo probari in ſpecie actus de quo agitur n.4. ibid.

Doctori atteſtanti de conſuetudine alicuius loci fides non eſt adhibenda ſi in illo loco non ſit verſatus. dec.63.n.8. 140

*Contradictor.*

Capitulum vel Congregatio quando dicatur legitimus contradictor. dec.66.n.7. 147

Quando adeſt contradictor Iudex procedere debet in forma iudicij cum cauſæ cognitione. deciſ.74. num.1. 169

Qui habet titulum nullum, non poteſt dici legitimus contradictor. deciſ.42.n.12. 94

*Contumax.*

Reo contumace & intra annum comparente,debet illi beneficium impetratum reſtitui. deciſ. 29. num.8. 68

*Correſpectiuitas.*

Actuum correſpectiuitas, ex quibus excludatur. deciſ.26.n.9. 58

D

*Data.*

QVod obtinetur ſub eadem data cenſetur eodem tempore conceſſum.dec.75.n.17. 173

*Decima.*

Parochus manutenendus eſt in quaſi poſſeſſione exigendi decimas. dec.9.n.1.& 8. 18.19

Mandatum executiuum dandum eſt contra non ſoluentes decimas.dec.9.n.2. 18

Conſuetudo nullas ſoluendi decimas non valet quia eſt contra ius diuinum.dec.9.num.3. ibid.

Valet tamen conſuetudo illas ſoluendi diminutas. ibid.num.4.

Dummodo conſuetudo probetur cum ſuis requiſitis. n.5.ibid.& dec.27.n.8. 60

Negatiua ſolutionis decimarum non poteſt probari per teſtes niſi fuerit coarctata. deciſion. 9. num.6. 19

Et probando petitionem integræ decimæ, cum denegatione.n.7. ibid.

Concordia ſuper decimis non confirmata à Summo Pontifice non nocet ſucceſſoribus in beneficio. dec.9.n.9. ibid.

Parochus habet intentionem fundatam pro integra decima intra limites ſuæ Parochiæ. deciſ.27. num.1. 59

Siue de groſſis ſiue de minutis fructibus. deciſ. 28. n.3.& 4.62.& dec.53.n.2. 115

Idem dicendum eſt in primitiis ſed illæ regulantur ſecundum locorum conſuetudinem.deciſion.27. num.2. 59

Communicatio priuilegiorum conceſſa Religioſis non comprehendit exemptionem à decimis. deciſ.27.n.3. ibid.

Exemptio Monachorum à decimis prædiorum quæ ipſi propriis colunt manibus, quomodo ſit intelligenda.dec.27.n.4. ibid.

Conſuetudo immemorialis percipiendi decimas in aliquo loco oſtendit illum eſſe ſitum intra limites Parochiæ.dec.27.n.6. 60

Decimæ debentur in ſpeciebus, & de quibuſlibet fructibus.dec.35.n.2. 82

Et non in pecunia.n.3. ibid.

Etiamſi probaretur aliquas ſolutiones factas fuiſſe in pecunia. n.4. ibid.

Maximè ſi agatur de facto anteceſſoris in beneficio. num.5. ibid.

Aut ſi adſit difformitas ſolutionum. n.6. ibid.

Vel ſolutiones factæ fuerint lite pendente.n.7. ibid.

Decimæ ſolui debent in manipulis.dec.36.n.1. 83

Priuilegium exemptionis à ſolutione decimarum non valet niſi in eo fuerit derogatum *cap. nuper de decimis*.dec.36.n.2. ibid.

Expenſæ nihil minuunt aut detrahunt de decimis debitis Eccleſiæ Parochiali.dec.38.n.6. 87

*Declaratoria.*

Antequam laxetur declaratoria præcedere debet intimatio perſonalis.dec.48.n.5. 107

Fallit ſi non detur tutus acceſſus.n.6. ibid.

*Deſcendentia.*

Qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi non tenetur probare ſuam deſcendentiam. dec.46.n.4. 102.

Deſcendentia & proximitas quomodo probentur. dec.54.n.8. 117

Deſcendentiam ſufficit probare ab eo qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi. deciſ. 54. num. 9. ibid.& 55.n.2. 118

Probari debet deſcendentia per gradus diſtinctos. dec.54.num.117.& deciſ.55.n.3. 118

*Dictio.*

Dictio *Pro* denotat immediatam ſolutionis cauſam. dec.36.n.6. 83

Dictio *Aliquid* eſt generalis, & omnem ſpeciem comprehendit. dec.61.n.4. 134

*Diffamatio.*

Diffamatio alicuius de ſimonia, illius bonas qualitates offuſcat.deciſ.22.n.3. 49

Quia

Quia opinio promouendi ad beneficia non debet in aliquo vacillare.n.5. 50

Epiſcopus iam electus non debet admitti ſi de multis ſit diffamatus dec.22.n.6. ibid.

Sola denunciatio iudicialis præiudicat famæ & honori.dec.22.n.8. ibid.

*Dignior.*

Cui dexter locus aſſignatur dignior habendus eſt. dec.16.n.6. 39

In beneficiis ſimplicibus ſufficit eligere dignum, omiſſo digniori.dec.23.n.2. 51

Conſtitutio mandans eligi digniores eſt Eccleſiæ fauorabilis.dec.23.n.3. 51

Et ex quibus qualitatibus quis ſit dignior num. 5. 6. & 7. ibid.

*Diœceſis.*

Eccleſiam eſſe intra certam diœceſim probatur ex teſtium depoſitionibus.dec.10.n.4. 20

Et ex eo quod locus vndequaque circumdatus eſt à locis diœceſeos.n.5. ibid.

Separare diœceſes ad ſolum Summum Pontificem ſpectat.dec.10.n.7. 20

Epiſcopus habet ſuam intentionem fundatam pro iuriſdictione in omnibus locis ſuæ diœceſeos deciſ. 10.n.6.ibid.& deciſ.11.n.4.& 11. 23.25

*Diſpenſatio.*

Si religioſus fuerit diſpenſatus ad obtinendam penſionem ſuper beneficio ſæculari,valet diſpenſatio, etiamſi fuerit ſubſcripta ante illius profeſſionem. dec.17.n.6. 42

*Domus.*

Appellatione ſucceſſorum *de domo ſua* maſculi deſcendentes ex fœmina non continentur. deciſ.3. num.2. 7

E

*Eccleſia.*

ECcleſia ſi fuerit ab inimicis occupata, illis poſtea Expulſis recuperat priſtinam dignitatem. dec.15.num.3. 36

Etiam ſi vna Eccleſia fuerit erecta in Cathedralem non fit præiudicium illi quæ iam antea erat Cathedralis.deciſ.15.n.4. ibid.

Poſſunt in eadem diœceſi eſſe duæ Eccleſiæ Cathedrales propter illarum vnionem.dec.15.n.5. ibid.

*Effectuatio.*

Effectuatio præſentationis probatur per adeptionem poſſeſſionis.dec.60.n.9. 131

*Electio.*

Votum conditionale & datum per ſchedulam in electionibus non valet.deciſ.56.n.4. 120

Vota dantur in electionibus à Canonicis vt vniuerſis,non vti ſingulis.deciſ.56.num.5. ibid.

Epiſcopus ſi ſit Canonicus vnam tantum vocem habet in electionibus capitularibus.deciſ.56. n. 6. & 7.ibid. Alioqui nullam habet vocem. ibid.

*Emphyteuſis.*

In emphyteuſi Eccleſiaſtica nomen *ſucceſſorum* de ſolis hæredibus Sanguinis intelligitur. deciſ. 67. num.1. 148

Sed tamen ſi adſint ampliores clauſulæ vel coniecturæ emphyteuſis erit hæreditaria. ibid. numer.2.& 3.

Et quæ ſint illæ coniecturæ num.4. ibid.

Contractum eſſe emphyteuticum ex quibus colligatur.deciſ.67.n.9. 149

Quid ſi adſit pactum francandi. Ibidem numero 10.



Ex quibus dicatur noua emphyteuſis. ibidem numero 11.& 12.

*Enunciatiua.*

Enunciatiuæ ſi ſint plures in diuerſis temporibus & diuerſis inſtrumentis factæ probant.deciſ. 10. num.1. 20

Præſertim antiquiſſimæ dec.61.n.9. 135. deciſ.68. n.12.153.& dec.69.n.19. 156

Maxime concurrentibus adminiculis. ibidem numero 2.

Non tamen probanr ſi ſint recentes, & ad requiſitionem partis intereſſe habentis factæ. deciſion. 10.n.17. 22

Enunciatiuæ Summi Pontificis gratiam concedentis omnino credendum eſt. deciſ. 40. numero 13. 90

*Epiſcopus.*

Epiſcopus eſt caput Canonicorum & omnimodam in illos iuriſdictionem habet.deciſ.16.n.4. 38

Epiſcopus conſideratus tanquam Canonicus vnam tantum habet vocem in Capitulo,ſicut alij Canonici dec.56.n.7. 120

*Erectio.*

Erectioni beneficij formam apponere non ſpectat ad hæredes fundatoris ſed ad Epiſcopum qui authoritatem præſtat.dec.78.n.8. 180

*Examinatores.*

Ex quibus dicantur examinatores iudicialiter procedere.dec.18.n.1. 44

Quando autem procedunt iudicialiter datur appellatio ad vtrumque effectum n.2. ibid.

Et grauamen ab illis illatum reparari poteſt in gradu appellationis. deciſ.21.n.13. 48

*Executio.*

Executio gratiæ non retardatur per exceptionem turbidam.dec.6.num.17. 14

In executiuis non eſt attendendum quid pars petierit ſed quid Iudex decreuerit.deciſ.37.n.5. 85

Executio retardari non debet contra formam reſcripti illam condentis.deciſ.52.n.2. 114

Executione per ſententiam vulnerata quomodo non poſſit procedi executiuè.dec.57.n.21. 125

Executor literarum Apoſtolicarum non poteſt exequi lite pendente in Rota ad quam transfuſa eſt omnis iuriſdictio.dec.62.n.9. 137

*Exceptio.*

Exceptio ſubreptionis non retardat executionem d.75.n.21. 174

Exceptio concernens titulum requirens altiorem indaginem non eſt admittenda in ſummariſſimo poſſeſſorio deciſ.53.n.5.115. & deciſ.81. 191

Secus eſt ſi oriatur ex ventre literarum deciſ. 75. num.3. 171

*Exemptio.*

Exemptio Monaſterij à iuriſdictione Epiſcopi ex quibus arguatur.deciſ.61. num.5. & 6.& num.7. & 12. 134.135

Eccleſia quantumuis exempta debet reuerentiam Epiſcopo loci ordinario.dec.61.n.10. 135

Priuilegium exemptionis ampliſſimis verbis conceptum comprehendit etiam exemptionem à iuriſdictione Epiſcopi.dec.61.n.11. ibid.

Exemptio conceſſa quoad vitam clauſtralem & regularem non comprehendit exemptionem à iuriſdictione Epiſcopi.dec.68.n.14 153

*Expoſiti.*

Expoſitorum puritas Sanguinis improbabilis eſt. Ideo quorum natales ignorantur ſunt præſumendi legitimi, & ideo capaces ordinum,

beneficiorum & dignitatum.deciſ. 34.num. 5. & 6.79.80. Iunge deciſ.87. 205

*Expreſſio.*

Quamuis ſit aliquis defectus in nominis expreſſione ſufficit tamen quod aliunde perſona certa ſit. deciſ. 76.num.3. 175

Expreſſionis valoris beneficij per aſcenſum, & per non exceſſum quæ ſit differentia. deciſion. 76. num. 4. ibid.

In exprimendo valore beneficij deducenda ſunt onera Eccleſiæ.dec.76.n.5. ibid.

*Extinctio.*

Extinctio fieri poteſt per viam priuationis ſine aliquo alio actu poſitiuo,veluti per obitum vel incapacitatem.deciſ.77.n.3. 177

*Extractus.*

Extractus inſtrumenti defectuoſus ſuppletur per longam illius obſeruantiam.deciſ.68.n.3. 152

Anteceſſoris ſcripturas extrahere poteſt ille qui ſucceſſit in officio.deciſ.71.num.16. 163

F

*Falſitas.*

Falſitatis & antidatæ ſuſpicio excluditur in perſona nobili,deciſ.59.n.7. 128

*Fatalia.*

Lapſis fatalibus ſententia tranſit in iudicatum ſi non fuerit obtenta illorum prorogatio.deciſ. 15. num.6. 36

Quid requiratur ad hoc vt impedimenta excuſent à lapſu fatalium.dec.16.n.23. 41

*Filii ſeu Liberi.*

Qui mortuus eſt præſumitur nullos filios ſeu liberos reliquiſſe.deciſ.46.n.5. 103

Filiatio probatur ex fide Parochi. deciſion. 47. numer.14. 105

*Fructus.*

Condemnatio ad fructus perceptos intelligitur de perceptis à die decretæ ſequeſtrationis.deciſ. 37. num.4. 85

Poſſeſſor præſumitur fructus percepiſſe poſt factum ſequeſtrationis decretum deciſ.37.n.8. ibid.

Exceptio fructuum non liquidatorum,non ſuffragatur ei qui mordicus ſuſtinuit fructus nullos deberi.dec.37.n.9. ibid.

Reſeruatarius fructuum cum facultate transferendi an poſſit penſionem transferre.dec.90. 213

Et de fructibus & penſionibus per malæ fidei poſſeſſorem ante litem motam perceptis, & vtrum nouo iudicio peti poſſint poſt litem finitam.dec. 88. 208.& 91. 215

*Fundatio.*

Qui ex lege fundationis nominandus eſt, aliis præferri debet.deciſ.78.n.1. 179

Imò illi qui à fundatore nominatus eſt beneficium abſque alia nominatione debetur.n.2. ibid.

Si fundator certum genus perſonarum aliis præferri mandauerit, & patroni huic voluntati contraueniant, nominati à fundatore debent nihilominus ipſo iure inſtitui.dec.78.n.3. ibid.

Fundatoris verba præcaria coactionem important ad inſtar fideicommiſſorum deciſion. 78. numer.4. ibid.

Forma à teſtatore ſeu fundatore ordinata ad vnguem ſeruari debet maxime ſi adſit clauſula *& non alias* dicta deciſ. 78.n.5. ibid.

Quando nullus alius ex nominatis à fundatore concurrit ille debet inſtitui qui in defectum aliorum nominatus eſt.deciſ.78.n.9. 180

G

*Gratia.*

Gratia à Summo Pontifice conceſſa non expirat per illius obitum quamuis eo viuente non fuiſſet expedita.dec.17.n.1. 41

Sed hoc caſu ſucceſſor concedit literas in forma *Rationi congruit* ibid.n.2. 42

Vbi quod hoc caſu non poteſt opponi de ſubreptione ſecundæ gratiæ ſi nihil noui concedat ſed primam ſimpliciter confirmet. Quia hæc non eſt noua gratia.n.3. ibid.

Gratia extinguitur literis non expeditis maximè in præiudicium tertij.dec.17.n.4. 42

Subſtantia gratiæ ex data, non autem ex regiſtratione perficitur.dec.32.n.12. 76

Ampliatur etiamſi regiſtratio fieret poſt obitum reſignantis.n.13. ibid.

Gratia non iuſtificata executionem non meretur deciſ.65.n.8. 145

Gratiæ plures ſignari poſſunt ſub eadem data quando vna tendit ad corroborationem alterius.deciſ. 75.n.13. 172

Gratia eſt perfecta ab ipſo die ſupplicationis ſignatæ.dec.75.num.20. 173

H

*Hæreditatis aditio.*

Hæreditatis aditio probatur ex eo quod quis de bonis hæreditariis diſpoſuerit. deciſ. 57. num.13. 123

Qui præſentauit tanquam hæres, ex eo cenſetur hæreditatem adiuiſſe.deciſ.72.n.6. 165

Qui ſemel adiuit hæreditatem, non deſinit eſſe hæres per repudiationem deciſ.72. n.7. ibid.

Qui poſt repudiationem hæreditatis præſentauit cenſetur ab illa repudiatione receſſiſſe.deciſ.72. num.8. ibid.

*Hoſpitale.*

Hoſpitale quod regitur per laicos cenſetur laicale, maxime ſi tale ſoleat nominari. deciſion. 58. num.4. 126

Hoſpitale laicum contrahens non indiget beneplacito Apoſtolico.dec.58.n.5. 127

Hoſpitale non cenſetur Eccleſiaſticum ex eo ſolo quod in ipſo ſoleat miſſa celebrari,& opera pietatis exercere, ſed probandum eſt illud fuiſſe erectum authoritate Epiſcopi. deciſion. 58. num.6. ibid.

Viſitatio Epiſcopi & exactio rationum ab adminiſtratoribus Hoſpitalis non probat illud eſſe Eccleſiaſticum dec.58.n.7. ibid.

*Hieroſolymitani milites.*

Collatio Prioris in religione Hieroſolymitana factæ eius nepoti poſt notitiam vacationis eſt valida.dec.59.num.2. 128

Prior in hac religione poteſt conferre beneficia extra conuentum. dec.59.n.3. ibid.

Equites ſunt immunes ab aperitione oris propter eorum nobilitatem.dec.59.n.6. ibid.

Explicantur ſtatuta dictæ religionis quibus mandatur quod commendas vacantes extra conuentum conferant in limitibus linguæ.deciſion. 59. num.8. ibid.

Qui mortuus eſt Pariſiis cenſetur obijſſe intra limites & confines linguæ vbi Prioratus continetur. deciſ.59.n.9. ibid.

Iacta

I

*Iactatio.*

Qui obtinet commiſſionem ſuper iactationibus non eſt actor, ſed reus deciſion. 11. numer.5. 24

*Identitas.*

Ad probandam identitatem ſufficiunt duæ confirmationes dec.51.n.6. 112

*Idoneitas.*

Idoneitas & præſentia alicuius in Curia quomodo probentur dec.71.n.4. 161

*Ieſuita.*

Religioſi ſocietatis Ieſu ſuccedere poſſunt ad nurum ſuorum ſuperiorum. deciſion. 13. numer. 2. 29

Dimiſſus à Societate non liberatur niſi dimiſſio fiat inſtis de cauſis dec.13. n.3. ibid.

Exiens fictè à dicta Societate ſeu animo redeundi non dicitur ab ea exiuiſſe n.4. ibid.

Iuſtæ cauſæ exeundi à dicta Societate probantur per atteſtationem generalis Præpoſiti illius.ibidem n. 5.

*Immemorialis.*

Ad probandam immemorialem poſſeſſionem, quæ requirantur deciſion. 10. numer. 21. & deciſion.89. 210

Immemorialis ceſſat quando conſtat de initio per ſcripturas authenticas.deciſ.10.n.9.21.& dec.69. n.6.& 18. 155.156

Centenaria præſcriptio quando locum habeat & fruatur priuilegio immemorialis. deciſion. 10. num.10. 21

De præſcriptione immemoriali deducendum eſt tempus ſedis vacantis.dec.11.n.1. 23

Poſſeſſio immemorialis corroboratur ex variis adminiculis quæ recenſentur.dec.11.n.2. ibid.

Tempore immemoriali acquiri poteſt iuriſdictio quaſi Epiſcopalis.dec.11.n.3. 23

Immemorialis iuuari poteſt ex aliis probationibus, quæ cum illa non ſunt incompatibiles.deciſ. 11. num.7. 24

De eſſentia poſſeſſionis immemorialis eſt vt contra illam nihil factum aut dictum fuerit,& teſtes de ea deponentes illud dicere debent. deciſ. 11. num.8. ibid.

Vnicus actus contrarius deſtruit immemorialem. dec.11.n.9.ibid.& dec.28.n.11. 64

Præſentationes continuatæ quo caſu vim habeant immemorialis poſſeſſionis. deciſion. 12. num.7. 27

Immemorialis quo caſu probari poſſit per ſcripturas dec.12.n.9. ibid.

Immemorialis non tollitur ex actibus dubiis.dec.12. num.15. 28

Probatio priuilegij non excludit probationem immemorialis præſcriptionis ſed vna aliam coadiuuat.dec.31.n.5. 72

Probatio immemorialis probatur per locationes contrarias per longiſſimum tempus continuatas dec.53.n.3. 115

*Impedimentum.*

Impedimentum non prodeſt ei qui illud procurauit dec.52.n.7. 114

*Incompatibile.*

Qui impetrat ob aſſecutionem beneficij incompatibilis tenetur incompatibilitatem probare dec.7. num.6. 16

Vt beneficium vacet per adeptionem incompatibilis non ſufficit aſſecutio ſed requiritur retentio vtriuſque cum perceptione fructuum ſecundi deciſ 7.n.7. & 8. ibid. & oportet vt poſſeſſio ſecundi ſit pacifica n.10.ibid.& dec.49. n.13.110. & vide dec.83.n.4. 194

Nec amittitur ſtatim poſſeſſio primi.deciſione 83. & 94. 194

*Inhabilitas.*

Ad quem ſpectet onus probandi illum qui de beneficio prouiſus eſt eſſe inhabilem. deciſion. 66. num.6. 147

*Inhibitio.*

Qui ſcit inhibitionem eſſe attentatoriam tenetur illi ſtatim renunciare habita illius notitia.deciſ. 37. num.1. 84

Et ſi illa vtatur ratificat attentata. n.2. ibid.

*Inobediens.*

Inobediens dicitur qui intra certorum dierum ſibi aſſignatorum terminum non paret.deciſion. 37. num.3. 85

Contra inobedientes declaratoriam laxare ad ſolum Iudicem delegatum pertinet. deciſion. 37. num.6. ibid.

Contra capitulum non obediens laxari poteſt declaratoria ſeruatis prius terminis requiſitis. dec. 48.num.2. 107

Quando ad obediendum requiritur actus poſitiuus, ſimplex patientia non ſufficit. deciſion. 48. numer. 3. ibid.

Ad euitandam inobedientiam in re illiquida debet fieri depoſitum partis cum oblatione reſidui dec. 48.num.4. ibid.

*Inſcriptio.*

Inſcriptiones publicæ quando faciant fidem.dec.12. num.5. 26

*Inſtrumentum*

Quando allegatur inſtrumentum fuiſſe deperditum quomodo teſtes ſuper illius tenore deponere debeant.dec.28.n.15. 64

Extractus inſtrumenti informiter factus fidem non facit dec.28.num.18. 65

Inſtrumenta informia, & ab ipſo partium Archiuio deſumpta fidem non merentur. deciſion. 28. num.24. 66

Quamuis inſtrumentum ſine teſtibus fidem non faciat;ſufficit tamen quod teſtes ſubſcribant inſtrumentum immediate poſt ſcriptum & factum.dec. 49.n.7.109.& dec.51.num.8. 112

Extractus inſtrumenti informiter factus ſuppletur per illius obſeruantiam dec.68.n.3. 152

Ampliatur etiam ſi illud in aliqua tantum parte obſeruatum.dec.68.n.4. ibid.

Inſtrumentum fuiſſe obſeruatum ex quibus actibus probetur.dec.68.n.5. ibid.

*Intruſus.*

Quæ ſit vis clauſulæ *dummodo Intruſus non ſis* deciſ. 75.num.1. 171

Papa non cenſetur remiſiſſe intruſionem niſi fuerit expreſsè narrata.dec.75.n.2. ibid.

Qui capit poſſeſſionem litteris non expeditis eſt intruſus.dec.75.n.4. ibid.

Idem ſi poſſeſſio capta fuerit lite pendente.dec. 75. num.5. ibid.

Omnis ſpecies intruſionis non includitur quando agitur de ſubrogatione collitigantis ſed ſolum vera & propria intruſio nempe poſſeſſio ſine titulo ab habente poteſtatem conferendi vel capta propria authoritate. n.7. ibid.

Intruſus non eſt ad effectum regulæ de ſubrogandis qui poſſeſſionem capit vigore Litterarum Apoſtolicarum quod ampliatur etiamſi poſſeſſio

V 4 capta

capta fuerit lite pendente.deciſ.75.n.8.& 9. ibid.
Ad euitandam intruſionem requiritur titulus validus.dec.75.n.12. 172

*Ius.*

Ius in beneficio non acquiritur ex ſola oppoſitione. dec.21.n.12. 48
Per electionem acquiritur ius ad rem.deciſion. 22. num.7. 50
De iure tertij opponi poteſt quando eſt excluſiuum iuris agentis.dec.32.n.9. 75

*Iuſpatronatus.*

Quamuis ordinarius in erectione iuriſpatronatus nullam fecerit mentionem qualitatis gentilitiæ aut maſculinitatis non tamen derogat fundationi ſi illarum mentio in ea facta fuerit quando approbatio fit relatiuè ad fundationem. deciſ. 3. num.5. 8
Qui eſt de familia licet minorem vocum habeat numerum aliis præferendus eſt in iure patronatus familiari. dec.5.n.1. 11
Qui verò non eſt de familia, nec præſentari poteſt nec inſtitui.n.2. ibid.
Quod præſentandus debeat eſſe de familia debet apponi in limine fundationis.n 3. ibid.
Iuſpatronatus hæreditarium poteſt conuerti in gentilitium cum conſenſu Epiſcopi.dec.5.n.4.12.& dec.47.n.8. 104
Conſenſus ordinarij in iurepatronatus præſumitur ex diuturna obſeruantia.dec.5.n.5. 12
Permutatio facta cum eo qui non erat de familia non infringit qualitatem Iuriſpatronatus gentilitij. dec.5.n.8. ibid.
Tempus ad præſentandum non currit patronis niſi à die veræ ſcientiæ quæ concludenter probari debet.dec.64.n.5.142.& dec.57.n.12. 123
Optima omnium probatio Iuriſpatronatus probatur ex inſtrumento fundationis, & dotationis factæ authoritate Epiſcopi. dec.64.n.6. 142
Item ex multiplicatis præſentationibus effectuatis. n.7. ibid.
Conditio quod alius non ſe intromittat appoſita in fundatione de conſenſu Epiſcopi, operatur vt iuſpatronatus ſit laicale & per conſequens non ſubditum regulæ menſium dec.64.n.10. 143
Iuſpatronatus probatur laicale ex diuturna obſeruantia.dec.64.n.11. ibid.
Iuſpatronatus exactè probari debet propter potentiam, vel propter inveriſimilitudinem.deciſion. 12.num.1. 26
Quod tamen locum non habet dum agitur de perſona in qua non adeſt præſumptio vſurpationis, vel de parua vniuerſitate.n.2. ibid.
Maximè quando non ſpectat ad ſingulos vti ſingulos, ſed tanquam vniuerſos.deciſion.12.numero 3. & 4. ibid.
Immemorialis poſſeſſio, vel præſentationes per longiſſimum tempus effectum ſortitæ probant iuſpatronatus.deciſion.12. n. 6.ibid. Intellige vt num.7. 27
Quidquid ſit præſentationes continuatæ multum iuuant ad probationem iuriſpatronatus. dec. 12. num.8.27.& deciſ.46.num.8.103.& deciſ.47.numero 2. 104
Papa cenſetur reſeruare iura patronorum deciſ. 12. num.10. 27
Quæ ſint adminicula ex quibus corroboratur probatio iuris patronatus.dec.12.n.16. 28
Exiſtentia,& pertinentia iuriſpatronatus ex quibus probetur.dec.42.n.2. 92
Papa non ſolet derogare Iuripatronatus Laicali niſi ad Summum pro duabus tertiis partibus.dec.42. num.11. 94
Iuſpatronatus mixtum ex quibus dicatur.deciſ. 46. num.3. 102
Iuſpatronatus probatur ex litteris Summi Pontificis in quibus illud reſeruatur. deciſion. 47. num.1. 104
Iuſpatronatus reſeruatum pro ſucceſſoribus ſuis eſt mixtum.dec.47.n.9. ibid.
Iuſpatronatus pluribus ceſſum cenſetur remiſſum pro æquis portionibus.dec.47.n.10. 105
Filius vocatus ad iuſpatronatus proprio nomine cum patre cum ipſo concurrit deciſion. 47. num.11. ibid.
Ius accreſcendi ſeu non decreſcendi locum habet in iure patronatus. dec.47.n.12. ibid.
Iuſpatronatus pro certis partibus ceſſum fratri & deſcendentibus ſuis pro illis partibus eſt gentilitium.dec.47.n.13. 105
In iurepatronatus mixto ſufficit qualitatem hæreditariam deduci à primo fundatore mediante perſona anteceſſorum,licet non ab vltimo patrono præmortuo.dec.47.n.16. 105
Extraneus non poteſt acquirere iuſpatronatus in præiudicium vocatorum ex fundatione.dec. 47. num.17. 106
Iuſpatronatus ex quibus probetur. deciſ. 54. numero 5.& 6. 117
Si aduerſarius fateatur iuſpatronatus in ſuo reſcripto ſatis ex eo probatus dicitur. deciſion. 57. num.10. 123
Clauſula reſcripti quod Papa non intendit approbare iuſpatronatus non reſpicit partem ſed ipſum Papam dec.57.n.11. ibid.
Totum iuſpatronatus defertur præſentantibus ſi alij compatroni præſentare negligant. deciſ. 57. num. 16. 124
Maior numerus Patronorum conſideratur inter eos qui realiter præſentarunt. deciſionum 57. num.17. 124
Edicta affigenda in beneficiis Iuriſpatronatus ſi deſint, vtrum Inſtitutio ſit nulla. deciſione 57. num.18. ibid.
Præſentatio patroni infra tempus quomodo probetur.dec.71.n.5. 161
Epiſcopus permittens collationem beneficij tanquam patronati dat magnam præſumptionem iuriſpatronatus, ſicut & multæ præſentationes effectuatæ.dec.71.n.7.& 8. 161.162
Maximè ſi præſentationes factæ fuerint ante motam litem dec.71.n.12. 162
Præſentationes Centenariæ probant patronatum quando agitur inter prouiſos & ordinarius non eſt in lite.dec.71.n.13. ibid.
Iuſpatronatus Eccleſiaſticum ſubiacet reſeruationibus, & regulis Cancellariæ. deciſione 71. num.14. 163
Iuſpatronatus gentilitium efficitur hæreditarium deficiente Linea. dec.72.n.12. 166
Reſeruatio iuriſpatronatus non extenditur ad beneficia libera poſtea vnita.dec.77.n.4. 177

*Iuriſdictio.*

Prælatus inferior non præſcribit territorium, & iuriſdictionem contra ſuum Epiſcopum etiam poſt centum annos.dec.10.n.11. 21
Appellatione Iuriſdictionis continetur tam Ciuilis quam criminalis.dec.61.n.3. 134
Iuriſdictio cenſetur abdicata ab Epiſcopo ſi ex priuilegio monaſterij non poſſit laxare interdictum vel excommunicationem dec.61.n.5. ibid.

Confir

Confirmatio ſtatutorum eſt actus Iuriſdictionis. dec.61.n.13. 135
Quid poſſit circa Iuriſdictionem Abbas exemptus à Iuriſdictione Epiſcopi ratione ſui Monaſterij. dec.61.n.17. 136
Reſeruata Epiſcopo Iuriſdictione in populum totum ius Epiſcopale cenſetur conſeruatum Epiſcopo in Eccleſia. dec.16.n.19. 40
Ex quibus actibus præſumatur acquiſita iuriſdictio quaſi Epiſcopalis.dec.31.n.4.& 5. 72

L

*Laici.*

STatuta Laicorum non ſolum non comprehendunt clericos ſed nec illorum familiares. dec.73. num.4. 167

*Laudum.*

Lauda & ſententia antiquiſſimæ cenſentur abrogata per contrarium vſum durante tempore immemoriali.dec.28.n.25. 66

*Legatus.*

Legatus non poteſt admittere ceſſiones ſeu reſignationes in fauorem.dec.29.n.9. 68

*Legitimus.*

Illi quorum natales ignorantur & expoſiti habentur pro legitimis, & ſunt capaces beneficiorum ordinum & dignitatum.dec.34.n.6. 80

*Libri.*

Libri Monaſteriorum non faciunt fidem in præiudicium parochi.dec.28.n.21. 65
Librorum exhibitio quomodo facienda, & petitis committenda, & de illorum tranſportatione ex locis remotiſſimis.dec.99.n.9. 236

*Lis.*

Litiſpendentia ſuper hæreditate vtrum reddat Iuſpatronatus litigioſum. deciſ. 42.n.8. 93
Liſpendens ſuper hæreditate per viam reſtitutionis in integrum non reddit beneficium litigioſum. dec.42.n.9. 94
Lis ſuper quarta parte hæreditatis non reddit totum iuſpatronatus litigioſum. deciſion. 42. numer.10. ibid.
Litiſpendentia non inducit reſeruationem ſed tantum ligat manus inferioris collatoris. deciſ. 44. num.8. 99
Clauſula *Cum incidentibus, &c.* operatur vt Lis cenſeatur introducta ſuper titulo beneficij. deciſ.45. num.1. 100
Intellige vt procedat quando adeſt collatio præexiſtens, aliàs non poteſt dici Lis ſuper titulo qui non eſt in rerum natura. deciſion. 45. numero 2.& 4. 100
Si quis petat beneficium tanquam ſuum beneficium efficitur Litigioſum,ſecus ſi petat tanquam debitum.dec.45.n.5. ibid.
Quando Lis eſt ſuper crimine ad priuationem beneficij vtrum beneficium fiat litigioſum. dec. 45. n.3.& 6. ibid.
Litis mentio ſufficienter facta dicitur ex clauſulis generalibus Literarum.dec.64.n.17. 144
Lis non dicitur introducta per ſolam commiſſionem vel decretum de citando non demandatum executioni.dec.70.n.2. 158
Ampliatur vt procedat etiam ſi citandus haberet notitiam decreti cum etiam requiratur reproductio citationis.dec.70.n.3. ibid.
Lis quæ requiritur ad ſubrogationem debet eſſe introducta aduerſus illum et ad cuius locum quis ſubrogari poſtulat.dec.70.n.7. 159
Lis calumnioſa non eſt attendenda.deciſion.70.numer.10. ibid.
Litiſpendentia non inducitur ſi citatio non fuerit exequuta contra perſonam legitimam. deciſ. 71.n.18. 163
Citatio contra defunctum non inducit litiſpendentiam.dec.71.n.19. ibid.

*Liſta.*

Liſta ſeu deſcriptio non probat negatiuam quoad illa qui in ipſa non deſcribuntur. deciſion. 28. num.23. 65

*Literæ.*

Literarum iuſtificatio neceſſaria eſt ad obtinendam illarum exequutionem.dec.8.n.1. 16
Literæ Apoſtolicæ obreptitiæ vel ſubreptitiæ non merentur executionem.dec.30.n.1. 70
Literæ iuſtificatæ ſunt executioni demandandæ.deciſ.34.n.1.79.dec.46.num.1. 102.dec.51.num.1. 111.deciſ.62.n.1.137. dec.71.n.1.161.& dec.49. n.1.108.& dec.57.n.1. 122
Literæ dicuntur ſatis iuſtificatæ quando valor eſt expreſſus per non exceſſum in ducatis. 24. quando talis eſt conſuetudo.

*Locatio.*

Locationes continuatæ per longiſſimum tempus probant poſſeſſionem & præſumuntur effectuatæ.dec.53.n.1. 115

M

*Manutentio.*

MAnutentio datur pendente lite reſtitutionis in integrum dec.84.195.& dec.94. 222.ad effectum manutentionis ſufficit probare vnicam ſolutionem. dec.28.n.6.63.& dec.81. 191
Parochus lite pendente manutenendus eſt in poſſeſſione exigendi decimas donec fuerit excluſus per tres ſententias conformes. deciſion. 28. numero 13.& 14. 64
Manutentio conceditur etiam in gradu reſtitutionis in integrum. deciſ. 53. n.6. 140. quod quomodo procedat explicatur.num.7. ibid. & deciſ. 84.& 94.195. 222
Manutentio concedenda eſt ſubrogato data poſſibilitate alterius tituli.dec.76.n.13. 176
Etiam loco immiſſionis n.14. ibid.
Datur etiam tranſlatario. dec.98. 232

*Mandatum.*

Mandatum procuratoris ad reſignandum expirat per præſtationem primi conſenſus. deciſion. 26. num.5. 57
Intimatio reuocationis mandati ſufficit quod fiat ipſi parti in cuius fauorem reſignatio facta fuit, ſi vero agatur de reſignatione ſimplici,intimatio debet fieri procuratori vel Summo Pontifici per illius dimiſſionem in dataria, deciſion. 26. numero 6. & 7. ibid.
Qui in ſe aſſumpſit onus intimandi reuocationem mandati ad reſignandum non poteſt commodum conſequi ex defectu intimationis,deciſ. 26. num.8. 58

*Maſculi.*

Vocatio fœminarum deficientibus maſculis fortius probat iuſpatronatus eſſe agnatitium. deciſion. 3.num.1. 7

*Manus mortua.*

Moniales recipiendo Laudimium ab Hoſpitali cenſentur illud approbaſſe quamuis ſit manus mortua.dec.67.n.15. 151
Sed tamen quod debeat obtineri Beneplacitum

Apoſtoli

Apoſtolicum & Eccleſia admittat manum mortuam. ead. dec. 67.n. 17. ibid.

*Menſis.*

Menſis Nouembris eſt fixus & ſedi Apoſtolicæ perpetuò reſeruatus.dec.64. n.8. 142

Menſem vacationis exprimere non eſt neceſſe in beneficiis regulæ menſium non ſubiectis.dec.64. num.9. ibid.

*Metus.*

Metus exacta probatio requiritur illeque excluditur per præſentiam Cardinalis Legati. deciſ. 29. num.14. 69

*Miſſa.*

Onus celebrandi miſſas non inducit incompatibilitatem.dec.6.n.10. 14

Quamuis quis teneatur ſingulis hebdomadis miſſam celebrare, non propterea tenetur ad reſidentiam ſed poteſt celebrare per ſubſtitutum. deciſ.46.n. 103

*Mors.*

Probatur per atteſtationem & illa probatio admittitur in Rota.dec.46.n.7. 103

Mors debet probari quando beneficium impetratur vti vacans per obitum. deciſione 46. numero 8. ibid.

N

*Narratiua.*

Narratiua reſignationis ex quibus iuſtificata maneat.dec.8.n.2. 17

Et alia Narrata in Literis quomodo probentur. deciſion. 62. numero 2. 3. 4. & 5. 137. & deciſion.44. numero 6. 98. &deciſ.39. num.4. 88.& deciſ.54.n.2.& ſeq. 116

Narratiuam ſufficit iuſtificare eo modo quo concepta eſt.dec.14.n.7. 34

Quando plura narrantur alternatiua ſufficit probare vnum ex pluribus.dec.56.n.3. 120

*Negatiua.*

Duæ negatiuæ fortius operantur in prohibitione alienandi quam vnica.dec.67.n.6. 149

Vnica diſpoſitio concipi poteſt ſub duplici conditione, vna affirmatiua altera negatiua, quo caſu vtraque ſuam retinet naturam. deciſione 67. num.8. ibid.

Negatiua expeditionis Literarum debet concludenter probari.dec.76.n.8. 175

Vt excludatur probatio negatiuæ ſufficit poſſibilitas in contrarium.dec.76.n.10. 176

*Notarius.*

Notarij atteſtatio non facit fidem. deciſion.70. numer.5.& 6. 159

*Nuncius.*

Nuncius Apoſtolicus poteſt, alteri cauſas ſubdelegare.dec.27.n.9. 60

Nuncio publico in hiis quæ eius officium concernunt fides adhibenda eſt.dec.48.n.1. 106.& deciſ. 50.num.1. 110

O

*Obſeruantia.*

Obſeruantia non inducitur ex actibus voluntariis & facultatiuis vt alios obliget in futurum. dec.34.n.11. 81

Obſeruantia ſoluendi decimas in pecunia non eſt à iure improbata.dec. 36.n.4. 83

Sed vt illa probetur probanda eſt præſcriptio poſt denegationem. num.8. ibid.

Obſeruantia à Sacris Canonibus reprobata attendi non debet.dec.38.n.4. 87

Obſeruantia Bullæ per longiſſimum tempus dat præſumptionem iuſtificationis illius. deciſ. 60. num.3. 130

Obſeruantiæ antiquiſſimæ & fundationi proximiores ſunt attendendæ.dec.64.n.15. 143

Obſeruantia tamen remori temporis eſt conſiderabilis ſi cum ea concurrant adminicula. deciſ. 68. num.7. 152

Vt obſeruantia dicatur antiqua requiritur lapſus quadraginta annorum. deciſione 68. numero 8. 153

Obſeruantia dat adminiculum ſcripturis informibus. dec.69.n.2. 154

*Obreptio.*

Quando obreptionis vitium reddat prouiſionem nullam.dec.76.n.1. 175

Obreptio retardat exequutionem cuiuſcumque prouiſionis.deciſione 76.num.2.ibid.& deciſ.30. num.1. 70

Ad euitandam Obreptionem omnis in dubio interpretatio ſumenda eſt.dec.39.n.4. 88

Prouiſio obreptitia vel ſubreptitia, non conſumit vocationem.dec.42.n.6. 93

Obreptio prouiſionis illam reddit nullam.deciſ.42. num.9. 94

*Originale.*

In diſcrepantia ſcripturarum potius ſtandum eſſe ſupplicationi originalis.dec.3.n.7. 8

Originale ſi fuerit deperditum quomodo probari debeat tenor illius.

P

*Papa.*

Papa conferens ex certa ſcientia etiam ad partis inſtantiam ſupplet omnes defectus. deciſ. 49. n.9.& 10. 109

Per ſolam ſignaturam ſupplicationis Papa dicitur manum apposuiſſe in beneficio. deciſ. 32. numer.14. 76

Papa prouidens de beneficio tanquam reſeruato non cenſetur voluiſſe præiudicare veris collatoribus niſi collatio ad ſedem Apoſtolicam vere deuoluta ſit. deciſ.64.n.14. 143

*Parochia.*

Qui ſe fundat in qualitate Eccleſiæ Parochialis illam probare tenetur.dec.27.n.5. 60

Eccleſiam eſſe Parochialem quomodo probetur.deciſ.28.num.1. 61

Quomodo probari poſſit Eccleſiam eſſe ſitam intra limites Parochiæ.dec.28.n.2. 62

Eccleſia ſi ex ſimplici fuerit erecta in Parochialem non poteſt conferre ſine præuio concurſu. deciſ. 44.num.9. 99

Epiſcopus non poteſt Eccleſiam erigere in parochialem ſine cauſa legitima, de qua conſtare debet.dec.44.n.10. ibid.

Beneficium non eſſe Parochiale ſeu curatum & reſidentiam non requirere probatur ex iuris præſumptione.dec.46.n.11. 103

*Patronus.*

Contemptus Patroni ex quibus excludatur. dec.41. num.7. 91

Quando adeſt contemptus Patroni remanet illi priſtinum ius & poteſt nouam facere nominationem.dec.41.n.6. ibid.

*Penſio.*

Qui penſionem exigit ante literarum expeditionem vtrum

vtrum illam amittat.dec.17.num.7.& 9.43. Quid quando in reſeruatione penſionis nullum adeſt decretum annullatiuum.n.8. ibid.

In penſione ſuper Eccleſia Parochali ipſo iure ſubintelligitur Clauſula *Dummodo centum remaneant pro Rectore*, quod intelligitur de moneta illarum partium vbi ſita eſt Parochia. deciſion. 32. numer.2. & 3. 74

Procurator tamen non poteſt conſenſum præſtare niſi in illa moneta de qua fit mentio in mandato num. 4. ibid.

Pactum extinctionis penſionis reiectum à Papa non reddit gratiam principalem nullam. deciſion. 32. num.8. 75

De penſionis inualiditate tertius collitigans opponere non poteſt. deciſione 33. numero 8. 78

Contra illum qui non conſenſit penſioni, omnia narrata plene & concludenter iuſtificanda ſunt in iudicio petitorio.dec.43.n.1. 95

Penſio reſeruata ſine cauſa quando beneficium eſt plenum requirit veram probationem omnium narratorum.dec.43.n.2. ibid.

Quando in reſeruatione penſionis adeſt clauſula quod illa ſit nulla, ſi penſio verè & realiter non ſoluatur, probari debet præciſa ſolutio totius temporis, aliàs reſeruatio corruit. deciſ. 43. numero 10. 96

Penſio incipi deberi à die datæ ſupplicationis non à die conſenſus præſtiti. deciſione 43. numero 11. ibid.

Quando requiritur probatio veræ ſolutionis penſionis non ſufficit ficta per aditionem hæreditatis. dec.43.n.12. 96

Confeſſio de recepto non probat in petitorio contra ſucceſſorem penſionarij. deciſion. 43. numero 13. 97

Confeſſio ſolutionis penſionis præſumitur colluſoria inter fratres. deciſione 43. numero 14. ibid.

Qui fructus beneficij percipit, tenetur ſoluere penſionem impoſitam ſuper illo. deciſion. 52. num. 5. 114

Idem dicendum eſt de Capitulo ſi propter abſentiam fructus Canonicatus percipit. numero 6. ibid.

*Petitorium.*

Petitorium incontinenti iuſtificatum excludit & abſorbet poſſeſſorium. deciſion. 47. numero 19. 106

Sententia quando dicatur complecti, tam petitorium quam poſſeſſorium. deciſione 30. numero 5. 70

De ſuſpenſione petitorij per aduerſarium intentati in iudicio retinendæ. deciſion. 100. numero 14. 240

*Pœnitentiarius.*

Regulariter pœnitentiarius debet eſſe quadraginta annorum.dec.62.n.11. 138

Erectio pœnitentiariæ non ſubſiſtit ſi fiat de beneficio non vacante vel de reſeruato. deciſ. 62. num.10. ibid.

*Poſſeſſio.*

Poſſeſſio deſinit eſſe pacifica per turbationes & moleſtias extraiudiciales.dec.7.n.11. 16

Actus poſſeſſorij facti ex cauſa vniuerſali influunt in omnem iuriſdictionem. deciſion. 11. num. 12. 25

Poſſeſſio dicitur vacua per reſignationem liberè & ſine conditione factam. deciſ.60.n.7. 130

Data facultate capiendi poſſeſſionem propria authoritate in literis vnionis non cenſetur ab ea receſſum, ſi exequutor aditus fuerit extraiudicialiter.dec.60.num.8. 131

In Iudicio poſſeſſorio ſufficit vna tantum recognitio pro victoria.dec.43.n.9. 96

Poſſeſſio tradita per Capitulum quando habeat vim electionis.dec.56.n.9.& 10. 121

Ex ſolo adeptæ poſſeſſionis inſtrumento non iuſtificatur præcedens allegata permutatio.deciſ.65. num.7. 147

Qui allegat actus poſſeſſorios exercitij Iuriſdictionis in loco tanquam ſeparato à diœceſi tenetur probare ſcientiam Epiſcopi. deciſ. 69. num.21. 157

Poſſeſſio de iure communi capi poteſt in vim ſimplicis ſignaturæ, ceſſantibus bullis quæ contrarium ſtatuunt.dec.75.n.19. 173

Poſſeſſio poſſeſſioni cumulari poteſt nempe manutentio & immiſſio.dec.76.n.15. 176

Poſſeſſori ſufficit cauſam vincere ob non ius actoris. dec.29.n.16. 69

*Præferri.*

Præferendus eſt qui meliores habet qualitates quando talis adeſt conſtitutio in Eccleſia.dec.20. num.1. 46

In iudicio prælationis ad beneficium non exigitur plena probatio ſed ſufficiunt coniecturæ. dec.21. num.7. 48

Quæ qualitates in materia prælationis ad beneficium conſiderandæ ſint. deciſ. 20. per tot. 46. & deciſ. 22. & 23. 49. 51. & deciſ. 24. num. 3. & 5. 53

*Præcedentia.*

Quæ ex duabus confraternitatibus aliam præcedere debeat.dec.2.per tot. 3

Actus æquiuoci non tribuunt quaſi poſſeſſionem præcedentiæ.dec.2.n.18. 6

*Prærogatiua.*

Conceſſa vna prærogatiua non cenſetur præiudicatum aliis Eccleſiæ competentibus. deciſ. 16. num.13. 40

*Præsbyteratus.*

Præsbyteratus ad beneficium requiſitus probatur ex publica voce & fama vel enunciatiua proprij Epiſcopi.dec.54.n.3.& 4. 116.117

*Præſcriptio.*

Præſcriptio centenaria non ſufficit vt ex ea Prælatus inferior præſcribat territorium contra ſuum Epiſcopum.dec.10.num.11. 21

Qui prætendit præſcriptionem conſuetudinis negatiuæ debet probare petitionem cum denegatione. dec.53.n.4. 115

*Præſentatio.*

Maritus etiam ſi ſit hæres vxoris, non habet ius præſentandi in patronatu mixto. deciſ. 46. numero 6. 103

Præſentatio quæ non fuit ſortita effectum attendi non debet.dec.47.n.18. 106

Præſentatus à maiori parte patronorum inſtituendus eſt.dec.72.n.1. 165

Præſentatio facta per Legatarium cui ius quæſitum eſt intra quadrimeſtre eſt valida. deciſ. 72. num.4. ibid.

Præſentatio facta à Canonicis præſentibus eſt valida, ſed tamen non vocati poſſunt dare de contemptu.dec.72.n.10. 166

In præſentatione facta per Capitulum quomodo maior pars intelligatur.dec.72.n.9. ibid.

Qui

Qui ſolus eſt in poſſeſſione præſentandi ſolus præſentare poteſt.dec.41.n.3. 91

*Præſumptio.*

Non habet locum præſumptio in fauorem inſtitutionis factæ ab Ordinario quando ille tenetur inſtituere præſentandum vel eligendum à Capitulo.dec.24.n.4. 53

*Præuentio.*

Papa præueniens vnum collatorem non cenſetur voluiſſe præuenire in fauorem alterius non nominati à Papa.dec.14.n.1. 33

In præuentione Papæ non eſt neceſſe narrare quod Epiſcopo ius conferendi competat, ſi Epiſcopus præſentet tanquam vnus de corpore Capituli tunc enim ſatis eſt mentionem facere de Capitulo.dec.14.n.5. 34

*Primitiæ.*

Parochus habet intentionem fundatam ſuper primitiis ſuæ Parochiæ iuxta conſuetudinem ſoluendis.dec.28.n.5. 62

*Priuatus.*

Illius qui priuatus eſt ipſo iure beneficium ſtatim impetrari poteſt non citato poſſeſſore. deciſ.49. num.6. 108

Priuatio beneficij probatur per ſententiam deſuper latam ſi ab ea fuerit appellatum. deciſ. 29. num.2. 67

*Probatio.*

Probatio non eſt concludens quando adeſt probabilitas in contrarium. deciſ.6.n.18. 15

Quando tractatur de certo tempore probatio non concludit niſi ad illud referatur.deciſ. 6.num.19. ibid.

Qui maiores habet pro ſe probationes in dubio præferendus eſt.dec.10.n.13. 21

Probationes actoris dubias reddere ſufficit reo. dec.13.n.6. 30

Taris qualis probatio ſufficit in iis quæ non reſpiciunt fundamentum gratiæ. deciſ. 33. num. 3. 77

Quando probatio reſpicit negotium adeo antiquum vt teſtes adeo ſenes reperiri non poſſint deneganda eſt remiſſoria. deciſ. 69. num. 4. 155

*Procurator.*

Non dicitur procurator negligens ſi non fuerit diligentior quæ certo ſciebat ſibi eſſe deneganda. deciſ.32.n.7. 75

Subſtitutio Procuratoris ex quibus præſumatur. dec.32.n.11. ibid.

*Productio.*

Productio Literarum prouiſionis principalis non eſt neceſſaria quando petitur exequutio gratioſæ ſubrogationis. deciſ. 76. num.7. 175

*Prothonotarius.*

Probato prothonotoriatu inducitur reſeruatio neque Ordinarius beneficia prothonotarij conferre poteſt.dec.62.n.6. 137

*Proximitas.*

Proximitas & deſcendentia quomodo probentur. dec.54.n.8. 117

Si quis prætendat adeſſe alios proximiores illud probare tenetur.dec.54.n.11. ibid.

*Publicatio.*

Publicatio reſignationis ex quibus ſufficienter probata ſit.dec.8.n.4. 17

De vacatione beneficij ob defectum publicationis & ad totam materiam vide in fine operis. deciſ.85. 199

*Prouiſio.*

Quando Papa facit ſecundam prouiſionem perinde eſt ac ſi primam laceraret. deciſ.6.num.15. 14

*Puritas.*

Puritas Sanguinis in expoſitis improbabilis eſt.deciſ.34.n.5.79.& per totam,vbi multa de Sanguinis puritate.

*Puteus.*

Deciſio Putei 99. *libr.* 3. in antiquis eſt mendoſa.

Q

*Quæſtio.*

QVæſtio altiorem requirens indaginem ad negotium principale admittenda eſt. deciſ. 4. num.7. 10

*Qualitates.*

Qualitates concernentes reſignatarium & nominatim illius idoneitas & origo quomodo iuſtificentur.dec.8.n.7. 17

Quando plures qualitates requiruntur ad obtinendum beneficium omnes concurrere debent. deciſ.66. num.1. & 2. 146

R

*Recognitio.*

REcognitio ſcripturarum quomodo fieri debeat. dec.68.n.9. 153

In ſcripturis valdè antiquis formalis recognitio non requiritur.dec.68.n.10. ibid.

*Regiſtratio.*

Gratia ante regiſtrationem non tribuit ius conſiderabile.dec.6.num.14. 4

Regiſtratio gratiæ retrotrahitur ad diem conceſſionis,& ſignaturæ.dec.17.n.5. 41

Regiſtra Cancellariæ Apoſtolicæ plenam fidem faciunt.dec.40.n.5. 89

*Relatio.*

Relatio non habet locum quoad ea quæ in diſpoſitione ſunt expreſſa.dec.78.n.6. 179

*Religioſi.*

Religioſi non vtuntur communicatione priuilegiorum quoad decimas niſi id expreſsè dicatur. dec.28.n.8. 63

*Remiſſoria.*

Remiſſoria non conceditur quando conſtat de veritate in contrarium per publica documenta. deciſ.38.n.3.87.& deciſ.68.n.1.125.& dec.69.n. 1.2.& 3. 154.155

Nec quando Articuli ſunt irreleuantes, & improbabiles.dec.38.n.1.86.& dec.69.n.15. 156

Nec quando articuli ſunt inueriſimiles. deciſ. 69. num.7. 155

*Renunciatio.*

Egreſſus à Religione reſeruatus in renunciatione ſufficit quod fiat de facto ad purificandam conditionem reſolutiuam.dec.13.n.8. 30

*Reſeruatio.*

Reſeruatio beneficij probatur per obitum in menſe Maio qui ſemper eſt reſeruatus. deciſ.44.num.7. 99.

Litiſpendentia non inducit reſeruationem ſed tantum ligat manus inferioris collatoris. deciſ. 44. num.8. ibid.

Summus Pontifex non cenſetur præiudicare voluiſſe reſeruationi vel affectioni beneficiorum. dec.50.n.4. 111

*Reſidentia.*

Beneficium curam non habere, & reſidentiam non requirere probatur ex iuris præſumptione. dec. 46.num.11. 103

Onus celebrandi miſſas non concludit perneceſſe obligationem ad reſidentiam. deciſ. 47. num.7. 104

*Reſignatio.*

Quamuis reſignatio ſit nulla tamen non abdicatur vis à reſignante ſi beneficium non conferatur reſignatario. deciſione 41. numero 4. & 5. 91

Reſignatio facta coram Summo Pontifice habet tacitam conditionem dummodo reſignatarius ſit capax, & beneficium illi acquiratur.dec.26. num.3. 57

Vt quis dicatur ſcienter reſignaſſe in fauorem incapacis requiritur probatio certa & indubitata ſcientiæ.deciſ.26.n.4. ibid.

Per præſtationem primi conſenſus expirat mandatum procuratoris ad reſignandum. deciſ. 26. num.5. ibid.

Reuocatio procuratoris ad reſignandum quomodo debeat intimari. deciſione 26. numero 6. & 7. ibid.

Reſtitutio in integrum quando retardet executionem. deciſione 100. 238. 84. 195. & deciſ. 94. 221

*Rota.*

Loco arbitrij electorum intrat arbitrium Rotæ in qua cauſa ventilatur. deciſione 23. numero 8. 52

Rota ſolet reuerenter amplecti declarationes Sacræ Congregationis Cardinalium.dec.61.num.1. 133

S

*Sacerdos.*

IN dubio Sacerdos præferendus eſt non Sacerdoti tanquam dignior. deciſione 23.numero 5. 51

Qualitas Sacerdotalis probatur ex Literis patentibus Ordinarij.dec.23.n.4. ibid.

*Scandalum.*

Si Scandalum oriatur ex prouiſione beneficij non debet fieri prouiſio.deciſione.21.numero 8. 48

Idem ſi agatur de perſona diffamata. deciſione 22. numero 1. & ſeqq. 49

*Scriptura.*

Scriptura probat contra producentem. deciſ. 6. num.3. 13

Scriptura informis probat ſi fuerit adminiculata coniecturis.dec.51.n.9. 113

Qui contra Scripturam nihil opponit intra dilationes ſibi aſſignatas illam approbare videtur. dec.51.n.10. ibid.

De ſcripturarum tranſportatione ex locis remotiſſimis & illarum exhibitione Iudici facienda. deciſ.99. 235

Succeſſor in officio poteſt extrahere ſcripturas ſui anteceſſoris.dec.71.n.16. 163

*Sententia.*

Sententia quando non nocet Patronis. deciſ. 12. num.14. 28

Sententia tranſit in Iudicatum lapſis fatalibus ſi non fuerit obtenta illorum prorogatio. deciſ.15. num.6. 36

Omnis interpretatio ſumenda eſt ne vna pars ſententiæ alteri contradicat.dec.16.n.17. 40

Quando abſolutoria ſententia non fuit lata ex capite Innocentiæ, ſed ob non factas probationes delicti ſemper cauſa poteſt inſtaurari ſi noua veniant indicia.deciſ.21.num.9. 48. & deciſ.22. n.9.& 10. 50

Sententiæ non effectuatæ, & inter alios ac in diuerſis cauſis latæ non nocent. deciſ. 27. num. 7. 60

Sententia lata in contumaciam delinquentis non inducit vacationem niſi contumacia duret vltra annum.dec.29.n.5.& 6. 68

Sententia ſeu decretum iniuſtum in vno capite ſubſtinetur in aliis capitibus ſeparatis non iniuſtis. dec.37.n.7. 85

Sententia lata ſuper ſtatu beneficij & executioni demandata probat illius ſtatum. deciſ. 71.num. 10. 162

Sententia non iuſtifieata ex actis probat in antiquis dec.71.n.11. ibid.

Citatio ad ſententiam quomodo concipienda vt afficiat.dec.93.n.1. 221

*Sequeſtratio.*

Rota ſolet in cauſis beneficialibus procedere ad ſequeſtrationem poſſeſſionis. deciſione 18. num. 5. 44

Qui obtinuit ſententiam definitiuam etiam in poſſeſſorio fundatus eſt ſi petat ſequeſtrationem poſſeſſionis. dec.30.n.4. 70

Sequeſtrum peti poteſt in beneficialibus etiam in cauſa appellationis.dec.30.n.6. ibid.

*Simonia.*

Simonia non probatur per vſus de auditu. deciſ.21. num.4.47. ad probandam Simoniam debet conſtare de præcedenti pactione.deciſ.21.n.10.48.& dec.29.n.12. 68

Sola Inquiſitio de Simonia infert quandam maculam honori illius qui fuit inquiſitus. deciſ. 21. num.10. 48

Sola diffamatio Simoniæ ſufficit ad remouendum aliquem à beneficio quando concurrit alius integræ famæ.dec.22.n.1. 49

Vtrum ſit Simonia aliquid recipere ad redimendam vexationem.dec.29.n.13. 69

Pactum quod reſignatarius ſoluat expenſas bullarum penſionis vtrum noceat validitati gratiæ. deciſione 33. num. 9. 78

*Soror.*

Sorores in ſucceſſione fratris præferuntur de iure remotioribus niſi adſit ſtatutum in contrarium quod non ligat clericos. deciſ. 63. num. 1. & 2. 139

*Status.*

De ſtatu beneficij plura.deciſ.44.n.12.99. 64.n.16. 144.& 70.per totam. 158

Prouiſiones Apoſtolicæ non mutant ſtatum beneficij in præiudicium patronorum.deciſ.12. n. 12. 28. Limita vt num. 13. ibid.

*Statutum.*

Statutum præferens agnatos cognatis non habet effectum quoad bona ſita extra territorium. dec. 73.n.2. 167

Statuta Laicorum non comprehendunt Clericos quod explicatur. tota deciſ.73.ibid. & deciſ.63. per tot. 139

Statutum Laicorum etiam ob publicam vtilitatem conditum non comprehendit Clericos.dec.13. n. 9.& 10. 30

Statutum excludens Secundogenitum locum habet etiamſi Secundogenitus poſtea fiat Clericus.deciſ.13.n.11.ibid.Quod intellige,vt num.12. & 13. 31

Confirmatio generalis ſtatutorum facta à Papa non comprehendit ea quæ ſunt contra libertatem Eccleſiaſticam. deciſione 13. numero 15. 32

Ex ſtatutis vnius Eccleſiæ nihil inferri poteſt ad diuerſam Eccleſiam.dec.34.n.8. 80

Statutum onerans prouiſum probatione ſuorum natalium eſt contra ius commune, & non valet ſi non fuit confirmatum à Papa in forma ſpecifica.dec.34.n.9. ibid.

Confirmatio ſtatuti nihil de nouo addit, neque diſponit de nouo.dec.34.n.10. ibid.

Confirmatio ſtatutorum non comprehendit Clericos niſi de illis facta fuerit mentio ſpecialis. dec. 63.n.7. 140

Statutum reſpiciens tempus mortis Clerici non poteſt illius bona afficere.dec.63.n.5. ibid.

*Subreptio.*

Exceptio commiſſionis ſubreptitiæ non admittitur in curia propter facilem recurſum ad Papam pro illius infirmatione. deciſ. 74. num.3. 169. & deciſione 50. numero 5. 111

*Subrogatio.*

Poſſeſſio ad effectum Regulæ de ſubrogandis ſufficit quod non ſit violenta,& poſſeſſor habeat titulum.dec.75.n.11. 172

Regula de ſubrogandis non excludit futuram intruſionem.dec.75.n.15. 173

Subrogatio Litteris non expeditis nihil tribuit.dec. 75.n.16. ibid.

Ex ſtylo ſubrogatio concedi ſolet ſub eadem gratia principali. dec.75.n.18. ibid.

Subrogato datur immiſſio abſque aliquâ iuſtificatione quando prædeceſſor defunctus poſſidebat. dec.75.n.22. 174

Ad executionem ſubrogationis gratioſæ procedi poteſt ſine productione litterarum prouiſionis principalis.dec.76.n.7. 175

De ſubrogatione plura.dec.44.9 8.& 70. 158

Subrogato licet non concedatur poſſeſſio ex perſona defuncti vt in ea manuteneatur datur tamen ex propria poſſeſſione ipſius. deciſ.76. num.11. 176

Subrogato dari poteſt manutentio loco immiſſionis.deciſione 76.numero 14. ibid.

*Sumptum.*

Sumptum Bullæ probat iunctis adminiculis.dec.60. num.2. 130

Sumptum Literarum probat reſeruationem penſionis.deciſione 64.num.4. 142

*Superioritas.*

Superioritas Eccleſiæ arguitur ex priori pulſatione campanarum in die Sabbati Sancti. deciſione 16. numero 8. 39

*Suppreſſio.*

Per ſuppreſſionem & nouam erectionem Eccleſiæ noua illi forma imprimitur. deciſ. 77. num.5. 177

*Suſpenſio.*

Pœna ſuſpenſionis & interdicti non facit alios de Capitulo non delinquentes, & in ſententia non comp rehenſos.deciſion. 14. num.3. 33, fallit vt num.4. 34

Suſpenſio à diuinis non tollit facultatem conferendi beneficia.dec.14.n.2. 33

Suſpenſio iniuncta Capitulo vtrum impediat innocentes ne exerceant iura capitularia. deciſione 14. numero 8. 35

T

*Tempus.*

Tempus alicui præfixum ad aſſumendum habitum regularem, non currit quandiu lis pendet ſuper illo beneficio. deciſione 39. num.5. 88

*Territorium.*

Quamuis Eccleſia ſit intra limites alicuius Parochiæ, tamen poteſt vere & proprie conſtituere territorium ſeparatum. deciſ. 61. numero 8. 134

Ius ſeparati territorij per ſolum Summum Pontificem concedi poteſt. deciſ. 69. num. 11. & num. 20. 155.157

*Teſtes.*

Teſtes ſeruatis ſeruandis examinati probant contra producentem.dec.6.n.16. 14

Teſtes quibus in alio iudicio fides habita non fuit nihil probant in noua cauſa. deciſ.10.num. 16. 22

Teſtibus contra partis aſſertionem deponentibus credendum non eſt.dec.11.n.14. 25

Teſtibus examinatis parte non citata, vel à Iudice qui fuit allegatus ſuſpectus, aut alias informiter fides non eſt adhibenda. deciſ. 21.num.2. & 3.47.& dec.69.n.12. 155

Teſtibus habentibus pro ſe iuris aſſiſtentiam & deponentibus pro affirmatiua, maior fides eſt adhibenda.dec.28.n.10. 63

Poſt publicatas atteſtationes & didiſcita teſtificata in curia Romana admittuntur noui teſtes ſuper iiſdem vel contrariis articulis hoc tamen non eſt ſemper verum. dec.19.n.1.2.3. 45

Probatio per ſcripturas authenticas præualet probationi per teſtes. deciſ. 68. num. 2. & 13. 152. 153

Ideo quod probatur per inſtrumenta publica non admittit contrarias teſtium probationes. deciſione 69. numero 13. 156

*Tertius.*

Tertius veniens ad litem debet admitti in ſtatu & terminis in quibus cauſa reperitur & quoad ipſum, beneficium eſt litigioſum. deciſione 44. numero 5. 98

*Titulus.*

Titulus non dicitur par, niſi deſcendat ab eodem & ſit eiuſdem ſpeciei.dec.6.n.12. 14

Quando concurrit habens parem titulum debet procedi iudicio Ordinario.deciſione 7. num. 4. 15

Ille non dicitur habere parem titulum, qui vel non poſſidet, vel habet titulum nullum.deciſ.7.num. 5. ibid.

Titulus reſignantis quomodo probetur. deciſion.8. num.3. 17

Longa poſſeſſio niſi ſit triginta annorum non infert tituli probationem,fallit niſi concurrant adminicula.dec.92. 218

Per productionem tituli inualidi excluditur præſumptio melioris tituli validi. deciſ.51. num. 7. 112

Titulus fundatus in falſa narratiua, non ſuffragatur impetranti.dec.57.n.22. 125

Titulorum multiplicatio admittitur in beneficialibus.dec.64.n.18. 144

Titulus obtentus ab habente poteſtatem dicitur coloratus quamuis habeat aliquos defectus. deciſione 75. numero 14. 171

*Tranſactio.*

Tranſactio alienationem continens, nulla eſt niſi interueniat beneplacitum Apoſtolicum. deciſ. 1. num.6. 2

Maximè ſi illud beneplacitum fuerit expreſsè reſeruatum cum clauſula *& non alias* numer. 8. ibidem. 25

Ampliatur etiamſi tranſactio fiat inter duas Eccleſias.dec.1.n.8. ibid.

Tranſactio eſt perſonalis & non ligat ſucceſſores in beneficio.dec.38.n.5. 87

Niſi Papa illam confirmauerit.deciſ.69.num.159.

Tranſactio eſt exceptio litis finitæ. dec. 58. num.1. 126

Læſio non attenditur in tranſactione quando facta fuit ſuper dubio litis euentu. deciſ. 58. num. 2. ibid.

Multo magis quando per longum tempus fuit obſeruata.dicta dec.58.n.3. ibid.

Tranſactio in parte effectuata,præſumitur in totum obſeruata.dec.69.n.17. 156

*Tranſumptum.*

Vt tranſumptum ſufficiat ad capiendam poſſeſſionem quæ requirantur ex Pontificiis conſtitutionibus. dec.49.num.4. 108

Capiens poſſeſſionem vigore tranſumpti non habentis requiſita ex conſtitutionibus Pontificiis, priuatur ipſo iure beneficio. deciſ. 49. numero 5. ibidem.

*Tranſlatio.*

De tranſlatione penſionis.dec.86. 201

Et vtrum ſit reiterabilis ibid.

Quid ſi in reſeruatione dictum fuerit quod transferri non poſſit.dec.95. 224

Quid in reſeruatario fructuum.dec.90. 213

V

*Vacatio.*

Vacatio per obitum & conſenſus ſuper ea præſtitus non extenditur ad reſignationem.dec. 8.n.8. 17

Vacationis modus probatur ex aſſertione aduerſarij illum in impetratione enunciantis. deciſ.47.n.3. 104. & 54.n.2. 116

Vacationem ſufficit iuſtificare, eo modo quo expreſſa eſt in literis. deciſione 49. numero 11. 109

Vacatio impropria, verificari aliquando poteſt, in beneficiis vnitis & manualibus.deciſ.60.n.20. 132

Qui non docet de beneficij vacatione, inſtituendus non eſt. deciſione 65. n. 4. 145. & deciſ. 41. num.1. 91

Certo modo vacationis expreſſo, illius iuſtificatio requiritur.dec.65.n.7. 145

Non vacat beneficium in reſignatione in fauorem donec reſignatarius adeptus fuerit beneficium reſignatum.dec.41.n.2. 91

Vacationis modus quomodo probari debeat quando in impetratione adeſt clauſula *& alias quouis* modo eſt.dec.42.n.4. 93

Vacatio quando dicatur conſumpta.dec.42.num.5. ibid.

Vacationis falſus modus ſi fuerit expreſſus impetratio nulla redditur. deciſione 71.numer.21. 163

Vacationis beneficij implicita confeſſio ſufficit.deciſ.57.num.2. 122

Vacationes duæ eiuſdem beneficij non dantur eodem tempore quia prima impedit ſecundam. deciſ.57.n.3. ibid.

# Index Rerum, & Verborum.

Et per conſequens expreſſio vnius modi includit tacitam negationem alterius.n.4. ibid.
Limita niſi vacatio procedat ex vno facto contemporaneo.ibidem.n.5. 123
Vacatio beneficij dicitur conſumpta per impetrationem factam à tertio etiam poſſeſſione non adepta. deciſ.57.num.7. ibid.Intellige vt num.8. ibid.
Impetranti ſufficit quod beneficium ſit vacans de iure licet non de facto. deciſ. 57. num. 9. 123

*Valor.*

Quod fructus beneficij ſimplicis non excedant valorem 24.ducatorum probatur leuioribus probationibus.dec.6.n.7. 13
Valor beneficij iuſtificatur ex narratiua aduerſarij, in ſua impetratione.deciſ.7.num.3.15.dec.46. n. 9.103.& dec.54.n.7. 117
Valor narratus quomodo probandus. dec.8.n.6.17. deciſ.42.n.3.93.dec.47.n.4.& 5.104.Plura de valoris probatione.dec.97. 230
Valoris expreſſio per aſcenſum, vel per non exceſſum quæ ſit differentia.dec.32.n.5. 74
Probatio valoris debet percutere tempus narratum. dec.43.num.5. 95
Valor affirmatiuè narratus cenſetur expreſſus deductis oneribus.dec.43.n.6.ibid.deciſ.76.num.5. 175
Valor narratus per non exceſſum non concludit aſcenſum in certa quantitate.deciſion.43.num.7. 96
Valor narratus in reſeruatione penſionis probandus eſt ad rigorem vſque ad obolum, licet in aliis caſibus intret æquitas augmenti ſextæ partis.dec. 43.num.8. ibid.
Valor beneficij probatur per quales quales probationes. deciſ. 46. num.10. 103.deciſ.57.num.20. 124
Valor poteſt exprimi per non exceſſum in 24. ducatis quando talis eſt conſuetudo. deciſ. 49. n. 3. 108
Falſa expreſſio valoris beneficij reddit impetrationem nullam.dec.55.n.1. 118
Teſtes ad probandum valorem beneficij quando fidem non faciant.dec.55.n.4. ibid.

*Vicarius.*

In deputatione Vicarij capitularis ſede vacante portionarij non habent vocem niſi adeſſet conſuetudo immemorialis in contrarium.deciſ.1. num.2. 1
Præſentatio Vicarij Parochialis ad quem ſpectet. deciſ.89. 210
Vicarius generalis Sede Vacante conſtituendus eſt per Capitulum, imò & foraneus ſi diœceſis ſit nimis ampla.deciſ.1.n.3. 2
Vicarius non præiudicat Epiſcopo, niſi tamen ille facta Vicarij approbauerit.dec.71.num.9. 162

*Vicelegatus.*

Anterior Vicelegati prouiſio præualet poſteriori conceſſæ à Papa. deciſ.39.num.1.88.& deciſ.62. num.7. 137
De facultate Vicelegati quoad collationem beneficiorum non eſt dubitandum. deciſione 39.num. 3. 88
Veriſimile non eſt quod Vicelegatus beneficium vni collatum alteri conferre voluerit. deciſione 60. numero 8. 137

*Viſitatio.*

Viſitatio eſt actus iuriſdictionis.deciſ.61.n.14.135. & 68.num.15. 153
Si Abbas habeat ius viſitandi Monaſterium & faciendi decreta quæ per ſolos Epiſcopos fieri ſolent, præſumitur Monaſterium Abbati eſſe ſubiectum.deciſ.61.num.15. 135
Ius viſitandi annexum eſt curæ iuriſdictionali animarum.deciſ.69.num.8. 155

*Viuere.*

Quod quis commode viuere poſſit probatur ex aſſignatione patrimonij. deciſione 6. numero 5. 13
Et quibus modis hoc probari poſſit. deciſione 8. numero 5. 17

*Vnio.*

Reuocata vnione, vtraque Eccleſia remanet in ſuis primæuis iuribus. deciſione 4. numero 4. & 5. 10
Dum agitur de vnione tenor literarum vnionis potiſſimum attendendus eſt. deciſione 4. num.6. ibid.
Vniones non effectuatæ reuocari debent. deciſ. 65. num.3. 145
Qui narrauit vnionem præſentis temporis tenetur illam probare iuxta tempus præſens. deciſ. 77. num.1. 177
Vnio extinguitur per ſæculariſationem cum menſæ Abbatialis ſuppreſſione. deciſione 77.num.5. ibid.
In dubio,Vnio præſumitur facta æquè principaliter. deciſ.16.n.14. 40
Vnio probatur ex productione literarum Summi Pontificis.dec.60.num.1. 130
Effectuatio vnionis probatur ex adeptione poſſeſſionis.dec.60.n.4. ibid.
Vnio non præſumitur cum ſit odioſa. Ideo ab allegante probanda eſt. deciſione 40. numero 1. & 2. 89
Quibus modis vnio beneficiorum probari poſſit. dec.40.n.3.& 4. ibid.
Quæ ſint adminicula ex quibus coadiuuatur vnionis probatio.deciſione 40. numero 6. 7. 8. 9. 10. ibid.& 90.
In vnione ſufficit titulus putatiuus.deciſ.40.num. 11. 90
Vnio probatur per leuiores probationes quando de ea incidenter dubitatur. deciſ. 40. num. 12. ibid.
Vnio præcedens temporaliter facta, non excludit probationem vnionis perpetuæ poſtea ſubſecutæ.deciſ.40. num. 14. ibid.

*Vnitas.*

Vnitas primæua non excluditur per diuiſionem iuris decimandi factam inter duas Eccleſias. deciſ. 16. num.9. 39
Vnitas

Vnitas conſeruari debet inter caput & membra Eccleſiæ. deciſ.16.num.10. ibid.

*Votum.*

Votum redeundi ad religionem requirit acceptationem illius qui ad hoc habet poteſtatem. deciſ 13.num.7. 30
A voto in religione Societatis Ieſu non poteſt quis liberari niſi iuſtis de cauſis, quæ probantur per atteſtationem R.P. Generalis eiuſdem Societatis. deciſ.13. num.3.& 5. 29

*LAVS DEO, ET GLORIOSISSIMÆ Virgini Mariæ.*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

---

*Imprimatur; datum Auenione die 24. Septembris 1660.*

Fr. IOANNES IEARD, Inquiſitor.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA